ANNOTATIONES, SEV LVCVBRATIONES Ad Statuta Inclytæ Ciuitatis Papiæ,

646

FLAVII TORTI I. C.

DE COLLEGIO DOMINORVM IVDICVM EIVSDEM CIVITATIS, & in almo patriæ gymnasio, iuris Pontificij, & Cæsarei supra annos vigintiquatuor publici professoris, Aduocatiq; Celeberrimi, & summi practici, Sanctissimiq; Inquisitionis Officij annis iam vigintiquinque Consultoris, & Auditoris Integerrimi.

Opus omnibus legum studiosis, ac in foro versantibus apprimè vtile, & necessarium.

In quo non solum, quæ ad iuris municipalis Papiensis materiam spectant, sed quæ aliarum ferè omnium Ciuitatum, & ad Statutorum Interpretationem sparsim per alios tradita, hic in vnum, tàm ad Theoricam, quàm ad Praxim, miro quodam ordine, & studio pertractata reperies.

Continens præterea, Iudiciorum, vltimarum voluntatum, successionum ab intestato, contractuum, causarumq; tàm Ciuilium, quàm Criminalium, ac legitimationum innumeras propè quæstiones, earundemq; decisiones prudentissimorum Iudicum, diuersorumq; Rotæ Auditorum, ac precipuè amplis s. Mediol. Senatus.

Cum duplici Indice, altero Titulorum, & Rubricarum; Altero rerum, & sententiarum memoria dignarum.

OPVS IN DVAS DISTRIBVTVM PARTES,

Primam ad Statuta Ciuilia, & de regimine Potestatis spectantem, sub auspicijs Illustris. & Reuerendiss. S. R. E. Cardinalis, Comitis FERRANDI TABERNÆ, Tit. S. Eusebij, Episcopi Nouariensis, & Papiensis Ciuitatis patroni, ac Conciuis benignissimi, & colendissimi.

Alteram, quæ ad Statuta Criminalia, & Decreta spectat, sub patrocinio Illustriss. pariter & Reuerendissimi S. R. E. Cardinalis ALEXANDRI LVDOVISII, Archiepiscopi Bononiensis, & Principis.

DE LICENTIA SVPERIORVM, ET CVM PRIVILEGIO.

D. Antonius Corbella

PAPIÆ, EXCVDEBAT PETRVS BARTOLVS, MDCXVII.

Expensis Augustini Bordoni Bibliopolæ Papiensis.

APPROBATIO.

Excellentissimi D. FLAVII TORTI, è Collegio DD. Iudicum Papiæ Iureconsulti, in almo Patriæ Gymnasio per annos vigintiquatuor publici Iuris Cæsarei Interpretis, Aduocati Celeberrimi, Sanctiqꝫ Officij Consultoris, & Auditoris Integerrimi, ad Statuta eiusdem Ciuitatis Papiæ Annotationes, *vniuersam ferè Statutorum omnium pertractationem continentes, ea qua potui diligentia, vidi. Nihil in ipsis reperi ab orthodoxa fide, regulisuè, quæ in hoc recognoscendi munere obeundo præscriptæ sunt, alienum. Cum vero sint solida doctrina refertæ, maximamqꝫ ad forenses quæstiones, & controuersias, tum dilucidandas, tũ sedandas lucem præbeant, dignæ sunt, quæ è prælo exeuntes ad communem omnium vtilitatem in publicum deueniant.*

D. Matthias Guarguantus Congregationis S. Pauli, eiusdem S. Off. Papiæ Consultor Theologus.

Visa præposita approbatione imprimi permittitur.

F. Michael Angelus Lerius Inq. generalis Papiæ.

Illustriss. & Reuerendiss. Domino
FERDINANDO TABERNÆ
S·R·E·CARDINALI AMPLISS:
Et Nouariensis Ecclesiæ Episcopo vigilantiss.
FLAVIVS TORTVS· S· P· D·



T si vetere hoc est in consuetudine positum, & sapientissimorum virorum iudicio comprobatum est, vt pleriq; laborum suorum fructus alicui Mœcenati suo dicandos existiment; alios tamen alia, & diuersa mouere solet ratio. Nonnulli hac impelluntur causa, vt sua scripta typis commissa, illius coruscent splendore, polleant auctoritate, muniantur clypeo ab obtrectatorum morsibus immunia reddantur, eius deniq; patrocinio tuta in lucem prodeant, & secura. Aliqui iustiori fortè ducuntur ratione, vt, quorum beneficijs se vndiq; cumulatos agnoscunt, huiuscemodi inscriptionibus eorum illustrent nomen, & acceptis aliqua ex parte respondeant beneficijs. Horum autem neutrum (Illustrissime, & Reuerendissime Cardinalis) animũ induxit meum, vt lucubrationes has meas, numini, ac nomini tuo dicare instituerem. Nõ prius, cum vix, imò nè vix quidem aliquem reperiri posse existimem (nisi sit Momo mordacior, sensuve careat & consilio,) qui ei crimen obijciat, illi sit infestus, illiusq; nomẽ damnare, aut scripta lacerare audeat, qui publicæ studet vtilitati, qui studia, qui labores suos qualescunq; in publicum omnium commodum, ad minuendos studiosorum labores, tollendas rerum difficultates contulerit. Quo in conatu, & si eruditionẽ, & in quæstionibus diffiniendis iudicium, in scribendo candorem, in disponendo ordinem desiderare quis possit, vt certè in his meis desiderari scio, & fateor, voluntatem tamen actionum reginã non repræhendet; prætereà verò illos nec infestos, nec maledicos appellabo; qui errores sanare student (modò liuor absit, & rabies) vt cognitos corrigamus. Nihilò magis alterum me impulit, in eo enim Ampliss. Cardin. positus es loco, ea perfulges dignitate, ijs virtutibus, & præclarissimis animi, & corporis dotibus es vndequaq; stipatus, religionis candore conspicuus, vitæ sanctitate admirabilis, vt si claritatis, amplitudinis, laudisvè aliquid quispiam se tibi posse addere existimet, is omni (vt aiũt) aberret cęlo, temeritatisq; notam facilè sit subiturus. Quòd verò ad tua erga me maxima, & clarissima merita attinet, eorũ magnitudini, vel minima ex parte respondere, non opis est nostræ, measq; longè superat vires. Aliæ igitur me causæ hortatæ sunt, tum nempè tibi gratulandi studium, tum iudicij, sententiæq; tuæ de meis hisce lucubrationibus cogno-

ſcendæ inſita quædam in animo meo cupiditas. Cum namq; & iuſtè, & fœliciter, & ſolenniter, non modò Vniuerſa Nouarienſis Ciuitas, tuæ curæ, & adminiſtrationi commiſſa gaudij, & lætitiæ ſigna meritò præ ſe ferret, verum omnium etiam totius ferè Italiæ, & exterarum nationum Principes, plauſu, & gratulationibus animi ſui voluptatem ſignificarent, inter tot gratulantium, lætantium, & vndiq; exultantium voces, iuſta ſimul, & ardentiſſima me inceſſit cupiditas, incredibileq; quoddam inflammauit deſiderium, vt illis vota mea præ cæteris læta, & iucunda adderem, ac nouis faſcibus, optimisq; & auſpicatiſſimis auibus nouam dignitatem, nouamq; amplitudinē gratularer. At cum legerim Perſarum lege prudenter, & iuſtè cautum eſſe, nè quis ad Regem, Principemvè nouū accedere ſine munere auderet, propterea ego quoq; munuſculum hoc lucubrationum, & Annotationum mearum ad Statuta Ciuitatis tuæ Papienſis tibi ex animo gratulabūdus affero, dico, conſecro; Nec me muneris tenuitas potuit à propoſito deterrere; Animū niſi ſpectes, grauiſſimum, ditiſſimumq; aſſimabis Theſaurum, imò ſi rei, de qua agitur, argumentum, & pertractationem intuebitur quiſpiam, illā non leuem, aut exilem, ſed opulentiſſimam, & digniſſimam iudicabit, cum ſermo ſit de Statutorum, Legumvè municipalium interpretatione, quæ cum ſingulis Ciuitatibus ſua ſint iura municipalia, cumq; vinculo quodam cum iure omnium communi ſint connexa, vniuerſo penè terrarum orbi dici poſſunt communia; Quarè non immeritò, in ſingulariū Ciuitatum Statutis enucleandis, eminentiſſimi Legū interpretes, veteresq; & recentiores magni nominis Iureconſulti, plurmū operæ, ſtudijq; ſemper poſuerunt, ſubtiliſſimisq; ac eruditiſſimis commentarijs ſemper exornarunt; accedit illa quoque propoſiti mei ratio, quod mea hæc ſcripta, quæ domeſtico ſtudio, ac labore, dum per annos vigintiquatuor in almo patriæ Ticinenſis Gymnaſio, ius Canonicum, & Ciuile ex ampliſſimi Mediolanenſis Senatus decreto docui, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Officij Conſultoris munus geſſi, dumq; in Forenſibus negotijs, cauſisq; agendis ſupra annos triginta fui verſatus, ſparſim, hinc, & indè, ad Praxim, & Statutorum Interpretationem in vnum collegi, à ſapientiſſimo aliquo viro, ac de Iuriſprudētia benemerito ſpectari, & penſitari cupiebam, qui aut leuia, inutilia, & damnanda damnaret, aut communi vſui, & commodo apta, typisq; digna comprobanda eſſe exiſtimaret, ea probare non grauaretur: Aſt cui iure, & dignè committenda eſſent, nullus te aut pietate melior, aut conſilio ſapientior, aut eruditione præſtantior, aut iuditio firmior deligi potuit. Qui cum Pop. Rom. in ampliſſimo orbis terrarum quaſi theatro diu ius ſanctè, ac iuſtè dixeris, illud aſſecutus es, vt Romanis eiſdem Pōtificibus, ob eximiā, & incredibilem in tractandis, ac perficiendis negotijs prudentiam, dexteritatem, maturitatem, & virtutem, in ſedandis verò, ac tollendis, tàm publicis, quàm priuatis controuerſijs prudens conſilium, integerrimum quoq; iuditium, ſontes debitis mulctando pęnis, iuſtosq; dignis afficiendo prēmijs, acceptiſſimus ſemper fueris, ita vt certiſſimum dubio procul exiſtimetur animi tui iudicium, ac ſententia, eoq; magis ſincera, ac recta, cui vitæ innocentia, morum integritas, animi ſanctitas, doctrinæ, ac conſilij grauitas coniuncta perſpiciatur, quibus te vndiq; munitum, & ſtipatum, nec ſuperbiæ flatus, nec inuidiæ eclipſis, nec iræ feruor, nec libidinis impetus, nec auaritię ſordes, nec deſidię torpor, nec voluptatum illecebræ à recto potuerunt vnquam tramite, nè latum quidem vnguem auocare. Quæ omnia, aliaq; innumera animi tui præclara ornamenta (vir immortali memoria dignus) CLEMENS Octauus Pontifex Maximus cum clariſſimè cognoſceret, te, eo quo potuit maximo honore, & dignitate decorandū, cenſuit, atq; in ſummum, præclariſſimum, ac Sanctiſſimum Purpuratorum Patrum ordinē, ac Senatum, ſumma cum totius Chriſtianæ Reipublicæ gratulatione cooptauit; Qui verò deinceps ei ſucceſsere Pōtifices, ac potiſſimū Beatiſsimus, & Sanctiſsimus Pater PAVLVS Quintus omnium Pontificum Maximus tuo freti conſilio, prudentia, & integritate, ardua, difficilima, & grauiſſima quæq; tibi negotia crediderunt, ſibi maximè perſuadentes fore, ſi fortè (vt non rarò euenire ſolet) diſſidentiū cōtentione, partes aliquæ

in Ecclesia DEI ægræ, & affectæ essent sanandæ, si Petri nauis infidelium, & hæreticorum sæuis iactata procellis in salutis portum esset reducenda, si Pontificia auctoritas ab eorundem contemptu esset vindicanda, vt tu hæc sanares, reduceres, vindicares: si labores essent perferendi, si pericula subeunda, si ad Christianæ fidei amplificationem vigilandum, libentissimè perferres, subires, vigilares. Si cui verò mirandum videatur, tam præclaris dotibus, tantis ornamentis, tam multis virtutibus animum tuum ornatum emicare; desinat is mirari, nec noua esse hæc in Illustrissimæ, & antiquissimæ TABERNÆ stirpis viro sibi persuadeat. Gens enim TABERNA, veluti è cœlo lapsa, & diuinitus nobis concessa, religionis candore, & sanctitate, rei militaris gloria, iurisprudentiæ omniumq; bonarum artium, & disciplinarum splendore, vbiq; gentium, & locorum celeberrima extitit, & gloriosa; virtutum ac rerum præclarè bello paceq; gestarum TABERNÆ gentis laudatione, & præconijs plenæ sunt omnium voces, pleni libri, plena historiarum monumenta. Quot enim olim florentissima stirps TABERNA tulit, & nunc fert viros, totidem in ea floruerunt, & florent procerum heroes, totidem eius familiæ, patriæ, & orbis lumina fulserunt, & fulgent, quorum laudibus vel leuiter attingendis, nedum pro dignitate prosequendis, desiderandi essent facundi Cicerones, diserti Demosthenes, & quicumq; in benè, copiosè, ornatèq; dicendi arte nomen excelsum, præcipuamq; sibi gloriam compararunt. Ecquis enim pietatis ardorem, quis morum sinceritatem, quis vitæ sanctitatem, dignè poterit laudare, quibus enituit FABIVS ille TABERNA, qui excelsa virtute sua Mediolanensem populum ab Arriana hæresi, ad Sanctissimos Romanæ Ecclesiæ ritus reuocauit? STEPHANVM TABERNAM qua eloquentiæ copia quis poterit satis celebrare, qui Cardinalitia dignitate, & Parmæ Episcopatu decoratus, ad quod honorum fastigium ob ingentes & præclaras virtutes est euectus, dignitatem cum probitate ita coniunxit, vt nullo loco pedem poneret, in quo non plurima, & gloriosa reliquerit pietatis, clementiæ, & religionis vestigia? An non hoc tempore D. O. M. munere præsentem intueri licuit LVDOVICVM TABERNAM Laudis Pompeiæ Episcopum, cuius fidem, integritatem, animi præstantiam, religionis cultum, & diuinos mores, nemo est tam peregrinus, qui non norit, tam excors, qui non sentiat, tam virtuti infestus, qui non laudet, qui ob maximum rerum vsum, & præstans consilium, permultas, & arduas pro Apostolica sede obijt Legationes, easquè fœliciter & pro votis, Principum virorum animos vincendo, & vinciendo, summa cum laude sua absoluit. Artis vero militaris gloria vnde maius vnquam suscepit incrementum, quàm quod illi GVIDO TABERNA attulit? qui Astensem Ciuitatem ob diutinos, & sæuos Gallorum impetus labentem, ac in perniciem, & vastitatem pronam pristinæ restituit libertati, quieti, & splendori, ita vt vrbis, & populi illius nouus conditor meritò fuerit nominatus. FEDERICI Ænobarbi Mediolanum ferreæ coronæ suscipiendæ causa petentis tempora IOANNIS TABERNÆ Equitum Magistri, & in Italia summi exercituum Imperatoris virtutem, & rei militaris peritiam testantur, cuius solius prudentia, & in bello fortitudo hosti plus inferebat timoris, quàm exercitus vniuersus, qui hostium intolerabilem coercuit arrogantiam, arrogantem insolentiam compressit, insolentem audaciam frænauit, audacem impudentiam infregit, impudentem superbiam extinxit, superbum furorem deleuit, & furiosam insaniam profligauit. Obstupuere felicia illa sæcula, quæ ALEXANDRI TABERNÆ senilem in iuuenili ætate prudentiam perspexerunt, ingentique cum admiratione eius, cum triremium præfectus aduersus immanissimos Christianæ fidei hostes Turcas bella gereret, viderunt in maximis rebus benè, prosperèque gerendis fælicitatem, in parando milite delectum, in instruendo disciplinam, in præcauendis periculis prouidentiam, in ijsdem contemnendis fortitudinem, in tota denique re bellica administranda scientiam singularem, vt quemadmodum Magni illius Macedonis nomen, sic

famam & virtutes referre videretur. Eius vestigia præcesserunt FRANCISCVS Iunior, IVLIVS CÆSAR, & IOANNES TABERNI sanguinis decus, & gloria, quibus semper proprium fuit vincere, cum pugnarunt, victoriam autem Clementia temperare cum vicerunt, nati solum & facti ad exercitus perite regendos, ad res fortiter gerendas, ad rebelles populos perdomandos, eosq; domitos armis in officio continendos. Emicat nūc, ac veluti inter soles luna minores FRANCISCVS MATHEVS TABERNA tuus ex Comite LVDOVICO Senatore Amplifs. nepos Equitum Dux, & moderator, qui non dignitate solum, sed, & virtute corporisq; & animi fortitudine eos, quibus imperat, antecellit, qui est in hac iuuenili ætate aduersus pericula quæq; inuictus, in prelijs subeundis prudens, aduersariorum consilia callidissimè perquirens, sua sanctissime occultans, in rebus gerendis opportunitatem rapiens, insidias præcauens, ad bella, & ad victorias parandas natus, ac procreatus. Nec vero ars militaris sibi vni Illustres & præstantissimos vendicet TABERNAS. pacis enim artis, & studia, non minus sibi decoris, & ornamenti ex TABERNÆ gentis splendore, & gloria pepererunt. Emicuit PETRONIVS ille TABERNA sacri consilij Præses, vir ingenio & virtutibus præclaris nemini secundus, qui ob eximias animi dotes, à Ioanna Neapolis Regina Meglæ Marchionatu fuit donatus; Recens adhuc viget summæ pietatis STEPHANI TABERNÆ fama & laus, qui tanto ardebat bonarum literarum amore, vt, ne qui ab ijs addiscendis paupertatis obice auerterentur, ære proprio Mediolani gymnasium erexerit, vnde egestate oppressi bonarum artium præcepta petere, & addiscere possent. GVIDONEM TABERNAM summo Imperatori suæ eximiæ, & singulares virtutes maximè commendarunt; & omnium instar sit MATHEVS TABERNA Frater tuus vir ad Rempublicam sapienter administrandam, & feliciter amplificandam natus, creatus, & instructus, cuius cura semper in hoc tota fuit Mediolanensi in ciuitate, vt seditionum impetus opprimeret, propulsaret, extingueret, salubria de publicis commodis consilia caperet, à republica pericula omnia arceret, vtilitatem communem non secus, ac suam ipsius salutem tueretur, ita vt non Mediolanensem tantum vrbem, sed Italiam vniuersam suæ virtutis fama & gloria impleuerit, cui pari virtute & gloria successit CONSTANTIVS TABERNA filius, qui non modo ex adspectu, & corporis pulcritudine, sed multo magis ex ingenij bonitate, & præclarissimarum virtutum, & bonarum artium splendore omnium oculos, & animos in se conuertit, ac in admirationem rapit, dum prodesse omnibus, obesse nemini studet semper nullusq; est nec virtutis, nec honoris, aut gloriæ splendor, qui in CONSTANTIO TABERNA non eluceat, fulgeat, emineat. Hanc vero nostram Iurisprudentiam, quis vnquam tàm cumulatè auxit, exornauit, illustrauit, quam Duo illa TABERNÆ FAMILIÆ lucida sydera, Duo inquam IOANNES eminentissimi Iurisconsulti, alter Fisci Aduocatus, alter in Quæstorum ordinem ingenti sua cum laude, & populorum plausu cooptatus? Sed quid ego antiqua prosequor? quorum numero, si mihi vellem in ijs exequendis indulgere, tam multa sese offerunt, procul dubio obruerer, longe præstantiora & clariora suppetunt recentia exempla. FRANCISCO Auo tuo Iurisconsultorum sapientissimo, & eloquentissimo, ac sapientissimorum, & eloquentissimorum Iurisconsultissimo, quis vnquàm nouit prudentiorem, & præstantiorem? qui dum totus in Iurisprudentiæ studio versatur, in eo suam omnem locat operam & laborem, tanto eius amore flagrauit, vt inde immortale sibi nomen compararit, cuius peritiæ, prudentiæ, consilio, & integritati tantùm tribuit Dux Mediolani Franciscus Sfortia, vt nihil vnquam inconsulto Francisco statuerit, aut decreuerit, statutumq;, aut decretum probauerit. Eius verò summæ virtutis, grauitatis, & animi præstantiæ testis, Potentissimus Regum omnium Rex noster PHILIPPVS Secundus, eiusquè parens omnium Imperatorum Maximus CAROLVS Quintus, testis Christianissimus Gallorum Rex, testis Respublica Veneta, alijq; complures Principes, ad quos cum Orator de grauissimis orbis ne-

gotijs

gotijs tractaturus accederet, dicendi facundia, & authoritate, adeò mentes eorum alliciebat, animos impellebat, vt, quicquid ab eis peteret, oraretve, facillimè obtinuerit exorauerit, cõsecutus sit: nec mirum, cum nullus Francisco ea tempestate esset eloquentia clarior, authoritate præstantior, consilio prudentior, ingenio perspicacior, officio diligentior, omnibus tandem animi corporisq; ornamentis non inferior, quibus virtutibus ornatus & excultus, per summos semper honorum gradus ad maximum amplitudinis fastigium est euectus; primum enim Senator est creatus, mox Magistratus Præses, inde supremus Regiæ Maiestatis Cancellarius; quo munere summa cum omnium admiratione, totiusq; Mediolanensis ditionis vtilitate & gaudio est fœlicissimè perfunctus; Cuius non fortunarum, non imaginum tantum, sed & virtutum hæres, CÆSAR TABERNA Pater tuus, Senator Integerrimus, vir sapientissimus, re & nomine CÆSAR, dum se talem semper præbuit, vt à probis cognosceretur amabilis, ab improbis metuendus, à summis iucundus, à medijs gratus, ab infimis benignus, à pupillis vt pater, ab innocentibus vt tutor, à viduis vt defensor, cuius fuit proprium iusta semper & æqua appetere, rectius facere, rectissimè vero cum virtute & prudentia omnia conficere. Paternam autem gloriam & virtutem æmulatus LVDOVICVS TABERNA Frater tuus Iurisprudentiæ lumen, Senatorij ordinis ornamentum præclarissimum, qui quidem, quæ singularis eius fuit humanitas, me TABERNÆ Gentis, tuumq; in primis perpetuũ clientem benignissimè semper texit, fouit, innumerisq; cumulauit beneficijs, qui dum iustitiæ clauum regit, ad probos tuendos promptum se præbet, ad sontes opprimendos paratum, ad conferenda beneficia expeditum, in deliberando prudentem, in disponendo prouidum, in exequendo sedulum, in imperando mitem, in loquendo facundum, in persuadendo acrem, qui honestarum rerum constantissimus amator, turpium hostis acerrimus, scelerum vltor vigilantissimus, iustitiæ cultor integerrimus; quam maiorum suorum laudem, & virtutem æmulatur egregius summæ & spei, & expectationis Iuuenis CÆSAR I. C. tuus ex MATHEO Fratre nepos, qui hoc in flore ætatis, Scæuolas & Vlpianos ita refert, vt dignam, & TABERNÆ Stirpis sobolem ostendat, & præclaram Auorum suorum gloriam æquaturum eum esse certissimè liceat autumari.

Hæc & si præclara, Illustria, & vndequaq; Paterno genere conspicua ad laudem & gloriam nominis, ac virtutum tuarum famam, ac splendorem exornandam eximia forent, accessit tamen, & Maternum genus Illustrissimæ BECCARIÆ Gentis ex quo quantum Tibi accedat splendoris, quantum ex eo decoris haurias prætereundum omnino non esset. Gens etenim BECCARIA, quibus non sæculis floruit? quibus non terrarum locis Illustrissima claruit? siue armorum studia spectentur, siue litterarum ornamenta perpendantur, siue honorum, & per memores fastos insignium titulorum fulgores adspiciantur. Quòd si præclaros virtute, & gloria BECCARIÆ Gentis viros, tàm olim vita functos, quàm nunc felici huius sæculi fato viuentes singulos non pro egregijs eorum meritis laudare, sed vel per seriem recensere aggrederer rem tum per se longam nimis, tum ingenij mei viribus longè imparem, & vnde non tam facilis esset exitus, certè susciperem, quare hac omninò prouincia nunc mihi abstinendum censeo; quamuis animum meum quadam rapi sentio violentiâ, vt Illustris. CÆSAREM BECCARIAM silentio præterire non valeam, cum multis de causis, tum, quia arctiori affinitatis nodo, & singulari quodam amoris vinculo illum TABERNÆ Familiæ annexum perspicio, qui inter præcipuos Patriæ custodes, & propugnatores illam omni studio, omni arte, conatuq; omni tuetur, pro cuius commodis ille mente vigilat, consilia excubat, cuius dignitatem eloquio defendit, salutem labore munit, cura fouet, quam deniq; proprijs opibus subleuat; ita vt dum CÆSAREM BECCARIAM intueor, dum alios præclarissimos huius Gentis hæroas memoria repeto, Comites scilicet ALFONSVM, & CLAVDIVM I. C. eminentissimos, Comitem ANTONIVM ac Fratrem AVGVSTVM Militum Præfectum strenuissimum, FRANCISCVM,

PETRVM

PETRVM MARTYREM, innumerosq; alios Ciues nostros spectatissimos, certè Papia priscæ Romæ non inuideat eius Catonum integritatem, Fabiorum liberalitatem, Scipionum charitatem, Deciorum pietatem; sed reuocandus est stilus, nam si in tantorum virorum laudibus prosequendis animo vellem indulgere, in immēsum nimis cresceret oratio, nec tamen æquam eius virtutibus possem exhibere commendationem.

Non igitur est, quod quisquam te Illustrissime Cardinalis tali stirpe ortum, tam præclaris ornamentis præditum admiretur; Ni illud & meritò velit admirari, cum TABERNÆ Gentis decus, & gloria ad summa ita esset prouecta, vt cum iam illi nihil addi posse videretur, tuis tamen laudibus, tuaq; gloria magnum ad illius laudes, & gloriam cumulum accessisse. Quare, cum tibi semper, quæ tua singularis, & continua fuit in me benignitas, semper salus mea, & existimatio fuerit curæ, cum mihi, quotiescunq; se se obtulit occasio, ad magna & honorifica quæq; apud Principes viros aditum aperueris, viamq; facilem æquaueris, hos ingenij mei qualescunq; fœtus, hos meos labores, hæc scripta tamquàm ex te orta, immò tua, (tuus enim, & tibi addictissimus seruus illa edidit:) læta fronte suscipe, eaq; sublimi ingenij tui acumine, cum tibi à grauioribus occupationibus otium erit, examinare ne graueris, & vt promereri videbuntur, probare, aut improbare; vtrumlibet feceris, gratissimum mihi erit: si namquè inutilia dixeris, pedem referam, & ab aliorum scriptorum editione abstinebo; quòd si tuo fuerint iudicio probata, alacrior ad alia emittenda animus fiet, spesq; erit fore, vt & cæteri docti tuo accedant iudicio, & ego labori huic meo gratulabor, qui te consilij authorem, & editionis patronum fuerit sortitus. Tuum itaque patrocinium quasi quodam meo iure mihi vendicans, rem tuam tibi commendo, vt, quod te consultore est conceptum, te fautore fęliciter quoq; prouehatur. Interim faxit præpotens Deus, vt te quàm diutissimè, incolumem, & ad ea, quæ spero, optoq;, euectum conspiciam.

Ill.mæ, & R.mæ Amplitudinis Tuæ,

Studiosissimus, & deditissimus seruus

Flauius Tortus.

AQVILINI COPPINI ARTIS ORATORIÆ PVBLICI INTERPRETIS, AD INCLYTOS CIVES TICINENSES, De Annotationibus Flauij Torti I. C. ad Statuta eiusdem Ciuitatis

GRATVLATIO.

Ominum societatem inter ipsos, & coniunctionem, Ciues nobilissimi, nulla re alia magis conglutinari ac conseruari posse, quàm si leges ijs dentur cōsentaneæ, & disciplina viuendi, nemo, qui sanæ mentis sit, audebit infitiari. Quin ille & ciuium, & oratorum optimus iure quidem censebat, sine eiusmodi imperio nec domum vllã, nec ciuitatem, nec gẽtem, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum naturã omnem, nec ipsum mundum posse. Immanes & feræ belluæ legum ignaræ, ac tanti boni nequaquam capaces, nullo facto coetu, nullo conuentu, fusæ per aspera montium, & deuia siluarum dispersæ vagantur & errant. Scilicet genus humanum ad coitionem congregationemq. & ad naturalem communitatem natum est: quã nihilominus sæpe labefactari conuelliq. constat, nisi aliquo legum, bonorumq. institutorum quasi sepimento muniatur atq. obualletur. Proinde vel ab antiquissimis temporibus, qui ad hanc rem siue monendo, siue sanciendo, siue etiam posteris legum monumenta relinquendo, præsidij, aut adiumenti aliquid contulerunt, magno in honore habiti, & tanquam oracula quædam ciuitatum, culti fuere. Verum ij potissimum præclaram operam excellensq. studium Reipublicæ nauaße putandi sunt, qui certas leges, eas videlicet, quæ vulgo Statuta appellantur, ciuitatibus seruandas præscripserunt. Cum enim cæteri libri, qui de Iure sunt, multa continere possint ambigua, obscurè multa aut obliquè dicta, vnde tricæ atq. offensiones oriantur; ij certè, quibus Ciuitatum Statuta consignantur, non per diuerticula & flexiones, non per cæcas ambages, sed per patentes rectosq. tramites tanquam manu ducunt ad vsũ ipsius Iustitiæ, ac propterea etiam ad eam, quam in hac mortalitate habere liceat, felicitatem. Næ illi maiores vestri, qui præclarissimã hanc vrbem, fortissimorũ Regum sedem, feracissimi, ac longe lateq. patentis omniq. parentis agri dominã statutis salutaribus muniuerunt & decorarunt, summã sunt laudẽ consecuti, summã etiã ab alijs ciuitatibus inierunt gratiã, vnde illæ argumenta, vnde segetem suarũ legũ atq. statutorũ, vnde certam bene regendorum ciuium normã mutuari potuerunt. Quapropter quandiu stabunt hominũ cœtus, quandiu argenteus Ticinus vester nomen dabit vrbi vestræ; quãdiu ille in Padũ, Padus in mare labetur; tãdiu apud bene moratas & bene constitutas ciuitates vigebit vestrorũ memoria monimentorũ. Illud vnũ in tam præclaro opere videbatur deesse, vt videlicet, quæ videri poterãt ambigua, distinguerentur; quæ difficilia, explanarentur; quæ obscura, illuminarẽtur. At hoc diutius à vobis desiderari non est passus clarissimus vir, & I.C. eminentissimus FLAVIVS TORTVS, *qui luculentissimis Annotationibus & Cõmentarijs caliginẽ omnẽ, si qua erat in Statutorũ vestrorũ volumine, ita discussit, vt mira sit inde lux oborta, vt iã omnia in ijs sint distincta, patefacta, illustrata. Hoc ille voluit beneficij cõferre in patriã suam, quã habet carissimã, ꝓ qua nullũ vnquam laborẽ recusauit, aut est recusaturus. Neq. verò quispiã alius in re tã vtili, tamq. neceßaria diligentius, aut doctius operã potuisse collocare existimandus est, cũ ingenium propè diuinũ Torto natura cõcesserit, labor & industria summã doctrinã cõparauerit, rerũ vsus acerrimũ iudiciũ adiunxerit. Ad illum videlicet pertinebat hæc cura, qui quatuor & viginti annos in hoc celeberrimo Gymnasio ius ciuile sũma cũ sui cõmendatione, & auditorũ fructu publicè docuit, q causas plurimas & maximas ab ineunte iuuentute ad hãc vsq. iã canescentẽ ætatem pertractauit, qui deniq. in solẽ et puluerẽ, non vt è militaribus tabernaculis, sed vt è sapientissimis Iurisconsultorũ vmbraculis processit, vt iure optimo vobis lætandũ sit, Ciues inclyti, tã ornatũ virũ, tamq; excellens ingeniũ è vestra esse ciuitate, nullũ tã grauẽ laborẽ, nullã prouinciã tã arduã atq. difficilẽ reperiri, quã non ciuiũ suorũ causa subeat, quã non pro patria fideliter cõstanterq. sustineat. Ego quoq. pro mea in vos beneuolẽtia, & obseruãtia vehemẽter lætor, statuta vestra atq. decreta vnius potissimũ* FLAVII TORTI *opera laboreq. illustrata ad cõmunẽ omniũ vtilitatẽ iã tandẽ emanare, vt multò quã antea fulgẽtiorẽ apud oẽs gẽtes accipiãt lucẽ. Cæterũ, qua est ille ad bene merendũ de omnibus propẽsione nõ vno hoc eximio immortaliq. opere lucubrationes, opinor, terminabit, ac definiet suas, sed alia ẽt Deo dãte molietur in dies, qbus in patriã atq. in vos oẽs optimæ significationẽ volũtatis magis magisq. testatam relinquat.*

VALETE.

B. A. FACTVM. SIET.

FLAVIO· TORTO· I·C· TICINENSI·

E. SELECTORVM. IOVDICVM. CONLEGIO. AEQVI. ET. BONI.
ARBITRO. V. DOCTRINA; MAXSVMO. INTEGRITATE. PROBATISS.
VTRAQVE. B.R.P.N.CS.

ORE·MELLIFLVO·DVM·I OVRA:

D. L. SVPER. INTERPRETARETVR. PRISCI.
AEⅎI. LL-LATORES. PAT. AKADEMIA. LOQVENTES.

AVDIⅎITAⅎIT·ET·ADMIRATA·

EST. QVOD. STLITIBVS.
AⅎERVNKANDEIS. IN. DECRETA. ET. PL-SC. QVAE. MAIORES. NOSTRI.
ⅎOLVERVNT. IOVSSERVNT. POPVLVM. IOVRE. ROGASVNT. ET. POPVLVS.
IOVRE. SCIⅎIT. VT. FIRMA. SOLEMNIA. ET. PERPETVA. SIENT.
ADNOTAT. COMMENT. RECTE. ET. EX. ORDINE.
CONSCRIBSERIT. ATQ. HASDEM. IN
PVBLICOM. DVIT. AD. VSOM. PVBLICOM.

AD. REIPVB. TICINENSIS. COMMODVM.

NE. QVIS. EA. ⅎVLPIO. FORENSIS.
EXPERITVSⅎE. HEMO. FALSA. TEMERET.
EXPLIKATIONE.
OPTIMI. FACTI. OPT.
PRAEMIA. MAGNAS. MERITO. IN. VRBE. GRATIAS. INMORTAL.
IN. ORBE. FAMAM. CVM. B. FR. APVD. CEIV. ET. GENTES. OMNEIS.

HIERONYMVS· BOSSIVS· TICINENSIS·

HVMAN. LITTERARVM. INTERPRES. VTEI. ⅎOⅎEO. ITA. AVGVROR.

P.

KAL. DECEMB. AMPLISSIMO. SENATORE.

NICOLAO· LEYZALDO·

VRBIS. PRAETORE.

ANTONII MARIÆ SPELTÆ,
POETAE REGII,
LAVREATI RHETORIS,
AC HISTORIOGRAPHI.

PRO Patria cui mille minæ rigidæue secures
Tortorum TORTVS non peperere metum,
Et qui mordaci quæcunque aspersit aceto
Archilochus, ridens futile duxit opus,
Dulce decus nouit priscis impendere curam
Rebus, & arguti Ius iterare fori;
Flauius exponens vulgo ciuilia Romæ
Iura, fit exosus nobilium populo;
FLAVIVS antiquæ enodans Decreta Papiæ
Nasutæ Plebi, Nobilibusq; placet.
Iustitiam cæco reuocans è carcere in auras
Artes fallendi subtrahit, atque dolos.
Quid deceat, quid non sublata ambage retexit,
Improbat omne malum, comprobat omne bonum.
Id tàm felici successu perficit, vt Tu
Munere vix posses Iustiniane pari.
Libera cum pedibus conscribit sensa, disertus
Torrenti TORTVS Tullius alter adest.
FLAVI TORTE tibi præclaras robur ad artes,
Visq; animi nullo fracta labore fuit.
Qui cum TICINI proprios annectis honores,
Tum tibi, tum Patriæ consulis ipse tuæ.
Vrbis honos tuus est, per te namq; illa renidens
Sidera sublimi vertice clara ferit.

AD POPVLVM PAPIENSEM
BONIFORTI BOBÆ
HEXASTICHON.

QVæ tibi congessit patrum decreta tuorum
Flauius, ad cœlos qui sibi munit iter,
Labe carent omni, tantoq; refecta labore
Lucent, vt dicas lucidiora die.
Perlege nec titubes, sunt ceu ab Apolline dicta
In scyrpo nodum quærere nemo velit.

AD FLAVIVM TORTVM I. C.
Interpretem Præstantissimum,

Basilij Bobæ Iuris studiosi, ac eiusdem auditoris
HENDECASYLLABON.

FLAVII, qui superas & Vlpianos
Et quotquot legimus peritiorum,
Iuuisti iuuenes, sene, patronos,
Iuuisti miseros, clientulosq;,
Priscorum enucleando iussa patrum,
Quid tanto referes labore dignum?
Laudabit populus, colent frequentes
Ciues, posteritas loquetur omnis.
Nec mirum: quoties tuo docentis
Pendens mellifluo libens ab ore,
Quæ dictas, recolo, & reuoluo mecum
Ipsum Mercurium nepotem Atlantis,
Aut suadæ reputo loqui medullam.

Ad Perillustrem I.C.D. Flauium Tortum,
Academiæ Solis protectorem dignis.

Benedicti Curtij Patritij Papiensis,

FLAVI, firma fides, firmati, fulgida (fabor)
Torte, Tribunalis Ticini, trutina, temo
Fax, fanum, fautor, fulchrum, fons, fama flagrantis,
Titanis, tu Torte tuum tueare Thaliæ,
Foetum facundæ fontem, fulgere fugatis
Testatur tenebris tandem te turba togati.
Fausta fori, fracto fati fac fulgida filo.
Torte *tuis* toro tuo tunc te turma tuatur.

Eiusdem ad eundem Tetrasticon.

FLAVI felicem facilis facundia fecit
Te; Tortasq; theses tuto tu tramite torques.
Fers flores, fucosq; fugis, famosa, furentis
Torte tuis, taxi tolluntur, toxica telis.

AD FLAVIVM TORTVM I.C.
Amicum singularem,

GVIDONIS ANTONII CVRTII
ANAGRAMMA.

FLAVIVS TORTVS
TV FVTVROS ALIS.

TORTE flos Insubrum
Et fori sic decus,
Vt Decus Gymnasi,
Mox relatura agit
Gratias Vrbs tibi;
Quòd Patrum legibus
Pascis hos filios,
Cumq; præsentibus
Delicato hoc cibo
TV FVTVROS ALIS.

EIVSDEM AD EVNDEM,
De metris ad eum à se conscriptis
EPIGRAMMA.

VT quid mõstra putas, FLAVI, quæ carmina panxi,
Talia, quòd nusquam comperiantur adhuc?
Phaleucum ante illum versus Phaleucius vllus?
An, nisi post Sapphum, Sapphicus vllus erat?
Sapphica non tamen, aut Phaleucia carmina monstra
Sunt habita, at subitò perplacuisse patet;
Si mea non placeant, patior, nisi monstra ferarum
Sint habita, est mihi non displicuisse, satis.
Monstra tamen sunto, facis & tu prodigiosa;
TORTVS es, & rectum conficis Auctor opus.

Ad Inclytam Papiensem Ciuitatem,
De Præstantiss. I.C. Flauij Torti in eius statuta doctissimis Annotationibus,

HORATII SERCHII PAPIENSIS
ODE.

INsûbrum Regina potens Diademate claro,
Nobilibusq; excelsa triumphis,
Vrbs cælo cara, & summo dilecta Tonanti.
Præcipua & quam dona decorant,
Auratas, prope, quam voluit Ticinus arenas,
Et viridantes condita ripas,
Fœcundo ditata solo telluris amœnæ,
Fundit vbi sua munera diues
Copia: Tu Cœlo gaudes obducta sereno,
Vnde salubri vesceris aura,
Clara virûm nutrix, heroumq; inclyta mater,
Ardens quos super æthera tollit
Virtus, & quorum lethæis nomen abundis
Effert præpete fama volatu,

Arduæ

Ardua Manortis fecit quos alea claros,
Nec non doctæ Palladis artes.
Læta quidem mundo prolem Latona gemellam
Ortygijs olim edidit oris,
Phœbum, qui rutilo curru lumenq; , diemq;
Terris, & cœlo inuehit alto,
Phœben, exturbat tetra quæ nocte tenebras,
Et clari micat æmula fratris.
Lumine læta magis gaudeat (Papia) recenti, &
Luce noua fæliciter orta:
Sol nouus effulget rutilo tibi fulgure TORTVS,
Aetherio sed Apolline maior.
Nocturno splendent radiantia sydera cœlo,
Perpetuo & fulgore coruscant,
Sed vix Eois curru se Phœbus ab oris
Tollit, & aere fulgurat omni,
Protinus astra polum cursu fugientia linquunt,
Et nullâ iam luce renident,
Fit (Papia) tuum Torti sed lumine lumen
Maius, & eius luce refulget
Lux tua, quæ totum radijs ardentibus orbem
Lustrat fuscæ nescia noctis.
Hic cæcas legum latebras caligine tectas,
Et sancti arcana abdita Iuris
Lumine collustrat puro, pulsisq; tenebris
In medium clarissima profert.
Iam properare licet, patet almi semita Iuris.
Non vllus remorabitur error,
Non sinus, ambagesuè oberunt, tristesq; salebræ.
Lucida fax prælucet eunti.
Insubrum regina potens, quæ gentibus olim
Leges, sanctaq; iura dedisti,
Imperium rursus profers, tefrasq; per omnes
Leges iam, & tua iura vigebunt.
Sæpta tuis quondam hæserunt quæ inguibus, hæc nunc
Non finis non meta coercet,
Sol nouus hoc præstat radianti lumine TORTVS
Fulgura mox maiora daturus.

INVENTII SPELTÆ I. C.
Anagramma.

FLAVIVS TORTVS
FLOS, TVA VIRTVS.

VEre nouo vt primum, gelidus dissoluitur humor,
Frondescunt syluæ, florida ridet humus.
Sic TVA FLOS Legum VIRTVS ænigmata soluit;
Hinc flauum cingunt florea serta caput.

In Annotationes elegantissimas Ticinensium legum FLAVII TORTI I.C. Celeberrimi, & disertissimi causarum patroni.

Matthei Augusti Ticinensis Epigramma.

LImpida tranquillo TICINI fonte fluebat
In Pindi teneris vnda recepta iugis.
Fontis Apollinei tremulo formosior auro,
Misceri placido nectare digna Iouis.
Cælestis fluuij gemmatis purior vndis,
Nec liquido vitrei syderis imbre minor;
Hanc iam surgenti tempus violauerat alga,
Et niueas iuncis læserat amnis aquas.
Antiquam speciem renouat cum Flauius vnde,
Pulchrior, & legum Numine facta fuit:
Hanc, qui respiciat, felix o, proferet, vnda,
Quae TORTI nobis exprimit ingenium.

Eiusdem Epigramma.

SI quis TICINI leges in fonte tueri
Ambiat; expressit FLAVIVS effigiem:
Vberius TORTI placido nil flumine dicas,
Dum patriæ leges lege noua renouat.
Vos igitur fluctus cantu mulcete Sorores,
Tuta per Italiam pagina culta fluat.
Hunc etenim merito præcinget laurea Phœbi.
Si noua virtutis lex noua signa dedit.

Eiusdem Anagramma.

FLAVIVS TORTVS

Vas fuit, hortus.

QVid musae grato consurgunt carmine? mentem
Flectit & ad faciles Calliopea sonos?
Quis TORTI tunc splendor erit, quae gloria? docti
Dum libri fulgor debita dona feret.
Heu iam laetitiam mutato nomine nomem
Auget, dum dicit, VAS FVIT, HORTVS erit.
Vas, in quo virtus steterat diffusa per orbem,
At nunc virtuti gloria nulla satis.

FLAVIVS TORTVS

Anagramma.

FLOS, AVT VIRTVS.

ES fluuius FLAVI, tu legum fluctibus arua
Si sterilescant, mox prodere culta facis.
Est fœlix adeò ingenij crystallina vena,
Producat teneras. quò fluit vnda rosas.
En legum tales Ticinum spargit odores:
Amissum vt renouet veris honore decus.
Sed facilis via, FLOS, AVT VIRTVS dicitur esse
FLAVIVS, e cuius nomine spirat odor.

Mattheus Augustus.

RVBRICÆ DE REGIMINE Potestatis.

RVBRICÆ STATVTORVM CIVILIVM

Ciuitatis, & Comitatus Papiæ.

† a 37 De

150 Quod

Rubricæ statutorum Maleficiorum Communis Papiæ.

Finis Rubricæ stat. Malef. Com. Papiæ.

49 De-

Finis Rubricæ Decretorum.

FLAVII TORTI I.C.

DE COLLEGIO DD. IVDICVM PAPIÆ.

IN ALMO PATRIAE GYMNASIO PVBLICI
Iuris Cæsarei Interpretis, per annos vigintiquatuor,

AC ADVOCATI CELEBERRIMI AC ACVTISS.

Ad Statuta eiusdem Ciuitatis Papiæ,

ANNOTATIONES VNIVERSAM

fere Statutorum omnium pertractationem continentes.

Summarium omnium contentorum in Præludijs.

1 *Statuta an comprehendant personas ecclesiasticas.*
2 *Quid si statutum disponens de clerico esset ei fauorabile.*
3 *Clericus non potest se submittere iudici laico, etiam cum iuramento.*
4 *Amplia, tàm in ciuilibus, quàm in criminalib.*
5 *Amplia in Papa, qui non potest se submittere Imperatori.*
6 *Papa delinquentis, quis sit iudex competens.*
7 *Quid in crimine hæresis.*
8 *Fallit in causa feudali.*
9 *Papa an valeat præiudicare priuilegio exemptionis Clericorum.*
10 *Statutum de compromissis, an liget clericum de magis communi.*
11 *Quid si statutum sit fauorabile ipsis clericis generaliter disponens, minimè loquens præcipiẽdo, vetãdo, prohibendo, an comprahendat clericum.*
12 *Statutum, quod existentibus masculis &c. an cõprahendat clericos inuitos, an verò volentes.*
13 *Clerici possunt uti statutis laicorum secundum eorum commodum, & sic poterunt dare bona insolutum ad formam Constit. Mediol. tit. de bonis insolutum dandis.*
14 *Debitor de iure communi potest dare bona insolutum inuito creditore, dummodo concurrant requisita, de quibus remissiuè.*
15 *Statuta laicorum, an in foro seculari sint seruanda contra clericos.*
16 *An valeat statutum denegans beneficium suum clericis,*
17 *An statuta laicorum procedant in successione Cardinalis.*
18 *An statuta laicorum adhoc, vt prosint clericis, sint confirmanda a Papa remissiuè.*
19 *Statuta laicorum an veniant seruanda in Curia Episcopali.*
20 *Statutum an valeat iura diuina corrigere.*
21 *Papa an possit dispenere super prohibitis de iure diuino,*
22 *Inferior non tollit legem superioris.*
23 *Papa non dispensat in his, quæ sunt contra articulos fidei.*
24 *An autem dispenset in his, quæ pertinent ad vniuersalem statum Ecclesiæ.*
25 *Papa an dispenset contra ius diuinum.*
26 *Et quid super iuramento.*
27 *Quid in dubio an Papa, vel Princeps dicatur dispensare super actu iurato.*
28 *An Papa possit supplere defectus naturales dispensando cum penitus illiterato.*
29 *An possit supplere consensum in Iudæo, vt possit inuitus baptizari.*
30 *An possit dispensare, quod frater ducat in vxorẽ relictam fratris.*
31 *An possit permittere Iudæis exercere vsuras.*

32 Quid in Principe seculari an possit permittere vsuras exercere in suo dominio per Iudaeos,
33 Soli reservata Papae remissiue,
34 An statutum comprahendat subiectos extra territorium.
35 Circa solemnitates attenditur statutum loci contractus,
36 Item in his, quae concernunt litis decisionem, & quae ad ea, quae veniunt ex natura contractus.
37 Statuti infra 90. in ciuilibus, quod maritus non possit legare vxori ratio,
38 An comprahendat subditum extra territorium legantem vxori.
39 Statutum an possit disponere ligando subditum extra territorium.
40 Dispositio qualiter cognoscatur an sit odiosa, vel fauorabilis.
41 Statutum Papiae 147. in ciuilibus, an comprahendat subditum alienantem extra territorium in forensem.
42 Statutum an trahatur ad bona extra territoriu.
43 In delictis an statutum comprahendat subiectos extra territorium
44 Statuta an valeant contra libertatem ecclesiasticam, & vide nu. 47.
45 Statuta quando dicantur contra libertatem ecclesiasticam.
46 An dicatur contra libertatem ecclesiasticam statutum, quod pro ingressu macinae datum soluatur, si non fuerit macinatum ad molendina Ciuitatis, & quid in statuto, quod quis non possit apprendere possessionem ecclesiae sine licentia Domini, vel absque eo possit à Papa impetrare beneficium.
48 An faciens seruari dicta statuta sit excommunicatus.
49 An Papa in dubio videatur confirmare statuta contra libertatem ecclesiasticam.
50 Princeps confirmando statuta non videtur confirmare illicita.
51 Statutum an valeat in praeiudiciu certae personae.
52 Quid in consuetudine.
53 Quid si statutum sit conceptu verbis generalibus.
54 Qualiter consulatur ei, in cuius odium est factum statutum.
55 An in Ciuitate Papiae sit seruandum ius commune, an vero statuta nostra.
56 Casus à statuto omissus remanet sub dispositione iuris communis, quod limita tribus modis, nu. 57. 58. 59. & 60.
61 Statutum, & qualibet dispositio extenditur ad casum, & personas in quibus est verisimile, quod fuisset statutum si praecessisset interrogatio.
62 Habens verisimile dicitur habere casum legis.
63 Verisimile est credibile.
64 Argumentum à verisimili est validum ad condemnandum.
65 Regula quod casus omissus &c. Ampliatur nedum in statutis, sed in qualibet dispositione.
66 Ampliatur etiam in contractu, & conuentione.
67 Amplia in decreto correctorio iuris communis.
68 Amplia in casu omisso a testatore, quod restringe, vt nu. 69.
70 Deficiente statuto quale ius seruetur, an ciuile, an vero canonicum.
71 Statutum an dicatur ius commune.
72 Arbitri qui habent iudicare secundum ius, an poterunt iudicare secundum ius municipale.
73 Iuris appellatione an in dubio intelligatur de Romanorum.
74 An deficientibus statutis loci proprij recurratur ad statutum Ciuitatis dominantis, an vero ad ius commune, limita vt infra nu. 75.
76 An statutum simplex comprahendat actum iuratum.
77 Princeps secularis non potest derogare actui iurato.
78 Infertur, quod Princeps non potest prorogare tempus ad redimendum, quando interuenit iuramentum.
79 Papa valet derogare actui iurato.
80 Non tamen videtur in dubio, nisi de iuramento in specie mentionem faciat.
81 Papa reuocans statuta non intelligitur in dubio de iuratis.
82 Statutum, quod mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, non comprahendit contractum iuratum.
83 Statutum non valet contractum iuratum inualidans.
84 Iuramentum est res spiritualis.
85 Statutum, quod contractus minoris etiam cum iuramento non valeat, est inualidum.
86 Quid si statutum imponat poenam venienti ad contractum iuratum.
87 Quid si statutum praesumat per dolum tales contrahere etiam cum iuramento.
88 Statutum vsu non receptum an valeat remissiue.
89 Statutum an comprahendat praesentia, et futura.
90 Statutum quando incipiat ligare, & vide limitationem nu. 92.
91 Quando incipiat ligare lex, limita nu. 92.
93 An statutum trahatur ad praeterita, limita, vt num. 95. & 96.
94 Statutum non trahitur ad ius acquisitum priuato ante statutum.
97 Statutum loquens de praeteritis, an intelligatur ae praeteritis decisis.
98 Statuta an recipiant interpraetationem actiuam.
99 Amplia maxime quando statutum est correctoriu, vel exorbitans, limita in tribus casibus vt infra nu. 100. 101. 102.
103 Quid stante statuto Papiae, quod statuta intelligantur, prout iacent ad litteram.
104 Statuta an recipiant interpraetationem passiuam à iure communi.
105 Statutum an valeat in totum tollere legitimam.
106 Legitima an debeatur de iure naturali.
107 Legitima an possit minui in quantitate.
108 Quid in tempore.
109 Statuta an in totu sint producenda, limita nu. 110
111 An sufficiat produci particulam statuti.
112 Argumentum à correlatiuis an valeat in statutis.
113 Correlatiuorum idem est iudicium.
114 Prohibitio facta uni de correlatiuis, censetur facta alteri.
115 Quid in statuto correctorio.
116 Statutum prohibens relinquere vxori, an comprahendat vxorem relinquentem marito, & vide nu. 124.
117 An statutum prohibens vendere, intelligatur prohibere emere, & vide nu. 118. & 119.
120 An valeat argumentum à correlatiuis quando in vno est diuersa ratio.
121 Infertur, vt statutum prohibens forensem emere non intelligatur prohibere vendere.
122 Limitatio ad regulam correlatiuorum.
123 Argumentum à correlatiuis an valeat stante statuto,

CHRISTI, AC B. V. M. Sanctorumq; Catherinæ, & Francisci Protectorum meorum auxilio, ex corde implorato.

ANTE, quam ad spetialem Statutorum nostræ Ticinensis antiquissimæ, & pijssimæ Ciuitatis interpretationem deueniam, operæpretium duxi, ex precepto Caij in l. 1. ff. de orig. iur. nonnulla præfari, quæ, & operi deseruire optimè possunt, & ad omnia dicenda euidentiorem præbent intellectum. Nonnullas itaq; & in foro quotidie contingentes, & apud Doct. satis hinc indè ventilatas, easq: ancipites quæstiones in materia Statutorum ordine, qui mox sequitur, breuiter excutiendas assumo.

1 Et, cum personarum dignitas cæteris sit anteponenda, §. fin. Instit. de iure natur. gent. & ciuil. Ideo quæro primò, nunquid statuta nostra possint ligare, & comprehendere personas ecclesiasticas, de qua latè habetur per Carpan. in præludijs ad statuta Mediolani, post Bart. in repet. l. de quib. in 5. quæst. prin. nu. 30. ff. de legib. Doct. in cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, de constit. qui hanc quæstionem diffusè tractant, cui adde Loscum in suo tract. vniuers. par. 3. cap. 15. nu. 15. vsque ad nu. 22. Surd. cons. 301. lib. 3. dicas regulariter huiusmodi statuta minimè ligare personas ecclesiasticas, defectu potestatis, vt per Doct. communiter in d. cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, vbi in specie Abb. de const. & per Alder. Mascard. cōmun. iur. vtr. cōcl. de gen. stat. interpr. conclus. 1. nu. 1. Port. Imol. consil. 48. num. 11. Vinc. Honded. consil. 10. num. 18. & consil. 11. nu. 12. lib. 2. Andr. Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseru. 32. vbi ampliat ex Abb. in d. cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ d. regulam procedere, † etiam si
2 statutum expresse disponens de clerico, vel de bonis ecclesiasticis esset fauorabile, & vtile ipsis clericis, nam nihilominus non valet ob defectum potestatis, quam non habent in clericos, cap. statuimus 11. quæst. 1. cap. nullus iudicum, de foro compet. Mascard. vbi supra nu. 190. & seqq. vbi infinitos citat, & nonnullas affert limitationes. Quod adeò verum est, vt laici priuentur omni
3 potestate in clericos, † ita ut non possit clericus etiam cum iuramento se submittere iudici laico, cū hoc sit introductum in publicum clericorum fauorem, cui renuntiari non potest, cap. si diligenti, vbi Abb. de for. compet. cap. qualiter, vbi glos. & Doct. de iudic.

4 † Quod ampliatur procedere nedum in ciuilibus, sed nec etiam in criminalibus, in quibus clericus non potest tacitè, nec expressè renuntiare vt à iudice laico pro crimine conueniatur, Clar. in sua praxi crimin. §. fin. quæst. 36. n. 3. vbi Baiard. in addit. ad eum num. 10. ampliat etiam si renuntiatio fieret cum consensu Episcopi. latissimè Farinac. in sua praxi crim. in tit. de inquisit. q. 8. nu. 10. cum seq. & num. 13. vbi hanc clarè extendit.

5 † Ampliatur procedere etiam, in Papa, qui in criminalibus non potest se submittere Imperatori, vel iudici laico, vt per Clar. vbi supra n. 2. † Si
6 enim Papa delinquat, à nemine est iudicandus, nec potest accusari, vt per text. in cap. si Papa

11. ... inct. Clar. qui fatetur hoc teneri communiter à Theologis in §. fin. quæst. 35. num. 2. vi-
7 cendum igitur vbi num. 3. limitat † non procedere in crimine hæresis, in quo casu quid agendũ & quis sit eius iudex competens, vide Clar. vbi supra num. 5. vbi docet practicam congregandi Concilium in hoc casu, & vide Baiard. ibidem nu. 5. vbi remissiuè idem in §. hæresis, num. 29. post Clar. nu. 30. Simanc. de cath. instit. tit. 12 num. 13. latissimè Card. Tusc. pract. concl. iur in littera P. concl. 8. per tot.

8 † Fallit hæc cõclusio in causa feudali, quando contentio esset inter Episcopum, & vassallos, nam tunc eliguntur pares, etiam si sint laici, cap. primo de controuers. inter vassall. & Episc. vbi Bald. Alex. consil. 78. ante nu. 1. lib. 1. vbi declarat, qui dicantur pares.

Fallit secundo in causa feudali, cap. ex transmissa, & cap. verum, vbi Doct. de for. compet. Card. Tusc. pract. concl. iur. in litera C. concl. 386. per tot. vbi diuersimode ampliat, & limitat melius quam alibi. An autem possit Papa clericorum exemptioné tollere, vide Farinac. d. q. 8 nu. 4. vbi concludit non posse quo ad omnes clericos. & sic quo ad omnes causas bene tamen posse quo ad aliquos clericos, & ad certas aliquas causas eorum fori priuilegio præiudicare prout reperio factum per Sanctissimum D. Nostrum Papam Clementem VIII. in hac mea Patria Ciuitate Papiæ, qui nobilem clericum ex speciali gratia iussit consignari ministris Curię secularis de quo meminit D. Marius Ant. variar. resol. lib. 3. resol. 2.

Retenta igitur principali conclusione, quod statuta laicorum personas clericorum, ac ecclesiasticas non compræhendant, ad plura infertur facientia ad materiam nostram.

9 † Primò infertur, quod statutum nostrum de cõpromissis faciendis, de quo infra in rubr. 25. in ciuilibus non compræhendit clericos, etiam in minoribus constitutos, Alexand. consil. 110. nu. 2. vbi appost. & cons. 211. nu. 8. lib. 2. vide ad hoc Blanc. in tract. de compromiss. quæst. 3. nu. 32. cum infinitis sequentibus, vbi post relatas Doct. auctoritates pro vtraque opinione, tandem tenet statutum de compromissis ligare clericum, cum quo non facilè consenserim, maximè in casu nostro, in quo per statutum Vlterius proceditur disponendo, quod arbitri sententia mãdetur executioni omnibus iuris remedijs, &c. quo casu minimè compræhenditur clericus, vt per Blanc. d. quæst. 3. nu. 35. vers. limita hanc conclusioné, & ita hanc magis communem post Borel. de compromiss. §. 1. glo. 3. n. 225. fatetur Alder. Mascar. in suis communibus concl. ad statuta concl. 1. n. 34. vers. 31. infertur Car. Tus. prac. concl. iur. in littera S. concl. 486. nu. 7. & 8. & hæc, quæ dicta sunt de clerico in minoribus, velim Intelligas, etiam in clerico primæ tonsuræ, qui & ipsi veniunt appellatione clericorum, & eorum priuilegio gaudent, dummodo tamen in eis concurrant requisita sacrosancti Concilij Tridentini sess. 23. cap. 6. licet, quod adhoc vt huiusmodi clerici primæ tonsuræ, vel in minoribus gaudeant priuilegio fori ecclesiastici, requiritur quod vel obtineant beneficium ecclesiasticum, aut habitum, & tonsuram deferant, inseruiant que alicui ecclesiæ de mandato Episcopi, vel in Seminario clericorum, aut in schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, aliàs enim non gaudent priuilegio fori, nedum in ciuilibus, sed nec etiam in criminalibus, vt post Clarum in §. fi. quæst. 36. vers. hæc autem, Mascard. d. conclus. 1. num. 104. cum duobus sequent. vbi latissimè Farinac. d. q. 8. nu. 5. & ita videmus quotidie obseruari in hoc dominio. Plures alias illationes possent afferri ad hanc quæstionem, sed quia eas plenissimè omniũ nouissimè ponit Alder. Mascard. d. conclus. 1. per totum vsque ad nu. 72. quo loci adducit quadraginta quatuor illationes ad hanc conclusioné, eas non refero, cum apud eum videri possint.

10 † Limita generalem conclusionem non procedere, quando statuta laicorum essent fauorabilia ipsis clericis, & disponerent generaliter, nec statuunt præcipiendo, vetando, vel prohibendo, ipsis clericis, Item quod statutum sit factum ob commune bonum tam clericorum, quam laicorum, vlterius agatur de modico præiudicio, & quod intentio statuentium non fuerit clericis præiudicare, & demum quod statutum sit super re ad laicos pertinente, vt latè per Alb. cons. 8. nu. 22. vbi Additionator, & dixi infra statuto 95. in ciuilibus n. 87. tunc enim cõpræhendunt etiam clericos, Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsump. 83. num. 24. & sequ. Mar. Anton. variar. resolut. lib. primo, resolut. 83. num. 21. vbi de cõmuni ex pluribus, Card. Tusch. pract. conclus. iuris in litera S
11 conclus. 583. nu. 2. † Hinc est quod dicimus statutum, quod existentibus masculis feminæ non succedant, habere locum etiam in clerico, latè Abb. in cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, in 1. & 2. lect. de const. Alexand. d. consil. 221. nu. 2. lib. 2. Intellige tamen vt compræhendant clericos adhoc vt clerici eis vti possint, non autem quod, eis inuitis illis obligentur, de quo vide latè Mascard. d. conclus. 1. nu. 192. cum seq. Hinc aliàs dicebam, quod cum clerici possint gaudere beneficio statutorum laicorum ad sua commoda, Abbas in cap. ex litteris, num. 2. & 6. de vita, & honest. cleric. idem Abb. & Felyn. in d. c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, Plot. in repet. l. si quando,
12 num. 854. C. vnd. vi, † quod clericus conuentus pro debito poterat offerre se daturum bona in solutum ad formam Nouarum Constitutionum Mediolani, in tit. de bonis in solutum dandis, §. molesti, & sic gaudere beneficio dictarum Con-
13 stitutionum, † maximè cum etiam de iure communi debitor nequiens soluere in pecunia numerata valeat dare bona insolutum. Auth. hoc nisi, C. de solut vbi Doctor. dummodo tamen concurrant omnia requisita d. Auth. hoc nisi, de quibus per Natt. consil. 344. nu. 3. lib. 2. & latè per Thesaur. Pedemont. decis. 153. nu. 12. clerici enim vtuntur legibus ciuilibus generalibus, & iure communi generali disponente, quando illud ius ciuile non reperitur correctum per ius canonicum, nec contradicit canonibus, Abb. & Dec. in d. cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ pluribus citatis Alderan. Mascard. d. conclus. 1. num. 222. vers. primo limita cum pluribus seq. apud quem recurras. Cæteraq; ad hanc quæstionem statutariam pertinentia videas latissimè per eundem Mascard. d. conclus. 1. per tot. vbi hanc quæstionem latissimè ampliat, & limitat. Limita etiam dictam generalem conclusionem non procedere in quærendis, nam in quærendis statuta laicorum valent in præiudiciũ Ecclesiæ, Baiard. in addit. ad Clar. q. 77. num. 37. vbi alios citat.

An

14 † An autem statuta laicorũ in foro seculari sint seruanda contra clericos, dic quod non; nisi in casu quando clericus agens sumeret fundamentum ex statuto laicorum, exemplificando, vt per Bald. in l. omni nouatione. nu. 2. C. de sacros. eccles. Alex. cons. 209. nu. 16. vbi appost. & 210. nu. 4. vbi appost. lib. 2.

15 † Quid autẽ si statuta expresse denegarent priuilegium suum clericis, an valeant. dic quod sic, Alex. cons. 209. nu. 23. vbi appost. lib. 2. Plot. in repet. d. l. si quando, nu. 854. & vide infra ad statutum 19. & ex pluribus firmat Alderan. Mascard. dicta conclus. 1. nu. 250. vers. vndecimo limita,

16 cum seq. vbi hoc intelligit † nisi quando ageretur de aliquo statuto, quod specialiter, & expresse aliquod beneficium clericis concessisset; nam tunc statutum superueniens priuans clericos beneficio statutorum, non comprehendit statutum primo loco in beneficium clerici specialiter concessum, vt ibi per eum, & vide etiam Io. Azor. lib. 5. Inst. moral. c. 13. quæst. 4. & 5.

17 † Sed an statuta laicorum procedant in successione clerici, & etiam Cardinalis, vide Carpan. ad statuta Mediolani cap. 78. num. 21. & dicemus etiam infra ad statutum ciuile 96.

18 † An autem statuta laicalia, adhoc vt prosint clericis debeant approbari à summo Põtifice, Carp. in addit. ad diploma Pontificis num. 20. Lapus allegat 100. nu. 4. & 5. dicens, quod statuta laicorum, à summo Pontifice confirmata, ligant clericos, & tunc dicuntur potius Pontificalia, quam laicalia; ita Mascard. d. conclus. 1. num. 246. vers. octauo limita. Fab. Turret. cons. 35. nu. x. lib. 1. Gabr. de statut. concl. 11. nu. 8.

19 † Circa secundam quæstionem prædudiorum, scilicet nunquid statuta laicorum, veniant obseruanda in Curia Episcopali, & dic quod non, quia sicut laicus non potest vti statuto laicali in foro ecclesiastico contra clericum; ita nec etiam clericus in eodem foro contra laicum potest allegare statutũ laicale; cum in iudicijs sit seruanda æqualitas, Alder. Mascar. d. conclus. 1. nu. 202. ampl. 26. & scias, quod etiam si clericus litigaret in foro seculari, adhuc tamen in decisiuis non debet seruari contra eum statutum laicorum, idem Mascar. vbi sup. num. 97. ampl. 22.

20 † Circa tertiam quæstionem nunquid statuentes possint ius diuinum corrigere, dic quod corrigere non possunt, cap. cum inferior, de maior. & obedien. l. nam, & magistratibus, ff. de arbitr. Alexander consil. 97. ante num. primum lib. 1. & consil. 1. num. 3. lib. 2. possunt tamen illud distinguere, & in certis casibus immutare, vt notatur in cap. quæ in ecclesiarum, vbi Doctor. de constit. de hac tamen quæstione, vide late Bart. distinguentem in repet. l. omnes populi in 3. quæst. princ. num. 21 ff. de iust. & iur.

21 † Sed iuxta hoc quæro, nunquid Papa possit dispensare super prohibitis de iure diuino; & dic

22 quod non; cum † inferior non possit tollere legem superioris, cap. cum inferior, de maior. & obed. l. nam magistratus, ff. de recept. arbitr. Alexand. consil. 1. nu. 1. lib. 2. Abb. in cap. proposuit, nu. 9. cum sequent. de concess. præbend. Card. Tusc. pract. concl. iur. in littera P. concl. 69. per tot. vbi latiss. ponit an, & quando Papa possit dispensare contra ius diuinum. Hinc etiam

23 dicimus, quod Papa nõ dispensat in his, quę sunt cõtra

24 articulos fidei, benè tñ in his, quæ pertinent † ad vniuersalẽ statũ Ecclesię, Feli. in c. quę Ecclesiarũ col. 8. vers. & per hanc limitationem, de constit.

25 † Limita, vt Papa possit dispensare contra ius diuinum, quando ex tali dispensatione non permittitur peccatum, text. in cap. cum à nobis vbi glos. de decim. Alex. d. cons 1. num. 3. lib. 2. & consil. 2. num. 5. col. fin. eodem lib. vel ex causa potest illud limitare, & distinguere, vbi naturalis ratio suadeat, ob publicam vtilitatem, Farinac. consil. 15. nu. 53.

26 † An autem Papa possit disponere, ac dispensare super iuramento, dic quod sic, cap. quanto. de iureiurando, Roman. consil. 12. num. 3. vbi Mandos. in appostill. ad eum, Alexand. consil.

27 59. nu. 2. lib. 2. scias tamen, quod † in dubio, nunquam Papa, nec Princeps intelliguntur dispensare super actu iurato. cap constitutus, de rescr. Alexand. in l. quoties, n. 2. C. de precib. imp. offer. Afflict. decis. 5. Grammat. decis. 12. n. 13. & seq. Ias. in l. nec damnosa, in fi. C. de prec. imp. off.

28 † An autem Papa possit supplere defectus naturales, & dispensare cum prorsus illiterato, vel infante, vt idonei sint ad beneficia, vide D. Auum meum Ripam in l. 2. num. 66. ff de vulg. vbi tenet, quod non, sicut nec etiam secundum eum

29 † potest Papa supplere cõsensum in Iudæo, quod possit baptizari, si nolit, & allegat Felyn. in dict. cap. quæ in Ecclesiarum, de constit.

30 † An autem Papa possit dispensare, quod frater possit relictam fratris in vxorem ducere. Hæc quæstio olim fuit in persona Henrici Regis Angliæ, qui duxerat Catherinam, quæ fuerat vxor fratris, ex dispensatione Summi Pontificis, quam postea volebat dimittere, eo asserto prætextu, vt huiusmodi dispensatio minimè tenuerit, vti facta contra ius diuinum; contra quod Papa non potuit dispensare, & dependet à quæstione supra firmata, in qua diximus Papam non posse dispensare contra ius diuinum; videtur autem de iure diuino esse prohibitum, vt habetur in Leuitico cap. 18. ibi, vxorem fratris sui nullus accipiat; turpitudinem vxoris fratis tui non reuelabis, quod comprobatur ex textu Euangelico, vt Matthei c. 14. & Marci 6. dum D. Ioannes repræhendebat Herodem, dicens, Non licet tibi habere Herodiadem vxorem fratris tui.

In contrarium videtur non esse prohibitũ vxorem fratris ducere, imo permissum de iure diuino, cum eo iure mandetur fratri ducere vxorem fratris, vt suscitetur semen, & nomen fratris præmortui, cap. finali, vbi glosa de diuort.

Quid dicendum? tu teneas posse Papam dispensare ex causa, posse fratrẽ ducere vxorem fratris, quãdo ex ea frater præmortuus nullos reliquit liberos, vel etiam ratione alicuius magni boni publici non reperitur prohibitũ de iure diuino, imo permissum, d. cap. fin. & tunc procedit quod mandatur in Deuteronomio, quod tamen hodie fuit correctum fratrem suscitare semen fratris sui, & latissimè quæstionẽ excutit, & approbat Caietan. tom. 3. opusc. tract. 14. per totum, vbi omninò videndum, & ad quem me remitto, Quando autẽ frater præmortuus reliquit liberos, nec maior subesset causa, tunc minimè potest dispensare, & ita procedunt quæ habentur in Leuitico d. cap. 18. Non obest, quod habetur in Euangelio Mathæi, & Marci, de Ioanne repræhendente Herodem, quia loquitur in casu diuerso, erat enim viuus frater Herodis, hæc distinctio. colligitur in pleno

consilio Paris. consil. 68. per totum, lib. 4. vbi latissimè hanc materiã disputat in casu Regis Angliæ Soc, iun. consil. 140. lib. 2. Bellam. cons. 28. per tot. & ita fuit iudicatum in persona dicti Regis; nempe dispensationem validam fuisse, idem tenet Nauar. consil. lib. 4. consil. 14. num. 9.

31 † Nunquid autem Papa possit permittere vsuras exerceri per Iudæos ratione publicæ vtilitatis, vide Alex. cons. 1. num. 2. cum pluribus sequent.
32 lib. 2. vbi concludit, quod sic, † quid in Principe, nunquid possit permittere Iudæis, vt in suo dominio vsuras exerceant. vide latè Thesaur. Pedem. decis. 57. per totam, quo loci concluditur pro affirmatiua, Nauarr. lib. 5. consil. 5. tit. de iud. & Sarac. qui tenet id procedere modo Princeps superiorem non habeat, nec ex illis lucrum percipiat, ac capitula sint honesta.

33 † Si quis autem cupiat videre, quæ solus Papa possit vti sibi reseruata, & quæ facere non possit, vide latissimè Hippol. de Marsil. in tract. bannitorum, in verbo Papæ, vbi omnes casus latè congerit, & per Io. de Turrecrem. post D. Tho. in tract. de auctor. summi Pont.

34 † Quarta est quæstio, nunquid statuta comprehendant subiectos extra territorium existentes. de hac quæst. videas Bar. in repet. l. de quibus. nu. 31. ff. de legib. in repet. l. cunctos populos, nu. 32. C. de sacrosanct. eccles. Ant. Gabr. in suis cõmunib. in tit. de statutis concl. 8. Alderan. Mascard. de generali statut. interpretat. concl. 6. per totum.

Et potest hæc quæstio dupliciter intelligi, primò scilicet, nunquid comprehendat subiectos extra territorium existentes, secundò an trahatur ad eorum bona extra territorium existentia.

35 Circa primum distinguendum, † quod aut statutum loquitur circa solemnitates obseruandas in contractib. & ordinem processus, & tunc cum semper debeat attendi statutum loci, in quo iudicium agitatur, vt per Asin. in sua praxi iud. in prin. cap. 8. num. 8. non ligat subditum extra territorium. ita Asyn. in loco mox relato post Bar. in d. l. de quibus, num. 31. & in l. 1. num. 32. C. de summ. trin. & fid. cath. Ant. Gabr. d. conclus. 8. nu. 22. vers. quarto limita.

36 † Hinc dicimus, quod statutum loci contractus semper attenditur quò ad ea, quæ concernunt litis decisionem, & quò ad ea, quæ veniunt ex natura contractus. non autem ex mora, l. si fundus. ff. de euict. Bart. in l. contraxisse, ff. de action. & obligation. Alexand. consil. 37. num 7. vbi appostill. lib. 2. Bald. cons. 21. vbi in additio. dixi lib. 6.

Aut vero est prohibitorium circa personam, & tunc si fauorabilem continet prohibitionem, puta quod maritus non possit legare vxori, de quo habetur infra in statuto ciuili sub rubr. 90. quod fuit
37 factum † ne mutuo amore se spolient, & tunc huiusmodi statutum comprehendit, & ligat subditum extra territorium, & ideo † Papiensis existens Mediolani non poterit legare præter vsumfructum vxori, vel eam hæredem instituere ita disponente dicto statuto Papiæ sub rubr. 90. in ciuilibus, ita Bart. in d. l. 1. nu. 32. Roman. consil. 39. per totum, Alexander consil. 41. num. 7. lib. 5. Decius de communi in l. fin. num. 13. ff. de iurisdictione omn. iud. Ant. Gabr. d. conclus. 8. num. 3. vbi ampliat, & limitat Mascardus de generali statutor. interpretatione, conclusione 6. nu. 120.
38

Et hoc multò magis procedit, quando statutum expressè disposuisset de subdito extra territorium
39 existente † cũ possint statuentes condere statuta expressè ligando subditos, etiã quò ad ea, quæ geruntur extra territorium, vt per Alexandrum dicto consil. 41. num. 6. vbi Appostill. Mascard. dicta conclusione 6. nu. 119. vers. primo amplia.

Aut verò est odiosum, & sic continet prohibitionem odiosam, & tunc non ligat subditum extra territorium ita Bart. in d. l. 1. Dec. in d. l. fin. nu. 13. ff. de iurisd. omn. iud. latè Ant. Gabr. d. concl. 8. num. 25. vers. secunda est conclusio, vbi ampliat, & limitat pluribus modis.

Ad cognoscendum autem an dispositio dica-
40 tur fauorabilis, vel odiosa, † consideratur ratio principalis, qua moti sunt statuentes ad ita disponendum, nam si concernat fauorem dicitur fauorabilis. si verò odium dicitur odiosa, Roman. d. consil. 39. num. 5. vbi Mandos. citans ad hoc Paris. & alios.

41 † Aut verò, & vltimo loco statutum est prohibitorium in rem, puta quia prohibet bona alienari in forenses, prout cauetur Papiæ infra in rubr. 147. in ciuilibus, & tunc comprehendit etiã subditum alienantem etiam extra territorium, ita Bart. in d. l. num. 32. Gabr. d. conclus. 8. nu. 33.

42 † An autem statutum trahatur ad bona extra territorium existentia, dicas breuiter, quod aut statutum statuit principaliter, & directè circa bona sui subditi in alieno territorio existẽtia, & tunc non valet cum careat iurisdictione, & extra territorium habeatur loco priuati. ita Roman. d. cõs. 39. num. 3. Aut loquitur circa personam subditã, & tunc, aut continet dispositionem fauorabilem, & tunc trahitur ad bona extra territorium existẽtia. Aut continet dispositionem odiosam, & non trahitur ad bona extra territorium existentia, ita Roman. d. consil. 39. quam distinctionem etiam approbat Mascard. de gener. stat. interpretat. concl. 6. num. 123. cum pluribus seqq. quo loci adducit plures distinctiones, & declarationes ad hanc regulam, quas non refero, cum apud eum videri possint, & vide præcipuè nu. 106. vers. octauo amplia.

43 † Sed nunquid huiusmodi statuta comprehendant subiectos extra territorium delinquentes, quando statutum loquitur in delictis, & dic secũdum Iulium Clarum in §. fin. prax. crim. quæst. 85. vers. tertius est casus, quod aut statutum expressè loquitur circa subditum delinquentem extra territorium, & tunc eum comprehendit, aut loquitur simpliciter, & non comprehendit subditum delinquentem extra territorium, & ideo talis delinquens venit puniendus, vel secundum pœnã de iure communi impositam, vel pœnam statutariam loci, in quo deliquit, non autem secundum statutũ loci originis, vel domicilij, & ita testatur fuisse obseruatum in Ducatu Mediolani in persona cuiusdam Adæ Tincti vxoricidæ.

44 † Quinta quæstio est nunquid statuta contra libertatem ecclesiasticam valeant; In primis scien-
45 dum est illa † dici contra ecclesiasticam libertatẽ, quæ fiunt contra ea, quæ fuerunt concessa Ecclesiæ, vel ecclesiasticis personis à iure communi, vel ex priuilegio, Doctor. in Authent. cassa. C. de sacrosanct. eccles. & in cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, de constit. Alexand. consil. 59. num. 2. lib. 1. & consil. 209. num. 4. & 210. num. 12. & 211. nu. 7. lib. 2. & hoc siue directè, siue indirectè, Alba. cõs. 8. num. 3. Vincent. Honded. consil. 3. num. 15. lib. 1. & prout latius quando statuta dicantur cõtra

tra libertatem ecclesiasticam pluribus modis tradit Alderan. Mascard. de generali statutorum interpretatione, conclus. prima, quo loci pluribus modis hoc declarat, quæ tamē declarationes meo iudicio ferè tendunt ad idem, & præcipuè nu. 50. cum pluribus seq. ac etiam num. 88. vers. verum.

46 † Sed dubium est nunquid dicatur statutum contra libertatem ecclesiasticam, si ecclesia, & cōmune habeant molendina extra Ciuitatem, vel Castrum, & soleant ciues ire ad molendina tam ecclesiæ, quam Ciuitatis, & fiat statutum per Ciuitatem, quod euntes ad macinandum extra Ciuitatem teneantur soluere pro ingressu portæ aliquam certam summam, nisi macinauerint ad molendina Ciuitatis, & dic huiusmodi statutum dici contra libertatem ecclesiasticam, vt tenuit Abbas in d. cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, num. 30. post Ancharan. de constitut. sequitur Alexander consil. 211. nu. 10. cum sequen. lib. 2. vbi addition. Iason. consil. 161. circa finem lib. 2. diceretur etiā statutum contra libertatem ecclesiasticam quando disponeret quod quis non posset apprendere possessionem ecclesię sine licentia Domini temporalis, vel quando prohiberet impetrari beneficiū à Papa sine licentia domini temporalis, Abb. consil. 83. lib. 1. Felin. in d. cap. Ecclesiæ S. Mariæ num. 96. versic. vndecimo quæro vbi Dec. num. 185. cum duobus sequentibus.

47 † Hoc supposito teneas in distinctè statuta cōtra libertatem ecclesiasticam non valere, Auth. cassa, & irrita, vbi Doctores C. de sacrosanct. ecclesijs. Doctores in cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, de constitution. & præcipue Felynus.

48 † Amplia, vt faciens seruari talia statuta sit excommunicatus, cap. nouerit, de sentent. excommun. Clarus in §. final. prax. crim. quæst. 77. nu. 28. vbi Baiardus in addit. ad eum num. 30. cum pluribus sequentibus, ad quem recurras.

49 † Amplia vt Papa confirmando statuta, non videatur confirmare ea, quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam, Bald. in l. omnes populi, num. 9. vers. sed nunquid Papa confirmando, colum. 4. ff. de iust. & iure, Alex. consil. 209. num. 4. lib. 2. Ias. in repet. l. omnes populi nnm. 39. ff. de iustit. & iure Mascard. d. conclus. 2. num. 270. ratio est

50 secundum eum, quia Princeps confirmando statuta, nunquam videtur confirmare illicita. Hinc dicimus, quod concessa generali facultate statuendi, non censetur data potestas quò ad statuta iniqua, l. ambitiosa, vbi Bart. & alij, C. de decret. ab ord. faciend. Mascard. vbi supra num. 269.

Hinc etiam dicimus, quod statuta non debent trahi ad illicita, l. si quis sub conditione, ff. de cond. inst. Alex. consil. 37. num. 29. lib. 2. & ideo debent intelligi, ne contineant captionem, l. penult. ff. ad exhib. Bart. in l. omnes populi, in 6. quæst. princ. num. 55. vers. ex prædictis possunt solui, ff. de iustit. & iure, Alexan. consil. 24. num. 35. lib. 2. plura possent dici circa hanc materiam, sed de his latè habetur per Doctor. in dicta Authent. cassa, & in d. cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, & per Baiard. loco mox relato, & nouissimè plenè per Mascard. dicta conclus. prima, num. 79. vers. secundo amplia. vbi plures adducit ampliationes, quas non libet transcribere.

51 † Sexto quæro nunquid statutū valeat in præiudicium, & odium certæ personæ, & dic quod

52 nedum statutum † sed nec etiam consuetudo potest aliquid statuere in odium particularium personarum, ita Angelus cons. 162. nobilis miles, nu. 3. Alex. cons. 190. num. 14. vbi appostill. lib. 2.

53 † Quod adeo verum est, & procedit etiā, si statutum esset verbis generalibus conceptum, ex cō-

54 iecturis † tamen appareret in odiū certæ personę particularis fuisse confectum, nam tunc talis persona particularis habet exceptionem doli contra dictum statutum, vel per appellationem est ei cōsultum, l. 1. ff. de except. dol. Bart. in l. omnes populi. in 5. quæst. princ. in fine, ff. de iust. & iure, Iason. consil. 161. num. 16. lib. 2. Ozaschus decis. 17. num. 16.

55 † Septima est quæstio an in Ciuitate Papiæ, in qua vigent statuta, veniat seruandum ius commune, an verò ipsa statuta, & dic, quod Aut statuta contrariantur iuri communi, & tunc statutum est seruandum, non autem ius commune, l. omnes populi, ff. de iust. & iure, l. an in totum, ff. de ædific. priua. l. de quibus, ff. de legib. Ale-

56 xand. consil. 48. in fine, lib. 1. † si tamen in statuto esset casus omissus, tunc ille casus remanet sub dispositione iuris communis, l. commodissimè, ff. de liber. & posthum. l. si cum dotem, ff. solut. matrim. Bart. in repet. l. Cæsar, num. 18. cum sequent. ff. de publ. & vectigal. Alexan. consil. 19. num. 5. 52. nu. 4. 77. num. 10. & 80 nu. 1. lib. 1. quo loci ad plures infert quæstiones, & consil. 57. num. 3. & 130. num. 1. lib. 2. quod tamen limita tribus modis.

57 † Primò scilicet quādo statutum in sensu directo, prout iacet, nihil operaretur.

58 † Secundò quando casus omissus posset haberi pro expresso per aliquam coniecturam.

59 † Tertiò vt non procedat in connexis, his tribus modis limitat Euerard. in sua topica legali, arg. à contrario sensu, num. 23.

60 † Quartò limita in casu in quo verisimile est, quod statuentes idem statuissent si de illo casu interrogati fuissent, glos. in l. tale pactum, §. fin. vbi Doctor. ff. de pact. l. Titius, §. Lucius, vbi Castren. ff. de lib. & posthum. Alexand. consil. 216.

61 num. 32. lib. 2. † vbi ampliat hanc limitationem procedere nedum in statuto, sed etiam in qualibet conuentione, & rescripto, vt dispositio stricti

62 iuris semper extendatur ad casus, & personas, † in quibus verisimile est, quod disponens idem sta-

63 tuisset, si de eo fuisset interrogatus, † qui enim habet verisimilitudinē pro se, dicitur habere casum legis, Crauett. consil. 292. num. 6. Ozasch.

64 decis. 170. † & quod est verisimile est credibile, l. prima, C. quæ res pign. oblig. poss. Tiraquell. plura in præfatione l. si vnquam. num. 37. & sequen. C. de reuoc. donat. Bertaz. consil. crim. 438. num. 3. & seq. & argumentum à verisimili est ualidum etiam ad condemnandum, & proferendum sententiam, l. in obscuris, ff. de reg. iuris, Hier. Gabr. consil. 167. uir clarissime num. 33. uol. 2. Decian. consil. 62. num. 72. uol. 3. Viuius decis. 255. num. 1.

65 † Et nota regulā, quod casus omissus remanet sub dispositione iuris communis, procedere nedū in statutis, ut supra dixi. sed in qualibet dispositione, l. si extraneus, ubi Bart. & Doct. ff. de condit. caus. dat. & nō sequt. Surd. cons. 339. nu. 15. ac

66 in cōtractibus, & cōuentionibus, cū in his non fiat extēsio de vno casu ad aliū, l. quidquid adstringēdæ, ff. de verbor. oblig. Alex. cons. 46. nu. 4. lib. 2. Cephal. cons. 370. nu. 5. Surd. cons. 457. nu. 12. lib. 3.

67 Idem

67 † Idem in decreto correctorio iuris communis; nam tunc casus omissus remanet sub dispositione iuris communis, Alexand. consil. 37. num. 5. lib. 1. Idem in lege, canone, iudice, procurante, appellante, impetrante, & quocunque superiore, Socin. sen. consil. 32. num. 18. lib. 1. Paris. consil. 54. num. 25. consil. 78. num. 24. vol. 2. Neuiz. consil. 58. num. 5. & 7. Natta consil. 479. num. 9. & 10. Iosep. Ludouic. decis. Perusin. 9. num. 31. Surdus consil. 416. num. 21. lib. 3.

68 † Simile in casu omisso à testatore, Alexand. consil. 130. num. 1. lib. 2.

69 † Quod tamen velim intelligas non procedere in casu, in quo testator verisimiliter prouidisset, si de eo cogitasset, nam tunc dispositio facta in vno casu, trahitur ad alium, in quo testator verisimiliter prouidisset, si de eo cogitasset, Alexand. cõsil. 130. num. 4. lib. 2. late Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 19. nu. 4. cũ seqq. pluribus vbi pulchrè declarat.

70 † Quæ autem dicta sunt, quod deficiente statuto seruetur ius commune, intellige vt procedant, vt si versaremur in terris subiectis Ecclesiæ, veniret seruandus ius canonicũ, in subiectis verò Romano Imperio ius ciuile, si autem essemus in loco prætendente libertatem ab vtraque superioritate, tunc ibi non vigente statuto, vel consuetudine, seruandum est ius gentium commune omnibus, quod ibi vigere præsumitur, San. Seuer. in d. l. cunctos populos, num. 93. firmat Mascard. vbi supra concl. 7. in fi

71 † Circa octauam quæstionem nunquid ius statutarium in loco, in quo viget, dicatur ius commune ciuitatis; dicas quod sic, ita glos. inst. de actionibus in princ. vbi Gomes. num. 42. vers. quarta conclusio, quo loci infert quod si sit factũ compromissum in arbitros, & eis sit data facultas iudicandi secundum ius, poterunt dicti arbitri iudicare non solum secundum ius commune, sed etiam secundum ius municipale, & consuetudinẽ,

72 † cum iuris appellatione veniat etiam ius commune, ita Gomes. loco mox relato, vbi fatetur hanc esse communem Doctorum sententiam, quo loci pariter respondet quinque modis ad text. in §. quoties, inst. de iure natur. gent. & ciuil. vbi

73 habetur, † quod quoties fit mentio de iure, intelligitur de iure ciuili Romanorum, quæ responsiones cum apud eum videri possint, non refero.

74 † Sed iuxta hoc oritur dubium, extat statutum in aliquo oppido subdito alicui ciuitati, quod deficiente statuto dicti oppidi seruetur ius commune; an intelligatur de iure communi Romanorũ, an verò de iure municipali Ciuitatis dominantis.

Circa hanc quæstionem duæ sunt diuersæ opiniones, quarum prima est, quod intelligi debeat de iure ciuili Ciuitatis dominantis; & hanc tenuerunt Rom. Corn. Soc. Dec. Marian. iun. Grat. hos omnes refert Mandos. in Addition. ad Roman. consil. 218. & plures alios hanc tenentes refert Menochius de præsumption. lib. 2. præsum. 6. num. 13.

Contrariam opinionem, quod imo intelligatur de iure ciuili Romanorũ; tenuerunt Castrens. Socin. sen. Dec. Cephal. Bursat. & latè Mandos. in Addit. ad Roman. consil. 218. quam pariter sequitur Menoch. d. præsumpt. 6. num. 14. vbi fatetur, aliquando tenuisse primam opinionem; hodie tamen magis sibi probari hanc secundam, & hanc sine dubio teneas per iura, & rationes adductas per Mandosium ad dictum consilium 218. Romani, quo loci satisfacit omnibus contrarijs, & ad auctoritates Doctorum contrarium tenentium respondet, & hanc opinionem magis communem fatetur Alderan, Mascardus dicta conclusione 2. num. 88. cum tribus sequentibus.

Quam opinionem vltimam, multò magis tenendam censeo, quando illud oppidum tempore quo confecit, statuta nulli Ciuitati suberat; ex quo enim statuentium mens inspicienda venit, vt per Bart. in l. contra legem, ff. de legib. non possunt videri intellexisse de Ciuitate dominante, cui tempore statuti conditi non suberant; ita Mandos. ad Rom. d. consil. 218. dum loquitur de statuto Ciuitatis Pisarum.

75 † Limita hanc opinionem, non procedere quãdo ex vsu, & obseruantia dicta verba, quod recurratur ad ius commune interpretata fuerunt, quod intelligatur de iure Ciuitatis dominantis, quo casu non est à dicta obseruantia recedendum, ita Menoch. plures referens d. præsump. 6. in fine, quem etiam sequitur Mascard. dicta conclusion. 2. num. 92. cum quinque sequentibus, vbi num. 98. limitat secundo loco, non procedere, quando aliqua sequeretur superfluitas in statutis, vel absurdum aliquod, vel nisi aliter de mente statuentium appareret, vt ibi per eum.

Scias tamen, quod in dubio deficiente statuto proprij loci semper recurritur ad statuta Ciuitatis dominantis, vt notatur §. final. institu. de satisd. Decian. respons. 32. nu. 28. lib. 2. Roman. d. consil. 218. Peregrin. de iure fisc. lib. 5. tit. 1. num. 36.

76 † Nona quæstio est; an statutum simpliciter loquens, comprehendat actum iuratum, & quid si expressè disponat de iuramento, tollendo vires iuramenti; dicas quod statutũ simpliciter loquens, & quælibet lex disponens super prohibitione certi actus, nunquam comprehendunt actum iuratum, Doct. in cap. cum contingant, de iureiur. cum non possint laici de viribus iuramenti disponere, ita glos. in cap. cum non decet. de electione in sexto, Alexander consil. 27. num. 5. & 7. vbi apposti. & consil. 125. numero 12. lib. primo, Rip. auus mihi maternus testans de communi respons. 1. num. 3. in tit. de reuoc. donat. Afflict. decis. 5. dominus rex, & decis. 111. Gramat. decis. 12. Natt. consil. 133. Calista Hospes, Crauet. consil. 7. num. 4. Menoch. consil. 196. num. 40. & consil. 508. num. 34.

77 † Hinc dicimus, quod Princeps secularis, non potest derogare actui iurato, cap. venerabilem, vbi glos. de electio. Alexand. consil. 38. num. 7. ac 9. lib. 3. & ideo licet Princeps possit venditori redimendi tempus prorogare, l. quoties, C. de

78 prec. imp. offer. † attamen, si promissio de retrouendendo iuramento firmata esset, prout communiter solet fieri in omnibus instrumentis, in quibus solet apponi clausula, saltem in foro Papiensi, Iurantes omnia, & singula, &c. tunc non poterit Princeps huiusmodi prorogationem concedere, ex pluribus, de quibus per Cagnol. in l. 2. num. 142. & seq. quæst. 34. versic. sed an prædicta procedant, C. de pact. inter empt. & vendit. vbi intelligit hoc procedere saltem quando est factum pactum, quod elapso tempore ad redimendum cõcesso, nullo modo possit emptor redimere, cum clausula in fine instrumẽti apposita Iurantes omnia, & singula &c. sed hoc non seruatur, vt per Cagnol. d. loco.

79 Quod

79 † Quod tamen dictum est de Principe seculari, vt non possit actui iurato derogare, non procedit in Papa, vt per Doct. in cap. quanto, de iureiur. an autem Papa possit super quolibet iuramento dispensare, distingue, vt per Abb. & Doct. in d. cap. quanto, Alex. consil. 38. lib. 3.

80 † Aduertas tamen, quod Papa super actui iurato nunquam intelligitur dispensare nisi de iuramento in specie mentionem fecerit, cap. constitutus, vbi gloss. & Doct. de rescript.

81 † Hinc dicimus, quod Papa reuocans statuta, & consuetudines, non intelligitur reuocare ea, quæ sunt iurata, Angelus in l. prima, §. quæ onerande, ff. quarum rerum actio non datur, Alex. dicto consil. 38. nu. 4. cum duobus sequentibus.

Retenta igitur conclusione, quod statutum loquens simpliciter super prohibitione certi actus non compræhendit actum iuratum,

82 † Infertur primo loco, quod stante statuto, quod mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, huiusmodi statutum non compræhendit contractum à muliere iuratum, Alexand. consil. 29. num. 15. lib. 3. latè Ant. Gabr. plures allegans in suis communibus in tit. de iureiuran. concl. 5. num. 14. cum seq. apud quem plures ad hoc habes illationes in materia statutorum, quæ non refero, & de hoc latiùs dicam infra ad statuta ciuilia, stat. 98. rubr. quod fœmina maritata &c.

83 † Amplia conclusionem, vt non valeat statutum expresse contractum iuramento firmatum inualidans, ea ratione, quia

84 † iuramentum est res spiritualis, super quo lex ciuilis, vel statutum laicorum non potest disponere cap. venerabilem, de elect. quo casu standum est iuri canonico contrarium iuri ciuili disponenti, cap. quamuis de pact. in sexto, ex quo agitur de materia peccati, Bart. & Doctores in l. priuilegia, C. de sacrosanctis Eccles. ita tenet Alexand. consil. 59. nu. 7. & consil. 125. nu. 3. 6. 8. cum tribus sequentibus lib. 1. & quod statutum non possit tollere vires iuramenti tenet Curt. iun. cons. 118. num. 6. cum sequ. ac consil. 47. num. 6. & consil. 119. nu. 6. cum seq.

85 † Hinc dicimus non valere statutum disponens quod contractus minoris sine consensu propinquorum celebratus non valeat, etiam si interuenit iuramentum, Bart. in l. omnes populi, in 3. quæst. principali, num. 25. ff. de iustitia. & iure, Castr. in l. finali, ff. qui satisd. cog. & in l. si quis pro eo, num. 7. & sequent. ff. de fideiuss. latè Alexander dicto consil. 125. Romanus consil. 12. nu. 1. cum sequent. vbi Mandos. in Addition. ad eũ hanc veriorem, & communem fatetur, hanc etiã communem dicit auus meus Rip. d. respons. 1. num. 3. in tit. de reuocan. donationib.

86 † Subampliatur hæc ampliatio, vt nec etiam valeat statutum imponens pœnam venientibus ad talem contractum iuratum, ea ratione quia quod non potest fieri directè, nec per indirectum, cap. quanto, de priuileg. ita Alexan. d. consil. 59. nu. 4. in fine numeri, licet contrarium teneat Mandos. in Addition. ad Roman. dicto consil. 12. vbi plures refert tenentes contrarium, vbi tenet iuramentum per indirectum tolli posse per statuentes quando scilicet statuentes iusta rationabili causa moti sunt, puta quia in eorum patria minores decipi solerent.

87 † Quin autem si statutum dicat, quod minores sine dictis solemnitatibus alienantes præsumantur dolo inducti, etiam si iurent, vide Hier. Gabr. consil. 13. nu. 5. cum plur. seqq. lib. 1. vbi tenet statutum valere, & iuramentum per indirectum tolli posse subsistente causa, & infra dicam ad statut. ciuile 119. sub rubr. de modo, & forma obligandi filium familias, & vide Decian. cons. 82. nu. 15. cum seq. lib. 4. & Albam cons. 597. cum seq. plur.

88 † Circa decimam quæstionem an statutum vsu non receptum valeat, dicas prout latius infra in lucubrationibus ad statutum primum, de regim. pot. ad quem locum recurras.

Vndecima est quæstio nunquid statuta trahantur ad præterita, præsentia, & futura.

89 † Et circa præsentia, & futura dic quod statutum etiam si sit conceptum per verba præsentis temporis tunc comprehendit ne dum illud tempus præsens, sed etiam trahitur ad futura, Bart. in repet. l. omnes populi in 6. quæst. princ. nu. 64. versic. quid de tempore, ff. de iust. & iure, sequitur Alex. consil. 190. nu. 8. cum seq. lib. 2. quod autem dictum, vt comprehendat tempus præsens

90 intellige † vt statim incipiat ligare post publicationem, vt post Bart. in l. omnes populi in 6, qu. princ. ff. de iust. & iure, firmat Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de legibus, conclus. 4. in

91 fine num 11. quando autem incipiat ligare lex latè explicat Anton. Gabriel. dicta conclus. 4. & Menochius plures casus distinguens de arbit. iud. lib. 2. centuria 2. num. 185. per totum, vbi latissimè.

Aduerte tamen, quod licet statutum statim incipiat ligare post publicationem, non tamen comprehendit eum,

92 † qui iam inceperat facere actũ à statuto prohibitum, ita Feli. in cap. 2. in fi. de const. vbi exemplificat in eo, qui incepit exportare bladam extra prouinciam, nam si interim fiat statutum prohibens exportare bladam extra prouinciam non comprehendit eum, qui iam inceperat.

93 † An autem statuta trahantur ad præterita, & dic quod non, l. leges, & constit. C. de legib. auth. iubemus, ad fin. C. de testam. cap. fin. de constit. Alex. consil. 7. num. 2. lib. 2.

94 † Hinc dicimus quod quando exceptio, vel ius est acquisitum priuato ante statutum, tunc ad illud non trahitur statutum, Alexand. cons. 141. num. 8. lib. 2. latissimè Mascard. conclus. 3. per tot. vbi plenissimè hanc materiam discutit ampliando, & limitando.

95 † Fallit quando statuta fierent ad declarationem statutorum antiquorum, nam tunc trahuntur etiam ad præterita nondum finita, l. fin. C. de transact. Alexand. d. consil. 7. num. 4. vbi sublimitat non habere locum in casu nouiter deciso, nam in illo duntaxat casu non trahitur ad præterita, cap. fin. de constit.

96 † Fallit secundo, quando statutum disponeret expresse, quod trahatur ad præterita, d. cap. fi. vbi Doctor. de constit. cætera ad hanc materiam facientia videas per Doct. in d. l. fin. & præcipuè Dec. vbi ampliat, & limitat hanc regulam, & loquitur nedum in statuto, sed etiam in lege, an trahantur ad præterita, & quia est materia ordinaria ibidem remitto lectorem.

97 † Sublimita tamen hanc fallentiam, vt scilicet statutum expresse disponat, quod trahatur ad præterita, non tamen intelligitur de præteritis decisis nisi hoc diceretur, nec intelligitur de præteritis pendentibus per appellationem, ita Dec.

in

in d. cap. fin. num. 14. & 36.

Quo ad duodecimam quæstionem, scilicet quã interpretationem recipiant statuta à iure cõmuni, & dic quod aut † quærimus nunquid statuta
98 recipiant extensionem actiuam, scilicet vtrum extendantur ad casus alios in statuto non compræhensos, aut passiuam, scilicet an leges se extẽdant ad statuta; in primo casu regula est, quod statuta non extendantur ad casus in statuto non comprehensos, cum in eo casus omissus habeatur pro omisso, & remaneant sub dispositione iuris communis, ita Bart. in d. l. omnes populi, in 6. quæst. princ. num. 60. vers. quarto. quæro vtrũ statuta, faciunt tradita per Brun. in tract. quod stantibus masculis. 8. quæst. princip. quæst. 19. dum quærit an statutum loquens in persona vnius, & excludens feminas ab hæreditate patris, censeatur excludere ab hæreditate matris, Dec. consil. 589. num. 3. & sequent. & 617. per totũ. & consil. 656. num. 8. vbi declarat, Chassan. melius cæteris in consuet. Burgun. ad finem tit. cõclus. approbat in verbo Interpretes, vbi 32. casus considerat.

99 Quod maximè dicẽdum est quando statutum est correctorium iuris cõmunis, vel exorbitans, nam tunc non debet extendi ad alios casus in statuto non compræhensos, sed solùm debet intelligi in casu expresso, l. si verò, §. de viro, ff. solut. metr. Alexan. consil. 125. num. 3. in fin. & 138. nu. 4. lib. 1. & consil. 17. num. 2. lib. 2. Euerard. arg. à contrario sensu, nu. 22. Tusc. pract. concl. iur. in litera S. concl. 496. per tot. vbi latissimè.

Limitantur tamen hæc secundum Bartol. in dicta l. omnes populi, vt non procedant, in duo-
100 bus casibus: † Primus est, quando versaremur in casibus, sine quibus disposita per statuta non possent habere effectum, nam tunc ad alios extenditur statutum, l. si ita stipulatus fuero per te
101 non fieri, ff. de verb. obli. Secundus est † quando illi casus in quibus est eadem ratio, non sunt casus per ius commune decisi, nam etiam ad illos statuta extenduntur, l. de quibus, ff. de legibus.
102 † Addo ego tertium casum, scilicet quo ad casum, in quo verisimile est, quod statuentes idẽ disposuissent si de illo fuissent interrogati, glos. in l. tale pactum, §. final. vbi Doct. ff. de pact. Alexand. consil. 216. num. 32. lib. 2. vide tamen latiùs apud Chassan. dicto tractatu cõsuetud. Burgund. ad finem, in tit. conclusio, & approbatio, in verbo Interpretes.

Hæ tamen tres restrictiones non procedunt in foro nostro Papiensi, & in terminis nostrorum statutorum, nam cum habeamus statutum finale
103 sub rub. 83. in criminalibus, dispon ens, † quod statuta intelligantur prout littera sonat, quo statuto, sic stante, non est licita extensio etiam in casibus in quibus de iure communi fieret, ita Auus mihi maternus Rip. in l. si constante, nu. 83. ff. solut. matrimon. & videndus Thesaur. decis. 169. nu. 5. & 9. Crauett. consil. 113. Decian. cõsil. 31. nu. 51. cum seqq. lib. 1. late Paul. de Mõte pico consil. 85. nu. 15. cum plur. seqq. vsque ad num. 34. & ibi ad dictum statutum dicemus.
104 † Quo verò ad secundum casum, scilicet nunquid statuta recipiant interpretationem à iure communi, & sic nunquid leges extendantur ad statuta, & dic quod sic, glos. in l. si serui vestri, C. de noxal. Bart. in d. l. omnes populi, tex. in l. 1. §. lex Falcidia, vbi Bart. & Alex. ff. ad l. Falcidiam, Alex. consil. 36. num. 7. 37. nu. 18. & 60. num. 7. lib. 2. Curtius senior loquens in terminis statutis Papiæ consil. 77. num. 5. Curt. iun. consl. 143. nu. 3. latissimè omnium Aldera. Mascar. de gen. stat. int. concl. 2. per tot. quo loci infert ad plures quæst. de quibus ibi per eum, & pulchrè examinat hanc quæstionem, adeò vt nullum addendi locum reliquerit, Paul. de Monte pico d. consil. 85. ferè per tot.

105 † Decimatertia quæstio est, nunquid statuta valeant in totum tollere legitimam, hæc quæstio duplicem habet opinionem, prima est, quod possit per statutum in totum tolli legitima, quam tenuerunt Alexand. consil. 85. nu. 11. lib. 1. quem sequuntur infiniti congesti per Crassũ de success. §. legittima, quest. 42. num. 2. mouentur præfa-
106 ti Doctor. ea potissimum ratione, † quia legitima non debetur de iure naturali, sed de iure ciuili suadente naturali ratione, ac coniunctione, Alexand. d. cons. 75. Socin. iunior consil. 62. nu. 10. lib. 3. Decius in l. iura sanguinis, num. 8. ff. de regul. iur. Menochius de arbitrarijs iudicum, casu 149. num. 11. & seq.

Contrariam opinionem, quod imo legitima nõ possit per statutum tolli, sed tantum minui tenuerunt plures relati per Crass. d. §. legitima, quæst. 42. num. 1. Vinc. Honded. cons. 10 nu. 15. lib. 1. Surd. cons. 357. num. 36. lib. 3. & hæc est verior opinio, vt sine causa in totum tolli non possit, vt latè per Curti. iunior consil. 10. & ità conciliantur opiniones, vt prima procedat cum causa, posterior verò sine causa, ita Crassu s vbi supra, num. 3. dicitur, autem subesse causa ob rationem conseruandæ agnationis, vel ob fauorem masculorum, Castr. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstr. Crass. d. quæst. 42. num. 3. latissimè Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera S. concl. 548. per tot. vbi infinitas affert auctoritates pro vtraq; parte, & plures ponit declarationes.

107 † Hanc tenendo limita, vt benè possit legitima per statutum minui in quantitate. Dyn. in regula indultum, de regul. iur. in 6. Bart. cons. 72. lib. 1. Alexander consil. 55. num. 5. vbi appostill lib. 2.
108 quod procedit, † vt etiam minui possit in tempore, Crassus dicta quæst. 42. num. 5. Alexander d. cons 55. num. 5. Hæc circa hanc quæstionem dicta sufficiant: non enim intendimus nisi breuiter quæstionẽ decidere omissis disputationibus.

109 † Decimaquarta quæstio est, an fundans se in statutis, debeat illorũ volumẽ producere, & circa hanc distingue, vt per Bart. in d. repet. l. omnes populi, num. 67. ff. de iust. & iur. quod aut quis vult fundare suam intentionem ex statutis alterius Ciuitatis, & tunc illa sunt alleganda, & producenda iudici, cum ea præsumatur Iudex probabiliter ignorare. cap. 1. de constitut. in 6. l. prescriptione, C. si cont. ius, vel vtil. publ. sequitur Alexand. consil. 37. nu. 2. lib. 2.

Aut vult fundare intentionem ex statutis Ciuitatis propriæ in qua degit, & tunc cum sint inserta in volumine statutorum, & publicè nota non sunt producenda, cum iudex non præsumatur probabiliter ea ignorare arg. l. 1. §. nam si quidẽ, ita pronunciauerit, ff. ad Turpilian. ita Borgnin. decis. 6. num. 2.

110 † Limita tamen quando essent non publicè nota, puta quia essent reformationes non insertæ in volum. statutorum factæ ad declarationem statutorum

torum veterum, nam tunc deberent produci per fundantem se in eis, ita Bart. in d. l. omnes populi, num. 67. vbi Io. Bapt. à San-Seuerin. nu. 279.

111 † Intellige tamē, vt in casibus in quibus dicimus, statuta esse producenda, vt non sufficiat si producatur particula statuti, quia posset esse alia particula, quæ illam determinaret, sed totū debet produci, ita Bart. in d. l. omnes populi, num. 69.

Decimaquinta quæstio est, an in statutis habeat locum argumentum à correlatiuis, à simili, à maiori, & à contrario.

112 † Circa primum, nunquid in statutis valeat argumentum à correlatiuis, & supposito prius correlatiuum est duorum, vel plurium ad inuicem mutua relatio, vt per Euerard. in sua topica loco

113 à correlatiuis nu. 1. dicas † argumentū à correlatiuis validum esse, cum correlatiuorum idem sit iudicium, & dispositum in vno de correlatiuis, intelligatur dispositum in altero, l. fin. vbi Doct.

114 & præsertim. Ias. C. de indict. vid. toll. ac † prohibitio facta vni de correlatiuis, censeatur facta alteri, l. 1. C. de cupressis, lib. 11. Auus mihi maternus Rip. in l. is cui bonis, num. 32. ff. de verborum obligat. quam regulam latè exornat ampliando, & limitando, ac inferendo Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de legib. concl. 1. latè etiam Sebast. Medices reg. 9. de regul. iur. & in terminis, quod statutum in vno de correlatiuis loquens, vendicet sibi locum in altero tenet Ias. d. l. fi. num. 3. ac num. 15.

115 † Amplia etiam, si statutum esset correctoriū, nam nihilominus extenditur ad alterum, Iason. in d. l. finali, numero 3.

116 † Hinc dicimus, quod statutum prohibens relinquere vxori habet locum etiam è cōtra, vt vxor prohibeatur relinquere marito, cum maritus, & vxor sint correlatiui, Ias. in d. l. fin. cum alijs pluribus, de quibus per Gabr. d. concl. 2. nu. 4. vers. secundò amplia.

117 † Infertur secundò, vt statutum prohibens vēdere, censeatur prohibere emere, Gabriel dicta conclusione 2. numero 13.

118 † Amplia procedere etiam in statuto pœnali, & ideò statutum imponens pœnam vendenti, etiam ementi imposuisse dicitur Gabr. vbi supra, nu. 14.

119 † Hinc etiam dicimus, quod statutum puniens aliquē ratione publicæ vtilitatis disponens in vno de correlatiuis, semper extenditur ad alterum, & statutum disponens, quod emptor non audiatur nisi satisdet de expensis in euentum victoriæ, extenditur etiam ad venditorem, Sebastianus Medices dicta regula 9. numero 90.

120 † Limita primo hanc conclusionem non procedere, quando in correlatiuis est diuersa ratio, nam tunc dispositum in vno, non intelligitur dispositū in altero, l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. obliga. l. si maritus, C. de donat. inter vir. & vxor. l. si conuenerit. ff. de pact. latè Ant. Gabr. d. concl. 2. num. 51. Bart. in d. l. fin. vbi Ias. nu. 18. cum seq. vbi exemplificat duobus modis, pri-

121 mo † in statuto prohibente forensem emere bona immobilia in territorio, vt non dicatur prohibitus vendere; secundo in statuto excludēte sororem à successione fratris, vt non intelligatur prohibitus frater succedere ipsi sorori, cū in his duobus statutis diuersa sit ratio in correlatiuis, vt ibi per eum.

122 † Limita secundò, vt dispositio procedat quò ad eundem actum, & eandem rationem, non autem diuersam, ita post Socin. consil. 74. num. 5. lib. 3. firmat Alderan. Mascard. de gener. statut. interpret. conclus. 4. num. 195. vers. secundo intellige.

123 † Limita tertio, conclusionem procedere quādo in Ciuitate extaret statutum, quod statuta debeant intelligi prout iacent ad litteram, prout est Papiæ, vt infra statuto finali in criminalibus, nam tunc argumentum a correlatiuis minimè procedit, ita Curt. iun. consil. 77. num. 7. relatus per Gabr. dicta conclus. 2. num. 5. Mascard. d. conclus. 4. num. 196.

124 † Hinc dicimus in terminis statuti nostri Papiensis positi sub rubr. 90. in ciuilib. prohibentis maritum relinquere vxori, vt non compræhendat vxorem relinquentem marito statuto stante quod statuta debeant intelligi ad literam, prout latiùs in adnotationibus ad d. statutum dicemus.

125 † Nunquid autem in statutis habeat locum argumentum à simili, & dicas, quod quando statutum est correctorium iuris communis non procedit argumentum, ita Bart. in l. Cæsar in repet. nu. 24. vers. secūdo quæro, ff. de publican. & vectigal. ea ratione, quia casus omissus habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis.

126 † Amplia etiam, vt in statuto correctorio iuris communis non habeat locum argumentum à maiori ad minus per rationem supradictam, Bart. in d. repet. l. Cæsar, num. 25. versic. tertiò quæro nunquid.

127 † Amplia, vt nec etiam in statutis valeat argumentum a contrario sensu, quādo ex eo resultaret correctio iuris, glos. in l. 2. C. de cond. instit. cum pluribus citatis per Mascard. d. concl. 4.

128 num. 6. quo loci infert, quod † statutum prohibens minorem sexdecim annis contrahere sine certa solemnitate, & nisi certa seruata forma, non videtur à contrario sensu post illud tempus illum habilitare, ac facere idoneum, ac si esset legitimæ ætatis, ita vt possit omittere solemnitates aliàs à iure requisitas in cōtractibus minorum, de

129 hac autem materia quando † in statutis habeat locum argumentum à contrario sensu, videas latissimè Mascard. d. conclus. 4. num. 69. cum infinitis sequentibus, vbi latè ampliat, & limitat, quapropter lectorem ad illum remitto, est enim locus plenissimus, & qui non habent Mascard. videant Bart. in d. repet. l. Cæsar, num. 23. versic. his ergo ita positis, Euerard. argum. à contrario sensu, num. 22. cum sequent. quo loci ponit distinctionem cum nonnullis limitationibus.

Nota tamen vnum casum, quem nolui omittere, licet possis videre per Doct. supracitatos, in quo argumentum à contrario sensu habet locum

130 in statutis, scilicet quando † statutum nihil operaretur in casu directo, nam tunc quod venit à cōtrario sensu dicitur esse de mente statuti, Alex. consil 116. num. 17. lib. 2. & consil. 61. num. 3. lib. 3. Euerard. vbi supra num. 22.

131 † Decimasexta quæstio, est, nunquid statutum generale tollatur per speciale, dicas, quod aut statutum speciale præcedit, deinde subsequitur generale, & tunc per generale vltimum non intelligitur derogatum primo, cū speciei per genus non derogetur, etiam in statutis, Bart. in l. sed & posteriores per illum text. ff. de legib. & in l. sciendum, in princ. ff. qui satisd. cog. Borgnin. de tut. & cur. num. 98. & decis. 6. num. 4. cum seq. Surd. decis. 49. num. 6. cum sequent. Carpan. ad statuta Me-

ta Mediolani in præludijs num. 228. cum sequent. Menochius de arbitr. iudic. quæst. 97. vbi limitat hoc nō procedere, quādo in statuto generali subsequenti adesset clausula, non obstante aliquo alio statuto in cōtrarium faciente, per Baldum in cap. primo de rescriptis.

Aut verò precedit statutum generale, deindè subsequitur speciale, & tunc dicas per speciale derogari statuto generali, Bar. in l. quæsitum, §. fin. per illum tex. ff. de fund. instruct.

132 † Fallit quando primum statutum generale loqueretur per modum regulæ, nam tunc illud intelligitur repetitum in posterioribus statutis particularibus, Bart. in l. 4. §. eritq; differentia, vbi exemplificat, ff. vi bonorum raptorum, Alexander consil. 50. in fine, lib. 2. Carpan. in præludijs ad statuta Mediolani num. 332. alias autem statutū vltimū semper præualet antiquiori, & priori, Bart. in repet. l. omnes populi, in tertia principali quæstione, in fine, ff. de iustitia, & iure, Iason. in l. duobus, §. idem Pomponius, nu. 5. ff. de iureiur. Surdus dicta decis. 49. nu. 5. Borgnin. de tut. & cur. num. 98. & dicta decis. 6. num. 2. cum seq. Alex. consil. 141. num. 4. vbi appost. lib. 2.

133 † Fallit secundò, quando statutū speciale subsequens generali concordari posset cum generali, tunc enim speciale non derogat, sed ei suppletur per generale, Hierouym. Gabr. consil. 7. num. 3. lib. primo, ita enim statuta debent concordari, ne sint inuicem contraria, Abbas in cap. gratum, in 3. notabili, de off. delegat. Dec. in l. pacta nouissima, num. 5. C. de pact. Borgnin. de tut. & cur. num. 98. & decis. 6. per totum. Surd. decis. 49. nu. 5. cum duobus sequentibus, Hieron. Gabriel di-

134 cto consil. 7. num. 2. † quod maximè procedit ad euitandam contrarietatem in eodem statuto, nam tunc statutum semper patitur interpretationem, vt in eo non adsit contrarietas, l. finali, in fine, vbi Baldus C. per quas personas nobis, acquir Alexand. consil. 24. nu. 29. lib. 2. & consil. 48. nu. 5. lib. 3.

135 † Decimoseptimo quæro, nunquid statutū loquens in casu simplici, vendicet sibi locum in casu mixto, & an loquens in casu vero, habeat locum in casu ficto.

Circa primum dicas, quod statutū in casu simplici non compræhendit casum mixtum, l. hoc legatum, ff. de leg. 3. Bart. in l. 2. ff. de verborum oblig. Alexand. consil. 96. nu. 6. lib. 2. Natt. cōsil. 463. num. 19. Surd. consil. 429. nu. 25. lib. 3. maximè in odiosis, Roman. consil. 95. num. 4. Bero. consil. 153. num. 59. lib primo, Socinus iun. consil. 103. num. 3. lib. 3. Surd. consil 430. num. 14. lib. 3. plures citat Decian. consil. 26. num. 37. libro primo.

136 † Hinc infertur quod si sit statutum, quod contractus non possit probari nisi per instrumenta, quod statutum validum est, Bart. in l. certi conditio, §. quoniam, ff. si cer. pet. Alexand. consil.

137 68. num. 2. lib. 3. vbi num. 5. tenet † esse introductum propter publicam vtilitatem, vtique memoratum statutum non compræhendit contractum, qui probatur per testes, & instrumenta simul, Bart. in d. §. quoniam, Alexan. d. consil. 68. Ripanus mihi maternus in l. 1. in princ. num. 42. ff. de verb. oblig. & ratio est, quia mixtum non compræhenditur sub simplicib. d. l. 2. ff. de verb. oblig.

138 † Infertur secundò, quod statutum loquens. quod in contractu mulieris requiratur certa solemnitas, non compræhendit cōtractum hermaphroditi, cum non dicatur propriè mulier, sed homo mixtus, Alex. d. consl. 116. num. 9. post Bal. in l. omnes populi, in 10. col. ff. de iust. & iur.

139 † Tertiò infertur, quod statutum faciens mentionem de vltima voluntate, non compræhendit donationem causa mortis, quæ non est merè vltima voluntas, sed habet mixturam cum vltima voluntate, & contractu, vt plenè notatur in l. fin. C. de donat. caus. mort. ita Alex. d. consil. 116. nu. 10. post Bald. in l. hac consultissima, in 3. col. C. qui test. fac. poss.

140 † Quartò infertur, quòd statutum faciens mētionem de iudicio ciuili, vel criminali, non compræhendit iudicium in quo pro delicto de iure communi venit imponenda pœna applicanda pro parte parti, & pro parte fisco, cum huiusmodi iudicium dicatur mixtum, Alex. in rubr. num. 3. C. de iudic.

141 † Quintò infertur, quod stante statuto, quod instrumenta habeant executionem paratam, & vigore instrumenti debitor possit capi, quod si instrumentum careat aliqua solemnitate, stante vigore dicti instrumenti debitor, non poterit capi, licèt confessus fuerit debitū, prout in instrumēto continetur, ex mixtura confessionis, & instrumēti, tunc statutum ad hunc casum, vt mixtum, minimè trahitur, Romanus consilio 294.

142 † Limita non procedere in casu mixto, qui cōsiderata ratione, & effectu resoluitur in simpiicē, nam tunc ille casus mixtus compræhenditur sub simplicibus, etiam stante statuto, prout Papiæ, quod statuta intelligantur ad litteram, maximè quando casus mixtus cohæret magis vni simplici, quam alij, ita Abbas consil. 29. num. 4. ac 8. & per hoc non mihi videtur satis tuta dispositio Bal. in l. omnes populi, in 12. col. ff. de iust. & iur. de qua dictum est supra in secunda illatione volentis

143 † statutum requirens certas solemnitates in cōtractu mulieris non compræhendere hermaphroditum, quia si hermaphroditus præualet in fœmineo sexu, tunc ad illum trahitur statutum, cum versemur in casu in quo mixtum magis adhæret vni simplici, & sic fœminæ per supradicta, maximè cum ad cognoscendum an hermaphroditus præualeat, videlicet an sit masculus, vel fœmina, attendatur sexus in quo magis præualet, l. quæritur, ff. de stat. hom. nisi dicamus Bald. loqui in casu, in quo hermaphroditus non magis præualeret in sexu masculino, quam fœminino, vt per Iason. in §. omnium, num. 29. inst. de action.

Secundò fallit, quando de vtroque simplici actū fuit, eadem ratione, quia tunc mixtum sub simplici continetur, Cuman. Alexand. & Ias. in l. Titiæ tex. ff. de leg. primo, Crau. latè consil. 942. num. 15. lib. 5. Surdus consil. 429. num. 26. qui idem ait, quando non potest secerni id quod est simplex.

144 † In quibus autem casibus dispositio loquens in casu simplici compræhendat casum mixtum, & quando non, videas latè Ias. in d. §. omnium, nu. 28. cum seq. vbi etiam ponit quid in priuilegijs Tusc. in suis pract. conclus. litera N. concl. c 94.

145 † Circa secundum, nunquid statutum loquens in casu vero, compræhendat casum fictum, dicas quod nō, l. tertia, §. hæc verba, ff. de negot. gest. vbi Bart. idem Bart. in l. omnes populi, num. 62. ff. de iust. & iure, vbi Iason. num. 64.

146 † Quod

146 † Quod multò magis procedit, stante statuto nostro Papiæ, quod verba debeant intelligi, prout iacent, ad litteram, amoto quolibet subaudito intellectu, nam tunc statutum loquens in casu vero, non habet locũ in casu ficto, Gallin. in tract. de verb. signif. lib. 3. cap. 20. num. 27. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 174. num. 57. par. 2. quos refert, & sequitur Alder. Mascar. de gen. stat. interpr. concl. 10. num. 16. versic. secundò amplia, qui latè per totam conclus. 10. hanc regulam ampliando, & limitando exornat, adeò vt nil addi posse videatur, & ideò lectorem ad illum remitto, vbi est locus plenissimus.

147 † Vltima præludiorum quæstio est, nunquid statutum comprehendat forenses, Circa quam quæstionem, primò supponendum est illum dici

148 † forensem, qui non habet originem, domiciliũ, nec incolatum, Decius consil. 661. num. 5. latè Carpanus ad statuta Mediolani cap. 44. vbi ponit

149 quid † differant inter se forensis non subditus, & non suppositus, & cap. 311. num. 7. & sequent. Menoch. consil. 74. num. primo, vbi ponit quis propriè dicatur forensis, & dicam etiam infra ad stat. 11. in ciuilibus.

150 † Dicitur etiam forensis, qui relicto loco originis aliò transtulit domicilium, ibidem sustinendo onera, saltem personalia, Carpan. vbi supra cap. 311. nu. 7. & seq.

151 † An autem clericus dicatur forensis, dic quod non, sed dicitur non subditus, Dec. consil. 114. num. primo, Plot. in repet. l. si quando, nu. 854. C. vnde vi.

His sic suppositis, distinguendum est, quod aut loquimur in ciuilibus, aut in criminalibus.

152 † Si in ciuilibus, aut loquimur in his, quæ respiciunt solemnitatem contractus, vel litis ordinationem, & tunc statutum comprehendit etiam forensem, cum in his attendatur semper locus contractus, & iudicij, l. si fundus, de euict. Bart. in l. cunctos populos num. 14. cum seq. C. de summ. trin. & fid. cath. Alba consil. 277. num. 6. Rol. à Valle, consil. 57. num. 23. lib. 2. sequitur Alderan. Mascar. de gen. stat. interp. conclus. 6. num. 22. vers. intellige ampliationem, vbi hoc latè exemplificat, & comprobat.

153 † Aut loquimur in his, quæ respiciunt litis decisionem, & sic in decisorijs, & tunc teneas indistinctè statutum non comprehendere forensem, siue loquatur in rem, siue in personam, quicquid in contrarium voluerit, Bart. stilic. quando statutum loquitur circa rem, in repet. d. l. cunctos populos, in 7. quæst. versic. sed posset dubitari, C. de summ. trin. & fid. cathol. quem simpliciter sequutus est, Alex. consil. 128. nu. 2. lib. primo, ac consil. 44. num. 4. lib. 5. & hanc magis communem nouissimè testatur Mascard. d. concl. 6. num. 102. post Put. decis. 351. lib. primo.

154 † Hinc dicimus statuta volentia credi iuramento damnum passi, non procedere in forensi, adeò vt forensis possit secundum dispositionem illius statuti iurare, ita Plotus in repet. l. si quando, num. 854. C. vnd. vi.

155 † Limita in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, in quibus statutum comprehendit forenses, l. prima, C. de emancip. lib. Bart. in d. l. cunctos populos, num. 25.

156 † Limita secundò, non procedere quando statuta nocerent etiam ipsis forensibus, nam tunc eis possunt etiam forenses gaudere, Alb. d. cons. 50. num. 9.

An autem statutum excludens forensem, comprehendat originarium, qui aliò transtulit domicilium, dic quod non.

Hinc infertur, quod stante statuto exclusiuo forensem ab acquisitione bonorum non comprehendit originarium, qui transtulit domicilium, nec comprehendit bannitum, prout pluribus citatis fatetur excellens D. Costa consil. 19. nu. 28. cum seq. post Crau. pleno consil. 441. Bertazol. consil. 55. 56. & 103. sicut, & idem dicitur de muliere originaria alibi nupta, M. Ant. Eugen. cons. 18. num. 63. cum seqq.

157 † In secundo autem casu principali, an in criminalibus statutum liget forensem, dicas secundum Bart. in d. l. cunctos populos, num. 44. versic. octauo circa statuta, quod aut quærimus nunquid statutum comprehendat forensem delinquentem in alium forensem extra territoriũ statuentium, & tunc dicas quod non, etiamsi statutum circa hoc expressè statueret, l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. Mascard. d. conclus. 6. nu. 56. vers. quinto amplia, vbi tribus sublimitat modis.

158 † Aut verò an comprehendat forensem delinquentē in territorio statuentium, & dic, quòd si delictum erat prohibitum de iure communi, tunc forensis punitur etiam pœnis contentis in

159 statuto. † Aut verò delictum non erat prohibitum de iure communi, sed solùm secundum statutum Ciuitatis statuentium, & tunc dic, quod non punitur forensis: nisi fuerit sciens, vel in ignorantia supina; vel fuerit tale delictum, quod communiter solet prohiberi ferè per totum mundum, prout sunt statuta prohibentia extrahi frumentũ, quæ communiter solent vigere per totam Italiã, ita post Bart. & Doct. in d. l. cunctos populos firmat Iul. Clar. in §. finali prax. crim. quæst. 85. nu. 2. versic. secundus est, quem sequitur Prosp. Farinac. in sua praxi crim. quæst. 24. lib. primo, tit. 3. num. 164. cum seq. tribus, Mascard. dict. conclus. 6. num. 63. cum pluribus sequentibus, plura adduci potuissent circa hanc quæstionem, nunquid statuta ligent forenses; tam in ciuilibus quam in criminalibus, sed quia plenissimè habes hanc quæstionem per Mascard. d. conclus. 6. per totam, vbi plures adducit limitationes, ideò fui contentus supradictis, in cæteris ad eum recurras.

Finis Præludiorum.

DE SACRAMENTO POTESTATIS, ET EIUS FAMILIAE, *& aliorum Magistratuum, & Officialium Communis Papiæ.* Rubr. 1.

IN primis statuimus, quòd D. Potestas Papiæ, Vicarius, Iudices, milites, & socij, seu collaterales ipsius D. Potestatis, & alij Magistratus, & Officialis Communis Papiæ, ante introitum eorum, & cuiuslibet ipsorum officiorum iurent, & iurare debeant corporaliter tactis scripturis ad sancta Dei Euangelia, quòd ipsi, & quilibet ipsorum sunt, & erunt fideles amatores Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Sacri Romani Imperij. Et maximè Illustris, ac Mag. D. D. Galeazij Vicecomitis Comitis virtutum, Imperialis Vicarius Generalis. ¶ Et quòd dicti Illustris Principis Domini Comitis ambasciatas, litteras, & mandata, humiliter & deuotè suscipient, & acceptabunt, pro eorum scire & posse exequentur, & executioni mandabunt, & eius statum bonum & honorem pro eorum & cuiuscunq; eorum scire & posse magnificabunt & defendent. Et quòd honorem, iurisdictionem, res, & bona, & iura Cõmunis Papiæ, facient pro eorum scire & posse in Communi Papiæ peruenire: Statum præsentem, & honorem dicti Domini nostri, & fidelium ipsius, & Communis Papiæ augumentabunt, & manutenebunt, ac conseruabunt. ¶ Et quòd resistent, & se opponent totis viribus contra inimicos & rebelles Communis Papiæ, & dicti Domini; & quòd procurabunt pro posse ipsos contrafacientes vel facere præsumentes pena condigna condemnari & puniri. ¶ Et quòd eorum officia bona fide, sine fraude facient & exercebunt. Bona, & res Ecclesiarum, Hospitalium, & omnium venerabilium locorum, viduarum, & orphanorum, & omnium miserabilium personarum Papiæ, & Terræ Papiæ, pro posse manutenebunt, & defendent. Debita etiã quæ Communi Papiæ ex quacunq; causa debentur, & debebuntur exigent, & exigi facient: si & in quantum eis & cuilibet ipsorum iuxta officia eis, & cuilibet ipsorum commissa permittitur. Et quòd attendent & obseruabunt omnes & singulas constitutiones Papales & Imperiales contra hæreticos & infideles Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sacri Romani Imperij. Et præf. Domini nostri promulgatas secundum quòd eorum officia postulant & requirunt. Et attendent & obseruabunt omnia & singula decreta, & ordinaméta Cõmunis Papiæ facta & fienda. ¶ Et vnicuiq; personæ, Cõmuni, Collegio, Cõmunitati, Ecclesiæ, & vniuersitati, & officij eis cõmissi iuxta eorum posse, & scire toto eorum & cuiuslibet ipsorũ regiminis tépore reddent & facient liberam & expeditã Iustitiam. Saluis & exceptatis semper mandatis, & voluntate præf. Illustris Principis, ac Magnifici Domini Comitis. ¶ Et de dicto Sacramento fiat publicum Instrumentum per vnum ex Notarijs Communis Papiæ.

Summarium ad Rubr. & Statutum primum, de regim. Potestatis.

1 IN quolibet actu quatuor requiruntur.
2 Ciuitas qualibet potest sibi condere statuta.
3 Quæ forma veniat seruanda in cõdendis statutis.
4 Statuta Papiæ in tres diuiduntur libros.
5 De personis dignioribus prius est agendum.
6 Diuisio, & partitio, quid inter se differant.
7 An sit iurandum,
8 Periurijs non est danda causa, cogendo iurare.
9 Iuramentum non facile permittendum.
10 Deus prohibuit iuramentum.
11 Consuetudo iurandi pro quibuscunque rebus sine necessitate reprehenditur.
12 In quo sit iurandum.
13 Iuramentum de re turpi an validum.
14 Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.
15 Iuramenti diffinitio.
16 Iuramentum multiplex.
17 Iuramentum assertorium quid sit.
18 Quid promissorium.
19 Iuramentum præfert geminam promissionem.
20 Iurans dicitur stabilire voluntatem suam.
21 Iuram. an sit modus inducẽdæ obligationis naturæ.
22 Iuramentum fortius est naturali obligatione.
23 Iuramentum temerarium quid sit, & quotupliciter sumatur.
24 Iuramentum confirmatiuum quid sit an fauorabilius assertorio supra num. 22.
25 Iuramentum an confirmet contractum iniquum.
26 Iuramentũ sequitur naturam actus cui adijcitur.
27 Contractus qui iuramento non confirmantur enumerantur.
28 Iuramentum necessarium quid.
29 An possit recusari.
30 Iuramentum suppletiuum quid.
31 Quæ requiruntur ad delationem iuramenti necessarij.
32 Quæ considerantur in delatione huius iuramenti.
33 Iuramentum calumniæ quid.

34 Quando

Qui veritas est, me ducat in semitam veritatis.

ANTE quam deueniamus ad declarationem Statuti primi de regimine Potestatis, omissis multis, de quibus supra actum fuit in præludijs, alijsque omissis lõga serie coaceruatis per Carpan. in addit. ad Statuta Mediolani in suis præludijs, solum ea attingendo, quæ ad rem nostram facere videntur, pro perfecta intelligentia præsciendum est † in legitimatione cuiuslibet actus humani, quattuor necessario requiri, de quibus per Bald. in l. prima, num. primo, ff. de legib. primum potestas; secundum voluntas; tertium scientia; quartum forma; an autem hæc quattuor interuenerint in nostrorũ Statutorum confectione inspiciamus. 1

Et procedendo ordinatim, primo loco vidẽdum est, nunquid Ciuitas nostra Regia Papiæ habuerit potestatem, sibi condendi Statuta, & de hoc non est dubium, † cum quælibet Ciuitas possit condere Statuta. Bart. in l. omnes populi, prima quæst. princip. vbi cæteri Doctores, & præsertim Iason, num. 20. in prima lect. & nu. 5. in 2. Lect. ff. de iust. & iure, Alber. de Rosate de statutis, quæst. 3. num. primo, & seq. lib. primo, Carpan. in Addit. ad Statuta Mediolani in præludijs, nu. 17. cum infinitis sequentibus. 2

Secundo, pariter interuenit volũtas, vt expressè colligitur infra in proemio horum Statutorum, quæ non fuit præcipitata, sed diu inter sapientes deliberata, iuxta l. humanum, C. de legibus, vt expressè dicitur in d. proemio, in vers. quod tandem prudentum virorum, & quæ sequuntur.

Tertio loco interuenit sciẽtia, vt in d. proemio, ibi quod secundum prudentum virorum.

Quarto loco interuenit forma, ibi sacro approbato consilio, saluberrima lege, & ibi eiusdem auctoritate consilij.

Sciendum

† Sciendum est autem, quod in condendis Statutis forma seruatur, de qua per Bart. in repet. l. omnes populi, num. 15 in 2. quæst. princ. ff. de iust. & iure, nam conuocatur populus ad sonum campanæ, vel tubicinis, seu homines, qui sunt de consilio, qui repræsentant totum populum, & hæc conuocatio fit de mandato Potestatis, seu alterius Magistratus habentis potestatem, & congregantur in vnum ad locum consuetum, adeò quod sint duæ partes ex tribus, & ibi sic proposita, an placeat condere talem legem, vel statutum, & populus, siue consilium responde', placet, Bald. in simili, in l. nulli, num. 2. ff. quod cuius vniuers. nomin. Alexan. consil. 40. num. 2. lib. 2. & in l. prima, num. 2. & 3. ff. ad l. Falcidiam, Thesaurus decis. 257. num. 3. cum alijs allegatis à Losco in suo tract. vniuers. parte prima, cap. 3. num. 66. cum seq.

Intellige tamen, quod quando omnes Consiliarij Ciuitatis simul congregati sunt, censetur vniuersitas legitimè conuocata, licet non fuerit de mandato Superioris, vel pulsata campana, vel sono tubæ, vel voce præconis, vt requiritur, Bald. in l. 7. §. primo, num. primo in fine, ff. quod cuiusque vniuersit. nom. Ias. in l. 1. num. 4. ff. de ius vocan. quos allegat Loseus in suo tract. vniuers. d. cap. 3. num. 70.

Requiritur etiam, quod Potestas, vel alius Superior interueniat, & sit præsens in ipso consilio, Socin. in l. prima, ff. quod cuius. vniuersit. nom. Loscus d. tract. par. prima, cap. 3. num 67. & ita seruatur in hac nostra Ciuitate.

Quid autem si aliqui de consilio sint inhabiles. dic quod possunt fieri per alios de consilio, qui sũt habiles, Alexander dicto consilio 40. numero 2. libro 2.

4 † Sciendum est igitur Statuta Papiensia in tres diuidi libros, primus respicit regimen Potestatis, secundus ciuiles causas, tertius iudicia criminalia complectitur, vt de se patet iustaque ratione fuit hæc diuisio facta propter effectus diuisionis, quæ animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat, gloss. in §. igitur, in verb. easdem, in procem. instit. cũ citatis per Iason. in rubr. in fine, num. 22. ff. de legat. primo & in rubr. de action. in fin. Cagnol. in l. si emancipati, num. 3. C. de collat.

5 † Priusq́; de personis Magistratuum agit, quam de causis, propter excellentiam personarum, §. fin. instit. de iure natur. gent. & ciuil. in illis verbis, ac prius de personis, text. in l. iustissimè, ff. de ædilit. edict. & dixi supra in principio præludiorum num. primo.

6 † Constituiturq; generaliter locus diuisionis, partitionis, & enumerationis, inter quæ hoc interest, quod Diuisio fit generis in species, Partitio totius cuius libet in partes, & membra, Enumeratio, vel distinctio vocis in significata distributio. In vera autem diuisione non consideratur natura prius, nec posterius, neque maius, neque minus, atque diuisio ab actibus, & ijs, quæ aguntur, & à causis efficientibus, à variatione factorum, à fine diuerso, à diuersis modis tendentibus ad vnum finem, à loci diuersitate, à tempore, à connexis, à contingentibus, & à dictis. In partitione verò omnia sunt permissa, & quod dictum est de toto, habet locum in eius parte, itaut qui totum dicit, & partes compræhendit; fitque partitio similium, vel dissimilium, similium, facta diuisione in partes toti similes, & ita diuiduntur similares partes; dissimilium, partitio fit de partibus dissimilaribus in partes dissimiles, & fit partitio à sufficienti partiũ enumeratione, ac ordine, & numero.

His præmissis venio ad verba rubricæ, ac statuti, & cum agatur de sacramento præstando, operæpretium duxi nonnulla præfari; Vnde.

Pro declaratione plura sunt videnda. Primo, vtrum sit iurandum Secundò, quid sit sacramentũ. Tertiò. quotuplex. Quartò, de quo fiat. Quintò, à quo, & per quem. Sextò, secundum quod fiat. Septimò, propter quod fiat. Octauo, quare fiat, seu præstetur iuramentum. Nonò, quæ sit vis, & energia iuramenti. Decimò, quid sit Potestas, & in quo differat, & concordet cũ Imperio, & quid sit familia, & quando dominus teneatur pro familia. Vndecimò, quid Magistratus. Duodecimò, quotuplex sit Potestas, & Magistratus, seu quot sint Officiales, & eorum officia. Tertiodecimò, qui prohibeantur esse Officiales, & Magistratus. Vltimò, aliqua circa sindicatum proponuntur.

7 † Ad primum respondetur, quod minimè videtur iurari debere, quia qui iurat suspectus est de perfidia, vnde Pitagoricus Clinias, cum posset euitare mulctam, trium talentorum mediante iuramento maluit pati iniuriam, quam iurare; idque quamuis non esset falso iuraturus D. Basil. Mag. homelia de legen. lib. gentil. quare iusiurandum fugiendum est, quando quis potest aliter, sin minus licet, per ea quæ habentur in l. quæ sub conditione. ff. de condit. instit. Item quia tanta perfidia, ex malitia hominũ suborta est, vt nihil propemodũ firmum, aut certum esse, videatur, quare id omne, quod accidit affirmationi, vel negationi simplici in sermonibus hominum à malo esse dixit D. Mathæus, & D. Iacobus cap. 5. & explicat
8 c. Et si Christus, de iureiur. c. tota 22. q. 1. † melius est quoque non cogere iurare quam periurij dare causam, l. 2. C. de ind. vidu. tollen. id quod
9 tradit, etiam Plato, propter † facilitatem ad periuria non passim esse permittendum iuramentum 12. de leg. idem in c. ita ergo 22. q. 1. prohibuit-
10 que † D. Deus ne iuremus, sed sermo sit dicere est, non est, nec non D. Mathæus c. 25. & c. clericum 22. q. 1. & in auth. vt non luxur. §. fin. cum omnis sermo fidelis pro iure iurando sit c. considera 22. q. 1. & inter simplicem loquelam, & iuramentum non constituit Deus differentiam, & tam periurium quam mendacium diuini iudicij pœnæ damnatur c. iuramenti 22. q. 5. quinimmo volunt nonnulli, ex iuramento non dari actionem l. iuris iurandi, ff. de oper. libert.

Contrarium tamen omnino, & inconcusse defenditur, videlicet quod expedit iurare, iuramentum enim malum non est, & si à malo, & perfidia procedat; est verum, quod nõ passim est iurãdum,
11 nec teme re, & extra necessitatem † ideò consuetudo iurandi pro quibuscunque rebus, & sine necessitate repræhenditur ecclesiast. cap. 23. iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa, & paulò post, vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedat à domo illius, plaga, & plura Chrysost. hom. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. ad po-
12 pul. Antioch. vbi circa hanc consuetudinẽ † Iurandum est ergo in veritate. iudicio, & iustitia inquit Hieronymus 4. c. & c. & si Christus. §. Iacobus de iureiur. c. animaduertendum 22. q. 2. gl. in auth. quod eis C. de nupt. Rip. auus meus maternus in l. is cui col. 12. sub. num. 57. ff. de verb.

oblig. sunt namq; istę tres circumstantiæ quæ permittunt, & probum faciunt iuramentum, veritatis, causa prima est ob quam rectè iuratur, & pro eo, quòd verum creditur c. homines 22. q. 2. c. fin. 22. q. fin. Abb. in d. c. & si Christus num. 8. de iureiur. & nouissimè Leonard. Lessius in tract. de iust. & iur. lib. 2. cap. 42. dubit. 3. num. 13. Iuditium, discretionem habet animi c. homines 22. q. 5. Hinc infertur, quod iuramenta impuberum, & aliorum, qui non sunt doli capaces non tenēt Cardin. Tuschus practic. concl. iur. in littera I. concl. 500. num. 6. vbi alios citat. Iustitia post remò, iuramenti basis est, vt pro iusto iuretur tantum, non
13 pro re turpi, & iniqua † pro qua præstitum iuramentum temerarium, & impium est, & non seruā-
14 dum, quia † iuramentum non est vinculum iniquitatis. c. tua nos de iureiur. c. si. 17. q. 2. c. si quis 13. q. 2. l. imperialis iuncta auth. quod eis C. de nup. c. tota 22. q. 4. c. quemadmodum ex. de iureiur. c. non est obligatorium de reg. iur. in 6. quomodo autem, & quot modis male iuretur, vide apud eundem Tusch. d. concl. 500. num. 11. & seqq. vbi per totam illam conclusion. tractat. de hisce tribus comitibus iuramenti. Iuramenti namque vis per quam necessaria rei publicæ, prima ad fidem adstringendam, & confirmandam, vt qui ex simplici verbo nō mouetur, religionis cultu, & metu, promissa seruare cogatur. Hinc Cicero lib. 3. offit. tradit nullum vinculum ad stringendam fidē iureiurando maiores nostros arctius esse voluisse, & Georgius dicebat Neruus totus publici status, est iuramentum; Secundo ad litis æstimationem. Tertiò ad purgationem calumniæ. Quarto. ob fidem testibus adhibendam. Quintò, ad sententias ferendas. Sextò, ob hominum malitiam, & perfidiam, nam teste Diuo Chrisost. hom. 26. ad populum Antioch. propter multam incredulitatem non hominem volunt sponsorem, sed Deum, Septimo ad finiendas lites, l. 1. ff. de iureiur. Apostolus etiam ad Heb. 6. homines enim per maiorem se iurant, & omnem controuersiæ eorum finis ad confirmationem, est iuramentum, vt etiam antiquis temporibus seruabatur referente Platone lib. 12. de legibus lites; Rhadamantus olim interposito iuramēto finiebat. Ad id autem, quod dicebatur, ex præcepto Domini nostri non esse iurandum, Sed sermo noster sit est, est, non, non; Respondetur primo, intelligi de iuramentis nō necessarijs, & passim, ac ex consuetudine semper iurantibus, ne ob facilitatem ad periuria procidant, cum in rebus necessarijs etiam Dominus noster iuramenti religionem subiecerit, vt habetur in Genesi c. 22. ibi per me ipsum iuro, dicit Dominus, & passim patriarchæ iurabant, vt Abrahæ Gen. c. 14. Eleaz. Genes. c. 24. Ioseph. Genes. c. 42 & 47. Isaac. Genes. c. 26. Moises Deuteron c. 30. Item Apostoli vt Diuus Paulus apud Romanos epist. 1. & 9. apud Philipen. 1. Thesalon. 7. Corinth. 1. vers. 23. ego testem inuoco, ait Deum super animam meam, & habetur Deuteron. 6. vers. 13. Dominum tuum timebis, & illi seruies, & in nomine eius iurabis, Hinc dicunt nostrates iuramentum esse iuris Diuini Mars. consil. 107. num. 13. Prosper Pasceth. cons. 154. nu. 62. & habetur Exod. c. 22. Iusiurandum erit in medio, quod nō extenderit manum suam ad proximum, Esai. 19. Iurabunt per Dominum. Idem 65. qui iurat in terra, iurat in Domino, Ierem. 4. Iurabis, venit Dominus in veritate, & in iustitia, & Dauid Psal. 63. laudabuntur omnes, qui iurant in Deo, quia obstructum est os loquentium iniqua; nec per aduentum Domini nostri Iesu Christi, sublata est iuramenti religio, expræsse enim profitetur ipse, quod non venit soluere legem, sed adimplere; quē locum interpretatur Ireneus lib. 4. c. 27. non vt præterita dissoluat, vetet, aut ijsdem contraria inducat, damnat itaque Dominus noster iuramēta temeraria, nec permittit, vt passim, & in omni re iuramentum adhibeatur; Quod verò dicebatur non esse constituendam differentiam inter simplicem loquęlam, & iuramentum, intelligitur, quo ad obligationem cum vtroq; casu obligatio oriatur, c. iuramenti 22. q. 5. non autem quò ad violationem, cum grauius sit delictum periurij, gl. in c. pen. de iureiur. & plures differentias, inter vnū, & alterum Couaru. in c. quãuis. §. 2. nu. 2. relect. 1. de pac. in sexto.

15 † Ad secundùm respondetur, quod iuramētum varie, & à pluribus diffinitur, Cicero namq; . Tertiò de offic. dicit, quod iuramentum est affirmatio religiosa. Aristot. autem in rethor. ad Alexand. dicit, quod iuramentum est dictio, cum diuina veneratione probationis expers; & Azo. in summa. C. de reb. cred. dicit, quod Iuramentum est affirmatio, vel negatio sacræ rei attestatione firmata. Innoc. in c & si Christus de iureiur. ait, Iuramētum est confirmatio veritatis, & dicitur iuramentum quasi iuris ad stringamentum, teste Abb. in rub. de iureiur. quasi iurans spondeat ita teneri, ac si de iure obstrictus esset Vincen. Mancin. in trac. de iuramen. parte pri. in principio, vbi q. 1. excutit diffinitionem iuramenti, aliam diffinitionem ponit Bald. in consi. 346. Imperator concessit in principio lib. 1. quem sequitur Card. Tusch. pract. concl. iur. in litera I. conclu. 496. num. 1.

16 † Ad tertiū respondetur, quod Iuramēti plures sunt species, nā aliud est extraiudiciale, aliud iudiciale, pro rē litigiosa; Idem extra iudiciale aliud assertoriū, aliud promissoriū, aliud confirmatoriū contractuum, aliud temerarium omnino, & improbū; Iudiciale verò aliud est necessarium, aliud suppletorium, aliud de calumnia, aliud in litem, aliud mixtum nempe ex voluntario extraiudiciali, & iudiciali necessario, vt per Practic. Papiens. in forma responsionis rei conuenti in glo. iuris iurandi & in forma iuramenti præst. à parte parti Ias. in l. si insulam, num. 35 ff. de verb. oblig. Gramat. decis. 103. nu. 4. & 5 Borgnin. decis. 43. Itē aliud est solemne, aliud nō solemne, alias Iuramenti diuisiones tradit Phanucius de Phanuciis in suo tract. de iureiur. in litem in princip. Mancin. s. cit. loco.

17 † Porro Iuramentū assertorium, est illud quod adhibetur, vt credatur aliquid, quod respicit, & complectitur, quid de præsenti, vel de præterito, siue etiam de futuro, licet rarius, puta si iuretur, quod cras stella orietur, quod pluuia futura sit. Leonard. Lessius de iustit. & iur. lib. 2. c. 42. dubit. 2. n. 11. Sott. de iustit. & iur. lib. 8. art. 1. q. 1. in 2. conclus. latè Vincent. Mancin. in tract. de iuram. part. 2. artic. 12. Card. Tusch. d. conclu. 496. num 12. & seq. Promissorium verò, quod est de futuro, & quod promissioni, vel pollicitationi accedit, sic enim efficacior videtur causa eius, quod specialiter conuenit, quam eius quod venit ex generali promissione, vnde, quod singulariter promittitur, solet plus timeri, quàm quod concluditur in generali promissione, l. sed & si. §. quesitum. ff. si quis. caut. & ideò pro maiori efficacia accedit

19 accedit iuramentum, quod præsefert geminam
promissionem, l. si mulier. C. ad velleian. c. quam-
quam omnes 22. distinct. quinimò, ne dum volun-
20 tatem suam declarāt, † sed stabilire dicitur ille,
qui iurat, l. antistius labeo de acq. hæred. sed quia
Iuramentum assertorium consistit, tam in non fa-
ciendo, quàm in faciendo, & tam in dando, quàm
in non dando, & sic videtur etiam continere in se
iuramentum promissorium, dicitur pertinere ne
dum ad actus extraiudiciales, quam etiam iudi-
tiales, & sic amplectitur iuramentum fidelitatis
inter vassallos, & Dominos, c. de forma 22. q. pri-
ma, & in vsib. feud. de forma fideli. & non forma
fidelitatis clem. 1. de Iureiur. cum similibus, & de
quo iuramento, hoc in loco propriè agitur, sicut
21 & de seruandis statutis, quod † est promissorium,
& modus inducendæ obligationis naturalis, etiam
quod accedat nudæ, & simplici obligationi, vt
Corasius scripsit in l. admonendi, num. 12. cum
sequen. ff. de iureiuran. contra Bart. & alios in l. si
quis, pro eo, de fideiuss. ad augendam enim obli-
gationem additur iuramentum, per quod cessat
diminutio, cum sit inductum ad confirmationem,
22 † & quod iuramentum fortius est naturali obli-
gatione, l. si mancipia, l. stichum. §. naturalis.
ff. de fund. instrum. l. vt iusiurandi. ff. de oper. li-
bert. Non obstat, l. si quis pro eo, quia deffectus
pendet ibi, ex falsa causa non ex iuramento; est
verum, quod tale iuramētum assertorium, & pro-
missorium non valet si adhibeatur super actu con-
trario, nisi subesset noua causa veniendi contra ip-
sum iuramentum, & per prius fuerit à suo præla-
to impetrata dispensatio, & gratia. l. si hominem
ff. mand. Castr. consil. 339. Innocen. & alij in ca-
pit. j. de iureiur. Alexand. consil. 88. volum. vlt.
Fauorabilius est autem assertorium iuramentum,
quam promissorium, Parisi. consil. 97. num. 113.
lib. j. contraq; assertorium iuramentum nulla fit
dispensatio, ne detur peierandi materia, quod se-
cus in promissorio, Sot. de iustit. & iure, libr. 8.
quæst. j. artic. 9. Mancin. de iuram. part. 2. art.
12. num. 8. & 9. Temerarium verò, & improbum
iuramentum est illud, quod fit sine discretione,
& pro ijs, quorum non interest, & similiter quan-
do non oportet, & versus eos, ad quos non spe-
ctat, vt iurare per falsos Deos, siue etiā per crea-
turam, vt creatura &c. Francisc. Suarez. in tra-
cta. de virtut. & stat. religion. tract. 3. lib. primo,
cap. 6. num. 13. ex doctrina Sot. lib. 8. de iust. &
iure, quæst. 1. artic. 1. & 3. vbi etiam ait esse spe-
ciem idolatriæ; sumiturq; largè, & strictè, largè
quando nulla necessitate cogente iuratur glos. in
cap. Florentin. in verb. Sanctis, 85. distinct. quam
singularem appellat Cardin. Zabarella consil. 35.
23 num. 1. in princip. strictè verò temerarium dici-
tur iuramentum, quod absque interitu salutis æ-
ternæ seruari nequit, vt per Zabarella dicto loco
24 Mancin. de iuram. part. 4. effectu 118. † Confir-
matorium iuramentum illud est, quod adhibetur
contractibus non omninò inualidis, & reprobatis,
& qui ex aliqua circumstantia possunt impugnari,
eo enim casu iuramentum adhibitum illos confir-
mat, ita vt quod nullum est defectu potentiæ con-
trahentium, vel aliquo alio modo, tunc efficitur
validum, quando est iuramento firmatum, vt ha-
betur in cap. quamuis, de pact. in 6. & in cap. li-
cèt de iure iuran. in 6. & in authent. sacramenta
25 puberum, C. si aduers. vendit. si † tamen appo-
natur super actu, vel contractu iniquo, vel qui nō
possit per se vllo modo consistere, tunc tale iura-
mentum excludit omnem confirmationem, non
enim debet esse vinculum iniquitatis, l. cum prin-
cipalis, ff. de reg. iur. cap. inter cætera 22. quæst.
3. cap. quanto, de iureiur. l. non dubium, C. de
legibus, Iason. in l. quod te, col. 8. ff. si cert. pet.
& in l. si conueniat, ff. de iurisd. omn. iud. sequi-
26 tur † enim naturam eius contractus, super quo
interponitur, ita Iason in l. quod te, colum. 8. ff.
si cert. petat. & in l. si conuenerit, ff. de iurisdict.
omn. iud. Guid. Papa decis. 96. num. 3. latè An-
ton. Gabr. in suis communib. in tit. de iureiur.
27 conclus. 10. † qui autem sint illi contractus, qui
iuramento firmari non possunt ex professo tradit
Bart. in l. si quis pro eo, num. 5. cum seq. ff. de
fideiuss. quem exornat, ac multipliciter declarat
Ioa. Azor. instit. moral. par. prima lib. 11. cap. 7.
videlicet primo, qui sunt contra bonos mores; se-
cundo, qui sunt contra vtilitatem publicam prin-
cipaliter, vel secundario; tertio, qui fiunt in odiū,
& fraudem creditoris, vel propter fauorem de-
bitoris; quarto, quibus lex non assistit, licèt non
resistat, vel non probet; quinto, qui carent de-
creto Consulis iustitiæ, vel solemnitate prætoria,
vt in contractu minorum, & mulierum marita-
rū, quæ personæ ex dispositione Statutorū Pa-
piæ in ciuili 98. prohibentur contrahere sine cer-
ta solemnitate, videlicet sine consensu agnatorū
& cognatorum, & decreto Consulis iustitiæ, vt ibi
videre est; sexto, qui habent defectum solemni-
tatis substantialis; septimo, qui habent defectum
rei, vel materiæ, de qua contrahitur, & vt latiùs
ibi per Bar. distinguentem etiam in probos mores
ciuiles, & naturales, vt primo casu teneant; secun-
do autem casu omnino improbentur, & alias plu-
res distinctiones afferentem, vt ibi per eum, & per
Paul. Castr. in auth. sacramenta puberum, C. si
aduers. vendit. quos videre licet, & expedit, &
nouissimè per quæstiones separatas, an valeat iu-
ramentū contrariū bonis moribus, tradit Ierem.
Setser. in tract. de iuram. lib. 2. cap. 4. 5. & 6. de
iuramento contra fauorem publicum, cap. 10. de
iuramento in odium certæ personæ. cap. 11. de
eo, cui lex non assistit, cap. 13. de contractibus,
quibus forma deest, cap. 14. de improbatis. cap.
15. de simulatis. cap. 17. & de effectibus iuramen-
ti confirmatorij latè ibidem cap. 16. post Iason.
in l. admonendi; num. 228. cum plurib. sequent.
ff. de iureiur. & nouissimè vberrimum fecit tra-
ctatum de iuram. confirmatorio Io. Gutierez
28 Hispan. † Necessariū iuramentum est illud, quod
defertur à parte parti in iudicio ad decidendam
litem, quod non potest recusari, sed debet subiri,
vel referri, & de quo infra in Statuto Papiæ in ci-
uili nu. 14. sub rubr. de iuramento dando à parte
parti, vbi dixi, & in l. manifestæ turpitudinis, ff. de
iureiur. diciturq; etiam voluntarium, & litis de-
cisiuum nuncupatur Abbas in cap. final. colum.
prima, de iureiurando, multis autem ex causis
potest tale iuramentū recusari, vt latè prosequi-
tur Vincet. Mancin. in tract. de iuram. par. 2.
29 art. 5. per totum, vbi materiā plenè excutit. † De
hoc iuramento à quo, & cui possit deferri, super
quibus rebus, quæ requirātur in eius delatione de
vi, & effectu illius, latissimè post alios per plures
quæstiones tradit Ierem. Setter. in tract. iuramen
ti lib. 4. per totum, vbi decem, & septem quæstio-
30 nes commemorat. † Suppletorium iuramentum
pariter dicitur necessarium, & est illud, quod de-
fertur

fertur per iudicem in defectum probationum, &
de quo plenè tradunt Iason, & alij in l. admo-
nendi, ff. de iureiur. & Marant. de ordine iudic.
31 in 6. parte, in tit. de iureiur. nu 4. cum seq. † vbi
sex copulatiuè requirit; primò, quod sit semipro-
batum; secundò, quod is, cui defertur sciat veri-
similiter veritatem; tertio, vt is sit persona hone-
sta, & bonæ vitæ; quartò, quod causa sit modica,
non magna; quintò, quod semiplena probatio
non sit aliquo modo elisa per contrarias proba-
tiones: sextò, quod iuramentum sit petitum ante
conclusionem in causa, dicitur autem facta semi-
plena probatio per priuatam scripturã, per com-
paritionem litterarum, per fugam rei, per vnum
testem omni exceptione maiorẽ, vt notant Bart.
& alij in d. l. admonendi, & in d. l. bonæ fidei, C.
de iureiuran. practic. Papiensi in forma respon.
rei in glos. iusiurandi, num. 10. De hoc autem iu-
ramento suppletorio agit per reg. & 80. declara-
tiones Socin. in tract. fallent. reg. 252. Vrsil. ad
Afflict. decis. 76. & potest deferri à iudice ad eru-
endam veritatem, etiam parte non petente, Ale-
xander consil. 53. num. 6. lib. primo, Cæsar Bar.
32 decis. Bonon. 50. num. 22. & seqq. † Considera-
tur autem in delatione huius iuramenti persona,
res, negotium, causa, & actio, pro qua iuratur,
& alia plura, de quibus per Ias. in l. in actionibus,
ff. de in litem iur. & per Vincent. Mancin. in tract.
de iuramento, part. 2. art. 6. Ioseph Mascard. de
33 probation. concl. 957. † Iuramentum calumniæ
est iuramentum credulitatis, non veritatis, & exi-
gitur tale iuramentum in iudicio, vt illud iure-
tur, quod lis sibi iusta videatur, & si quæratur ve-
rum non inficietur, vt lis tardetur dilatio nulla
petatur, vel promittatur, vt falsa sententia detur,
& negligi non potest, aliter reus habetur pro con-
fesso, & actor cadit à iure suo, non tamen ipso iu-
re, & facto, sed per sententiam, quæ vocatur in-
terlocutoria, habens vim definitiuæ, nec sufficit
34 iurasse in prima causa, & in prima instantia, † sed
exigitur etiã in causa appellationis, & in alia qua-
uis, ita vt si fuerit petitum, & concessum iurari,
35 vitiatur processus. † nisi infra certum terminum,
& re integra fuit purgata contumacia, vt abundè
tradit pract. Papiensis in forma libelli in actione
reali, in glo. per sacramentum calumniæ, & latius
Specul. in tit. de iuramento calumniæ, plenissimè
per integrum, & vberrimum tractatum Anton.
del Re Tiburtinus, qui per capita vigintiquatuor
oĩa quæ in hac materia dici possunt plena manu
36 absoluit in trac. de iur. cal. † Iuramentũ in litẽ est
iusiurandi religione extimare rẽ in litẽ deductã, &
ab actore controuersam, quantum in litem esti-
mauerit actor cum veritate, vel per affectionem,
& est illud, quando creditur iuramento actoris,
vel accusatoris in causa propria, in qua ille qui
iurat est testis, licèt sit amicus, & eius iuramento
in litem decidenda est causa ipsa, & ea omnia
quæcunque asserit, ita quod ipsum iuramentum
habetur pro plena probatione ipsius actoris, vel
37 accusatoris in causa propria, & † dicitur in litẽ,
quia non defertur nisi in lite, & occasione litis
decidendæ, ita per plura tradit Plot. in repet. l. si
quando in antiquis, C. vnde vi, num. 169. vbi sub
38 nu. 170. † triplex dicit esse iuramentum in litem;
primum, super interesse singulari, & extra rem,
quia non cadit interesse intrinsecum; secundum
est super interesse affectionis, & istud defertur ad
probandum existimationem rei secundum affe-
ctionem agentis, vt quia talis res sit cara videlicet
centum aureis, licet communi existimatione res
non valeat nisi decem aureis, & inspicitur affectio
præsentis temporis non præteriti, & sic rei iudi-
catæ, conuenit autem tale interesse actori, qui
nulli altero conueniet quod quidem interesse affe-
ctionis, vt præstari possit, & quæ requirantur tra-
dit Ias. in l. in actionibus, ff. de in lit. iura. Plot.
d. tract. & Vincent. Mancin. in tract. de iuram.
art. 7. & 8. & seq. tertium, est super interesse cõ-
muni, & tunc dicitur in litem, quod est veritatis;
putaq; quando defertur ad probandum veram rei
estimationem, & sic interesse commune, quando
non agitur aliqua ex illis actionibus bonæ fidei,
sed actione stricti iuris non arbitraria ratione doli
præcedentis, & probatio veritatis est difficilis,
quia res est perempta, & agitur contra dolosum,
39 vel morosum, † quod iuramentum potest dici
necessarium non verè, sed causatiuè, quando de-
ficiunt aliæ probationes; ita Plot. loco supra ci-
tato, num. 870. nec defertur nisi quando adest
difficultas probationum, & contra illum, qui est
in dolo malo, adeò quod non sufficiat culpa lata,
nec leuis, præterquam in casibus tutelæ, curæ, &
Ecclesiæ, & piæ causæ hospitalium, & vniuersita-
tum, & alijs in quibus sufficit culpa lata; & leuis,
& de quibus agit Plot. in d. l. si quando in anti-
quis, nu. 149. 764. & 766. vbi dicit esse commu-
nem opinionem, Mascard. de probation. concl.
594. Vincent. Mancin. de iuram. parte 2. art. 8.
Iuratur verò in litem in causis criminalibus, in
actionibus, & contractibus bonæ fidei enumera-
tis in text. & glos. in §. actionum, inst. de act. in
actione petitionis hæreditatis, in actione ad exhi-
bendum, in actionibus arbitrarijs, in omnibus
actionibus in rem, seu realibus, in actione rei ven-
dicationis, in actione rerum amotarum, in actione
fauiana, in actione quod metus causa, & similibus
de quibus latè agit Plot. vbi sup. num. 149. vsque
ad 580. Mancin. d. cap. 8. 3.
40 † Solemne iuramentum est illud, quod habet
certam formam determinatam conceptis verbis,
& certo modo, à quibus variare non licet, prout
in iuramento requisito ex forma statuti Papiæ in
ciuilibus num. 135. & nouis Constit. Mediolani
in tit. de donationibus, & alibi sæpè, à qua for-
ma si recedatur vtique ratum non erit tale iura-
mentum, l. 3. & l. non erit ratum, l. iusiurandum.
l. & ad pecunias. §. qui iusiurandum, ff. de iure-
iurando, text. & ibi Felyn. in cap. cum dilecta,
extra de rescriptis, Paris. consil. 95. nu. 20. Plot.
in repet. d. l. si quando in antiquis, nu. 32. & 372.
41 † Non solemne est, quando iuratur per caput su-
um, & prout antiquissimo tempore iurabant Ro-
mani per dies festos, per proiectionem lapidis, per
caudam, vel auriculam asini, per brasicam, per
capram, per canem, & per huiusmodi alios mo-
dos, vt tradit Arist. lib. 3. Politic. cap. x. & Ma-
crobius, & Liuius, quod iuramentum seruabant
Idolatræ, & temporibus nostris meritò tamquam
risum potius mouens, & bonis moribus repugnãs,
ac sacræ Dei religioni, aboleuit, & non est ampli-
42 us in vsu. † Iuratur enim nunc tactis scripturis
l. rem non nouam, C. de iud. & ita in hoc statuto
iuramentum præstatur tactis scripturis, Ioseph
Ludouic. in suis communib. concl. 21.
43 † Ad quartum principale requisitum; respon-
detur, quod iuramentum sit, & præstetur de re-
bus serijs, honestis, vtilibus, necessarijs, iustis &
discre-

discretionem habentibus, de calumnia euitanda, de veritate dicenda, de voto, de dolo malo, de affectione, de damno passo, de lucro cessante, de præscriptis verbis contra non seruantem pacta pro suo facto, & similibus, prout sparsim habetur apud Doctores sub diuersis titulis, & in diuersis locis, & sub suis materijs, quas longum esset enarrare.

44 † Ad quintum, Respondetur, quod iuramentum præstatur ab eo, & per eum, qui est in ætate legitima, & sui iuris, & in sua potestate, & per omnes vtriusq; sexus, & ætatis, qui speciali iure non prohibentur, l. qui iurasse, ff. de iureiur. c. cũ contingat, & c. licet eod. tit. cum edictum de iurando sit prohibitorium omnibus permissum, quibus non reperitur prohibitum, prohibentur autem pueri, quia non possunt discernere, nec habent, velle nec illis est iudicium quod requiritur in iu-
45 ramento, † ideo si iuramento, opus est tutor iurat pro eis, cap. pueri, cap. honestum 22. quæst. 5. l. 1. §. impuberes, C. de falsa moneta, l. cum prætor de iudic. cap. & si Christus de iureiur. l. pupillus. ff. de reg. iur. l. moræ, §. fin cum l. seq.
46 ff. de acq. hæred. † Item prohibetur furiosus, qui iudicio caret, nec vllum negotium rectè contrahit, qui si iuret non dicitur peierare, habetur n, prò absente sine consensu, & sine animo, l. cum prætor, ff. de iudic. l. in negotijs contrahendis, & l. furiosi, ff. de reg. iur. §. furiosus instit. de inut. stipul. quod verum intelligo durante furore, secus si ante furorem, vel tempore quo habet dilucida interualla argu. §. præterea, versic. furiosi autem instit. quibus non est permiss. fac. testamentum, l. furorem vbi Dec. C. qui testa. fac. poss. vbi autem in dubio essemus inspicitur, an actus gestus, more sapientis factus fuerit, vel id minus, vt priore casu valeat, posteriore non Marsil. sing. 380. Ierem. Satser. in tract. de iuramento lib. 3. cap. 9. num. 13. & seqq. Item prohibentur virgo, & vxores, quæ sunt in aliena potestate, l. 2. §. voto, ff. de pollicit. Item præsbyter de omnibus prohibetur iurare, l. præsbyter, & Auth. sed iudex, C. de Episc. & cleric. cap. si quis præsbiter 2. quæst. 4. Quibus autem causis in iure permittatur Sacerdotib. iurare vide Ioan. Azorium lib. 11. inst. moral. cap. 10. quæst. 6. præstatur iterum quidem iuramentum à procuratore habente mandatum, l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. fin. l. aliàs autem de iureiur. à patre pro filio, l. qui iurasse, §. primo de iureiurando. Item Tutor, & Curator pro pupillo. Item prohibetur minor 25. annis, vt per statutum ciuile Pap. num. 24. Item prohibentur iurare, hi qui ex iuramento nullam sibi, nec alijs pariunt vtilitatẽ, vbi autem latius videre cupias, qui habiles, aut inhabiles sint ad iurandum ad eas Vinc. Mancin. in tract. de iurament. part. 3. artic. 1. & 2.

47 † Ad sextum respõdetur, quod semper iurari potest, nisi quando speciali iure prohibetur, prohibetur autem in diebus festis expressis in Statuto ciuil. Pap. inf. 141. cap. 1. extra de ferijs, & notatur in l. more Romano, ff. de ferijs, & tale iuramentum tali tempore prohibetur, nedum in contractibus, sed etiam in omnibus actibus, etiã voluntarijs nisi sit pro necessitate, aliter tale iuramentum non valet. & contractus, & actus sic iurati non habent virtutes iuramenti, & iurans contraueniendo iuramento non dicitur periurus; Orian. in cap. quoniam contra falsam num. 50. & 51. de probat. relatus per Plot. in repet. l. si quando, nu. 755. C. vnde vi, id quod notat pro annullatione contractuum, & actuum minorum, & mulierum quorum iuramento non confirmantur contractus vbi sunt in die festo cap. cum contingat de iureiur. Quicquid sit in foro conscientiæ, de quo non est sermo noster, & ideo datur cautela, ad hoc, vt prætor non seruando Statutũ
48 non incurrat periurium, † quod iuret die feriato
49 in honorem Dei hanc † cautelam tradit Ferrat. in tract. cautelarum cautela 3. vide tamen Rebuff. hanc cautelam meritò improbantem in tract. de priuil. scolarium priuileg 75. num. 7.

50 † Ad Septimum, respondetur, quod iuramẽtum debet præstari secundum formam traditam à Statutis, vel Nouis Constitutionibus, & secundum formam iuris, vt traditur hic, & circa iuramentum fidelitatis, & in inuestituris feudalibus, & in priuilegijs Principum circa legitimationem spuriorum, & creationem Notariorum, & in Statut. Ciuil. primo de Sacramentis præstandis per Commissarium, & in tit. de appell. de Sacramento præstando per appellantem, & per Iudicem appellationis, & in Statuto septimo de saximentis, in princ. & in Statut. 14. de iuramento dando à parte parti, & in Statuto 28. de resp. faciendis positionibus, vbi datur certa forma iurandi, & in Statuto Ciuili Pap 135. vbi super contractibus emptionis cessionis, ac donationis datur certa forma iurandi, & similiter in alijs pluribus locis, & etiam in Nouis Constit. in tit. de iudicijs, dum requirunt, iterato produci iura semel producta, & in obtinenda prorogatione instantiæ, & in titu. de donationibus, & alibi sæpè, quæ requirunt iuramentum præstari secundum certam formam ibi
51 traditam, † talis forma debet seruari ad vnguem, aliter contractus, vel actus, est ipso iure nullus;
52 Marsil. sing. 415. versic. iuramentum, † nec potest per æquipollens adimpleri. Alex. in l. 1. nu. 8. ff. de lib. & posth. Dec. cons. 11. num. 9. consil. 466. num. 13. cons. 603. nu. 10. Paris. cons. 195. nu. 5. lib. 1. cons. 33. num. 4. cons. 32. num. 47. lib. 2. cons. 40. num. 6. lib. 3.
53 † Ampliatur etiam in causa fauorabili, Dec. in cap. prudentiam nu. 22. de offic. de leg. Idemq; in causis pijs Ias. consil. 191. lib. 2. & ratio est,
54 quia † forma est indiuidua; Dec. cons. 132. Plot. de in litem iurando, §. 9. num. 6. & in antiq. nu. 372. & 865. & infra suo loco de forma dicemus.
55 † Ad octauum respondetur, quod iuramentum præstatur propter maiorem cõuentionis, siuè contractus, vel actus efficaciam, prout euenit quando adhibetur iuramentum pacto nudo, vel alicui contractui, vel actui, cui lex non assistit simpliciter, veruntamen fieri illum non prohibet tunc iuramentum talem contractum, vel actum confirmat, & dat robur obligationi, & per consequens, inde oritur actio, l. iurisgentium, §. sed cum nuda, ff. de pactis, & l. legem quam dixisti. C. de pactis, & l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verbo-
56 rum oblig. cap. 1. de pactis, an autem † iuramentum producat actionem Ias. in l. si quando, nu. 30. C. vnde vi, tenet, quod iuramentum de iure ciuili non producit actionem, præterquàm In liber to
57 † ex quo tamen per ius canonicũ producit actionem, dicimus pariter producere actionem de iure ciuili, cum ius ciuile se submittat canonis dispositioni quoties agitur, de peccato; Alex. cons. 69. num. 15. lib. 3. & ita tenet Serephin. de priuil.

iuram.

iuram. priuileg. 104. & 162. quæ autem actio ex eo oriatur, dicitur eam oriri actionem, quæ ex eo oritur cōtractu super quo interponitur, & vti lis actio dicitur Ias. in l. Iulianus, num. 22. ff. de condic. indeb. Caroc. in tract. de iuram. decisiu. quæst. 18.

58 † Ad Nonam quæstionem, quare iuretur resp. quia maiorem, vim seu virtutem affert actui, nam iurans se aliquid daturum, vel facturum obligatur & semper remanet obligatus donec adimpleuerit promissa nisi vergat in interitum salutis spiritualis, vt habetur, in Summa Syluestrina, in verbo iuramentum cap. 4.

59 † Ad decimum, quæ sit vis, & energia iuramenti, latè disputat Euerard. in Topica loco, à vi, & energia iuramenti ad quem pariter potest haberi recursus, & per Vincet. Mancin. in tract. iuram. part. 1. quæst. 3.

60 † Ad vndecimū, quid sit potestas, respōdetur, q potestas est imperiū sine quo nequit explicari iurisdictio cōcessa, l. potestatis, ff. de verb. sig. l. fi. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Bart. & cæteri in l. Imperium ff. de iu-

61 risd. omn. iud. † Imperium namq; accipitur, pro potestate, sicut & potestas pro imperio idest auctoritate iubendi, vnde imperium sine potestate habent Princeps in Vassallos, & Duces, & Feudatarij in subditos, Patres familias in domesticos, maritus in vxorem, pater in filium, Dominus in seruos; Quilibet Iudex in homines suæ iurisdi-

62 ctionis. † Differunt quidem, in aliquibus Imperium, & potestas, nempè circa Regnum, Monarchiam, & dominationem, & in ea distinctione, quæ fit inter merum, & mixtum imperium, nam merum imperium consistit in sola animaduersione, & in his, quæ principaliter respiciunt publi-

63 cam vtilitatem, † mixtum verò est, quòd fit ex animaduersione, & legum tenore, ordineq; iudiciorum, respicitq; priuatam vtilitatem, vt latè prosequitur, Bart. & alij in d. l. imperium, ff. de iurisd. omn. iud. & in l. solet, ff. de offic. pro consul. latè etiam disputat Alciatus lib. 2. paradox cap. 8. sed circa iurisdictionem conueniunt, præterquam in definitione, quia Potestas nomen latiùs, & generalius est, quam Imperij, quod est species potestatis, l. imperium, ff. de iurisdictione omni iudic.

64 In materia autem huius nostri Statuti, dum dicitur de regimine potestatis, & de sacramento Potestatis, strictè intelligendo; dicitur, quod intelligitur de Prætore, qui habet potestatem in Papien. ciues, & Comitatenses; sed quia Statutum subdit dicens eius familiæ, per illud verbum

65 † familiæ dicitur, quod intelliguntur serui, & liberi, quos ipse Dominus Prætor habet in eodem ministerio secundum Bartolum in l. prima, §. familiæ nomen, ff. de publicanis, & vectigalibus, An autem Dominus pro delicto familiæ, & scholaris pro debito serui teneatur regulariter, respondetur, quod non; per l. quoties, ff. de noxal. & latissimè prosequitur Prosp. Farinac. in tract. de delict. & pœn. quæst. 24. per totam. vnde meritò in hoc statuto fit mentio expressa de fami-

66 lia ad effectum, vt tollatur occasio disputandi. † An teneatur ad contenta in ipso statuto; per statuta enim potest fieri, vt Domini, & Rectores ter-

67 rarum teneantur pro delicto familiæ, † sed si delinquit extra id ad quod proponitur, non tenetur, vt notat Bart. loco supra citato, & in l. prima, §. fin & in l. nequis, ff. de incend. ruin. naufrag. Bald. in l. prima, in prin. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi eximat, & in l. apud antiquos, in fine C. de furt. Farinac. d. quæst. 24. num. 57. stante igitur hoc statuto, Potestas tenetur pro

68 familia: † sed istud statutum recipit interpretationem à iure communi, nisi potestas familiam exhibeat, ita Roman. consil. xj. & consil. 15. Aret. cons. xj. & consil. 14. si tamen officium esset priuatum, non liberatur, exhibendo famulum, sed datur optio damnum passo, contra quem velit experiri, l. et secus sit in officio publico, l. vnic. ff. naut. caup. stab. l. prima, §. quod nouissimè, vbi Bar. ff. de publican. Boss. in tit. de furt. num. 59. Farinac. allegata quæstione 24. num. 60. & plura congerit Felyn. in cap. cum ordinem de rescript. hinc est, quod si exhibetur à domino famulus, liber, qui delinquit tenetur ipso iure, & dominus liberatur, vt tradit Bart. in d. l. prima, §. quod nouissimè, de public. & vectig. vbi etiam te-

69 net, † quod Rector, qui promisit pro se, & eius officialibus, & familia, liberatur eos exhibendo;

70 † sed si promisit soluere omnem cōdemnationem faciendam de eo, & eius officialibus, & familia, non liberatur eos exhibendo, si libellus dirigitur contra eos, & illi condemnentur, ita Bart. in d. §. qui nouissimè, de publican. & vectigalib. & materiam quando officiales tenētur pro familia sua tradit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 345. Prosp. Farin. tit. de delict. & pœn. quæst. 24. num. 53. cum seqq.

71 † Aduertendum est tamen, quod ille, qui agit contra officialem de delicto familiæ, debet probare ipsum esse de familia, & eum ad tale officium præpositum: probatur autem ex ipso, quod est associatus cum alijs famulis, & seruit vt alij famuli, licet de hoc nulla adsit scriptura, ex eo ipso, quod exercet officium domino sciente, ita Bar. in d. l. prima, §. familiæ, ff. de publican. & vectigal. Non tenetur autem Potestas actione, & pœna criminali ex hoc statuto, sed solùm ciuili, ad partis interesse, glos. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. procons. & legat Roman. consil. 13. & 15. Franc. March. decis. 523. nu. 13. parte prima, potestq; dominus, vel Potestas soluens pro sua familia repetere ab eo, prò quo soluit, omne id, quod solutum est, etiam salarium, & mercedem retinendo. Aret. in §. item exercitor, instit. de oblig. quæ ex quas. delict. Addit. ad Capel. Tol. decis. 196. ad finem.

72 † Ad duodecimum respondetur, quod Magistratus est ille, qui iudicare debet, & dat iudices in negotijs suæ iurisdictionis, quando vel per occupationes publicas, vel per negotiorum multitudinem non potest de omnibus agnoscere, paucis exceptis, l. cum qui, ff. de iurisd. omn. iud. iuncta l. placet, C. de pedan. iudic. & l. prima, C. qui pro sua iurisd. iud. dare dariue possunt Iaso. in l. quecunq; ff. de off. eius cui manda. est. iuris-

73 dictio, & in Ciuitate Papiæ maior Magistratus dicitur Perill. D. Prætor secundum dispositionem primi decreti in hoc volumine Statutorum registrati; sed cum eius assessor, & iudex, ac vicarius, & quilibet eorum habeant iurisdictionem ordinariam, vt in statuto ciuili 45. videtur dicendum, quod Dominus Prætor non sit maior Magistratus, cum par eorum dicatur iurisdictio, virtute dicti statuti, & par in parem non habet imperium, l. imperium, ff. de iurisd. omn. iud. l. ille à

quo

quo. §. tempestiuum, ff. ad Trebell. respondetur,
quod dictum decretum primum in volumine Sta-
tutorum est posterius, & posteriora derogant, &
declarant priora.
74 † Ad decimumtertiũ respondetur, quod Magi-
stratuum alij maiores, alij magni, alij minores,
alij minimi, alij pares, argument. l. properandũ,
C. de iudicijs. maiores Magistratus dicuntur,
qui iudicant de arduis, & maioribus rebus, vt
potè criminalibus, qui maiores possunt infligere
pœnas, vt per Bart. in l. prima ff. de off. eius cui
mand. est iurisdict. & in l. imperium, ff. de iurisd.
omn. iud. & in l. si qua pœna, nu. 4. de pœn. & in
§. nos autem in authent. de defens. ciuit. col. 3.
§. igitur, in authen. vt omnes obed. iud. prouinc.
similiter dicuntur maiores Magistratus, qui alio-
rum minorum sententias rescindere, vel confir-
mare possunt, ad quos prouocatio est l. potioris,
C. de offic. rector. prouinc. & hi sunt super illu-
stres, prout dicit glos. in §. pri. in auth. vt ab illu-
75 & qui super eam digni sunt; † ij etiam sunt vel
spirituales, vel temporales, nempè summus Pon-
tifex, Patriarcha, Imperator, qui super omnes
sunt, secundum Specul. in tit. de iurisd. omn. iud.
§. iudicũ igitur, part. prima. Magni verò sunt, qui
causas dirimunt ciuiles, vel pecuniarias, & hi di-
cuntur Illustres, & super spectabiles, quales sunt
Præfecti Prætorio, Quæstores, & in spiritualibus
Primates, & Metropolitani Episcopi, ita Specul.
loco supra citato. Minores porrò dicuntur, qui
causas minores, & modicæ summæ expediunt, l.
pri. C. de defens. ciuit. §. & iudicare, in auth. eo-
dem titul. & in auth. nisi breuiores, C. de sent. ex
breui. recit. & hi dicuntur spectabiles, quales
sunt Proconsules, Præfecti vigilum, Vicarij, Du-
ces, Comites rerum priuatarum, ita Specul. loco
supra citato. Minimi autem, qui etiam dicuntur
Clarissimi, & sunt in spiritualibus Archidiaconus,
Archipresbyter, Rectores; & in temporalibus
municipales, & pedanei, qui humiliora, & viliora
iudicant, paruique momenti, & qualitatis, l. fin. C.
de pedan. iudic. Pares demum magistratus sunt
iudices, qui eiusdem ordinis sunt, vel eiusdem
potestatis, & faciunt concursum in iurisdictione,
nisi alter eorum potior sit tempore, horumque
par in parem non habet imperium, l. ille à quo, §.
tempestiuum, ad Senat. cons. Trebel. l. nam magi-
stratus, ff. de recept. arbitris l. si pluribus, & ibi
Doct. ff. de leg. primo, Bart. in l. nullum, ad finem,
C. de testibus, tamen hos ordines, & dignitates
ad quatuor recenset Ias. alijs recensit 5, & plenè
discussis in l. quæcunque, ff. de officio eius, cui
mand. est iurisdictio, vbi abundè tractat de his
dignitatibus, Petr. Calefat. in tract. de equestr.
dign. nu. 129. & seq. Ioa. Gilot. in tract. de iu-
risd. cap. 4. per totum.
76 † Sed an omnes indistinctè possint ordinari,
seu creari Magistratus Iudicis, respondetur, quod
non multi; namq; excipiuntur, qui proponi non
debent, videlicet viri improbatæ vitæ, infamia no-
tati, flagellis cæsi, Rei publici criminis, filij eius,
qui damnatus fuit publico iudicio, serui, Iudæi,
Hæretici, hi qui exercent negotiationes exerci-
tia, vel artes vilissimas, liberti, pauperes, hi, qui
sunt de patria, (patriæ nanq; suæ non permittitur
administratio) debitores rerum publicarum, hi
qui sunt cohortalibus obsequijs obligati, hi qui
honorem munus, vel aliud offitium sustinent, hi,
qui ante eundem honorem, vel Magistratum ges-
serunt, hi qui indigni sunt inferiori ordine, mi-
nores 25. annis; surdi, muti, ceci, fœminæ, & alij,
quos enumerat Nigel, in Metodo vniuersi iuris,
lib. primo, parte prima, cap. 6.
77 † Officiales dicuntur hij, qui exercent officiũ
tam mercenarium, quam nobile, vtpotè Assessor,
Consiliarius, Locumtenens, Vicarius, Arbiter,
Arbitrator, Notarius, Iudex stratarum, Iudex
ordinarius, & delegatus, continetur etiam miles
per stat. 3. in ordine inf. ponderando ibi verbum,
vel miles iuncta rubr. dicti Statuti.

Et demum, qui nam dicantur Magistratus, &
Offitiales, & quales esse debeant declaratur inf.
Statuto 28. & qualem iurisdictionem habeant vi-
de inf. Statuto 45. in ciuil.
78 † Hi vero notarij, & alij officiales possunt ali-
quando ex causa subrogare, vt tradit Ias. in d. l.
quæcunque, ff. de officio eius, cui mand. est iu-
risdictio num. 60. subrogatus autem officialis te-
net illum locum in ordine, quem tenebat ille, in
cuius locum subrogatus est, l. si eum, §. qui iniu-
79 riarum ff. si quis caut. nec † potest Syndicari offi-
cialis, nisi de his, quæ gessit in officio, Ias. in l. ne-
mo, C. vt omnes iudic. porrò in syndicatu non
tenetur nisi de dolo, & culpa, Ias. in d. l. nemo
potestque propter negligentiam ab offitio de-
poni, ita Ias. in l. cum qui res, C. de procurat.
Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 73. num. 3. vbi
Io. Baptista Baiard. in addit. ad eum, num. 35.
80 vbi remissiuè ponit triginta sex, casus, in quibus
Iudicis negligentia punitur, & etiã qualiter pro-
betur negligentia, ex Menoch. Mascard. & alijs
quos citat, & eadem ratione tenetur, ex negli-
gentia sui subministratori, Ias. in l. periculum, ff.
si cert. pet. nec debetur ei salarium, Bart. in l. Iu-
dices, C. de anno. & tribut. lib. 10 quod dicit
81 esse intelligendum, † quando illud delictum ne-
gligentiæ respicit vniformiter totum tempus of-
ficij, alias pro ea parte pro qua nõ fuit negligens,
sibi salarium debebitur. Ant. Corset. inter singul.
82 DD. in verbo salarium, & si fugit sindicatum, ta-
lis fuga facit contra eum semiplenam probatio-
nem, Ias. in repet. l. admonendi num. 145. ff. de
iureiur. & habetur pro confesso Petr. Rauen. sing.
25. & punitur in quadraginta libris auri, Ias. in d.
83 l. nemo, num. 3. C. vt omnes Iudic. pro re tamen
minima syndicari non potest. Marsil. sing. 276. de
quibus autem reb. hodie officiales syndicantur vi-
deas Clarum d. quæst. 73. nu. 3. vbi latè in addit.
84 ad eum Baiard. num. 35. cum seqq plurib. † De-
functo autem officiali ante finitum officium, an
integrum salarium debeatur hæredi dicendum
est, quod sic l. si quis, in sacris, C. de proxim. sa-
crorum Scrin. lib. 12. & l. post duos, §. fin. C. de
aduoc. diuers. iudici, latè per scribentes in l. diem
functo, ff. de offic. assessor. tamen in domestico,
& protectore aliter disponitur, quia non solum
hæres eius consequi potest salarium totius tem-
poris; sed etiam vnius anni subsequentis. Bart. in
l. Pragmatice, C. de domestic. & protect. est ve-
rum, quod si officialis decessit in itinere, quando
paratus est accedere ad officium, tunc non debe-
85 tur salarium hæredibus, † sed tantum debent hæ-
redes releuari ab impensa facta in itinere, quod si
officialis ingressus est locum officij, & antequam
administret decessit. debent hæredes consequi
salarium, hoc idem licet exercuerit officium nul-
liter. pari modo si recessit ab officio, quia non po-
terat iustitiam facere debet habere salarium, ita
Auton.

... Corſet in verbo ſalarium. Quomodo autem pro quibus cauſis, & à quibus perſonis præſtandum ſit ſalarium habetur difuſe per Rol. à Val. conſ. 87. lib. 2. Surd. conſ. 42. nu. 17. Caroc. in tract. de locat. & conduc. tit. de ſubſtan. locat. quæſt. 7. 10. 20. in magnis D. Coſta noſter in tract. de ration. Seu conſiderat. ratt. quæſt. 86. per tot. Bertazol. conſ. 81. nu. 3. & ſeqq. & conſ. 180. nu. 2. & ſeqq. lib. 1. inter conſ. crimin. Granut. Theorem. 12.

86 † Præterea cauerè debent officiales, nequid pro officio præſtent. Secundò, nequid vltra annonas, & ſportularum quantitatem. à legibus definitam à ſubditis accipiant. Tertiò, ne ſubditos lædant. Quartò, ne quid in prouincia, quam adminiſtrant emant, vendant, vel conducant, ne donationes in ea prouincia, quam adminiſtrant, accipiant, niſi ob nuntium publicæ letitiæ, vel Xenij nomine, vel niſi quod datur ſit eſculentum, vel poculentum. Quintò, ne ante ſucceſſoris aduentũ adminiſtrationem deponãt, ita Vigel. in ſua Methodo iur. ciuil. lib. 1. parte prima cap. 7. Doct. in l. principalibus, ff. ſi cert. petat. Bald. conſil. 333. præmitto, quod vol. 3. Tiraq. d. tract. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 164. & ſeqq. Boer. deciſ. 149. num. 3. & ſeq.

His ſic præmiſſis, ad intelligentiam huius primi Statuti operæ pretium eſt deuenire ad interpretationem verborum, in ſtatuto noſtro poſitorum,

87 † Sciendum eſt igitur, quod dictio (In primis) nonnullas habet ſignificationes, de quibus per glo. inſtit. de offitio iud. in verbo in primis, aliquando, enim eſt verbum inceptiuum, vt hic. & l. ſi quæramus, C. de teſtamentis, & ſignificat ante omnia, prout etiam accipitur, in l. 1. in princ. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. aliquando dicitur in primis, ideſt ante ſententiam l. iudices, C. de iudic. aliquando in primis, ideſt inter principalia, vt inſtit. de officio iud. in princ. aliquando accipitur in primis, idest immediate, poſt aliquid, & ita accipitur in l. 2. §. ſunt autem in primis, ff. de orig. iur.

In verbo [communis Pap.] quæro nunquid ad eſſe Communitatis, requiratur quod habeat rectorem, & dic quod non, Bart. in l. fin. col. 2. in

88 fine, num. 12. C. de colleg. † non enim eſt neceſſe, quod commune habeat caput, ſed ſufficit, quod adſint Anciani, vel Conſules, ad quos pertinet adminiſtratio bonorum Cõmunitatis, ita Alba conſ. 186. num. 11. vbi etiam loquutur in Collegio, vt de neceſſitate, non debeat habere caput, Alex. in l. Collegium C. de hæred. inſtit. Fely. in c. ex litteris col. 2. extra de conſtit.

89 † Sed quæro qualiter veniat citanda Communitas, ſeu Vniuerſitas, Collegium, ſeu Capitulum & ſecundum Bart. in l fin. ff. quod quiſq; vniu. nomine citantur illi, qui regunt Ciuitatẽ, & tunc perinde habetur, ac ſi Ciuitas, vel Vniuerſitas, eſſet citata, idem Bart. in l. non poteſt ff. de reg. iuris, vbi Alex. in appoſtil. idem Bart. in tract. ad reprimendum in verbo citatum, vbi dat, etiã alios modos citandi, vniuerſitatem, & vide Soci. in tract. de citationib. art. 20. q. 20 nu. 52. Vant. de nullit, in tit. de nullitate, ex defectu citat. nu. 144. Rom. ſing. 763. Baiard. in add. ad Clarum q. 16.

90 num. 20. vbi tenet, † quando citantur Rectores Ciuitatis, quod citatio non debeat fieri ad domos ſingulorum Rectorum, ſed ad locum reſidentiæ,

91 in quo ſolent congregari. vbi etiam ponit, † quod ſi porta Ciuitatis, vel loci Vniuerſitatis claudatur, citatio fiat in porta loci, vel in Eccleſia vicina, quod etiã tenet Maranta in ſuo ſpeculo indic. in verbo recte concipiatur citatio, num. 94. An autem vniuerſitas poſſit citari per edictum affixum, dic, quod ſic Maranta dict. num. 94. & 112. vbi

92 quærit † quid in die Veneris Sancti, an poſſit Vniuerſitas citari ad ſignum tabellæ ex quo non pulſantur in dicto die campanæ, & quod per edictum affixum poſſit citari vniuerſitas, tenet etiam Menoch. in tract. recuper. remedio 8. nu. 119. & latius formam, & modum citandi Vniuerſitatem proſequitur Nicol. Loſæus in tract. de iur. vniuerſ. part. 2. nu. 63. & ibidem nu 64. tradit coram quo iudice ſit citanda, & nu. 67. qualiter iuret de calumnia, & quomodo ſi ſit contumax procedatur contra ea nu. 71. & ſeq. & ſi ſit condemnata, & bona non habeat, qualiter fiat executio nu. 94. & ſeq.

93 † Nunquid autem Vniuerſitas citata poſſit cõparere per procuratorem, & dic qu od ſic Rubeus Alex. in tract. de poteſt. procurat. nu. 152. relatus per Baiard. loco mox relato nu. 21. Boſſ. in tit. banniri qui poſſ. imo in actibus iudicialibus cogitur Syndicum conſtituere, Bart. & Rip. auus mihi maternus, in l. prima, §. ſi autem collegium, num. 9. ff. ad S. C. trebel. Nicol. Loſæus in tract. de iur. vniuerſ. part. 2. num. 3. & ſeqq. vbi communem ſubdit, & ſi nullus compareat procuratorio nomine poteſt defendendo quilibet extraneus ad defenſionem comparere, vt ibi per Loſæum num. 7. & ſeqq.

94 † An autem Vniuerſitas poſſit delinquere banniri, & puniri, & quæ requirantur videas latè per Boſſ. d. num. primo cum ſeq. & per Baiard. dicta quæſt. 16. latiſſime proſequitur Loſæus d. tract. de iur. vniu. part. 4. per totum.

Quid autem ſit Vniuerſitas, & quotuplex præter Azonem in ſumma, ff. quod cuiuſq; vniuerſit.

95 nomine nu. primo, † dicentem quod eſt plurium corporum collectio inter ſe diſtantium, vno nomine ſpecialiter eis deputato, vide latiſſime Loſeum dicto tract. part. prima, cap. primo, & 2.

96 † An autem Vniuerſitas veniat appellatione perſonæ, & dic quod ſtrictè, & propriè maxime in odioſis, quod non, Auth. item nulla. vbi Bal. C. de Epiſc. & Cleric. Alex. conſ. 216. num. 11. lib. 2. Iaſ. in l. ſi quis maior, num. 7. & ſeqq. C. de tranſact.

97 † Hinc infertur, quod Statutum loquens de perſona, non compræhendit Vniuerſitatem, Collegium, nec Communitatem, Bald. in l. omnes populi, col. penult., ff. de iuſt. & iure, Alex. dicto conſil. 216.

98 Hinc etiam dicimus, † quod ſtatuta loquentia verbis ſi quis quicunque, & ſimilibus, non compræhendunt Vniuerſitatem ex pluribus, de quibus per Menoch. de arbitr. iud. caſu 183. nu. 16. vbi nu. 14. vult per hanc rationem Statutum Papiæ ſub Rubrica 64. in ciuilibus, ſub rub. de Ceſſione fienda &c. non compræhendere Vniuerſitates.

99 Tertio Infertur, † quod Procurator conſtitutus ad agendum contra quamcunq; perſonam, non poteſt agere contra Vniuerſitatem, Bal. in rub. C. ad trebel. Alex. dicto conſ. 216. Cagnol. in l. ſi quis maior, num. 17. C. de tranſac. Nicolaus Loſæus latè in dicto tract. de iur. vniuerſ. part. 1. cap. 1. nu. 38. vſq; ad finem.

Intelligi

100 Intellige tamen, † vt bene appellatione personę sublata significatione vocabuli contineatur Communitas, & Collegium, siue Vniuersitas; Alex. d. cons. 216. num. 35. cum seq.

Scias autem, quod ad hoc, vt aliquid constituere possit Vniuersitas, requiritur, primo quod
101 adsint duæ partes ex tribus. † Secundò quod appareat maiorem partem consensisse, l. nulli, ff. quod cuiusque vniuersit. num. 3. quod fuerit publice vocata per sonum campanæ, vel aliter iuxta morem loci, l. 2. C. de decur. lib. x. Alex.
102 cons. 68. nu. 7. cum seq. lib. 2. vbi quærit. † quid si testes dicant homines vniuersitatis ita constituisse an probent, illa tria requisita, & concludit quod non, cum debeant specifice concludere illa tria omnia interuenisse, Crauet. cons. 195. nu. 8. & seq.

103 † An autem vniuersitas restituatur in integrum ex capite minoris ætatis, vide Oddum de restitutione in integrum q. 3. art. 12. vbi concludit quod sic distinguendo tamen vt ibi per eum, vbi agit
104 etiam † an restituatur aduersus prescriptionem quæst. 90. art. 7. nu. 32. & tenet quod sic.

105 † Sed nunquid vniuersitas poterit excomunicari, dic quod non, ita Clar. in §. fin. praxis crim. q. 60. nu. 26. versic. allegatur etiam, ratio est ne innoxij puniatur ob pupillos, minores, pregnãtes & nascituros qui non deliquerunt, Andr. Gail. de pac. publ. lib. 2. c. 9. nu. 17. latè Losæus de iur. vniuers. part. 4. nu. 41. & seq.

106 † Non potest autem communitas alicuius domini se congregare absq; licentia Domini Guid. Pap. decis. 631. in 3. dubio, idem etiam dicimus, vt requiratur presentia iudicis in qualibet congregatione Bart. in l. actor ff. rem ratam haberi Rol. à Vale cons. 17. nu. 28. cum seqq. lib. 3. & ita videmus quotidie obseruari.

107 † Fallit quando dicta cõmunitas esset litigatura aduersus dominum illius loci, vt latè consuluit Alba cons. 427. per totum. Rol. à Vale d. cõs. 17. nu. 28. cum alijs seqq.

108 † Potest autem communitas sibi constituere Syndicum, sine auctoritate superioris, cum sit domina in his, quæ pertinent ad ipsam communitatem, ita Alba. cons. 186. nu. 5. alia quam plura in hac materia dixi infra ad statuta ciuil. ad statutũ primum nu. 100. cum seqq. pluribus.

In verbo iurent, & iurare debeant &c. Statutũ in hoc est conforme iuri communi, quo cauetur
109 quod † iudices debeant iurare, vt in Auth. ius-
110 iurandum, quod prest. ab his. † antequam enim iurent non habent iurisdictionem Angel. per illũ tex. in §. iusiurandũ in Auth. vt iudices sine quo-
111 quo suffragio, † Imo exercentes offitium ante iuramentum tenentur pæna criminis læsæ maiestatis. Ludouic. de pæna, in l. vnicuiq; C. de prox. sac. scrin lib. 10. Paris. de Puteo in tract. syndic. in
112 verbo iuramentum cap. 1. † nec potest à statutis quamtumcumq; duris recedere Bald. in l. quid ergo §. pæna grauior nu. 9. in 2. lectura ff. de his qui not. infam. Alex. ad Bart. in auth. hodie C. de iudic.

Sciendum etiam est, quod istud iuramentum ob-
113 ligat † precise ipsos rectores, Bald. in l. non est nouum ff. de legibus, Dec. in c. de causis col. pe-
114 nultima in 1. de off. deleg. † & non debet, vt supra dixi potestas ab eis recedere, dato quod dura videantur, Ias. in l. galus. §. si eius nu. 17. versic. alibi dicit ff. de lib. & posth. Fel. in c. 1. nu. 49. de constit. Ias. in §. ex mallefitijs nu. 15. & 16. inst. de actio. Zuchard. post alios in rub. C. qui admitti &c. Nata cons. 32. vol. 2. Soc. iun. cons. 39. n. 29. vol. 2. & in d. §. si eius in fine, & non seruans iuramentum punitur pæna quadrupli l. 6. C. ad leg. iul. repetund. Vigel. in sua metodo fol. 79. cum seq.

115 Licet autẽ potestas iurauerit seruare statuta † poterit tamen licite ex causa ea transgredi, & ab eis recedere Rom. cons. 429. vbi Mandos. & quod iudices ratione casuum emergentium possint licite transgredi statuta, & leges, Alex. cons. 65. n. 6. vbi appost ad eum lib. 2. Fel. in d. c. 1. de constit. Dec. in l. in ambiguis §. quoties ff. de reg. iur. late DD. in rub. C. qui admitti, Tiraq. in tract. de pæn. leg. temper. in præfat. nu. 33. vbi causas recenset ex quibus licet à statutorum, & legum dispositione recedere, & ad alia infert Farinac. alios citans in tract. de deliç. & pæn. q. 17. nu. 7. inferens ex hoc hodie omnes pænas esse iudici arbitrarias, ob diuersas circumstantias quæ quandoq; excusant, quandoq; delictum aggrauant, & ibidem nu. 11. & 15. ac seq. multipliciter ampliat & declarat.

116 † Intellige tamen, vt hoc faciat consulto superiore Fel. in d. c. 1. col. 8. sub nu. 50. de constit. nisi mora damnum esset, allatura c. 1. ne sede vacante sequitur Baiard. in add. ad Clar. §. fin. quæst. 85. num. 38.

117 † Iudex autem transgrediens statuta ex causa tenetur, & debet facere mentionem causæ quando de ea non constat ex actis alias diceretur grauare partem, Bart. in l. quid ergo, §. pæna grauior num. 5. ff. de his, qui not. inf. Baiard. in add. ad Clar. dicta quæst. 85. num. 38. vbi etiam vult quod quando non est expressa in sententia,
118 nec apparet ex actis, tunc † non præsumitur pro iudice, qui mutauit pænam legalem, vt per eum, & hæc est limitatio ad regulam quæ se habet, quod in dubio præsumitur pro iudice vt fecerit illa, ad quæ de iure tenebatur l. 2. C. de off. ciuil. indic. c. in præsentia de renunt. Alex. cons. 121. numero 13. lib. primo, quam regulam late exornat Menoch. præsumpt. lib. 2. præsumptione 67. per totam, ad quem recurras. sufficit autem isto casu causam in genere exprimere vt puta dignis ex causis animum nostrum mouentibus, Tiraquell. de pæn. leg. temper. in præfat. numero 70. Farinac. de delict. & pæn. quæst. 17. numero 65.

119 † Amplia vt etiã iudex possit ex causa minuere pænam impositam à statuto non obstante hoc iuramento Guid. Pap. quæst. 206. Franc. Marc. decis. 920. Baiard. in addit. ad Clarum, §. fin. prax. crim. quæst. 85. num. 24. Farinac. d. quæst. 17. de delic. & pæn. num. 11. & 15.

120 † An autem isto casu teneatur obtinere habilitationem à iuramento, Fel. in dicto c. primo nu. 50. versiculo non est consonum de constit. vbi Ferretus tenet quod sic nisi periculũ esset in mora vel superior adiri non posset.

121 † Limita, vt ratione precepti superioris iudex possit licite statutum transgredi absque pæna periurij l. fin. ff. qui satisd. cogant. vbi Iason num. 12.

122 † & quod ob mutationem statutorum à superiore factam Iudex non teneatur ea seruare, Didac. Coaruu. in tract. select. §. 3. nu. 6. vers. decimo, Carpan. ad statut. Mediol. in prælud. nu. 94. cessante autem iusta causa non potest iudex

recedere à pœna legis, vel statuti. §. oportet in auth. de iudic. l. prima, §. primo, ff. ad S.C. turpil. c. iudicet 3. quæst. 7. quod tam ratione accusatoris, quam reipublicæ sit, vt malefitia non remaneant impunita, D. Thom. secunda secundæ quæst. 67. art. 4. imo plures patitur pœnas iudex sine causa à statuti pœna recedens, quas prosequitur, Farinac. de delic. & pen. quæst. 17. num. 6. & latè per totam illam quæstionem, vide quando possit, vel id minus iudex à statuto, vel lege iurata recedere.

124 † Limita, vt huiusmodi iuramentum, non extendatur ad ea statuta, quorum vim consuetudo abrogauit, sed tantum complectitur ea, quæ in viridi obseruantia sunt, Ias. in l. rem non nouam, C. de iudic. apud quem habetur quantum tempus requiratur ad eorum abrogationem, glos. in cap. primo, de treugua, & pace, quam sequitur, Alex. consil. 6. lib. primo, & consil. 132. colum. 1. eod. lib. Dec. consil. 534. Auus maternus Rip. resp. 3. sub tit. de consuetudine, Rimin. iunior consil. 102. num. 36. & seq. & consil. 548. vbi latissime.

Sciendum est tamen, quòd statuta remanent in viridi obseruantia, licet casus non eueniat, secus si eueniat, & contrarium seruetur, Curt. iun. consil. 129. num. 12 vbi testatur de communi, Carpan. in prælud. ad statut. Mediolani, num. 96. vbi etiam ponit quando statutum per desuetudinem tollatur, & quantum tempus requiratur, & quis possit hanc desuetudinem inducere, & ex quo veniat probanda desuetudo, vt ibi latè per eum, addo Alb. consil. 27. num. 2. & quoties statutum non est vsu receptum, non est laborandum super eius interpretatione cum nullas habea vires, & non sit attendendum, Ias. in l. rem non nouam, Alba consil. 277. num. 11. & ideo dici-

126 mus † statutum vsu non receptum non ligare forenses, cum non liget ipsos Ciues., Menoch. lib. 2. præsumpt. præsumptione 2. num. primo, vbi ponit an in dubio statutum præsumatur vsu

127 receptum, † & concludit præsumi vsu non receptum, cum sit facti, quod non præsumitur in dubio, l. in bello, §. facta. ff. de capt. & postl. reuers., & quod iuramentum præstitum à Potestate, de seruandis statutis non extendatur ad ea, quæ non sunt vsu recepta, vel per contrariam consuetudinem abrogata, cum talia statuta non dicantur statuta; tenet nouissime pluribus citatis, Aldaran. Mascard. de generali statut. interpretatione conclus. 6. num. 77. cum seqq. pluribus, vbi vult, quod statutum dicatur habere tacitam conditionem, si moribus vtentiũ recipiatur, ideo contrauenieniens non peccat, vt ibi per eum, non sufficit autem probare, quod statutum non sit vsu receptum, sed necesse est, vt casus euenerit, & populus fecerit actus contrarios, Natt. consil. 56. & 575. num. 34. Borgnin. de tutor. & curat. num. 42, & ratio est, quia si non seruetur contrarium non dicitur impugnari statutum. Gozad. consil. 23. num. 9. dicens requiri cursum decem annorum. Item requiritur, quod superior id sciuerit, cum statutum sine superioris consensu tolli nequit, Paris. consil. 105. num. 2. lib. 4. Cephal. consil. 129. num. 10. Surd. consil. 460. num. 80. & seq. lib. 4. Alberan. Mascard. de generali statut. interpræt. concl. 8. nu. 3.

128 † Limita, quando statuta essent illicita impossibilia, ac contraria ecclesiasticæ libertati, cap. primo, de iureiurando in 6. Alexand. in l. si stipulatus, §. cum stipulamur, colum. 2. ff. de verb. oblig. Gemin. in consil. 84. Purpur. consil. 137. colum. 2. facit text. cum ibi notatis in Auth. cassa, C. de Sacros. Eccles., tex. in cap. erit autem lex, quarta distinctione, & in terminis, quod Iudex, qui iurauit seruare statuta, non teneatur seruare iniqua, & iniusta, quæ peccandi occasionem præbent, Crauet. in tract. de antiq. tempor. in prima parte, quartæ partis principalis, nume. 6. in verbo videamus modo, relatus per Menoch. præsumpt. lib. 2. præsumptione prima, num. 9. Paris. consil. 10. num. 32. lib. 4. Scrafin. de Priuileg. iuramenti priuileg. 69. num. 4. &

129 ratio esse potest, quia † iuramentum semper debet habere tres comites, veritatem iudicium, & iustitiam, cap. & si christus de iuretur. Bald. hæc tria declarans in Auth. quod eis, C. de nupr. Alexand. consil. 42. num. 5. lib. primo, dicitur autem continere iniustitiam, quando continet quod turpe est, vel tendens ad obseruantiam peccati, Alex. dicto consil. 42. nu. 19. & consil. 105. num. 9. lib. primo.

130 † An autem Iudex, qui ita iurauerit teneatur iudicare secundum statuta, quæ non sint deducta à partibus, dic quod sic, Bonacoss. in quæst. crim. in verbo iudex versic. statutum.

131 † Iudex autem, qui iurauit seruare statuta, non potest seruare ius cõmune romanorum statutis contrarium, Bald. in tit. de pace iuram. firm. c. 1. §. iniuria num. 11. vers. sed nunquid.

132 † Sed an stante dicto statuto potestas præsumatur iurasse, ea quæ contra se ipsum sunt, & dic quod non, Brun. cons. 35. num. 16. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 44. num. 13. & ratio est, quia promittens aliquid facere, vel præstare contra quamcunque personam, nunquã præsumitur promisisse contra se ipsum, l. si mercedem §. vltimo, ff. de act. empti per quam regulam ad plura infert, Menoch. dicta præsumptione, 44. vbi num. 12. infertur, quod Ciuitas confirmans statuta, non intelligitur confirmare, quæ contra seipsam sunt.

133 † Aduerte tamen, quod Potestas iurans seruare statuta, tenetur etiam ad statuta post iuramentum edita, Bart. in l. si stipulatus, §. primo, ff. de verb. oblig. tex. in cap. primo de iureiurando, in sexto, Paris. de Putheo in dicto tract. de syndic. in verbo iuramentum, num. 6. Albert. in tract. statut. parte prima, quæst. 28. Vincent. Mancin. in tract. de iuramẽto part. 4. effect. 177. num. 2.

134 † Quid si potestas, qui iurauit seruare statuta Papiæ, non protulit sententiam intra tempus instantiæ à statuto præfixum, an sit periurus, dic quod sic, si fuit in dolo, quia potuit, & noluit cessante autem dolo non efficitur periurus, Bal. in l. properandum, C. de iudic. Paris. de Puteo in verbo iuramentum num. 6. Alex. cons. 92. col. penult. in fin. lib. primo, Cepol. cons. 18. col. 2. post medium, vers. secundo posito, Crauet. cons. 65. ante n. 10. subdens rationem, quia periuriũ committi non solet, sine aliqua causa, aut animo lucrandi aliquid, aut euadendi aliquam pœnam, aut incommodum, & latè de periurio agit, Decian. in tract. criminal. lib. 6. cap. 8. 9. 10. 11. & 12. Quadraginta causas ob quas quis à periurio excusatur latissime proseruitur Ruginel. practic. quæstion. lib. primo. cap. 11. nu. 59. vbi plene.

Non

135 † Non tenetur autem potestas seruare statuta, si fuerint renocata, Alex. consil. 85. colum. 2. lib. 5. Marsil. in tract. bannitorum in verbo seruatis seruandis, num. 9. vbi num. 10. vult, quod officialis Ciuitatis iurans obseruare statuta dicatur ea confirmare allegat, Bal. cons. 174. lib. primo.

136 Quid autem habeat facere Potestas, qui iurauit secundum formam dicti statuti, si in volumine statutorum sint statuta contraria, Io. Andr. in cap. primo de iureiur. in 6. tenet si agatur de statuto licito, vltimum esse obseruandum, vbi alias non possint inter se concordari, idem tenet Bart. in l. si certarũ, §. fin. ff. de milit. test. in l. omnes principali, num. 35. ff. de iust. & iur. Dec. in l. si idem, §. si vna, num. 8. ff. de iur. omn. iud. Aret. in §. ius autem ciuile, nu. 16. inst. de iur. natur. gent. & ciuil. Borgn. de tutor. & curat. num. 98. & vide Cephal. cons. 644. lib. 5. Simile si vnum Statutum habeat plura capitula cõtraria statur, namq; vltimo Marsil. in l. prima, §. si serui num. 16. ff. de quæst. Alex. cons. 141. num. 4. lib. 2. intelige tamen procedere si vltimum statutum sit vsu receptum, secus si primum fuisset semper seruatum, Bal. in auth. omnes Peregrini C. communia de success. idem si primum statutum esset derogatorium secundo, Bart. in l. omnes populi, nu. 31. ff. de iust. & iur. plures alias declarationes, latè adducit Alder. Mascar. de generali stat. interpræt. conclus. 8. per totam.

137 † An autem huiusmodi iuramentum præstari possit per procuratorem habentem speciale mandatum, crediderim, quod non licet regulariter

138 † iuramenta omnia possint præstari per procuratorem habentem speciale mandatum, cap. fin. de iurament. calum. in 6. Francisc. Curt. in l.

139 admonendi, num. 363. ff. de iureiur. † attamen quoties speciali statuto, requiritur pro forma proprium iuramentum. vt in hoc nostro, tunc non sufficit iurare per procuratorem habentem speciale mandatum, Abb. in cap. licet ex quadam de

140 testibus num. 6. vbi etiam ponit † an testis possit iurare per procuratorem habentem speciale mandatum, & vide Curt. in l. admonendi num. 359. vbi concludit, quod testis potest præstare iuramentum per procuratorem, non autem deponere dictum suum per procuratorem.

141 † In verbo [tactis scripturis &c.] de iure communi non est necessarius tactus scripturæ in iuramento, Alciat. in rub. de iur. iurau. nu. 26. Abb. in cap. 2. num. 3. de his que vi met. ve caus. exceptis casibus de quibus per glo. in clem. prima. §. primo in verbo tacta, vbi Imol. nu. 16. de hæret. & in cap. vt circa de elect. in 6. Francis. Marc. quæst. 674. num. 4. & 11. part. prima, Viu. opin. 193. lib. primo, Ioseph. Ludou. in suis communibus concl. 3. Mancin. de iuramẽto part. prima, q. 4. nu. 1. de generali tamen consuetudine adhibetur tactus scripturarum, glo in d. clem. prima.

142 † In verbo [ad Sancta Dei Euangelia, &c.] licet statutum mentionem faciat de Sanctis Dei Euangelijs, de consuetudine tamen satis est super quacunq; scriptura iurari habito respectu ad Euangelium Viu. opin. 432. Mancin. de iuramento

143 part. prima, quæst. 4. num. 5. quid modo † si Notarius tempore ingressus officij potestatis asserat ipsum iurasse, nec adderet tactis scripturis, an præsumantur tactæ scripturæ teneo, quod sic Io. Andr. in addit. ad specul. tit. de testib. §. sequitur, Abb. & Felyn. in c. Fraternitatis, de testib. idemq; est in alio quouis iurante, qui præsumitur tactis scripturis, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. nu. 8.

In verbo erunt fideles amatores] nota quod iu-

144 ramentum fidelitatis triplex est; primum, quod præstat vassallus ratione feudi, & fit secundum formam cap. 1. de forma fidelit. secundum, quod præstatur ratione familiaritatis ab eo, qui non tenet feudum, à domino cap. 1. §. si vero domesticus, in tit. qualiter vassalli iurare debeant fidelitatem; tertium, quando quis iurat fidelitatem ratione habitationis, quam habet in territorio domini, vt per Isern. & Bal. in tit. qualiter iurare debeat vassallus domino fidelitatẽ, & istud vltimum iuramentum appellatur assecurationis cum per tale iuramentum remoueatur suspicio, & assecuretur Dominus, & ita potest appellari iuramentum, quod debet præstari à Potestate ex forma huius statuti; cum enim ratione habitationis Potestas possit dici subditus debet præstare iuramentum ne domino sit nociuus, sed fidelis tanto magis cum iurisdictionem sibi commissam exercere debeat, Guid. Pap. quæst. 307.

145 Hinc dicimus, quod † ciues habitantes in aliqua Ciuitate, siue originarij, vel alias habitantes in territorio domini habentis merum, & mixtum imperium tenentur ratione habitationis præstare iuramentum fidelitatis, vt per Bal. in d. tit. qualiter iurare debeat vassallus, vt per Guid. Pap. d. quæst. 307.

In verbo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ] nota, quod

146 Ecclesia dicitur superior imperio, Bal. in princ. C. Alba cons. 62. num. 11. & ideo primo iubetur potestas iurare fidelitatem Ecclesiæ Romanæ,

147 deinde Romano Imperio, † valet enim arg. ab ordine, vt illa censeantur digniora, quæ precedunt ex ordine facit, §. fin. iuncta glo de iure nat. gent. & ciuili, Ias. in rub. num. 14. instit. de act. & late docet Eucrard. in sua topica loco ab ordine num. 13. versic. Quintum argumentum, vbi num. 15. quadrupliciter limitat, quas non refero cum per te videre possis.

148 Ex hoc infertur † quod si dominus Imperator, vel Rex aliquid mandaret, quod esset contra disposita à Sancta Romana Ecclesia, quod eis non esset obediendum, Bal. & Salyc. in constit. habita, C. ne filius pro patre, DD. in cap. sicut. de iure iur. quod latius dicetur inf. in verbo mandato.

149 Hinc etiam dicimus, † Ecclesiam Romanam adeò superiorem Imperio, vt possit in causa ardua, vt quia sint contumaces, & rebelles Ecclesiæ priuare Imperatorem, & Reges, ac eis indicere bellum, vt per Abb. in d. cap. sicut il terzo de iureiur. nu. 12. & Quod Papa possit ob grauissimas culpas Imperatoris, ex quibus turbaretur vniuersus status christianus deponere Imperatorem etiã sine consilio, licet tutius sit, vt fiat cum consilio tenet Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 35. num. 4. vbi num 5. quærit nunquid Populus Romanus possit Imperatorẽ deponere, & concludit, quod non cum semel omnem suam potestatem in eum contulerit.

150 Ecclesia autem Romana tripliciter capitur, secundum Bal. in Auth. quas actiones in vltimo versiculo, C. de sacros. Eccles. primo pro Papa, qui est Ecclesia animata, ita vt vbi est Papa, ibi Ecclesia esse dicatur Innoc. & DD. in cap. ego enim de iureiur. Secundo ponitur Romana Ec-

elesia pro patrimonio beati Petri. Tertio modo accipitur pro Ecclesia Lateranensi, quæ est Episcopatus Summi Pontificis, quæ dicitur mater Ecclesiæ totius orbis, vt notatur in cap. nemo 16. quæst. 3. dicitur enim mater, & caput omnium Ecclesiarum cap. primo. & 2. 12. distinctione, cap. dudum 3. quæst. 6 & est prima sedes non habens rugam, neque maculam, cap quamuis 21. distinctione, & tamquam magistra ab omnibus est sequenda, cap. fin. 11. distinctione, & est fidei mater, cap omues 22. distinctione, quibus autem modis appelletur Ecclesia, & vnde dicatur, tradit Lelius Zanch. in tract. de priuil. Eccles. in proem. num. 15. & seq.

151 † Item scias, quod † appellatione Ecclesiæ Romanę aliquando intelligitur de Romana Ecclesia particulariter sumpta, quandoque sumitur pro vniuersali Ecclesia, & ita hoc modo sumitur hic; vnica est enim Ecclesia totius orbis, cap. loquitur 24. quæst. prima, Ita Abb. in cap. bonæ memoriæ el primo num. 6. de postul. prælat. & ideo sicut vnica est Ecclesia totius orbis, ita vnicus debet esse vniuersalis pastor, cap. nouationibus 6. quæst. prima, cap. loquitur 24. quæst. prima, Marsil. in tract. de bannit. in verbo Papa num. 47.

In verbo ac Sacri Romani Imperij] scias quod
152 † sub Romano Imperio sunt omnes Ciuitates, & Principes Mundi, & dicitur Imperator totius mundi dominus Dec. cons. 528. num. 9. Menoch. cons. 2. num. 3. Viuius in suis Commun. in verbo
153 Imperatores, † Bellon. cons. 32. num. 2. quod verum est, quo ad iurisdictionem, & protectionem secus quo ad dominium rerum particularium, Gabr. in suis communibus, tit. de acq. rerum
154 domin. con clus. 3. Idem dicitur in Papa, qui † habet omnes mortales subditos, Gomez super regula Cancellariæ in reg. de infirm. resig n. quæst.
155 5. versic. sed prædictis, licet † multæ Ciuitates sint, quæ de facto non subsunt Imperatori, & multi subsunt Rom. Pont. quæ enumerantur per Specul. tit. de rescrip. §. primo, Bart. in l. neque.
156 C. de decurion. lib. x. † quid de regno Franciæ, Guid. Pap. decis. 239. ait de iure subesse Imperatori de consuetudine nequaquam, & hodie, nec etiam de iure recognoscere Imperatorē, tenuit Innoc. in cap. per venerabillē num. 3. qui fil. sint legit. Oldrad. cons. 69. consueuit sub num. 12. Purpur. in l. prima, num. 114. & seq. ff. de offic. eius, Boer. decis. 8. num. 4. & in tract. de authorit. magn. consil. nu. 47. Fran. Marc. decis. 366. num. 4. & decis. 567. num. 2. part. 2. Cagnol. in in l. 2. sub num. 253. ff. de orig. iur. Natt. cons. 402. Visis actis, sub nu. 21. Restaur. in tract. de Imper. quæst. 51. & 54. Corset. tamen in tract. de potestat. reg. part. 3. num. 13. & part. 5. q. 104. sub num. 66. ait hoc de facto esse, non de iure, & dicit Alciat. lib. 2. dispunct. cap. 22. Gallos olim Romanis fuisse subditos, tandem de iure non recognoscere, firmat Tiraq. de iure primogen. q. 17. opin. 4. num. 21. versic. nam & si verum dicens hoc à pluribus multis rationibus comprobatum esse Vasq. Illustr. controuer. lib. primo. cap. 22. sub nu. 13. Bermond. in tract. de public. concubin. in verbo etiam si regali, præfulgeat dignitate, num. 18. & 19. Idem in Rege Hispaniæ, Angliæ, Aragonum, Siciliæ, ac Castellæ ex multis tradit nouissime Ludouic. Rodulfin. in tract. de origin. & dignit. Ducum Italiæ, num. 59. & seqq. Verum quicquid nostrates in materia Imperatoris, dixerint eum fore totius Orbis dominum, ego illis non assentio. imò cum Sacris Theologis teneo non absolute totius orbis dominum dici, sed intelligi de ea Orbis parte cui præest cum negari non potest multas esse gētes, & nationes, multas orbis partes non modo, & non subditas, sed etiam penitus incognitas, vnde lapsus est, Bart. & qui eum sequuntur, dum animosè nimis asseruērunt hæreticum esse negare Imperatorem nō esse totius orbis dominum, prout latissime artic. ad partes discusso, & omnibus tam iuribus, quam rationibus, & auctoritatibus recensitis, illisq; congruæ allatis responsionibus tenuerunt Sott. de iust. & iur. lib. 4. quæst. 4. art. 2. per totum, Michael Salon. in comment. in disputat. de iust. in S. thom. secunda secūdæ quæst. 4. artic. 3. in sua quæst. 4. Ludouic. Molin. de iust. & iur. trac. 2. disputat. 30. tomo primo, qui etiam ex professo de Summi Pontificis dominio latè pertractant, Oldrad. cons. 69. n. 9. vbi adducit rationem, quia Hispani armis subijcerunt sibi dicta regna, fuit enim Hispania recuperata à Saracenis, vt per Petrum Malferitum inter consilia Albæ cons. 769. num. 14. Quod idem dicendum de Dominio Veneto, quod dicitur exemptum ab Imperio Romano ex priuilegio secundum Ias. in d. l. cunctos populos, nu. 11. Menoc. ex pluribus cons. 2. nu. 63.

157 † An autem Imperator, qui ante coronationem appellatur Rex Romanorum, possit omnia, quæ potest, quando est coronatus Imperator magis communis est, q uod sic, vt per Albam consil. 62. nu. 31. ibi addit. ad eum plures alios citans.

158 † An autem Papa possit legittimare in terris Imperij; & dic quod non, sicut nec Imperator, vel Comes Palatinus habens potestatem legittimādi, ab ipso Imperatore, potest legittimare in terris Papæ, Bart. in l. qui in prouincia, §. diuus, vbi latè Appost. ad eum, ff. de ritu nupt. Alex. cons. 67. num. 8. vbi latè Appostil. plures citans, lib. primo, Bald. consil. 17. lib. 6. vbi aliquando in
159 meis addit. dixi, quęrendo † nunquid legitimatio facta per habentem potestatem legitimandi ab Imperatore trahatur ad bona in terris Ecclesiæ, vel extra territorium legitimantis existentia, vbi ex magis cōmuni Doct. opinione dixi, non valere, quidquid in contrarium consuluit Collegiū Paduanum, & ideo legittimatum ab Imperatore non succedere in bonis existentibus in terris Ecclesiæ, vt per Ant. Gabr. in suis commun. in tit. de legittimat. concl. 5. num. 7.

160 Limitaui tamen supradicta non procedere, quando legitimatio esset facta de voluntate patris, nam tunc trahitur etiam ad bona extra territorium legitimantis, & Gabr. dicta conclus. 5. nu. 10. ac alijs ibi per me congestis, ibidem His addo Surd. cons. primo, num. 75. Menoch. cons. 1126. num. 43.

In verbo ambasciatas litteras, & mandata] hæc verba inter se differunt, licet non inueniam ab aliquo tactum. Ambasciata est, quod Princeps iubet mittendo aliquam personam, litteræ autem, quando aliquid mandat scribendo, Mandata, quando oretenus aliquem mandat.

161 † An autem litteris Principis credatur, dic quod non, nec enim probant quoties agitur de notabili præiuditio tertij, vt per Albam cons. 174. num. 30. vbi Appost. pluribus comprobat, ex quibus non creditur Principi quoties agitur de magno præiuditio tertij, quoties tamen minime ageretur

retur de præiuditio tertij tunc bene crederetur, & ideo litteris Papæ, Imperatoris, Principis, narrantibus factum creditur, vt hoc pro regula cum ampliatione, & limit. tradit Restaur. Castal. in tract. de Imperatore, quæst. 110. casu 248.
162 † An autẽ litteræ Principis debeãt seruari pro lege, & quãdo vide Barbat. cõs. 55. n. 14. in 4. vol.
163 Scias tamen quod, † litteræ Principis impetratæ ad lites sunt strictè interpretandæ tanquã odiosæ cum detrahant ordinariæ iurisdictioni: cap. Rodulphus, & cap. cumque, vbi glo. & vtrobique DD. de rescript. vbi dicit rescriptum Principis strictè interpretari, quod etiam voluit Bart. in l. beneficiũ nu. 3. vbi Ias. nu. 34. ff. de constit. Princ. Rim. iun. cõs. 69. n. 27. Surd. decis. 175. n. 2.
164 In verbo [mandatum &c.] scias quod † Principis voluntas debet seruari in suo dominio, saltẽ de facto, nec debet aliquis contradicere, vt per Socin. iun. consil. 60. num. 24. vol. 4.
165 † Quid autem si Princeps mandet aliquid iniustum, vel iniquum, an Potestas, vel officialis teneatur ei obedire, vide Cagnol. in l. velle num. 10 ff. de reg. iur. vbi tenet, quod si Princeps mandet aliquem furem suspendi sine processu, quod est ei obediendum, nam in Principe præsumitur causa in dubio, quando autem expressè appareret mandatum Principis esse iniustum, ac iniqunm, crederem nullo modo obediendum, sed debet supersedere, & Principi rescribere, maxime quando constat Principẽ hoc mandasse per iram, ita Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 60. num. 12. versic. solet dubitari, vbi tamen dicit, quod hoc consilium non daret amico suo, ne ei contingat, quod euenit Prætori Varisij, qui fuit iussus suspendi per Ducem Galeatium Sfortiam, eo quod statim non fecerat suspendi hominem suspendendum statim ex mandato præfati Ducis, de quo loquitur Boss. in tit. de homicid. nu. 98. in fine, Ego crederim semper supersedendum, & rescribendum Principi, quando expressè constaret officiali mandatũ Principis esse iniustum, vt per Boss. vbi sup. nu. 99. secus, quando dubitat, nã tunc est omnino Principi parendum, cum in Principe in dubio præsumatur causa, vt per Menoch. latè lib. 2. de præsumpt. præsumpt. 10. post Gabr. in suis cómun. in tit. de iure quæsito non toll. conclus. 3. & ita Clar. reprehendit Viuius opinione 638. vbi reprehendit Clarum, & vult, quod quando mandatum est iniustum supersedendum sit per 30: dies, & sequitur Baiard. ad Clarum d. q. quæst. 60. num. 54. cum seqq. vbi refert plures alios, hanc quæstionem tractantes quando Principi iniuste iubenti sit parendũ, & ꝙ mãdato Principis iniquo non sit parendũ est tex. in c. cum teneamur de præbend. Menoch. de arbitr. iudic. casu 369. nu. 16.

Aduerte tamen, quod si Princeps aliquid man-
166 daret officiali, cum clausula, † pro quantũ charam gratiam nostram habetis, quod tunc si officialis mandatum contemnat, quod patitur pænã priuationis officij etiam perpetuũ, vt per Gramat. decis. 40. nu. 23. quẽ simpliciter sequitur Baiard. ad Clarum in §. fin. praxis crim. quæst. 73. nu. 10.
167 † Qua autem pæna puniatur, negligens, vel contemnens mandatum Regis, vel superioris, dic vt per Grammat. dicta decis. 40. nu. 21. vbi concludit, quod si in mandato Superioris vertitur graue præiuditium, puta quia mandatum fuit muniri castrum, & tunc contemnens, siue negligens punitur pæna capitis, si vero non vertitur graue præiuditium, tunc negligens punitur pena extraordinaria, secus si contemnat, de quo ibi vide per eum, & videas latè Menoch. d. casu 365.
168 † Item scias, quod principum præces vices habent mandati iuxta illud est rogare Ducum species violenta iubendi, iuxtà glo. in l. prima in verbo quemadmodum, ff. quod iuss. Bal. in l. si mandato, C. quod cum eo. Alex. cons. 124. nu. 4. vbi appost. lib. primo, & cons. 15. num. 2. lib. 3.

In verbo [Inimicos, & rebelles communis Pap.
169 & dicti Domini] nota quod † banniti Ciuitatis dicuntur inimici, ac hostes ipsius Ciuitatis vt per Bart. in tract. bannitorum num. 8.
170 † Qui autem dicantur rebelles; vide Bart. in tract. qui sint rebelles, in verbo rebelles num. 6. vbi ponit, quid differat rebellis, & bannitus Imperij, quẽ sequitur Andr. Gail. in tit. de pace
171 publica, lib. 2. cap. 18. num. 18. † Dicitur autem rebellis, qui se hostem Ciuitatis demonstrat,
172 † & qui ad hostes se transfert, deuians a fide, ac resistens, & inobediẽs domino, & quærens se subtrahere à subiectione, & alteri Domino se subijcere, vel se francum facere, vt latè declarat Brun. cons. feudal. 28. num. primo, Dec. consil. 604. & 606. Natt. cons. 593. cum seqq. pluribvsque ad cons. 599. Crauet. pleno cons. 452. lib. 3. Francis. Marc. decis. 769. in prima part.
173 Scias tamen, quod ad hoc † vt quis dicatur rebellis, requiritur sententia declaratoria, vt latè per Corn. cons. 96. per totum vol. 4. cum cæteris de quibus per Andr. Gail. lib. primo, obseruat. 17. nu. 9. vbi limitat hoc non procedere in notoria rebellione, vt per Grãmat. decis. 105. nu. 57.
174 † quid autem dicatur notorium, videas Clar. in §. fin. praxis crim. q. nona per totã, vbi Baiard. ad eum Menoch. de arbitr. iudic. casu 166. late Mascard. de probat. concl. 1123. vbi docet quando sẽtia requiratur ad hoc, vt quis dicatur rebellis.
175 Item sciendum est, quod † rebellare idẽ est, ꝙ resistere, vel non obedire, Bart. in extrauag. Qui sint rebelles, in verbo tenore, Alex. cons 10. vol. 2. Boss. in tit. de crimine læsæ Maiestatis num. 68.
176 Sed nunquid † rebellio sola inobedientia committatur, dic quod sic, dummodo tamen inobedientia eo animo fiat, vt Principi, vel eius statui damnum inferatur, alias si non fieret eo animo dicitur contumatia, ac largo modo rebellio, adeo vt talis inobediens, minime veniat puniendus pæna rebellionis, vt ex plurib. firmat Hieron. Gabr. cons. 179. num. 4. lib. 1. rebellis namq; est nomen generale pro quolibet subdito, qui dicto factoue superiori contradicit Bart. in l. si certarũ, §. quid ergo, ff. de milit. testam. Dec. cõs. 604. in causa Ill. Ducis Grauiniæ nu. 1. Bald. cons. 135. inter castrũ rottarũ nu. 2. lib. 5. Siluan. cons. 25. viso puncto nu. 39. Natt. cons. 580. num. 18. & seq. Ias. cons. 139. nu. 2. lib. 4. Crauet. cons. 452. nu. 13.
177 Est tamen notãdum, † quod crimen rebellionis ad hoc vt commissum dicatur, requiritur, quod quis sit subditus illius Principis, à quo dicitur rebellare. Hinc est, ꝙ nõ subditus aliquid cõmittens contra personã, & imperiũ alicuius Principis non dicitur rebellis, sed hostis Boss. in tit. de deffensionib. reorũ n. 49. Prout etiã dicimꝰ in crimine læsæ
178 maiest. † ꝙ non cõmittitur per nõ subditũ clem. Pastoralis §. rursus de sentẽtia, & re iudic. Clar. in §. crimẽ læsæ maiest. n. 6. Rol. à Val. cõs. 1. n. 26. &
179 seq. lib. 3. ex quo infert, ꝙ clerici nõ dicuntur cõmittere crimen lesę maiest. vel rebellionis aduersus

Principem, in cuius Dominio nati sunt, Clar. in d. §. crimen læsæ maiestatis, num. 7. vbi Baiard. num. 15. latè Farinac. in tit. de inquisitione, q. 8.
180 num. 29. cum alijs seqq. † Quid autem si subditus Feudatarij agit solum, vt Feudatarium offendat, an dicatur committere crimen rebellionis
181 contra primum Dominum, & dic quod non, † nisi ita ageretur, vt ambos offenderet, tunc enim diceretur committere contra vtrosque, Boss. in d. tit. de crimine læsæ Maiest. num. 99. cum seq.
182 † An autem quis citatus sub pœna rebellionis, vt compareret, & non veniat ad iudicium dicatur rebellis, dic φ nō, ita Boss. in tit. de bonorū publicat. nu. 70. Gabr. d. conf. 179. *Decian.* in d. tit. de rebelle num. 47. & seq. & nouissimè, quis dicatur rebellis, declarat Decian. in suo tract. crim. tom. 2. cap. 32, in tit. de rebelle, cui addo Pereg. de iure Fisci lib. 3 tit. 8 num. 8.

In verbo [pœna condigna condemnari] quæ-
183 ro qua † pena veniat puniendus rebellis, & dic mul tis pœnis puniri rebelles, quarū tres exponuntur in extravagante, qui sint rebelles, & ibi Bart. in versic. rebellando num. 31. cum seqq. & duæ adduntur per Decian. in tit. de rebelle nu. 24. cum seq. prima est quia amittit omnia, quæ iuris ciuilis sunt, & etiam bona ipso iure, quæ tamen non intelliguntur publicata nisi sequuta declaratione; secūda potest impunè à quolibet occidi; tertia potest capi, & detineri, vt seruus; quarta, capite damnari potest; quinta iustū bellū indicitur cōtra rebellem, si aliter castigari non potest, addo; Sextā, quia rebelli ius non redditur, Decian. vbi sup. num. 49. septima Feudatarius rebellis amittit iura sua, quæ habet in suum vasallum, qui sibi iurauit fidelitatem, Decian. vbi supra num. 12. octaua, quia per simplicem reconciliationem per rebellem cum Principe ipse non recuperat bona, Decian. vbi sup. num. 19. nona insignia rebelliū vbicunq; sunt, sunt dellenda, Decian. vbi supra num. 23. decima si Ciuitas fuerit rebellis, potest puniri, vt perdat Castra ei subdita, nec ea amplius recuperat redeundo ad obedientiam, ita Farinac. de delictis, & pœnis quæst. 24. num. 125. vndecima rebellis bona capi possunt impune, & sunt capientis, Bart. in dicta extrauaganti qui sint rebelles, in verbo rebellando, intelligendo tamen, vt per Boss. in tit. de crimine læsæ Maiestat. nu. 30. duodecima filij rebellium sunt incapaces successionum tam ex testamento, quam ab intestato, de quo latè per Peregr. de iure Fisci, lib. 5. tit. 9. per totum. quo loci latè declarat; decimatertia Rebellis notorius actus permanentis potest condemnari etiam non citatus, Peregr. de iure Fisci, lib. 3. tit. 8. num. 11.

184 In verbo Ecclesiarū; hospitalium] scias, † quod hospitale dicitur locus venerabilis, & pius, & subiacet Episcopo, sicut Ecclesia, Bald. in l. orphanotrophos, C. de Episc. & clericis in fine, Alex. cons. 120. ante num. primum, & cons. 209. nu. 1.
185 lib. 2. quod adeo procedit, quod † hospitale constructum legitima auctoritate Episcopi gaudeat omnibus priuilegijs concessis Ecclesijs, l. omnia, C. de Episc. & clericis, Bal. in Auth. hoc ius porrectum, num. 2. C. de sacros. Eccles. Alex. cons. 9. lib. primo, vbi appost. ad cum lib. 2. latè Mar. Anton. in suis var. resol. lib. primo, resol. 14. num. 1. & 3.
186 Hinc dicimus, quod † hospitalia auctoritate Episcopi facta, gaudēt immunitate Ecclesiastica, vt confugientes ad ea non possint inuiti extrahi sicut, nec etiam ab Ecclesijs, Ias. in l. plerique, num. 16. ff. de in ius voc. Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 4. Secundo, quod in alienatione rerum hospitalis, eædem solemnitates, & causæ requiruntur, quæ in alienatione rerum Ecclesiasticarum, Mar. Ant. dicta resolut. 14. nu. 7. cum seqq.
187 Intellige tamen supradicta † in hospitale fundato auctoritate Episcopi, alias secus, cap. ad hæc de relig. domib. Roman. consil. 477. Curt. iun. consil. 20. quasi per totum.
188 † Quando autem hospitale præsumatur factū, aut constructum de Episcopi auctoritate, vide Beninten. decis. 13. num. 4. Marcum Anton. dicta resol. 14. num. 4. & quibus signis dignoscatur ecclesiasticū, vel profanum. & ex quibus probetur, vide late Mascard. de probat. conclusione 869. per totam, quo loci acumulat omnia priuilegia concessa hospitalibus, religiosis, D. Costa olim Collega meus de fact. scient. & ignoran. cent. prima, distin. 56. vbi loquitur etiam de collegijs huius Inclitæ Ciuitatis nostræ Ghisleriorū, Bossiorum, Marlianorum, ac Borromæi volens gaudere priuilegijs Ecclesiæ, & in eodem tract. lib. primo, in specu. 98. & in cons. seqq. Illustriss. Cardin. Tusch. in suis practic. conclus. tom. 4. littera H. conclus. 158. & seq.
189 † An autem dispositio loquens in Ecclesia, vel beneficio habeat locum in hospitali, videas Fely. in cap. de quarta, colum. prima, nota bene de re-
190 script. vbi congerit † decem nouem priuilegia concessa Ecclesijs. quibus pariter gaudent hospitalia de quibus videas ibi per eum, & dicas quod in materia fauorabili appellatione beneficiorum Ecclesiasticorum veniunt etiam hospitalia solita concedi laicis in administrationem, ita ex pluribus firmat excellentiss. D. Io. Baptista Costa cons. 12. num. 4. secus autem in materia odiosa, & ideo impetrans rectoriam hospitalis, non tenetur soluere annatam siue medietatem fructuum, vt optime animaduertit, idem nunquam satis laudatus vir d. Io. Baptista Costa in suo doctissimo, ac famosissimo tractatu de remed. subsid. remed. 114. num. 14. & 15. quo loci honorificè de me mentionem facit.
191 † An autem hospitale possit propria auctoritate constitui ab aliquo priuato, videas Fel. in d. cap. in nostra num. 17. Roman. consil. 409. quo ad primum, num. 10. versic. quo ad tertium, & dicas requiri consensum Episcopi, qui si nolit dare licentiam, potest hæres oratorium, & hospitale profanum construere Illustriss. Cardin. Tusc. in suis practicab. concl. iur. in littera H. conclus. 157. tom. 4.
192 † Et an Ecclesiarum appellatione, veniant hospitalia, dic, quod si versemur in materia odiosa, & pœnali, non veniunt hospitalia, nisi sint religiosa, Dominic. de Sancto Gemin. in cap. cupientes, §. primo, de electione, Felyn. in d. cap. de quarta, versic. & quod omne hospitale, nu. 14. de præscript. D. Cardin. Tusch. tom. 4. conclus. iur. littera H. conclus. 166.
193 † An autem hospitale veniat appellatione monasteriorum, vel prioratuum, Felyn. in d. cap. de quarta num. 15. Illustriss. Card. Tusc. & alij supra citati.

In verbo [Miserabilium personarum] quæ di-
194 catur persona miserabilis, dic stare arbitrio Iudicis

dicis, Auus maternus Rip. in l. si constante n. 30. ff. soluto matrim. latè Menoch. de arbitr. iud. casu 56. vbi num. 3. quærit nunquid pupillus, orphanus, & vidua dicantur personæ miserabiles, & concludit quod sic post Alex. cons. 121. colum. fi. num. 14. vbi Appost. lib. primo, idem in senibus, decrepitis, diuturno morbo fatigatis, tradit Afflict. decis. 257. Roll. à Vall. consil. 76. num. 44. lib. pri. alios enumerat, Illustriss. Cardin. Tusch. tom. 5. conclus. iur. littera M. conclus. 273.

In verbo [contra hæreticos, & infideles Sanctæ Romanæ Ecclesiæ] quid differant hæreticus, &
195 infidelis, & dic, quod † infidelitatis tres sunt speties, quidam negant veritatem fidei nondum receptæ, vt sunt Pagani, & Saraceni, quidam negant veritatem fidei Christi susceptam, & professam, in sui figura, & hij sunt Iudei, quidam negant veritatem fidei susceptam in Baptismo, & hi sunt Christiani, & hæc proprie appellatur hæresis, vt latè declarat Decian. in suo tract. lib. 5. in tit. de infidelib. S. Thom. 2. 2. quæst. 10. nu. 5. & quæst. xj. num. 1. & ita in hoc statuto proprie istud verbum infidelis idem importat, quod hæreticus, qui alio nomine dicũtur infideles illi autẽ duarum priorum specierum, vt Pagani, Saraceni,
196 & Iudei proprie non dicuntur committere hæresim, vt post Diuum Thom. & Grilland. fatetur Decian. in dicto tit. de infidel. num. 19. Clar. in §. hæresis num. 2. vbi appost.
197 Sciendum est autem, quod † hæreticus ille proprie dicitur, qui male sentit de articulis fidei, vel de sacramentis Ecclesiæ, aut qui gignit
197 nouas opiniones, † siue veteres falsas ab Ecclesia damnatas, ita Clar. in §. hæresis num. primo,
198 vbi num. 2. docet, quæ † requirantur ad hoc, vt quis dicatur hæreticus, & ibi Baiard. in addit. Io. Royas sing. 73. Decian. in tract. de public. iudic. cap. 7. & 9. & quomodo hæresis probetur Mascard. de probat. conclus. 855. cum plurib.
199 seqq. Aduerte tamen, quod † si quis ore negauerit Christum metu mortis, vel tormentorum, aut alia ex causa corde tamen credit iste nõ censetur hæreticus, licèt grauissime peccat, vt per Clar. dicto §. hæresis num. 3.
200 † Hereticus autem quidam dicitur vere, quidam præsumptæ, vt per Menoch. de præsumpt.
201 lib. 5. præsumpt. 6. quo loci latè declarat, † ex quibus quis dicatur vere hæreticus, vel præsumptus, & ex quibus quis arguatur hæreticus.
202 † Quibus autem penis subijciatur hæreticus,
203 & quis sit † Iudex competens, videas latè per Clar. in d. §. hæresis, vbi Baiard. in addit. ad eũ, & omnium latissimè Decian. in d. tract. crim. lib. 5. cap. 17. cum infinitis capitulis seqq. vbi totã materiam hanc tractat adeo diffuse, vt omnia complectatur; quare ad eum remitto, non enim intendo totam materiam hæresis, sed solum aliquod dictum, sufficiat pro intelligentia terminorum.

In verbo [saluis &c.] quid importet hæc dictio
204 † saluis, & dic quod est modificatiua præcedentium, & exceptiua, l. item labeo cum glo. ff. fam. ercisc. Curt. Iun. cons. 7. num. primo, Excellentiss. D. Costa cons. 49. num. 19.

De roba danda per D. Potestatem Papiæ tubatoribus. Rubr. 2.

Item statuimus, quòd quilibet potestas Papiæ futurus teneatur, & debeat dare tubatoribus Communis Papiæ quibuslibet sex mensibus sui regiminis palium vnum solũ pannorum ex quibus vtebatur dictus Dominus Potestas.

Summarium ad statutum secundum, de regimine Potestatis.

1 Hoc statutum an sit vsu receptum.
2 Stylus curiæ an possit derogare statutis, & legibus, & num. 9.
3 Officialis Papiæ an possit petere absolutionem ab ommissis per eum.
4 Statuta Papiæ obseruanda.
5 Peccatum mortale an sit non obseruare statutum Papiæ.
6 Statutum hoc an procedat etiam in Potestate præsenti.
7 Ommissum à statuto est sub dispositione iuris communis.
8 Statuta Papiæ ad litteram intelligenda.
9 Qualitas adiecta verbo intelligenda secundũ tempus verbi cui adijcitur.
10 Lex vel statutum quando tollatur per desuetudinem, & num. 12.
11 Transgrediens statutum non receptum non punitur, & num. 18.
13 Fundans super desuetudine statuti, an illam probare debeat, & vide num. 15. & num. 16. vbi vtraque opinio conciliatur.
14 Statutum an præsumatur vsu receptum.
16 Facta non præsumi nisi probentur.
19 Scientia superioris an necessaria ad consuetudinem contra legem, vel statutum inducendam.
20 Dictio item quid importet.
21 Quando dictio item stet repetitiue.
22 An hoc statutum inducat repetitionem.
23 Dictio quilibet quid importet.
24 Quilibet aliquando exponitur idest omnis.
25 Dictionis quicunque importantia.
26 Tenetur verbum quid importet.
27 An importet necessitatem.
28 Debet verbum inducit necessitatem.
29 Dare est dominium transferre.
30 Aliquando importat tradere.
31 Beatius est dare, quam accipere.
32 Dare & reddere differentia.
33 Quare hoc statutum sit vsum verbo dare.
34 Dare & remittere differentia.
35 Statutum loquens in dante procedit in remittente.
36 Dare verbum in legato quid operetur.
37 Legatum regulariter capiendum de manu hæredis cum ampliat. & limitat. remissiuè.
38 Tubatores qui dicantur.
39 Vox preconia paucis innotescit.

40 Reco-

1 HOC statutum licet non sit in vsu, tamen ex quo non fuit abolitum contraria consuetudine concurrentibus ijs, quæ considerant Angel. Aret. & alij in §. igitur in procemio Institutionem, & in §. ex non scripto instit. de Iur. nat. gent. & ciuil. D. Menoc. cons. 187. num. 56. & seq. & 317. Mascard. in tract. de probation. conclus. 423. nec constat super eius recessu fuisse disputatum, & latam fuisse sententiam, iuxta cuius tenorem semper fuerit obseruata consuetudo, vt requiri præcitati concludunt, videntur posse cogi Potestates ad obseruationem eiusdem statu-
2 ti, † cum stylus Curiæ, vel Iudicis non possit inducere derogationem statuti, vel legis, sed solum possit declarare ea quę sunt arbitrio Iudicis commissa, vt voluit Alex. cons. 36. col. fin. volum. 2, Natt. cons. 318. formatur dubium nu. 2. maxime attento iuramento per eos præstari solito iuxta formam, & dispositionem prioris statuti proxime
3 præcedentis, & quia † nó possunt offitiales petere absolutionem de ijs, quæ omiserint, vt disponit
4 statutũ tertium subsequens; & quia † omnia statuta debent obseruari, & ligant, vt disponit aliud statutum infra 56. de regimine potestatis, & nisi offitiales obseruauerint ipsa statuta, debent syn-
5 dicari non solum de ijs, quæ comisserunt, † verũ etiam de ijs quæ omisserunt, & neglexerunt, vt disponit infra aliud statutum 66. de regim. potestatis, & si non obseruarint dicta statuta, potest contingere quod peccent mortaliter secundum doctrinam, quam tradit Summa Syluestr. in verbo lex, num. 8. glos. prima, in cap. quæ in ecclesiarum, vbi Bald. not. extra de constitut. Ias. in auth. sacramenta puberum num. 52. C. si aduers.
6 vendit. distinguens ex Bartol. † aut statutum respicit publicam vtilitatem, aut priuatam, primo casu non seruans statutum peccat, secundo vero casu non, valde tamen aggrauatur transgressio ratione iuramenti.

Nec potest fieri difficultas super illo verbo futurus posito in hoc statuto: sub prætextu, quod statutum vendicet sibi locum, in potestate futuro, non in præsenti, nam si voluisset statutum intelligi etiam de præsenti, vtique de eo fecisset mentionem, sicuti fecit mentionem inf. statuto septimo, [de regim. potestatis] vbi exprimit offi-
7 tiales præsentes, & suturos, & † cum omissa in statutis haberi debeant pro omissis, l. commodissime, ff. de lib. & posth. l. si cum dotem ff. sol. matrim. Bart. in repet. l. cesar, num. 18. & seq. ff. de pub. & vectigal. Bal. in l. si plures, num. 29. vers. iuxta præd. firmatur, C. de cond. insert. Alex. cons. 80. num. primo, lib. primo, vbi ad plura
8 infert, quia verba † statuti debent intelligi ad litteram, vt disponit aliud statutum inf. 55. De regim. potest.] & statutum 83. in criminal. ipso vero potestas cum sit admissus, non amplius dicitur futurus, & propterea prætendat se non teneri.
9 Responderi potest, quod † qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, vel statuti, l. in delictis. §. si extraneus, ff. de noxal. l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad trebell. Alex. consil. primo, num. 4. lib. primo, & consil. 20. nu. 2. & cons. 123. num. 2. & cons. 36. nn. 4. & cons. 46. num. 8. lib. 2. & inspecto tempore conditi statuti modernus Prætor erit tunc futurus, vnde nõ potest euitare exequutionem huius statuti, nisi forte dicamus ad istud statutum non teneri potestates, non ratione styli simpliciter. sed quia sit stylus præscriptus, qui valet, vt consuetudo, imo melius dici potest consuetudo, quam stylus cum stylus versetur circa ordinatoria, vel decisoria iudicij, consuetudo vero circa alia omnia, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 8. num 2. & seq. quæ consuetudo præscripta derogat iuri cõmuni, & municipali Carauit super rit. magn. cur. rit. primo, núm. 23. maxime cum tacito totius populi consensu talis stylus, siue consuetudo fuerit approbata, quo casu statuto, & iuri communi potest derogare Carauit. dicto tract. rit. 37. num. 4. nec reperitur tunc, quod in contradictorio iudicio fuerit obtentum. Ruin. cons. 150. nom. 4. lib. 5. Paris. consil. 113. num. 4. lib. 4. Afin. in praxi §. 22. cap. 16. limit. 3. num. 5. Prosp. Farinac. consil. 85. num. 124.

Et quia circa hoc recte cadit tradenda doctrina an, & quando lex, vel statutum tollatur per desuetudinem.

10 Sciendum est igitur, † quod lex, vel statutum vsu non receptum, nec moribus vtentium com-
11 probatum non ligat, & † faciens contra huiusmodi statutum non venit vti transgressor puniendus, glo. 2. in cap. primo, de treug. & pace, vbi Host. Felyn. & cæteri DD. Alex. loquens in stat. consil. 132. num. 1. lib. 1. vbi appost. post Bart. in l. fin. §. cum antiquitas, C. de curat. furios. idem cons. 144. incipiente Iudex lib. primo, & in procemio fff. §. nos autem, Dec. cons. 262 colum. fin. Menoch. cons. 331. num. 92.
12 An hoc tamen † vt lex, siue statutum per desuetudinem tollantur plura copulatiue requiruntur, primo requiritur, quod ille non vsus habeat actum implicitum contrarium statuto, si enim nunquã eueniat casus statuti per istum non vsum nunquam dicitur sublatum statutum, sed requiri-

tur

tur quod eueniat casus statuti, & sit obtentum
contra illud, ita Aret. in §. igitur num. 4. vbi Al-
dob. Plat. Gramat & alij in proemio institutionū
Thob. Non. instit. de testam. in princ. nu. 50. Ias.
in l. de quibus nu. 31. ff. de legib. Alex. dict. cons.
132. nu. 4. vbi appost. Fel. in d. c. 1. nu. 10. Alex.
cons. 45. num. 5. lib. 2. late Rimin. iun. instit. de
testamentis in princ. num. 146. vbi num. 15. seq.
declarat per exempla D. Rip. auus mihi mater-
nus responso 3. sub tit. de consuetud. in antiquis
alias est responsum 28. Mascard. conclus. 1338.
num. 8. de probat. Curt. iun. cons. 139. num. 12.
Carpan. in addit. Statut. Mediol. in prælud. num.
46. & iste contrarius vsus inducitur, si statutum
non obseruetur à maiori parte populi Aret. cons.
31. num. 5. Dec. cons. 48. col. penultima, Menoc.
cons. 187. nu. 56. & 317. nu. 14. Item quod po-
pulus ita obseruauerit animo, & intentione indu-
cendi consuetudinem, Menoc. dictis locis, secun-
do requiritur, quod ille contrarius vsus in contra
dictorio iudicio sit obtentus, & sic in iudicio sit
obtentum contra statutum, l. cum de consuetudi
ne, ff. de legibus. Alex. d. cons. 132. nu. 4. Rimin.
Iun. vbi sup. nu. 148. post Tolent. ibi. Tertio re-
quiritur quod saltem interueniat tempus decem
annorum, quod non fuerit obseruatum quia à
principio non fuit vsu receptum, Alex. dicto cons.
132. nu. 1. Ias. in l. rem non nouam num. 8. C. de
Iudic. Plot. in repet. l. si quando nu. 321. C. vnde
vi. Borgninus de tut. & curat. nu. 41. & seqq. Me-
noch. cons. 187. num. 57. Quarto requiritur quod
13 † ille qui vult se fundare super desuetudine, illam
probet cum omnibus qualitatibus suis, Borg. vbi
sup. num. 48. Dec. cons. 534. num. 9. & ratio est
14 quia statutum in dubio præsumitur vsu receptum
Bart. in l. ille col. 2. ff. de verborum obligat. & d.
cons. 144. incipiente Iudex Mascard. d. conclus.
1338. num. 3. Aduerte tamen quod contrarium
15 nempe quod † statutum non præsumatur vsu re-
ceptum tenet Menoch. de præsumpt. lib. 2. præ-
sumpt. 2. vbi hoc firmat ex Soc. & alijs, & moue-
tur ratione quia quod fuerit vsu receptum est fa-
16 ctū, & † factum non præsumitur nisi probetur,
l. in bello §. factæ, ff. de capt. & postlim. reuers. &
respondet contrarietatibus.

17 Vtraque tamen opinio saluari potest † vt pri-
ma opinio procedat, quando statutum semel est
cęptum seruari, secunda opinio procedit, quando
non constet de aliqua vnquam obseruantia: ita
colligitur ex Menoch. dicta præsumptione secun-
da in fine, & vbi hac distinctio non arrideat, tene-
rem absolute contra Menoch. vt slz. statutum
pręsumatur vsu receptum, nec obstat regula quod
facta non præsumuntur, non procedit in his quæ
de iure facienda sunt, Crauet. cons. 22. num. 5.
Ceph. cons. 9. nu. 16. Mascard. de prob. conclus.
734. nu. 1. cum itaq; de iure subditi teneantur ser
uare statuta à suis maioribus edita c. 1. de maior.
& obed. præsumendū est illa seruasse facit decis.
Rot. Roman. decis. 97. part. 2. Crauet. consilio
96. numero 6. requiri scilicet scientiam superioris
pro concordia dici potest, aut agitur de consue-
tudine inducenda circa ea quæ sunt principi reser
uata; aut non, primo casu non valet consuetudo,
Secundo vero valet Alex. d. cons. 132. col. 2. lib. 1.
Curt. in c. final. nu. 351. de consuetud. Duen. re-
gulæ 141. Didac. in c. possessor. in 2. part. sub n. 8.
de reg. iur. in 6. præterea aut consuetudo induci-
tur à populo habente auctoritatem legis conden-
dæ ex se ipso, aut tenetur habere approbationem
à principe priore casu valet; secundo vero casu nō
Borgn. de tutor. & cur. num. 45. Natt. cons. 574.
nu. 1. Gal. in consuetud. Alex. in præfat. nu. 59.
Borgn. decis. 11. nu. 59.

18 Et quod † statutum vsu non receptum non li-
get optime declarat ampliando, & limitando Al-
der. Mascard. de generali statut. interpret. con-
clus. 6. num. 77. cum pluribus seqq. an etiam ad
19 † consuetudinem inducendam contra legem, vel
statutum requiratur scientia superioris; dic quod
non; Alex. d. cons. 132. nu. 2. lib. 1. Abb. d. c. primo
vbi Fel. de tregu. & pace. Natt. cons. 19. nu. 7. &
cons. 98. nu. 6. contrarium tenuerunt Alex. cons.
36. num. 10. lib. 2 Menoch. cons. 871. num. 10.
His sic deductis deueniendum est ad declaratio-
nem huius nostri statuti.

In verbo item statuimus &c.] circa hanc dictio-
20 nem † item quę ferè est in principio omnium sta-
tutorū, scias quod hæc dictio est repetitiua pre-
cedentium, & coniunctiua l. in repetendis, ff. de
leg. 3. Alex. cons. 117. num. 1. lib. 1. Auus mihi
maternus Rip. in l. reconiuncti nu. 23. ff. de leg. 3.
quod intellige procedere quando oratio in qua
apponitur dictio item est imperfecta. Bart. in d. l.
in repetendis. Alex. d. cons. 117. nu. 5. in fine ver-
sic. non obstat, Ias. cons. 207. lib. 2. Curt. Iun.
cons 72. nu. 6. Rol. à Vall. cons. 39. nu. 36. lib. 4.
quando autem hæc dictio inducat repetitionem,
& quando non late docet Bart. in l. in repetendis
ad quam recuras, & in l. 1. ff. de publican. & vectig.
& latè Albericus de Rosate in suo dictionario in
verbo Item Octau. Vulpe. in tract. de præposi-
tion. ad verb. in verbo Item Ias. cons. 207. num. 2.
lib. 2. regulariter autem ostendit diuersitatem ca-
pitulorum, Vinc. Honded. consil. 69. num. 24.
lib. 2.

21 Vnde in casu nostro hæc dictio † Item non in-
ducit repetitionem eorum quæ dicta sunt in sta-
tuto præcedenti, ex quo aliud ius est in statuto
præcedenti quam in hoc sequenti l. cum de lanio
nes §. asinam in verbo item cacabos ff. de fund.
22 instr. & instru. legato, sed denotat † in casu nostro
& in cæteris statutis diuersitatem Dec. cons. 423.
nu. 15. Honded. d. cons. 69. num. 24. lib. 2. statq;
continuatiue, ex quo est posita in oratione per-
fecta l. item apud labeonem in princ. ff. ad turpil.
Paris. cons. 49. in fine nu. 48. lib. 2. & ita hoc mo-
do sumitur in omnibus nostris statutis.

In verbo quilibet Potestas] nota, quòd hæc di-
23 ctio † quilibet, de sui natura, & proprietate idem
importat quod dictio aliquis l. si pluribus hæredi-
bus ff. de leg. 2. l. non distinguemus §. cum in plu-
res, ff. de recept. arb. Alba cons. 13. num. 3. idem
cons. 287. num. 7. vbi ampliat procedere in fidei-
commissis, & in materia feudali, & emphiteusi,
aliquando tamen hæc dictio idem importat, quod
24 dictio omnis † ita ibi ressoluitur in dictionem om
nis, vt per Albam d. cons. 287. num. 13. & tunc
hoc casu idem importat, quod dictio quicunque
quæ neminem excludit, Dec. in c. in præsentia de
probat. & ita sumitur in hoc nostro statuto ita vt
idem significet, ac si dictum fuisset quicunq; Po-
25 testas, & de natura dictionis † quicumque latissi-
me per tres columnas Mandos. in addit. ad Rom.
cons. 31. additione 2. Plot. in l. si quando §. 9. nu.
4. C. vnde vi. Tiraq. de retract. consanguin. §. 1.
glo 7. nu. 20. & seq. abonde Decian. cons. 44. n. 15
lib. 4. Vinc. Hond. cons. 49. nu. 11. cum seqq. Rim.

Iun.conf. 19. nu. 31. & seq. Surd.cons. 453. nu.8.
Nicol. Intrigl. de feud. q.50. nu. 137. cum pluri-
bus seqq. ex quib. vberrime colligi potest ius, &
natura huius dictionis.

In verbo teneatur, & debeat] nota, quod hoc
26 verbum, † teneatur vim præcepti habet regulari-
ter, & obseruari debet ita Paris. cons. 19. nu. 132.
27 lib. 2. & ita hic sumitur, & † importat necessita-
tem; aliquando tamé secus vt per Alberic. de Ro-
sate in dictionario in verbo teneatur, Adiuncto
28 maxime verbo debeat † quod verbum de per se
regulariter importat necessitatem glos. in l. sæpe
audiui Cæsarem vbi Bart. & alij ff. de off. præsi.
Bart. in repetitione l. creditores in 1 colum. C. de
pign. Ias. in §. curare nu. 3. instit. de act. & in l. 1.
nu. 4. ff. de iust. & iure quanto magis simul iunctæ
arg. l. balista ff. ad trebel. aliquando tamen verbú
debet necessitatem non importat Abb. in c. primo
nu. 7. de spons. impub. Felin. in c. num cogno-
scentes nu. 6. d. constitut.

In verbo dare] intellige, vt proprium fiat ipso-
29 rum Tubatorum cum † dare sit dominium trans
ferre §. sic itaque instit. de act. Alex. cons. 92. nu.
3. in fine lib. primo, Auus maternus Rip. in l. mu-
tuum damus in primo nu. 6. si cert. petat. & in ru-
brica nu. 35. ff. sol. matrim. Bertazzol. de claus. in-
30 str. claus. 16. glo. penult. nu. 3. licet † aliquando
secundum subiectam materiam significet tradere
glo. i l. 1. ff. depositi Bar. in rub. col. fin. ff. sol. ma-
trim. Ias. in l. fin. nu. 9. ff. de condict. ob causam.
31 Et nota quod † dare beatius est quam accipere
glo. in rub. ff. comodati Auus Maternus Rip. in
rub. nu. 67. ff. de verb. oblig.
32 Scias tamen quod † dare, & reddere differunt,
nam datur quod accipientis nó est, redditur quod
accipientis aliquando fuit l. penult. §. & ellegan-
ter ff. depositi Rip. in d rub. nu. 23. ff. si cert. pet.
33 & in rub. nu. 35. ff. sol. matrim. † vsus est statutum
nostrum verbo dare, vt ostenderet prætorem tene
ri dare de suo.
34 † An autem verbum dare, & remittere idem
sint. dic quod proprie loquendo remittere, vel re-
nuntiare, non est dare l. Iulianus de condic. & de-
mon. Alba cons. 198. num. 4. & 5. quo loci refert,
35 quod † statutum requirens certam solemnitatem
in dante, non habet locum in remittente, vel re-
nuntiante.
Improprie autem bene remittere est dare per eun
dem Albam consil. 4. nu. 6.
36 Est autem hoc verbum dare adeo amplum, † vt
legato appositum potestatem faciat capiendi pro
pria auctoritate puta si testator dicat tibi fundum
cornelianum do Ias. in l. si ita legatum in primo
not. ff. de leg. primo, Crauet. cons. 405. nu. 3. quod
nota pro limitatione pro dicta regula quæ se ha-
37 bet quod † legatum debet capi de manu hæredis
de qua in l. non dubium C. de legib. vt non pro-
cedat quando testator vsus esset verbo dare, plu-
res alias limitationes ad dictam regulam videas
per Ias. in l. nemo potest nu. 61. ff. de leg. primo,
Ias. in l. centurio n. 46. ff. de vulg. Auum maternú
Rip. afferentem vnicam limit. in d. l. nemo potest,
Rim. Iun. in tit. In st. de donat. nu. 139. cum seqq.
pluribus Anton. Eugen. cons. vltimo num. 24.
& seqq. Camil. Borel. cons. 18. nu. 4. & seq. Surd.
cons. 253.

In verbo Tubatorib.] nota quod Tubatores di
38 cuntur precones de quibus loquitur tex. in l. dies
festos C. de ferijs, dum iubetur vocem preconis
39 scelescere dicitur autem † preconia vox paucis
innotescere Auth. qui semel C. quomodo, & quan
40 do, iudex hinc dicimus † excusari qui preconiam
vocem non intelligunt Specul. in tit. de citationi-
bus §. primo. versic. item quod clamorem Paris.
cons. 95. nu. 44. lib. primo, vbi vult presumi igno-
rantiam à voce præconis.

41 In verbo mensibus] nota quod † mensis appel-
latione regulariter intelligitur de triginta diebus
ex interpretatione comunis vsus loquendi Franc.
in cap. quam sit §. 1. num. 4. de elect. vbi dicitur
quòd statutum faciens mentionem de mense in-
telligitur de 30. diebus ita Aldar. Mascard. de ge-
nerali statut. interpretatione conclus. 3. num. 17.
quod in instantia instrumento, vel contractibus
Signorol. de Homod. cons. 38. si queratur Alex.
cons. 114. visa scriptura num. 10. & seq. Cardin.
Tusc. pract. concl. littera M. conclus. 197. in ver-
bo mensis appellatione.
42 Sed quid † si conceditur dillatio vnius mensis
alicui an intelligatur de 30. vel 31. diebus cum
mensis dicatur habere dies 31. l. fin. circa princip.
C. de temporib. appell.
Dic quod in dillatione concessa à lege tot diebus
constat dilatio, quod diebus ille mensis constat.
43 Si autem conceditur ab homine † tunc regula-
riter ex comuni vsu loquendi constat 30. diebus
vt per Francum in d. c. quam sit §. primo per glo.
ibi Alex. cons. 42. nu. 4. lib. 3. Menoch. de arbitr.
iudic. casu 50. nu. 13. cum seqq. quo loci declarat
quot dies continet mensis ad quem recura vbi n.
27. quærit quot diebus constet mensi, vtilis quod
44 arbitrio iudicis relinquit quod † intellige nisi in
dillatione fieret specialis mentio alicuius mensis.
puta per totum mensem Februarij, vel Augusti,
nam tunc habet tot dies quot habet ille mensis in
dillatione nominati l. penul. §. si conueniat ff. de-
positi ita Albericus in suo dictionario in verbo
mensis in cæteris vide latius Menoch. d. casu 50.
per totum, sed quod de mense dicitur dubitatur
an idem in hebdomoda dicendum vt, & quomodo
incipiat exempli gratia.
45 Nou. Mediolani Constitut. tit. de donat. §. has
donationes disponunt donationes excedentes
dimidiam bonorum publicari debere intra men-
sē &c. & hoc tribus diebus in vna hebdomada.

Dubitari contingit, an publicè prædicta fieri
possit tribus diebus capientibus dies duarú heb-
domadarum puta fieri die Sabbato vnius hebdo-
madæ, & alijs duobus diebus sequentis hebdoma-
dæ, an vero intelligantur de tribus diebus vnius
hebdomadæ communis, & naturalis incipientis à
die Lunæ, & finientis die Sabbati, vel Dominicæ.
& crediderim multiplici ratione intelligendum
esse de hebdomada naturali, quam communi om-
nium vsu à die Lunæ incipit, & finit in die Sabbati
46 primo auctoritate † sacræ, ac diuinæ scripturæ,
quæ etiam ad causarú decisionem allegari potest
vt per omnes in l. prima, ff. si cert. petat. habetur
47 autem in sacra scriptura † hebdomadam intelli-
gi de vna Dominica ad alteram vt habetur Leuit.
c. 23. vbi dicitur quod septem hebdomadæ acci-
piendæ sunt à festo Paschæ, quæ faciunt dies qua-
draginta nouem, & quinquagesima die celebran-
dum esse festum Pentecostes, vt refert etiam Ar-
nald. Albert. in rub. de hæretic. in 6. sub rub. de
sexto errore iudeorum nu. 11. si igitur hebdoma-
da sumitur de vna Dominica ad alteram, vt ibi
clare probatur, pari ratione ita nouæ Constitu-
tiones

tiones sunt intelligentiæ.

49 Secundo quia †verba in dubio naturaliter,& secundum cursum naturalem sunt intelligenda l. fin. vbi omnes C. de his qui ven. ætat. impet. l. status. §. corn. fœlici. ff. de iur. fis. c. susceptum vbi gl. Gem in. & Franc. de rescript. in 6. & vbi agitur de via artis, necnon de via naturæ semper prævalet via naturæ, Tiraq. de retr. lign. §. primo, gl. 11. nu. 29. at secundum cursum naturalem hebdomada incipit à die Lunæ vsq; ad diem Sabbati siue Dominicæ. ergo

50 Tertio in statutis, † & decretis verba secundū communem loquendi vsum sunt capienda, Bart. in rub. ff. de nou. oper. nunt. vbi cęteri Rom. vbi addition. plures citat. sing. 422. Didac. var. resolut. lib. 3. cap. 5. nu. 1. Cagn. in l. 1. nu. 241. ff. si cert. pet. Alex. cons. 85. lib. 4. Ruin. cons. 81. nu. 4. lib. primo, Crau. cons. 167. num. 10. Menoch. cons. 631. nu. 16. ex communi autem vsu loquendi palam est apud omnes hebdomadam exoriri die Lu-

51 næ & finem sumere die Dominico, quæ † est dies septima à qua cessauit dominus ab omni opere quod patrarat vt habetur Genesi cap. 1. ergo constitutiones intelligentur iuxta dictū cōmunē vsū. Quarto vbi, & propria verborum significatio à naturali sumpta, & communis vsus pariter non opitularentur, quę tamen dubio procul tutissimum præbent præsidium casui nostro, his posset non

52 abs re addi interpretatio, quæ † à consuetudine, & obseruantia desumitur l. minime ff. de legibus ob seruantia namq; certam, & indubitatam præbet verbis, & dispositionibus ambiguis interpretationē c. cum venisset vbi But. & Imol. d c cōstitut. Parr. cons. 59. nu. 3. Francis. Bec. latissime cons. 101. nu. 9. & seq. Vincent. Honded. cons. 92. n. 27. & seq. lib. primo, & cons. 60. nu. 11. lib. 2. Rim.

53 Iun. cons. 614. num. 36. vol. 7. † diciturq; regina omnium interpretationum, Surd. cons. 362. nu. 10. lib. 3. & pro lege debet seruari Borgnin. decis. 93. nu. 8. part. 3. & ad declarationem statutorum maxime de seruire, tradit D. Menoch. cons. 247. nu. 18. lib. 3. & cons. 341. nu. 23. & alibi sæpe, & in punctualibus terminis huius constitutionis tit. de donationibus d. c. hæ autem donationes (licet ad aliud propositum) tradit Berret. cons. 11. nu. 10. communiter autem, & indistincte in hac nostra patria fuisse obseruatum, & obseruari passim vt factis donationibus qui eas publicari faciunt, in vna hebdomada, sumunt vnam hebdomadam incipiendo à die Lunæ vsq; ad diem Sabbati vt notorium est, & pro notorio deducitur & allegatur, ergo dicta verba in vna hebdomada debent intelligi de vna hebdomada quæ incipit à die Lunæ vsque ad diem Sabbati, vel Dominicæ, hinc videmus q

54 Quadragesima, quæ dicitur habere septem hebdomadas incipit Hebdomadam à die Lunæ post Quinquagesimam, & licet prima dies sit dies Mercurij post diem carnis priuij, nihilominus vbi peruenitur ad diem Dominicum, dicitur primam hebdomadam Quadragesimæ fuisse completam, idq; verū intelligo nisi contractus dispositio, aut pactum esset conceptum in medio hebdomadæ puta die Mercurij, & daretur terminus vnius hebdomadæ quia cum incipiat tempus currere à die contractus incipere hebdomadam à die contractus, vt supra dixi de mense.

55 In verbo Palium,] nota quod hoc nomen † palium dupliciter sumitur aliquando accipitur pro ornamento quo vtuntur Archiepiscopi, & Episcopi non recognoscentes nisi Papam immediate,

56 † & ita sumitur in toto tit. de auct. & vsu pallij, & tunc definitur, vt per Host. in summa eiusdem

57 tit. de auct. & vsu pallij nu. 1. † vt sit insignie Episcopi, vel Archiepiscopi ornamentum de Beati Petri corpore sumptum c. significasti de electione ad finem, & de hoc late habetur in tit. in quo plenitudo Pontificalis offitio continentur c. nisi de auct. & vsu pallij, fuitq; introductum à primo Pontifice Petri successore alijs dicentibus Linum, alijs Clementem primum, vt apud Polidor. Virgil. lib. 4 cap. 12. suæ historiæ, & Platina de vita Pontificū in vita Lini Baron. tom. 1. annal. anno 69. Decian. pleno cons. 26. lib. 3.

Et dicitur insigne Episcopi, vel Archiepisco-

58 pi quia † plures sunt Episcopi qui in priuilegio Sanctæ Romanæ sedis vtuntur pallio, nec subsunt alicui Archiepiscopo, sed immediate summo Pōtifici, inter quos est Episcopus noster Papiensis, cui hoc concessum fuit, primo ab Hormisda summo Pontifice Diuo Ennodio Episcopo Papiēsi anno 515. à Natiuitate Domini, cui etiam in priuilegiū concessit, vt in sua Diœcesi Crucē anteferre posset, ac in Concilijs Episcoporum primus à dextris Pontificis sederet, vt habetur apud Bernardum Saccum lib. 6. Histor. Papiensis, & apud facundissimum Regiumque Poetam, & Historicum Antonium Mariam Speltam in lib. Histor. suæ in vita Beati Ennodij fol. 101. & in suplemento eiusdem

59 Historiæ fol. 627. multisque alijs priuilegijs † condecorata fuit Papiensis Ecclesia, vt apud eundem Speltam, & nouissime per aprimæ Reuerendum, & eruditissimum D. Dominicum Ansos. in suo vberrimo tract. de Sacrarum Reliquiarum cultu venerat, & translatione in præf. t. nu. 59. quæ omnia concessa fuere, ob assiduum religionis, & pietatis studium, in Dei ac Romanæ Ecclesiæ gloriam, & honorem, & ita in contentione oriente inter Archiepiscopum Mediolanensem, & Episcopum Pa-

60 piensem † fuit iudicatam per Constantium Romanum Pontificem de consensu totius Collegij Cardinalium; Mediolanensem Archiepiscopum curare quæ sui iuris sunt, Papienses vero tantum subesse suo Episcopo, ac sedi Apostolicæ, vt legere est apud Bernardum Saccum Hystoricum nō vulgaris eruditionis in d. sua Ticinensi Historia lib. 6. capit. 13. quod fuit iterum confirmatum tem-

61 poribus meis † per Sanctam Romanam Sedem Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino Hypolito de Rubeis Sanctæ Rom. Ecclesiæ Præsbitero Cardinali anno 1586. die 7. Martij sub Pontificatu Sanctissimi Domini nostri Syxti Quinti Pontificis omnium maximi, & licet ex post orta super hoc fuisset lis ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Gaspare Vicecomite Archiepiscopo Mediolani, contra Illustrissimum, ac Reuerendissimum Dominum Alexandrum Saulum Sanctissimæ recordationis Episcopum, & ob vitæ Sanctitatem Beatum nostrum Ticinensem anno 1591. cuius Dei gratia succedente in Episcopatu Illustrissimo ac Reuerendissimo D. Guglielmo Bastono anno 1593. Romam missus fuit Excellentissimus, ac ornatissimus I. C. D. Thomas Gualla olim honorandus præceptor meus legum primarius, qui talē tantumq; virum & I. C. se præbuit hac in causa, vt in cęteris apud Rom. Pontificem, amplissimumq; purpuratorum Collegium, vt exinde tale priuilegium confirmatum fuerit eidem Illustrissimo, ac Reuerendissimo D. Guglielmo Bastono die 11.

Maij

Maij 1593. intercedente tunc pro eadem causa in vrbe integerrimo, ac sapientiss. I. C. Collegij nostri D. Cesare Lunato, vt patet ex sententia, & instrumento superinde Romæ confecto dicta die, mense, & anno cuius authentica copia præter eã quæ in archiuio Papiæ seruatur legi potest apud eundem D. Speltam in sua Historia in vita Domini Guglielmi Bastoni fol. 587. tenor cuius talis est videlicet.

IN Nomine Domini Amen. Nouerint vniuersi, & singuli hoc præsens transumpti instrumentum visuri, lecturi, & audituri, quod nos Camillus Burghesius Prothonotarius Apostolicus Sanctissimi D. N. Papæ, eiusque Camerarij, ac curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex ordinarius, &c. Vidimus, legimus, & diligenter inspeximus copiam nonnullarum propositionum, & decretorum inde factorum in Illustrissima Congregatione Illustrissimorum, & Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium super rebus Consistorialibus deputatorum in causa, & causis coram eadem Illustrissima Congregatione vertentibus inter Reuerendissimum Dominum Episcopum Papiensem ex vna, & Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum Mediolanen. super nonnullis eorum prætensionibus, ex altera partibus extracta, vt apparet ex libro originali Decretorum eiusdem Illustrissimæ Congregationis existen. penes Magn. D. Mathæum Massam illius Secretarium, & ab eodem D. Mathæo eius propria manu scriptam, & subscriptam, vt apparet, ac medio suo iuramento tactis Sacrosanctis scripturis in manibus nostri Notarij infrascripti existentibus, recognitam. Quam copiam, vt præmittitur scriptam, extractam, subscriptam, & recognitam, sanam, & integram, & illæsam, ac omni prorsus vitio, & suspitione carere inuenimus, illiusque tenor talis est, ut infra sequitur, Videlicet Romæ die Sabbati decimaoctaua Aprilis, Millesimo, quingentesimo, nonagesimosecundo, fuit congregatio Illustrissimorum Dominorum Cardinalium super rebus Concistorialibus deputatorum, in qua fuit lectum memoriale Sanctissimi D. N. in quo Sanctitas sua committebat præfatis Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus, vt cognoscerent prætensionem Episcopi Papien. super concessione Pallij ipsi Episcopo facienda, quam concessionem Archiepiscopus Mediolanen, non esse fiendam dicebat, & congregatio dixit, quod moneantur partes, vt deducant sua iura, & informent pro prima congregatione. Romæ die Sabbathi secunda Maij 1592. fuit congregatio Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium super rebus concistorialibus deputatorum in qua in negotio Pallij Papien. congregatio censuit si Sanctitati suæ placebit Ecclesiam Papien. manutenendam esse in statu habendi Pallium, & illo vtendi, sicut ex priuilegijs diuersorum Pontificum fuit indultum, & quemadmodum bon. mem. Cardinali Hyppolito Episcopo Papien. Prædecessori per fel. record. Syxtũ Quintum fuit concessum, sine tamen præiudicio iurium, quæ poterit habere Archiepiscopus Mediolanen. in petitorio, cui reseruat iura deducendi quicquid volet in ipso petitorio, prout etiam reseruauit eidem Archiepiscopo iura deducendi quicquid volet super eo quod prætendit sibi licere deferre Crucem in Ciuitate, & Diœcesi Papiens. Romæ die Martis 19. Maij 1592 fuit Congregatio Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium super rebus concistorialibus deputatorum, in qua in negotio Pallij Papien. fuit lectum memoriale traditum ex parte Ciuitatis Mediolanen. in quo petebatur, quod Congregatio terminaret negotium Pallij, tàm in possessorio, quàm in petitorio, & Sanctitas sua ita committebat præfatæ congregationi, & fuit dilatũ negotium ad aliam congregationem, & fuit dictũ quod intimetur partibus, & informent. Romæ die Sabbathi sexta Iunij 1592. fuit congregatio Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium super rebus concistorialibus deputatorum, in qua in negotio Pallij Papien. attento, quod mens Sanctissimi Domini Nostri est, quod terminetur simul possessorium cum petitorio intimauit partibus præsentibus, quod informent, nam in prima, vel secunda congregatione intendit terminare negotiũ tàm in possessorio, quàm in petitorio. Romæ die 19. Decembris 1592. fuit congregatio Illustrissimorũ, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium super rebus concistorialibus deputatorum, in qua, in negotio Pallij Papien. congregatio censuit, tàm in possessorio, quàm in petitorio tradendum esse Pallium Episcopo Papien. & quo ad delationem Crucis, quã prætendit Archiepiscopus Mediolanensis, per Ciuitatem, & Diœcesim Papien. nihil fuit resolutum cum Illustrissimi, & Reuerendissimi DD. fuerint diuisi, & ideo melius videatur, & desuper fiant probationes, & processus necessarij extracta fuerunt suprascripta ex originali, quod penes me Notarium infrascriptum seruatur, & collationata concordãt. In quorum, & veritatis testimonium præsentes manu propria scripsi, & subscripsi. Mathæus Massa Secretarius, &c. Quaquidem copia, & extract. diligenter, vt præmittitur visis, lectis, & inspectis, illæsisq; sanis, integris, & omni vitio, & suspitione carentibus inuentis, ad instantiam, & requisitionem Ill. & Excellentis D. Cæsaris Lunati I. V. Doctoris Papien. per discretum virum D. Mauritium Boccharinum nostrum, & dictæ curiæ nostræ Notarium infrascriptum exemplari, & in huiusmodi publicã formam redigi iussimus, ac transumi, & registrarẽ fecimus. Decernentes, & volentes, vt huic præsenti transumpto publico, & exemplo vbilibet, & in omnibus locis, stetur, & credatur, ac plenariam fidem in iuditio, & extra faciat, ita & taliter, ac si originale præfatum in medium exibitum, & præsentatum foret. Quibus omnibus nostram, & nostræ curiæ prædictæ ordinariam auctoritatem pariter, & decretum interponendum duximus, ac interposuimus. In quorum omnium fidem, & testimonium præsentes literas nostras fieri, & per eundem Notarium nostrum subscribi iussimus, & fecimus. Datum Romæ in ædibus nostris anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo nonagesimo tertio. Indictione sexta, die verò decima prima Maij. Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui, anno secundo subscript. pro D. Mauritio Boccarino Notario Petrus Antonius Catalezius Notarius, & ab alio latere A. Iustus Innocentius, & sigillatur in cera rubea sigillo prædicti Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Auditoris Generalis in capsula lignea pendente, cum cordulis canapis rubei coloris more Rom. Curiæ.

IN Nomine Domini Amen. Nouerint vniuersi, & singuli hoc præsens transumpti Instrumentum visuri, lecturi, & audituri, quod nos Camillus Burghesius Prothonotarius Apostolicus Sanctiss. Domini Nostri Papæ eiusq; Camerarij, necnon curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, &c. vidimus,

vidimus, legimus, & diligenter inspeximus copiã concessionis Pallij de corpore beati Petri sumptum plenitudinis facta per Sanctissimum D. N. Papam in concistorio Primo Illustriss. & Reuerendiss. D. Hippolito Cardinali Papien. sub die 26. Februarij 1586. extractam à R. D. Martino Capelleto Secretario cum impressione sigilli Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis de Mont'alto, & secundo loco ad fauorem Reuerendiss. D. D. Gulielmi Bastoni ab eodem Reu. D. Martino Capelleto similiter subscriptam cum impressione eiusdem sigilli Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Mont'alto recognitarum per testes fide dignos cum Iuram. in manibus infrascripti Notarij nostri prastito, sanam, integram, & illasam, illamque omni prorsus vitio, & suspitione carere inuenimus. Quorum copiarum tenor sequitur, & talis est vt infra &c. Roma apud Sanctum Petrum die Mercurij vigesimasexta Februarij millesimi quingentesimi octuagesimisexti fuit concistorium, in quo Sanctissimus D. N. concessit pallium de corpore beati Petri sumptum plenitudinis videlicet pontificalis officij Reuerendiss. D. Hyppolito Cardinali Papien. pro sua Ecclesia Papien. cum facultatibus ceremonijs, & clausulis opportunis, & consuetis. Sumpta est hac copia ex suo originali penes me secretarium infrascriptum existente, & facta collatione concordat, & meliori semper salua. Martinus Capelletus Secretarius loco sigilli. ✠ Roma in Monte Quirinali, die Mercurij xij. Maij. 1593. fuit concistorium secretum in quo Sanctissimus D. N. concessit pallium de corpore beati Petri sumptum plenitudinis videlicet Pontificalis officij Reuerendiss. D. Guglielmo Bastono pro sua Ecclesia Papien. cum facultatibus ceremonijs, & clausulis opportunis, & consuetis. Martinus Capelletus Secretarius loco sigilli. ✠ Qua quidem copia dictarum duarum concessionum, vt pramittitur factarum per nos diligenter visa, lecta, & inspecta, ac sana integra illasa, & omni suspitionis vitio carere reperta, Illam ad instantiam, & requisitionem Ill. Excellentis D. Casaris de Lunatis Papien. I. V. Doct. Per discretum D. Mauritium Boccharinum nostrum, & dicta curia nostra Notarium infrascriptum exemplari, & in huiusmodi publicã formam redigi, transumi, & registrari iussimus, & fecimus. Decernentes, & volentes, quod huiusmodi transumpto publico; & exemplo, vbilibet, & in omnibus locis stetur, & credatur, ac plenariam in Iudicio, & extra fidem faciat, ac si originale prafatum in medium prasentatum, & exhibitum foret. Quibus omnibus nostram, nostraq; curia predicta auctoritatem ordinariam interponendam duximus pariter, & decretum, & interposuimus. In quorum prasentium, & singulorum fidem, presentes nostras fieri, & per eundem Notarium nostrum infrascriptum subscribi iussimus, & fecimus. Dat. Roma in adibus nostris sub anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, indictione tertia, die vero Mercurij decima nona Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Clementis diuina prouidentia Papa Octaui, Anno secundo, subscript. Mauritius Boccarinus litterarum curia Camera Apostolica Notarius, & ab alio latere A. Iustus Innocentius, & sigillatur sigillo prafati Multum Illustris, & Reuerendiss. Auditoris Generalis in cera rubea in capsula lignea pendente cum cordula canapis rubei coloris secundum stylum Rom. Curia.

PRIVILEGIVM A D. N. CLEMENTE VIII. Perill. ac Reuerendiss. D. D. Gulielmo Bastonio, eiusq; successoribus concessum.

IN Nomine sancta, & Indiuidua Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Nouerint vniuersi, & singuli hoc prasens publicum Instrumentum inspecturi, lecturi pariter, & audituri, quod anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, Indictione sexta, die vero decima tertia mensis Maij feria quinta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris Domini D. Nostri Clementis Diuina prouidentia Papa octaui anno secundo coram Illustriss. & Reuerendissimo in Christo Patre, & Domino D. Francisco S. M. in via Lata, S. Rom. Ecclesia Diacono Card. Sfortia nuncupato ad infrascripta per prafatum Sanctissimum D. N. Papam Comissario specialiter deputato, ac in mei Notarij publici, & ceremoniarum Apostolicarum magistri, testiumq; infrascriptorum ad hac specialiter vocatorum, & rogatorum prasentia. Personaliter constitutus Reuerendiss. in Christo Pater, & Dominus D. Guglielmus Bastonus Episcopus Papiensis principalis pro se, & dicta sua Papien. Ecclesia, & eo nomine in Ecclesia Sancta Maria Angelorum in Thermis Diocletianis post celebrationem missa apud altare maius genuflexus in cornu Euangelij ante prefatum Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Cardinalem Commissarium, casula super Rocchettum indutus, vt moris est, submissa voce Pallium de corpore beati Petri sumptum & pridie in concistorio Secreto per eumdem Reuerendissimum D. Guglielmum Episcopum petitum, & obtentum, sibiq;, & Ecclesia Papien. pradicta per specialia, concessiones, & priuilegia Sedis Apostolica debitum sibi tradi, & consignari per prafatum Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalem Comiss. cum instantia, & humilitate, & reuerentia debitis postulauit. Dictus verò Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Cardinalis Comissarius petitioni huiusmodi annuens, volensq; mandatum Apostolicum sibi in hac parte commissum reuerenter (vt decet) exequi: Pallium Prafatum de maiori altari dicta Ecclesia in quo celebrata fuit missa ministrante Reu. D. Io. Baptista Viues Subdiacono Apostolico suscipiens, eidem Reuerendissimo Domino Gulielmo Episcopo Papien. coram eodem Illustriss.mo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Comissario genibus flexis ante se constituto super eius humeris imponens tradidit cum ceremonijs, & solemnitatibus in similibus fieri, & seruari solitis sub his verbis videlicet. Ad honorem omnipotentis Dei, ☞ & Beata Maria semper Virginis, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sancta Romana Ecclesia, necnon Ecclesia Papien. tibi commissa cui & eius Episcopo pro tempore existenti per specialia, concessiones, & priuilegia per sedem Apostolicam vsus Pallij concessus est. Tradimus tibi Pallium de corpore Beati Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officij, vt infra Ecclesiam tuam vtaris certis diebus qui in priuilegijs ab Apostolica Sede concessis exprimuntur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Super quibus omnibus, & singulis pramissis ego ceremoniarum Apostolicarum magister, & sedis Apostolica Notarius infrascriptus ex officio rogatus, & à pradicto Reuerendiss. D. Episcopo requisitus de pramissis hoc prasens publicũ confeci instrumentũ.

Acta fuerunt haec Romae in praedicta Ecclesia Beatae Mariae Virginis in Thermis; Praesentibus ibidem Ill. & Rev. D.D Iulio Carracciolo Archiepiscopo Tranen. ac Fabio Corneo vtriusq; signaturae Refferendario, & R. Camerae Apostolicae Clerico, & Ill. D. Frate Fabritio Bertio Equite Hierosolymitano, & Ill. D. Caesare Lunato eiusdem Ciuitatis Papien. nuntijs testibus ad praemissa adhibitis, atq; rogatis subscriptis cũ appositione signi Tabellionatus ✠. Et quia ego Guido Ascanius Praenostinus Presbiter Romanus, & Apostolicarum ceremoniarum magister praemissis omnibus, & singulis vnà cum praenominatis testibus interfui, atq; omnia in notam sumpsi, Ideò hoc praesens publicum Instrumentum aliena manu fideliter scriptum subscripsi, & publicaui rogatus, & requisitus. Nos Camillus Burghesius Prothonotarius Apostolicus Sanctiss. D.N. Papae, & causarum curiae Camerae Apostolicae Generalis Auditor Romanae curiae Iudex ordinarius vniuersis, & singulis notum facimus, & attestamur suprascriptum D. Guidum Ascanium Praenostinum de praeinsertis rogatum esse Sanctiss.mi D. N. Papae Magistrum ceremoniarum, & talibus scripturis per eum confectis indubiam adhiberi fidem in iuditio, & extra. In quorum, &c. Dat. Romae in aedibus nostris die xviij. Maij 1593. subscriptis Mauritius Beccarinus literarum curiae Camerae Apostolicae Not. & sigillat. sigillo praefati Illustriss. D. Auditoris Generalis in cera rubea more solito, &c. Eodemq; Pallio nunc vtitur Illustriss. & Reuerendiss. D. Io. Baptista Billius Papien. Episcopus dignis. & Dominus meus Collendissimus.

63 Aliquando Pallium accipitur † pro veste qua vtimur super induendo vestimentis dictum Palliũ eo quod palam gestari soleat, quod vulgari appellatur mantelo, & Pap. feraiolo, & ita sumitur hic, & de hoc loquitur tex. in l. item quaeritur §. si fallo ff. locati. Et aduerte quod hic in nostro statuto scribitur cum vnico l. communiter tamen solet scribi cum duplici l.

64 Hinc infertur † quod vestis appellatione venit
65 etiam pallium cum hoc nomine † vestis, continentur ea quae induendi vagandi, amiciendi, accubandiue causa parata sunt, l. vestis ff. de auro, & arg. leg. Auus meus Rip. in l. obligatione num. 3. ff. de pignoribus, & hypoth.

Quod Potestas Papiae, vel alius Officialis Communis Papiae, non possit petere absolutionem, vel licentiam de his quae fecerit, vel omiserit contra statuta. Rubr. 3.

Item statuimus, quod Potestas Papiae, vel eius Iudex, vel Officialis Communis Papiae non possit, nec debeat petere per se, vel alium, nec consentire peti in aliquo consilio paruo, vel magno, vel per aliquod Communis Papiae consilium ei fieri absolutionem, seu liberationem, vel licentiam, de aliquo, vel aliquibus quod vel quae ipse Potestas, vel eius Iudex, vel miles, vel aliquis de eius familia, seu aliquis alius Officialis Communis Papiae, fecisset, commisisset, vel omisisset facere contra, vel praeter formam statutorum Communis Papiae. ¶ Et si contrafactum fuerit, vel subsecutum ex eo vel ob id, illud non valeat. Et vltra puniatur quilibet contrafaciens contra praedicta, vel aliquod praedictorum in libris quinquaginta Papiae.

Summarium statuti 3. de regimine Potestatis.

28 In-

28 *Infertur ad statutum.*
29 *Amplia idem in verbo potest iuncto verbo debet.*
30 *Limita quando est positum in oratione affirmatiua tunc importat arbitrium.*
31 *Trahitur ad futura.*
32 *Regula qui per alium.*
33 *Faciens per alium, an proprie dicatur facere per se.*
34 *Statutum puniens delinquentem, an comprehendat mandantem.*
35 *Qui non potest per se, nec potest per alium.*
36 *Statuentes argu. de superfluitate.*
37 *Superflua non dicuntur apposita ratione tollendæ dificultatis.*
38 *Iuramentum num possit remitti à parte, post iniunctum periurium.*
39 *Limita procedere ante incursum.*
40 *Amplia etiam respectu vinculi cum Deo contracti.*
41 *Habilitatio à iuramento, à quo concedenda.*
42 *Delictum grauius in committendo, quam in omittendo.*
43 *[Contra] dictio quid significet, & ponitur hic pro aduersus.*
44 *Præter dictio stat ampliatiue hic.*
45 *Quando sint exceptiua, & quando ampliatiua.*
46 *Quid de dictionibus [præter] & præterquam.*
47 *Statutum, quod vsurarius non possit accipere præter duos denarios pro libra, an dicatur permittere duos denarios quod non, & ponitur ratio.*
48 *Quando dictio præter stet inclusiue, & quando exclusiue*
49 *Quando ponitur in assignatione termini, quod stet inclusiue.*
50 *Forma dicitur introducta, quando statutum procedit vlterius annullando.*
51 *Actus ante statutum factus est nullus, dato quod statutum non procedat vlterius annullando.*

1 HOC Statutum † negatiue conceptum semper obligat, sicut & præcepta, negatiua obligant semper, & ad semper cap. sæpæ de restitut. Spol. c. si peccauerit 2. quæst. 1. vbi Archidiac. Nauar. consilio 2. titul. 12. de homicid. volunt. lib. 5. numero 2. & dissimulari non potest, nec ab eo recedi mens enim statuentium est, quod hæc statuta ad vnguem seruentur, in his præcipue, in quibus dant formam, in casu enim consuetudinis statutum procedit annullando, & inducit pœnam tam pro commissis, quam pro omissis, & neglectis, & tam contra, quam præter formam ipsorum statutorum.

2 Dicitur † etiam huiusmodi statutum dare for-
mam, ex quo vlterius procedit actum annullando,
Ias. in l. prima, numero 6. ff. de lib. & posthum.
Dec. consilio 528. numero 11. Socin. Iun. consil.
71. numero 23. lib. primo, Menoch. de arbitr. Iu-
dic. quæst. 30. num. 5. Carp. in addit. ad statut.
Mediolani, cap. 464. numero 23. post Felin. in di-
3 cto cap. cum dilecti † quo casu venit ad vnguem
obseruandum. Bal. in l. 2. column. fin. numero 10.
C quomodo, & quando Iud., Alex. consilio 42.
numero 16. lib. primo, Angel. consilio 89. Anch.
consilio 36. Dec. consilio 22. nec potest adimple-
ri per æquipollens, vt infra dicetur in ampliatio-
ne regulæ formam esse seruandam, Boer. decis.
4 prima, numero 44. † Et operatur, vt partium
consensu tolli non possit, cum forma minime valeat partium consensu tolli DD. in l. prima, ff. de lib. & posthum. Felin. in cap. si diligenti de foro compet. Ruin. consilio 258. numero primo, & 2. libr. 4. laté Gozzad. consilio 40. numero 4. Menoch. dicta quæst. 30. numero 6. Boer. dicta decis. prima, numero 48. Surd. cons. 318. nu. 10. & seq. Lancellot. Galia cons. 31.

5 † Ad sciendum autem quando forma dicatur inducta per statutum, videas late Fel. in c. cum dilecti, num. 6. cum infinitis seqq. de rescr. vbi plura affert signa ad cognoscendum quando aliquid pro forma introductum dicatur, tex. in l. si vnus vbi DD. C. de testam. Brun. in tract. super constitutione in verbo annullare, & in verbo formæ, Carpan. in addit. ad Statut. Mediolani, in prælud. numero 148. cum infinitis seqq. latissimè Peregr. Iannin. in tract. de citat. reali lib. 2. cap. primo, num. 138. vsque ad num. 207. Asyn. in praxi §. 3. num. 37. & seqq. Vinc. Honded. cons. 27. num. 28. & seqq. lib. primo, Rim. Iun. cons. 759. lib. 7. Illustriss. Card. Tusch. in suis communib. conclus. tom. 3. litera F. conclus. 414. cum seqq. pluribus, Gal. dicto cons. 31.

6 Scias, quod † vltra signum adductum ex multis alijs cognoscitur quando aliquid dicatur inductum pro forma, primo si statutum vsus est ablatiuo absoluto, nam cum ablatiui absoluti importẽt conditionem l. euictis agris, ff. de vsuris, l. à testatore, ff. de cond. & demon. l. ab emptione cum ibi not. ff. de pactis, Rip. Auus meus maternus, in l. ex facto n. 11. ff. de vulg. & in l. naturaliter, §. nihil cõc, nu. 61. ff. de acq. possess. & conditio semper importat formam, nam quotiescumque loquitur conditionaliter formam inducere dicitur, Bal. in Auth. Matri, & Auiæ, C. quando mul. tut. off. fungi possit, Fel. dicto cap. cum dilecti num. 6. vers. secundum signum, Asyn. in sua praxi iudic. §. 3. cap. 36. num. 3. Secundo quando statutum mandat aliquid obseruari pro forma, nam tunc cum verba sint clara non est amplius hesitandum, prout in terminis statuti Florentini, tradit Idem Asyn. dicto cap. 36. nu. 3. Tertio quando in statuto diceretur quod aliter fieri non posset, Bart. in l. fin. C. de vend. rer. ciu. lib. xi. Rom. cons. 402. Felin. in dicto c. cum dilecti versic. septimum signum plures. Quarto quando statutum aliquid continet, quod non est de iure communi cum certis modificationibus, Dec. cons. 262. num. 2. & cons. 532. in princ. & cons. 612. in princ. Osasch. decis. 165. num. 11. cum duob. seqq. Rol. à Valle cons. 72. num. 61. uol. 3. Borg. de usufr. num. 129. Quinto quando statutum dicit debere aliquid fieri, quia dicitur tradere pro substantia, & forma, Osasch. decis. 65. numero 9. & 10. Bursat. cons. 55. numero 10. Riminal. iun. consilio 5. numero 217. uol. 1. plura alia uideas per DD. supra citatos.

Quod autem aliquid sit introductum pro for-
7 ma iuuat scire, eo quia † statuti forma non ser-
uata actus redditur nullus l. mæuius, & l. qui hæ-
redi, ff. de condic. & demonstr. l. cum ij, §. si
prętor, ff. de transact. dicto capit. cum dilecti,
vbi DD. Alex. consilio 137. numero 15. volum. 2.
Ias. in l. prima numero 27. ff. de legib. Dec. con-
silio 11. numeto 8. & 9. & consilio 262. numero 2.
cum infinitis alijs quos longum esset recensere
congestis per Carpan. in prælud. ad statuta Me-
diolani numero 148. Asyn. in praxi iud. §. 3. cap.
36. numero 5. cum seqq. late cum ampl. & limit.

Sebast. Medic. de reg. Iuris, parte prima, reg. 7. forma dat esse rei vbi latissime explicat hanc materiam. Fel. in dicto c. cum dilecti vbi affert plures ampliationes, & limitationes ad hanc reg. Peregr. Ian. in d. tract. de citat. reali lib. 2. cap. 1. nu. 138. cum pluribus seqq.

8 Quod in tantum procedit, † vt quælibet leuis solemnitas omissa, quando quid est pro forma introductum vitiet actum, Dec. in c. prudentiam in 4. not. de off. deleg. Alex. cons. 50. nu. 5. lib. 5. & cons. 131. nu. 15. vol. 2. Plot. in repet. l. si quando num. 372. C. vnde ui Asyn. d. cap. 36. num. 6.
9 etiam † si id sit omissum ex ignorantia Notarij, Bal. in c. ex litteris, vbi Felin. column. 4. de fide instr. n. 4. declarat Berous consilio 2. column 2. volum. 2.

10 Id † quod verum est, etiam si in minima parte actus forma non seruetur cum in dubio forma substantialis dicatur, Rol. à Valle cons. 72. nu. 58. vol. 3. Surd. cons. 369. num. 37. Borgn. decis. 23. nu. 4. cum duob. seqq. ac etiam num. 8. Bursat. cons. 55. nu. 11. vol. primo, est enim forma res indiuidua, quæ non potest pro parte impleri, Lancellot. Galia cons. 31. nu. 23. vbi plura in materia
11 formę videnda; quinimo si † forma omittatur nocet etiam minoribus mulieribus, rusticis, & militibus, & alijs similibus personis, Marsil. cons. 131. num. 16. & consil. 133. num. 15 vol. 1. cum ceteris notatis per Bal. & Salyc. in l. iuris ignorantiam, C. qui admitti, Borgn. in d. tract. de vsufr. mul. relicto num. 130. vbi plures alios ad hoc allegat Bursat. consilio 307. num. 63. Galia consilio 31. num. 36.

12 Amplia vt † specifice forma veniat obseruanda non autem per æquipolens l. qui hæredi, ff. de lib. & posth. Felin. in d. cap. cum dilecti in verbo gesta contra formam in 11. ampl. de rescript. Soc. cons. 24. col. 2 in primo vol. Tiraquel. de legib. connub. in verbo consentiant, glo. 4. nu. 26. Grat. cons. 52 nu. 36. vol. 2. Surd. cons. 318. nu. 30. latissime Lancellot. Galia cons. 107. num. 32 Borgn. de vsufr. mul. relicto n. 89. vbi plures citat Rim. Iun. in prin. num. 380 instit. de testam. plures alios citat ad hoc Carp. in addit. ad Stat. Mediolani cap. 324. n. 183. cum infinitis sequentibus, Et hoc est vtile scire ad declarationem Nouar. Constitutionum Mediola-
13 ni in tit. de donat. † vbi cauetur donantem, & donatarium iurare debere, donationem, & cessionem fuisse veram non autem fictam, & prout latius continetur, nam dicta forma non potest adimpleri per æquipolens, & sic per alia verba idem importantia, cum veniat adimplenda specifice per dicta verba ibi posita cum sint de substantia ipsius donationis, alias enim si omnia verba iuramenti non sint ibi posita non valeret, dato quod fuisset apposita verba, quod iurant in omnibus, & per omnia ad formam decreti prout in terminis eiusdem Constitutionis, notat Plot. in repetione l. si quando num. 185. & fuisse iudicatum Senatu Excellentissimo Mediolani, ita referente D. Senatore Arigone in causa cuiusdam donationis Oliue de Landriano, refert Carpan. in addit. ad Statut. Mediolani dicto cap. 324. num. 281. cum seqq. Lancellot. Galia consil. 51. num. 11. & seqq. & etiam in nouis Constitutionibus in tit. de tutelis, §. tutores, dum dant formam quid debeant iurare tutores in confectione inuentarij illam enim formam per omnia verba formalia tradita debent seruare tutores, & iurare ad amussim per dicta omnia verba, alias non tenent tutores, nec tenent gesta per eos, & poterit etiam aduersus eos iurari in litem, ita in terminis Plot. in repetitione, l. si quando, num. 372. sequitur Asynius dicto cap. 36. num. 8.

14 Volo tamen sciri † aliquando etiam formam posse per æquipolens adimpleri, quando necessitas, & impotentia impediret eam adimpleri, tunc enim sufficeret si per æquipolens adimpleretur, Bal. in l. 1. colum. 2. C. vtq; desunt aduoc. Asyn. in dicto §. 3. cap. 37. per totum, vel quando statutum, vel lex non cogitauit modum, sed effectum, Ruin. consil. 137. num. 9. volum. 2. istos duos modos ponit Rimin. Iun. instit. de testam. in princ. & numero 390. & 393. Neuizan. consil. 70. num. 10. cum seqq. pluribus, Bursat. consilio 307. num. 119. intelligendo vt per Galiam consil. 107. num. 33. & seq.

Plures etiam alios modos, in quibus forma aliquando per æquipolens adimpleri potest, ponit Asyn. dicto §. 38. cum nonnullis capitibus seqq. vt quando iminet periculum, Fel. in cap. quando in principio extra, vt lite non contest. Paris. consil. 33. num. 29. cum seq. vol. 2. vel quando forma subauditur, vel quando statutum pro forma aliquod ad demonstrandum exigit, vt latius idem Asyn. cap. 42. & 43. aut forma causatiua exigitur Neuizan. consil. 70. nu. 10. & seq. Bursat. consil. 74. num. 55. & 144. & seq. alios etiam modos, in quibus forma potest per æquipollens adimpleri tradit Sebastianus Medic. in dicta reg. forma dat esse rei, in limitationibus, & Peregr. Iannin. dicto tractat. de citat. real. lib 2. capit. 1. num. 158. & seqq.

Amplia regulam principalem procedere vt for-
15 ma sit obseruanda † etiam in actibus fauorabilibus, & pijs, prout in testamento, Bal. in l. testamento C. de testam. & cons. 191. column. prima vol. 2. Tiraquel. de retract. §. primo, glos. 2 1. nu. 11. Aldobrand. in §. eadem lex nu. 55. instit. quibus ex cau. manum. non licet.

16 Amplia, vt † renuntiari non possit, id quod pro forma introductum est ob publicum fauorem cui per partes renuntiari non potest, l. ius publicum ff. de pactis decis. pedem. 165. num. 7. Ita hanc ampliationem tenet Bal. in l. fin. C. de suis, & legit. Felin. cap. cum dilecti num. 20. de rescr. DD. in l. si vnus C. de testam. & in l. nemo potest, ff. de leg. 1. & sup. dictum est.

Intelligitur primo hæc regula sic ampliata pro-
17 cedere, † in forma substantiali, non autem accidentali, duplex enim est forma, accidentalis, & substantialis, vt per Felin. dicto cap. cum dilecta numero 6 versiculo modos autem cognoscendi, accidentalis illa dicitur, quæ mutata subiecta materia non desinit esse eadem iuxta l. proponebatur, ff. de Iudic. substantialis illa est, quæ dat esse rei sicut anima dat esse homini in dubio autem semper forma substantialis illa dicitur introducta à statuto, Rol. à Valle. consilio 72. numero 58. volum. 3. Borgnin. decis. 23. numero 4 cum duob. seqq. & etiam numero 8. Bursat. consilio 55. numero 11. uolum. primo, procedit igitur solum conclusio nostra in forma substantiali, cap. 1. de renunt. DD. supra allegati.

18 Fallit secundo † in forma quæ à lege suppletur quæ non uitiat actum, Tiraquell. in l. si unquam in uerbo reuertatur, numero 68. C. de reuocan. donat. Asynius dicto §. 3. cap. 44.

19 Fallit

19 Fallit tertio † in forma, quæ post actum interuenire potest, cuius omissio non vitiat actum Tiraquell. in d. verbo reuertatur nu. 69. Asyn. d. §. 3. cap. 45.

20 † Fallit quarto quoties, is qui facit actum contra formam, potest ei derogare, quod in dubio fecisse præsumitur, Bal. in l. 1. col. 2. ff. de legib. Bal. in l. vniuersis C. de precib. Imper. offerend. Fel. in d. c. cum dilecta versic. limita regulam primo. & in c. quoniam vt lite non contest. in princ. Asyn. dicto §. 3. cap. 46.

21 † Fallit quinto, quando forma est ad aliquem finem constituta, & finis sequatur absque ea Bal. in l. si duo col. 2. ff. de iur. iur. Alex. & Ias. in l. 1. ff. de lib. & posth. Cępol. in l. si quis maior n. 153. C. de transact.

22 † Fallit sexto, quando cessaret causa formæ adimplendæ, quia tunc ommitti potest, Crauet. cōs. 12. n. 12. & cons. 177. num. 5. Abb. cons. 64. nu. 1. lib. 2. Alex. cons. 81. col. 2. vol. 6.

23 † Plures alias limitationes ad hanc regulam tradit Felin. in d. c. cum dilecta & Sebast. Medic. d. reg. forma dat esse rei, & Doct. sup. citati Card. Tusch. in suis conclus. littera F. in verbo forma conclus. 413. cum pluribus seqq.

His sic suppositis operæ prætium est deuenire ad statuti iuterpretationem.

24 In verbo[vel eius Iudex] dictionis †[vel] natura est, vt ponatur inter diuersa l. hæc verba ille ff. de verb. sign. Alex. cons. 124. nu. 14. lib. 1. & cons. 224. nu. 1. lib. 2.

25 † An autem quando dictio,[vel] stet implicatiue an & alternatiue, & quid significet, ponit Aret. in § licet autem circa finem instit. qui & à quibus ma-

26 num. poss. & late de huius dictionis,[vel] natura habes adnotatum per Alberic. de Rosa in suo dictionario in eodem verbo,[vel] Curt. Iun. cons. 5. nu. 4. & seqq. Paul. de Montepico cons. 65. nu. 9. Octau. Vulpel. in tract. de præposit. aduerb. & coniunct. signific. in verbo[vel] In verbo non possit, nec de-

27 beat, scias quod † negatiua præcedens verbum [potest] imponit præcisam necessitatem, & priuat potestatem, & officiales, cum potentia, adeo, vt actus in contrarium factus sit ipso iure nullus. Bart. & Bal. in l. gallus in princ. ff. de lib. & posth. Bar. & alij in l. nemo pōt ff. de leg. primo, D. Rip. Auus mihi maternus in l. prima nu. 3. ff. de verb. oblig. Paris. cons. 71. nu. 1. lib. 4. Surd. cons. 364. nu. 14. lib. 3. & Ias. in l. in pecuniarijs ff. de ferijs, Alex. cons. 77. nu. 2. lib. 3. vbi infert post Ant. de

28 Butrio, quod stante statuto quod † Iudex non possit exercere iurisdictionem suam vltra limites, suæ iurisdictionis, non valebit pronuntiare se competentem, cum per hoc dicatur egredi limites suæ iurisdictionis, de quo tamen vide appostil. ad Alex. ibidem.

Amplia vt licet negatiua non precedat verbum

29 [potest] † tamen si verbum potest sit iniunctum cū verbo debeat, quod tunc etiam importat necessitatem, c. 1. in verbo possumus, & debemus vt Ecclesiastic benefic. Alex. cons. 223. in fine lib. 2.

30 † Fallit, quando verbum potest, ponitur de per se in oratione affirmatiua, nam tunc importat arbitrium, Maranta in repet. l. is potest nu. 41. ff. de acquir. hæred.

31 † Et nota quod verbum potest est extensiuum, & trahitur ad futura l. si ita quis vbi Bart. ff. de leg. 2. Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres in 6. quæst. nu. 19. ff. de verb. oblig. & comprahendit omnes actiones, quæ causantur de iure præsenti, Alex. cons. 46. nu. 2. lib. 1. ac num. 6. vbi plura ad hoc allegat.

32 In verbo[per se, vel alium] † ratio est quia qui per alium facit per se ipsum facere videtur, cap. qui per alium vbi Din. de reg. iur. in 6. l. 1. §. deie-

33 cisse ff. de vi, & vi armata † An autem is, qui per alium facit, dicatur proprie per se ipsum facere, pulchre Ias. in l. is, qui pro emptore nu. 372. ff. de vsucap. distinguens aut instrumentum quo quis agit, agit libertate sua, vt si mando homini occidere aliquem, nam occidens agit libertate sua, & tunc non dicitur proprie facere, aut non agit instrumentum libertate sua, nec agit ex necessitate puta si percutiam aliquem cum baculo tunc dicitur proprie facere, ita Ias. dicto loco inferens ad statut. vt ibi per eum.

34 Ex his potest etiam alio modo inferi † ad statutum puniens committentem delictum aliquod, vt non comprahendat mandantem, Dec. in l. is damnum dat nu. 5. & 6. ff. de reg. iur. vbi limitat duob. modis, primo non procedere quando statutum loqueretur in rē puta pro homicidio, vel pro furto. Secundo, quando mandatarius cogitur exequi mandatum vt per allegata ibi per eum, & in termi nis quod si statutum loquens in personam non cōprehendat mandantem secus si in rem tenet, Clar. sequendo Dec. in sua praxi crimin. quæstione 89. num. 2. vbi hanc magis communem testatur, & videndus D. Menoc. de arbitr. iud. casu. 352. & seq. Mascard. de probat. conclus. 1012. Decian. in tract. crimin. lib. 9. c. 24. per totum, Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 89. Farinac. pulcre consil. 85. nu. 72. & seqq. plurib. & latius per eundem in suis tract. crimin. tom. 4. q. 135. tit. de consultoribus, part. 3.

35 † Nota etiam regulam, quod qui non potest per se, nec per alium l. neque C. de hæred. instit. qua

36 propter † videtur posse argui statuentes hic de superfluitate, ex quo stante d. regula dicebantur prætor, & officiales prohibiti petere absolutionem etiam per alium, absque eo quod statutum vlterius procederet, etiam expresse prohibendo peti dictam absolutionem etiam per alium, & sic videtur factum cōtra, §. quibus in prima constitutione Codicis.

Nisi dicamus, statutum nostrum non posse dici

37 superfluum † tanquam dicta verba sint apposita ad tollendam omnem disputationem, & particularis appositio non possit dici superflua, Alba cōs. 29. num. 7. & 9. & consilio 11 num. 29. ac consil. 420. num. 3.

In verbo ei fieri absolutionem] nota quod licet consilium generale faceret absolutionem potestati, adhuc nō dicitur absolutio, & dato etiam quod hoc statutum non vigeret non operaretur quia prætor diceretur periurus, cum vt supra diximus in lucubrationibus ad primum statutum prætor faciens contra statutum iuratum incurat periuriū

38 clarum est autem in iure, quod † iuramentum nō potest remitti ab eo in cuius fauorem est factum post incursum periurium, Bal. in Auth. quoduis C. de nupt. Alex. cons. 17. nu. 5. lib. 3. & de magis communi testatur Rol. à Val. cons. 26. nu. 3. lib. 3. Borgnin. decis. 9. nu. 5. Afflict. decis. 36. nu. 2. licet Soc. Sen. cons. 27. nu. 28. lib. 4. contrarium tenuerit, tamquam iuramentum ad fauorem eius cui iuratur sit præstitum, cui renuntiari potest, Crau. cons. 151. nu. 9. quod iuri, & æquitati mihi con-

ſonum videtur, cum ſit in facultate partis excipe-
re, vel ne de periurio; cum paſſim receptú ſit, per-
iurum ab agendo repelli parte opponente de per-
iurio, alias non Ozaſ. deciſ. 142. n. 13. Lap. allegat.
25. nu. 3. Vinc. Mancin. in tract. de iuram. part. 6.
39 q. 7. nu. 6. & ſeq. † ante tamen incurſum dictum
periurum, certum eſt, quod poteſt remitti ab eo
in cuius fauorem eſt factum c. 1. de iureiur. l. fin.
ff. qui. & à quibus, Bart. in l. labeo ff. de iureiuran-
do Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num 9.
ff. de verb. oblig. tex. in c. cum locum de ſponſal,
vbi Felin. nu. 33. cum ſeq. verſic. quarta conclusio
40 vbi ampliat, & limitat. Quod † procedit etiam
reſpectu vinculi cum Deo contracti, quia Deus
dicitur recipere conditionaliter, ſcilicet niſi pars
remittat, c. quemadmodum vbi notatur de iure-
iur. Alex. conſ. 59. num. 7. vbi apoſt. lib. 1.

Nec poſſit etiam conſilium generale cum abſol
uere à iuramento poſt incurſum dictum periuriũ,
41 cum habilitatio à iuramento debeat concedi per
iudicem eccleſiaſticum, non autem ſæcularem c.
nouit, de Iudic. Alex. conſ. 63. ante num. primum
lib. 3. Felin. in c. 2. num. 28. de ſponſalibus, vbi
limitat.

In verbo[commiſiſſet, vel ommiſiſſet facere]ſcias
42 tamen † quod grauius dicitur delictum in com-
mittendo, quam in omittendo glo. in l. ſi mora ff.
ſol. matr. Caſtr. in l. ſi ſterilis §. cum per vendito-
rem ff. de act. empti Iaſ. in l. præſcriptione num. 9.
C. ſi contra ius, vel vtil. pub. & in l. argentarius §.
cum ita nu. 7. ff. de edendo, & in l. ſi quis arbitratu
nu. 16. ff. de verb. oblig. & in l. ſi mora ff. ſol. matr.
nu. 23. quo loci ad plura infert, Clar. in ſua prax,
crim. §. primo nu. 11. Tiraq. de pæn. leg. temper.
cauſ. 44. nu. 31. & ſeqq. aliquando tamen magis
conſiderabile eſt delictum, & factum in omitten-
do, quam in committendo, vt puta factum procu-
ratoris in omittendo nocet domino, ſecus in com-
mittendo, niſi habeat ſpetiale mandatum. Bald. in
c. 1. col. 2. vt lit. non conteſt. Iaſ. in l. ſi procurator
in 8. limit. C. d. procurat. Tiraq. de legib. connub.
gl. 7. nu. 78. ſequitur Surd. decis. 181. nu. 16. Ca-
roc. plura deciſ. 60.
43 In verbo[contra, vel præter]hæc dictio †[con-
tra] plures habet ſignificationes de quibus per Al
bericum de Roſat. in ſuo dictionario in verbo[cõ-
tra]ponitur pro aduerſus l. fin. ff. de off. proconſ.
44 l. vti frui §. verũ ff. ſi vſuſfruct. pet. † [Præter] autẽ
dictio, hęc ponatur ampliatiue, pro vltra Iaſ. in l.
Titiæ textores nu. 36. ff. de leg. primo, vbi dat do-
ctrinam quod quando dictio [Præter] adijcitur
ei quod continetur ſub genere præcedenti ſtat ex-
ceptiue, alias autem ſtat ampliatiue, & ponitur
45 pro vltra. Quando autem dictio † [prætor] & præ-
terquam ſtent exceptiue, & quando non videas
eundem Iaſ. in l. ſi eum §. qui iniuriarum num. 36.
poſt Bal. ibi ff. ſi quis caut. vbi limitat dictionem
[præter] non ſtare exceptiue quoties verſamur in
46 materia odioſa, & ideo infert quod ſtante † ſta-
tuto quod vſurarius non poſſit accipere præter
duos denarios pro libra, quod tunc dictio præter
importat quod poſſit capere duos denarios pro
libra, idem tenet Alex. conſ. 27. nu. 4. lib. 2. & ibi
appoſt. ad eum. & ratio eſt, ne reſſultet abſonus
intellectus, & iuri contrarius, quia videretur à con
trario ſenſu permittere vſuras, alias dictio ſtaret
48 exceptiue, vt per Alex. ibi. Et † quando dictio
præter ſtet incluſiue, & quando excluſiue dicite, vt
per Bart. in repet. l. cęſar nu. 1. ff. de public. & ve-
ctig. & quoties præcedit diſpoſitio affirmatiua, &
præcedit genus, tunc ſi dictio præter adiungitur
ſpecici contentorum in ſuo genere, tunc ſtat ex-
cluſiue, alias ſi non præcedit genus ſtat incluſiue.
49 Hinc dicimus quod quando † dictio præter poni
tur in aſſignatione termini ſtat incluſiue, Iaſ. in l.
1. nu. 14. ff. ſi quis caut. & de natura huius dictio-
nis, & ſimilium uidendus eſt late Tiraquel. de re-
tract. lignag. §. 1. glo. 11. n. 66. & ſeqq. uſque ad
finem Caroc. deciſ. 42. nu. 19. Cephal. conſ. 612.
num. 21. Octau. Vulpe. in tract. de præpoſit. ad-
uerb. in uerbo præter.
50 In verbo illud non valeat] nota † quod quando
lex, vel ſtatutum procedit vlterius actum annul-
lando, vt hic dicitur introducere formam, Bart. in
l. de his ff. de tranſact. Iaſ. in l. 1. nu, 7 ff. de lib. &
poſth. Menoch. de arbit. iud. quæſt. 30. num. 5. vt
51 ſup. latius. Et nota † quod licet ſtatutum non
procederet vlterius annullando, adhuc tamen ſtan
te prohibitione legis, vel ſtatuti factum contra
talem prohibitionem nullum eſſet l. non dubium,
vbi DD. communiter C. de legib. & late docet Ti-
raquel. ad plura ſtatuti inferens in tract. de legib.
connub. in tex. ne poſſit glo. 4. num. 2. cum plu-
rib. ſeqq.

Quòd pignora accepta per Iudicem exactorem Communis Papiæ, non poſſint vendi, niſi defenſione data, & perſonæ habitanti in Ciuitate Papiæ, & ſatiſdanti de pignore reddendo infra menſem, ſi ille cuius erant exigere voluerit. Rubr. 4.

ITem ſtatuimus, quod pignora accepta, & accipienda per Iudicem exactorem, & quemcunq; alium Iudicem, & Magiſtratum Communis Papiæ, vel per alium habentem cauſam à Communi Papiæ, non poſſint vendi per dictum Iudicem, vel officiales ad incantum Communis Papiæ, niſi data legitima defenſione ei, vel eis à quo vel à quibus dicta pignora fuerint accepta. Ad quam defenſionem faciendam detur terminus per dictum Iudicem, vel Officiales ad minus quinque dierum, quo elapſo, & defenſione non facta, vel facta ſed non legitime; dicta pignora vendantur ad incantum Communis Papiæ, facta prius crida ex parte dicti Iudicis, vel Officialis de ipſis pignoribus exigendis infra tertiam diem proxime venientem, & quæ pignora vendantur præſente vno ex

dictis

dictis duodecim sapien. & vno ex rationatoribus Communis Papiæ. Et quæ dicta pignora non vendantur alicui non supposito iurisdictioni domini Potestatis Papiæ, & qui continue non habitet in Papia. Et à quo non recipiat fideiussionem de reddendo dicta pignora infra vnum mensem tunc proxime venientem a dicta venditione recepta, vel accepta numerandum secundum formam infrascripti proximi statuti. Et teneatur Iudex, vel Officialis facere scribi nomen, & pronomen emptoris, & quantitatem precij pignoris venditi, quam precij quantitatem teneatur Iudex ipsius officij siue Officialis facere scribi in libro introitus camerarij dicti Officij ea die, vel sequenti qua vendiderit dicta pignora, & similiter faciat scribi quantitatem prædicti precij pignorum venditorum super libris, & summas eorum, ad quas summas soluere tenebantur illi qui pignorati sunt, & quorum pignora vendita sunt, deductis tamen expensis. Et si pignoratus, vel alius cuius esset pignus fecerit legitimam defensionem. Quod restituantur iniuste pignorato, sine aliquibus expensis. Et hoc teneatur facere Iudex, vel Officialis prædictus, sub pena sacramenti, & pena librarum decem Papiæ, de suo salario retinendo.

Summarium Statuti 4. de regimine Potestatis.

1 *Ratio statuti est quia defensio est fauorabilis.*
2 *Diabolo danda sunt defensiones.*
3 *Iudex non debet petenti denegare defensionem.*
4 *Quod procedit, vt teneatur pro absente defensiones supplere.*
5 *Defectus defensionis non potest suppleri a Principe, nec à statuto cum sit de iure naturali.*
6 *Defensiones dandæ reis ante condemnationem.*
7 *Amplia etiam si non petantur, & de obseruantia Ducatus Mediolani.*
8 *Non tamen sunt dandæ nisi post ressumptas informationes.*
9 *Quid in repertis in flagranti crimine.*
10 *Reus an possit renuntiare defensionibus.*
11 *Quid in reo confesso, cui fuit datus terminus defensionis, an possit renuntiare dicto termino.*
12 *Casus plures quibus potest renuntiari defensionibus remissiue.*
13 *Statutum circa pignora vendenda derogans iuri communi validum.*
14 *Quid differat hoc statutum à lege vetustissima Cod. de iure dom. impetr.*
15 *Plura necessaria adhoc, vt nostrum statutum habeat locum.*
16 *Statutum loquitur de pignore iudiciali.*
17 *Pignus quadruplex, conuentionale, iudiciale, pretorium legale, & eorum declaratio.*
18 *Idoneo emptore pignoris non existente, an fiat adiudicatio creditori, & an pro toto credito.*
19 *Quid si creditor plus offerat quam alius.*
20 *Quid quando debitor dolose prouidet ne emptor inueniatur, pecuniæ numeratio, an sit necessaria in venditione pignoris.*
21 *Quid si inueniatur emptor, qui tamen non offert iustum pretium.*
22 *Pignus adiudicatum creditori, an in dubio intelligatur pro toto debito, & an loco pignoris, vel insolutum dationis, quando datur à debitore.*
23 *Quid in pignore conuentionali.*
24 *Quid in creditore petente simpliciter adiudicari pignus.*
25 *Quid si venditor petat sibi adiudicari pignus pro iusto pretio, ordo seruandus in pignorum venditione, & captione, & quibus præiudicantur remissiue.*
26 *Iudex ex actor quis dicatur.*
27 *Conciliatio Nouarum Constit. Mediolani tit. de offic. Refferendar. cum hoc statuto.*
28 *Defensio omitti non potest.*
29 *Paria sunt non defendere, vel minus legitime, hinc infertur ad licitationem vltimo pretio factam nam si licitator vlterius non vt idoneus datur priori.*
30 *Inditio in instrumento omissa, vel apposita, sed corrupte, an vitiat actum.*
31 *An terminus dierum quinque de quo in statuto, valeat prorogari.*
32 *Non suppositus, non subditus, forensis, qui dicantur, & quid differant inter se.*
33 *An mulier nupta extra territorium dicatur non subdita, an forensis.*
34 *Subditus, quot modis quis dicatur.*
35 *Forensis si ducat in vxorem mulierem Papiensem, & se confert ad habitandum Papiæ, an gaudeat beneficio huius statuti.*
36 *An hoc statutum comprehendat personas Ecclesiasticas.*
37 *Clericus, an dicatur forensis.*
38 *Clericus volens acquirere in Dominio Mediolani quid seruetur.*
39 *An hoc statutum, forensem, & non suppositum comprehendat.*
40 *Ordo seruandus in venditione pignoris de iure tamen remissiue.*
41 *Mutans sibi nomen, qualiter puniatur de iure statutaria.*
42 *Statutum Papiæ 36. in criminalibus declarat.*
43 *Mutans sibi nomen, an incidat in pœnam falsi.*
44 *Mentiens se esse alterum, qualiter puniat.*
45 *Insignia alicuius vsurpans, qualiter possit puniri, & an ex ea causa possit deueniri ad duellum.*
46 *An possim prohibere deferentem arma, & insignia mea.*
47 *Quid in artifice vtente signo alterius.*
48 *Quid in ignobilibus portantibus insignia nobilium.*
49 *An quis possit grauari ad deferendum nomen, & insignia alterius.*

30 *An talis grauatus teneatur arma sua derelinquere.*
31 *Bastardi, & spurij an deferant insignia parentum.*
32 *Bastardi non dicuntur de familia patris.*
33 *Nobilitas non transit in bastardos.*
34 *Naturales infames dici.*
35 *Bastardi an ex consuetudine deferant insignia paterna.*
36 *Familia carens insignijs, ignobilis.*

Vod Pignora accepta per Iudicem exactorem Communis Papiæ, non possint vendi, nisi defensione data, & personæ habitanti Papiæ, & satisdanti de pignore reddendo infra mensem, si ille cuius erant exigere voluerit.

1 RAtio huius statuti ea esse pôt, quia defensio est fauorabilis, cap. reos 23. q. 5. ex Boss. in tract. de fauoribus defension. num. 2. adeo, † vt
2 neque diabolo petenti veniat deneganda, prouenit enim à iure naturali. vnde † Iudex quamtumuis
3 liberam habeat potestatem, & absolutam, non debet defensionem quocunque tempore reo petenti denegare, aliter enim faceret, quod bonis moribus cõtradicit, tollere enim defensionẽ equitati, & iuri naturali, ac diuino repugnat, per ea, quæ recenset, Vant. in tract. de nullitate, ex defect. citat. in princip. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 77. num. 1. & seq. plures cumulat, Farinac. de indic. & tortur. quæst. 39. nu. 15. & seqq. & ibi latissimè per totam illam quæstionem materiam defensionis enucleat ampliando, & declarando multipliciter. Quamobrem iudex non
4 modo illam tollere quinimo pro absente defensiones supplere debebit. Hinc est quod solemnitas citationis non propter se, sed propter defensionẽ
5 † dicitur esse iuris naturalis, & defectus iste neque à statuto, neque à supremo Principe potest suppleri, ita per plura tradit Sebast. Vant. in tract. nullit. in tit. de nullitat. sententiæ ex defectu citat, num. primo, cum pluribus seqq. Boss. in praxi crim. in tit. de fauor. defens. Clar. in sua praxi
6 crim. quæst. 49. num. 14. † Et quod defensiones dandæ sint reis antequam damnentur, etiamsi delictum spontè confessi fuerint, tenet Angel. de Aret. in tract. de Malefic. in verbo, qui Iudex, num. 2. Follerius in sua praxi crim. in verbo, & si confitebuntur, num. 87. Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 49. num. 13. vbi vult dari terminum
7 † dessensionis etiam reo non petenti, & ita per Iudices in Ducatu Mediolani obseruatur, vt semper quando fit publicatio processus, & inditiorum contra reum existentium ei detur terminus, etiam non petenti ad faciendas suas defensiones, Farinac. dicto tit. de indic. & tortur. quæst. 39. num. 32. & seqq. & num. 90. ac seqq. vbi ad par-
8 tes disputat articulum. † Sciendum est tamen, quod Iudex non tenetur dare defensiones, donec effectualiter fuerit informatio completa. Foller. in praxi crim. in verbo (recipiantur defensiones) num. 22. Baiard. in add. ad Clar. §. fin. quæst. 49. num. 7. Farinac. dict. quæst. 39. num. 145.
9 † An autem istæ defensiones dandæ sint reis repertis inflagranti crimine, videas per Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 8. num. 3. versic. sed nunquid reo, vbi tenet dandas esse nisi in casibus, vt ibi per eum.
10 † An autem rei possint renuntiare defensionib. dicas quod non, quando agitur de pœna corporis afflictiua, glo. in l. pactum inter hæredem in verbo liceat, C. de pactis, Farinac. difuse dicta quæst.
11 39. num. 51. & seqq. bene verum est, † quod quoties datus fuit terminus reo spontè confesso ad faciendas suas defensiones, quod ipse bene potuit renuntiare dicto termino, & poterit statim puniri, Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 49. nu.
12 16. † qui consulit tamen iudicibus, vt nullo modo inducant reos ad renuntiandum suis defensionibus, ne ira Dei cadat super eos iudices secundũ Baiard. ibi in addit. ad eum ponentem plures casus, in quibus reus potest renuntiare defensionibus, alia ad hanc defensionis materiam, vide penes Farinac. d. quæst. 39.

Item statuimus] Circa hoc statutum vide latè Carpan. ad stat. Mediolani cap. 166. cum seq.
13 hoc statutum in ordine quartum † videri potest dessumptum à lege vetustissimam, C. de iur. dom. impetr. vbi Bal. in principio illius legis obseruat,
14 † quod statuta, & consuetudines circa pignora vendenda, & adiudicanda, seruari debent, & iuri communi derogare possunt, cum Bal. tenet. Ang. Aret. Io. de Plat. & alij in §. primo, instit. tit. quibus alienare licet, vel non. Est tamen verum, quod quoad tempus, & alia quædam, hoc statutum non conuenit cum d. l. vetustissimã, cum statutum loquatur de iudice exactore, vt in rub. & nigro, & illa lex loquatur in adiudicatione facta per rescriptum Principis, vt per Alex. consil.
15 11. viso processu colum. 2. lib. 5. † Scias tamen, quod ad hoc, vt huiusmodi statutum habeat locum plura necessario requiruntur, primum est, ꝙ defensio legitime interuenerit. Secũdo, quod fiat crida, ibi facta crida. Tertio, quod pignora vendãtur presente vno ex duodecim sapientibus, & vno, ex rationatoribus Papiæ. Quartum est, quod dicta pignora non vendantur alicui nõ supposito, & qui continue non habitet in Ciuitate Pap. Quinto, quod recipiantur fideiussores de reddendis pignoribus intra vnum mensem. Sexto, quod Iudex teneatur facere scribere nomen, & cognomen emptoris, & quantitatem prætij. Septimo, quod Iudex offitij teneatur facere describi cum qualitate pretij pignus ea die, vel die sequenti in libro introitus Camerarij. hæc sunt necessaria ad venditionem pignorum, quæ facta seruatis his de quibus supra, si pignoratus fecerit legittimam defensionem pignora data debent restitui
16 sine aliqua expensa, † sed quæro de quibus pignoribus loquatur statutũ nostrum, & dic, quod loquitur de pignore iudiciali, ita DD. in d. l. vetustissimam, & in l. 4. §. si pignora, vbi Alexand.
17 nu. 25. ff. de re iudic. † scias tamen, quod pignus quadruplex est, quoddam est conuentionale, quod scilicet datur à debitore creditori; quoddam dicitur iudiciale, quod scilicet capitur pro exequtione, & de hoc loquitur statutum nostrũ; tertium dicitur pignus prætorium, quando nulla præcedẽte sententia diffinitiua proceditur contra reum ratione contumaciæ capiendo pignora. Quartum est pignus legale, quod tacite à lege constituitur, ita Ias. in d. l. à diuo Pio, §. in venditione, num. 4. ff. de re iudic. Idem Ias. in l. creditor, num. 4. ff. si cert. pet. Negusant. de pign.
18 in tertia parte princ. † Sed dubium est, quid si emptor idoneus non reperiatur, tex. in l. à diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudic. respondet, quod adiudicatio fiat creditori, & si minus valeat non

potest

potest residuum petere, prout Alex. ibi colum. 1. aduertit, exponendo dupliciter illum tex. aduerte tamen, quod quoties pignus subhastatur, debet semper deliberari plus offerenti, si tamen cre-
19 ditor plus offerat, † quam alius tunc debet deliberari ipsi creditori, Alex. d. §. si pignora num. 11. quo loci adnotat plures casus, in quibus pignus potest adiudicari ipsi creditori; quorum primus est, quando emptor idoneus non inuenitur. Secundus quando creditor plus offert quam
20 alius, vt per Alex. vbi sup. Tertius, † quando debitor dolosè prouidet, quod nō inueniatur emptor, nam tunc potest à Principe, vel à Iudice adiudicari creditori, Alex. in d. §. si pignora, nu. 12. cum seqq. Surd. cons. 256. num. 6. lib. 2. Stefan. Gratian. discept. forens. lib. primo, cap. 7. numero 7. & 8. vultq; etiam necessariam esse pecuniæ veram numerationem ex d. l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, ff. de re iud. vbi Ias. quod ego verum intelligo, quando emptor negat se emisse, vel soluisse, cum ratio tex. in eo sit fundata, vt per omnes ibi, & cessante ratione legis cessat, & lex ipsa cum sit legis anima, Surd. cons. 416. nu. 11. & seq. item fal. creditore consentiente, vlz. vbi consuetudo esset in contrarium, Stefan. Gratian. d. cap. 7. num. 6. Neguzant. de pignorib.
21 in primo membro 6. partis num. 10. Quartus, † quando inueniretur emptor, nollet tamen offerre iustum prætium, Alex. vbi supra num. 6. Sed quid
22 si pignus sit adiudicatum per iudicem creditori, an intelligatur in dubio pro toto debito, & dic, quod sic, quando est nulla facta mentio pretij, Alex. in d. §. si pignora, num. 18. vbi Ias. num.
23 primo. † Amplia nedum in datione in solutum facta à Iudice, sed etiam in solutum datione facta à debitore creditori, Alex. vbi sup. num. 18. Sed quid si lata sententia condemnatoria debitor offerat prædium, vel aliud creditori, quod simpliciter accipiat, deinde debitor post annum, vel vltra offerat quantitatem petens fructus in sortem imputari, creditor vero dicat datū fuisse in solutum quis audiendus. Respondetur pro debitore pronuntiandum, nam in dubio loco pignoris dedisse videtur, vt per plura firmat Afflict. decis.
24 373. fuit determinatum. † Amplia idem si creditor petat simpliciter sibi adiudicari à Iudice pignus pro suo credito, quod intelligitur pro toto
25 debito, Alex. vbi supra num. 22. & dixi supra, † limita non procedere, quando pars à principio petijsset sibi adiudicari pignus pro iusto pretio, nam tunc non debet Iudex adiudicare pignus pro ampliori pretio, alias diceretur lædere partem & posset per eum appellari, ità Alex. in d. §. si pignora, num. 21. vbi Ias. num. 6. & ideo sit cautus creditor, vt petat semper sibi adiudicari pignus pro iusto pretio, & si Iudex contraueniat appellet, Rebuff. de litteris obligat. art. 12. glo. vnic. nu. 9. & 11. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 166. num. 17. & seqq. vbi recenset quatuor remedia creditori cōpetentia captis pignoribus, & de ordine seruando in capiendis pignoribus, latè Ant. Gabr. in suis communibus, tit. de execut. rei iud. concl. 2. Claud. Cantuinc. consil. 24. & quibus præiudicet, an tertio. Rol. à Vall. consil. 5. lib. 2. Rim. iun. consil. 445. Bursat. consil. 362. num. 2. cum seq.
26 † In verbo [per Iudicem exactorem, quæro † quid sit Iudex exactor, & quid debeat facere, & obseruare, postea quam acceperit, & dic quod Iudex exactor est publicus seruitor communis Pap. & baruarius, qui posteaquam fecit exequutionem tenetur secundum dispositionem statuti 7. & 62. infra De Regimine Potestatis, pignora capta cōsignare ad Cameram, seu apud Camerariū Communis Papiæ, quem nos dicimus Referendarium, & si dicatur obstare dispositionem Nouarū Constitutionum Mediolani, in tit. de officio referend. vbi referendariorū officium introductum est pro vtilitate Fisci, & habet cognoscere de redditibus Fisci, & ad Ducalem Cameram pertinentibus, vt ex textu ipsarum Nouar. Constit. vnde videtur dicendum, statutum non habere locum, quando sit exequtio pro interesse alicuius priuatæ personæ, & ex causa inter priuatos vertente; ad hoc responderi posse videtur, quod dispositio Nouar. Constitutionum, non est exclusiua dispositionis statut. nisi in his quæ adinuicem contrariantur, vt inquit expressè tex. dictarum Nouar. Constit. Mediol. in fine ipsius proemij in titulo de Constit. At in hoc casu non contrariantur, quinimo Nouę Cōstitutiones includunt etiam alios casus, in quibus possunt referendarij cognoscere, nempe contra debitores publicanorum, & vectigalium, ex dispositione, cap. fin. de officio refer. & in cæteris casibus ommissis debet obseruari statutum prædictum.

In verbo [non possint vendi] adde quod ex quo huiusmodi statutum est negatiuum, & prohibitiuum, obligat semper. & ad semper, nec per contrarium vsum, vel desuetudinem tolli potest vt supra dixi ad statutum 3. proxime præcedens.

28 In verbo [legitima defensione] adde quod † defensio adeo est fauorabilis, & nullo modo omitti debeat, quamobrem varios casus adducit ad comprobationem, Ias. in l. vt vim. ff. de iust. & iure; & latè supra probauimus. Quare autem statutum requirat legitimam defensionem dictum est supra in principio statuti.

Ibi defensione facta, vel facta, & minus legiti-
29 ma] † scias quod paria sunt defensionem non facere, vel minus legitime, l. quoties. ff. qui satisd. cog. Hippol. Marsil. sing. 224. Ias. in l. licet. C.
30 de procurat. & Mars. dicto sing. † limitat non procedere in inditione, quæ est apponenda in instrumento, quæ si non apponatur vitiat instrumentum, sed apposita licet corrupte non vitiat, & ibi Hipp. plures citat, & in spetie Dyn. consil. 13. Bart. in l. nominatum, ff. de condit. & demonstr. Bal. in l. 1. C. de nouo Cod. conf. & in l. 2. ante finem, C. de falsa causa. & in l. cum proponeretur ff. de leg. 3. Bart. in l. si librarius, ff. de reg. iur. vnde pulcre dicebat, Bal. consil. 327. modus, & forma lib. 2. sequitur Boer. decis. 24. quod si licitans datia sit vltimus plus offerens, & non reperiatur idoneus penultimus tenetur, quia paria sunt non subesse licitatorem, vel esse, sed non idoneum sequitur appostill. ad Bart. in l. 3. ff. de fideiuss. ibi [quinque dierū] si dubitetur an is terminus possit prorogari, resp. quod sic, quia concernit defensionem, quæ fauorabilis est, & fauores conuenit ampliari, cap. odia de reg. iur. in se-
31 xto † & quia dillationes sunt arbitrariæ iudici, vt p Menoch. de arb. iud. casu 52. & præsertim n. 7.

Ibi [non supposito] aduerte, quod dictum statutum prohibens tunc vendi, non supposito iurisdictioni Papiæ conuenit cum dispositione Nouarum Constit. Mediolani, in tit. de pœnis, §. collegijs, licet Nouę Constitutiones fortiores terminos

nos etiam complectantur, Plot. conf. 17. nu. 20. & consil. 19. qui loquitur in terminis dictarum
32 Nouarum Constit, Fulgos. conf. 103. † Quis autem dicatur non suppositus, & quis non subditus, & quid differant, notat Dec. conf. 352. n. 5. & 661. & dixi supra in præludijs ad statuta num. 148. & seqq. & per Carpan. in annotationib. ad cap. collegijs Nouar. Constit. num. 124. & seqq. Ruin. consil. 120. num. 9. & 10. volum. 4. similiter dif-
33 fert forensis, à non supposito, & non subdito. † Forensis nanque est ille, qui non habet domicilium, nec originem, non subditus ille qui non habet domicilium, licet habuerit originem; prout in muliere nupta extra territorium, quæ potest dici non subdita, licet non possit dici forensis, Alex. consil. 34. volum. 5. Dec. consil. 661. num. 6. & consil. 150. num. 8. scias tamen, quod si ille qui alias dicitur non suppositus, per decennium habitasset in iurisdictione Papiæ diceretur suppositus, Alciat. consil. 81. num. primo, cum tribus seqq.
34 & ad finem. † Subditus autē tribus modis consideratur, vt notat Didac. pract. quæst. cap. 11. num. 6. Boer. in consuet. Galiæ rub. 2. §. 3. dicitur. n. proprie subditus ratione domicilis, vel originis, vt per Didac. d. cap. 11. nu. 6. non autem dicitur subditus, ex quo habeat solū in bona aliquo territorio, Crauet. conf. 201. nu. 10. Carpan, ponens has differentias in addit. ad statut. Mediolani cap. 46. num. 3. cum seq. & cap. 53. nu. 1, & cap. 311. num. 7. cum seq.

35 Sed hic cadit dubium † Vidua Papiensis dotata ex vsufructu sibi relicto à quadam marito, amore capta extranei cuiusdam, & forensis duxit huiusmodi forensem in maritum, ac cum introduxit in domum propriam, & sic Papiæ; cum ille forensis esset pauper, ipsa autem diues; quæritur an dictus Maritus forensis excludatur à beneficio huius nostri Statuti, resp. Cagnol. in l. exigere dotem, nu. 16. versic. notandum, ff. de iudic. & ibi citat, Soc. consil. 142. Dec. consil. 559. & 661 & alios, plerosque, & concludit, quod non, quod verum est, si animum habuerit perpetuo commorandi, ibi, vt per Cagn. loco supra citato.

36 † Scias tamen, quod huiusmodi statutum valet quoad laicos, non autem quoad Ecclesiasticas personas, vt per Bart. & DD. in l. filius familias, §. diui, ff. de leg. primo, Sig norol. consil. 21. Alex. consil. 93. num. 4. vol. 2. Cephal. consil. 53. num. 34. & seqq. Boss. in tit. de Principe, num. 339. & tit. de penis, num. 43. Clar. in praxi quæst. 82. versic. Sed quæro nunquid, Plot. consil. 19. num. 11. & 12. Rim. iun. consil. 13. nu. 73 cum seqq.
37 & ratio est, † quia Clericus non potest dici forensis, cum sustineat onera spiritualia, & veniat appellatione districtualium, Rom. sing. 446. num. 2. & 3. Surd. decis. 129. num. 13. Est tamen verum, quod clericus dicitur non subditus, & non suppositus, Alex. consil. 41. num. 5. lib. 7. etenim quamuis quibusdam videatur posse ligari hoc statuto, vt per Dec. consil. 114. & Angel. consil. 161. & Ias. in l de quibus, num. 12. ff. de legibus, Cuman. consil 140. num. 4. Socin. in cap. quod clericus, num. 3. & 4. de foro compet. nihilominus placet contrarium DD. in d. §. diui ff. de leg. primo, Ad tollendam tamen omnem difficultatem
38 in Ciuitate Papiæ, & in Dominio Mediolani, † solet imperrari licentia à Senatu Excellentissimo Mediolani, ita tradit Boss. dicto tit. de Principe, num. 339. in praxi crim. & in tit. de pænis, nu. 43. qui constituit etiam differentiam, an statutum loquatur in personam, an in rem, vt primo casu, quando loquitur in personam, non videatur compræhendere forensem, & non suppositum habentem bona in territorio; si autem ageretur de clerico, qui alios non esset in districtu, & de territorio statuentium, sed exterus, & forensis tunc negotium maiorem haberet difficultatem, maxime si statutum loqueretur in rem, nō in personam, Aret. consil. 25. num. 3. Soc. sen. cons. 45. vol. 3. Rebuf. in proem. constitut. glo. 1. num. 36. sed quicquid de iure cōmuni, an compræhēdat forensem habentem bona in territorio, videtur contrarium defendi posse, ita vt hoc statutum compræhendat etiam forensem, & non suppositum habentem bona in territorio, namque ponderando verba statuti, ibi, & qui continue non habitet Papiæ, Ecce ergo, quod non sufficit habere bona in territorio, sed adhuc requiritur habitatio continua Papiæ, & nisi probetur qualitas habitationis statutum non potest habere locum, Gramatic. decis. 65. num. 1. & 2. Bursat. consil. 307. num. 38. Ozasc. decis. 122. num. 3.

In verbo [Infra vnum mensem,] adde quod sic seruatur indistincte, Neguz. de pignorib. in primo membro, 6. partis principal. num. 7. cum seqq. vbi late habetur, quæ seruanda in venditione pignoris iudicialis, de iure communi, & per Gabr. in suis communibus, tit. de execut. rei iudic. concl. 2. post Imol. lib. 3. regula 10.

41 In verbo [nomen, & prænomen, † quæro quid si mutauerit sibi nomen, & prænomen, dic quod punitur pæna viginti quinque librarum, vt cauetur statuto criminali Papię, num 36. sed vlterius an teneatur ad damna, & interesse, & ad restitutionem rei emptæ, videtur quod sic per dispositionem huius 4. Statuti, & sequitur etiam dispositio infrascripti Statuti 5. de regim. potest. quod clare loquitur. aduerte tamen, quod pæna dicti sta-
42 tuti 36. in criminalibus, non habet locum, † nisi quando mutatio nominis fuerit fraudulenta, ita in proprijs terminis, Menoch. de arbitr. iudic.
43 casu 318. quo loci latè ponit, † quando mutans sibi nomen incidat in pænam falsi, & qua pæna de-
44 beat puniri, vbi etiam num. 18. ponit † quid quando, quis se alterum esse mentitur, de quo vide ibi per eum, quo loci plura exempla refert, de illis, qui se alteru mentiti sunt, vt est legere apud eum, & apud Farinac. in tract. de falsit. & simul. quæst. 150. part. 5. num. 137. cum seqq. plurib.
45 † Item scias, quod insignia alicuius sibi vsurpans punitur pæna falsi, vt latè per Bart. in suo tract. de insign. & armis, & vide eundē Menoch. de arbit. iud. casu 320. num. 12. vbi ponit qua pæna puniatur, & vide Ioseph. de Rustic. in suo tract. quando lib. in conditione positi, lib. 2. cap. 6. quo loci latè tractat de insignijs, & vide num. 51. vbi ex Bal. & alijs firmat aliena arma, & gētilitia vsurpare esse iniuriosissimum, & vide num. 52. vbi dicit etiam sæpe dubitatum, an ex causa insigniorum, & armorum possit deueniri ad duellum, quod scriptum legimus euenisse Mandricardo, ac Ruglerio ob insignia Aquilæ Albæ, quam vterque gestabat, ità pulchre annotat Ludouicus Ariost. in suo furioso, ex quo duello Mandricardus fuit à Ruglerio occisus, Farinac. d. falsit. & simul. q.
46 150. num. 80. † Adde etiam quod portans arma vel insignia alicuius, potest per eum prohiberi,
45 quando ex hoc lædi posset, & † ideo artifex vtens

signo

ſigno alterius artificis, poteſt ab eo prohiberi, vt
latè per Bart. in d. tract. de inſig. & arm. num. 5.
cum ſeq. Caſſan. in catal. glo. mund. part. 3. con-
ſid. 35. Maſcard. de probat. concl. 90. & facit
illud Luc. cap. 20. dum ait Dominus noſter oſten
dite numiſma, dicens, cuius eſt imago hæc, & ſu-
perſcriptio. Dicunt ei Cæſaris, at ille reſpondit,
reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt
Dei Deo. Hinc etiam ſignum animalis denotat
Dominium illius Bart. ex plur. in l. ſtigmata, C. de
fabricenſ. lib. 11. & hanc multis relatis veriorem,
& magis communem aſſerit, Hieron. à Cæual. in
tract. com. contr. com. quæſt. 746. ſignum eſt
per totũ, Guliel. Bened. in cap. raynutius, in ver-
bo raynutius de teſta. num. 47 cum ſeqq. plurib
48 † maxime procedit in ignobilibus, qui propria
auctoritate audent arma nobilium ſibi aſſumere,
vt latè docet Tiraq. ll. connub. cap. 6. num. 17.
49 cum ſeqq. quo loci tractat de inſig. & armis. †
Aduerte tamen, quod quis poteſt grauari, tàm in
contractu, quàm in teſtamento ad deferendum
nomen, & inſignia alterius, vt latè docet Ioſeph.
de ruſtic. dict. cap. 6. num. 56. & ſeqq. Theſaur.
deciſ. pedem. 270. num. primo cum ſeq. vbi nu.
50 9. quærit † nunquid grauatus aſſumere arma ali-
cuius, teneatur ſua derelinquere, & concludit,
51 quod non, vt ibi per eum. † An autem ſpurijs
& naturalibus competat ius deferendi arma, & in-
ſignia ſuarum familiarũ, dic, vt per Bart. in tract.
de inſig. & armis. num. 11. vbi concludit, quod
52 non, ea ratione, quia † baſtardi, & ſpurij non di-
cuntur de familia, ſeu de domo patris, Bart. &
Bal. in l. fin. ff. de verb. ſignif. Alex. in l. ex facto,
§. ſi quis rogatus, num. 53. & ſeq. ff. ad trebell.
Molin. de Hiſpan. primogen. lib. primo, cap. 4.
num. 45. Cardin. Tuſch. pract. quæſt. tom. 5. lit.
N. concl. 13. in verbo naturalis, num. 1. & ſeqq.
Lup. de illegitim. lib. 1. coment. primo, §. 2. nu.
53 21. & ſeqq. Nec nobilitas tranſit in baſtardos,
Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 10 Soc. iun. conſil.
89. num. 19. lib. 2. Alex. conſil. 2. nu. 12. lib. 1.
Burſat. conſil. 52. num. 2. nec poſſunt deferre
inſignia, nec arma paterna, Bal. in l. generaliter,
§. cum autem, num. 5. C. de inſtit. & ſubſtit. &
54 per eos non conſeruatur nobilitas paterna, † imo
dicuntur infames, ſaltem infamia facti, Alex. cõſ.
67. num. 5. lib. primo, & conſil. 128. num. 7 eod.
lib. latè Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 15. per
totum, Peregrin. de fideicom. artic. 22. num. 84.
concludit tamen Bart. d. num. 11. in tuſcia de
55 conſuetudine ſeruari contrarium, & ita videmus
etiam obſeruari temporibus noſtris, vt naturales
ſe faciant nominare de familia parentum, & de-
ferant arma, & vide Ioſeph de Ruſticis, d. cap. 6.
num. 53. vbi poſt Caſſaneum teſtatur, quod in
Francia baſtardi ferant arma parentũ cum quã-
dam burſa, qua incipit à ſiniſtris, & tendit ad
dextram, nõ omitto etiam familiam ſine inſignijs,
& armis grauem ignobilitatem pre ſe ferre, vt per
eundem Ruſticum vbi ſupra, num. 44.

Quod pignora vendita ad incantum communis Papiæ poſſint recuperari infra menſem, & qualiter. Rub. 5.

ITem ſtatuimus, quod pignora, quæ vendentur ad incantum Communis Papiæ per Iudicem exactorem aueris Communis Papiæ. Et per quemcunque alium iuſdicentem, vel magiſtratum Communis Papiæ, vel alium habentem cauſam ab ipſo communi poſſint, & licitum ſit illis, quorum erant dicta pignora vendita recuperare ab emptoribus, qui dicta pignora emerant infra menſem vnum, quo termino elapſo ſit ſecurus. Et ſi infra dictum terminum illi quorum ſunt pignora vendita recuperare velint ea licitum ſit eis ea recuperare, dando dicto emptori precium quod ſoluit emptor Camerario Communis Papiæ, & expenſas, quas fecit pro dicto pignore. ¶ Quibus pretio, & expenſis ſolutis, vel ipſo nolente recipere facta oblatione, conſignatione, & depoſitione, & etiam vltra ſolidos duos Papiæ, pro qualibet libra pretij. Compellatur dictus emptor ad reſtitutionem dictorum pignorum infra dictum terminum ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

Summarium Statuti 5. de regim. Poteſt.

1 *Hoc ſtatutum eſt correctorium Iuris communis, ex quo permittit recuperationem pignoris intra menſem.*
2 *Ratio ſtatuti.*
3 *An pignus poſſit vendi habita fide de pretio, & hoc de iure communi, & quid an vigore huius ſtatuti, & nu. 5. vbi quod ſtante conſuetudine.*
4 *Statutum intelligendum, vt minus corrigat ius commune, quam ſit poſſibile.*
5 *Procurator generalis an vẽdat habita fide de pretio.*
6 *Quid in procuratore ſpeciali.*
7 *An Procurator conſtitutus ad recipiendum mutuum, poſſit obligare dominum conſitendo recepiſſe.*
8 *Quid in procuratore Fiſci, an poſſit habere fidem de pretio.*
9 *An poſſit conſiteri recepiſſe pecuniam.*
10 *Quid in procuratore Eccleſia, & prælato.*
11 *An poſſit conſiteri recepiſſe pecuniam.*
12 *Quid in tutore minorum.*
13 *An tutor poſſit liberare debitorem minoris per ſolam confeſſionem de recepto.*
14 *An exequutor vltimæ voluntatis poſſit habere fidem de pretio.*
15 *An contractus validus ſit habita fide de pretio per Procuratorem, tutorem, & exequutorem, & Prælatum.*

16 An

16 *An prædicta procedant stante contraria consuetudine.*
17 *An creditor possit rem sibi pigneratam vendere habita fide de pretio, & dominium transferre.*
18 *Quibus modis cõsulatur creditori in actione personali captis pignoribus.*
19 *Pignora si emincantur per tertium qualiter consulatur creditori.*
20 *Clausula summariè de plano &c. quid importet.*

Huiusmodi statutum venit ad modificationem Iuris communis, † nam de iure communi facta venditione ad hastã transfertur dominium, & possessio rei venditæ irreuocabiliter, vt notatur in l. à Diuo Pio, §. si post ad dictum pignus, ff. de re iud. id quod in tantum verum esse creditur, si prætium præsente pecunia solutum sit, alias secus, vt subdit ibi tex. d. l. à Diuo Pio, § sed si emptor cum ibi not. sed quia lex communis in hoc videtur
2 aliquantulum rigorosa, † ideo statuentes benignum temperamentum per hoc statutum induxerunt, quo indemnitati vtriusque partis consulitur, prouiderunt enim satisfactioni creditoris per subhastationem, & incantum, ac distractionem pignoris, ita vt de prætio possit creditori satisfieri, & satisfieri habeat, & debeat, & similiter vt debitor qui vno tempore propter varia accidentia, non potuit præparare pecuniam, & satisfacere, si alio tempore habet facultatem prouidendi de pecunijs, vt sæpe numero, & frequenter pluribus accidit, eo casu possit rem pignoratam, & ad incantum venditam recuperare certo quidem, in termino præfixo, id quẽ factum fuit ad securitatem tertij emptoris, quo non secuto intra tempus hoc, re ipsa absolutè vti, & de ea ad libitũ
3 disponere creditor potest. † Sed nunquid statutum nostrum videatur corrigere dispositionem dicti §. sed si emptor, scilicet, vt in casu possint vendi pignora habita fide de pretio, quod tamen secus est de iure communi, dic quod non, & adhoc
4 moueor, † quia statutum debet intelligi, vt minus corrigat ius commune, quam sit possibile, c. cum dilectus de consuetud. Rom. cons. 197. num. 2. Dec. cons. 12. num. 43. cum cæteris de quibus per Surd. cons. 43. num. 6. & decis. 67. num. 17. decis. 9 num. 14. decis. 178. num. 15. præterea hoc videtur expressè colligi in illis verbis in statuto appositis &c. dando dicto emptori pretium, quod soluit saluo tamen quando ex regionis consuetudine receptum esset, vt vendi posset pignus habita fide de pretio, maxime quando emptor non negat emisse, nec allegat soluisse, quæ est ratio dicti tex. in d. §. sed si emptor, & ita seruatur in hac mea Ciuitate, & ita semper obtinui, vt etiam fall. quando creditor consentiret, vt pignus venderetur habita fide de pretio, vt ita per Rott. Roman. fuisse iudicatum testatur Stefan.
5 Gratian. discept. forens. lib. primo, cap. 7. nu. 6. hic non incongrue cadit videre, qui nam possint aliena negotia gerentes vendere habita fide de pretio de quibus latè habetur per DD. in dicto §. sed si emptor. & primo quæro, nunquid procurator possit vendere habita fide de prætio, & firma
5 regulam, † quod procurator generalis possit vendere sine pecunia præsenti habita fide de pretio, Bart. in §. sed si emptor, num. 2. vbi Ias. num. 7. latè Ludouic. Morot. consil. 24. per totum, Aret. in §. vendit. inst. de rerum diuis. Tiraq. de retrac. lignag. §. primo, glos. 18. num. 37. versic. ex quibus fit.
6 † Limita primo non procedere in procuratore speciali, qui nõ potest vendere habita fide de pretio, Bart. in § sed si emptor num. 2. vbi Ias. quod verum est, quando mandatum est limitatum ad vendendum certo prætio, quia tunc censetur ob dilationem minus vendere. l. si prædio, ff. de in diẽ adiec. & Tiraq. dicta glos. 18. num. 35. & seq. vel quando ob dictam causam fit venditio d. §. sed si emptor, alias potest habere fidem de prætio, vbi maxime accedit domini vtilitas, l. qui fundum, §. procurator tuus ff. pro empt. Abb. & Felin. in d. cap. cum olim de offic. de leg. Strach. de mercatur. in tit. mandat. num. 26. Bertazol. dicta clausul. 38. num. 15.
7 † Amplia hanc limitationem, vt si procurator sit constitutus ad recipiendum mutuum à Domino, possit obligare dominum recipiendo pecuniam realiter, non autem confitendo se recepisse, Bart. in l. 2. §. mutui datione, colum. 2. ff. si cert. pet. Alba consil. 269. num. 4.
8 † Limita secundo in procuratore Fisci, l. si procurator, in fine, ff. de Iure Fisci, Bart. in d. §. sed si emptor, num. 3. vbi Ias. num. 14. Idem Ias. in l. quæ acta, num. 18. ff. de officio procurat. Cæs. Pereg. de Iure Fisci, lib. 6. tit. 4. num. 9. quo lo-
9 ci late † adducit solemnitates quæ requiruntur in venditionibus rerum fiscalium, & num. 10. limitat, vt bene possit confiteri habuisse, & recepisse pecuniam, quod etiam tenet Alex. in d. §. sed si emptor, num. 8.
10 † Limita tertio in procuratore Ecclesiæ, Bart. in §. sed si emptor, num. 3. hinc dicimus prælatum Ecclesiæ non posse vendere rem Ecclesiæ habita fide de pretio, vt per Abb. in cap. 2. in fine, de precario, & in cap. cum olim Abbas, vbi Felin. num. 5. de off. deleg. Fabian. in tract. de empt. & vendit. in 16. quæst. 3. quæstionis principalis nu. 31. Bertazol. in tract. de clausul. claus. 38. glos.
11 prima, num. 13 † licet possit sicut procurator Fisci pecuniam recepisse confiteri post Abb. ibidẽ tenet Alex. in d. §. sed cum emptor num. 8.
12 † Limita quarto in procuratore, seu tutore minorum, qui non possunt vendere habita fide de pretio, Bart. vbi sup. num. 3. vbi Alex. num. 7.
13 † sicut etiam non potest tutor liberare debitorẽ minoris per solam confessionem, nisi appareat aliter de numeratione, ita Borg. post plures per eũ allegatos in tract. de tut. & curat. num. 274.
14 † Limita quinto in exequtore vltimarum voluntatum, cui data est potestas vendendi, vt non possit habere fidem de prætio, Bart. in § sed si emptor, num. 3. intelligendo tamen, vt per Alex ibi num. 10. Ancharan. cons. 44.
15 † Intellige tamen has quinque limitationes procedere, quoad translationem dominij, vt non possit procurator spetialis priuati Fisci Ecclesiæ, tutor, ac executor, vendendo rem habita fide de pretio transferre dominium, etiam si pro modica summa sit habita fides, Bart. in l. inciuile, nu. 4. C. de rei vendicati. secus autem quoad obligationem emptoris, & validitatem venditionis, ità post Bart. in d. §. sed si emptor limitat, Alexan. ibidem num 8. Fab. de Mont. in tract. de empt. & vendit. in 16. quæst. 3. quæst. principali num. 32. Bertazol. d. claus. 38. n. 16. & in procuratore
16 Fisci, tenet expressè Pereg. d. tit. 4. nu. 9. Secundo intellige prædictas limitationes non procedere in

in loco, in quo extiterit consuetudo vendendi sine habita fide de pretio, vt per Alex. in d. §. sed si emptor, nu. 7. Castr. cons. 305. visis, & ponderatis, col. 2. vol. 1. idē si talis esse consuetudo domini mandantis, vel procuratoris vendētis, & mandans hoc sciret, vt per Castr. d. loco, & per Bertazol d. clausf. 38. nu. 19. qui idem asserit ex Castren. si procurator fuit coactus id facere, nec potuit resistere ob nimiam reuerentiam, vel esset modica dilatio.

17 † Tertio intellige predicta non procedere in creditore, qui potest rem sibi pignoratam vendere, & transferre dominium habita fide de pretio l. elleganter, §. si vendiderit, ff. de pign. act. Alex. in d. §. sed si emptor. n. 9. Cætera ad hāc materiā pertinentia videas per DD. in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, Stefan. Grantian. discept. forens. lib. 1. c. 7. & Doct. supra citatos, nolui .n. hæc prætermittere cum valde vtilia sint, & sępe eueniant in practica illud addend. quod in casibus in quib. ex iuris, vel statuti dispositione quis cogitur vendere; non tenętur habere fidem de pretio. Tiraq. dę retract. lignag. §. 1. glo. 3. in princ. post glo. in l. 1 in verbo necessitatem, C. de comun. seru. manumiss.

In verbo [pignora] sciendum est, quod de iure

18 cōmuni † captis pignoribus in actione personali quatuor modis succurritur creditori, vt sibi satisfiat de quibus p pract. Papiensē in forma execut. sententiæ diffinitiuę in prin. nu. 20. primus est. q vbi pignora non sint equiualentia pro satisfactione totius debiti, dentur creditori facta extimatione iuxta valorem, & estimationem ad concurrentē quantitatem eius crediti, reseruato iure creditori pro residuo crediti, & in hoc debet esse cautus creditor, secundū eundē Pract. Papiens. vt semper faciat declarari quātitatē pro qua accipit pignus iuxta doctrinam Bar. in l. à diuo Pio, §. si pignora ff. de re iud. alias enim si simpliciter acciperet pignus in solutum, non expressa quantitate præsumeretur accepisse pro toto credito, nec vlterius daretur sibi regressus pro consequutione restantis crediti; Secundo, quod bona licitentur, & vendantur ad hastam, quæ autem seruanda veniant, in hac licitatione videas pes Soc. qui dat pract. cons. 37. col. 3. in fin. & seq. vol. 4. relatum per Marant. in praxi iudic. in verbo, & post omnia aduertatur circa exequtionem nu. 19. Afin. in sua praxi iud. §. 7. cap. 5. lim. 11. num. 10. cum seqq Tertio quod vbi non reperiatur emptor dentur creditori pro iusta quantitate veri pretij. Quarto, quod si pignus consistat in re immobili, quod ipse creditor pignus possideat, & fructus ex eo colligat, hoc tamen remedium non est valde vtile cum fructus veniant cum debito cōpensandi. l. 1. C. de distract. pign. l. 1. in fine, ff. de pignor. actione, ita etiā hos modos tradit Rebuf. in tract. de litteris obligator. art. 11. gl. vnic. vbi etiā addit alios tres modos de quib. per eum sequitur Carp. in add. ad stat. Med.

19 cap. 166 nu. 16. cum seq. † Sed dubium est, quid si bona pigno[r]ata euincantur per tertium quo remedio con[su]latur creditori, & dic quod ei succurr[i]tur, vt [po]ssit denuo agere contra debitorem in[tentando] primęuas actiones, & iura, quę sibi in ta[li casu] salua sūt, ita Pract. Pap. in d. forma exequt. [sent. d]iffinit. in princ. nu. 24. vbi sequitur Afflict. [decis.] 7 num. 5. & decis 16. num. 3. vbi Vrsillus in [addit]. cum pariter nu. 3.

In verbo [summariè de plano &c.] adde quod

20 dicta † clausula intelligitur secundū dispositionē clementinæ sæpe extra de verborū sign. ita disponente stat. Pap. in ciuilibus nu. 137. & hoc ad tollendas varias disputationes, quæ superinde fieri possunt considerata huius clausulæ dispositione secundum ius ciuile, prout habetur in extrau. ad reprim. vbi Bar. & p Maran. in prax. de ord. iudic.

Quod ex pensæ non exigantur ab eis qui fuerunt pignorati postquā soluerint. R. 6.

Item statuimus, quod si alicui homini, vel personæ, collegio, vel vniuersitati Papiæ, vel de terra Papiæ, fuerint pignora accepta pro suis fodris, talleis, datijs, & alijs oneribus, ei, vel eis impositis, vel imponendis per Iudicē exactorē aueris Cōis Papiæ, vel per aliquem iusdicentem, vel officialē Communis Papiæ. Et ostendiderit per publicum Instrumentum confessionis, vel per cancellaturam factā, vel per librū introitus camerarij in libris camerarij, se soluisse, id quod ab eo, vel ab eis petitur, vel siue cuius occasione sint, vel fuerint pignorati, teneatur potestas, & Iusdicens d. pignora taliter accepta, & excussa ei, vel eis restituere, vel restitui facere. Postquā constiterit dictos excussos, seu pignoratos soluisse: & hoc teneatur facere absq; aliqua prestatione pecuniæ inde fienda ab his, qui sic fuerunt excussis, seu pignorati. Eodem modo intelligatur de his, qui minime tenentur ad solutionem onerū postquam docuerint legitime se non teneri ad solutionum dictorum onerum.

Summarium statuti 6. de regimine Potest.

20 *Onera ordinaria, quæ dicantur.*
21 *Solus Imperator imponit onera ordinaria.*
22 *Mensuale an dicatur onus ordinarium.*
23 *Ecclesia an teneat ad refectionẽ murorũ, & pontiũ*
24 *Forensis tenetur ad onera patrimonialia.*
25 *Collecta quæ dicantur.*
26 *Forensis tenetur etiam ad collectas de consuetudine generali, non de iure communi.*
27 *Onera si æqualiter non distribuantur, ad quem recurrendum.*
28 *Iuramentum, an legitima probatio.*
29 *Probationis appellatione simpliciter prolata intelligitur de legitima.*
30 *Probatio quæ fit per confessionem, an legitima probatio dicatur.*
31 *An probatio semiplena iuncto iuramẽto dicatur legitima.*
32 *Iuramentum decisiuum vim legitimæ probationis habere.*
33 *Item dicitur legitima probatio, quoad tollendam fugam.*
34 *Item dicitur legitima probatio, quoad ea, quæ in animo consistunt.*
35 *Iuramentum de iure communi, vel etiam statuti, potest haberi pro legitima probatione.*
36 *Quid veniat appellatione legitimæ probationis.*

1 D hoc statutum facit statutum 151. in ciuilibus, quo cauetur, quod si ille cui fuerit facta exequtio ipsa exequtione facta, probauerit in toto, vel in parte solutionem, vel liberationem, seu aliud, quod ille, qui exequtionem fieri fecit condemnetur, & puniatur in duplum, & ipsa perueniat in exequtionem passum; additur etiam, quod habetur in Nouis Constit. Mediolani, in tit. de Iudic. cap. si per apparentem, §. satisfacto creditore, vbi statuuntur 30. dies vtiles debitori, post passam exequtionem, ad probandum indebite exactam fuisse pecuniam, vel indebitum solutum, & quod probatio sit admissa ipso iure, & facto, & facta tali probatione disponunt Nouæ Constit. ibidem, quod cogatur creditor ad duplum eius, quod indebitũ exactum fuerit, restituendum, nisi in credito alij successerit, & de eius mala fide non appareat; quoad exactum indebite, tamen tenetur, & hoc vltra alia remedia competentia, tam creditoribus, quam debitoribus, ex statutis Ciuitatum, & locorum; limitant tamen non procedere in forensibus non suppositis iurisdictioni eius Iudicis, coram quo vti voluerint, nisi parte citata, ante omnia renuntiauerint priuilegio fori, & fideiussorem præstiterint de promissis adimplendis, & soluendis expensis; sed hæc videntur procedere quando exequtio fit contra aliquem, ad instantiam alterius
2 priuati, & pro debito priuato † Verum hoc statutum 6. de regimine potestatis vindicat sibi locum quando indebita exequtio fit pro taleis, datijs, & oneribus, vt clara sunt verba statuti huius, & exequtor si excedit, vel pignora indebita accipit, tunc etiam videtur sufficere, quod Prætor restituifaciat pignora sine impensa, postquam ille, qui exequutionem passus est probauerit per publicũ instrumentum, vel librum exactionis se soluisse id quod ab eo, vel eius occasione fuerit pignoratum.
3 Imo ex statuto 110. infra in ciuilibus per † quod vltra restitutionem rei pignoratæ imponitur exequtoribus pæna solidorum quadraginta Papiensiũ pro qualibet vice, & ei indicitur pæna catennæ per diem, & vlterius pænæ capi, seu standi in vinculis, in compedibus, & disponitur etiam, quod stari debeat sacramento pignorati, vel derobati, pro rebus indebite pignoratis, vel sequestratis; quodq; iudex maleficiorum teneatur facere exequtionem, ea die, vel sequenti postquam fuerit requisitus; & statim restituere facere derobata; & quia vsu cognitum est satis non fuisse prouisum per iura municipalia indemnitati eorum; quibus fit exequutio indebita, ideo accessit dispositio Nou. Const. Mediol. in tit. de exequt. & famul. iusdic. ex quibus datur forma exequtorib. seruanda in exequtionibus faciendis, quã nisi seruauerint cadunt in pænam aureorum decem, pro quolibet, & qualibet vice, Fisco applicandã, & alia grauiori pæna etiam corporali arbitrio Iudicis; & eo amplius disponunt Nouæ Const. quod pignora ablata restituantur sine impensa, illico, & sine mora, & resarciantur impensæ pignorato, iuxta eius iuramentum, nullumq; publicum offitium exerceant tales equtores, sub pæna ictuum trium æculei, vel fustigationis arbitrio iudicis, quam pænã augent Nouæ Const. ibidẽ in c. exequutores si exequtiones faciant in rebus prohibitis pignorari ibidem expressis apponitur enim pæna aureorũ quinque, quos si non soluerint infra tres dies fustigentur, vel ictibus tribus eculei plectãtur procediq; possit contra eos de robbaria, ac si præceptum Iudicis non haberent, si Iudici videatur, & ablata restituantur sine impensa, sub pæna Iudici retentionis salarij trium mensium. † Circa vero has fraudes 4
quæ fiunt per famulos exequtores, ac in ipsis exequtionibus faciendis cognoscere potest etiã collateralis generalis, & quod ordines in eã causam facti obseruentur, poteritq; eos punire iuxta ordinum formã; & in præmissis omnib. iusdicere habet sumarie, de plano, sine strepitu, & figura iudicij ipsa facti veritate attenta, vt disponunt Nou. Cõst. Mediol. in tit. de off. Collat. generalis, c. & item
5 cognoscat, & c. fi. Itẽ statuimus] † hoc statutum fundatur in dispositione l. bona fides, ff. de reg. iur. qua cauetur quod bona fides non patitur, vt bis idem exigatur, prout etiam est tex. in l. Senatus, ff. de accus. ponderatus per Bal. cõs. 278. lib. 4. & ante cõs. 28. eod. lib. 4. & 291. lib. 3. Nata cons. 193. Visis scripturis, qui loquitur de duplici collecta pro eodem re exigenda, Alex. l. nec intentio. C. de transact. & in l. in depositi, col. 2. ff. de re iudic., & l. si à furioso, col. pen. & seq. ff. si cert. pet. & hoc statutũ iustũ, & equum est, si obseruaretur, & Iudex ordinarius deberet operam dare, vt seruetur, quia isti exequtores bis, & pluries quotidie vexant debitores publicos, & cũ maximo dispendio sub-
6 ditorum; quã iurisdictionem etiã habeant isti exequtores, nec ne, tradunt DD. in l. missi opinatores, C. de exact. & in l. 2. C. de canon. largit. vbi DD. & est plena decisio Francisci Marci in ordine 204. quæritur, an Thesaurarius in 2. parte eos dici nudos ministros nullamq; habere iurisdictionem.

In verbo [pro suis fodris datijs, & taleis, & oneri-
7 bus] scias ꝓ declaratione huius verbi [onerib.] ꝙ onerũ tria sunt genera, quædam dicuntur mere realia, quædã personalia, quædã mixta, l. rescripto §. fin. ff. de munerib. & honorib. Bart. Ias. & cæteri DD. in l. placet, C. de sacros. eccles. Menoc. cõs. 9. n. 14. Lancil. Galia late cons. 49. per totũ post Bar. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. Abb. in
8 cap. non minus, vbi DD. de immun. eccles. † Onera mere realia, quæ alio nomine appellantur patrimonialia sunt illa, quæ imponuntur pro rebus nulla habita contemplatione personæ, & istud cõ-

muni nomine appellatur tributum, vt per Iaſ in
l. placet in 2. lect. nu. 6. C. de ſacroſ. eccleſ. & in
hoc dominio exemplificatnr in onere menſualis,
quod ſoluitur pro bonis allibratis, & deſcriptis in
9 æſtimo, vt Gal. d. conſ. 59. D. Coſta conſ. 1. & † ad
huiuſmodi onera tenentut etiam forenſes pro re-
bus exiſtentibus in territorio, l. reſcripto, §. fin. ff.
de mun. & honorib. ad glo. l. vnica, C. de mul. &
in quo loco mun. lib. 10. Alex. conſ. 101. nũm. 3.
10 lib. pri. † Onus mere perſonale illud eſſe dicitur,
quod labore corporali explicatur ſine detrimẽto
rerum. Abb. in cap. non minus nu. 12. de immun.
eccleſ. vbi latè de iſtis tribus ſpeciebus munerum,
ſiue onerum, vel melius eſt illud, quod imponitut
perſonæ, nulla habita contemplatione rerum, vel
patrimonij, & poteſt exempiificari, quando im-
penſa imponitur per capita, vel per fumãtes, & iſta
appellatur proprie capitatio, quæ ſoluitur per Ru
ſticos, non autẽ per Ciues, l. ætatem, ff. de cenſibus,
l. vnica, C. de capit. ciuiũ cenſibus exim. Bart. in l.
1. nu. 23. C. de mul. & in quo loco mun. lib. x. poteſt
etiam exemplificari in hoc Dominio in ſalarijs
Prætorum, Medicorum, & cæterorum officialiũ
item in onere ſalis, huiuſmodi enim onera dicun-
tur perſonalia, Boſſ. in tit. de Princ. & priuil. eius
num. 100. cum ſeq. Gal. d. conſ. 49. nu. 4. & n. 45.
11 cum ſeqq. † Tertiũ dicitur onus mixtum, & iſtud
eſt illud, ꝙ imponitur perſonæ pro rebus, & habita
ratioue ad res DD. in d. l. placet, & Abb. in d. cap.
non minus, nu. 17 & iſtud exemplificari poteſt in
12 hoc Dominio in taxis æquorũ, † cum munus ta-
xarum ęquorum dicatur mixtũ, Bellon. conſ. 12.
nu. 3. 9. & 10. ac 15. ad finẽ, Crau. conſ. 972 ante
nu. 7. Gallia d. conſ. 59. nu. 56. verſ. quo vero ad
quartam ſpeciem, Alba conſ. 322. lib. 1. Coſta cõſ.
1. Plot. in repet. l. ſi quãdo, n. 27. vbi ponit quãdo
13 † habuerint originem. & ait, ab hoſpitationibus
militum, cum .n. olim per loca Status Mediol. di-
ſtributi eſſent æqui, & milites, vt inde alimenta, &
forte etiã ſtipendia acciperent; id quod moleſtum
incolis eſſẽt tranſactum fuit, vt tantũ pecuniæ ero-
garetur, & milites ſibi ipſis omnia ſubminiſtrarẽt,
Crau. conſ. 972. nu. 7. Gal. d. conſ. 59. nu. 60. quæ
pariter onera dicuntur iuxta Bellon. d. conſ. 12.
iſtæ autem taxe ęquorũ in hoc Dominio; non ſol-
uuntur niſi per rurales, & diuiduntur hoc modo,
nam æſtimantur, & cenſentur capita ruralium, ac
eorum bona immobilia, & duæ partes ex tribus
taxarum æquorum imponuntur ſuper bonis im-
mobilibus ruralium. Tertia pars ſuper capitibus,
ſeu teſtis ipſorum ruraliũ, & ita debet ſeruari de
oneribus additis, & ab his dependẽtibus, & ita ſem
per fuiſſe ſeruatum in Dominio Mediol. ac in Prin
cipatu Papiæ, ac Comitatu Alexandrino Cremo-
nenſi, Nouarienſi, teſte idemmet Plot. in d. repet.
l. ſi quando in repertorio in verbo onus taxarum
ęquorum, licet in multis oppidis, ac villis taxę
equorũ aliquando diſtribuuntur ſolum ſuper bo-
nis, aliquãdo ſolũ ſuper capitibus. Itẽ munerũ, ſeu
onerum quædã ordinaria, quædã extraordinaria;
ordinaria ſunt, quæ habent certã, & determinatã
præſtationem à lege, vel à ſuperiore impoſitã,
Bar. in l. 1. C. de vaccat. mun. lib. x. Iaſ. in l. placet
nu. 6. vbi Parpal. num. 104. C. de Sacroſ. eccleſ.
Extraordinariũ vero, quod per accidens indicitur
Menoch. conſ. 297. nu. 8. & 9. Gal. conſ. 59. n. 15.
vbi nu. 16. ait talem diſtinctionem ſublatam.
Sed quæro an ſtatutũ noſtrũ loquens de onerib.
14 vindicet, † ſibi locum, in omnibus iſtis tribus
ſpeciebus onerũ, dic quod ſic, cum ſimpliciter lo-
quatur de alijs oneribus, & ſtatutũ loquens gene-
raliter debeat etiã generaliter intelligi, l. de pretio
ff. de public. l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præſt. Alex.
conſ. 49. nu. 12. lib. 1. & cõſ. 55. nu. 8. circa finẽ,
eod. lib. Idem conſ. 111. nu. 11. ac conſ. 115. nu. 6
lib. 7. & conſ. 196. nu. 2. lib. 6. Dec. conſ. 451. n. 5.
In verbo [per librum introitus Camerarij] nota,
15 quod † libri eorũ qui de publico elliguntur fidẽ
faciunt, l. quædã, §. numullarios, vbi Bart. ff. de
edendo, Alex. conſ. 136. nu. 2. lib. 2. Hinc dicimus
16 † credi libris eorum, qui elliguntur de publico ad
colligenda onera, & collectas, vt diſponitur hic, &
habetur per Iaſ. in d. §. numullarios, num. 8. Alba
conſ. 453. & 789. nu. 20. Alex. conſ. 186. nu. 6. lib. 2.
17 & conſ. 85. nu. 2. lib. 3. † Item creditur libris ęſti-
mi, quoad præiuditium illorũ; qui ſe deſcriptioni
d. æſtimi conſeruat Alex. conſ 10. nu 5. lib. 4. Ma-
ſcard. de probat. concl. 273. in verbo celeſtium, nu.
39. maxime quando eſt facta ſolutio, Ruin. conſ.
40. lib. 4. Alb. conſ. 6. nu 8. & conſ. 16. nu. 7. Burſ
conſ. 80. nu. 1. Peregr. de fideic. art. 44. nu. 2. &
pleniſſ. an, & quando liber ęſtimi probat, tradit
Nicol. genua in tract. de priuat. ſcript. lib. 5. fol.
18 273. cum ſeqq. plurib. tit. de libris æſtim. † An
autem liber rationum eius, qui publicam artem
exercet abſque officio contra tertium, & pro ter-
tio faciat plenam probationem regulariter; & dic
quod ſic, prout poteſt exemplificari in libris Mer-
catorum, nam tales libri pro tertio, & contra ter-
tium ſemiplene probant; Auus matern. Rip. in l.
admonendi, nu. 130. verſic. tertia concluſio, ff. de
iureiur. & videas latè circa hãc materiã, p Menoc.
de arbitr. iud. caſu 91. & ſeq. vbi latè tractat de fi-
de lib. mercat. numullariorũ, & argentariorum, &
quia locus eſt pleniſſimus ad illũ lectorẽ remitto.
& per Maſcard. de probat. concl. 976. & ſeq. ple-
nius per Nicol. Genua in tract. de priuat. ſcriptur.
lib. 4. per totũ, vbi non ſolũ de libris. Mercat. c. 21.
& ſeq. agit, ſed de omni libro rationum dñorum,
tutorũ, ſociorũ, ſindicum Ciuit. & ſimilium agit.
In verbo [de his qui minime tenentur ad ſolu-
19 tionẽ onerũ] huius, occaſione in primis quæro †
nunquid eccleſia, teneatur ſoluere onera; & dic, ꝙ
aut loquimur in munerib. ordinarijs, & tunc tene-
tur ſoluere eccleſia, aut in extraordinarijs mune-
ribus & nõ tenetur, ita DD. cõmuniter in l. placet,
vbi etiã Bar. in 2. lect. n. 59. Caſtr. n. 4. Iaſ. in 1. lect.
nu. 13. & in 2. lect. n. 20. C. de ſacroſ. eccl. latiſſime
20 Lancill. Gallia conſ. 59. vbi pulchrè circa hoc, †
quæ autẽ dicãtur munera ordinaria; dic in primis
eſſe tributũ, ꝙ ſoluere tenetur eccleſia etiã de iure
canonico 11. q. 1. c. tributũ, Iaſ. in d. 2. lect. nu. 20.
21 † Et ſcias, ꝙ ſolus Imperator poteſt imponere
munera ordinaria, cętera quę imponuntur per in-
feriores quocunq; modo dicãtur extraordinaria,
& ad ea minime tenetur Eccleſia, ita Iaſ. in d. l.
22 placet in 2. lect. nu. 8. & 22. An autem † menſuale,
quod hodie ſoluitur pro bonis allibratis, & deſcri-
ptis in æſtimo, ſeu cataſtro ſit munus ordinariũ,
vel extraordinarium, dic quod eſt extraordina-
rium, vt per Galliã dicto conſil. 59. vbi etiam po-
nit, an dicatur munus mere reale, quo loci etiam
ponit, ad quæ munera teneatur Eccleſia ſuc-
23 cedens priuato. † An autem Eccleſia teneatur
ad refectionem ſuorum pontium murorũ, & alio-
rum, quæ recipiunt publicam, & promiſcuam vti-
litatem, dicunt aliqui, quod ſic per l. ad inſtru-
ctionem, de Sacroſ. Eccleſ. l. ad reparationem, C.

de aquæduct. lib. 11. Alex. conf. 68. num. 13. lib. 2. Auus Matern. Rip. in tract. de peste, in tit. de remed. ad conseru. vbertatem, nu. 234. & respõs. primo, in tit. de muneribus, & honoribus, in 2. dubio, Chacher. decis. 68. Remig. de caritatiu. subsid. q. 62. nu. 36. cum seqq. plurib. Gallia d. cõs. 59. n. 52. Contrarium videtur tenere, Ruin. cons. 11. nu. 16. lib. 5. & alij de quibus Gallia. d. cõs. 59. nu. 53. cum seq. Rol. à Val. cons. 32. nu. 7. lib. 1. Bursat. plene cõs. 186. fere per totũ. Verior videtur prima opinio, dũmodo cõcurrant illa sex requisita de quibus per Gall. d. cons. 59. nu. 55. cũ seqq. primo nempe, ꝙ adsit magna necessitas, secundo cõmunis & promiscua vtilitas; tertio, ꝙ laici nõ sufficiant; 4. ꝙ totus clerus vocetur, vt cõsentiat; 5. ꝙ imponatur Sũmo Pontifice consulto; 6. quod cogantur ab Episcopo, vel suo superiore alij ad quatuor redigunt; primo, quod causa concernat publicam vtilitatem promiscuã; secundo, quod sit immediata; tertio, quod in subsidium fiat, quia vires laicorũ non sufficiant; quarto, quod à Iudice ecclesiastico compellantur, Bart. cons. 180. Albani late de immunit. eccles. nu. 87. Menoch. consil. vltimo, lib. 10. Surd. cons. 301. num. 3. & seq. & cons. 490. lib. 4. Camil. Borel. cons. 74. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 97. num. 5. Decian. cons. 14. nu. 19. lib. 1. Petr. Cabal. resol. crimin. cas. 9. D. Cost. de remed. subsid. remed. 93. Secundo quæro nunquid forensis, teneatur ad solutionem onerum, distingue. Aut loquimur de muneribus patrimonialibus, & tenentur etiam forenses pro rebus existentibus in territorio, l. scripto, §. fin. cum glo. ff. de mun. & honor. l. 1. C. de mul. & quo loco lib. 10. Alex. consil. 101. num 3. in fine numeri, lib. primo. Aut vero loquimur de
25 collectis, † quæ dicuntur munera personalia, quæ imponuntur personis pro rebus, l. rescripto, §. fin. cum ibi not. ff de mun. & honor. Alex cons. 101. num. 3. lib. primo, & non habent certam, & indubitatam formam, sed vtilibet imponuntur secundum occurrentes necessitates, Ias. in d. l. pla-
26 cet, in prima lect. num. 4. Et dic quod † de iure forenses non possunt collectari, nec tenentur ad collectas de consuetudine tamen fere in omnibus Ciuitatibus Italiæ, collectantur, ita Ias. dicto nu. 4. Gabr. in suis communibus, in tit. de iure immunit. concl. 2. Alba cons. 407. nu. 2. & 8. & cons. 26. n. 2. Crau. cons. 111. nu. 15. & 195. col. 1. Natt. cons. 160. nu. 6. & seq. Festas. de collect. part. prima, nu. 24. & part. 2. cap. 2. nu. 43. Grat. cons. 61. nu. 38. Neuiz. cons. 66. nu. 16. Lancel. Gal. cons. 68.
27 nu. 20 & seqq. † Aduerte tamen, quod si onera, vel collectæ non distribuantur æqualiter secundũ veres patrimonij fit iniuria, & appellandum est ad Principem, & fit reuocatio eius, quod indebitè solutum est Alba cons. 401. nu. 5.

In verbo [postquam docuerit legitime] quæro
28 † quid si quis probauerit per iuramentum se non teneri ad solutionem onerum, an sufficiat, & dic, quod non, cum iuramentũ non sit legittima probatio, glo. in l. cum de indebito in princip. in verbo legitimis, ff. de probat. Ias. in §. quadrupli, nu. 40. instit. de act. vbi nu. 42. quærit an, & quando dicatur vera probatio, & in l. si quando, nu. 8. C. vnde vi, & in l. fin. §. licentia, C. de Iure delib. & in repet. l. admonendi, num. 282. ff. de iure iur. Plot. in repet. l. si quando, num. 56. cum seqq. C. vnde vi, Dec. in rubr. nu. 109. de probat. Mascar. latè de probation. q. 9. lib. primo, vbi latè de probat. per iuramentum. Quod ampliatur procede-
29 re, etiãsi † statutum non vteretur hoc verbo [legitime] sed solum simpliciter dixerit, docuerit; nam adhuc non posset fieri probatio per iuramentum, cum appellatione probationis simpliciter prolatę intelligatur de legitima, Ias. in d. §. quadrupli, nu. 41. Dec. in rub. num. 134. cum seqq. de pro-
30 bat. † Amplia, vt nec etiam probationis appellatione, veniat probatio, quæ fit per confessionem, cum ea non sit species probationis, sed per eam quis ab onere probandi releuetur, Dec. in rub. nu. 27. de probat. Anchar. iun. in suis quæst. famil. quæst. prima, num. 9. cum seq. part. prima, plene Mascard. de probat. lib. primo, quæst. 7.
31 † Amplia vt probationis legitime appellatione, nõ venit probatio semiplena cũ iuramẽto, glo. in l. cũ de indebito in princip. in verbo legitimus, ff. de probat. Alex. in cons. 119. nu. 9. vbi Appost. lib. 2.
32 † Limita regulam, quæ se habet, quod iuramentum non sit legitima probatio, vt bene aliquando habeat cum plene probationis, prout est in iuramento litis decisiuo, vt per Gomez. in §. si quis postulante, num. 5. instit. de act. post Ias. ibi.
33 † Limita secundo procedere quo ad tollendam præsumptionem, quam facit fuga contra fugien-
34 tem, DD. in l. fin. de req. reis † Limita tertio in his quæ in animo consistunt, glo. in §. aliæ, vbi Ias. instit. de act. Idem Ias. in l. quædam puella, n. 10.
35 cum seqq. ff. de iurisd. omn. iud. † Limita quarto in casibus in quibus de iure communi, vel ex forma statuti, iuramentum habetur pro plena probatione, nam tunc in illis casibus iuramentũ dicitur proprie probatio, ita Plot. in repet. d. l. si quando nu. 57. vbi infert, quod stante statuto volente credi iuramento damnum passi, quod aliud statutum loquens de probatione damni, intelligitur de probatione, quæ fit per iuramentum, vt ibi per cum,
36 Dec. in rub. num. 121. cum seq. de probat. † Sed quæro quid veniat appellatione legitimæ probationis, & dic quod venit probatio, quæ fit testibus, vel instrumẽtis c. forus, §. causa, de verb. signif. & vlterius patrocinio nõ indiget, ita Dec. post Felin. in rub. n. 144. vers. secũda conclusio de probat. vbi n. 145. infert probationẽ, quæ fit ex præsumptionibus, & coniecturis, non dici legitimam.

De pignoribus consignandis ad Cameram Communis Papiæ. Rub. 7.

Item statuimus, ꝙ omnes Officiales Cõis Papiæ præsẽtes, et futuri, qui aliquẽ pignorauerint, seu pignorari fecerint occasione aliqua dicti cõis, vel inobedientiæ, vel contumaciæ dicti officialis, vel aliqua quauis ratione, præterquã si fieret ad postulationẽ alicuius creditoris: teneantur, & debeant dicta pignora ea die qua fuerint, ac cepta si fuerint in Ciuitate, vel ea die qua venerint ad Ciuitatẽ: & si dicta pignora accepta fuerint in districtu, illa procurari facere poni sub debito sacramenti ad Camerã Cõmunis Papiæ. Saluo quod prædicta locum non habeant in extraordinario officio Vicarij Domini potestatis Papiæ.

Sum-

Summarium ſtatuti 7. de regimine Poteſt.

1 *HOC ſtatutum concurrit cum Nouis Conſtit. Mediolani in tit. de exequtione, & familia iuſdicentium, c. 1. §. cum executores.*

2 *Executores quid tenentur ſeruare in pignorando aliquem, vbi enumerantur duodecim requiſita.*

3 *Contumax verus poteſt mulctari non fictus.*

4 *Ante mulctam quis debet prius citari ad allegandum, quare mulctari non debet.*

5 *Contumax verus, & qui fictus, vbi exemplificatur nonnullis modis.*

6 *Mulctare, qui Iudices poſſint.*

7 *Quid in delegato Principis, an poſſit mulctare.*

8 *Quid in magiſtratu municipali.*

9 *Quid in delegato ab Ordinario.*

10 *Quid in arbitro.*

11 *An ij, qui non habent iuriſdictionem, ſed ſolum administrationem, vel gubernationem, poſſit mulctare, & exemplificatur in Iudice annonæ Papiæ.*

12 *An Iudex cogatur mulctare.*

13 *Plura remedia competentia iudicibus aduerſus contumaces, & innobedientes.*

14 *Mulcta qualis eſſe debeat.*

15 *Qualiter puniatur Officialis aliquem indebite mulctans, & quid ſi excedat modum, & quid in dominio Mediolani.*

16 *An poſſit appellari à mulcta, & quid à comminatione mulctæ.*

1 HOc ſtatutum † eſt conforme cum Nouis Conſtit. Mediolani in tit. de execut. & familia iuſdicentium, c. 1. §. cũ exequtiones fuerint, quibus cauetur exequtores poſt factam exequtionẽ minime poſſe pignora ablata penes ſe retinere, vel ea vendere, vel pignorare, ſed teneri ea deponere ſi fecerint exequtionem in Ciuitate penes Antianum, vel vicinum; ſi verò extra penes Conſulem, vel vicinum illius loci, in quo facta fuit exequtio ſub pœna aureorum duorum Fiſco applicandorum, & ponen-
2 di ad catennam. Scias autem, quod adhoc † vt exequtores poſſint aliquem pignorari hæc omnia ſeruare debent, in hoc Dominio; primo debent habere præceptum exequtiuum penes ſe, ſignatum manu Iudicis, qui conceſſit exequtionem. Secundo illud tenentur oſtendere parti. Tertio in actu executionis tenentur illius copiam dimittere penes paſſum exequtionem. Quarto ſi executio ſit realis non debent facere niſi in præſentia Antiani, vel Conſulis, aut eis deficientibus duorum vicinorum. Quinto tenentur pignora ablata deponere, non autem penes ſe retinere, vt etiam habetur in ſtatuto noſtro. Sexto non debent facere executiones in rebus prohibitis de quibus in dicto tit. de executione cap. 1. §. cum exequtiones, vbi latè enumerantur res, in quibus prohibentur fieri executiones, & habetur etiam inf. ſtatuto ciuili 104. vſque ad ſtatut, 111. & etiam in rebus dotalibus, ſiue paraphernalibus. Septimo tenentur præcepta exequiri in Ciuitate ſaltem intra duos dies, ſi extra per decem milia paſſus ſaltem intra quatuor, & abinde ſupra infra ſex dies. Octauo facta executione perſonali, ex cauſa ciuili debent detentum antequam ducant ad carceres conſignare Iudici ad effectum ſi vellit poſſit allegare vt ſupra quare non potuerit, capi. 9. non poſſunt facere exequtiones perſonales pro debitis, tam publicis, quam priuatis, in conducentes victualia ad Ciuitates, tam in eundo, quam in redeundo, nec in confinibus palatij prætorij, nec in domibus, vel Eccleſijs, nec de nocte, quæ incipit poſt 24. horam, 10. non accipiant vltra mercedem ſibi debitam, etiam à ſponte dantibus; nec partes moneant, nec dilationes dent &c. Vndecimo tenentur pignora ablata, ſi in Ciuitate intra vnum diem, ſi extra intra tres dies, deſcribi facere apud acta Iudicis, hæc omnia habentur in Nouis Conſtit. Mediolani, ſub tit. de execut. iuſdic. & fam. per totũ, Additur duodecimo, vt non poſſint pignorare, vel derobare maiora pignora, quam releuat debitum cum expenſis, alias poſſit eis etiam de facto reſiſti. Iaſ. in §. quadrupli, num. 4. cum addit. ibi inſtit. de act. Paris de Puteo, in tract. de ſyndic. in verbo Iudex, & in verbo iuſte, Guid. Pap. q. 329. nu. 1. ad finem cum alijs de quib. per Carpan. in addit. ad ſtatuta Mediolani, cap. 166. nu. primo, verſiculo ſi hæc non ſeruauerint.

In verbo, [vel inobedientiæ, vel contumatiæ,]
3 quæro, an † ratione contumatiæ quis mulctari poſſit; & dic quod ſic, quando contumatia eſt vera, ſecus autem ſi ficta, ita Bart. in l. vnica, §. fin. num. 4. verſiculo, & hoc dicebat, ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. vbi Alex. nu. 11. cum ſeq. teſtans de communi, & Cagnol. nu. 20. Maranta in tract. de ord. iud. in 6. parte de contum. num. 9. late Rol. à Valle conſ. 47. nu. 16. cum ſeq. lib. 2. Aduerte ta-
4 men, quod † licet contumax verus poſſit mulctari requiritur quod antequã mulctetur prius citetur ad ſe excuſandum, & allegandum cauſam, quare mulctari non debeat l. 2. vbi Bart. nu. 17. & ibidem cęteri DD. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, Boſſ. in tit. de mulctis nu. 6. Clar. in §. fin. praxis crimin. quæſt. 44. num. 8. verſic. vnum tamen ſcias, Pract. Papienſis in forma inquiſitionis in gl. debitum, nu. 4. Ant. Gabr. in ſuis comun. in tit. de citationibus concl. prima, nu. 160. ampliat 7. Rol. à Valle,
5 conſ. 47. nu. 6. lib. 2. † Sed quæro quis dicatur verus contumax, & quis fictus, & dic ſecundum Bar. in l. fin. ff. de integr. reſtit. minorum, quod contumax verus eſt ille, qui fuit citatus perſonaliter, & dixit nuntio ſe nolle comparere; nam tunc dicitur eſſe in dolo vero; ſecus autem ſi tacuit, & non venit, nam tunc diceretur fictus, vt per Natam conſ. 17. nu. 4. contumax vero fictus eſt ille, qui nedum citatus tacuit, & non venit, ſed etiam, qui dixit ſe nolle venire, ſed poſtea pœnituit, & voluit venire, ſed fuit impeditus, ideo non venit; ſed quando fuit citatus perſonaliter, ad eius tamen notitiam peruenit citatio, vel quando ad eius notitiam non peruenit citatio, nec fuit citatus perſonaliter, ita pulchre declarat Odd. de reſtitut. in integr. parte 2. q 82. art. 7. nu. 81. cum ſeq. videas etiam Marant. in ſuo ſpeculo in verbo aduertas
6 circa contumatias. † Sed quæro quis poſſit mulctare, & dic quod omnes magiſtratus habentes iuriſdictionem contentioſam poſſunt mulctare, l. 1. in principio, vbi DD. ff. ſi quis iuſdic. non obtem. ratio eſt, quia mulctare eſt iuriſdictionis. Iaſ. in dicta l. prima, num. 16. Amplia regulam, vt ne-
7 dum procedat in Iudice ordinario † ſed etiam in delegato Principis, qui ex magis cõi DD. opinione mulctare poteſt, Abb. in c. de cauſis, num. 11. vbi

Felin. nu. 9. Dec. nu. 13. de offic deleg. Alex. in d. l. vnica, in princ. nu. 14. vbi Iaf. num. 20. & Cagnol. num. 58. Rol. à Valle conf. 47. num. 74.
8 lib. 2. † Amplia 2. procedere in magistratu municipali, Dec. cum Alex. d. l. 1. num. 8. vbi Cagnol. num. 43. cum seqq. vbi testatur de commu-
9 ni; limita primo, † Non procedere in delegato ab alio, quam à Principe, qui regulariter mulctare non potest DD. communiter in d. l. 1. vbi Cagn. nu. 56. qui tamen sublimitat, vt per DD. in d. l. 1.
10 Fal. † Secundo in arbitrio qui nō potest mulctare, nisi vbi hoc specialiter fuerit concessum. l. non ex omnibus, cum glo. ff. de arbitr. vel nisi esset aliter ex necessitate statut. ita Cagnol. in d. l. 1. num. 59. cum seqq.
11 † Limita tertio non procedere in his, qui non habent iurisdictionem, sed tantum administrationem, vel gubernationem reipublicæ, Iaf. l. 1. nu. 15. vbi infert, quod deputati Ciuitatis super annona, qui Papiæ appellantur iudices victualium non possunt mulctare, nisi eis fuerit concessum.
12 † Limita quarto, vt licet Iudices ordinarij possint mulctare inobedientes, non tamen necessitantur; licet hoc facere possint, vt per Iaf. in d. l. vnica, in princ. num. 5. intelligendo tamen, vt ibi per eum, & per Cagnol. ibidem num. 68. scilicet, vt hæc limitatio procedat, quando ad imponendam mulctam non intentaretur actio, vel accusatio per partem, sed imploraretur offitium Iudicis à parte, vt cogeret inobedientem sibi obtemperare. nā contra talē habet iudex plura alia remedia cōpulsiua, & defensiua iurisdictionis ipsius Iudicis nec cogitur mulctare, ita recitat Cagnol. post d. num. 69. & 70.
13 † Remedia autem, quæ competunt ipsis iudicibus aduersus contumaces, & inobedientes secundum Bart. & alios in d. l. prima, varia in prinsunt hæc, primum est captura personalis; secundum remedium est denegandæ audientiæ; tertiū est mittendi in possessionem; quartum banniendi; 5. excommunicandi si iudices ecclesiastica potestate fungantur; & vt latè habetur per Bart. vbi Iaf. nu. 25. Cagnol. nu. 5. & nu. 71. cum seqq. plurib. In casu autem in quo contumax potest
14 mulctari, † qualis debeat esse mulcta; dic quod hoc relinquitur arbitrio Iudicis, teste Menoch. de arbitr. iud. casu 280. vbi nu. 4. vult Iudicem non posse condemnare ob contumatiām in amissione totius causæ, & an mulcta debeat excedere taxationem, l. eos, C. de modo mulctarū, vide pulchrè Cagnol. in d. l. vnic. num. 11. cum seq. vbi nu. 15. limitat d. legem, eos, tribus modis, vt ibi
15 per eum. † Aduertāt tamen Magistratus, & officiales ne imponendo mulctam excedant modum suæ Iurisdictionis, vel taxā Iuris. quia nihil agunt, in totum enim vitiatur mulcta, & puniuntur grauiter. l. certa ratione, vbi Bal. & Castr. C. quando prou. non est necesse, d. l. eos, C. de mod. mulct. vbi expresse disponitur excedentē modū mulctarum, de qua in d. l. eos, puniri aduersus condemnatū ad restitutionē dupli, Fisco vero ad soluendā mulctam, cui textui videntur, in aliquo conformes N. Cost. Mediol. in tit. de Senatorib. §. cum autem, vers. super quibus; dum iubent iudices indebite aliquem mulctantes ipsos incontinenti teneri Fisco mulctas soluere; quo factum est, vt non ita de facili, & capite leuato iudices ad aliquā mulctam transmittendum ad Cameram Fiscalem festinent, timentes ne sibi ipsis malum fabricent,
16 dum alios punire credunt. † An autem à mulcta possit appellari, dic quod bene à comminatione mulctæ, tum ex dispositione Iuris communis, vt latè per Dec. in cap. cum cessante de appell. & per Cagnol. in d. l. vnica, num. 115. tum ex dispositione Nouarum Constit. Mediolani, in tit. de mulctis, si non fuerit primo loco appellatum à comminatione mulctę licebit postea etiam appellare ab ipsa mulcta, ita Boss. in tit. de mulctis, nu. 2. alia in materia vide apud Rol. à Val. cōs. 47. lib. 3. Farinac. de delict. & pęn. q. 18. num. 31. & seq.

De officio rationatorum, ac Sacriste Communis Papiæ. Et de libris consignandis ad sacristiam per Notarium Communis Papiæ. Rub. 8.

CVM officium Sacristæ non sit in practica, vel vsu, sed eius officium hodie exerceatur per rationatores Communis Papiæ. Ideo statuimus, quod dicti rationatores habeant annexum officium sacristiæ, & sicut olim spectabat ad sacristam, ita hodie spectet ad dictos rationatores, habere curam, & solicitudinem petendi, recolligendi, & habendi, ac in dicta sacristia reponendi libros reformationum, consiliariorum, prouisionum, cridarum, sententiarum datarum in Communi Papiæ, accusationum, inquisitionum, bannorum, condemnationum, defensionum, securitatum, processuum, introitum, & expensarum, & onerum, & factionum, & scripturarum factarum per quoscunque Notarios, & officiales Communis Papiæ spectantes, & pertinentes Communi Papiæ, & quæ spectare, & pertinere poterant Communi Papiæ, & custodiendi, & saluandi omnia prædicta, et etiam omnia alia quæ eisdem consignabuntur, et quæ reperientur esse in dicta sacristia. ¶ Et quod Notarij, et Officiales Communis Papiæ, teneantur, et debeant, & compellantur per Dominum Potestatem Papiæ, & eius Iudices, & quemlibet ipsorum dare, & consignare dictis rationatoribus sacristiæ, & custodi omnes eorum libros, & alias scripturas quas, & quos fecerint in dictis officijs, spectantes Communi Papiæ, de quibus omnibus scripturis dictus Sacrista, & Custos, sine aliquo præmio recipiendo, teneatur

neatur, & debeat demonstrare, & copiam facere videndi quibuscunque, ipso Sacrista semper astante, & præsente ipsis demonstratoribus scripturarum, & exemplantibus ipsas, ne possit in eis fraus aliqua committi. Si quis vero voluerit habere exemplum alicuius scripturæ ex prædictis, exempletur per illum Notarium, qui imbreuiauit ipsam scripturam, & per ipsum subscribatur, vel per alium, ad quem spectent breuiaria ipsius Notarij. Et si contra prædictam formam exempletur, fides non adhibeatur ipsi exemplo. ¶ Dictus vero Custos, & Sacrista finito eius officio, restituere, & consignare teneatur nouo Sacristæ, & Custodi nouiter electo, omnes, & singulos libros, omnesque scripturas, qui, & quæ sunt, & erunt penes ipsum sacristam, & in ipsa sacristia, sine, & absq; aliqua diminutione, & detractione in præsentia duodecim sapientum, vel maioris partis ipsorum. De qua consignatione fiat publica scriptura. Habeant etiam curam, & solicitudinem dictus sacrista in absentia, & renouatione Iudicis maleficiorum, facere scribi, & consignari libros, & scripturas factos, & factas occasione dicti officij. Quos & quas dictus sacrista per publicum instrumentum consignare debeat nouo Iudici maleficiorum si expedierit. Ante vero introitum officij ipsius sacristiæ, ijdem rationatores iurare teneantur, & debeant in præsentia domini Potestatis, vel eius Vicarij ad sancta Dei Euangelia tactis scripturis, dictum suum officium recte legaliter, & fideliter exercere, attendere, & obseruare, quæ superius dicta sunt.

Summarium Statuti 8. de regim. Poteſt.

1 *Scripturæ spectantes Communi Papiæ sunt consignanda rationatori Papiæ, & ratio.*
2 *In quo loco reponantur scripturæ Communis Papiæ.*
3 *Acta publica ciuilia, & criminalia esse edenda.*
4 *Recitatur ordo Catholicæ Maiestatis circa scripturas scribendas in vno libro.*
5 *Scripturæ in Archiuio repertæ fidem faciunt concurrenti fide rationatoris.*
6 *Scriptura talis an probet quoad non subditos.*

1 IN verbo [& quod Notarij &c.] Nota † quod omnes Notarij habentes scripturas spectantes communi Papiæ tenentur consignare rationatori Communis Papiæ. Ratio esse potest quam adducit tex. in l. prætor in princ. ff. de edendo, quia equum est, id quod mei causa confectum meum quoddamodo instrumentũ edi, & hanc rõnẽ per illũ tex. ponderat Alex. in l quædã in princ. col. 1. ff. de edend.

2 In verbo [sacristiæ] sciendum est, † quod hodie non est locus sacristiæ offitio, sed scripturæ omnes reponuntur in Archiuio Ciuitatis, in Prætorio, & hoc post bella Italiæ.

In verbo ipsis demonstrationibus scriptutarũ] hoc statutum concordat cum dispositione Iuris
3 Communis, quo cauetur † quod acta publica, tam ciuilia, quam criminalia, offitio Iudicis sunt edenda per eum apud quem res geritur, vt in l. 2. C. de edendo, cuilibet prætendenti interesse, & proptereà hoc statutum recipit extensionem, vt compræhendat actus à iure communi, exceptuatos, vt auctor est Anton. Neguf. in tract. de pign. in 1. membro, octauæ quæstionis principalis, nu. 3
4 † Ad hoc statutum faciunt ordinis Catholicæ Maiestatis editi de anno 1588. super reformatione Consilij Generalis Papiæ, & eius Officialium, ex quibus inter cætera disponitur; *Che tutti gli ordini, & decretti fatti per gouerno della Città si scriuano in vn libro fatto à posta, il qual habbi à restar appresso li Consiglieri, che per tempo saranno, & che li Cancellieri non faciano alcuno mandato per qual si voglia pretesto senza ordine in scritto della Città, sotto pena della priuatione dell'officio, & oltre di resarcire il danno, che haueranno fatto, & che gli Cancellieri, & raggionati habbino à stare presente in Conseglio Generale, ò della prouisione si lascia in arbitrio delli Abbati, & si prohibisse alli Cancellieri il propallar alcuna cosa di quelle, che saranno state trattate, nel detto Conseglio, ò prouisione; Altramente il Senato Eccellentissimo sopra la rellatione procederà, come sarà conueniente*, & alibi disponunt, quod rationator habeat curam tenendi, & ipsæ computa, & rationes redditũum ordinariorum, & extraordinariorum Communitatis Papiæ additur, & statutum 41. infra de reg. potest. in quo agitur de libro fiendo in quo sint descripta, & authenticata priuilegia, & iura Ciuitatis Papiæ.

Hoc statutum vtile est, vt scilicet omnes scripturæ, iura & instrumenta Ciuitatis, & ad benefitiũ Ciuitatis confecta, conseruentur in archiuio publico, imo, & omnia instrumenta per quosuis Notarios Communis Papiæ, ibi essent consignanda, ita namq; de facili malitijs, & fraudibus malorum hominũ obuiam iretur, & scripturæ facilius
5 omni tempore reperirentur; † libris autem, & scripturis repertis in archiuio publico, plena fides adhibetur. Burs. cons. 106. n. 18. Ozas. decis. 69. n. 3. & seq. quod verũ est concurrente fide rationatoris
6 quod talis scriptura ibi sit reperta, † & talis scriptura fidẽ facit etiã quo ad forenses, & nõ subditos quicquid aliqui cõtrariũ tenuerint, Cabal. milleloq. 58. Crauet. de antiq. temp. in verbo limitatur quarto, n. 5. & seq. Nicol. Genua in tract. de priuat. script. lib. 5. in princ. per totũ, maxime n. 19. & seq.

De

De electione, & officio præconum Communis Papiæ, & de eorum salario. Rubr. 9.

ITem statuimus, quòd in Ciuitate Papiæ sint, & esse debeant præcones, & tubatores sufficientes, & boni, qui sint, & esse debeant in numero, & vsque ad numerum quatuor, & vnus guacharatus bonus, & sufficiens, qui præcones, & guacharatus eligantur, & eligi debeant per dominos duodecim sapientes, vel maiorem partem ipsorum. Et ipsi præcones, & tubatores teneantur, & debeant facere omnes cridas, & præconizationes eisdem impositas, & imponendas per dominum Potestatem Papiæ, & alios Officiales Communis Papiæ. Qui tubatores, & præcones habeant, & teneant continuè duos equos, & tubas quattuor, videlicet vnam pro quolibet ipsorum, & guacharatus vnum equum: prædicti namque tubatores, & guacharatus pro eorum mercede, & premio personarum suarum, laboris, & equorum prædictorum habeant, & habere debeant omni mense secundum deliberationem, & taxationem fiendam per dominos duodecim sapientes, vel maiorem partem ipsorum. Qui præcones, tubatores, & guacharatus facta electione de ipsis ante introitum eorum officij, iurent, & iurare debeant, in presentia domini Vicarij, domini potestatis omnes, & singulas cridas, & præconizationes, quæ eis imponentur per dominum Potestatem Papiæ, & Officiales Communis Papiæ, bene, & legaliter facere, ipsasque referre, & eorum, & cuiuslibet ipsorum officium, & quacunque occasione eorum officiorum, per dictum dominum Potestatem, & eius Vicarium, & per quemcunque Iudicem Communis Papiæ, imponeretur, legaliter, & sine fraude, & cum solicitudine exercere die noctuque in Ciuitate, & districtu Papiæ.

HOC statutum non est vsu receptum, prout inspicitur in statuto, sed duo tubicines elliguntur ad beneplacitum Ciuitatis, qui etiam remouentur, datis demeritis, & salaria augentur secundum qualitatem temporis.

Ad hoc statutum adde statutum 148. in ciuilibus in quo habetur quomodo præcones cogi possint ad faciendas cridas, & in eo agitur de præmio, & remuneratione ipsorum præconum.

De cridis in scriptis dandis, & retrahendis per tubatores, & scribendis per Notarium ad consilia in libro incontinenti. Rubr. 10.

ITem statuimus, quod dominus Vicarius, domini Potestatis Papiæ teneatur, & debeat dictare, & in scriptis poni, & dari facere præconi Communis Papiæ omnes, & singulas præconizationes, & cridas fiendas in Ciuitate Papiæ, ex parte domini Potestatis Papiæ, vel eius Vicarij, antequam ipse fiant, quas præconizationes, & cridas præco Communis Papiæ sono tube præmisso facere teneatur, & debeat in curia Communis Papiæ, super lapidem, & in atrio Sancti Syri, & in guastis prope domos domini Potestatis, & per vicos, & plateas Ciuitatis Papiæ consuetas, ipsas præconizationes, & cridas secum in scriptis portando, & ipsas præconizationes, & cridas sic factas referre teneantur, & debeant ea die, vel sequenti qua factæ fuerint ad banchum, seu tribunal dicti domini Vicarij. Et vni ex notarijs eiusdem dictam scripturam præconizationis prædicte dimittendo eidem sub pæna solidorum viginti Papiæ pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit per ipsum præconem. Et quam cridam, & relationem dictus Notarius in libro vno deputando pro cridis scribendis tantum ea die, qua relatio sibi facta fuerit scribere teneatur sub pæna sol. 20. Papiæ.

HOC statutum ea ratione factum est, & eo ordine ita disponit, vt cridæ, & præconizationes omnibus innotescant, & ne quis possit se ipsum excusare, aut allegare ignorantiam cum eorum, quæ publicè facta sunt non possit prætendi ignorantia l. leges sacratissimæ, C. de legib. vt ponderat Alex. in l. 2. §. & harum. col. fin. ff de verb. oblig. Anton. Gabr. lib. 6. recept. sent. reg. 8. sub tit. de reg. iur. & hæ præconizationes hodie successerunt loco Albi, de quo in l. si quis id quod ff. de iurisd. omn. iud. Adde ad hoc statutū Nouas Constit. Mediol. in tit. de bonis ad cridas ponendis, quę pinguius prouidēt.

De

De pœna illius, qui non obseruauerit præconizationes. Rubr. 11.

ITem statuimus, quod quælibet persona Ciuitatis Papiæ, & terræ Papiæ, teneatur, & debeat obseruare omnes, & singulas præconizationes, & cridas quas dictus dominus Potestas Papiæ statuerit, & fecerit præconizare per Ciuitatem Papiæ sono tubæ præmisso, sub pœnis in ipsis appositis, & apponendis; Dummodo ipsæ præconizationes, & cridæ fiant secundum consilium, & voluntatem, & de consilio, & de voluntate domini Potestatis Papiæ, vel eius Vicarij. ¶ Et dumtamen ipsæ præconizationes, & cridæ non sint contra formam alicuius statuti Communis Papiæ. ¶ Possit tamen prædictus dominus Potestas mitigare, & minorare pœnam apponendam cuilibet non obseruanti cridam, inspecta qualitate facti, & personarum, & præsens statutum ad cridas factas, & fiendas in fauorem magnifici domini nostri non se extendat.

Summarium statuti 11. de regimine Potestatis.

1 *HOC statutum dessumptum à l. fere. ff. de reg. iuris.*
2 *Clausula omnia, & singula quid operetur remissiue.*
3 *Iudex in dubio debet elligere mitiorem pœnam.*
4 *Iudex in cuius arbitrio est posita pœna, an possit elligere pœnam mortis.*
5 *Et quid in Ciuitate Papiæ stante statuto 68. in criminalibus.*
6 *An possit iudex alterare pœnam.*
7 *An possit reo in arbitrarijs electionem tribuere.*
8 *Quando pro delicto imponitur pœna alternatiue, quis habeat elligere Iudex, an reus.*
9 *Noue Constitutiones Mediolani, in tit. de pœnis, §. prohibitum est omnibus, declaratur.*
10 *Iudex, an ex causa possit pœnam ordinariam minuere.*
11 *Pœna Iudicis imponentis minorem pœnam sine causa.*
12 *An Iudex vigore huius statuti cogatur minuere pœnam.*

1 IN verbo [possit tamen] † hæc lex statutaria dessumpta est à lege fere. ff. de reg. iur. vbi fere in omnibus causis, & ætati, & imprudentiæ succurritur. & ibi Dec. & Cagnol. cum ijs, quę habentur in l. quid ergo §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. & in l. vnica, C. ex quibus cau. infamia irrog. possint hic exempla transcribi ex Dec. in dicta l. fere, & à Petro Duenna reg. 29. & Andr. Tiraqu. & alijs pluribus, ac nouissimè per Farinac. de pen. temperand. q. 92. & seqq. sed quia magnum volumen requireretur, non insisto.

4 In verbo omnes, & singulos, † quid operetur dicta clausula, maxime in instrumentis apposita, videas Bertazzol. de claus. instrum. clausula 4. glo. 3. per totum.

In verbo possit tamen prędictus dominus Potestas mitigare] † quid si statutum traderet arbitriũ
3 Iudicis elligendi pœnam, an possit elligere grauiorem, vel mitiorem, dic quod in dubio habet elligere mitiorem posset tamen quandoque ratione circonstantiarũ elligere grauiorem iuxta qualitatem personarum, & delictorum, ita Menoch. de arbitr. iud. quæst 85.

4 † An autem Iudex habens arbitrium imponendi pœnam, ac eam elligendi, possit elligere pœnam mortis, vide Alex. consil. 111. nu. 2. & seq. lib. 1. vbi concludit quod non, cum pro eo delicto à iure communi, vel statutario non reperitur imposita pœna mortis; sequitur Menoch. de arbitr. iud. vbi late ampliat duobus modis, & quatuor limitat. In Ciuitate tamen Papiæ hoc est expeditum, ex statuto 68. in Crimin. quo cauetur quod in omnibus
5 statutis, † in quibus data est potestas, & arbitriũ potestati condemnandi in hauere, vel persona, illud arbitrium non possit extendi ad pœnam sanguinis.

6 † Quid de iure communi, an possit Iudex alleuiare pœnam, minuere, vel augere, vel remittere. Menoch. latè de arbitr. iud. q. 96.

7 † An possit Iudex in arbitrarijs reo electionem pœnæ tribuere, & dic quod non, Bal. in l. 2. C. qui ad libert. peruen. non poss. Rom. sing. 135. Fel. in c. inter cæteras nu. 7. vbi Rip. num. 65. in fine de rescriptis cum alijs de quibus per Menoch. olim Collegam meum de arbitr. iud. q. 85. vbi late.

8 † Sed dubium est quid quando pœna alternatiue est indicta, puta pecuniaria, & corporis afflictiua, an tunc possit reo electionem tribuere, distingue, quia aut verba legis diriguntur ad Iudicis personam, & tunc minime potest Iudex, vt per Menoch. d. q. 87. nu. 6. vbi resp. ad Dec. qui videtur tenuisse contrarium in l. si fugitiui, nu. 98. C. de seru. fugit. & in c. inter cętera de rescript. & ratio est quia lex dirigendo verba ad Iudicem, censetur ei dedisse arbitrium elligendi; Aut verba statuti, vel legis diriguntur ad reum; puta, qui fecerit tale maleficium, soluat decem aureos, vel fustigetur, & tunc reus habet optionem elligendi quam pœnam vellit, ex quo verba fuerunt directa in eum, vt tenent cõmuniter DD. teste Rip. in d. c. inter cętera nu. 65. aut verba non sunt directa, neq; ad Iudicem, neq; ad reum, sed sunt impersonaliter prolata; & tunc aut vtraque pœna est corporalis; vt puta si statutum dicat, quod pro tertio furto suspendatur, vel decapitetur, & tunc electio est Iudicis non rei, Aut altera pœna est corporalis, altera pecuniaria, & tunc electio semper est rei, ita distinguit Clar. in §. fin. prax. crim. q. 85. nu. 6. vbi hoc reducit ad actum practicum in Nouis Constit. Mediolani in tit. de pœ-
9 nis, §. prohibitum est omnibus cauetib. † quod si quis

quis vetuerit, vel prohibuerit fieri exequtionem in causa ciuili, vel criminali punietur pœna trium ictuum æculei, aut ducentorum aureorum; quæsitum fuit cuius sit electio in d. pœna rei, an Iudicis, & concludit Clar. quod ex quo verba sunt relata impersonaliter, & vna pœna est corporalis, alia est pecuniaria, quod electio erit rei, & ita Senatum declarasse reum si vellit, soluendo pœnam pecuniariam posse euitare pœnam ictuum funis.

10 † Quando autem Iudex possit minuere pœnam ordinariam indultam à lege, vel statuto, & an teneatur exprimere causam, quando hoc facit ex causa, Clar. in §. fin. praxis crim. q. 60. & d. q. 85. nu. 10. vbi Baiard. in addit. ad eum, num. 23. cum seq. plurib. Menoch. de arbitr. Iudic. d. q. 96. Aduertere tamen debēt Iudices prout animaduertit idem Clar. dicta quæst. 85. nu. 10. & eos admo-

11 net, † ne sine causa pœnam minorem imponant, quam de iure imponi debeat, quia veniunt puniendi ead. pœna, qua erat puniendus reus, & efficiuntur infames, sequitur Baiard. in addit. ad d. quæst. 85. nu. 36. Menoch. dicta q. 96. nu. 11. cum seq. Rim. Iun. cons. 45. nu. 22. cum seq. vol. 3.

12 In verbo [& minuere pœnam &c.] † nunquid Potestas, qui potest vigore dicti statuti minuere pœnam, teneatur hoc facere, & dic quod verior, & receptior opinio est, quod Iudex non possit cogi prout tenet Fel. in tract. de conat. in fine aduerte Cagnol. in l. si quis maior. n. 17. C. de trāsact. quid quid in contrarium voluerit, Grammat. decis. 23. nu. 12. ita de magis communi reprobata opinione Grammatici testatur Menoc. de arb itr. iud casu 329. num. 9. qui adhoc citat Plac. epit. delict. lib. 1. cap. 32. nu. 10. & subdit in hoc bonum esse habere Iudicem amicum Baiard. in addit. ad Clar. d. q. 85. num. 28.

De electione seruitorum Communis Papiæ, & eorum officio. Rub. 12.

ITem statuimus, quod in Ciuitate Papiæ, sit & esse debeat officium, & ordo seruitorum Communis Papiæ, qui apparitores, & executores de iure nuncupantur, pro citationibus, requisitionibus, monitionibus, præceptis, & executionibus fiendis, ex parte Potestatis Papiæ, & cuiuscunq; iusdicentis, & magistratus Ciuitatis Papiæ. Qui eligantur, & eligi debeant de nouo, qui sint ciues, & natiui Ciuitatis Papiæ, & habitantes continue in Ciuitate Papiæ, cum eorum familijs, & qui subsint iurisdictioni Communis Papiæ, & subeant onera in Communi Papiæ, per dominos duodecim sapientes, vel maiorem partem ipsorum, facto, & obtento partito inter eos ad bussulas, & ballottas, de nominatione inter eos & de eorum numero, & quantitate; Et totiens quotiens ipsis dominis duodecim videbitur expedire. ¶ Qui seruitores sic electi iurare teneantur, & debeant ad sancta Dei Euangelia corporaliter tactis scripturis in præsentia domini Vicarij domini Potestatis Papiæ, quod sunt, & erunt fideles amatores præfatorum dominorum nostrorum, &c. Et quod legaliter, & fideliter facient omnes, & singulas citationes, requisitiones, monitiones, præcepta, & executiones, & quæcunq; alia ad eorum officium spectantia, quæ eis, vel alicui ipsorum imponentur per aliquem iusdicentem Ciuitatis, et Communis Papiæ. ¶ Qui sic electi, & iurati scribantur, & scribi debeant in vno libro per Notarium dominorum duodecim sapientum. Qui liber ponatur, & stare debeat ad sacristiam Communis Papiæ. ¶ Et teneantur, & debeant seruitores prædicti facere omnes, & singulas citationes, requisitiones, monitiones, & præcepta, & executiones, & quæcunq; alia ad eorum officium spectantia. Et quæ eis, vel alicui ipsorum imponentur per aliquem iusdicentem Ciuitatis Papiæ, siue imponantur ex officio tantum iusdicentis, siue ex officeo iusdicentis, & ad petitionem partis. ¶ Citationes autem, requisitiones, monitiones, & præcepta, quascunq; & quæcunq; fecerint ad petitionem partis, siue alicuius singularis personæ, Communitatis, & vniuersitatis portare debeant, & facere in scriptis: Et dimittere in scriptis citatis, & requisitis, amonitis, vel iussis, personaliter, vel ad domum habitationis, vel in loco vbi quis propter absentiam veniat citandus. Et aliter factæ non valeant, nisi statuto Communis Papiæ, aliter caueatur. Et quas, & quæ fecerint ex officio iusdicentis, & non ad petitionem partis facere possint etiam sine scriptis: Exceptis illis quas, & quæ fecerint ex parte Iudicis maleficiorum domini Potestatis Papiæ, quas facere teneantur prout in statuto maleficiorum continetur. ¶ Et eorundem seruitorem, & cuiuslibet ipsorum sic electorum, & scriptorum vt supra, relationibus quas fecerint de prædictis citationibus, requisitionibus, & amonitionibus, præceptis, & executionibus

nibus quas, & quæ ipsi seruitores, vel ipsorum aliquis retulerint se fecisse ex parte mandato, & commissione iusdicentis, seu ad petitionem partis, seu singularis personæ, vel Communitatis, vel vniuersitatis, & quod ipsas sic portauerint, & fecerint, & in scriptis dimiserint vt supra. Fides plenissima adhibeatur. Præfati vero seruitores, & quilibet ipsorum relationem facere teneantur de his quæ eis imposita fuerint vt supra eadem die, vel sequenti si facta fuerit in Ciuitate, vel burgis ipsi Ciuitati adhærentibus coram Iudice, siue ad banchum iusdicen. ¶ Et si factæ, vel facta fuerint extra Ciuitatem Papiæ, vel burgos adhærentes in territorio, vel districtu Papiæ relationem facere teneantur vt supra. Infra quintam diem a die citationis, monitionis, requisitionis, præcepti, & executionis factarum, & factorum per ipsum seruitorem. Et fieri debeant ipsæ relationes per seruitorem ante terminum assignatum ipsis amonitis, & requisitis, & hoc sub pœna sol. 20. pro quolibet seruitore, & qualibet vice, si prædictæ citationes, requisitiones, monitiones, præcepta, & executiones factæ fuerint in Ciuitate Papiæ, & burgis ipsi Ciuitati adhærentibus, & sol. 10. pro quolibet ipsorum, & qualibet vice si prædictæ citationes, requisitiones, monitiones, præcepta, & executiones factæ fuerint extra Ciuitatem in territorio Papiæ, quas pœnas iusdicens coram quo fieri debebit dicta relatio exigere a dictis seruitoribus teneatur. Item teneantur prædicti seruitores facere omnes citationes, requisitiones, monitiones, præcepta, & execut. ad petit. & instantiam Magistratuum iusdicentium, & aliorum officialium Communis Papiæ, & de ipsorum mandato, & impositione, & cuiuslibet ipsorum de his, quæ spectant, & pertinent ad seruitium bonum, & vtilitatem Communis Papiæ. Et ipsis Officialibus, & Magistratibus, & cuilibet ipsorum assistere, & seruire die, noctuq; in eorum officijs exequendis secundum, quod ipsis seruitoribus, & cuilibet ipsorum imponetur, & ad salarium, & pro salario quod eis, & cuilibet ipsorum deputabitur per dominos duodecim sapien. vel per maiorem partem ipsorum. Et quod ipsi seruitores portare debeant continue in eorum, & cuiuslibet ipsorum capite caputium vnum de panno rubeo super quo caputio in apparenti semper habeant signum vipere, & geminum Papiæ coloris albi, quod signum significet Papia, sub pena sol. quinq; pro quolibet ipsorum, & qualibet vice qua contrafecerint. Habeant etiam dicti seruitores duos ex ipsis qui per ipsos seruitores eligantur quolibet anno, qui præsint alijs seruitoribus causa conuocandi, & distribuendi, ac deputandi ipsos seruitores in seruitijs, & per seruitijs Communis Papiæ exercendis, & exequendis. ¶ Et si aliquis ex dictis seruitoribus deliquerit in officio eius, non possit amplius esse seruitor, nec officium seruitoris exercere in Communi Papiæ. ¶ Qui seruitores, & quilibet ipsorum postquam fuerint electi, & ordinati teneantur dare, & præstare in manibus domini Vicarij domini Potestatis Papiæ bonos, & idoneos fideiussores per totum mensem Ianuarij de libris vigintiquinque Papiæ, de exercendo legaliter officium suum, & de reddendo bonam rationem de pignoribus, quæ pignorabunt: Quæ fideiussio scribatur in libro prouisionum Cancellariæ per Cancellarium Communis Papiæ dummodo fuerit approbata per dictos dominos duodecim sapientes sine præiudicio ipsorum. Et dominus Potestas, & eius Vicarius, & duodecim sapientes teneantur, & debeant vinculo sacramenti pro honore Communis Papiæ facere induere quattuor seruitores ex seruitoribus Communis Papiæ omni anno ad festum Natiuitatis Domini, qui seruiant, & seruire debeant curiæ dicti domini Potestatis, & duodecim sapientum in palatio circa necessaria, & occurrentia fienda. In quibus indumentis expendere possint vsque ad quantitatem florenorum viginti duorum auri. Et qui quattuor seruitores habeant, & habere debeant a Communi Papiæ pro quolibet ipsorum sol. quadraginta Papiæ pro quolibet mense.

Summarium Statuti 12. de regim. Potest.

1 *Seruitores, seu executores pluribus nominibus nuncupantur.*

2 *Istis exequtoribus debetur sallarium iuxta quantitatem summe pro qua habent pignorare.*

3 *Hoc statutum circa elligendos seruitores non est in obseruantia.*

4 *Quid habeant seruare exequtores ex Constitut. Mediolani.*

5 *Nuncius in offitio delinquens remouetur sine processu.*

6 *Nuncio existenti in possessione, an credatur licet non constet de ellectione, & quarè.*

7 *Beroarij, & Notarij excusantur obediendo Iudici secus in consultoribus.*

8 *Relationi nuncij, quando credatur ex statut. Pap. & quid de iure, nu. 10.*

9 *Nuncio referenti se fecisse prout habuit in mandatis creditur.*

11 *Nuncio in pluribus casibus hic enumeratis non creditur.*

12 *Quid si nuncius dicat se citasse, & post factam relationem attestatur, quod eam falsam fecit, an ei credatur.*

13 *Nuncius ob falsam relationem qualiter puniatur*

14 *Pœna facientis fieri cum Nuncio falsam rellationem.*

15 *Pœna Nuncij non referentis citationem.*

16 *Rellatio non potest fieri per Nuncium, qui non fecit citationem.*

17 *Nuncio referenti citatum dixisse se nolle comparere, an credendum.*

18 *Quid si Nuncius dicat se citasse pars negat, cui magis credendum.*

19 *Citatio si sit facta non constito de commissione Iudicis, an valeat si Iudex dicat se comisisse.*

20 *Iudici non creditur nisi quatenus constat in actis.*

21 *Anstante hoc statuto possit contrarium probari.*

22 *Beroarij non incedentes cum habitu solito, & insignijs licite offenduntur.*

23 *Item poterit capiendus eis licite resistere.*

1 Tem statuimus] † seruitores, de quibus in hoc statuto pluribus nominibus nuncupantur, de quibus per glos. magistralem in §. ij qui causas præparant, in verbo exceptionis de iud. col. 6. & glo. in l. executorem, C. de execut. rei iudic. quidam enim appellantur executores, quidam viatores, quidam causam properantes. quidam officiales, quidam apparitores, quidam Cęsariani, siue Chatolicianі, vt per Ias. in §. tripli, nu. 4. versiculo, & aduertite instit. de act. † & istis executoribus, siue 2 viatoribus quibus citationes committuntur debetur sallarium secundum quantitatem summæ petitæ in libello, vt declarat Ias. in d. §. tripli, nu. 5. post glo. ibi propterea, si quis maiorem quantitatem pecuniæ in libello peteret, vt hi executores maiorem summam sportularum nomine consequerentur tenentur ad triplum d. §. tripli.

His sic cognitis, quæro an hæc series tota statuti circa hos seruitores elligendos seruetur, & respondeo quod non, quilibet enim infamis exterus admittitur, vt patet, & notum est.

Ad istud statutum adde Nouas Constitutiones
4 Mediolani, in tit. de executorib. & fam. iusd. † quæ supplent in cęteris, quæ seruare tenentur isti executores, & contrafacientibus pœnam imponunt de quibus latius supradictum est in addit. ad
5 stat. 7. sup. eod. tit. de reg. Potest. Et † nota quod si nuncius in officio delinquat potest à Iudice remoueri sine processu, Bal. in l. 2. C. de sportul. quē refert Marsil. de bannitis in verbo iudice n. 169.
6 † Quid si isti apparitores, seu executores non possint ostendere eorum ellectionem; dic quod si appareat eos esse in quasi possessione seruitutis, quod satis est, per not. in l. barbarius. ff. de off. pretoris, & in terminis tenet Angel. in tract. malef. in glo. petro publico, & iurato nuntio, vbi multa pulcra ad hoc propositum adducit Cassan. in consuet. Burgund. pag. 64. versic. & communicato. Gabr. libro 1. recept. sent. reg. 8. sub tit. de probat. ratio est quia vbi quid prætenditur in personam non prohibitam, & æquitas dictat quidquid fit valet, & tenet, nam licet debeat esse ellectus nuncius, secundum formam statutorum hic, attamen quia litigantes non prohibentur, vti opera huius serui, nec est equum quod decipiantur auctoritate publica, ideo valent, & tenent citationes istæ hanc rationem considerat, Bald. in l. non dubium, nu. 24. versic. decimo quinto, C. de legibus & quamuis non iurauerit, nec de iuramento appareat, adhuc tamen si artē exerceat satis est; iuxta notata à in Auth. decernimus, C. de arbitr.

In verbo [per aliquem iusdicentem] quæro an
7 † isti nuncij, seu baruarij teneantur obedire iusdicentibus, & dic quod ex quo sunt deputati ad merum factum, non autem ad consulendum, prout sunt etiam Notarij, tenentur obedire cum sine dedecore non possint resistere. Bart. in tract. represal. in 2. q. 6. q. principalis, nu. 4. Alex. cons. 1. nu. 8. & 10. lib. 3. quod tamen secus est in officialibus deputatis ad consulendum, quia ex quo sciunt præsumūtur consentire, nisi expresse contradixerint, Bart. in d. 2. q. Menoch. de arbitr. iud. casu 345. nu. 7.

In verbo [fides plenissima] nota quod quamuis nō fuerit seruata solemnitas, de qua hic adhuc, ta-
8 men † rellatio dictorum executorum probat, vt in simili in sta. 118. in ciuilibus, vbi disponitur rellationi seruitutis standum esse, si constet publicō instrumento, vel in actis cuiuslibet iusdicentis nisi in casibus in quibus debet præcedere impositio secundum formam statutariam, vt in d. stat. 118.
9 † quod si nuncius referat se fecisse prout habuit in mandatis, & dic quod sic ita post Soc. consil. 56. vol. 4. Menoch. & alios notat Baiard. in add. ad
10 Clar. d. q. 31. nu. 26. † An autem huiusmodi rellationibus sit credendum; dic quod sic, vt hic, & est communis sententia quam testatur Ias. plures citando in l. properandum §. & si quidem, col. 3. C. de iud. & in l. fenium, col. 1. C. qui testam.
11 fac. poss. † Fallit tamen in pluribus causis in quibus quis non debet credere; prima est quando deponunt extra cōmissionem: Specul. in tit. de teste, §. primo, versic. item quod est verbosus, & propterea si nuncius referat se iniuria, vel verberibus affectum non creditur, quia est contra officium suum, Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de citatione, §. primo, quem sequitur Ias. in l. age. col. 2. num. 11. versic. similiter nuncio C. de transact.

fact. Corneus conf.29. viso processu col.2. versic. hoc præmisso lib.3. Secunda causa est, quando relatio non contineret verisimilia, l.ob carmen, §.fi. ff. de testibus, nam id quod remotum est à verisimili, dicitur quædam falsitatis imago, Bal. in l.1. col.3. C. de seruis fugit. Alex.conf.114. in causa, & lite col.1. & seq.lib.4. hanc rationem Alex. deductam à Bal. sequitur idem Alex. conf. 27. lib.3. Dec.conf.25.col.3.& 93. col.fin. 94. col.2.consil. 100. col. penult. & conf. 189. col.3. nu. 6. & 195. col.3. & 399. & 587. num. 9. & conf.616. num.9. Hippol. Marsil. singul. 298. & in l. 1. §. ad quæstionem, ff. de quæst. Crauet. in tractat. de antiq. temp. in 2. parte, primæ quæst. principalis nu. 27. cum seq. pluribus. Tertia causa est si relatio contineret falsa, ita Alex. loco præallegato, & Dec. conf.83. col. penult. num.541. quando adesset aliqua iusta caussa, vt per Alex. loco præallegato, Idem in l. qui bona, §. damni, ff. de damno infecto, & conf.16. col. 2. lib. 5. Dec. conf. 37. col. 6. Crauet. conf. 171. col.3. & an sufficiat nuncium retulisse in actis, Bart. in l. si finita, §. Iulianus, & ibi Alex. nume. 35. versic. item in quantum, tenet quod sic ff. de damn. infec. sequitur Socin. Sen. in l. multum col. penult. ff. de cond. & demonstr. Hippol. Marsil in l. qui eadem col. prima, ff. ad leg. Cornel. de Sycar. & si nuncius dicat contra id, quod dixit in relatione, non creditur illi, sicut nec testi Bart. conf.36. non creditur nuncio lib. primo

11 † & quod non sit credendum nuncio si dicat se citasse, & relationem in scriptis fecerit, & postmodū attestetur, quod illam falso fecit, & quod imo sit standum illi quam in scriptis fecit, tenet Ludouic. Bologn. conf.52. col. 2. Baiard. in addit. ad

13 Clar. q. 31. nu. 51. † Quid si nuncius fecerit falsam relationem; vide tex. in l.2. C. de sport. Bal. in c. fin. in 2. col. de dolo, & contum. Foler. in pract. crim. versic. fiat relatio nuntij nu. 15. vbi tenet ꝙ debet priuari officio, & alius subrogari in loco eius, & etiam corporali macula puniri, ac pęna falsi.

14 † Qualiter autem puniatur qui fecit fieri relatio-

15 nem falsam, vide Guid. Papā decis.44. † Qualiter pariter teneatur nuncius, qui non refert citationē vel actū sibi cōmissum; dic quod tenetur parti ad interesse. Bal. in l. si mensor, ff. si mensor falsum modū dixerit, quē refert, & sequitur Foler in practica crim. in verbo fiat relatio nuncij in fine Baiard. in

16 addit. ad Clar. q.91. n.58. † An autē relatio possit fieri per alium nuncium, qui citationem non fecit dic quod non, Philip. Franc. in c. cum parati n.51. de appell. An autem possit fieri relatio die feriato dic vt per Franc. in d. cap. cum parati n.45. de ap-

17 pell. † Quid autē si nuncius referat citatū dixisse se nolle comparere, an ei credatur, dic quod nō; ex magis cōi DD. opinione quā testatur Ant. Gabr. in suis cōibus in tit. de citation. conclus.4. vbi etiam refert nonnullos casus, in quibus non creditur nuncio.

18 † Hinc emanatū quotidianū quæsitum, nuntius publicus, & iuratus dicit se citasse, pars negat, queritur cui debeat credi. Steph. Bertrand. conf.27. si hic esset quæstio, lib. primo, dicit hoc esse Iudici arbitrarium ex mente Io. Andreæ quod hoc est arbitrarium Iudici, habita qualitate personarum caussarum, & huic sententiæ consentit, Ias. in l. properandum, §. & si quidem, columna.3. C. de iudic. Angel. Aret. in tract. Malefic. in verbo Petro publico nuncio. Sed postea refert Bart. Panormitanum, & alios dicentes credendum esse nuncio, & qui vult contrarium dicere, grauatur onere probandi contrarium, & pro hac sententia facit tex. in l. magis puto, §. illud, ff. de reb. eorum ex quo enim iuratus est vti publicus, fidem facit, cap. ad audientiam de præscript. ergo contrarium dicenti non creditur, ratio est quia daretur materia irritandi citationes, & tergiuersandi, cū pars cogitur probare; ita particulariter Bertrand. loco supra citato, & conf. 297. prouidi viri, col.2. versic. præterea lib. 2. & hæc secunda mihi probabilior videtur, & magis placet; vide ad hoc Menoch. de arbitr. iudic. casu 112. numero 10. Baiard. in addit. ad Iul. Clar. q. 31. num. 63. & Menoch. in hac opinione residet, & refert plures casus, in quibus non creditur publico nuncio, vt est videre apud eum.

19 † Quid si nuncius citet, nec constet de comissione, Iudex dicit se cōmisisse, an hæc assertio Iudicis validet citationem; respondetur quod non,

20 † quia Iudici non creditur super processu, nisi quatenus constet ex actis, c. quoniam contra falsam extra de probat. Franc. in cap. cum parati sup. citato, Steph. Bertand. conf. 143. si egregius vir, col. 3. lib.2. Idem Bertrand. conf.138. vnicuique col.2 versic. ex quibus, & in materia istorū, vide Angel. in l. si vacātia, C. de bonis vacāt. Bart. in extrauag. ad reprim. in verbo per nuncium, Ias. in §. tripli, instit. de action. & in §. quadrupli, vbi latissime agit ad dictum tit. de actionibus.

21 † An autem stante huiusmodi statuto, quod credatur relationi factæ per nuncium possit contrarium probari, dic quod sic Bal. in l. si tutor in fine, C. de peric. tut. Philip. Franc. in dicto cap. cum parati, num.37.

In verbo, & ꝙ isti seruitores portare debeant] adde quod isti seruitores, & bar uarij debent sem-

22 per † esse induti omnes veste consimili, cum qua debent semper incedere per Ciuitatem, vel Comitatum, vt possint cognosci quod sint de baruarijs potestatis, alioquin non possint officium exercere, & si offenduntur ab aliquo sibi imputent, ut dispo nitur statut. 28. inf. de reg. Potest. & alio statuto 139. in ciuili cauetur, quod nullus baruarius audeat, uel præsumat ire circum sine ueste, & diuisia alioquin possit prohiberi pignorari, & cadat in pœnam solidorū 40. Pap. pro qualibet uice, & aduerte quod etiā de iure cōi, si officiales, seu satellites non habent insignia ex quibus appareant esse satellites, quod tunc quis ab eis capiendus potest resistere, & licite se defendere, ut per Clar. in §. fi. prax. crim. q.29. n.1. in fine numeri, & ibi Baiard. in addit. ad eum uult, quod familia officialis debeat portare signa iuxta solitum regionis, & cum Claro tenet etiam Farinac. in tit. de carcerib. & carcer. quæst.32. nu. 37. vbi subdit quod capiendus renitens familiæ potest se excusare dicendo, quod ignorabat eos esse tales, sed credebat inimicos. His sic stantibus omnes mirantur quare non puniantur, uel prohibeantur moderni satellites incedentes induti uestibus sericeis cum auro, & argento suprapositis, & plumis in capucio absque signis aliquibus statutarijs, unde non cognoscuntur à nobilioribus, & decurionibus Ciuitatis, quamobrem omnes etiam fere offenduntur, deberent enim obseruari, & attendi prædicta statuta, præcipue attento iuramento prestari solito iuxta dispositionē primi statuti de reg. Potest. præcipue in illis uerbis, & attendent, & obseruabunt.

De pœna iusdicentis, vel officialis aggrauantis aliquem iniuste, & de pœna illius ad cuius petitionem aliquis aggrauatus fuerit indebite. Rubr. 13.

ITem ſtatuimus, quod ſi deinceps contigerit aliquem Iudicem, vel officialem Communis Papiæ, vel ſe gerentem pro iuſdicente, vel officiali ſuo proprio motu, vel occaſione ſui officij, & non ad petitionem alicuius partis, aliquem capere, pignorare, vel moleſtare, ſeu capi, pignorari, vel moleſtari, vel detineri facere, indebite, & iniuſte, quòd perſona ſic capta pignorata, vel detenta, vel moleſtata, non teneatur ad ſolutionem aliquarum expenſarum. Sed ipſe officialis teneatur dicto capto, vel detento, vel pignorato, vel moleſtato, ad reſtitutionem damni, intereſſe, & expen. ¶ Et quòd vlterius condemnetur ipſe iuſdicens, vel officialis vt ſupra pro quolibet, & qualibet vice in libris decem, cuius pene medietas perueniat in commune Papiæ, & alia medietas in dictam perſonam offenſam. ¶ Ad quam pœnam, & prædicta ſoluenda compellatur ipſe iuſdicens, vel officialis Summarie, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij. ¶ Si vero ad petitionem alicuius, aliquis iuſdicens, vel officialis, vel pro officiali, ſeu iuſdicente ſe gerens prædicta, vel aliquod prædictorum fecerint indebite, & iniuſte vt ſupra: Tunc perſona ad cuius petitionem, vel inſtantiam prædicta, vel aliquod prædictorum indebite, & iniuſte facta fuerint, teneatur ad prædicta omnia ſoluenda, & reſtituenda vt ſupra.

Summarium ſtatuti 13. de Regimine Poteſtatis.

1 *HOC ſtatutum videtur promulgatū de ore Dei.*
2 *Vnde dicatur extractum hoc ſtatutum.*
3 *Verba iniuſte, & indebite intelliguntur per dolū.*
4 *Officialis condemnatus ob dolum efficitur infamis.*
5 *Hæc pœna ſtatuti non habet locum contra officialem aliquem aggrauantem per imprudentiam ſuam, tunc ponitur extra ordinem.*
6 *Iudex, qui abſoluit reum, eo quod non eſt probatum, quod poſtea fuit probatum in cauſa appellationis, an dicatur iniuſte iudicaſſe.*
7 *Iudex imperite iudicans qualiter puniatur.*
8 *Quid ſi reum indebite tormentis ſubiecit, qualiter puniatur ſi etiam exceſſit modum.*
9 *Quid ī Iudice adminiſtrāte iniuſtitiā ꝑ impitiā.*
10 *Quid in Iudice cōdamnante innocentem ad mortē*
11 *Quid ſi minorem pœnam imponat, quam de iure imponere debebat.*
12 *Iudici facienti iniuſte, & de facto, an liceat de facto reſiſtere.*
13 *An Iudex iniuſte faciens vigore ſtatuti duplici pœna puniatur.*

1 Tem ſtatuimus] hoc ſtatutum promulgatum à † ſtatuentibus fuiſſe à Deo O. M. dicere poſſumus, qui poſuit hanc tam ſanctam diſpoſitionem in ore ſtatuentium; vt in ſimili dicit Bal. in rub. col. fin. de contr. inueſt. col. fin. in vſibus feud. vbi dicit, quod verba Prætoris dicentis quod metus cauſa geſtum erit ratum non habebo eſt vox Dei, qui poſuit in ore Prætoris, idē Bal. conſ. 233. lib. 3. Barbat. conſ. 54. num. 10. lib. 1. ſed plures citat Boer. deciſ. 100. num. 1. & ſeqq.

2 Hoc præmiſſo dico, † quod hoc ſtatutum eſt extractum à theorica Bar. in quæſtione incipiente lappus fuit captus, & Bal. conſ. 285. lib. 1. & 127. & 497. lib. 2. Alex. in l. legata inutiliter ff. de leg. 1. & in l. ſi finita in princ. l. ff. de dam. infecto, & in l. 2. §. item ſi quis, ff ne quis eum Bal. conſ. 325. & 360. lib. 4. & 90. & 91. Natta conſ. 646. Soc. iun. conſ. 125. 452. Aduertite vos domini iudices vt præſens ſtatutum obſeruetis, alias ſue vobis, ſi vel per imprudentiā, vel dolum, vel quid aliud, quod vos noſtis, non ſeruabitis.

In verbo indebite, & iniuſte, & quod vlterius condemnetur in libris decem) dic quod aut contra eum eo reſpectu proceditur ex officio, vt contingit in caſibus expreſſis inf. in princ. ſtatut. crim, Aut proceditur ad inſtantiam partis. Primo caſu procedi poſſe non videtur quia ſtatutum hoc non diſponit, nec nos intelligere debemus, quinimo videtur dicendum quod contra huiuſmodi officiales debeat procedi ad inſtantiā partis ſtante alio ſtatuto 66. inf. de reg. Poteſt. vbi agitur de ſindic. Poteſt. Pap. & eius familia, vt diſponitur in verſic. coram quibus ſindicatoribus quod quilibet poſſit porrigere accuſationes, denunciationes, & petitiones, ac querellas &c. & eo caſu etiam dic, quod ſuper modicitate pœnæ huius ſtatuti 13. nemo audet litem arduam intentare contra iuſdicentē. vt condemnetur pro comiſſis, & grauaminibus illatis indebite, & iniuſte, ſi quidem illa pars quæ poterat officialem condemnare poſſet intollerabiles labores, & expenſas ſuſtinere, & facere, & demum
3 fortaſſe ſuccumbere † ex eo quod illa verba ſtatuti indebite, & iniuſte, præſeferunt dolum; quamobrem veriſimile eſt, quod offitialis debeat omnem mouere lapidem vt ſe defendat, à futura tali condemnatione, ad euitandā maculā doli, quę irrogat infamiam, & à qua poſſet ſe faciliter defendere
4 † quia quælibet leuis cauſa excuſat à dolo, & conſequenter à pœna, vt late habetur per Ant. Gabr. recept. ſentent. lib. 6. in tit. de Malef. concluſ. 8. per totū. Et quod hæc pœna ſtatuti punientis officialē aggrauantē aliquē iniuſte, & indebite;
5 † non habeat locum contra officialē aliquē aggrauantem, & moleſtia afficientem per imprudentiam, tenet in terminis huius Stat. Menoch. de arb. iud. caſu 325. n. 4. vult. n. ibi Menoch. huiuſmodi officialē tunc puniri extra ordinem iudicis arbitrio, &

citat

citat l. vlt. ff. de varijs, & extraord. crim. Bal. in c. 1. §. Iudices de pace iur. fr. in vsibus feud. Bocrius q. 152. n. 12. qui voluit idē esse, qñ Iudex p imprudētiā aliquē morte punisset, post Io. Fabrū. & Ang. Aret. instit. de oblig. quæ ex quasi delicto in princ.

6 † An autem Iudex dicatur iniuste iudicasse si reū absoluit, eo quod actor non probauit debitū, qui postea probauit in causa appellationis & obtinuit statutum, & dic quod non glo. in l. eos in verbo iniustum, vbi Bar. nu. 9. & etiam Bal. C. de appellat. Alex. cons. 47. num. 15. col. fin. circa finem. lib. 1.

7 Si vis autem scire qua pœna puniatur Iudex imperite iudicans, vide latissime, & disertissime Menoch. dicto casu 339. per totum, vbi latissime tractat, & dic quod punitur arbitrio Iudicis, vt instit. de oblig. quæ ex quasi delicto, in princ. vbi etiam volunt, quod debeat condemnari ad interesse parti, Clar. in §. fin. praxis crim. quęst. 83. nu. 2. vbi Baiard. pariter, nu. 2. Caroc. de locato, & conducto in verbo imperite, siue ignoranter, vbi etiam loquitur de Aduocato, Medico, & Agrimensore; Me-

8 noch. casu 340. vbi docet † qua pœna puniendus etiam veniat Iudex, qui vel omnino reum indebite quæstionibus subijcit, vel in torquendo modum excessit, & etiam casu 341. & 342. vbi pariter tra-

9 ctat qua pœna † sit afficiendus Iudex per negligentiam administrans iustitiam, vel per sordes iudicans, vel accipit pecuniam pro ferenda sētam,

10 iuste, vel iniuste scias etiam † quod Iudex aliquē innocentem condemnans ad mortem si fuit pecunia corruptus, vel ira captus punitur pœna capitis, vt homicida, ita Clar. in §. homicidium, nu. 12. & vide Baiard. in addit. ad eum, nu. 37.

11 † Quid autem si Iudex in causis criminalibus minorem pœnam imponat, quam de iure imponere debebat, dic quod tunc efficitur infamis, & venit puniendus eadem pœna qua erat puniendus reus. Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 85. nu. 10. vbi Baiard. in addit. ad eum num. 36. sequitur Menoch. de arbitr. iud. q. 96. nu. 11. cum seqq.

12 † An autem Iudici aliquem iniuste, vel indebite tractanti, liceat de facto resistere; dic quod si damnum est irreparabile in Syndicatu, licitum est de facto resistere Iudici, c. non debet 11. q. 3. cum alijs de quibus per Auum meum Rip. in l. naturaliter, §. nihil communi nu. 78. versic. septimo limita, ff. de acq. poss. ff. Hinc etiam dicimus quod Iudici procedenti iniuste, & de facto licitum est de facto contradicere, & resistere, quod maximè procedit, vbi verisimiliter oriretur scandalum, ita Alba cons. 440. nu. 15. cum seqq.

13 † An vero Iudici iniuste, & de facto procedenti indistinctæ liceat resistere, vide Dec. in l. vt vim, nu. 24. ff. de iust. & iure, Clar. in §. fin prax. crim. q. 29. nu. 2. vbi Baiard. ad eum nu. 7. cum seq. & nouissime regulam, quod iudici possit resisti de facto, quando iniuste procedit cum pluribus ampliationibus, & limit. tradit Farinac. de carcerib. & carceratis, q. 32. nu. 88. cum plurib. seqq.

In verbo [si vero] dic quod si quis duplici pœna punitur, quia in stat. ciuil. inf. 151. versic. & ille cui fuerit petitum, & ex dispositione Nou. Const. Mediolani, in tit. de iud. cap. si per apparentem, §. satisfacto, versic. creditores, tenetur ad parem pœnam dupli soluendam, & in hoc statuto teneretur ad restitutionem damni interesse, & expensarum, & etiam in libris decem, & sic duplici pœna posset grauari, quod esse non debet stat. enim statutum 36. inf. de reg. Potestat. loquitur in casu diuerso nempe, vbi agitur de oneribus, & ex diuersis non infertur iuribus notis, propterea hoc statutum de reg. Potestat. locum habere debet.

De forma celebrandi, & faciendi consilia, & reformationes. Rubr. 14.

ITem statuimus, quod aliqua præposta in aliquo consilio magno, vel paruo fieri non possit per aliquē rectorem, & officialē Communis Papiæ, nisi prius lecta, & scripta fuerit in ipso consilio. Et si aliter fiat non valeat, nec teneat ipso iure consiliū, seu reformatio inde secuta, & quicquid sequatur ex eis. Et quod in aliquo consilio magno, vel paruo nullus surgat ad aliquid consulendum, nisi primo preposta per modū prædictū fuerit lecta, & facta in dicto cōsilio per dominum Vicariū domini Potestatis Papiæ. Et qui contrafecerit puniatur in libris decem Papiæ, & sub pœna priuationis sui officij pro qualibet vice, in quam pænam ipso facto incurrant: ita quod exigi possit sine aliquo processu, seu condemnatione inde fiendis.

Tem statuimus] Si hoc statutum fuisset obseruatum, cessassent tot degladiationes factæ inter ciues de reformandis ordinibus, nam seruata hac forma statuti, cessat omnis dolus malus, & omnis suspitio, quæ inde nasci pōt; duo autē hoc statutū cōtinet, primo annulat reformationes, quæ nō fiunt seruata hac forma, secundo imponit pœnā obloquenti, ante præpostam factā, secunda ibi & q in aliquo.

Ad hoc statutum conferunt ea quæ adducit Rol. à Valle cons. 90. nu. 13. lib. 1.

In verbo [in libris decem] adde statutum inf. 17 & 19. de regim. Potest. vbi consulentes extra ppostam puniuntur in solidis decem, nisi prius præposta fuerit lecta in ipso consilio.

In verbo nō valēt ipso iure] dic q ex quo huiusmodi statutū est negatiuū, & phibitiuū, nō pōt per desuetudinē tolli, vt dictū est i stat. 20. de reg. Pot.

In verbo [& si aliter] nota quod per hanc clausulam annullantē formam datam à statuto dr esse substantialis, vnde si non seruaretur actus esset nullus in terminis, Dec. cons. 10. lib. 1.

Aduertendū insuper est, q die 11. mensis Maij anni 1549. fuerunt conditi particulares ordines per Inuictissimū fel. recor. Carolū V. Imperatorē Romanorū, & Mediol. Ducē, per quos reformantur consilia Ciuitatis Pap. & eodē anno emanarūt declarationes Senatoris Falcutij post modū accesserunt litteræ patentes Senatus Excell. Mediol. in comprobationē, & additionē ipsorum ordinū concesse die 14. martij 1580. circa regimē pręs. Inclit. Ciuit. Pap. similiter de anno 1588. æditi fuerūt alij ordines sup M. Chat. circa gubernationē Ciu. Pap. q oēs ordines, clare, & aperte loquatur, nec egēt interpretatione, & fuerunt oēs æditi in lucem per Thomam Bartolum de anno 1590. vna cum statutis Ciuitatis Pap. & sunt positi post vol. criminale statutorum, & decret. prout videre est.

De consilijs sapientis, scribendis, & legendis, in quolibet consilio antequam proponens, & partitum faciens surgat ad faciendum partitum aliquod. Rub. 15.

ITem statuimus, quod in aliquo consilio non possit fieri aliquod partitum, nec aliqua reformatio nisi primo dicta omnium consiliariorum fuerint ascripta, & lecta in dicto consilio, & si aliter facta fuerit non valeat ipso iure.

Summarium statuti 15. de regim. Potest.

1 *PVblicè gesta non possunt ita de facili fraudari.*
2 *Forma huius statuti vnde desumpta.*
3 *Scriptura, quando sit de necessitate actus.*
4 *Contractus non requirunt scripturam.*
5 *Pactum quod de contractu fiat instrumentum, an validet contractum ante instrumentum.*
6 *Instrumentum vbi per Notarium est lectum coram partibus contractus dicitur perfectus, esto quod Notarius non apposuerit nomina testium.*
7 *Statutum, an requirat scripturam.*

HOC statutum conuenit cum supra antecedenti, & subsequenti stat. 17 & 19. de regim. Potestatis, & potest esse factum ad dolum euitandum, & qui fuerint voti illius, & presentes, &
1 quia † quæ publica sint, & omnibus innotescunt, non ita de facili possunt fraudari sicut ea, quæ fiût clam arg. l. clam possidere cum ibi not. ff. de acq.
2 possess. † forma autem huius statuti videtur desumpta ex l. 2. C. de sent. ex breuil. recit. cû his, quæ scribit Alex. in l. hac consultissima, C. de his, qui testam. fac. poss. & in l. clam possidere col. 4. nu. 12. ff. de acq. possess. Nata conf. 287. col. 4.
3 † In verbo [ascripta] si vis scire casus in quibus de iure communi de necessitate requiritur scriptura vide glo. in cap 1. §. post de censibus in sexto, quæ enumerat 29. casus, Specul. de inst. edict. §. restat versiculo, sed si vnus glo. in c. 1. de censibus in 6. Ias. in l. cum proponas col. 1. C. de transact. Decius in rub. extra de testibus, Pract. Papiensis in forma product. instrum. in gl. coram vobis Hip. Marsil. in rub. num. 29. C. de probat. & sing. 330. Alex. in l. quod te, col. fin. & in l. certi condictio, §. quoniam, col. 1. ff. si cert. pet. & inter alios ca-
4 sus sciendum est, † in contractibus non requiri de necessitate scripturam, sed solum fieri ad maiorem probationem, l. contractus, ff. de pignor. l. pactum, quod bona fide, vbi Bart. & Bal. C. de pact. præterquam in contractu emphiteutico, l. 1. vbi DD. C. de iur. emphith. Alex. conf. 136. nu. 8. vbi
5 appost. lib. 1. nollo tamen vos ignorare, † quod quoties esset conuentum inter partes, quod de contractu fieret instrumentum nunquam contractus diceretur perfectus nisi perfecto, & absoluto ipso instrumento, & partibus lecto, alias antea nulli ius quæritur ex dicto instrumento, l. contractus, vbi Bar. & Bal. C. de fide inst. Ias. in §. ité si quis il secundo, nu. 87. circa finem, in instit. de act. & quæstio ista apud Doct. est controuersa illiusq; decisio pendet à verbis pacti, vt laté per Thesaur. decis. 197. Decian. resp. 64. lib. 3. Honded. conf. 52.
6 lib. . † & tunc quoties instrumentum est partibus lectum dicitur contractus perfectus, dato, quod Notarius nundum apposuisset nomina testium, sed illa post modû apponeret glo. & Salycet. in d. l. contractus, Alex. conf. 10. nu. 8. lib. 1.
7 † Sed hic non incongrue quæri potest nunquid statuta de consuetudine requirant scripturam, & dicite quod non, sed per testes probari possunt, Rot. Rom. decis. 1. & 2. in nouissimis videas Alber. de Ros. in tract. statut. parte 1. quæst. 125. Carpan. in addit. ad stat. Mediol. in prælud. n. 114. cû seqq.

Qualiter partitum fieri debeat in dictis consilijs, & de pœna contrafacientium. Rubr. 16.

ITem statuimus, quod omnia partita, quæ fient in consilijs, & quolibet ipsorum fiant, & fieri debeant ad bussolas, & ballottas, per illum qui in ipsis consilijs præpostam fecerit, & non aliter. Et si contrafactum fuerit non valeat, nec teneat nisi aliter alio statuto caueatur, & quicquid factum fuerit ex eo, vel ob id. ¶ Et nihilominus qui ipsa partita contra, & præter formam ipsius statuti fecerit condemnetur in libris vigintiquinque Papiæ pro qualibet vice qua contrafecerit.

PArtitum factum per calculos secretos liberum magis est, quã sit votû, quòd viua voce profertur plerumq; si vel gratia, vel odio, timore, vel amore, nos declinet magis in vnamquã alterã partem, sed per appositioné manus cessãt hæc apud bonos viros; est .n. modus inuentus per qué quis potest disponere de voto, & fauere bene meritis, & eos, qui non sunt benemeriti excludere, & propterea caueant Consiliarij, vt iuste iudicent circûscripta omni passione diligite inquit D. Sap. 1. Iustitiam, qui iudicatis Terram; non potest fallere D. O. M. & tempore mortis eorum tremebundo Iudici rationem reddent, hæc ea ratione scribenda duxi, quia noui quomodo voces, & suffragia emendicata sunt, quare seruare bonû est formam traditã in hoc statuto, ac sequentibus statutis, & respublica bene se se habebit vbi seruatæ fuerint adunguê reformationes conditæ ab illis Illustriss. viris, qui eas compillauerunt alias omnia in peius ruent, nollite placere hominibus in hoc mûdo, sed Deo, in alio, quid enim prodest homini si vniuersum mundû lucretur animæ vero suæ detrimentû patiatur, vt habet in Euang. Matth. 16.

In verbo [ad bussolas, & ballotas] in hoc concordat cum statuto 23. & 26. inf. de reg. Potest.

In verbo libris 25. quæro an de tali condemnatione possit dari appellatio, videtur quod non, quia hoc statutum incipit ab illa dictione; Item quæ est repetitiua præcedentis stat. 14. in fine, vbi vult posse exigi sine aliquo processu, vel condemnatione fienda, & consequenter videtur reijcere appellationem. Respondetur, quod statutum recipiunt declarationem passiuam quinimo subsequentia declarant præcedentia, propterea cum habeamus aliud statutum ciuile primum in capite lata verò sententia, quod permittit appellationē ab omni sententia diffinitiua, & condemnatio de qua in hoc 16. statuto de reg. Potest. censeatur diffinitiua, merito potuit appellari, tanto magis ex quo videtur aliud statutum ciuile 4. in fine verborum vbi vult, quod si extimatio nō excedat libras decem Pap. non possit appellari, quærelari, nec de nullitate opponi, & inclusio vnius est alterius exclusio per ea, quæ cōgerit, Euerard. in topic. leg. loco ab inclusiue ad exclusionem, ergo à libris x. Pap. licita est appellatio, & sic in casu huius statuti ex quo agitur de condemnatione librarum viginti quinque.

Quod nullus surgat ad consulendum in aliquo consilio ante præpostam factam, & de pœna contrafacientis, & de præposta non fienda in aliquo consilio nisi primo fuerit scripta, & lecta per officialem in dicto consilio. Rubr. 17.

ITem statuimus, quod in aliquo consilio magno, vel paruo nullus surgat ad aliquid consulendum nisi prius præposta fuerit lecta in ipso consilio. Et qui contrafecerit puniatur in solidis decem Papiæ, pro qualibet vice: In quam pœnam ipso facto incurrat. Ita quod exigi possit sine aliquo processu, seu condemnatione inde fien. Præposta vero in aliquo consilio magno, vel paruo fieri non possit per aliquem rectorem, vel officialem Communis Papiæ, nisi primo fuerit scripta, & lecta in ipso consilio. Et si aliter fiat, non valeat nec teneat ipso iure consilium, seu reformatio inde secuta.

CIrca hoc statutum nihil occurrit dicere, cum non sint in vsu, sed loco huius statuti adsunt ordines Ciuitatis, quæ infra post statuta imprimentur.

De pœna illius, qui non venerit ad consilium, & de pœna illius qui consulendo de aliquo aliqua verba iniuriosa dixerit, & de pœna illius qui percusserit in consilio cum pede, vel aliam turbationem fecerit. Rubr. 18.

ITem statuimus, quod quilibet de suprascriptis consiliarijs teneatur, & debeat cum ad consilia, vel aliquod ipsorum fuerit vocatus sono campanæ, vel requisitione seruitoris Communis Papiæ venire. Et qui contrafecerit puniatur qualibet vice in sol. quinque Papiæ, vel minus arbitrio Potestatis, vel eius Vicarij, quam pœnam ipso facto incurrat, nisi ipsa die, vel sequenti legitimam fecerit excusationem. ¶ Qui vero in aliquo consilio de aliquo, seu alicui verba iniuriosa dixerit puniatur in sol. centum Papiæ, & minus ad arbitrium domini Potestatis, vel eius Vicarij. Percutientes vero cum pede in aliquo consilio, vel alio modo turbationem facientes in aliquo consilio, quæ turbatio intelligatur ad arbitrium iusdicentis, in dicto consilio puniatur pro quolibet ipsorum in solidis viginti Papiæ, & minus ad arbitrium domini Potestatis, quam pœnam ipso facto incurrat sine aliqua defensione inde danda. Saluis alijs pœnis in statutis Communis Papiæ compræhensis.

Summarium statuti 18. de regimine Potestatis.

1 *STatuti diuisio in tres partes.*
2 *Quilibet consiliarius tenetur ire ad consiliū, sub pœna de qua participat ipse contrafaciens.*
3 *Fallit in infirmo, vel absente aliterue impedito impedimentum autem deduci, vel allegari debet.*
4 *Iura loquentia de Decurionibus, habēt locum in Consiliarijs.*
5 *Consiliarij sunt eligendi diuites, honesti, & idonei.*
6 *Pauperes, & viles repelluntur.*
7 *Decuriones debent eligi de illis casatis quibus à lege, vel statuto permittitur.*
8 *Valet statutum disponens, quod in honoribus praeferantur certi homines.*
9 *Consiliarij eligendi in Ciuitate, quas qualitates habere debeant.*
10 *Ciues originarij, ac incolæ sunt eligendi in consiliarios.*

11 *Naturales, & spurij admittuntur ad Decurionatum.*
12 *Decurionatus est onus non honor, & ideo ad illud admittuntur infames.*
13 *Naturales dicuntur infames infamia facti.*
14 *Decuriones, an possint torqueri.*
15 *Circa materiam Decurionum remissiuè.*
16 *Verba iniuriosa, quæ dicantur.*
17 *Dicens plura verba iniuriosa vnico contextu, an dicatur plures iniurias fecisse.*
18 *Iniuria quibus modis committatur.*
19 *Pœna iniuriam facientis.*
20 *Tria consideranda in puniendis iniurijs.*
21 *Hoc statutum loquens de percutiente cum pede extenditur etiã ad facientẽ concussionẽ manuũ.*

1 HOC statutum † diuiditur in tres partes, in prima ponit pœnam Cõsiliarijs, qui non eunt ad consilium, vel qui se non excusant; in secunda ponit pęnam dicenti verba iniuriosa; in tertia ponit pęnam percutienti cum pede; secunda ibi qui vero; tertia ibi percutientes. Ex prima parte huius statuti, no-
2 ta, † quod quilibet consiliarius tenetur ire ad consilium, siue per campanam, siue per seruitorem fuerit monitus sub pœna hic annotata; ex nouis verò ordinibus maior est pœna, nempe aureorum viginti quinque, quæ pœna vbi ciuibus esset applicanda, ille qui contrafacit ad ratam participat de pœna Bar. in l. ab omnibus, §. si titio, nu. 3. ff. de leg. primo.
3 † Fallit hæc conclusio in infirmo, vel absente iuxta, ea quæ habentur per Bart. in l. is potest, col. 4. ff. de acq. hæred. Alex. in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posth. & in l. 2. C. qui admitti, Surd. decis. 203. nu. 15. vel si vxor alicui moriatur, vel filius, vel adsit alia probabilis causa, vel impedimentum quod deduci debet cum protestatione, Afflic. decis. 29. nu. 1 D. Rip. auus meus maternus de priuit. iud. caus. pest. num. 21. cum seqq. pluribus, Crauet. cons. 401. lib. 3. Honded. cons. 44. nu. 32. & seqq. lib. 1. Rim. iun. cons. 801. n. 36. & seq. Surd. decis. 4. nu. 13. & cons. 12. num. 21. in quibus locis late de impedimento.
In verbo [quilibet] de suprascriptis Consilia-
4 rijs † quæro, qui possint esse Consiliarij, & in primis premitto, quod iura loquentia de Decurionibus locum habent hodie in Consiliarijs Ciuitatũ, seu Oppidanorum; glo. & Bart. in rubr. C. de decur. lib. 10. cum cęteris, de quibus per Alb. cõs. 186 nu. 2. vbi appost. ad eum; Consiliarij enim successerunt loco decurionum, Bart. in l. 1. circa medium, versic. tu dic imo, ff. de offit. assess. Franc. Aret. cõs. 4. Alex. cons. 17. in princ. lib. 6. & 106. num 8. & seq. lib. 2.
5 † Hoc sic supposito, dicas primo, quod ad offitia Ciuitatis debent eligi diuites, non pauperes, qui sint viri honesti, & idonei, l. ad subeunda vbi ad-
6 ditio ad Bart. C. de decur. lib. 10. † & ideo non sunt admittendi facientes artem vilem, vel pauperes, vti tumultuosi, & perniciosi, nec etiam plebei,
7 Lucas de Penn. in d. l. ad subeunda † Secundo debent esse de illis quibus lex, statutum, vel consuetudo hoc tribuit, vt eligantur decuriones, l. de honorib. versic. item lex, ff. de munerib. & honorib.
8 Tertio † validum est statutum quo cauetur, quod in honoribus Ciuitatum præferantur certi homines, vel aliqua progenies l. vt gradatim, §. deficientium, & ibi glos. in verbo conditionis, ff. de mune-
9 rib. & honorib. † & ideo in hac Ciuitate Pap. debent elligi de illis casatis descriptis in ordinibus factis pro regimine Ciuitatis Pap. de anno 1549. 11 mensis Maij, qui ordines habentur inf. in fine voluminis horum statutorum, & in hoc videntur dicti ordines esse conformes iuri communi, dum disponunt quod Consiliarij elligendi sunt de domibus supra descriptis qui attigerint ætatem annorum 30. & ita soluitur quæstio, an annus ceptus habeatur pro completo de quo per Laderch. cõs. 176. sint bonæ conditionis, & famæ, neque ipsi, neque eorum patres artem vilem exercuerint, sint ciues, & cum Ciuitate onera sustineant, in eaq; re-
10 sideant, † quod etiam est dispositum de iure cõi, vt ad decurionatũ elligantur originarij, & incolæ Ciuitatis, l. pupillus, §. decuriones, ff. de verb. sign.
11 † Sed hic quæro, nunquid ad decurionatum admittantur naturales, & spurij, & dic quod sic l. generaliter, §. spurius, & spurij, ff. de decur. Bart. in l. 1. nu. 26. ff. sol. matr. Hippol. de Marsil. in tractat. de bannit. in verbo [Ciuitate] nu. 97. & ratio est,
12 † quia decurionatus offitium non est honor, vel dignitas, sed onus, l. munus tribus ff. de verborum signif. & ideo ad onera admittuntur etiam infames, l. 1. C. de infam. lib. 10. l. nec infames, C. de
13 decur. lib. 10. quo casu licet, † naturales, & spurij dicantur infames, saltem infamia facti, vt per Azonem in summa, C. ex quib. caus. infam. irrogetur. Alex. cons. 2. n. 5. & cons. 95. nu. 4. & 67. n. 5. & 128 nu. 7. lib. 1. & cons. 80. n. 2. lib. 2. Tiraq. in tract. de nobil. c 15. nu. 7. ac 14. cum seq. adhuc tamen admittuntur ad decurionatum, ita per hanc rationẽ tenet etiam Alba cons. 685. & ita videmus in hac nostra Ciuitate ad munus decurionatum admitti etiam naturales.
14 † An autem decuriones Ciuitatum possint torqueri, dicas, quod quicquid sit de iure, de consuetudine seruatur, quod torquentur prout testatur Clarus in §. fin. praxis crim. q. 64. nu. 19.
15 † Si quis autem cupiat videre plura in materia decurionum, videat Lancell. Corad. in tract. de decurionib. vbi plenissime tractat.
In verbo [verba iniuriosa] Ex secunda hac parte cõlligo, quod dicens alicui verba iniuriosa in consilio, punitur in solidis centũ Papiensibus, in
16 declaratione huius statuti quæro, † quæ dicantur verba iniuriosa, & respondeo ea esse per quæ alicui improperetur aliquod maleficium ab eo commissum; ita Bart. in l. item apud labeonem, §. ait prætor, col. 2. versic. videamus quid sit, ff. de iniur. & hoc est verum, siue in genere, siue in spetie alicui improperetur aliquod delictum commissum, vt per Bart. in d. §. ait prætor, & per eundem, & alios in l. 3. in princ. ff. de lib. & posth. & in l. turpia in princ. ff. de leg. primo, & per eundem Bart. in l. his verbis, §. 1. ff. de hæred. instit. Angel. Aret. instit. de iniur. col. 1 versic. in glo. vide etiam plura verba iniuriosa exemplificata per Iul. Clar. in § iniuria, nu. 1. vbi refert plures casus iniuriæ verbalis, & ibi Baiard. in addit. Bart. cons. 106. & quę dicantur verba iniuriosa vltra DD. sup. allegatos, videas Grammat. decis. 14. nu. 9. cum seq. ante eum Fel. in c. cum te in vlt. col. de re iudic. Luc. de Pen. in l. 3. C. de pecul. Castr. Laderch. cons. 182. Honded. cons. 96. & 112. lib. 1. Thesaur. decis. 229. qui
17 autem plura verba iniuriosa alicui dixerit vno impetu, ac contextu, nõ dicitur fecisse plures iniurias sed vnam tantum, Baiard. distinguens in addit. ad Clar. in §. iniuria, nu. 8. cũ seq. Coarun. lib. 2. var. quæst.

quęst.c.10. n.8. secus si statutum puniret pro quali bet iniuria, & verba diuersas iniurias significarēt, tunc pro singula iniuria pœna statuti esset imponenda, Fanuc. in tract. de moment. temp. cap. 20. nu. 12. Baiard. ad Clar. d. §. iniuria, nu. 10.
18 †Quib. autē modis comittatur iniuria dic quod duob. modis, sz. verbo, aut facto, exemplificando, vt per Iul. Clar. in d. §. iniuria, nu. 1. vbi Baiard. in addit. ad eum; de iure cōmuni qualiter puniatur
19 iniuriam faciens alicui; † dic quod est arbitrariū Iudici inspecta facti, & personarum qualitate; §. in summa instit. de iniur. Clar. vbi sup. nu. 8. cum
20 in puniendis iniurijs † tria veniant pręcipue consideranda; primo qualitas iniuriarum; an sit simplex, an vero atrox; secundo qualitas iniuriati, & iniuriantis; tertio modus quo illata fuit, Baiard. in addit. ad eumdem; Clar. in §. iniuria, num. 47. vide late Menoch. de arbitr. iud. casu 263. vbi latissime de iniuria atroci, Laderch. cons. 182.

Ex tertia parte colligo, [quod percutiens cum pede ad turbationem inducendam in consilio pu-
21 nitur pœna hic statuta; † hoc statutum intelligo verum, non solum in eo, qui turbationem cum pede facit, sed etiam per concessionem manuum, aut aliter, quia quæ exempli causa ponuntur, vel frequentionis vsus causa non restringunt dispositionem Auth. cassa, & irrita in verbo per italiam, C. de sacros. eccles. quam sequitur Ias. in Auth. ex testamento, col. 7. C. de collat. post Bart. in l. vlt. C. de mandat. princ. Rip. auus meus in l. 1. nu. 121. ff. sol. matrim. & in l. fin. versic. duodecimo quæro, C. de reuoc. donat. gl. per illum tex. in l. vnica, in verbo sponsam, C. de rapt. virg. quā sequitur Alex. cons. 54. lib. 4. Ias. in l. non ob hoc C. vnde leg. Andreas Tiraq. in tract. lignag. §. 20. glo. prima.

De consulentibus extra præpostam, & eorum penis. Rubr. 19.

ITem statuimus, quod consulentes extra præpostam. Puniantur in solidis decem Papiæ, in singulis vicibus in quibus contrafactum fuerit. Sine aliquo processu inde fiendo, & defensione fienda, & sententia aliqua proferenda. ¶ Et vltra dictum consilium dicti consiliarij non valeat ipso iure. Et quod consultum fuerit extra, vel vltra præpostam, reformatio, decretum, statutum, reformatum, & ordinatum non valeat, nec teneat ipso facto, & iure: Non obstante aliqua exceptione, vel iure.

Summarium statui 19. de Regimine Potestatis.

1 *STatutum hoc an validum vti tollens defensionem.*
2 *Defensio etiam Diabolo non est deneganda.*
3 *Verbum ipso iure quid importet.*
4 *Pœna huius statuti an procedat in dependentibus, & connexis.*

AD hoc Statutum adde sup. stat. 14. vbi imponit maiorem pœnam proponenti, quam faciat nunc consulenti; & dic, quod complectitur tres partes, in prima punit, in secunda annullat; in tertia, idem facit; secunda est ibi, & vltra; tertia ibi, & quod. Ex prima parte colligo, quod consulentes extra propositum puniuntur in solidis decem Papiensibus.

In verbo [sine aliquo processu inde fiendo, &
3 defensione &c.] quæritur † an valeat hoc statutum tollens defensionem. & videretur, dicendum quod non, quia defensio est fauorabilis, & de iure
2 diuino, † nec etiam diabolo est deneganda per ea, quæ congerit Vant. in tract. de nullit. ex defectu citat. in princ. & quando denegatur exceptio, vel defensio, intelligitur de friuola, non de legitima, quia defensio legitima nemini est deneganda, vt voluit Pract. Papiens. in forma libelli, quo petitur hereditas ex testamento in verbo contradicentibus. Respondetur tamen ideo permissum esse in hoc statuto tolli defensionem propter pœnæ modicitatem, vel melius statutum tollens defensionem meram, & directam, secus in defensione obliqua, & non propria qualis est ista, quæ punit facienti actum contra statutum, Alex. consil. 225. ponderatis, num. 6. in fin. cum seq. vers. 51. qua ergo lib. 6.
3 In verbo [ipso iure] quod importat verbum, ipso iure dic quod idē importat, ac si diceret absq; ministerio iudicis, Felin. in cap. Rodulfus nu. 35. de rescript. Dec. cons. 738. num. 1. vbi loquitur de dictione ipso facto, quæ idem importat, & importat, canonem latæ sententiæ, Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertatur num. 119. & seq. C. de reuoc. donat. Rimin. Inn. consil. 707. num. 13. Scias tamen, quod nihilominus requiritur declaratoria Iudicis, & ideò quotiescunque imponitur à lege, vel statuto pro aliquo delicto, aliqua pœna ipso iure, vel facto, tunc nō potest fieri exequutio nisi præcedente declaratoria, Alex. consil. 103. nu. 17. vbi apost. lib. primo. & latè Ant. Gabr. in suis commun. in tit. de malef. concl. 13. per totū, Menoch. alios afferens de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 220. num. 6. licet contrarium tentari posset, nempe nullam requiri Iudicis declarationem ex his quæ nouissime tradit Arumæus in tract. de mora, cap. 3. num. 19. & seqq.

In verbo [non obstante aliqua exceptione] quęro quæ sit ratio, & respondetur, quod illa videtur esse, vt seruetur ordo, alioquin vbi non est ordo, ibi est confusio §. inordinatum in auth. de hæred. & fal. Credo tamen, quod debet in primis constare de substantia eorum, scilicet quod fuerit factū consilium extra præpostam.

4 Quero quid si in dependentibus, & connexis sit consultum, † An habeat locum pœna dicti statuti, vide Alber. de Rosa. in prima parte statutorum. quæst. 124. vbi tenet non videri extra prepostam consultum, arg. l. apud Iulianum. §. antistius, ff. ad trebell. cap. cupientes, §. denique in fine, extra de electione, l. tutores, qui tutellam, ff. de adm. tut. & l. eum actum, ff. de neg. gest.

De

de aquæduct. lib. 11. Alex. conf. 68. num. 13. lib. 2. Auus Matern. Rip. in tract. de peste, in tit. de remed. ad conseru. vbertatem, nu. 234. & respõs. primo. in tit. de muneribus, & honoribus, in 2. dubio, Chacher. decis. 68. Remig. de caritatiu. subsid. q. 62. nu. 36. cum seqq. plurib. Gallia d. cõs. 59. n. 52. Contrarium videtur tenere, Ruin. cons. 11. nu. 16. lib. 5. & alij de quibus Gallia. d. cõs. 59. nu. 53. cum seq. Rol. à Val. cons. 32. nu. 7. lib. 1. Bursat. plene cõs. 186. fere per totũ. Verior videtur prima opinio, dũmodo cõcurrant illa sex requisita de quibus per Gall. d. cons. 59. nu. 55. cũ seqq. primo nempe, q̃ adsit magna necessitas, secundo cõmunis & promiscua vtilitas; tertio, q̃ laici nõ sufficiant; 4. q̃ totus clerus vocetur, vt cõsentiat; 5. q̃ imponatur Sũmo Pontifice consulto; 6. quod cogantur ab Episcopo, vel suo superiore alij ad quatuor redigunt; primo, quod causa concernat publicam vtilitatem promiscuã; secundo, quod sit immediata; tertio, quod in subsidium fiat, quia vires laicorũ non sufficiant; quarto, quod à Iudice ecclesiastico compellantur, Bart. cons. 180. Albani late de immunit. eccles. nu. 87. Menoch. consil. vltimo, lib. 10. Surd. cons. 301. num 3. & seq. & cons. 490. lib. 4. Camil. Borel. cons. 74. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 97. num. 5. Decian. cons. 14. nu. 19. lib. 1. Petr. Cabal. resol. crimin. cas. 9. D. Cost. de remed. subsid. remed. 93. Secundo quæro nunquid forensis, teneatur ad solutionem onerum, distingue. Aut loquimur de muneribus patrimonialibus, & tenentur etiam forenses pro rebus existentibus in territorio, l. scripto, §. fin. cum glo. ff. de mun. & honor. l. 1. C. de mul. & quo loco lib. 10. Alex. consil. 101. num 3. in fine numeri, lib. primo. Aut vero loquimur de

25 collectis, † quæ dicuntur munera personalia, quæ imponuntur personis pro rebus, l. rescripto, §. fin. cum ibi not. ff de mun. & honor. Alex cons. 101. num. 3. lib. primo, & non habent certam, & indubitatam formam, sed vtilibet imponuntur secundum occurrentes necessitates, Ias. in d. l. pla-

26 cet, in prima lect. num. 4. Et dic quod † de iure forenses non possunt collectari, nec tenentur ad collectas de consuetudine tamen fere in omnibus Ciuitatibus Italiæ, collectantur, ita Ias. dicto nu. 4. Gabr. in suis communibus, in tit. de iure immunit. concl. 2. Alba cons. 407. nu. 2. & 8. & cons. 26. n. 2. Crau. cons. 111. nu. 15. & 195. col. 1. Natt. cons. 160. nu. 6. & seq. Festas. de collect. part. prima, nu. 24. & part. 2. cap. 2. nu. 43. Grat. cons. 61. nu. 38. Neuiz. cons. 66. nu. 16. Lancel. Gal. cons. 68.

27 nu. 20 & seqq. † Aduerte tamen, quod si onera, vel collectæ non distribuantur æqualiter secundũ veres patrimonij fit iniuria, & appellandum est ad Principem, & fit reuocatio eius, quod indebitè solutum est Alba cons. 401. nu. 5.

In verbo [postquam docuerit legitime] quæro

28 † quid si quis probauerit per iuramentum se non teneri ad solutionem onerum, an sufficiat, & dic, quod non, cum iuramentũ non sit legittima probatio, glo. in l. cum de indebito in princip. in verbo legitimis, ff. de probat. Ias. in §. quadrupli, nu. 40. instit. de act. vbi nu. 42. quærit an, & quando dicatur vera probatio, & in l. si quando, nu. 8. C. vnde vi, & in l. fin. §. licentia, C. de Iure delib. & in repet. l. admonendi, num. 282. ff. de iure iur. Plot. in repet. l. si quando, num. 56. cum seqq. C. vnde vi, Dec. in rubr. nu. 109. de probat. Mascar. latè de probation. q. 9. lib. primo, vbi latè de probat. per iuramentum. Quod ampliatur procede-

29 re, etiãsi † statutum non vteretur hoc verbo [legitime] sed solum simpliciter dixerit, docuerit; nam adhuc non posset fieri probatio per iuramentum, cum appellatione probationis simpliciter prolatę intelligatur de legitima, Ias. in d. §. quadrupli, nu. 41. Dec. in rub. num. 134. cum seqq. de pro-

30 bat. † Amplia, vt nec etiam probationis appellatione, veniat probatio, quæ fit per confessionem, cum ea non sit species probationis, sed per eam quis ab onere probandi releuetur, Dec. in rub. nu. 27. de probat. Anchar. iun. in suis quæst. famil. quæst. prima, num. 9. cum seq. part. prima, plenè Mascard. de probat. lib. primo, quæst. 7.

31 † Amplia vt probationis legitime appellatione, nõ venit probatio semiplena cũ iuramẽto, glo. in l. cũ de indebito in princip. in verbo legitimus, ff. de probat. Alex. in cons. 119. nu. 9. vbi Appost. lib. 2.

32 † Limita regulam, quæ se habet, quod iuramentum non sit legitima probatio, vt bene aliquando habeat cum plene probationis, prout est in iuramento litis decisiuo, vt per Gomez. in §. si quis postulante, num. 5. instit. de act. post Ias. ibi.

33 † Limita secundo procedere quo ad tollendam præsumptionem, quam facit fuga contra fugien-

34 tem, DD. in l. fin. de req. reis † Limita tertio in his quæ in animo consistunt, glo. in §. aliæ, vbi Ias. instit. de act. Idem Ias. in l. quædam puella, n. 10.

35 cum seqq. ff. de iurisd. omn. iud. † Limita quarto in casibus in quibus de iure communi, vel ex forma statuti, iuramentum habetur pro plena probatione, nam tunc in illis casibus iuramentũ dicitur proprie probatio, ita Plot. in repet. d. l. si quando nu. 57. vbi infert, quod stante statuto volente credi iuramento damnum passi, quod aliud statutum loquens de probatione damni, intelligitur de probatione, quæ fit per iuramentum, vt ibi per eum,

36 Dec. in rub. num. 121. cum seq. de probat. † Sed quæro quid veniat appellatione legitimæ probationis, & dic quod venit probatio, quæ fit testibus, vel instrumẽtis c. forus, §. causa, de verb. signif. & vlterius patrocinio nõ indiget, ita Dec. post Felin. in rub. n. 144. vers. secũda conclusio de probat. vbi n. 145. infert probationẽ, quæ fit ex præsumptionibus, & coniecturis, non dici legitimam.

De pignoribus consignandis ad Cameram Communis Papiæ. Rub. 7.

Item statuimus, q̃ omnes Officiales Cõis Papiæ præsẽtes, et futuri, qui aliquẽ pignorauerint, seu pignorari fecerint occasione aliqua dicti cõis, vel inobedientiæ, vel contumaciæ dicti officialis, vel aliqua quauis ratione, præterquã si fieret ad postulationẽ alicuius creditoris: teneantur, & debeant dicta pignora ea die qua fuerint, ac cepta si fuerint in Ciuitate, vel ea die qua venerint ad Ciuitatẽ: & si dicta pignora accepta fuerint in districtu, illa procurari facere poni sub debito sacramenti ad Camerã Cõmunis Papiæ. Saluo quod prædicta locum non habeant in extraordinario officio Vicarij Domini potestatis Papiæ.

Sum-

Summarium statuti 7. de regimine Potest.

1 HOC statutum concurrit cum Nouis Constit. Mediolani in tit. de exequtione, & familia iusdicentium, c. 1. §. cum executores.
2 Executores quid tenentur seruare in pignorando aliquem, vbi enumerantur duodecim requisita.
3 Contumax verus potest mulctari non fictus.
4 Ante mulctam quis debet prius citari ad allegandum, quare mulctari non debet.
5 Contumax verus, & qui fictus, vbi exemplificatur nonnullis modis.
6 Mulctare, qui Iudices possint.
7 Quid in delegato Principis, an possit mulctare.
8 Quid in magistratu municipali.
9 Quid in delegato ab Ordinario.
10 Quid in arbitro.
11 An ij, qui non habent iurisdictionem, sed solum administrationem, vel gubernationem, possit mulctare, & exemplificatur in Iudice annonæ Papiæ.
12 An Iudex cogatur mulctare.
13 Plura remedia competentia iudicibus aduersus contumaces, & innobedientes.
14 Mulcta qualis esse debeat.
15 Qualiter puniatur Officialis aliquem indebite mulctans, & quid si excedat modum, & quid in dominio Mediolani.
16 An possit appellari à mulcta, & quid à comminatione mulctæ.

1 HOc statutum † est conforme cum Nouis Constit. Mediolani in tit. de execut. & familia iusdicentium, c. 1. §. cũ exequtiones fuerint, quibus cauetur exequtores post factam exequtionẽ minime posse pignora ablata penes se retinere, vel ea vendere, vel pignorare, sed teneri ea deponere si fecerint exequtionem in Ciuitate penes Antianum, vel vicinum; si verò extra penes Consulem, vel vicinum illius loci, in quo facta fuit exequtio sub pœna aureorum duorum Fisco applicandorum, & ponendi ad catennam. Scias autem, quod adhoc † vt
2 exequtores possint aliquem pignorari hæc omnia seruare debent, in hoc Dominio; primo debent habere præceptum exequtiuum penes se, signatum manu Iudicis, qui concessit exequtionem. Secundo illud tenentur ostendere parti. Tertio in actu executionis tenentur illius copiam dimittere penes passum exequtionem. Quarto si executio sit realis non debent facere nisi in præsentia Antiani, vel Consulis, aut eis deficientibus duorum vicinorum. Quinto tenentur pignora ablata deponere, non autem penes se retinere, vt etiam habetur in statuto nostro. Sexto non debent facere executiones in rebus prohibitis de quibus in dicto tit. de executione cap. 1. §. cum exequtiones, vbi laté enumerantur res, in quibus prohibentur fieri executiones, & habetur etiam inf. statuto ciuili 104. vsque ad statut. 111. & etiam in rebus dotalibus, siue paraphernalibus. Septimo tenentur præcepta exequiri in Ciuitate saltem intra duos dies, si extra per decem milia passus saltem intra quatuor, & abinde supra infra sex dies. Octauo facta executione personali, ex causa ciuili debent detentum antequam ducant ad carceres consignare Iudici ad effectum si vellit possit allegare vt supra quare non potuerit, capi. 9. non possunt facere exequtiones personales pro debitis, tam publicis, quam priuatis, in conducentes victualia ad Ciuitates, tam in eundo, quam in redeundo, nec in confinibus palatij prætorij, nec in domibus, vel Ecclesijs, nec de nocte, quæ incipit post 24. horam, 10. non accipiant vltra mercedem sibi debitam, etiam à sponte dantibus; nec partes moneant, nec dilationes dent &c. Vndecimo tenentur pignora ablata, si in Ciuitate intra vnum diem, si extra intra tres dies, describi facere apud acta Iudicis, hæc omnia habentur in Nouis Constit. Mediolani, sub tit. de execut. iusdic. & fam. per totũ, Additur duodecimo, vt non possint pignorare, vel derobare maiora pignora, quam releuat debitum cum expensis, alias possit eis etiam de facto resisti, Iaf. in §. quadrupli, num. 4. cum addit. ibi instit. de act. Paris de Puteo, in tract. de syndic. in verbo Iudex, & in verbo iuste, Guid. Pap. q. 329. nu. 1. ad finem cum alijs de quib. per Carpan. in addit. ad statuta Mediolani, cap. 166. nu. primo, versiculo si hæc non seruauerint.

In verbo, [vel inobedientiæ, vel contumatiæ,]
3 quæro, an † ratione contumatiæ quis mulctari possit; & dic quod sic, quando contumatia est vera, secus autem si ficta, ita Bart. in l. vnica, §. fin. num. 4. versiculo, & hoc dicebat, ff. si quis iusdic. non obtemp. vbi Alex. nu. 11. cum seq. testans de communi, & Cagnol. nu. 20. Maranta in tract. de ord. iud. in 6. parte de contum. num. 9. late Rol. à Valle cons. 47. nu. 16. cum seq. lib. 2. Aduerte ta-
4 men, quod † licet contumax verus possit mulctari requiritur quod antequã mulctetur prius citetur ad se excusandum, & allegandum causam, quare mulctari non debeat l. 2. vbi Bart. nu. 17. & ibidem ceteri DD. ff. si quis in ius voc. non ierit, Bos. in tit. de mulctis nu. 6. Clar. in § fin. praxis crimin. quæst. 44. num. 8. versic. vnum tamen scias, Pract. Papiensis in forma inquisitionis in gl. debitum, nu. 4. Ant. Gabr. in suis comun. in tit. de citationibus concl. prima, nu. 169. ampliat 7. Rol. à Valle,
5 cons. 47. nu. 6. lib. 2. † Sed quæro quis dicatur verus contumax, & quis fictus, & dic secundum Bar. in l. fin. ff. de integr. restit. minorum, quod contumax verus est ille, qui fuit citatus personaliter, & dixit nuntio se nolle comparere; nam tunc dicitur esse in dolo vero; secus autem si tacuit, & non venit, nam tunc diceretur fictus, vt per Natam cons. 17. nu. 4. contumax vero fictus est ille, qui nedum citatus tacuit, & non venit, sed etiam, qui dixit se nolle venire, sed postea pœnituit, & voluit venire, sed fuit impeditus, ideo non venit; sed quando fuit citatus personaliter, ad eius tamen notitiam peruenit citatio, vel quando ad eius notitiam non peruenit citatio, nec fuit citatus personaliter, ita pulchre declarat Odd. de restitut. in integr. parte 2. q. 82. art. 7. nu. 81. cum seq. videas etiam Marant. in suo speculo in verbo aduertas
6 circa contumatias. † Sed quæro quis possit mulctare, & dic quod omnes magistratus habentes iurisdictionem contentiosam possunt mulctare, l. 1. in principio, vbi DD. ff. si quis iusdic. non obtem. ratio est, quia mulctare est iurisdictionis. Iaf. in dicta l. prima, num. 16. Amplia regulam, vt ne-
7 dum procedat in Iudice ordinario † sed etiam in delegato Principis, qui ex magis cõi DD. opinione mulctare potest, Abb. in c. de causis, num. 11. vbi

Felin. nu. 9. Dec. nu. 13. de. offic deleg. Alex. in d. l. vnica, in princ. nu. 14. vbi Ias. num. 20. & Cagnol. num. 58. Rol. à Valle cons. 47. num. 74.
8 lib. 2. † Amplia 2. procedere in magistratu municipali, Dec. cum Alex. d. l. 1. num. 8. vbi Cagnol. num. 43. cum seqq. vbi testatur de communi; limita primo, † Non procedere in delegato ab
9 alio, quam à Principe, qui regulariter mulctare non potest DD. communiter in d. l. 1. vbi Cagn. nu. 56. qui tamen sublimitat, vt per DD. in d. l. 1.
10 Fal. † Secundo in arbitrio qui nō potest mulctare, nisi vbi hoc specialiter fuerit concessum, l. non ex omnibus, cum glo. ff. de arbitr. vel nisi esset aliter ex necessitate statut. ita Cagnol. in d. l. 1. num. 59. cum seqq.

11 † Limita tertio non procedere in his, qui non habent iurisdictionem, sed tantum administrationem, vel gubernationem reipublicæ, Ias. l. 1. nu. 15. vbi infert, quod deputati Ciuitatis super annona, qui Papiæ appellantur iudices victualium non possunt mulctare, nisi eis fuerit concessum.

12 † Limita quarto, vt licet Iudices ordinarij possint mulctare inobedientes, non tamen necessitantur; licet hoc facere possint, vt per Ias. in d. l. vnica, in princ. num. 5. intelligendo tamen, vt ibi per eum, & per Cagnol. ibidem num. 68. scilicet, vt hæc limitatio procedat, quando ad imponendam mulctam non intentaretur actio, vel accusatio per partem, sed imploraretur offitium Iudicis à parte, vt cogeret inobedientem sibi obtemperare, nā contra talē habet iudex plura alia remedia cōpulsiua, & defensiua iurisdictionis ipsius Iudicis nec cogitur mulctare, ita recitat Cagnol. post d. num. 69. & 70.

13 † Remedia autem, quæ competunt ipsis iudicibus aduersus contumaces, & inobedientes secundum Bart. & alios in d. l. prima, varia in prinsunt hæc, primum est captura personalis; secundum remedium est denegandæ audientiæ; tertiū est mittendi in possessionem; quartum banniendi; 5. excommunicandi si iudices ecclesiastica potestate fungantur; & vt latè habetur per Bart. vbi Ias. nu. 25. Cagnol. nu. 5. & nu. 71. cum seqq. plurib. In casu autem in quo contumax potest
14 mulctari, † qualis debeat esse mulcta; dic quod hoc relinquitur arbitrio Iudicis, teste Menoch. de arbitr. iud. casu 280. vbi nu. 4. vult Iudicem non posse condemnare ob contumatiam in amissione totius causæ, & an mulcta debeat excedere taxationem, l. eos, C. de modo mulctarū, vide pulchrè Cagnol. in d. l. vnic. num. 11. cum seq. vbi nu. 15. limitat d. legem, eos, tribus modis, vt ibi
15 per eum. † Aduertāt tamen Magistratus, & officiales ne imponendo mulctam excedant modum suæ Iurisdictionis, vel taxā Iuris. quia nihil agunt, in totum enim vitiatur mulcta, & puniuntur grauiter, l. certa ratione, vbi Bal. & Castr. C. quando prou. non est necesse, d. l. eos, C. de mod. mulct. vbi expresse disponitur excedentē modū mulctarum, de qua in d. l. eos, puniri aduersus condemnatū ad restitutionē dupli, Fisco vero ad soluendā mulctam, cui textui videntur, in aliquo conformes N. Cost. Mediol. in tit. de Senatorib. §. cum autem, vers. super quibus; dum iubent iudices indebite aliquem mulctantes ipsos incontinenti teneri Fisco mulctas soluere; quo factum est, vt uon ita de facili, & capite leuato iudices ad aliquā mulctam transmittendum ad Cameram Fiscalem festinent, timentes ne sibi ipsis malum fabricent,
16 dum alios punire credunt. † An autem à mulcta possit appellari, dic quod bene à comminatione mulctæ, tum ex dispositione Iuris communis, vt latè per Dec. in cap. cum cessante de appell. & per Cagnol. in d. l. vnica, num. 115. tum ex dispositione Nouarum Constit. Mediolani, in tit. de mulstis, si non fuerit primo loco appellatum à comminatione mulctę licebit postea etiam appellare ab ipsa mulcta, ita Boss. in tit. de mulctis, nu. 2. alia in materia vide apud Rol. à Val. côs. 47. lib. 2. Farinac. de delict. & pęn. q. 18. num. 31. & seq.

De officio rationatorum, ac Sacriste Communis Papiæ. Et de libris consignandis ad sacristiam per Notarium Communis Papiæ. Rub. 8.

CVM officium Sacristæ non sit in practica, vel vsu, sed eius officium hodie exerceatur per rationatores Communis Papiæ. Ideo statuimus, quod dicti rationatores habeant annexum officium sacristiæ, & sicut olim spectabat ad sacristam, ita hodie spectet ad dictos rationatores, habere curam, & solicitudinem petendi, recolligendi, & habendi, ac in dicta sacristia reponendi libros reformationum, consiliariorum, prouisionum, cridarum, sententiarum datarum in Communi Papiæ, accusationum, inquisitionum, bannorum, condemnationum, defensionum, securitatum, processuum, introitum, & expensarum, & onerum, & factionum, & scripturarum factarum per quoscunque Notarios, & officiales Communis Papiæ spectantes, & pertinentes Communi Papiæ, & quæ spectare, & pertinere poterant Communi Papiæ, & custodiendi, & saluandi omnia prædicta, et etiam omnia alia quæ eisdem consignabuntur, et quæ reperientur esse in dicta sacristia. ¶ Et quod Notarij, et Officiales Communis Papiæ, teneantur, et debeant, & compellantur per Dominum Potestatem Papiæ, & eius Iudices, & quemlibet ipsorum dare, & consignare dictis rationatoribus sacristiæ, & custodi omnes eorum libros, & alias scripturas quas, & quos fecerint in dictis officijs, spectantes Communi Papiæ, de quibus omnibus scripturis dictus Sacrista, & Custos, sine aliquo præmio recipiendo, teneatur

neatur, & debeat demonstrare, & copiam facere videndi quibuscunque, ipso Sacrista semper astante, & præsente ipsis demonstratoribus scripturarum, & exemplantibus ipsas, ne possit in eis fraus aliqua committi. Si quis vero voluerit habere exemplum alicuius scripturæ ex prædictis, exempletur per illum Notarium, qui imbreuiauit ipsam scripturam, & per ipsum subscribatur, vel per alium, ad quem spectent breuiaria ipsius Notarij. Et si contra prædictam formam exempletur, fides non adhibeatur ipsi exemplo. ¶ Dictus vero Custos, & Sacrista finito eius officio, restituere, & consignare teneatur nouo Sacristæ, & Custodi nouiter electo, omnes, & singulos libros, omnesque scripturas, qui, & quæ sunt, & erunt penes ipsum sacristam, & in ipsa sacristia, sine, & absq; aliqua diminutione, & detractione in præsentia duodecim sapientum, vel maioris partis ipsorum. De qua consignatione fiat publica scriptura. Habeant etiam curam, & solicitudinem dictus sacrista in absentia, & renouatione Iudicis maleficiorum, facere scribi, & consignari libros, & scripturas factos, & factas occasione dicti officij. Quos & quas dictus sacrista per publicum instrumentum consignare debeat nouo Iudici maleficiorum si expedierit. Ante vero introitum officij ipsius sacristiæ, ijdem rationatores iurare teneantur, & debeant in præsentia domini Potestatis, vel eius Vicarij ad sancta Dei Euangelia tactis scripturis, dictum suum officium recte legaliter, & fideliter exercere, attendere, & obseruare, quæ superius dicta sunt.

Summarium Statuti 8. de regim. Potest.

1 *Scripturæ spectantes Communi Papiæ sunt consignandæ rationatori Papiæ, & ratio.*
2 *In quo loco reponantur scripturæ Communis Papiæ.*
3 *Acta publica ciuilia, & criminalia esse edenda.*
4 *Recitatur ordo Catholicæ Maiestatis circa scripturas scribendas in vno libro.*
5 *Scripturæ in Archiuio repertæ fidem faciunt concurrenti fide rationatoris.*
6 *Scriptura talis an probet quoad non subditos.*

1 IN verbo [& quod Notarij &c.] Nota † quod omnes Notarij habentes scripturas spectantes communi Papiæ tenentur consignare rationatori Communis Papiæ. Ratio esse potest quam adducit tex. in l. prætor in princ. ff. de edendo, quia equum est, id quod mei causa confectum meum quoddamodo instrumentũ edi, & hanc rõnẽ per illũ tex. ponderat Alex. in l quædã in princ. col. 1. ff. de edend.

2 In verbo [sacristiæ] sciendum est, † quod hodie non est locus sacristiæ offitio, sed scripturæ omnes reponuntur in Archiuio Ciuitatis, in Prætorio, & hoc post bella Italiæ.

In verbo ipsis demonstrationibus scripturarũ] hoc statutum concordat cum dispositione Iuris
3 Communis, quo cauetur † quod acta publica, tam ciuilia, quam criminalia, offitio Iudicis sunt edenda per eum apud quem res geritur, vt in l. 2. C. de edendo, cuilibet prætendenti interesse, & propterea hoc statutum recipit extensionem, vt compræhendat actus à iure communi, exceptuatos, vt auctor est Anton. Neguf. in tract de pign. in 1. membro, octauæ quæstionis principalis, nu. 3
4 † Ad hoc statutum faciunt ordinis Catholicæ Maiestatis editi de anno 1588. super reformatione Consilij Generalis Papiæ, & eius Officialium, ex quibus inter cætera disponitur; *Che tutti gli ordini, & decretti fatti per gouerno della Città si scriuano in vn libro fatto à posta, il qual habbi à restar appresso li Consiglieri, che per tempo saranno, & che li Cancellieri non faciano alcuno mandato per qual si voglia pretesto senza ordine in scritto della Città, sotto pena della priuatione dell'officio, & oltre di resarcire il danno, che haueranno fatto, & che gli Cancellieri, & raggionati habbino à stare presente in Conseglio Generale, ò della prouisione si lascia in arbitrio delli Abbati, & si prohibisse alli Cancellieri il propallar alcuna cosa di quelle, che saranno state trattate, nel detto Conseglio, ò prouisione; Altramente il Senato Eccellentissimo sopra la rellatione procederà, come sarà conueniente,* & alibi disponunt, quod rationator habeat curam tenendi, & ipsa computa, & rationes redditũum ordinariorum, & extraordinariorum Communitatis Papiæ additur, & statutum 41. infra de reg. potest. in quo agitur de libro fiendo in quo sint descripta, & authenticata priuilegia, & iura Ciuitatis Papiæ.

Hoc statutum vtile est, vt scilicet omnes scripturæ, iura & instrumenta Ciuitatis, & ad benefitiũ Ciuitatis confecta, conseruentur in archiuio publico, imo, & omnia instrumenta per quosuis Notarios Communis Papiæ, ibi essent consignanda, ita namq; de facili malitijs, & fraudibus malorum hominũ obuiam iretur, & scripturæ facilius
5 omni tempore reperirentur; † libris autem, & scripturis repertis in archiuio publico, plena fides adhibetur. Burs. cons. 106. n. 18. Ozas. decis. 69. n. 3. & seq. quod verũ est concurrente fide rationatoris
6 quod talis scriptura ibi sit reperta, † & talis scriptura fidẽ facit etiã quo ad forenses, & nõ subditos quicquid aliqui cõtrariũ tenuerint, Cabal. milleloq. 58. Crauet. de antiq. temp. in verbo limitatur quarto, n. 5. & seq. Nicol. Genua in tract. de priuat. script. lib. 5. in princ. per totũ, maxime n. 39. & seq.

De

De pœna illius, qui non obseruauerit præconizationes. Rubr. 11.

ITem statuimus, quod quælibet persona Ciuitatis Papiæ, & terræ Papiæ, teneatur, & debeat obseruare omnes, & singulas præconizationes, & cridas quas dictus dominus Potestas Papiæ statuerit, & fecerit præconizare per Ciuitatem Papiæ sono tubæ præmisso, sub pœnis in ipsis appositis, & apponendis: Dummodo ipsæ præconizationes, & cridæ fiant secundum consilium, & voluntatem, & de consilio, & de voluntate domini Potestatis Papiæ, vel eius Vicarij. ¶ Et dumtamen ipsæ præconizationes, & cridæ non sint contra formam alicuius statuti Communis Papiæ. ¶ Possit tamen prædictus dominus Potestas mitigare, & minorare pœnam apponendam cuilibet non obseruanti cridam, inspecta qualitate facti, & personarum, & præsens statutum ad cridas factas, & fiendas in fauorem magnifici domini nostri non se extendat.

Summarium statuti 11. de regimine Potestatis.

1 *HOC statutum dessumptum à l. fere, ff. de reg. iuris.*
2 *Clausula omnia, & singula quid operetur remissiue.*
3 *Iudex in dubio debet elligere mitiorem pœnam.*
4 *Iudex in cuius arbitrio est posita pœna, an possit elligere pœnam mortis.*
5 *Et quid in Ciuitate Papia stante statuto 68. in criminalibus.*
6 *An possit iudex alterare pœnam.*
7 *An possit reo in arbitrarijs ellectionem tribuere.*
8 *Quando pro delicto imponitur pœna alternatiue, quis habeat elligere Iudex, an reus.*
9 *Noua Constitutiones Mediolani, in tit. de pœnis, §. prohibitum est omnibus, declaratur.*
10 *Iudex, an ex causa possit pœnam ordinariam minuere.*
11 *Pœna Iudicis imponentis minorem pœnam sine causa.*
12 *An Iudex vigore huius statuti cogatur minuere pœnam.*

1 IN verbo [possit tamen] † hæc lex statutaria dessumpta est à lege fere, ff. de reg. iur. vbi fere in omnibus causis, & ætati, & imprudentiæ succurritur, & ibi Dec. & Cagnol. cum ijs, quę habentur in l. quid ergo §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. & in l. vnica, C. ex quibus cau. infamia irrog. possint hic exempla transcribi ex Dec. in dicta l. fere, & à Petro Duenna reg. 29. & Andr. Tiraqu. & alijs pluribus, ac nouissimè per Farinac. de pen. temperand. q. 92. & seqq. sed quia magnum volumen requireretur, non insisto.

2 In verbo omnes, & singulos, † quid operetur dicta clausula, maxime in instrumentis apposita, videas Bertazzol. de clauf. instrum. clausula 4. glo. 3. per totum.

3 In verbo possit tamen prędictus dominus Potestas mitigare] † quid si statutum traderet arbitriũ Iudicis elligendi pœnam, an possit elligere grauiorem, vel mitiorem, dic quod in dubio habet elligere mitiorem posset tamen quandoque ratione circonstantiarũ elligere grauiorem iuxta qualitatem personarum, & delictorum, ita Menoch. de arbitr. iud. quæst 85.

4 † An autem Iudex habens arbitrium imponendi pœnam, ac eam elligendi, possit elligere pœnam mortis, vide Alex. consil. 111. nu. 2. & seq. lib. 1. vbi concludit quod non, cum pro eo delicto à iure communi, vel statutario non reperitur imposita pœna mortis; sequitur Menoch. de arbitr. iud. vbi late ampliat duobus modis, & quatuor limitat. In Ciuitate tamen Papiæ hoc est expeditum, ex statuto 68. in Crimin. quo cauetur quod in omnibus
5 statutis, † in quibus data est potestas, & arbitriũ potestati condemnandi in hauere, vel persona, illud arbitrium non possit extendi ad pœnam sanguinis.

6 † Quid de iure communi, an possit Iudex alleuiare pœnam, minuere, vel augere, vel remittere, Menoch. latè de arbitr. iud. q. 96.

7 † An possit Iudex in arbitrarijs reo ellectionem pœnæ tribuere, & dic quod non, Bal. in l. 2. C. qui ad libert. peruen. non poss. Rom. sing. 135. Fel. in c. inter cœteras nu. 7. vbi Rip. num. 65. in fine de rescriptis cum alijs de quibus per Menoch. olim Collegam meum de arbitr. iud. q. 85. vbi late.

8 † Sed dubium est quid quando pœna alternatiue est in dicta, puta pecuniaria, & corporis afflictiua, an tunc possit reo ellectionem tribuere, distingue, quia aut verba legis diriguntur ad Iudicis personam, & tunc minime potest Iudex, vt per Menoch. d. q. 87. nu. 6. vbi resp. ad Dec. qui videtur tenuisse contrarium in l. si fugitiui, nu. 98. C. de seru. fugit. & in c. inter cętera de rescript. & ratio est quia lex dirigendo verba ad Iudicem, censetur ei dedisse arbitrium elligendi; Aut verba statuti, vel legis diriguntur ad reum; puta, qui fecerit tale maleficium, soluat decem aureos, vel fustigetur, & tunc reus habet optionem elligendi quam pœnam vellit, ex quo verba fuerunt directa in eum, vt tenent cõmuniter DD. teste Rip. in d. c. inter cętera nu. 65. aut verba non sunt directa, neq; ad Iudicem, neq; ad reum, sed sunt impersonaliter prolata; & tunc aut vtraque pœna est corporalis; vt puta si statutum dicat, quod pro tertio furto suspendatur, vel decapitetur, & tunc ellectio est Iudicis non rei, Aut altera pœna est corporalis, altera pecuniaria, & tunc ellectio semper est rei, ita distinguit Clar. in §. fin. prax. crim. q. 85. nu. 6. vbi hoc reducit ad actum practicum in Nouis Constit. Mediolani in tit. de pœ-
9 nis, §. prohibitum est omnibus cauetib. † quod si

quis

quis vetuerit, vel prohibuerit fieri exequtionem in causa ciuili, vel criminali punietur pœna trium ictuum æculei, aut ducentorum aureorum; quæsitum fuit cuius sit electio in d. pœna rei, an Iudicis, & concludit Clar. quod ex quo verba sunt relata impersonaliter, & vna pœna est corporalis, alia est pecuniaria, quod electio erit rei, & ita Senatum declarasse reum si vellit, soluendo pœnam pecuniariam posse euitare pœnam ictuum funis.

10 † Quando autem Iudex possit minuere pœnam ordinariam indultam à lege, vel statuto, & an teneatur exprimere causam, quando hoc facit ex causa, Clar. in §. fin. praxis crim. q. 60. & d. q. 85. nu. 10. vbi Baiard. in addit. ad eum, num. 23. cum seq. plurib. Menoch. de arbitr. Iudic. d. q. 96. Aduertere tamen debēt Iudices prout animaduertit idem Clar. dicta quæst. 85. nu. 10. & eos admo-

11 net, † ne sine causa pœnam minorem imponant, quam de iure imponi debeat, quia veniunt puniendi ead. pœna, qua erat puniendus reus, & efficiuntur infames, sequitur Baiard. in addit. ad d. quæst. 85. nu. 36. Menoch. dicta q. 96. nu. 11. cum seq. Rim. Iun. cons. 45. nu. 22. cum seq. vol. 3.

12 In verbo [& minuere pœnam &c.] † nunquid Potestas, qui potest vigore dicti statuti minuere pœnam, teneatur hoc facere, & dic quod verior, & receptior opinio est, quod Iudex non possit cogi prout tenet Fel. in tract. de conat. in fine aduerte Cagnol. in l. si quis maior. n. 17. C. de trāsact. quid quid in contrarium voluerit, Grammat. decis. 23. nu. 12. ita de magis communi reprobata opinione Grammatici testatur Menoc. de arb. iur. iud. casu 329. num. 9. qui adhoc citat Plac. epit. delict. lib. 1. cap. 32. nu. 10. & subdit in hoc bonum esse habere Iudicem amicum Baiard. in addit. ad Clar. d. q. 85. num. 28.

De electione seruitorum Communis Papiæ, & eorum officio. Rub. 12.

Item statuimus, quod in Ciuitate Papiæ, sit & esse debeat officium, & ordo seruitorum Communis Papiæ, qui apparitores, & executores de iure nuncupantur, pro citationibus, requisitionibus, monitionibus, præceptis, & executionibus fiendis, ex parte Potestatis Papiæ, & cuiuscunq; iusdicentis, & magistratus Ciuitatis Papiæ. Qui eligantur, & eligi debeant de nouo, qui sint ciues, & natiui Ciuitatis Papiæ, & habitantes continue in Ciuitate Papiæ, cum eorum familijs, & qui subsint iurisdictioni Communis Papiæ, & subeant onera in Communi Papiæ, per dominos duodecim sapientes, vel maiorem partem ipsorum, facto, & obtento partito inter eos ad bussulas, & ballottas, de nominatione inter eos & de eorum numero, & quantitate; Et totiens quotiens ipsis dominis duodecim videbitur expedire. ¶ Qui seruitores sic electi iurare teneantur, & debeant ad sancta Dei Euangelia corporaliter tactis scripturis in præsentia domini Vicarij domini Potestatis Papiæ, quod sunt, & erunt fideles amatores præfatorum dominorum nostrorum, &c. Et quod legaliter, & fideliter facient omnes, & singulas citationes, requisitiones, monitiones, præcepta, & executiones, & quæcunq; alia ad eorum officium spectantia, quæ eis, vel alicui ipsorum imponentur per aliquem iusdicentem Ciuitatis, et Communis Papiæ. ¶ Qui sic electi, & iurati scribantur, & scribi debeant in vno libro per Notarium dominorum duodecim sapientum. Qui liber ponatur, & stare debeat ad sacristiam Communis Papiæ. ¶ Et teneantur, & debeant seruitores prædicti facere omnes, & singulas citationes, requisitiones, monitiones, & præcepta, & executiones, & quæcunq; alia ad eorum officium spectantia. Et quæ eis, vel alicui ipsorum imponentur per aliquem iusdicentem Ciuitatis Papiæ, siue imponantur ex officio tantum iusdicentis, siue ex officio iusdicentis, & ad petitionem partis. ¶ Citationes autem, requisitiones, monitiones, & præcepta, quascunq; & quæcunq; fecerint ad petitionem partis, siue alicuius singularis personæ, Communitatis, & vniuersitatis portare debeant, & facere in scriptis: Et dimittere in scriptis citatis, & requisitis, amonitis, vel iussis, personaliter, vel ad domum habitationis, vel in loco vbi quis propter absentiam veniat citandus. Et aliter factæ non valeant, nisi statuto Communis Papiæ, aliter caueatur. Et quas, & quæ fecerint ex officio iusdicentis, & non ad petitionem partis facere possint etiam sine scriptis: Exceptis illis quas, & quæ fecerint ex parte Iudicis maleficiorum domini Potestatis Papiæ, quas facere teneantur prout in statuto maleficiorum continetur. ¶ Et eorundem seruitorem, & cuiuslibet ipsorum sic electorum, & scriptorum vt supra, relationibus quas fecerint de prædictis citationibus, requisitionibus, & amonitionibus, præceptis, & executionibus

nibus quas, & quæ ipsi seruitores, vel ipsorum aliquis retulerint se fecisse ex parte mandato, & commissione iusdicentis, seu ad petitionem partis, seu singularis personæ, vel Communitatis, vel vniuersitatis, & quod ipsas sic portauerint, & fecerint, & in scriptis dimisserint vt supra. Fides plenissima adhibeatur. Præfati vero seruitores, & quilibet ipsorum relationem facere teneantur de his quæ eis imposita fuerint vt supra eadem die, vel sequenti si facta fuerit in Ciuitate, vel burgis ipsi Ciuitati adhærentibus coram Iudice, siue ad banchum iusdicen. ¶ Et si factæ, vel facta fuerint extra Ciuitatem Papiæ, vel burgos adhærentes in territorio, vel districtu Papiæ relationem facere teneantur vt supra. Infra quintam diem a die citationis, monitionis, requisitionis, præcepti, & executionis factarum, & factorum per ipsum seruitorem. Et fieri debeant ipsæ relationes per seruitorem ante terminum assignatum ipsis amonitis, & requisitis, & hoc sub pœna sol. 20. pro quolibet seruitore, & qualibet vice, si prædictæ citationes, requisitiones, monitiones, præcepta, & executiones factæ fuerint in Ciuitate Papiæ, & burgis ipsi Ciuitati adhærentibus, & sol. 10. pro quolibet ipsorum, & qualibet vice si prædictæ citationes, requisitiones, monitiones, præcepta, & executiones factæ fuerint extra Ciuitatem in territorio Papiæ, quas pœnas iusdicens coram quo fieri debebit dicta relatio exigere a dictis seruitoribus teneatur. Item teneantur prædicti seruitores facere omnes citationes, requisitiones, monitiones, præcepta, & execut. ad petit. & instantiam Magistratuum iusdicentium, & aliorum officialium Communis Papiæ, & de ipsorum mandato, & impositione, & cuiuslibet ipsorum de his, quæ spectant, & pertinent ad seruitium bonum, & vtilitatem Communis Papiæ. Et ipsis Officialibus, & Magistratibus, & cuilibet ipsorum assistere, & seruire die, noctuq; in eorum officijs exequendis secundum, quod ipsis seruitoribus, & cuilibet ipsorum imponetur, & ad salarium, & pro salario quod eis, & cuilibet ipsorum deputabitur per dominos duodecim sapien. vel per maiorem partem ipsorum. Et quod ipsi seruitores portare debeant continue in eorum, & cuiuslibet ipsorum capite caputium vnum de panno rubeo super quo caputio in apparenti semper habeant signum vipere, & geminum Papiæ coloris albi, quod signum significet Papia, sub pena sol. quinq; pro quolibet ipsorum, & qualibet vice qua contrafecerint. Habeant etiam dicti seruitores duos ex ipsis qui per ipsos seruitores eligantur quolibet anno, qui præsint alijs seruitoribus causa conuocandi, & distribuendi, ac deputandi ipsos seruitores in seruitijs, & per seruitijs Communis Papiæ exercendis, & exequendis. ¶ Et si aliquis ex dictis seruitoribus deliquerit in officio eius, non possit amplius esse seruitor, nec officium seruitoris exercere in Communi Papiæ. ¶ Qui seruitores, & quilibet ipsorum postquam fuerint electi, & ordinati teneantur dare, & præstare in manibus domini Vicarij domini Potestatis Papiæ bonos, & idoneos fideiussores per totum mensem Ianuarij de libris vigintiquinque Papiæ, de exercendo legaliter officium suum, & de reddendo bonam rationem de pignoribus, quæ pignorabunt: Quæ fideiussio scribatur in libro prouisionum Cancellariæ per Cancellarium Communis Papiæ dummodo fuerit approbata per dictos dominos duodecim sapientes sine præiudicio ipsorum. Et dominus Potestas, & eius Vicarius, & duodecim sapientes teneantur, & debeant vinculo sacramenti pro honore Communis Papiæ facere induere quattuor seruitores ex seruiitoribus Communis Papiæ omni anno ad festum Natiuitatis Domini, qui seruiant, & seruire debeant curiæ dicti domini Potestatis, & duodecim sapientum in palatio circa necessaria, & occurrentia fienda. In quibus indumentis expendere possint vsque ad quantitatem florenorum viginti duorum auri. Et qui quattuor seruitores habeant, & habere debeant a Communi Papiæ pro quolibet ipsorum sol. quadraginta Papiæ pro quolibet mense.

Summarium Statuti 12. de regim. Potest.

1 *SEruitores, seu executores pluribus nominibus nuncupantur.*
2 *Istis exequtoribus debetur sallarium iuxta quantitatem summe pro qua habent pignorare.*
3 *Hoc statutum circa elligendos seruitores non est in obseruantia.*
4 *Quid habeant seruare exequtores ex Constitut. Mediolani.*
5 *Nuncius in offitio delinquens remouetur sine processu.*
6 *Nuncio existenti in possessione, an credatur licet non constet de ellectione, & quare.*
7 *Beroarij, & Notarij excusantur obediendo Iudici secus in consultoribus.*
8 *Relationi nuncij, quando credatur ex statut. Pap. & quid de iure, nu. 10.*
9 *Nuncio referenti se fecisse prout habuit in mandatis creditur.*
11 *Nuncio in pluribus casibus hic ennumeratis non creditur.*
12 *Quid si nuncius dicat se citasse, & post factam relationem attestatur, quod eam falsam fecit, an ei credatur.*
13 *Nuncius ob falsam rellationem qualiter puniatur*
14 *Pœna facientis fieri cum Nuncio falsam rellationem.*
15 *Pœna Nuncij non referentis citationem.*
16 *Rellatio non potest fieri per Nuncium, qui non fecit citationem.*
17 *Nuncio referenti citatum dixisse se nolle comparere, an credendum.*
18 *Quid si Nuncius dicat se citasse pars negat, cui magis credendum.*
19 *Citatio si sit facta non constito de commissione Iudicis, an valeat si Iudex dicat se comisisse.*
20 *Iudici non creditur nisi quatenus constat in actis.*
21 *An stante hoc statuto possit contrarium probari.*
22 *Beroarij non incedentes cum habitu solito, & insignijs licite offenduntur.*
23 *Item poterit capiendus eis licite resistere.*

1 Tem statuimus] † seruitores, de quibus in hoc statuto pluribus nominibus nuncupantur, de quibus per glos. magistralem in §. ij qui causas præparant, in verbo exceptionis de iud. col. 6. & glo. in l. executorem, C. de execut. rei iudic. quidam enim appellantur executores, quidam viatores, quidam causam properantes. quidam offitiales, quidam apparitores, quidam Cęsariani, siue Chatolicíani, vt per Ias. in §. tripli, nu. 4. versiculo, & ad-
2 uertite instit. de act. † & istis executoribus, siue viatoribus quibus citationes committuntur debetur sallarium secundum quantitatem summæ petitæ in libello, vt declarat Ias. in d. §. tripli, nu. 5. post glo. ibi propterea, si quis maiorem quantitatem pecuniæ in libello peteret, vt hi executores maiorem summam sportularum nomine consequerentur tenentur ad triplum d. §. tripli.

His sic cognitis, quæro an hæc series tota statuti circa hos seruitores elligendos seruetur, & respondeo quod non, quilibet enim infamus exterus admittitur, vt patet, & notum est.

Ad istud statutum adde Nouas Constitutiones
4 Mediolani, in tit. de executorib. & fam. iusd. † quæ supplent in cęteris, quæ seruare tenentur isti executores, & contrafacientibus pœnam imponunt de quibus latius supradictum est in addit. ad
5 stat. 7. sup. eod. tit. de reg. Potest. Et † nota quod si nuncius in officio delinquat potest à Iudice remoueri sine processu, Bal. in l. 2. C. de sportul. quę refert Marsil. de bannitis in verbo iudice n. 169.
6 † Quid si isti apparitores, seu executores non possint ostendere eorum ellectionem; dic quod si appareat eos esse in quasi possessione seruitutis, quod satis est, per not. in l. barbarius. ff. de off. pretoris, & in terminis tenet Angel. in tract. malef. in glo. petro publico, & iurato nuntio, vbi multa pulcra ad hoc propositum adducit Cassan. in consuet. Burgund. pag. 64. versic. & communicato Gabr. libro 1. recept. sent. reg. 8. sub tit. de probat. ratio est quia vbi quid prætenditur in personam non prohibitam, & æquitas dictat quidquid sit valet, & tenet, nam licet debeat esse ellectus nuncius, secundum formam statutorum hic, attamen quia litigantes non prohibentur, vti opera huius serui, nec est equum quod decipiantur auctoritate publica, ideo valent, & tenent citationes istæ hanc rationem considerat, Bald. in l. non dubium, nu. 24. versic. decimo quinto, C. de legibus & quamuis non iurauerit, nec de iuramento appareat, adhuc tamen si artē exerceat satis est; iuxta notata à in Auth. decernimus, C. de arbitr.

In verbo [per aliquem iusdicentem] quæro an
7 † isti nuncij, seu baruarij teneantur obedire iusdicentibus, & dic quod ex quo sunt deputati ad merum factum, non autem ad consulendum, prout sunt etiam Notarij, tenentur obedire cum sine dedecore non possint resistere. Bart. in tract. represal. in 2. q. 6. q. principalis, nu. 4. Alex. cons. 1. nu. 8. & 10. lib. 3. quod tamen secus est in officialibus deputatis ad consulendum, quia ex quo sciunt præsumūtur consentire, nisi expresse contradixerint, Bart. in d. 2. q. Menoch. de arbitr. iud. casu 345. nu. 7.

In verbo [fides plenissima] nota quod quamuis nō fuerit seruata solemnitas, de qua hic adhuc, ta-
8 men † rellatio dictorum executorum probat, vt in simili in sta. 118. in ciuilibus, vbi disponitur rellationi seruitutis standum esse, si constet publico instrumento, vel in actis cuiuslibet iusdicentis nisi in casibus in quibus debet præcedere impositio secundum formam statutariam, vt in d. stat. 118.
9 † quod si nuncius referat se fecisse prout habuit in mandatis, & dic quod sic ita post Soc. consil. 56. vol. 4. Menoch. & alios notat Baiard. in add. ad
10 Clar. d. q. 31. nu 26. † An autem huiusmodi rellationibus sit credendum; dic quod sic, vt hic, & est communis sententia quam testatur Ias. plures citando in l. properandum §. & si quidem, col. 3. C. de iud. & in l. senium, col. 1. C. qui testam.
11 fac. poss. † Fallit tamen in pluribus causis in quibus quis non debet credere; prima est quando deponunt extra comissionem: Specul. in tit. de teste, §. primo, versic. item quod est verbosus, & propterea si nuncius referat se iniuria, vel verberibus affectum non creditur, quia est contra officium suum, Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de citatione, §. primo, quem sequitur Ias. in l. age, col. 2. num. 11. versic. similiter nuncio C. de transact.

fact. Corneus conf. 29. viso processu col. 2. versic. hoc præmisso lib. 3. Secunda causa est, quando relatio non contineret verisimilia, l. ob carmen. §. fi. ff. de testibus, nam id quod remotum est à verisimili, dicitur quædam falsitatis imago, Bal. in l. 1. col. 3. C. de seruis fugit. Alex. conf. 114. in causa, & lite col. 1. & seq. lib. 4. hanc rationem Alex. deductam à Bal. sequitur idem Alex. conf. 27. lib. 2. Dec. conf. 25. col. 3. & 93. col. fin. 94. col. 2. consil. 100. col. penult. & conf. 189. col. 3. nu. 6. & 195. col. 3. & 399. & 587. num. 9. & conf. 616. num. 9. Hippol. Marsil. singul. 298. & in l. 1. §. ad quæstionem, ff. de quæst. Crauet. in tractat. de antiq. temp. in 2. parte, primæ quæst. principalis nu. 27. cum seq. pluribus. Tertia causa est si relatio contineret falsa, ita Alex. loco præallegato, & Dec. conf. 83. col. penult. num. 541. quando adesset aliqua iusta caussa, vt per Alex. loco præallegato, Idem in l. qui bona, §. damni, ff. de damno infecto, & conf. 16. col. 2. lib. 5. Dec. conf. 37. col. 6. Crauet. conf. 171. col. 3. & an sufficiat nuncium retulisse in actis, Bart. in l. si finita, §. Iulianus, & ibi Alex. nume. 35. versic. item in quantum, tenet quod sic ff. de damn. infec. sequitur Socin. Sen. in l. multum col. penult. ff. de cond. & demonstr. Hippol. Marsil in l. qui eadem col. prima, ff. ad leg. Cornel. de Sycar. & si nuncius dicat contra id, quod dixit in relatione, non creditur illi, sicut nec testi Bart. conf. 36. non creditur nuncio lib. primo

12 † & quod non sit credendum nuncio si dicat se citasse, & relationem in scriptis fecerit, & postmodū attestetur, quod illam falso fecit, & quod imo sit standum illi quam in scriptis fecit, tenet Ludouic. Bologn. conf. 52. col. 2. Baiard. in addit. ad

13 Clar. q. 31. nu. 51. † Quid si nuncius fecerit falsam relationem; vide tex. in l. 2. C. de sport. Bal. in c. fin. in 2. col. de dolo, & contum. Foler in pract. crim. versic. fiat relatio nuntij nu. 15. vbi tenet quod debet priuari offitio, & alius subrogari in loco eius, & etiam corporali macula puniri, ac pęna falsi.

14 † Qualiter autem puniatur qui fecit fieri relatio

15 nem falsam, vide Guid. Papā decis. 44. † Qualiter pariter teneatur nuncius, qui non refert citationē vel actū sibi cōmissum; dic quod tenetur partiad interesse. Bal. in l. si mensor, ff. si mensor falsum modū dixerit, quē refert, & sequitur Foler in practica crim. in verbo fiat relatio nuncij in fine Baiard. in

16 addit. ad Clar. q. 91. n. 58. † An autē relatio possit fieri per alium nuncium, qui citationem non fecit dic quod non, Philip. Franc. in c. cum parati n. 51. de appell. An autem possit fieri relatio die feriato dic vt per Franc. in d. cap. cum parati n. 45. de ap-

17 pell. † Quid autē si nuncius referat citatū dixisse se nolle comparere, an ei credatur, dic quod nō; ex magis cōi DD. opinione quā testatur Ant. Gabr. in suis cōibus in tit. de citation. conclus. 4. vbi etiam refert nonnullos casus, in quibus non creditur nuncio.

18 † Hinc emanatū quotidianū quæsitum, nuntius publicus, & iuratus dicit se citasse, pars negat, queritur cui debeat credi. Steph. Bertrand. conf. 27. si hic esset quæstio, lib. primo, dicit hoc esse Iudici arbitrarium ex mente Io. Andreæ quod hoc est arbitrarium Iudici, habita qualitate personarum caussarum, & huic sententiæ consentit, Ias. in l. properandum, §. & si quidem, column. 3. C. de iudic. Angel. Aret. in tract. Malefic. in verbo Petro publico nuncio. Sed postea refert Bart. Panormitanum, & alios dicentes credendum esse nuncio, & qui vult contrarium dicere, grauatur onere probandi contrarium, & pro hac sententia facit tex. in l. magis puto, §. illud, ff. de reb. eorum ex quo enim iuratus est vti publicus. idem facit, cap. ad audientiam de præscript. ergo contrarium dicenti non creditur, ratio est quia daretur materia irritandi citationes, & tergiuersandi, cū pars cogitur probare; ita particulariter Bertrand. loco supra citato, & conf. 297. prouidi viri, col. 2. versic. præterea lib. 2. & hæc secunda mihi probabilior videtur, & magis placet; vide ad hoc Menoch. de arbitr. iudic. casu 112. numero 10. Baiard. in addit. ad Iul. Clar. q. 31. num. 63. & Menoch. in hac opinione residet, & refert plures casus, in quibus non creditur publico nuncio, vt est videre apud eum.

19 † Quid si nuncius citet, nec constet de comissione, Iudex dicit se cōmisisse, an hæc assertio Iudicis validet citationem; respondetur quod non,

20 † quia Iudici non creditur super processu, nisi quatenus constet ex actis, c. quoniam contra falsam extra de probat. Franc. in cap. cum parati sup. citato, Steph. Bertand. conf. 143. si egregius vir, col. 3. lib. 2. Idem Bertrand. conf. 138. vnicuique col. 2 versic. ex quibus, & in materia istorū, vide Angel. in l. si vacātia, C. de bonis vacāt. Bart. in extrauag. ad reprim. in verbo per nuncium, Ias. in §. tripli, instit. de action. & in §. quadrupli, vbi latissime agit ad dictum tit. de actionibus.

21 † An autem stante huiusmodi statuto, quod credatur relationi factæ per nuncium possit contrarium probari, dic quod sic Bal. in l. si tutor in fine, C. de peric. tut. Philip. Franc. in dicto cap. cum parati, num. 37.

In verbo, & quod isti seruitores portare debeant] adde quod isti seruitores, & baruarij debent sem-

22 per † esse induti omnes veste consimili, cum qua debent semper incedere per Ciuitatem, vel Comitatum, vt possint cognosci quod sint de baruarijs potestatis, alioquin non possint officium exercere, & si offenduntur ab aliquo sibi imputent, ut disponitur statut. 28. inf. de reg. Potest. & alio statuto 139. in ciuili cauetur, quod nullus baruarius audeat, uel præsumat ire circum sine ueste, & diuisia alioquin possit prohiberi pignorari, & cadat in pœnam solidorū 40. Pap. pro quali bet uice, & aduerte quod etiā de iure cōi, si officiales, seu satellites non habent insignia ex quibus appareat esse satellites, quod tunc quis ab eis capiendus potest resistere, & licite se defendere, ut per Clar. in §. fi. prax. crim. q. 29. n. 1. in fine numeri, & ibi Baiard. in addit. ad eum uult, quod familia officialis debeat portare signa iuxta solitum regionis, & cum Claro tenet etiam Farinac. in tit. de carcerib. & carcer. quæst. 32. nu. 37. vbi subdit quod capiendus renitens familiæ potest se excusare dicendo, quod ignorabat eos esse tales, sed credebat inimicos. His sic stantibus omnes mirantur quare non puniantur, uel prohibeantur moderni satellites incedentes induti uestibus sericeis cum auro, & argento suprapositis, & plumis in capucio absque signis aliquibus statutarijs, unde non cognoscuntur à nobilioribus, & decurionibus Ciuitatis, quamobrem omnes etiam fere offenduntur, deberent enim obseruari, & attendi prædicta statuta, præcipue attento iurameto prestari solito iuxta dispositionē primi statuti de reg. Potest. præcipue in illis uerbis, & attendent, & obseruabunt.

De pœna iusdicentis, vel officialis aggrauantis aliquem iniuste, & de pœna illius ad cuius petitionem aliquis aggrauatus fuerit indebite. Rubr. 13.

Item statuimus, quod si deinceps contigerit aliquem Iudicem, vel officialem Communis Papiæ, vel se gerentem pro iusdicente, vel officiali suo proprio motu, vel occasione sui officij, & non ad petitionem alicuius partis, aliquem capere, pignorare, vel molestare, seu capi, pignorari, vel molestari, vel detineri facere, indebite, & iniuste, quod persona sic capta pignorata, vel detenta, vel molestata, non teneatur ad solutionem aliquarum expensarum. Sed ipse officialis teneatur dicto capto, vel detento, vel pignorato, vel molestato, ad restitutionem damni, interesse, & expen. ¶ Et quod vlterius condemnetur ipse iusdicens, vel officialis vt supra pro quolibet, & qualibet vice in libris decem, cuius pene medietas perueniat in commune Papiæ, & alia medietas in dictam personam offensam. ¶ Ad quam pœnam, & prædicta soluenda compellatur ipse iusdicens, vel officialis Summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicij. ¶ Si vero ad petitionem alicuius, aliquis iusdicens, vel officialis, vel pro officiali, seu iusdicente se gerens prædicta, vel aliquod prædictorum fecerint indebite, & iniuste vt supra: Tunc persona ad cuius petitionem, vel instantiam prædicta, vel aliquod prædictorum indebite, & iniuste facta fuerint, teneatur ad prædicta omnia soluenda, & restituenda vt supra.

Summarium statuti 13. de Regimine Potestatis.

1 *HOC statutum videtur promulgatũ de ore Dei.*
2 *Vnde dicatur extractum hoc statutum.*
3 *Verba iniuste, & indebite intelliguntur per dolũ.*
4 *Officialis condemnatus ob dolum efficitur infamis.*
5 *Hæc pœna statuti non habet locum contra officialem aliquem aggrauantem per imprudentiam suam, tunc punitur extra ordinem.*
6 *Iudex, qui absoluit reum, eo quod non est probatum, quod postea fuit probatum in causa appellationis, an dicatur iniuste iudicasse.*
7 *Iudex imperite iudicans qualiter puniatur.*
8 *Quid si reum indebite tormentis subiecit, qualiter puniatur si etiam excessit modum.*
9 *Quid ĩ Iudice administrãte iniustitiã ꝑ imperitiã.*
10 *Quid in Iudice cõdamnante innocentem ad mortẽ*
11 *Quid si minorem pœnam imponat, quam de iure imponere debebat.*
12 *Iudici facienti iniuste, & de facto, an liceat de facto resistere.*
13 *An Iudex iniuste faciens vigore statuti duplici pœna puniatur.*

Tem statuimus] hoc statutum promulgatum à † statuentibus fuisse à Deo O. M. dicere possumus, qui posuit hanc tam sanctam dispositionem in ore statuentium; vt in simili dicit Bal. in rub. col. fin. de contr. inuest. col. fin. in vsibus feud. vbi dicit, quod verba Prætoris dicentis quod metus causa gestum erit ratum non habebo est vox Dei, qui posuit in ore Prætoris, idẽ Bal. cons. 233. lib. 3. Barbat. cons. 54. num. 10. lib. 1. sed plures citat Boer. decis. 100. num. 1. & seqq.

2 Hoc præmisso dico, † quod hoc statutum est extractum à theorica Bar. in quæstione incipiente lappus fuit captus, & Bal. cons. 285. lib. 1. & 127. & 497. lib. 2. Alex. in l. legata inutiliter ff. de leg. 1. & in l. si finita in princ. l. ff. de dam. infecto, & in l. 2. §. item si quis, ff ne quis eum Bal. cons. 325. & 360. lib. 4. & 90. & 91. Natta cons. 646. Soc. iun. cons. 125. 452. Aduertite vos domini iudices vt præsens statutum obseruetis, alias uæ vobis, si vel per imprudentiã, vel dolum, vel quid aliud, quod vos nostis, non seruabitis.

In verbo indebite, & iniuste, & quod vlterius condemnetur in libris decem) dic quod aut contra eum eo respectu proceditur ex officio, vt contingit in casibus expressis inf. in princ. statut. crim. Aut proceditur ad instantiam partis. Primo casu procedi posse non videtur quia statutum hoc non disponit, nec nos intelligere debemus, quinimo videtur dicendum quod contra huiusmodi officiales debeat procedi ad instantiã partis stante alio statuto 66. inf. de reg. Potest. vbi agitur de sindic. Potest. Pap. & eius familia, vt disponitur in versic. coram quibus sindicatoribus quod quilibet possit porrigere accusationes, denunciationes, & petitiones, ac querellas &c. & eo casu etiam dic, quod super modicitate pœnæ huius statuti 13. nemo audet litem arduam intentare contra iusdicentẽ, vt condemnetur pro comissis, & grauaminibus illatis indebite, & iniuste, si quidem illa pars quæ poterat officialem condemnare posset intollerabiles labores, & expensas sustinere, & facere, & demum
3 fortasse succumbere † ex eo quod illa verba statuti indebite, & iniuste, præseferunt dolum; quamobrem verisimile est, quod offitialis debeat omnem mouere lapidem vt se defendat, à futura tali condemnatione, ad euitandã maculã doli, quę irrogat infamiam, & à qua posset se faciliter defendere
4 † quia quælibet leuis causa excusat à dolo, & consequenter à pœna, vt late habetur per Ant. Gabr. recept. sentent. lib. 6. in tit. de Malef. conclus. 8. per totũ. Et quod hæc pœna statuti punientis officialẽ aggrauantẽ aliquẽ iniuste, & indebite; † non ha-
5 beat locum contra officialẽ aliquẽ aggrauantem, & molestia afficientem per imprudentiam, tenet in terminis huius Stat. Menoch. de arb. iud. casu 325. n. 4. vult. n. ibi Menoch. huiusmodi officialẽ tunc puniri extra ordinem iudicis arbitrio, &

citat

citat l.vlt. ff. de varijs, & extraord. crim. Bal. in c. 1. §. Iudices de pace iur. fr. in vsibus feud. Boerius q.159.n.12. qui voluit idē esse, qñ Iudex p imprudētiā aliquē morte punisset, post Io. Fabrū, & Ang. Aret. instit. de oblig. quæ ex quasi delicto in princ.

6 † An autem Iudex dicatur iniuste iudicasse si reū absoluit, eo quod actor non probauit debitū, qui postea probauit in causa appellationis & obtinuit statutum, & dic quod non glo. in l. eos in verbo iniustum, vbi Bar. nu.9. & etiam Bal. C. de appellat. Alex. cons.47. num.15. col.fin. circa finem, lib.1.

7 Si vis autem scire qua pœna puniatur Iudex imperite iudicans, vide latissime, & disertissime Menoch. dicto casu 339. per totum, vbi latissime tractat, & dic quod punitur arbitrio Iudicis, vt instit. de oblig. quæ ex quasi delicto in princ. vbi etiam volunt, quod debeat condemnari ad interesse parti, Clar. in §. fin. praxis crim. quęst.83. nu.2. vbi Baiard. pariter, nu.2. Caroc. de locato, & conducto in verbo imperite, siue ignoranter, vbi etiam loquitur de Aduocato, Medico, & Agrimensore; Me-

8 noch. casu 340. vbi docet † qua pœna puniendus etiam veniat Iudex, qui vel omnino reum indebite quæstionibus subijcit, vel in torquendo modum excessit, & etiam casu 341. & 342. vbi pariter tra-

9 ctat qua pœna † sit afficiendus Iudex per negligentiam administrans iustitiam, vel per sordes iudicans, vel accipit pecuniam pro ferenda istam,

10 iuste, vel iniuste scias etiam † quod Iudex aliquē innocentem condemnans ad mortem si fuit pecunia corruptus, vel ira captus punitur pœna capitis, vt homicida, ita Clar. in §. homicidium, nu.12. & vide Baiard. in addit. ad eum, nu 37.

11 † Quid autem si Iudex in causis criminalibus minorem pœnam imponat, quam de iure imponere debebat, dic quod tunc efficitur infamis, & venit puniendus eadem pœna qua erat puniendus reus, Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 85. nu. 10. vbi Baiard. in addit. ad eum num. 36. sequitur Menoch. de arbitr. iud. q.96. nu.11. cum seqq.

12 † An autem Iudici aliquem iniuste, vel indebite tractanti, liceat de facto resistere; dic quod si damnum est irreparabile in Syndicatu, licitum est de facto resistere Iudici, c. non debet 11. q.3. cum alijs de quibus per Auum meum Rip. in l. naturaliter, §. nihil communi nu. 75. versic. septimo limita, ff. de acq. poss. ff. Hinc etiam dicimus quod Iudici procedenti iniuste, & de facto licitum est de facto contradicere, & resistere, quod maximè procedit, vbi verisimiliter oriretur scandalum, ita Alba cons.440. nu. 15. cum seqq.

13 † An vero Iudici iniuste, & de facto procedenti indistinctæ liceat resistere, vide Dec. in l. vt vim, nu.24. ff. de iust. & iure, Clar. in §. fin prax. crim. q. 29. nu. 2. vbi Baiard. ad eum nu. 7. cum seq. & nouissime regulam, quod iudici possit resisti de facto, quando iniuste procedit cum pluribus ampliationibus, & limit. tradit Farinac. de carcerib. & carceratis, q.32. nu.88. cum plurib. seqq.

In verbo [si vero] dic quod si quis duplici pœna punitur, quia in stat. ciuil. inf. 151. versic. & ille cui fuerit petitum, & ex dispositione Nou. Const. Mediolani, in tit. de iud. cap. si per apparentem, §. satisfacto, versic. creditores, tenetur ad parem pœnam dupli soluendam, & in hoc statuto teneretur ad restitutionem damni interesse, & expensarum, & etiam in libris decem, & sic duplici pœna posset grauari, quod esse non debet stat enim statutum 36. inf. de reg. Potestat. loquitur in casu diuerso nempe, vbi agitur de oneribus, & ex diuersis non infertur iuribus notis, propterea hoc statutum de reg. Potestat. locum habere debet.

De forma celebrandi, & faciendi consilia, & reformationes. Rubr. 14.

ITem statuimus, quod aliqua præposita in aliquo consilio magno, vel paruo fieri non possit per aliquē rectorem, & officialē Communis Papiæ, nisi prius lecta, & scripta fuerit in ipso consilio. Et si aliter fiat non valeat, nec teneat ipso iure consiliū, seu reformatio inde secuta, & quicquid sequatur ex eis. Et quod in aliquo consilio magno, vel paruo nullus surgat ad aliquid consulendum, nisi primo preposta per modū prædictū fuerit lecta, & facta in dicto cōsilio per dominum Vicariū domini Potestatis Papiæ. Et qui contrafecerit puniatur in libris decem Papiæ, & sub pœna priuationis sui officij pro qualibet vice, in quam pœnam ipso facto incurrant: ita quod exigi possit sine aliquo processu, seu condemnatione inde fiendis.

Tem statuimus] Si hoc statutum fuisset obseruatum, cessassent tot degladiationes factæ inter ciues de reformandis ordinibus, nam seruata hac forma statuti, cessat omnis dolus malus, & omnis suspitio, quæ inde nasci pōt; duo autē hoc statutū cōtinet, primo annulat reformationes, quæ nō fiunt seruata hac forma, secundo imponit pœnā obloquenti, ante præpostam factā, secunda ibi & ꝙ in aliquo.

Ad hoc statutum conferunt ea quæ adducit Rol. à Valle cons. 90. nu.13. lib. 1.

In verbo [in libris decem] adde statutum inf. 17 & 19. de regim. Potest. vbi consulentes extra ꝓpostam puniuntur in solidis decem, nisi prius præposta fuerit lecta in ipso consilio.

In verbo nō valēt ipso iure] dic ꝙ ex quo huiusmodi statutū est negatiuū, & ꝓhibitiuū, nō pōt per desuetudinē tolli, vt dictū est i stat.20. de reg. Pot.

In verbo [& si aliter] nota quod per hanc clausulam annullantē formam datam à statuto dr̄ esse substantialis, vnde si non seruaretur actus esset nullus in terminis, Dec. cons. 10. lib. 1.

Aduertendū insuper est, ꝙ die 11. mensis Maij anni 1549. fuerunt conditi particulares ordines per Inuictissimū fel. recor. Carolū V. Imperatorē Romanorū, & Mediol. Ducē, per quos reformantur consilia Ciuitatis Pap., & eodē anno emanarūt declarationes Senatoris Falcutij postmodū accesserunt litteræ patentes Senatus Excell. Mediol. in comprobationē, & additionē ipsorum ordinū concesse die 14. martij 1580. circa regimē pręs. Inclit. Ciuit. Pap. similiter de anno 1588. æditi fuerūt alij ordines sup M. Chat. circa gubernationē Ciu. Pap. q oēs ordines, clare, & aperte loquatur, nec egēt interpretatione, & fuerunt oēs æditi in lucem per Thomam Bartolum de anno 1590. vna cum statutis Ciuitatis Pap. & sunt positi post vol. criminale statutorum, & decret. prout videre est.

De consilijs sapientis, scribendis, & legendis, in quolibet consilio antequam proponens, & partitum faciens surgat ad faciendum partitum aliquod. Rub. 15.

ITem statuimus, quod in aliquo consilio non possit fieri aliquod partitum, nec aliqua reformatio nisi primo dicta omnium consiliariorum fuerint ascriptæ, & lecta in dicto consilio, & si aliter facta fuerit non valeat ipso iure.

Summarium statuti 15. de regim. Potest.

1 *PVblicè gesta non possunt ita de facili fraudari.*
2 *Forma huius statuti vnde desumpta.*
3 *Scriptura, quando sit de necessitate actus.*
4 *Contractus non requirunt scripturam.*
5 *Pactum quod de contractu fiat instrumentum, an validet contractum ante instrumentum.*
6 *Instrumentum vbi per Notarium est lectum coram partibus contractus dicitur perfectus, esto quod Notarius non apposuerit nomina testium.*
7 *Statutum, an requirat scripturam.*

HOC statutum conuenit cum supra antecedenti, & subsequenti stat. 17 & 19. de regim. Potestatis, & potest esse factum ad dolum euitandum, & qui fuerint voti illius, & presentes, &
1 quia † quæ publica sint, & omnibus innotescunt, non ita de facili possunt fraudari sicut ea, quæ fiũt clam arg. l. clam possidere cum ibi not. ff. de acq.
2 possess. † forma autem huius statuti videtur. desumpta ex l. 2. C. de sent. ex breuil. recit. cũ his, quæ scribit Alex. in l. hac consultissima, C. de his, qui testam. fac. poss. & in l. clam possidere col. 4. nu. 12. ff. de acq. possess. Nata cons. 287. col. 4.
3 † In verbo [ascripta] si vis scire casus in quibus de iure communi de necessitate requiritur scriptura vide glo. in cap 1. §. post de censibus in sexto, quæ enumerat 29. casus, Specul. de inst. edict. §. restat versiculo, sed si vnus glo. in c. 1. de censibus in 6. Ias. in l. cum proponas col. 1. C. de transact. Decius in rub. extra de testibus, Pract. Papiensis in forma product. instrum. in gl. coram vobis Hip. Marsil. in rub. num. 29. C. de probat. & sing. 330. Alex. in l. quod te, col. fin. & in l. certi condictio, §. quoniam, col. 1. ff. si cert. pet. & inter alios ca-
4 sus sciendum est, † in contractibus non requiri de necessitate scripturam, sed solum fieri ad maiorem probationem, l. contractus, ff. de pignor. l. pactum, quod bona fide, vbi Bart. & Bal. C. de pact. præterquam in contractu emphiteutico, l. 1. vbi DD. C. de iur. emphith. Alex. cons. 136. nu. 8. vbi
5 appost. lib. 1. nollo tamen vos ignorare, † quod quoties esset conuentum inter partes, quod de contractu fieret instrumentum nunquam contractus diceretur perfectus nisi perfecto, & absoluto ipso instrumento, & partibus lecto, alias antea nulli ius quæritur ex dicto instrumento, l. contractus, vbi Bar. & Bal. C. de fide inst. Ias. in §. itē si quis il secundo, nu. 87. circa finem, nu. instit. de act. & quæstio ista apud Doct. est controuersa illiusq; decisio pendet a verbis pacti, vt laté per Thesaur. decis. 197. Decian. resp. 64. lib. 3. Honded. cons. 5a.
6 lib. · † & tunc quoties instrumentum est partibus lectum dicitur contractus perfectus, dato, quod Notarius nundum apposuisset nomina testium, sed illa postmodũ apponeret glo. & Salycet. in d. l. contractus, Alex. cons. 10. nu. 8. lib. 1.
7 † Sed hic non incongrue quæri potest nunquid statuta de consuetudine requirant scripturam. & dicite quod non, sed per testes probari possunt, Rot. Rom. decis. 1. & 2. in nouissimis videas Alber. de Ros. in tract. statut. parte 1. quæst. 125. Carpan. in addit. ad stat. Mediol. in prælud. n. 114. cũ seqq.

Qualiter partitum fieri debeat in dictis consilijs, & de pœna contrafacientium. Rubr. 16.

ITem statuimus, quod omnia partita, quæ fient in consilijs, & quolibet ipsorum fiant, & fieri debeant ad bussolas, & ballottas, per illum qui in ipsis consilijs præpostam fecerit, & non aliter. Et si contrafactum fuerit non valeat, nec teneat nisi aliter alio statuto caueatur, & quicquid factum fuerit ex eo, vel ob id. ¶ Et nihilominus qui ipsa partita contra, & præter formam ipsius statuti fecerit condemnetur in libris vigintiquinque Papiæ pro qualibet vice qua contrafecerit.

PArtitum factum per calculos secretos liberum magis est, quã sit votũ, quòd viua voce profertur plerumq; si vel gratia, vel odio, timore, vel amore, nos declinet magis in vnamquã alterã partem, sed per appositionẽ manus cessãt hæc apud bonos viros; est .n. modus inuentus per quẽ quis potest disponere de voto, & fauere be nemeritis, & eos, qui non sunt benemeriti excludere, & propterea caueant Consiliarij, vt iuste iudicent circũscripta omni passione diligite inquit D. Sap. 1. Iustitiam, qui iudicatis Terram; non potest fallere D. O. M. & tempore mortis eorum tremebundo Iudici rationem reddent, hæc ea ratione scribenda duxi, quia noui quomodo voces, & suffragia emendicata sunt, quare seruare bonũ est formam traditã in hoc statuto, ac sequentibus statutis, & respublica bene se se habebit vbi seruatæ fuerint advnguẽ reformationes conditæ ab illis Illustriss. viris, qui eas compillauerunt alias omnia in peius ruent, nollite placere hominibus in hoc mũdo, sed Deo, in alio, quid enim prodest homini si vniuersum mundũ lucretur animæ vero suæ detrimentũ patiatur, vt habeẽ in Euang. Matth. 16.

In

In verbo [ad bussolas, & ballotas] in hoc concordat cum statuto 23. & 26. inf. de reg. Potest.

In verbo libris 25. quæro an de tali condemnatione possit dari appellatio, videtur quod non, quia hoc statutum incipit ab illa dictione; Item quæ est repetitiua præcedentis stat. 14. in fine, vbi vult posse exigi sine aliquo processu, vel condemnatione fienda, & consequenter videtur reijcere appellationem. Respondetur, quod statutum recipiunt declarationem passiuam quinimo subsequentia declarant præcedentia, propterea cum habeamus aliud statutum ciuile primum in capite lata verò sententia, quod permittit appellationē ab omni sententia diffinitiua, & condemnatio de qua in hoc 16. statuto de reg. Potest. censeatur diffinitiua, merito potuit appellari, tanto magis ex quo videtur aliud statutum ciuile 4. in fine verborum vbi vult, quod si extimatio nō excedat libras decem Pap. non possit appellari, quærelari, nec de nullitate opponi, & inclusio vnius est alterius exclusio per ea, quæ cōgerit, Euerard. in topic. leg. loco ab inclusiue ad exclusionem, ergo à libris x. Pap. licita est appellatio, & sic in casu huius statuti ex quo agitur de condemnatione librarum viginti quinque.

Quod nullus surgat ad consulendum in aliquo consilio ante præpostam factam, & de pœna contrafacientis, & de præposta non fienda in aliquo consilio nisi primo fuerit scripta, & lecta per officialem in dicto consilio. Rubr. 17.

Item statuimus, quod in aliquo consilio magno, vel paruo nullus surgat ad aliquid consulendum nisi prius præposta fuerit lecta in ipso consilio. Et qui contrafecerit puniatur in solidis decem Papiæ, pro qualibet vice: In quam pœnam ipso facto incurrat. Ita quod exigi possit sine aliquo processu, seu condemnatione inde fien. Præposta vero in aliquo consilio magno, vel paruo fieri non possit per aliquem rectorem, vel officialem Communis Papiæ, nisi primo fuerit scripta, & lecta in ipso consilio. Et si aliter fiat, non valeat nec teneat ipso iure consilium, seu reformatio inde secuta.

Circa hoc statutum nihil occurrit dicere, cum non sint in vsu, sed loco huius statuti adsunt ordines Ciuitatis, quæ infra post statuta imprimentur.

De pœna illius, qui non venerit ad consilium, & de pœna illius qui consulendo de aliquo aliqua verba iniuriosa dixerit, & de pœna illius qui percusserit in consilio cum pede, vel aliam turbationem fecerit. Rubr. 18.

Item statuimus, quod quilibet de suprascriptis consiliarijs teneatur, & debeat cum ad consilia, vel aliquod ipsorum fuerit vocatus sono campanæ, vel requisitione seruitoris Communis Papiæ venire. Et qui contrafecerit puniatur qualibet vice in sol. quinque Papiæ, vel minus arbitrio Potestatis, vel eius Vicarij, quam pœnam ipso facto incurrat, nisi ipsa die, vel sequenti legitimam fecerit excusationem. ¶ Qui vero in aliquo consilio de aliquo, seu alicui verba iniuriosa dixerit puniatur in sol. centum Papiæ, & minus ad arbitrium domini Potestatis, vel eius Vicarij. Percutientes vero cum pede in aliquo consilio, vel alio modo turbationem facientes in aliquo consilio, quæ turbatio intelligatur ad arbitrium iusdicentis, in dicto consilio puniatur pro quolibet ipsorum in solidis viginti Papiæ, & minus ad arbitrium domini Potestatis, quam pœnam ipso facto incurrat sine aliqua defensione inde danda. Saluis alijs pœnis in statutis Communis Papiæ compræhensis.

Summarium statuti 18. de regimine Potestatis.

1 *Statuti diuisio in tres partes.*
2 *Quilibet consiliarius tenetur ire ad consiliū, sub pœna de qua participat ipse contrafaciens.*
3 *Fallit in infirmo, vel absente aliter ue impedito impedimentum autem deduci, vel allegari debet.*
4 *Iura loquentia de Decurionibus, habēt locum in Consiliarijs.*
5 *Consiliarij sunt eligendi diuites, honesti, & idonei.*
6 *Pauperes, & viles repelluntur.*
7 *Decuriones debent eligi de illis casatis quibus à lege, vel statuto permittitur.*
8 *Valet statutum disponens, quod in honoribus praeferantur certi homines.*
9 *Consiliarij eligendi in Ciuitate, quas qualitates habere debeant.*
10 *Ciues originarij, ac incolæ sunt eligendi in consiliarios.*

11 *Naturales, & spurij admittuntur ad Decurionatum.*
12 *Decurionatus est onus non honor, & ideo ad illud admittuntur infames.*
13 *Naturales dicuntur infames infamia facti.*
14 *Decuriones, an possint torqueri.*
15 *Circa materiam Decurionum remissiue.*
16 *Verba iniuriosa, quæ dicantur.*
17 *Dicens plura verba iniuriosa vnico contextu, an dicatur plures iniurias fecisse.*
18 *Iniuria quibus modis committatur.*
19 *Pœna iniuriam facientis.*
20 *Tria consideranda in puniendis iniurijs.*
21 *Hoc statutum loquens de percutiente cum pede extenditur etiã ad facientẽ concussionẽ manuũ.*

1 HOC statutum † diuiditur in tres partes, in prima ponit pœnam Cõsiliarijs, qui non eunt ad consilium, vel qui se non excusant; in secunda ponit pęnam dicenti verba iniuriosa; in tertia ponit pęnam percutienti cum pede: secunda ibi qui vero; tertia ibi percutientes. Ex prima parte huius statuti, nota, † quod quilibet consiliarius tenetur ire ad consilium, siue per campanam, siue per seruitorem fuerit monitus sub pœna hic annotata; ex nouis verò ordinibus maior est pœna, nempe aureorum viginti quinque, quæ pœna vbi ciuibus esset applicanda, ille qui contrafacit ad ratam participat de pœna Bar. in l. ab omnibus, §. si titio, nu. 3. ff. de leg. primo.

3 † Fallit hæc conclusio in infirmo, vel absente iuxta, ea quæ habentur per Bart. in l. is potest, col. 4. ff. de acq. hæred. Alex. in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posth. & in l. 2. C. qui admitti, Surd. decis. 203. nu. 15. vel si vxor alicui moriatur, vel filius, vel adsit alia probabilis causa, vel impedimentum quod deduci debet cum protestatione, Afflic. decis. 29. nu. 1 D. Rip. auus meus maternus de primit. iud. caus. pest. num. 21. cum seqq. pluribus, Crauet. cons. 401. lib. 3. Honded. cons. 44. nu. 32. & seqq. lib. 1. Rim. iun. cons. 801. n. 36. & seq. Surd. decis. 4. nu. 13. & cons. 12. num. 21. in quibus locis late de impedimento.

In verbo [quilibet] de suprascriptis Consiliarijs † quæro, qui possint esse Consiliarij, & in primis premitto, quod iura loquentia de Decurionibus locum habent hodie in Consiliarijs Ciuitatũ, seu Oppidanorum; glo. & Bart. in rubr. C. de decur. lib. 10. cum ceteris, de quibus per Alb. cõs. 186 nu. 2. vbi appost. ad eum; Consiliarij enim successerunt loco decurionum, Bart. in l. 1. circa medium, versic. tu dic imo, ff. de offit. assess. Franc. Aret. cõs. 4. Alex. cons. 17. in princ. lib. 6. & 106. num. 8. & seq. lib. 2.

5 † Hoc sic supposito, dicas primo, quod ad offitia Ciuitatis debent eligi diuites, non pauperes, qui sint viri honesti, & idonei, l. ad subeunda vbi ad-
6 ditio ad Bart. C. de decur. lib. 10. † & ideo non sunt admittendi facientes artem vilem, vel pauperes, vti tumultuosi, & perniciosi, nec etiam plebei,
7 Lucas de Penn. in d. l. ad subeunda † Secundo debent esse de illis quibus lex, statutum, vel consuetudo hoc tribuit, vt eligantur decuriones, l. de honorib. versic. item lex, ff. de munerib. & honorib.
8 Tertio † validum est statutum quo cauetur, quod in honoribus Ciuitatum præferantur certi homines, vel aliqua progenies l. vt gradatim, §. deficientium, & ibi glos. in verbo conditionis, ff. de mune-
9 rib. & honorib. † & ideo in hac Ciuitate Pap. debent elligi de illis casatis descriptis in ordinibus factis pro regimine Ciuitatis Pap. de anno 1549.
11 mensis Maij, qui ordines habentur inf. in fine voluminis horum statutorum, & in hoc videntur dicti ordines esse conformes iuri communi, dum disponunt quod Consiliarij elligendi sunt de domibus supra descriptis, qui attigerint ætatem annorum 30. & ita soluitur quæstio, an annus ceptus habeatur pro completo de quo per Laderch. cõs. 176. sint bonæ conditionis, & famæ, neque ipsi, neque eorum patres artem vilem exercuerint, sint ciues, & cum Ciuitate onera sustineant, in eaq; re-
10 sideant, † quod etiam est dispositum de iure cõi, vt ad decurionatũ elligantur originarij, & incolæ Ciuitatis, l. pupillus, §. decuriones, ff. de verb. sign.
11 † Sed hic quæro, nunquid ad decurionatum ad mittantur naturales, & spurij, & dic quod sic l. generaliter, §. spurius, & spurij, ff. de decur. Bart. in l. 1. nu. 26. ff. sol. matr. Hippol. de Marsil. in tractat. de bannit. in verbo [Ciuitate] nu. 97. & ratio est,
12 † quia decurionatus officium non est honor, vel dignitas, sed onus, l. munus tribus ff. de verborum signif. & ideò ad onera admittuntur etiam infames, l. 1. C. de infam. lib. 10. l. nec infames, C. de
13 decur. lib. 10. quo casu licet, † naturales, & spurij dicantur infames, saltem infamia facti, vt per Azonem in summa, C. ex quib. caus. infam. irrogetur. Alex. cons. 2. n. 5. & cons. 95. nu. 4. & 67. n. 5. & 128 nu. 7. lib. 1. & cons. 80. n. 2. lib. 2. Tiraq. in tract. de nobil. c. 15. nu. 7. ac 14. cum seq. adhuc tamen admittuntur ad decurionatum, ita per hanc rationẽ tenet etiam Alba cons. 685. & ita videmus in hac nostra Ciuitate ad munus decurionatum admitti etiam naturales.
14 † An autem decuriones Ciuitatum possint torqueri, dicas, quod quicquid sit de iure, de consuetudine seruatur, quod torquentur prout testatur Clarus in §. fin. praxis crim. q. 64. nu. 19.
15 † Si quis autem cupiat videre plura in materia decurionum, videat Lancell. Corad. in tract. de decurionib. vbi plenissime tractat.

In verbo [verba iniuriosa] Ex secunda hac parte colligo, quod dicens alicui verba iniuriosa in consilio, punitur in solidis centũ Papiensibus; p
16 declaratione huius statuti quæro, † quæ dicantur verba iniuriosa, & respondeo ea esse per quæ alicui improperetur aliquod maleficium ab eo commissum; ita Bart. in l. item apud labeonem, §. ait prætor, col. 2. versic. videamus quid sit, ff. de iniur. & hoc est verum, siue in genere, siue in spetie alicui improperetur aliquod delictum commissum, vt per Bart. in d. §. ait prætor, & per eundem, & alios in l. 3. in princ. ff. de lib. & posth. & in l. turpia in princ. ff. de leg. primo, & per eundem Bart. in l. his verbis, §. 1. ff. de hæred. instit. Angel. Aret. instit. de iniur. col. 1 versic. in glo. vide etiam plura verba iniuriosa exemplificata per Iul. Clar. in § iniuria, nu. 1. vbi refert plures casus iniuriæ verbalis, & ibi Baiard. in addit. Bart. cons. 106. & quę dicantur verba iniuriosa vltra DD. sup. allegatos, videas Grammat. decis. 14. nu. 9. cum seq. ante eum Fel. in c. cum te in vlt. col. de re iudic. Luc. de Pen. in l. 3. C. de pecul. Castr. Laderch. cons. 182. Honded. cons. 96. & 112. lib. 1. Thesaur. decis. 229. qui
17 autem plura verba iniuriosa alicui dixerit vno impetu, ac contextu, nõ dicitur fecisse plures iniurias sed vnam tantum, Baiard. distinguens in addit. ad Clar. in §. iniuria, nu. 8. cũ seq. Coarun. lib. 2. var. quæst.

quest. c. 10. n. 8. secus si statutum puniret pro qualibet iniuria, & verba diuersas iniurias significarēt, tunc pro singula iniuria pœna statuti esset imponenda, Fanuc. in tract. de moment. temp. cap. 20. nu. 12. Baiard. ad Clar. d. §. iniuria, nu. 10.

18 †Quib. autē modis committatur iniuria dic quod duob. modis, sz. verbo, aut facto, exemplificando, vt per Iul. Clar. in d. §. iniuria, nu. 1. vbi Baiard. in addit. ad eum; de iure cōmuni qualiter puniatur

19 iniuriam faciens alicui; † dic quod est arbitrariū Iudici inspecta facti, & personarum qualitate; §. in summa instit. de iniur. Clar. vbi sup. nu. 8. cum

20 in puniendis iniurijs † tria veniant pręcipue consideranda; primo qualitas iniuriarum; an sit simplex, an vero atrox; secundo qualitas iniuriati, & iniuriantis; tertio modus quo illata fuit, Baiard. in addit. ad eumdem; Clar. in §. iniuria, num. 47. vide late Menoch. de arbitr. iud. casu 263. vbi latissime de iniuria atroci, Laderch. cons. 182.

Ex tertia parte colligo, [quod percutiens cum pede ad turbationem inducendam in consilio pu-

21 nitur pæna hic statuta; † hoc statutum intelligo verum, non solum in eo, qui turbationem cum pede facit, sed etiam per concessionem manuum, aut aliter, quia quæ exempli causa ponuntur, vel frequentionis vsus causa non restringunt dispositionem Auth. cassa, & irrita in verbo per italiam, C. de sacros. eccles. quam sequitur Ias. in Auth. ex testamento, col. 7. C. de collat. post Bart. in l. vlt. C. de mandat. princ. Rip. auus meus in l. 1. nu. 121. ff. sol. matrim. & in l. fin. versic. duodecimo quæro, C. de reuoc. donat. gl. per illum tex. in l. vnica, in verbo sponsam, C. de rapt. virg. quā sequitur Alex. cons. 54. lib. 4. Ias. in l. non ob hoc C. vnde leg. Andreas Tiraq. in tract. lignag. §. 20. glo. prima.

De consulentibus extra præpostam, & eorum penis. Rubr. 19.

ITem statuimus, quod consulentes extra præpostam. Puniantur in solidis decem Papiæ, in singulis vicibus in quibus contrafactum fuerit. Sine aliquo processu inde fiendo, & defensione fienda, & sententia aliqua proferenda. ¶ Et vltra dictum consilium dicti consiliarij non valeat ipso iure. Et quod consultum fuerit extra, vel vltra præpostam, reformatio, decretum, statutum, reformatum, & ordinatum non valeat, nec teneat ipso facto, & iure: Non obstante aliqua exceptione, vel iure.

Summarium statui 19. de Regimine Potestatis.

1 *STatutum hoc an validum vti tollens deffensionem.*
2 *Defensio etiam Diabolo non est deneganda.*
3 *Verbum ipso iure quid importet.*
4 *Pœna huius statuti an procedat in dependentibus, & connexis.*

AD hoc Statutum adde sup. stat. 14. vbi imponit maiorem pænam proponenti, quam faciat nunc consulenti; & dic, quod complectitur tres partes, in prima punit, in secunda annullat; in tertia, idem facit; secunda est ibi, & vltra; tertia ibi, & quod. Ex prima parte colligo, quod consulentes extra propositum puniuntur in solidis decem Papiensibus.

In verbo [sine aliquo processu inde fiendo, &

1 defensione &c.] quæritur † an valeat hoc statutum tollens defensionem. & videretur, dicendum quod non, quia defensio est fauorabilis, & de iure

2 diuino, † nec etiam diabolo est deneganda per ea, quæ congerit Vant. in tract. de nullit. ex defectu cirat. in princ. & quando denegatur exceptio, vel defensio, intelligitur de friuola, non de legitima, quia defensio legitima nemini est deneganda, vt voluit Fract. Papiens. in forma libelli, quo petitur hereditas ex testamento in verbo contradicentibus. Respondetur tamen ideo permissum esse in hoc statuto tolli defensionem propter penæ modicitatem, vel melius statutum tollens defensionem meram, & directam, secus in defensione obliqua, & non propria qualis est ista, quæ punit facienti actum contra statutum, Alex. consil. 225. ponderatis, num. 6. in fin. cum seq. vers. 51. qua ergo lib. 6.

3 In verbo [ipso iure] quod importat verbum, ipso iure dic quod idē importat, ac si diceret absq; ministerio iudicis, Felin. in cap. Rodulfus nu. 35. de rescript. Dec. cons. 138. num. 1. vbi loquitur de dictione ipso facto, quæ idem importat, & importat, canonem latæ sententiæ, Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertatur num. 119. & seq. C. de reuoc. donat. Rimin. Inn. consil. 707. num. 13. Scias tamen, quod nihilominus requiritur declaratoria Iudicis, & ideò quotiescunque imponitur à lege, vel statuto pro aliquo delicto, aliqua pæna ipso iure, vel facto, tunc nō potest fieri exequutio, nisi præcedente declaratoria, Alex. consil. 103. nu. 17. vbi apost. lib. primo, & latè Ant. Gabr. in suis commun. in tit. de malef. concl. 12. per totū, Menoch. alios afferens de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 220. num. 6. licet contrarium tentari posset, nempe nullam requiri Iudicis declarationem ex his quæ nouissime tradit Arumæus in tract. de mora, cap. 3. num. 19. & seqq.

In verbo [non obstante aliqua exceptione] quæro quæ sit ratio, & respondetur, quod illa videtur esse, vt seruetur ordo, alioquin vbi non est ordo, ibi est confusio §. inordinatum in auth. de hæred. & fal. Credo tamen, quod debet in primis constare de substantia eorum, scilicet quod fuerit factū consilium extra præpostam.

4 Quero quid si in dependentibus, & connexis sit consultum, † An habeat locum pæna dicti statuti, vide Alber. de Rosa. in prima parte statutorum, quæst. 124. vbi tenet non videri extra prepostam consultum, arg. l. apud Iulianum, §. antistius, ff. ad trebell. cap. cupientes, §. denique in fine, extra de electione, l. tutores, qui tutellam, ff. de adm. tut. & l. eum actum, ff. de neg. gest.

De

De pœna euntis ad baragetum post consilium congregatum, & surgentis in consilio postquam potestas, & eius Vicarius surrexit ad faciendum partitum. Et insurgentis animose contra alium in consilio; & de pœna quam potestas potest imponere in consilio contra Inobedientem. Rubr. 20.

ITem statuimus, quod quicunque iuerit ad baragetum postquam consilium fuerit congregatum, puniatur pro qualibet vice in sol. duobus Papiæ. ¶ Et qui surrexerit in consilio postquam Potestas, vel eius Vicarius surrexit ad faciendum partitum, puniatur in solidis duobus. Animose vero surgens contra alium in consilio puniatur pro qualibet vice in solidis viginti Papiæ, ¶ Pœnam vero possit Potestas, & eius Vicarius contra inobedientem in quolibet consilio imponere, & impositam exigere, vbi alias à lege municipali non esset pœna certa statuta sol. 10. Papiæ. ¶ Quas pœnas in singulis casibus possit exigere à contrafaciente sine aliquo processu inde fiendo, & sententia danda.

AD hoc statutum dic idem, quod consideratū fuit supra ad declarationem statuti 19. & adde nouos ordines supra enumeratos ad declarationem sttatuti 14. de Regimine Potestatis.

Quod potestas non possit recipere in consilio per sacramentum, quod non loquantur Consiliarij. Rubr. 21.

ITem statuimus, quod Potestas Papiæ, vel eius Vicarius non debeat præcipere in aliquo consilio generali, vel priuato; Consiliarius, vel Sapientibus, vel ibi existentibus, quòd non loquantur, sub pœna sacramenti, sed alias penas possit imponere secundum consuetudinem, & secundum quod requisiuerit qualitas facti.

Summarium statuti 21. de Regimine Potestatis.

1 *POena Sacramēti pertinet ad forū Clericale.*
2 *Pœna periurij granior pena pecuniaria, et qua*

Tem statuimus] nota in isto textu, quod Potestas non potest percipere alicui Consiliario ne loquatur sub pena periurij; Sed bene sub alia pœna, ratio est, † quia pœna sacramēti pertinet ad forū clericale, ita habetur etiam passim per DD. alia 2 ratio etiam assignatur. quia † pœna periurij, est nimis grauis grauis comparatiue ad pœnam pecuniariam; de qua per statuentes hic, periurus enim pluribus plectitur pęnis, de quibus late per D. Ripanum mihi maternum in cap. ex parte, nu. primo cum infinitis seqq. de rescriptis, Clar in sua praxi in §. periurium, num. 2. vsque ad num. 8. vbi Baiard. in addit. ad eum Menoch. de arbitr iudic. casu 319. & latissime periurij materiam tradit Decian. in tract. criminal. lib. 6. cap. 8. 9. 10. 11. & seq.

In verbo [Sed alias pœnas] Adde quod non propterea poterit Prętor, vel Vicarius imponere pœnam sanguinis, quia prohibetur ex alio statuto infra ordine 88. in Crimin.

De reformatione dictanda per Vicarium, & legenda in quolibet consilio antequam Consiliarij recedant. Rubr. 22.

ITem statuimus, quod D. Vicarius Domini Potestatis Papiæ, in quolibet consilio vinculo sacramenti, & sub pœna librarum decem Papiæ, de suo salario, teneatur, & debeat in quolibet consiliorum prædictorum dictare, & scribi facere quicquid in aliquo ipsorum fuerit reformatum: Et ipsas reformationes legi facere in dicto consilio antequam dicti consiliarij de ipso consilio recedant. ¶ Et quòd nullus ex dictis cōsiliarijs, seu credendarijs recedat de dicto consilio, antequam dictus Notarius scripserit, legerit, & publicauerit, quicquid obtentum, & reformatum fuerit in dicto consilio, sub pœna solidorum quinque pro quolibet contrafaciente ab ipso auferenda absque processu, & condemnatione fiendis.

Item &c. Hoc statutum est totum aureum, Iustitiæ, & æquitatis plenum, & diuiditur in duas partes prout in prima ponit quid sit faciendum à d. Vicario, in secunda imponit pœnam consiliarijs recedentibus, secunda ibi & quod, ex qua secunda parte colligo quod nullus ex consiliarijs debet recedere nisi absoluto partito pronter vtilitatem publicam, l. æquissimum, ff. de vsufr.

Hoc statutum concordat cum præcedentibus statutis 14. 17. & 19. de regim. Potestat. & adde dispositiones Nouarum Constit. de quibus facta est mentio in statuto 14.

De contradictione Sindici fienda in consilijs, & qualiter in consilijs partita fieri debeant, & qua forma, & certis causis debeant congregari. Rubr. 23.

Item statuimus, quod deinceps in quolibet consilio magno, vel paruo. In quo tractabitur de hauere Communis Papiæ, dando, remittendo, priuilegio concedendo, immunitate, gratia, franchisia, seu libertate concedenda, seu concedendis alicui personæ, Communi, collegio, seu vniuersitati: aut vbi tractabitur de iurisdict. Communis Papiæ, præterquam in casibus à statutis Communis Papiæ, concessis, danda, concedenda, seu remittenda perpetuò, vel ad tempus. Non possint aliqui Consiliarij conuocari, nec congregari, nec pro vocatis, vel congregatis haberi: nisi modo, & forma posita sub rubrica de non ponendo ad aliquod consilium de aliquo statuto &c. ¶ In quibus casibus omnibus, & singulis Sindicus Communis Papiæ, in ipso consilio debeat contradicere ipsis præpostis, & cuilibet ipsarum. Et in dictis casibus, & quolibet ipsorum in ipsis consilijs, debeant partita fieri ad bussolas, & ballotas. Et si contra prædicta, vel aliquod prædictorum factum fuerit non valeat ipso iure, quod factum, & sequutum fuerit ex eo vel ob id.

Summarium statuti 23. de regimine Potest.

1 Statutum quid disponat circa officium Syndici, vbi ponitur ratio statuti.
2 Dicitur Syndicus, quasi singulorũ causas dicens.
3 Syndicus dicitur à sin, & dico.
4 Actor, & Syndicus differunt, nam actor ad vnam causam, Syndicus, ad vniuersitatem causarum constituitur.
5 Syndicus differt à Procuratore, qui constituitur à domino.
6 Actor, & Syndicus aliquando ponuntur pro eodẽ.
7 Procurator quis.
8 Negotiorum gestor quis dicatur.
9 OEconomus quis sit.
10 Actor quis.
11 Defensor quis sit.
12 Excusator quis dicatur.
13 Hoc statutum ampliatur procedere in omnibus causis, in quibus agitur de aliquo præiuditio Ciuitatis.
14 Dare verbum importat translationem dominij.
15 Statutum comprahendit omnes casus in quibus dominium transfertur, vbi tres adducuntur rationes adhoc.
16 Verba, an intelligenda in spetie, an verò in genere.
17 Et quid in materia fauorabili.
18 Dare, & remittere quid differant.
19 Statutum loquens de dante, an procedat in remittente.
20 Priuilegium quid sit remissiuè.
21 Ciuis quando creatur, quid seruetur, & quid soleat Excellentiss. Mediolani Senatus facere in approbatione.
22 Priuilegio Ciuitatis Pap. non gaudet nisi descriptus in estimo cum communi.
23 Communitas, an de iure possit vendere immunitatem, vbi concluditur negatiuè.
24 Quid si ille cui fuit concessum tempore concessionis non erat subditus.
25 An immunitas concessa per Communitatem subdito valeat saltem in praiuditium concedentis, quando sit propter benemerita.
26 An de meritis debeat constare aliter quam per assertionem concedentis.
27 An immunitas possit reuocari per Communitatẽ.
28 Franchisia quid sit.
29 Vniuersitas, an veniat appellatione persona.
30 Iudex, an possit cogere vniuersitatem ad eligendũ Syndicum.
31 Syndici, an dicantur habere mandatum cum libera.
32 In creatione Syndici duæ partes requiruntur.
33 Plura remissiuè circa materiam Syndici, & an ei debeatur salarium, an possit praiudicare singulis personis.

1 HOC Statutum disponit officium Syndici esse contradicere, præpositionibus quæ fiunt; & moti sunt statuentes bona ratione, quia veritas magis agitata magis splendescit 25. q. 9. cap. final. & plerumque contradictio vnius alios in suam sententiam tra-
2 hit arg. l. si in tres, ff. de recept. arbitr. † is autem Syndicus græce, latine singulorum causas dicens interpretatur, l. munerum, §. defensores, ff. de
3 munerib. & honoribus, & dicitur † à sin, & dico dicis, quasi singulas causas dicens, gl. in c. primo,
4 vbi Abb. nu. 2. de Synd. Differunt tamen † actor, & Syndicus, ac Procurator nam constitutus ab vniuersitate ad omnes causas, seu plures dicitur Syndicus, constitutus uerò ad unam tantum causam dicitur actor, Abb. in d. cap. 1. num. 2. Item
5 differt † à Procuratore, quia Syndicus propriè consti-

constituitur ab vniuersitate vt dixi, procurator autem à domino Abb. in rub. de Syndic.
6 † Quandoque tamen Actor, & Syndicus pro eodem ponuntur, l. 1. §. quibus, ac §. peto, ff. quod cuiusq; vniuersit. nomine, & l. item eorum, §. actor, ff. eod. varia autem sunt nomina eorum, qui aliena nego-
7 tia gerunt, † tutor qui datur pupillis, procurator, qui aliena negotia gerit cum mandato. l. 1. ff de
8 procurat. † Item negotiorum gestor, qui sine mandato, vt inst. de oblig. quæ ex quasi cōtr. §. 1.
9 † Item Oeconomus, cui, res ecclesiastica gubernanda mandatur ab Episcopo cum consensu capituli, l. iubemus, C. de sacros. Eccles. l. omnes, §. nihilominus versic. hunc enim. C. de Epis. & Cleric. Specul. in tit. de his, qui alij. no nomine, nu. 5. in verbo Oeconomus. Item dicitur apocrisarius, vt in rub. quomodo opport. Episcopos. §. non aliter, & §. namque enim, §. si ibi præsentem, ita gl. ordinaria, in §. fin. in verbo actorem instit. de curat. sequitur Alex. in l. neque col. 2. C. de procurat. post eum Pract. Papiensis in forma libelli ad rationem reddendam in glo. incipiente curatores.
10 † Item Actor, qui est constitutus ad vnam causā,
11 vt supra dixi; † defensor qui sine mandato præstita cautione de iudicatam soluendo alium in iudicio defendit, Specul. in tit. de defensione nu. 1.
12 † Item excusator qui venit ad proponendum causas absentiæ alicuius, qui non potuit constituere procuratorem solum, Specul. in tit. de excusat. num. primo.

Et nota quod hoc statutum est admodum amplum, ita quod non datur casus, in quo possit tractari etiam de minimo præiuditio Ciuitatis, quin sit seruanda forma hic tradita, & audiendus Syn-
13 dicus hæc † enim series verborum, quæ sequitur omnes casus complectitur in quo tractabitur de auere Communis Pap. dando, remittendo, priuilegio concedendo, imunitate, gratia, franchisia, seu libertate concedenda, seu concedendis alicui personæ, communi, collegio, seu vniuersitati, aut vbi tractabitur de iurisdictione Communis Papiæ danda, concedenda, seu remittenda, perpetuò, vel ad tempus non possint aliqui Consiliarij conuocari, nec congregari, nec prouocatis, nec congregatis haberi nisi modo, & forma posita sub rubrica &c. & sic hæc verborum conceptio casus omnes continet, & vt melius innotescat, quia hoc statutum est admodum frequens, & quotidie contingit dubitari, capio singula verba discutienda.

In verbo [auere Communis Papiæ dando] quæ-
14 ro, † quia verbum dare importat translationem dominij, §. sic itaq; instit. de act. Alex. in l. si pecuniam col. 6. nu. 17. ff. de condic. sine cau. & in l. si procurator col. 4. & in l. fin. col. 1. eod. tit. de cond. sine cau. & in l. scire debemus, §. 1. ff. de verborum oblig. & in l. stipulationes non diuiduntur num. 13. & in l. à Titio col. 3. eod. tit. de verb. oblig. & in l. si quis nec causam col. 1. & in l. cum quid nu. 12. ff. si cert. pet. an inquam comprahendat omnes casus quibus dominium transfertur; &
15 respondeo quod sic, ratio est, † primo generalitas huius verbi dare; secunda ratio est fauor publicus, ne bona Ciuitatis dilapidentur; tertia ratio est enixa statuentium voluntas, quæ colligitur in serie sup. citata verborum: & si hic dicatur obstat
16 regula † quod verba debent intelligi in spetie, nō in genere, Bart. in l. hoc legatum, ff. de leg. 3. quē sequitur Alex. in l. certi condictio in princip. ff. si cert. pet. & in rub. nu. 21. ff. sol. matrim. & in l. gallus, §. titius, ff. de liber. & posth. & in l. de pupillo, §. qui nuntiat. ff. de oper. nou. nunt. Dec. in l. 1. C. de success. edicto, & in l. 1. nu. 45. ff. de officius, & cons. 286. col. 2. & 378. col. fin. & cons. 433. col. penult. attamen hæc regula non obstat,
17 † quia non habet locum in materia fauorabili, prout est nostra, tunc enim verba in genere capiuntur Alex. cons. 248. lib. 6. Ant. Burgos. in rub. de empt. & vendit. col. vltima, Rebuf. in tract. de reb. eccles. non alien. in verbo vt n licet, vbi citat tex. & ibi DD. in c. Rodulfus extra de rescript. Cagnol. in l. imperium nu. 94. ff. de iurisd. om. iud. & in rub. nu. 69. & 94. ff. si cert. pet. Nata consil. 274. col. 3. vbi vult post eos quos ibi citat, quod aut sumus in materia fauorabili, & capiuntur verba in genere, aut odiosa, & capiuntur in spetie.

Quid autem stante statuto 55. de reg. Potestat. disponente quod verba debeant intelligi ad litteram responde vt ibi dicam.

Sicq; in his firma stat hæc nostra deductio.

18 In verbo [remittendo] † licet dare, & remittere idem importent, secus tamen est in casu nostro, quia sunt duo termini separati, & inter se differentes; vt constat ex his, quæ Bart. plenè scribit in l. si quis obligatione, ff. de re iud. Fel. in c. veniēs, il primo de testibus, Ias. in l. si profundo, C. de trāsact. Dec. cons. 689. nu. 4. & exemplum poni potest
19 in debitore Ciuitatis † qui dare debet, vel etiam, qui exceptionem aliquam habet, nam remissio fieri non potest nisi seruata statuti forma, de qua hic, & intelligo de eo, qui haberet aliquam exceptionem dillatoriam, secus verò in perhemptoria.

20 In verbo [priuilegio concedendo] nota in statuto circa declarationem huius termini, † quia satis patet ex Bart. & alijs in l. fin. ff. de constit. princi sed solum exemplificatio in aliquo artifice nouo, qui veniret ad habitandum, & fieret diploma, q non possit aliquis illam artem exercere, prout Ciuitas hæc nostra plerumque solet facere; Vel po-
21 test exemplificari † quoties contingit per Consilium Pap. fieri alicui forensi aliquod priuilegium Ciuilitatis, per quod is forensis facit se Ciuem Pap. creari, & se submittit statutis Pap. soluitq; honorantias consiliarijs debitas, ipsi verò concedunt inter cetera, quod possit vti talis ciuis creatus per priuilegium, omnibus prærogatiuis, honoribus, & oneribus, exemptionibus, & immunitatibus, quibus, & alij ciues, & prout latius legitur in forma ipsorum priuilegiorum; quorum priuilegiorum si quæratur comprobatio à Senatu Excellentissimo Mediolani, solet per prius præsentari in cancellaria in manibus vnius Secretarij; qui à tergo ipsius priuilegij scribit annum, & diem præsentationis, & subijcit hæc, vel similia uerba; videat Fisci aduocatus præsens diploma, & opponat si quid opponendum iudicat, vt Senatus super petita approbatione deliberare valeat; postea Fiscus videt, & adscribit oppositiones suas, si quas faciēdas putet, aut Senatui se remittit, Senator deinde omnia in Senatu refert, & ita fit approbatio hoc modo vz. viso narrato priuilegio, & ijs quæ Fisci aduocatus, cui illud inspiciendum de more datum fuit subiecit, ac audito vno ex spectabilibus Senatoribus nostris omnia referente illud approbamus & confirmamus, cum eo tamen, vt si supplicantem eiusue filios, & descendentes &c. Contingerit bona aliqua mobilia in hoc dominio nostro acquirere, teneatur in eo cum familia sua tota, aut maiori illius parte habitare, quod si nō fecerit, aut post

habitare desierit ea bona Fisco nostro adiudicata censeantur iuxta ordines in huiusmodi materia editos, mandantes &c. si quis tamen creatus ciuis sit subditus, approbatio fieri solet simpliciter absq; ijs conditionibus; si vero aderant aliqua restricta, vel limitata, prout Senatui visum fuerit, tunc in approbatione restrictiones, & limitationes exprimuntur.

22 Scias tamen, quod nemo gaudet priuilegio ciuilitatis Papiæ, nisi sit descriptus in æstimo cum communi Papiæ, vt disponit statutum ciuile 153.

In verbo [Immunitate] potest exemplificari in aliquo artifice, qui venit nouam artem exercere, sed petit immunitatem à Ciuitate, respectu exer-
23 citij. † An autem de iure communi, Communitas possit concedere immunitatem vide Alex. cõs. 101. vol. primo, Abb. in cap. 2. de immunit. eccles. qui DD. tenent, quod regulariter non potest concedere immunitatem alicui subdito, per tex. in l. vacuaris, C. de decur. lib. 10. Rim. cons. 252. num. primo, appost. ad Alex. dicto consil. 101. Dec. cons. 638. num. 10. Fel. in cap. accedentes, num. 8. versic. octaua conclusio de præscript. Bal. cons. 112. col. prima, lib. 2. versic. cum præsupponatur, Ozas. decis. 91. & 95. Pancirol. consil. 157. Purpur. cons. 371. & 580.

24 † Fallit quando ab initio, ille cui fuit concessa non erat subditus tempore concessionis, l. 2. ff. de iure immun. Rom. & Fel. supra citati, & Alex. d. cons. 101. nu. 3. & ibi apost. ad eum.

25 † An autem si concedatur talis immunitas per Communitatem subdito valeat, saltem in præiuditium concedentis; & dic quod sic, quãdo fit propter benemerita, Felyn. in dicto cap. accedentes, versic. nona, & vltima, colum. fin. Appost. ad Alex. dicto cons. 101. sub num. 3.

26 † Isto autem casu debet constare de meritis aliter quam per assertionem ipsius concedentis Alex. dicto cons. 161. num. 6. vide tamen ibi Appost. ad eum.

27 † An autem ista concessio possit reuocari per Communitatem; dic vt per Alex. cons. 30. col. fin. vol. 5. qui tenet, quod non.

28 † In verbo [Franchisia] is terminus franchisia ponitur pro libertate, dum statutum declarat, se ipsum dicens, franchisia, seu libertate ex Bart. in cons. 59 commune spoleti declarante hunc terminum.

In verbo [alicui personæ] hoc non exemplificatur, & sequntur verba communi, collegio, siue
29 vniuersitati, ad dubium illud tollendum, † an appellatione personæ, contineatur vniuersitas, de qua quæstione latè Ias. in l. si quis maior, colum. 4. versic. præterea, C. de tras. Dec. in l. si familia, ff. de iurisd. omn. iud. Alex. cons. 17. in 2. dubio. lib. 6.

30 In verbo [Syndicus] † an Iudex possit cogere collegium, seu vniuersitatem, vt syndicum faciat, cum quo facilius omnia expediantur; dic quod sic Ias. in l. explicite, §. si autem collegium, ff. ad sen. consult. trebel.

31 Scias quod syndici ciuitatum intelliguntur, seu præsumuntur habere mandatum cum libera, etiã quod in syndicatu de eo non fuit facta mentio. Ias. in l. præses, in prima, & secunda col. C. de transact. vbi Alex. nu. 2. & 3. Dec. cons. 297. nu. 2. dicens ideo posse syndicos vendere res Ciuitatis sine mandato. Nicol. Losæus in tract. de iur. vniuersit. part. prima. nu. 109. & seq. vbi nu. 12. & seq. ait posse etiam transigere, non possunt tamen debitum liquidum remittere, nec donare, nec gratificari alicui, Marc. decis. 207. part. 2. Mascard. conclus. 1314. per totum Losæus dicto loco nu. 114. & seq.

32 † Sed quæro quando creatur syndicus ab vniuersitate an requiratur de necessitate, quód in instrumento conficiendo singulorũ nomina de vniuersitate describantur, an vero sufficiat dicere vniuersitas, talis loci fecit sic; & dic; quod nomina singulorum exprimi debent, vt appareat, an
33 duæ partes ex tribus interuenerint, cum † non possit constitui syndicus, nisi duæ partes vocandorum præsentes fuerint, l nulli, & l. placet, ff. quod cuiusque vniu. nom. Abb. in cap. primo, nu. 17. de syndicatu, qui licet referat plures opiniones, attamen fatetur satius esse nomina singulorum exprimi, quod sine dubio procedit, quoties ageretur de actibus multum ponderosis, ita Alex. cons. primo, nu m. 3. vbi vide late Appost. lib. 4. alias autem dicitur de iure sufficere, si in instrumento dicatur vniuersitas talis loci, ita Mysing. sing. obseruat. cent. 3. obseruat. 18. Plura autem circa hanc materiam syndici videas latè per specular in tit. de syndic. ac per Albericum in suo dictionario, in verbo syndicus. An autem syndicus vniuersitatis possit præiudicare singularibus personis; dic quod non, Dec. consil. 61. num. 3. Menoch. consil. 80. num. 67. & alia etiam circa materiam Syndici Cõmunitatis, vide apud eundẽ Menoch. consil 228. num. 7. & 518. num. primo, vbi tenet Syndicum effectum exactorem teneri de suo, si non adhibuit diligentiam in exigendo; Non possunt autem tales Sydici petere salarium pro administratis publicis negotijs, nisi eis promissum fuerit, Menoch. consil. 228. nu. 7. vbi num. 20. tradit. quando ei salarium constituendum, plura per Nicol. Losæum in tract. de iur. vniuersit. part. prima, num. 114. & seq & part. 2. cap. primo, per totum ubi à quo sit constituendus, quod sit eius officium, quæ possit facere, & quæ non late explicat.

De prouisionibus Consiliariorum ponendis in libris Communis Papiæ. Rubr. 24.

ITem statuimus, quod Notarij deputati, & deputandi officijs quorumcunque consiliariorũ, teneantur, & debeant omnes, & singulas reformationes, & prouisiones, & consilia, quas, & quæ fieri contingerit in eorum officijs infra decem dies, postquam eis iussæ, & rogatæ fuerint scribere, & ponere, clare, & extense, in libro vno, qui sit, & esse debeat suum breuiarium. In quo libro ipsi Notarij, & quilibet ipsorum teneantur ponere titulum ipsius libri

libri cum eorum signo nomine, & pronomine, anno, & indictione. Ita quod de ipsis possit quãdocunq; fieri publicũ Instrumentum. ¶ Et quod de ipsis prouisionibus, reformationibus & consilijs, possit fieri copia cuicunque petenti. Quam copiam facere teneantur; Et hoc sub pœna librarum decem Papiensium, totiens quotiens contrafactum fuerit, vel ita non fuerit obseruatum.

DIC, quod dictæ prouisiones, & reformationes debent scribi in vno libro fiendo, prout etiam disponitur statuto 41, infra De reg. Potest. & tenentur Notarij hoc facere sine aliqua mercede, vel premio recipiendis à communi Papiæ, vt disponitur inf. statuto. 32. De reg. Potest.

De litteris, & ambasciatis registrandis, & exemplandis in certis libris, & de electione Notariorum ad hæc, Rubr. 25.

ITem statuimus, quod omnes litteræ, quæ de cætero mandabuntur per Commune Papiæ, antequam sigillentur, registrentur, & exemplentur in vno libro, & omnes litteræ, quæ mittentur Communi Paipiæ similiter registrentur, & exemplentur eadem die, qua litteræ præsentatæ, seu apertæ fuerent in vno alio libro. Vt inde possit haberi copia, tàm pro facto Communis, quàm aliarum personarum. Et quod duo boni Notarij de Collegio Notariorum Papiæ elligantur ad dictandum, & faciendũ omnes litteras Communis Papiæ. Et per quos omnes litteræ fiant. Et per quos omnes litteræ registrentur, & exemplentur in dictis libris sicut superius continetur. Et per quos omnes ambasciatæ scribentur antequam portentur, atque exemplentur similiter omnes ambasciatæ, quæ portabuntur in scriptis per aliquos ambasciatores Communis Papiæ. Et qui Notarij, Cancellarij Communis Papiæ eligantur, & eligi debeant ad balottas de Notarijs nominatis ad officium Cancellariæ, & de salaro ipsorum prouideatur arbitrio duodecim sapientum. Quorum officium duret, & durare debeat ad voluntatem, & beneplacitum duodecim sapientum.

Summarium statuti 25. de Regimine Potestatis.

1 *Ratio huius statuti.*
2 *Quomodo seruetur hodie hoc statutum.*
3 *Exemplare verbum quid sit, & quid exemplum.*
4 *Exemplare, publicare, & insinuare quomodo differant.*
5 *Exemplum vt probet quot requirantur.*

HAbet hoc statutum magnam emphasim in se, & antiquam originem, nam vt est legere in sacris litteris Græci fœdus amicitiæ inicre cum hebreis, scripserunt in segregatis Populi libris, vt esset ad memoriam populorum, ita habetur in historia Machabeorum, 1 † ratio autem huius statuti hæc est, vt haberi possit memoria rerum gestarum à Ciuitate, inde .n. fit, vt hæc maiorum exempla nos moneant, & instruant.

2 † Hoc statutum hodie ita obseruatur, quod litteræ missiuæ, quæ mittuntur à Ciuitate, ad quoscunque ponuntur in libro ad hoc deputato, & est originale subscriptũ per habentes ad hoc auctoritatem, litteræ vero quæ mittuntur ad Communitatem continentes negotia ardua registrantur in libro ad formam statuti, qui liber est specialiter ad hoc factus, & intitulatur liber litterarũ; & hoc fit de anno in anno, uel singulis duobus annis, & in hoc libro etiam registrantur statuta ordinationes, & litteræ iustitiæ quorumcunque tribunaliũ, ad hoc, ut de eis semper appareat.

Ad hoc stat. adde stat. 41. & 32. inf. de reg. Pot.

In verbo [registrentur, & exemplentur] scias 3 quod exemplare verbum importat, idem quod est extrahere de verbo ad verbum; hinc est, quod quando Notarius, qui non est rogatus de instrumento exemplificat de verbo ad verbum ab originali, istud apellatur exemplum; originale vero exemplum, à quo sumitur exemplum, glo. in l. 2. per illum tex. ff. de fide instr. DD. in Auth. si quis 4 in aliquo; vbi Cagn. num. 2. C. de edendo. † Differunt autem exemplare, publicare, & insinuare, vt per Abb. in cap. primo, num. primo, de fide instrum. Cagnol. in dicto Auth. si quis in aliquo num, 4. Scias autem, quod regulariter exemplũ non probat, vt late per DD. in Auth. si quis in aliquo, & præcipuè per Ias. & Cagnol. qui latè ampliant, & limitant, & per Abb. & DD. in dicto cap. fin. de fide instrum. in quibus locis latè habetur de materia exemplificationis, & quæ requirantur ad hoc, vt exemplum fidem faciat, ad quos lectorem remitto, est enim ibi materia ordinaria.

5 † & quatuor concurrere debere, tradit Menoch. consil. 906. num. 4. lib. 10. & consil. 732. num. 2. 3. 4. 5. & 6. Didac. Coaruu. pract. quæst. cap. 21. nu. 4. Primo quod adsit iusta causa faciendi exemplum. Secundò, quod sumatur ex originali. Tertio, quod exemplatio fiat ad eius instantiam, cuius interest. Quarto, quod citati sint illi de cuius interesse agitur.

Quod venditiones, & alienationes Communis Papiæ fiendæ prius deliberentur per Dominos duodecim Sapentes. Rubr. 26.

Item statuimus, quod Incantus, subhastationes, venditiones, & alienationes, quæ fient, & fieri debebunt de cetero, de reditibus Communis Papiæ, & de rebus immobilibus, & iuribus Communis Papiæ: Deliberentur, & tractentur primo per Dominos duodecim Sapientes in consilio ipsorum, vel maioris partis ipsorum, in præsentia Domini Potestatis, vel eius Vicarij, facto, & obtento partito inter ipsos ad bussolas, & ballottas de ipsis rebus vendendum, & alienandum. ¶ Quibus deliberationibus, & tractatu factis, & præhabitis vendantur, liberentur, & deliberentur in Consilio Maiori Papiæ per D. Potestatem Papiæ, vel Vicarium eius, in præsentia, & auctoritate aliquorum ex dictis Sapientibus duodecim, & Rationatoribus Communis Papiæ, sono campanarum præmisso: & non aliter, nec alio modo. ¶ Et quod tractatum fuerit, aliter non valeat, nec teneat.

Summarium statuti 26. de regimine Potest.

1 *HOC statutum desumptum fuit, ex l. fin. C. de vend. rebus Ciuitatis, lib. 10.*
2 *Quæ sint necessaria in alienatione rerum Ciuitatis de iure communi.*
3 *Num procedant in quacunque alienatione.*
4 *Ampliaº vt etiam solemnitas de qua in d. l. fin. requiratur in alienatione bonorum, Castrorum, & Villarum.*
5 *Alienationis verbum, an comprahendat omnem alienationem, per quam transfertur dominium.*
6 *Venditionis appellatione quid contineatur.*
7 *Quid in casu huius nostri statuti.*
8 *Venditione rei prohibita, ratione rei, vel contractus omnis contractus intelligitur prohibitus.*
9 *Alienationis verbum, quæ complectatur.*
10 *In Ciuitate Papiæ bona non possunt alienari sine licentia Principis ex Decreto Ducis Mediolani.*
11 *Platea Ciuitatis nunquid vendi possit.*
12 *An forma huius statuti sit obseruanda per Decuriones donantes in remunerationem.*
13 *Ciuitas an donare possit immobilia, & concluditur negatiuè ex duplici ratione.*
14 *Alienatio ex forma huius statuti non potest fieri in non subditum.*

1 HOC † statutum continet materiam l. finalis, C. de vend. reb. Ciuitatis lib. 10. & dat nouam formam circa alienationes rerum Ciuitatis, de iure autem communi, hæc sunt necessa-
2 ria. † Primo, quod in alienatione sint præsentes omnes, seu pro maiori parte curiales, & honoratæ personæ, ac possessores immobilium, l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. an autem tunc in instrumento alienationis singulorum nomina necesse sit exprimi; dic vt dixi supra ad stat. 23. sup. eod. de reg. Potest. Secundo, quod dictæ personæ iurent dictam alienationem fore vtilem d. l. fin. Tertio, quod interponatur decretum. Quarto, Aliqui requirunt subhastationem, prout hæc omnia seriatim enumerat, Capic. decis. 93. in causa Atenasij, de hac materia habetur, per Pract. Papien. in forma libelli, in actione reali, gl. veris, ac legitimis ad finem, Bald. consil. 204. lib. 3. & consil.
3 148. lib. primo, Petr. Duen. reg. 137. † hæc igitur conclusio locum habet in quacunque alienatione, prout docet Alex. cons. primo, colum. 5. n. 14. & seq. lib. 4 Capic. loco supra citato, Item in transactione, donatione, diuisione, & quacunque alienatione firmat Surd. alios citans cons. 28. nu. 82. & seqq. lib. primo, Gal. cons. 77. Pic. cons. 44. & in casu huius præmissi, & conclusionis factæ de d. l. fin. vltra supra relatos DD. respondet Carol. Ruin. cons. 63. lib. 5. & ante cons. 175. & 257. &
4 seq. lib. primo. Plot. in cons. 38. † vbi etiam extendit ad bona Castrorum, & Villarum, prout etiã idem ampliat Menoch. cons. 80. nu. 22. & seq. vbi alios citat, lib. primo, Rol. à Valle cons. 90. lib. 1. Crauet. cons. 652. vbi plenè, hoc præcognito, dico quod nunc seruãda est dispositio statuti nostri circa alienationes rerũ Ciuitatis, & custodiẽda hęc forma tradita per statuentes hoc in loco.

In verbo [venditiones, & alienationes] quæro
5 an dicta † verba comprahendant omnem alienationem, per quã transferratur dominium, & resp. quod sic per tex. in l. fin. C. de rebus alien. non alien. quem tex. extendit Alex. in l. Ciuitas, col. 4. nu. 17. ff. si cert. pet. ad obligationem bonorum. & Bart. in l. quorum. ff. de pign. vbi notant verba, assignando rationem d. l. fin. Dec. cons. 184. & 586. Tiraq. ampliando in fructibus nundum separatis, in tract. lignag. § primo, glo. 7. num. 4. Alciat. resp. 47. tomo primo, lib. 2. Purp. cons. 25. Corn. cons. 193. Dec cons. 645. & 660. Diddac lib. 2. variarum ressolut. cap. 16. num. 6. versic. hactenus, Negusant. in tract. de pign. & hypoth. in tertio membro, 2. partis princ. nu. 66. cum seqq. & in notabili casu in fortioribus terminis tradit Bal. loquens in pignore. cons. 218. Præsuposito statuto lib. primo, latè Rodoan. in tract. de rebus eccles. non alien. in principio.

6 In verbo [venditiones] quæro † quid venditionis appellatione contineatur, & quid comprahendat is terminis; & dic, quod continet omnem contractum, per quem fit alienatio, l. statu liber. §. fi. ff. de statu lib. quem tex. ita ponderat Ias. in l. iurisgentium. in princ. legis, col. 3. nu. 7. ff. de pactis vbi dicit, id procedere largo modo, Dec. cons. 586. col. 2. nu. 7. ante hos, Alex. in l. si quis contra col. 4. nu. 11. ff. de acq. possess. & in l. 2. col. fin. C. de in ius voc. & in l. fin. nu. 63. ff. de re iudic. Tiraq. in tract. lignag. §. 1 glo. 2. Petr. Duen. reg. 239. & habetur lib. 19. regularum, tomo 2. in verbo venditionis appellatione.

7 His sic stantibus, † quæro an in casu nostro statutario ex sui natura proprie contineatur omnis alienatio, & videtur prima facie dicendum, quod non per supradicta, in quibus concluditur, quod largo sumpto vocabulo, emptionis nomen continet omnem alienationem, & verba in statutis sunt strictè intelligenda, Alex. cons. 26. num. 5. & cons. 40. num. primo, lib. 2. ergo.

Stringitur, quia statuta nostra debent intelligi ad litteram, vt infra cauetur in statuto fin. in criminal.

His tamen non attentis contrarium verius esse
8 crediderim, ea ratione, † quia vbi venditio prohibita est ratione rei, vel contractus, tunc omnis contractus prohibetur, Bal. in cap. vnico de controuers. int. dom. & empt. feud. & notatur in l. 2. C. de vsucap. pro empt. Rebuff. in tract. de alienat. rerum eccles. in verbo, vel vendere, & in casu nostro dicimus emptionem esse prohibitam, vel ratione personæ, & sic Ciuitatis, vel ratione rei, ergo omnis alienatio prohibita erit.

9 In verbo [alienationes] † iste terminus latissimus est, & comprehendit emphiteusim perpetuam, locationem ad longum tempus, rei obligationem, & alia multa, de quibus habetur in pleno tractatu potius quam lectura, Petr. Rebuf. in l. alienationis verbum, ff. de verb. sign. vbi etiam plene agitur de verbo, venditionis, & pro hoc statuto declarando citatur aliud statutum 30. in ordine de reg. Potest. quod vtique deberet subsequi immediatè post hoc statutum.

Est insuper Decretum Ducis Mediolani, & Comitis virtutum, quod bona Communis Papiæ,
10 non possint alienari sine licentia Domini, & incipit Comes virtutum Vicarius Imperialis generalis nostræ intentionis est, adsunt etiam litteræ patentes Excellentissimi Senatus disponentes circa alienationes rerum Ciuitatis.

Quæro his retentis an seruata hoc statutaria
11 solemnitate, † Platea vendi possit, & resp. quod non, nisi per Principem, vt per Bart. in l. prima, in principio legis, ff. ne quid in loco publico, vbi tradit modum alienationis, scilicet quod fiat statutum super hoc, & postea in exequtione statuti vendatur; placet hæc auctoritas, & decisio Bart. cum sua ratione, sed si hoc permittatur, tanta est aliquando malorum hominum malitia, vt de facili respublica detrimentum pateretur.

12 † Quæro, an hæc forma statuti sit seruanda, quando decuriones Ciuitatis volunt aliquid donare in remunerationem alicui personæ, & Bart. in l. iubemus, in principio, col. prima, vers. quæro vtrum, C. de sacros. eccles. absolutè tenet, quod sic, cum Bart. tenet Ias. in l. ex hoc iure, num. 60. ff. de iust. & iur. Dec. consil. 174. Nata consil. 414. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo donatione, num. 27. C. de reuoc. donat. Petr. Duennas reg. 220.

13 Sed hic quæro, † quid de immobilibus, an ratione remunerationis, possit Ciuitas donare immobilia; anceps est quæstio, vt constat ex his, quæ late deducit, Tiraq. loco præcitato, & ego crederim absolute, quod non, ratio est ne sub specie remunerationis, fiat fraus, & alia ratio, quia titulus donationis in his, qui non possunt liberè disponere, est titulus dilapidationis, l. contra iuris, ff. de pactis, Bal. consil. 357. & 359. lib. 4. Alex. in l. is cui col. 2. & in l. qui romæ, §. chalimacus, colum. 3. num. 7. ff. de verb. oblig. Dec. in l. 1. nu. 25. ff. de iurisd. omn. iud. & ita venit intelligendum dictum Bar. in l. ambitiosa, col. prima, versic. quæro vnum, ff. de decret. ab ord. fac. prout ita Decius declarat allegato cons. 174.

In verbo [quibus præhabitis vendantur &c.]
14 dic quod † propterea non possunt vendi, alienari, nec transferri in non subditum, quia prohibetur à statuto 147. in ciuilibus, & ex dispositione Nouarum Constitutionum Mediolani, titulo, de penis, §. collegijs, licet soleat contra huiusmodi statutum, & Nouas constitutiones Mediolani dispensare Senat. Excellentissimus, vt dicam infra ad d. statut. 147. in ciuil.

De electione duodecim Sapientum, & Consilij generalis, & baylia ipsorum. Rubr. 27.

Quia vbi non est ordo, solet esse confusio, & quia consilia plurimorum solent parere discordias, & Respublica melius reseruatur, & gubernatur, si Consiliarij Reipublicæ reducantur intelligentes Viri. Et vt Ciuitas Papiæ possit cum discretione merito gubernari, prouida deliberatione. ¶ Statuimus, quòd singulis duobus mensibus eligantur duodecim Ciues Ciuitatis Papiæ discreti, & prudentes, habitantes in Ciuitate, vel Burgis Papiæ. Qui debeant præsidere, & intendere factis, & negotijs Communis Papiæ. ¶ Quorum officium duret per duos menses tantum. ¶ Qui duodecim eligantur modo infrascripto, videlicet. Quòd omni anno de mense Decembris per Dominum Potestatem, vel eius Vicarium, & duodecim Sapientes tunc Præsidentes negotijs Communis Papiæ, fieri debeant sex cedulæ, & in qualibet dictarum cedularum describantur duodecim boni viri. Quorum duo ex ipsis sint Abbates: & ponantur in vno sacheto, & extrahatur quando fiet electio pro duobus mensibus sequentibus, vna ipsarum cedularum per Dominum Potestatem, vel Vicarium eius, ponendo manum in sacheto, ita quod non videatur, quæ extrahatur. ¶ Et illi qui ibi reperientur scripti Præsidentes pro duobus mensibus, pro Sapientibus factis, & negotijs Communis Papiæ describantur

bantur. Et sic de duobus mensibus in duos menses obseruetur. Et quod nullus possit se excusare, nisi esset euidentissima causa impedimenti. ¶ Et hoc non obstantibus aliquibus litteris, seu gratijs impetratis, seu impetrandis, quibus omnibus per præsens statutum sit plenarie derogatum, finitis vero in capite anni dictis cedulis fiant de mense Decembris similes sex cedulæ, pro anno sequenti. ¶ In quibus non possit poni aliquis, qui fuerit in dicto officio præcedenti. Et si continget aliquem descriptum in cedula, quæ extrahetur, habere aliquam iustam causam impedimenti, quod tunc per dominium Potestatum, vel eius Vicarium, & duodecim Sapientes prædictos alius sufficiens, & idoneus subrogetur, qui non sit descriptus in dictis cedulis dicti anni. Et quod nullus Incantator, vel habens partem in aliquo incantu Communis Papiæ, pro anno, quo habet ipsum Incantum, seu partem, possit eligi de numero dictorum duodecim. Qui duodecim Præsidentes habeant, & habere debeant plenum, posse, & bailiam faciendi prouisiones, & reformationes necessarias, & opportunas pro factis, & negotijs Communis Papiæ, & in omnibus his, quæ dependent ab eorum officio. Et vlterius habeant bailiam, & auctoritatem locandi, & inuestiendi ad tempus, & in perpetuum res immobiles Communis Papiæ, pro illis pensionibus, vel fictis, qui, vel quæ eisdem melius videbuntur, & illis personis, quibus melius videbitur cum consilio, & voluntate, & deliberatione Aduocatorum, & Sindicorum Communis Papiæ. ¶ Et si qua Inuestitura hinc retro facta est per duodecim Sapientes, vel per Camerarium Communis Papiæ, de voluntate dictorum duodecim, sit valida, & firma, vigore, & auctoritate præsentis statuti. ¶ Et quod dicti duodecim, possint expendere de hauere Communis Papiæ pro causis, & quæstionibus dicti Communis Papiæ, quando causam, vel causas moueri contingerit contra Commune Papiæ, vel per ipsum Commune contra aliquam personam, Collegium, vel Vniuersitatem, vsque ad quantitatem necessariam pro dicta causa. Et quod dicti Sindici Communis Papiæ, qui causas tractabunt, & qui pecunias dicta occasione recipient, teneantur de denarijs expenditis facere dicto Communi debitam rationem. Et in alijs causis necessarijs pro qualibet causa, vsque in libris decem. Et qui sapientes possint deliberare petitiones, & prouisiones ponendas ad consilium maius ducentorum, de quo statuto infra dicetur. ¶ Et si aliqua petitio, seu prouisio fuerit posita ad ipsum maius consilium ducentorum, antequam sit deliberata, & approbata pes ipsos duodecim, vel maiorem partem ipsorum. Et intelligatur maior pars si duæ partes dictorum duodecim fuerint præsentes, & maior pars dictarum duarum partium, fuerit in concordia, in præsentia, & cum consensu potestatis, seu Vicarij prædicti, non valeat, nec teneat ipso iure. ¶ Insuper statuimus, quod per duodecim Sapientes prædictos de mense Ianuarij eligantur ducentum boni, & honesti Ciues Ciuitatis Papiæ, vel suburbiorum, qui sint de consilio dictæ Ciuitatis. Et quod consilium appelletur consilium maius, & generale, quorum officium duret per annum vnum. Et sequenti anno de dicto mense Iaanuarij, per duodecim Sapientes eligantur simili modo, alij ducentum, vel confirmentur prædicti secundum deliberationem prædictorum duodecim, cum eadem Potestate, & bailia. Et si contingat aliquem ex dictis ducentis ex dicto consilio mori, vel longa infirmitate infirmari, vel longo itinere absentari, vel alia iusta causa impediri, quominus possit dicto Consilio generali interesse, statuimus, & ordinauimus, quod dictus Dominus Potestas, & eius Vicarius, & duodecim Sapientes cum eo, eligant & eligere debeant vnum alium loco talis defuncti ægrotantis, vel absentis, vel iusta causa, vt superius dicitur impediti, dūmodo illi eligendi sint de illa parte de qua erat ille talis, in cuius locum facta fuerat electio, vel subrogatio prædicta. ¶ Quod consilium ducentorū habeat illam auctoritatem, potestatē, & bailiam, in faciendo, tractando, & disponendo: quā habet, vel posset habere totum cōmune, & populus Papiæ. Saluo quod non pos-

sint, nec audeant aliquo modo, nec aliquo colore quesito, tractare, ordinare, vel disponere aliquid; quod sit contra honorem, & statutum Illustris Principis, & Magnifici D. Galeatij Vicecomitis, Comitis virtutum, & descendentium ab ipso legitime per lineam masculinam. Et si aliquid contrafecerint, prouiderint, tractauerint, ordinauerint, reformauerint, decreuerint, vel statuerint, illud tale sit irritum, & inane, & cassamus, irritamus, & annullamus: & pro capo irrito, & inani, & annullato haberi volumus, & teneri. Et illud tale sic secundum ob ss prædictam bailiam, & potestatem dictis Consiliarijs attributã volumus non extendi.

Summarium statuti 27. de regimine Potestatis.

1 *Ordo vbi non est ibi confusio.*
2 *Ordo seruandus in omnibus rebus.*
3 *Ordinis omissio, vel praeposteratio quando vitiet actum.*
4 *Argumentum ab ordine validum.*
5 *Cum hoc statuto conferunt Noua Med. Constitut. in tit. de pœnis, §. decuriones.*
6 *Duodecim sapientes eligunt Consules Iustitiæ Papiæ.*
7 *Senatus consultum ad tollendas discordias, circa oppidanos, quo ad electionem consiliariorum.*
8 *An filius possit eligi post patrem.*
9 *Prætor an ex officio, possit Decuriones eligere.*
10 *Consilium generale repræsentat totum populum.*
11 *Gesta per Consilium censentur gesta per Ciuitatem.*
12 *Requisita ad hoc, vt Consilium generale possit aliquid disponere.*

1 QVia vbi non est ordo &c.] † nota quod vbi non est ordo ibi est confusio, prout probat glo. in cap. ordinatum Auth. & hæred. & falcid. & propterea sunt confusa statuta Papiæ, eo quia non fuit seruatus
2 ordo, qui tamen seruari debebat † cum in omnibus rebus seruandus sit ordo, l. hac consultissima
3 vbi DD. C. qui test. fac. poss. † alioquin eius omissio, & præposteratio vitiat actum, quando ordo esset substantialis, vel quando datus est pro forma, Euerard. in sua Topica loco ab ordine, num. 6. ac num. 10. l. prolatam, C. de sent. & interl. & in dubio dispositio ab ordine litteræ declaratur, l. quoties de vsufr. qui ordo attendendus est, l. generaliter. §. si quidem, ff. de fideicom. lib. cum scire, quid feceris, & nescire quo ordine feceris, non sit perfectæ cognitionis, Bal. in proem. ffff. in
4 princ. † Hinc etiam dicimus valere argumentum ab ordine, vt per Dec. consil. 278. colum. 3. Alba cons. 24. num. 80. & latè docet Euerard. sua topica legali, in argumento ab ordine.

De offitio autem, & potestatæ horum duodecim Sapientum, vide aliqua per Bart. in l. ambitiosa, C. de decret. ab ord. faci.

5 † Ad hoc autem stat adde. Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de pænis, §. decuriones, vbi disponunt quales esse debeant decuriones, & alij rebus Cõmunitatum administrandis perficiendi, volunt nanq; quod elligantur probitate, integritateq; idonei, nulla factionum habita ratione, sub pœna nullitatis, & grauiori arbitrio Principis, vel Senatus, non obstante aliqua consuetudine, & iure municipali, & amplius prouident circa subrogationes, abinde vero citra prodierunt noui ordines Suæ Cath. Maiest. super regi. Ticinẽsis Reipublicæ editi de anno 1588. in quibus datur noua forma, tam faciendi, quam congregandi consiliũ generale, & prouisionem, & abonde prouident circa plura, quæ de nouo emergentia videbantur noua prouisione indigere, & latius ex eis editis in fine voluminis horum statutorum.

In verbo [qui duodecim habeant plenum, pos-
6 se, & balyam] † Adde quod possunt etiam elligere, & sunt in possessione elligendi consules Iustitiæ, qui habent plenam potestatem, circa ea quæ respiciunt voluntariam iurisdictionem, quam sane voluntariam iurisdictionem, ipsi Consules Iustitiæ exercent in omnibus, iuxta dispositionem statuti 122. in ciuil. vbi late.

7 † Et quia inter oppidanos] circa electionẽ duodecim Sapientum, contingit non raro controuersia inter diuites, & pauperes, Nobiles, & plebeios, propterea die sexto Februarij 1554. editũ fuit Senatus consultum, quo disponitur, quod Sapientes elligantur pro tertia parte à diuitibus, pro alia tertia parte, à mediocribus, & pro alia tertia parte à pauperibus, non tamen elligi possint conductores bonorum communitatis, nec eiusdem officiales, & mandauit Senatus, quod elligendi sint omnino idonei, alias Senatus seuera animaduersione eos corripiet, & puniebit; deinde eodem anno 1554. die 21. eiusdem mensis Februarij. Idem Senatus Excellentissimus Mediolani, declarauit difficultates ortas super memorato Senatusconsulto; volens, quod illi intelligantur diuites, qui in libro æstimi reperti fuerunt descripti à solidis 20, exclusiue supra, qui verò à solidis 10. exclusiuè vsque ad 20. ij nominantur mediocres, & descripti pro solidis 10. & infra dicuntur pauperes; decreuit insuper plures ex vno, quam ex alio quarterio elligi posse, & repelli vult ab eo regimine eos, qui tempore electionis reperti fuerunt conductores bonorum Communitatis à libris quinquaginta annuis supra tantum, & similiter vult posse repelli debitores Ciuitatis tempore electionis faciendæ.

In verbo [qui fuerit in dicto officio præce-
8 denti, † quæro an filius poterit elligi post annum ad officium patris, vide Bart. in l. placet, colum. 3. versic. sed pone, num. 26. C. de Sacros. eccles. tenentẽ quod non.

9 † Iuxta hoc statutum, quæro nunquid Prætor possit ex officio decuriones elligere in casu negligentiæ, Bart. in l. 4. §. hoc autem de dam. infec. col. prima, & ratione, publicæ vtilitatis dicendum quod sic.

In verbo [quod consilium ducentorũ habeat illam auctorita-

10 auctoritatem Poteſtatem] † nota, quod de iure communi conſilium generale repræſentat totum populum, glo. in rub. C. quæ ſit longa conſuet. Alex. conſ. 101. ante nu. primũ, lib. primo, adeo quod geſta per conſilium cenſentur geſta per ipsã Ciuitatem, Corn. conſ. 39. nu. primo, & conſ. 45.
11 lib. primo, & conſ. 224. nu. 2. lib. 4. † Quæ autẽ requirantur ad hoc, vt conſiliũ generale aliquid ordinare poſſit; dic ſecundum Bal. in l. nulli, ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nomine. Primo requiritur,
12 quod vniuerſitas congregetur. † Secundo, quod in loco publico, & ſolito fiat congregatio, niſi adſit impedimentum. Tertio, quod ſint congregatę ad minus duæ partes, & prout latius habetur per Bal. in d. l. nulli, quibus addo, quod ſi aliqui ex his ſint inhabiles puta excõmunicati, tunc cæteri poſſunt actum expedire, c. fin. de procurat. c. gratum de poſtul. prælat. Alex. conſ. 40. nu. 2. lib. 2.

De electione Poteſtatis, & familiæ ſuæ. Rubr. 28.

AD honorem ſtatutum, & augumentum Illuſtris Principis, ac Magnifici Domini Domini Comitis Prælibati, Statuimus, & ordinauimus, quod Poteſtas, qui per tempora eligetur per Illuſtrem, & Magnificum Dominum Prælibatum ad regimen Ciuitatis Papiæ, ſit amator, & zelator boni ſtatus prælibati Domini. Et debeat ducere ſecum familiam infraſcriptam. Primo, videlicet, vnum Vicarium legum doctorem aſſeſſorem, vnum Iuriſperitum practicum valentem; Iudicem vnum maleficiorum iuriſperitum, diſcretum, & prudentem maiorem triginta annis ad minus. Iudicem vnum ad officium rationis Iuriſperitum, prudentem, & expertum: Item vnum Iudicem victualium, prudentem, & expertum. Quorum Officialium nullus ſit, vel eſſe poſſit ſcholaris, qui vadat, nec intret ſcholas. Tres milites, ſeu Collaterales prudentes, & expertos. Octo damicellos indutos ſimili veſte damicellorum. Duos conteſtabiles bonos, & ſufficientes, cum baruarijs quadraginta ſex cum tambornino, & ſit page quinquaginta, omnibus computatis. Qui baruarij debeant eſſe induti ad modum baruariorum, omnes veſte conſimili, cum qua debeant ſemper incedere per Ciuitatem, vel Comitatum, vt poſſint cognoſci, quod ſint de baruarijs Poteſtatis. Item equos duodecim, inter quos ſint ſex equi armigeri, & ſex roncini, & ſcutiferos, ſeu ragacios quatuor, & cochum vnum, qui ſcutiferi, & cochus non computantur in numero baruariorum. Et qui habeant, & habere debeant pro eius ſalario omni menſe computatis pagis dictorum baruariorum, & totius familiæ, hoc modo, videlicet; pro ſe, & familia ſua groſſa, & equis, libras quattuorcentum nonaginta duas, ſolidos vndecim, & denarios octo, pro pagis quinquaginta prædictis baruariorum libras ducentum octuaginta ſex, ſolidos vndecim, & denarios quatuor Papienſes, & ſunt in ſumma libræ ſeptemcentum ſeptuaginta nouem, & ſolidos tres tertiolorum. ¶ Et ſi dicti baruarij irent abſque veſtibus diuiſe Poteſtatis, vt ſupra dictum eſt, quod non poſſint officium exercere. Et ſi offenderentur ab aliquo non fiat magis punitio, quam ſi offenderentur alij ſeculares.

Summarium ſtatuti 28. de Regimine Poteſtatis.

1 *PRator Papia hodie elligitur per Illuſtriſſimum Gubernatorem.*
2 *Deputatio Officialium pertinet ad habentes iuriſdictionem immediate.*
3 *Pratores non poſſunt conducere ſecum Officiales. qui ſint de illa Ciuitate, in qua habent exercere Praturam.*
4 *Officia in Statu Mediolani ſunt biennalia, etiam ſi ſint conceſſa ad beneplacitum.*
5 *Itẽ tenentur exercere per ſe ipſos nõ per ſubſtitutũ*
6 *Officiales nõ debent recedere ab officio, niſi ſint legitime ſyndicati, & ſatisfecerint omnibus creditoribus.*
7 *Officialis poteſt ſibi elligere aſſeſſorẽ.*
8 *An autem Officialis poſſit cogi elligere aſſeſſorem.*
9 *Requiſita ad hoc, vt quis poſſit in aſſeſſorem elligi.*
10 *Aſſeſſoris officium quale.*
11 *Quare inuenti ſunt aſſeſſores.*
12 *Aſſeſſoris officium, an dignitas.*
13 *An dicantur habere iuriſdictionem.*
14 *Aſſeſſor in cauſa delegatus. imperitè iudicatus, an faciat litem ſuam.*
15 *Officium barnarij remiſſiuè.*
16 *An ſtatutum obſeruetur, iubens baruarios incedere indutos admodum baruariorum.*
17 *Cacus an poſſit in Pratorem elligi.*

1 AD honorem] † ſcias quod hodie Prætores elliguntur ab Illuſtriſſimo Gubernatore, † & ipſi eam familiam ſecum
2 ducunt, quæ ſibi placet, & ſcias, quod de iure deputatio officialium pertinet ad eos, qui habent immediatum ius in ipſos ſubditos, ita Alba conſ. 111. num. 27. poſt Caſtr. in l. ſi vni, col. penult. ff. de re iudic.

3 † Adde ad hoc statutum, quod Prætores Ciuitatum non possunt conducere secum, nec tenere Vicarios Iudices, & collaterales, qui sint de Ciuitate vel eius territorio, vbi officium exercere habent,
4 & eorum officia omnia debent esse biennalia, etiã si concessa sint ad beneplacitum, vel ad vlterius tempus. Possunt tamen Prætores electi per biennium suum officium exercere finito biennio, donec successor veniat, & possessionem accipiat,
5 Guid. Pap. q. 501. & exercent per ellectum, † & non per substitutum, nisi in casu impedimenti. Quæ autem sit iusta causa impedimẽti, vide apud Bar. in l. obseruare, §. 1. num. 2. & seq. ff. de off. procons. & Alex. in l. quæsitum, ff. de re iud. & an possit de iure communi subrogare Ciuem loco sui, vide per Ias. in l. 3. ff. de off. assess. nu. 7. quod impedimentum si vltra mensem durabit, erit admonendus Senatus Excellentissimus, vt disponunt Nouæ Constitutiones Mediolani, in tit. de officio, & iurisdictione diuers. iud. cap. Prætores
6 & cap. officia. Item † omnes iusdicentes, & officiales recedere à loco officij, non debẽt nisi prius fuerint legitime syndicati, & donec satisfecerint creditoribus, & soluerint condemnationes contra eos faciendas, non obstante fideiussione in principio offitij per eos data, & tenentur etiam pro eorum familia, & prout latius disponunt Nouæ Constitutiones Mediolani, in tit. de officio Vicarij General. §. iusdicentes; ad cuius §. declarationem, vide Anchar. cons. 272. col. pen. quem sequitur Mars. sing. 190.

7 In verbo [assessorem] † nota, quod etiam de iure communi Potestas, siue Iudex potest sibi elligere assessorem, l. 1. & l. liceat, C. de offic. assess. Menoc. de arbitr. iud. casu 253. num. 4. Cagn. in l. diem functo, nu. 20. ff. de off. assess. vbi loquitur tam de iure ciuili, quam canonico.

8 † An autem officialis de iure possit cogi elligere assessorem, & eius officium assumere, & dic quod sic, argumento, l. si quis magistratus ff. de mun. & hon. Cagn. in repetit. l. diem functo num. 22, ff. de offic. assess.

9 † Debet autem iste assessor esse mediocris doctrinæ, arbitrio Iudicis, cap. statutum, §. assessorem de recept. arbitr. Secundo debet elligi à Potestate, vt expresse vult statutum, fortasse, ea ratione ad hoc, ne possit se excusare, si sui assessoris consilium sequutus est, Alex cons. 64. lib. primo. Purpur. in l. 1. nu. 71. ff. de off assess. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 253. nu. 4. Tertio debet elligi assessor, qui doctor Iuris ciuiulis sit, vt clarè colligitur ex verbis statuti, quod ius cõmune ampliat, non enim de iure requiritur doctoratus, dignitas, sed sufficit, quod sit peritus, & versatus integræ, ac bonæ famæ, nec vlla turpitudinis notatus labe, l. 2. ff. de off. assess. l. neque, C. de dignit. Salic. in l. 1. C. de pœna iud. qui male iudic. Purpur. in l. 1. nu. 72. vbi Bologn. nu. 13. sequitur Cagn. in d. l. diem functo nu. 18. Quarto requiritur, quod sit perfectæ ætatis, saltem maior 25. annis, ita Purpur. in d. l. 1 nu. 63. vide tamẽ Cagnol. qui videtur tenere, quod sufficiat, quod de iure communi sit maior 17. annis id. l. fin. nu. 19. non .n. in hoc statuto expresse dicitur de ætate assessoris, sed solum de ætate Iudicis maleficiorum, qui debet esse maior 30. annis, ea ratione, vt sint prudentes versati, & ob ætatem maturi, sanique iudicij, non tamen hoc de ætate Iudicis semper obseruatur. Quinto requiritur, vt dictus assessor sit exterus, non .n. esse potest Ciuitatis Papiæ, vt habetur in nouis Constit. Mediolani, in tit. de officio, & iurisdictione diuers. iudic. d. c. Prætores, vt etiam disponitur de iure cõmuni, l. consiliarijs, C. de offic. assess. & declarat Purp. in rub. col. 2. & 3. de offic. assess. & ita Papiæ obseruari testatur, Menoc. dicto casu 253. nu. 9. apud quẽ colligere est hæc omnia requisita.

10 † Officium autẽ assessoris, est Prætori, seu officiali, bene, & recte consulere, l. 1. ff. de offic. assess. l. 1. C. ad Sen. Consult. Cagnol. in d. l. diem functo, nu. 52. est enim iniunctum officium assessorum,
11 † vt imperitiæ iudicantium succurratur, & dicuntur assessores, eo quod Iudici assistant, eosq; instruant, l. 1. & finali, C. de assess. Cagnol. vbi sup.
12 † An autem officium assessoris sit dignitas, dic
13 quod non, l. 2. ff. de off. assess. & ratio est, quia † non dicitur habere iurisdictionem, quæ est illa, quæ dignitatem tribuit, Cagnol. in d. l. fin. nu. 16.
14 † An autem iste assessor si fuerit in causa aliqua delegatus, & per imperitiam fecerit litem suam, teneatur partibus, vide Dec. cons. 8. lib. 1. vbi etiã ponit de Iudice, & concludit, quod sic; Pena autẽ assessoris in officio delinquentis est, vt male ablata restituat in quadruplum, quæ inter spoliatum, & Fiscum æqualiter diuidatur, l. consiliarios, C. de assess. Bar. in l. cornelia, C. ad sillan. & grauius punitur, quam Iudex, l. hoc edicto, ff. quod quisq; iur. Ias. in §. omnes, col. 2. inst. de action. & in l. 1. col. 4. C. de ser. fugit. & de materia assessorũ tradidere abunde, Ias. & Curt. in rub. ff. de offic. de assess. vbi cęteri.

In verbo [cũ barnarijs 46.] Adde statut. 12. sup.
15 de regim. Potest. † vbi datur forma eorum ellectionis, & disponitur quale debeat esse eorum officium, & quanta fides sit eis adhibenda, & in quibus casibus. An autem berouarij possint esse testes pro prætore in subsidium; dic quod sic, Catal. de Boncompagn. in tract. de syndicat. in princ. num. 5. sicuti etiam contra, prout tenuit Bal. in l. 2. num. 4. C. de testib. Scias tamen, quod numerus 46. restringitur nunc ad duodecim, vel circa, quia eorum merces, & salarium est tenue, licet ipsi locupletentur cum iactura aliorum, quorum caliditati difficile occurritur, sed noctis tempore hos committantur plures alij, qui cum sua consumunt, & cũ eis deest, tandem hoc modo aliena sequuntur.

16 In verbo [debeant esse induti] dic † quod hoc statutũ non obseruatur, quinimo vellent tales baruarij se posse induere totum aurum, & argentum, & pannos sericeos, ac gemmas huius seculi, sicuti totis viribus conantur; vnde nobiles personæ vix ab eis discernuntur, vel si superesse volunt coguntur omnino dilabi; deberent tamen huiusmodi baruarij obseruare hoc statutum, præcipue stãte dispositione alterius statuti 139. in ciuilib. ex quo alioquin conceditur prohibitio exequtionis quæ alias punibilis esset ex dispositione statuti 57. de regimine Potestat. & statut. 26. in crimin. & decreti 121. & ex dispositione Nouar. Const. Mediolani in tit. de pœnis, §. prohibitum est, vnde sicut cogebantur obseruare Iudei dispositionem Nouarum Constitut. Mediolani in tit. de Iudæis, de ferendo masculi caputium croceum, & fœminæ colletum eiusdem coloris, vt cognoscerentur ab alijs, & hoc antequam expellerentur ab hoc dominio ad instantiam nostræ Ciuitatis à S. M. C. ita, eam cogi deberent isti baruarij obseruare hoc

statutum

statutum quoad indumenta. Quale autem debeat esse officium, & balya Potestatis, & aliorum; vide statut. 45. in Ciuil. & in nouis Constit. in tit. de iurisd. diuers. iud.

17 † An etiam cecus possit in prætorem elligi, dic quod non, secundum Abb. conf. 47. lib. primo, Bart. in l. eius de iudic. l. infamia, C. de decurionibus, & in l. 2. C. qui morbo, lib. 10.

Quod de rebus factis, vel natis in territorio Papiæ non soluatur pedagium. Rubr. 29.

ITem statuimus, quod de cetero pro aliquibus rebus natis, vel factis in territorio, vel districtu Papiæ cuiuscunque conditionis existant non soluatur ad introitum ciuitatis, nec alibi dummodo ducantur Papiæ, aliquod pedagium vectigal, tholomeum, transuersum, decimum, vel aliquod aliud onus. Et quod sint natæ, vel quod sint factæ in territorio, vel districtu Papiæ stetur, & credatur sacramento illius cuius fuerint ipse res, vel ducentis eas, vel portantis. ¶ Et quod nullus ciuis Ciuitatis Papiæ, siue aliquis de eius familia cogi possit ad aliquod pedagium, vel ad aliquid soluendum pro transuersando Ticinum, vel Graualonum, vel Padum, vel aliquam aliam aquam territorij Papiæ. Et qui contrafecerit puniatur in libris decem Papiæ, pro qualibet vice, & minus arbitrio Potestatis.

Summarium statuti 29. de regimine Potest.

1 *HOC statutum est fauorabile Ciuitati, & Ciuibus, & qualiter intelligendum, & quæ illius ratio R. D. Rodobaldus Parinus laudatur.*
2 *Solum tamen seruatur quoad pedagium flumi is Graualoni.*
3 *Illicita exactio Comitis stabilis Pontis Ticini ex rebus quæ in re habeantur.*
4 *De catero dictio, quid importet.*
5 *Terminus rerum, ac factorum amplissimus.*
6 *Territorium, districtus, Communitas, Diœcesis, quid sint, & quid differunt inter se.*
7 *Pedagium quid sit.*
8 *Vectigal quod sit.*
9 *Pedagium vectigal tributum, & census, portoriū Angaria tributum colecta, & datum quod differant remissiue.*
10 *Pedagia imponere, qui possint.*
11 *Ius exigendi pedagium dicitur iurisdictionale; seu de iurisdictione.*
12 *Fraudans pedagium, seu gabellam peccat, & tenetur ad restitutionem, vt ibi.*
13 *An autem pecet, qui vehit merces, paratus soluere gabellas si non interpelletur.*
14 *Gabellarij, an teneantur de iure interpellare transeuntes ad soluendum gabellam dic quod non nisi sint de nouo imposita, & an immunis a gabella res consignare, vel denuntiare teneatur.*
15 *Gabella dicitur iniusta vno de quatuor modis ibi enumeratis.*
16 *Gabella non debet solui pro rebus, quæ portantur proprij vsus causa.*
17 *Quid si reportentur pro vsu portantis, & alterius simul.*
18 *Imponentes noua pedagia, seu gabellas, vel portoria, seu augentes, quando excommunicetur in Bulla Cœnæ Domini.*
19 *Gabella quod pro rebus vsualibus soluatur, an consuetudine, præscriptione, vel principis patientia induci possit.*
20 *Tholomeum seu verius telonium quid sit.*

1
Tem statuimus] † hoc statutum est valde fauorabile Ciuitati, & Ciuibus de quo vide Nattam conf. 665. lib. 4. Rol. à Valle conf. 42. nu. 28. volum. 3. & latissime Doctissimū D. Rodobal. Parinus conciuis meus, in tract. de Gabell. maxime parte secunda, vbi ex professo hoc statutū interpretatur, & licet concordet cum iure communi, tam ei aliquid etiam addit, vult enim quod pro omnibus rebus non soluatur pedagium modo sint natæ, & factæ in territorio Papiensi, & Papiæ ducantur, & sic binam requirit conditionem, prima quod Papiæ ducantur; secunda, quæ sint natæ in territorio Papiensi; quapropter istę duæ conditiones peruerti non debent, nec cancellari possunt, cum verba ipsius statuti sint clara, ad tradita per Dec. conf. 653. nu. 5. lib. 2. Burs. conf. 138. nu. 24. lib. 2. Quod adeo procedit, vt nec etiam ab ipsa consuetudine recipiant intelligentiam, Dec. conf. 49. nu. 1. & ab illius verbis minime est recedendū, Alb. conf. 240. nu. 8. lib. 2. Paris. conf. 109. nu. 56. lib. 3. Dec. conf. 442. nu. 4. & conf. 483. n. 1. lib. 2. Decian. resp. 43. nu. 21. lib. 3. & in terminis statut. Papiæ, quod debeant simpliciter, & ad litteram intelligi, nec vllo modo possint interpretari, respondet Alb. conf. 480. lib. 3. Parinus de Gabel. parte secunda, nu. 21. & seqq. & hoc ijdem statuentes ordinarunt, vt patet inf. statuto 55. & in crimin. statut. 83. & huius statuti prohibitiui ratio fuit publica vtilitas, quæ resultat ex eo quod Ciuitas repletur rebus necessarijs pro victu ibidem commorantium, copia enim rerum in Ciuitate affert vtilitatem respectu vniuersorum, Bar. in l. 1. nu. 25. ff. sol. matr. Hanc rationem ponit Ferret. de Gabell. nu. 114. Nec valet opponere quod hoc statutum non est in viridi obseruantia, & propterea non ligat Dec. conf. 638. num. 12. lib. 2. Quia omnia statuta præsumuntur in viridi obseruantia prout contra Menoch. tenuit, & deffendit Alderan. Mascard. de gen. stat. interp. concl. 6. nu. 94. 95. 96. 97. 98. & 99. Sed dato quod dictum statutum

tum non esset in viridi obseruantia, nihilominus obseruandum venit cum non sit contra ius commune, Mascar. vbi supra nu. 97. non tamquam statutum, sed tamquam ius commune D. Costa cõs. 11. num. 41. lib. 1. Quod autem sit conformè iuri communi probatur ex doctrina Bar. in l. 1. num. 3. ff. ad l. falcid. Alex. cons. 82. num. 18. lib. 3.

2 † Seruit autem hoc statutum quo ad pedagium fluminis Graualoni, & licet nulla subsit ratio di-
3 uersitatis, tamen † abhinc retrò super ponte fluminis Ticini Comes stabilis qui ad portã Ciuitatis est deputatus quotam rapiebat ex plaustris, & ab introeuntibus cum vino, & alijs, licet exigere non possint etiam à sponte dantibus, vt disponit inf. decretum 47. imponens propterea æris, & corporis grauissimam pœnam omni sublata excusatione, & ex certa scientia motu proprio, de Principis potestatis plenitudine, mandansq; quod plena fides adhibeatur quærellanti cum iuramento, allegat enim contra dispositionem dicti statuti habere patentes ab Illustrissimo Gubernatore status Mediolani, qui pro tempore fuit, sed quia particulares personæ pro singulari modicitate non audebant instituere iudicium contra ipsum Comitem stabilem, verentes plus posse expendere quam consequi, hinc diutius ipse Comes stabilis perseuerauit, tandem per modum notorij, hæ extorsiones peruenerunt ad aures S. M. Chat. qui limitauit ordines.

4 In verbo [de cętero] † nota quod hæc dictio de cętero importat solum futura, non autem præterita c. 1. vbi gl. in verbo de cętero de postul. prælat. in 6 Alex. cons. 91. nu. 13. lib. 1.

In verbo [pro aliquibus rebus natis, vel factis]
5 is terminus † rebus amplissimus est, item factis est verbum generale, l. verbum facere, & l. faciendi ff. de verb. sign. dicitur enim in d. l. verbum, verbum facere communem omnium faciendi causam complectitur.

6 In verbo [territorio, vel districtu] quæro † quid sit territorium, & districtus, & quid inter se differant, & quid differant à Ciuitate, vel Dioecesi, Territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusq; Ciuitatis, ab eo dictum quod Magistratus eius loci intra eos fines terrendi idest submouendi ius habet, l. pupillus, §. territorium, ff. de verborũ sign. Districtus verò est plurium locorum iurisdictio, dictus à distringendo, arcendo, seu dominando Bal. & alij, & præsertim Barb. in cap. licet causam extra de probat. Quid autem comprehendatur sub nomine districtus ponit Zabarel. in clem. 2. §. sane, q. 6. de elect. Hier. de Monte in tract. fin. regun. cap. 7. Differunt autem inter se, nam districtus latius, quam territorium protrahitur, territorium enim loca tantum intra fines Ciuitatis, vel oppidi existentia, vel intra vniuersitatem agrorum comprehendit dicto §. territorium. nõ autem comprehendit locum qui intra vniuersitatem agrorum non sit, & si superior ibi distringendi potestatem habeat, qui tamen locus sub districtu comprehenditur, Angel. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. vbi Dec. & Cagnolius aliquando tamẽ idem important, c. vbi periculum, §. porrò de electione in 6. Comitatus autem idem pene est, quod territorium Fel. post Bal. in c. Rodulphus, col. 4. in fine, & col. 22. & seqq. & versiculo Comitatus de rescriptis, Dioecesis verò dicitur gubernatio, administratio, seu iurisdictio; & dicuntur dioeceses Pontificum, in quibus administrandi officij sui liberam habent potestatem, de quibus omnibus videas late per Asinium in sua praxi iudiciali, §. 7 c. 1. per totum, & per Cardin. Zabarell. in d. clem. 2. §. sanè per totum, & præcipue à num. 4. vsque ad finem.

7 In verbo [aliquod pedagium] † pedagium dicitur quædam præstatio, quæ fit à transeuntibus pro rebus, quæ vehuntur, vel portantur, Alberic. in verbo pedagium, diciturq; a pede quia à peditibus datur Firman. de Gabell. in præludijs, nu. 4. plene R. D. Parin. in alleg. tract. de Gabell. parte
8 2. nu. 72. & seq. † & quando soluitur pro mercibus vocat. vectigal in iure ciuili, Abb. in c. innoua-
9 mus nu. 3. de censib. vbi ponit † quid differat datium imbotatus, tributum, guidagium, angaria, portorium, census, collecta, pedagium, quod vectigal tributum, & census, latius R. D. Parinus d. tract. de Gabell. parte 2. nu. 28. & seqq. pluribus & nu. 108. cum seqq.

10 † Sed quæro quis possit pedagia imponere, & dic quid de iure solum Imperator potest pedagia imponere, licet hodie de facto omnes reges, & Ciuitates Italiæ, superiorẽ non recognoscentes imo etiam omnes castelani pedagia imponant contra iura, Abb. in cap. super quibusdam per illum tex. nu. 6. de verb. sign. & in cons. 20. lib. 1. & cons. 6. col. 3. versic. ex his clare lib. 2. Menoch. alios citans cons. 901. num. 60. lib. 10. Videas tamen plene eruditissimũ D. Rodobal. Parin. in suo eleganti tract. de Gabell. part. prima, nu. 47. & seq.

11 † Ius exigendi pedagium dicitur esse iurisdictionale, seu de iurisdictione, vt per Albam cons. 322. num. 5. 9. & 30.

12 † An autem in foro conscientiæ liceat fraudare pedagium, vel gabellas, videas Petr. Anchar. in regula possessor lib. 6. & vide Menoch. de arbitr. iud. casu 397. vbi vult, quod fraudantes gabellam iustam peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem, Idem tenet D. Rip. Auus mihi maternus in tractat. de peste, in tit. de remed. ad conseru. vbert. nu. 51. Iulius Ferret. in tract. de collect. nu. 92. Idem Menoch. alios citans in cons. 106. nu. 7. lib. 2. quod etiam tenet Illustriss. Card. Toletus in suo tractat. de instructione Sacerdotum, lib. 5. cap. 75. nu. 3. vbi vult nedum peccare, & teneri ad restitutionem fraudans gabellam, quando gabel-
13 la est iusta, † sed etiam quando non est certum gabellam esse iniustam, vbi nu. 4. vult non peccare vehementem merces paratum soluere gabellas, si non exigitur cum non teneatur interpellare exactores, si autem gabella, seu vectigal iniustum esset illud fraudare non est peccatum, Abb. cons. 13. nu. 6. lib. 2. Berret. cons. 107. num 4. R. D. Rodobal. Parin. in tractat. de Gabellis parte prima, num. 56. & seqq.

14 Aduerte tamen quod † Gabellarij non tenentur de iure interpellare transeuntes ad soluendum gabellam l. fin. §. diui, vbi Bart. ff. de public. Auus maternus Rip. in suo tract. de peste, tractatu de priuileg. contr. causa pestis nu. 16. vbi limitat hoc non procedere, quando gabella esset nouiter instituta. Quod adeo verum est, vt licet quis pro re aliqua, vel ratione priuilegij, vel alia de causa nõ teneatur soluere gabellam, vectigal, seu datium, nihilominus tenetur rem illam ipsis publicanis consignare alias incidit in commissum, latissimè Menoch. alios citans in cons. 106. nu. 3. & seq. lib. 2. Fallit tamen hæc conclusio quando certum est, & clarũ, quod pro re certa non soluatur gabella,

bella, veluti si statutum disponit, & quod pro libris impressis non solueretur gabella, nam tunc non est necessaria consignatio, Menoch. vbi supra nu. 14. versic. secundus est casus, vbi pulchre, & q ille qui exemptus est à Datio teneatur nihilominus bona profiteri, & consignare gabellario, tenuit Alder. Mascar. de gen. stat interpræt. concl. 2. nu. 28. & seqq.

15 Sciendum est autem, quod † gabella potest esse iniusta vno de quatuor modis; de quibus per Tolet. dicto lib. 5. cap. 73 in tit. de iust. exigent. vectigalia, slz. primo si imponantur ab eo qui non habeat auctoritatem. Secundo si imponantur de his quæ in proprios vsus vehuntur, vel ad soluendum

16 Fisco, vel ad colendum agrum, † de iure enim communi gabella non soluitur pro rebus, quæ portantur proprij vsus causa, l. vniuersi C. de vectigalibus, Bec. cons. 96. num. 9. lib. 1. hoc auctoritate centum duorum Doctorum comprobat D. Rodobal. Parin. in dicto tract. de Gabell. parte 1. nu. 99.

17 Alex. cons. 82. nu. 18. lib. 3. vbi quærit etiã † quid si res esset pro vsu portantis, & alterius, & tenet quod hoc casu debeat solui gabella. Tertio si exigitur à personis Ecclesiasticis. Quarto si gabella sit immoderata.

18 Vnum tamen scias † quod hodie in Bulla Cęnæ Domini excommunicantur omnes qui in suis terris noua pedagia, vel gabellas ad id pot statem non habentes imponunt, vt per Nauar. in suo Manual. cap. 17. nu. 61. vbi ampliat procedere etiam in gabellis, pedagia vetera augentibus, vel imponentibus portoria, Tolet. d. cap. 73. nu. 3. ac nu. 5. & vide eundem Nauar. in eod. Manuali, cap. 17. nu. 200. cum pluribus seqq. & plura de pedagio videas per Alberic. de Rosate in suo dictionario in verbo pedagium, & plura etiam de vectigali, seu datio, uide apud Boss. in tit. de vectig. per totum. Bertach. in tract. de Gabell. per totum Alderan. Mascar. de gen. stat. interpret. n. 20. & seqq. plurib.

19 † Quinimo quod pro rebus vsualibus soluatur gabella, nec consuetudine potest induci, ut laté defendit Rodobal. Parin. d. tract de Gabell. parte 1. a nu. 104. vsque ad nu. 158. nec præscriptione, vt ibi a nu. 159. vsque ad nu. 228. nec per Principis patientiã, vt ibidem a nu. 229. usq; ad nu. 252. In uerbo Tholomæum sentio cum D. Parino d. tract. de Gabell. part. 2. nu. 84. & seq. hoc nomen impressorum errore uitiatum, & debuisset dicere Telonium, est. n. telon species uectigalis, c. primo, quæ sint reg al. ubi Isern. nu. 11. & Balzaran. n. 14. estq; uerbum græcum; alia autem uerba, huius statuti transuerium scilicet, decimam, & alia uberrime explicat idem D. Parinus dicta parte 2. num. 96. cum seqq. pluribus.

De contractibus rerum Communis Papiæ positis ad incantum registrandis. Rubr. 30.

Item statuimus, quod omnes contractus, & venditiones redituum Communis Papiæ fiendi, & fiendæ per Commune Papiæ antequam ponantur ad incantum Communis Papiæ notentur per dominum Vicarium domini Potestatis Papiæ de consilio dominorum duodecim sapientum dicti communis. Et scribantur per Notarios eorum, ita quod euidenter, & manifeste appareat, quod Commune Papiæ vendere vult, & cum quibus pactis modis, & conditionibus, quibus sic factis ponantur ad incantum, & deliberentur, & vendantur, & non aliter. ¶ Et factis venditionibus, & deliberationibus de prædictis Notarij Communis Papiæ teneantur, & debeant imbreuiare ipsas venditiones, & deliberationes cum pactis, modis, formis, & conditionibus ipsorum contractuum, & deliberationum, in breuiarijs ipsorum. Et quod teneantur, & debeant ipsi Notarij dare, & consignare ad cameram rationalem Communis Papiæ Notarijs ipsius cameræ, & rationatoribus infra mensem tunc proxime venientem post dictas venditiones, & contractus ipsas venditiones, deliberationes, & contractus, ut de ipsis copia fieri possit, sub pœna librarum quinque Papiensium pro quolibet dictorum Notariorum, & pro qualibet vice qua contrafactum fuerit in aliquo.

Summarium statuti 30. de Regimine Potestatis.

1 *Contractus nomen quotupliciter sumatur.*

HOC statutum uidetur continuandum cum superiori 26. & repete, ut ibi dixi. In uerbo [contractus] scias, quod

1 † contractus accipit dupliciter, in genere, & in spetie, in genere continet omnem conuentionem, & quidquid inter agentes placuit, & ita sumitur hic, l. 1. §. conuentio, ff. de pactis, secundo modo in spetie, & continet ultro citroque obligationem, ueluti emptionem, uenditionem, locationem, conductionem societatem, l. labeo, la prima, §. contractum, ubi Alciat. ff. de uerb. sign. Rursus contractus accipitur propriè, impropriè, & improprijssime, propriè cum obligatio ex utraque parte contrahentium nascitur dicto §. contractum. Impropriè cum altera tantum pars obligatur, ut in donatione, & stipulatione; improprijssime cũ ex neutra parte oritur obligatio, ut in transactione nudo pacto facta, & sub conditione, ut per Bart. & alios in l. siue apud acta, C. de transact. & per DD. in rubr. Instit. de oblig.

ita

ita hos terminos tradit Bertazzol. de clau. instr. clauf. 29. glo. 11. numero 9. dicit hæc adnotanda pro intelligentia statutorum, in quibus uerba propriè, & strictè sunt intelligenda, ut late per DD. in rubr. instit. de oblig.

Quod nullus Officialis Communis Papiæ, possit incantare reditus Communis Papiæ, nec pignora, nec equos, quæ & qui vendentur ad incantū Communis Papiæ. Rubr. 31.

Item statuimus, quod aliquis officialis Communis Papiæ salariatus ab ipso Communi, seu habens, & percipiens salarium ab ipso communi tempore sui officij, non possit per se nec per alium eius nomine incantare, nec ad incantum Communis Papiæ emere, nec emi facere, nec societatem, seu communionem cum aliquibus incantantibus habere directe, vel per obliquum in aliquibus redditibus, prouentibus, & vtilitatibus Communis Papiæ, nec in aliquibus pignoribus, nec equis, asinis, seu bestijs, nec aliquibus alijs rebus, qui & quæ vendantur ad incantum Communis Papiæ, sub pœna amissionis pretij redituum prouentuum, & vtilitatum emptarum, & emptorum, & incantatorum, & incantatarum. Et vltra hæc ipse incantus, & ipsa emptio non valeat, nec teneat ipso facto. Et si reperietur, seu repertus fuerit habere partem in aliquo incantu aliquorum redditↄuum, seu alicuius redditus Communis Papiæ dicto tempore quo ipse erat officialis Communis Papiæ, ipso facto præsumatur ipse officialis dictum redditum incantasse, seu incantari fecisse. Ita tamen, quod in dicto casu perdat pretium dicti redditus incantati, & incantus & emptio prædicta sit nulla, & nullius valoris ipso facto, quantum est in fauorem ipsorum officialium emptorum, quæ pœna perueniat in commune Papiæ.

Summarium statuti 31. de regimine Potest.

1 *HOC statutum conforme est iuri communi.*
2 *Offitialis, an ob necessitatem valeat res ad incantum emere.*
3 *Statutum hoc conuenit cum Non. Mediol. Constitutioni, tit. de iure fisci §. nullus.*
4 *Offitialis durante officio non pōt emere à subditis.*
5 *Offitialis, qui durante offitio acquisiuit, an præsumatur acquisiuisse ex bonis fisci.*

Item statuimus] adde quod regulariter statuta non sunt extendenda, sed potius debeant restringi, tamen in hoc casu statutum hoc recipit ampliationem ex decreto 5 registrato in uolumine horum statu-
1 torum, ut ibi uidere est. † hoc statutum uidetur conforme iuri communi, est tex. in l. unica, C. de contract. iud. l. qui offitij, ff. de contrah. empt. Tiraq. de retract. lignag. in præfat. num. 45. Paris. de Put. de Syndicat. in uerbo contrahere.
2 Sed quæritur si officialis plurimū egeat aliqua re quæ uendantur ad incantum, an possit propter necessitatem emere absque eo, quod incurrat penam huius statuti, dic quod potest, quia necessitas non habet legem, l. 1. C. de operis libert. tex. in c. 2. in fine tit. de obseruatione ieiunij, Tiraq. de retract. lign in præfat. nu. 45.

3 † Ad hoc statutum faciunt etiam disposita per Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de iure fisci §. nullus familiaris officialis, aut stipendiarius Principis, nullusuè Pater, filius, frater, uel fratris filius, socer, gener, ascendens, aut descendens cuiuslibet eorum directè, uel per indirectum conducat, uel conduci faciat, aliqua uectigalia Principis sine eius speciali licentia sub pœna confiscationis bonorū, & indignationis Principis, ac etiam faciunt tradita p Boss. in t. de uectigal. conduc. n. 5.
4 † Scias etiam quod de iure communi, non potest offitialis aliquid emere durante offitio, l. non licet de contrah. empt. l. fin. C. de rescind. uendit. Bart. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. num. 10. & uide Paris. de Pulh. in tract. syndic. in uerbo contrahere, Simon. de Præt. cons. 9. nu. 32. pulcherrimum cons. Francis. de Pont. cons. 49. per totum, ubi late quid in offitialibus perpetuum officium habentibus.
5 † An autem officialis qui durante officio multa bona acquisiuit, an præsumatur acquisiuisse ex bonis fisci; dic quod non, ex communi de qua per Clar. in §. fin. prax. crim. q. 68 nu. 31. ubi Baiard. in addit. ad eum, nu. 63. qui ad hoc citat Mascard. & Peregrin. de iure fisci ad quos te remitto.

Quòd officiales, & Notarij Communis Papiæ teneantur facere scripturas Communis Papiæ. Rubr. 32.

Item statuimus, quod quilibet Notariorum salariatus, vel de gratia electus habens faciens, ac exercens officium in Communi Papiæ, teneatur, & debeat facere gratis omnes

scrip-

scripturas dicti officij spectantes, & pertinentes Communi Papiæ, & ad ipsum commune totiens quotiens expedierit, & fuerit requisitus ad hoc per dominum Potestatem Papiæ, eius Iudices, & dominos duodecim sapientes, vel alterum ipsorum. & sine aliqua mercede, & premio recipiendis a Communi Papiæ pro dictis scripturis fiendis, dum tamen per Commune Papiæ, & ipsos officiales dentur carta, & papirus, & libri necessarij per ipsis scripturis fiendis, & exemplandis, & explicandis: ad quas scripturas fiendas, & exemplandas dicti Notarij possint compelli quibuscunque iuris remedijs per quoscunque officiales Communis Papiæ.

SVbnecte hoc statutum superioribus statutis 24. & 25. de Regimine Potestatis sup. & dic vt ibi est enim adeo clarum, vt nihil occurrat dicere ad dilucidationem.

De bannis, & condemnationibus, & absolutionibus tangentibus vtilitatem Communis Papiæ, vel contra, legendis, & publicandis ad arengheriam, quæ est super pontili nouo Communis Papiæ. Rubr. 33.

ITem statuimus, quòd condemnationes, absolutiones secutæ, impositiones onerum, quæ dabuntur, & fient per Potestatem Papiæ, & alios præsidentes in fauorem, & vtilitatem Communis Papiæ, vel contra ipsum commune, legantur, & publicentur, & legi, & publicari debeant sono tubę premisso in arengo publico in curia Communis Papiæ ad arengheriam, quæ est super pontili nouo Communis Papiæ, vel ad arengheriam, quæ est super pontili deuersus guastos, & non alibi, nec aliter. Et si secus factum fuerit non valeat, nec teneat id quod contra dictam formam factum fuerit, nec de ipsis aliqua executio fiat.

HOC statutum non eget declaratione postea quam solet obseruari prout littera sonat nullo extrinseco habito intellectu prout disponit inferius statutum 55. de Regimine Potestatis, & obseruatur cum omnibus qualitatibus suis iuxta consilium Gazzadini 69. num. 26.

Quod fides adhibeatur instrumentis publicis subscriptis. Rubr. 34.

ITem statuimus, quòd fides adhibeatur, & stetur cuicunq; instrumento, & instrumentis scriptis, & subscriptis manu cuiuscunq; Notarij, dummodum scriptum, seu scripta sit seu sint iussu illius Notarij, cui rogatum seu iussum fuerit, seu rogata seu iussa fuerint, ac si manu propria tantum ipsius Notarij cui rogatum, vel iussum sit, seu rogata, vel iussa sint scriptum, seu scripta fuerint, & credatur iussu illius Notarij scriptum, seu scripta esse, qui se in primo instrumento, seu in ipsis instrumentis se subscripserit. Et quod omnia, & singula instrumenta publica facta, & scripta per manum tabellionis, seu publici Notarij de collegio Notariorum Ciuitatis Papiæ, iussu seu mandato alterius Notarij, & tabellionis publici de collegio Notariorum Ciuitatis Papiæ cui sint, seu fuerint commissa breuiaria, prothocolla, & scripturæ alicuius alterius Notarij, & subscripta manu illius Notarij, cui dicta breuiaria prothocolla, & scripturæ sint, seu fuerint commissa, & commissæ per vnum ex consulibus Papiæ, ex consensu Consulum Collegij Notariorum Papiæ, vel alterius ipsorum valeant, & teneant, & robur, & firmitatem publici instrumenti obtineant, & eis plena fides adhibeatur tanquam instrumento publico, non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus, seu reformationibus Communis Papiæ in contrarium factis, & fiendis. Et non obstante aliquo iure ciuili, vel canonico in contrarium faciente, quæ in contrarium facientia sint cassa, & irrita, & nullius valoris, & momenti huius præsentis statuti auctoritate, ac si in ipsis, & quolibet ipsorum in hoc præsenti statuto fieret mentio specialis. Et prædicta omnia, & singula locum habeant in negotijs instrumentis, & causis præteritis, pendentibus, & futuris. Et etiam locum

habeant prædicta omnia, & singula tam in quibuscunque instrumentis spectantibus, & pertinentibus quibuscunque ecclesijs, & ecclesiasticis personis, quam laycis.

Summarium statuti 34. de regimine Potestatis.

1 *Notarius potest alteri dellegare uices suas quoad scripturam instumenti.*

2 *Notarius viuens, an possit facere quod alter ex suo prothocolo extrahat instrumentum.*

3 *Quid stante impedimento, & an teneatur facere fidem de impedimento in subscriptione.*

4 *Instrumentum, an possit authenticari ab alio, quā à Notario rogato.*

5 *An instrumentum debeat esse scriptum, & subscriptum manu Notarij ad hoc, vt fidem faciat.*

6 *Notarij solent apponere in instrumentis nota mei breuiarij,*

7 *Prothocolum, an debeat de necessitate esse scriptum, & subscriptū à Notario rogato affirmatiue.*

8 *Contraria opinio, vti negatiua verior.*

9 *Pars contra quam producitur instrumentum si neget esse scriptum manu Notarij quis teneatur probare.*

10 *Notarius debet semper retinere protocolum penes se, & qualiter contrauenientis puniatur.*

11 *Protocolo standum est quoties differt ab instrumēto*

12 *Senatus dispensatio fieri solita, vt fides adhibeatur protocolis.*

13 *Instrumento de longinquo confecto, an credatur absque litteris testimonialibus.*

14 *Et an credatur litteris testimonialibus Potestatis.*

15 *Litterarum testimonialium requisita adhoc vt probent.*

16 *Notarius qualiter probet Notarium remissiuè.*

17 *Notarius cui facta est commissio instrumentorum alterius Notarij mortui, an aliquid addere possit circa substantialia.*

Tem statuimus] hoc statutum concordat cū statuto 46. 117. & 150. in ciuil In verbo iussu illius Notarij,] nota
1 † quod Notarius potest alteri delegare vices suas quoad scripturam instrumenti, sed quoad subscriptionem non potest delegare, vt colligitur ex illis verbis statuti, subscripta manu illius Notarij, & hoc clarius probatur ex statuto 50. in ciuili in illis verbis, dummodo subscripta sint per eum, cui rogata extiterint.
2 Scias autem, quod de iure communi † Notarius viuens non potest facere, quod alius ex suis protocolis extrahat instrumentum nisi longo impedimento occupatus, Bart. in l. 1. ff. de off. consul & in l. quædam, §. mulier nihil, ff. de edendo, Ias. in l. 1. nu. 78. ff. de off. eius &c. Alex. cons. 129. n. 4.
3 lib. 1. & tunc † stante impedimento requiritur, ꝙ se subscribat, & in subscriptione attestetur de impedimento propter quod scribi fecit per alium, nec non, & quod facta diligenti examinatione reperijt concordare cum originali ita Castr. in d. §. nihil, cum alijs de quibus per Alex. d. cons. 129. num. 4. lib. primo.
4 † An autem instrumentum possit sumi, & authenticari ab alio quam à Notario rogato, & dic quod non, nisi de licentia Iudicis ad eorum petitionem ad quos pertinet, c. cum P. de fide instr. Alex. cons. 137. nu. 26. lib. 2.
5 † Et nota, quod instrumentum debet esse scriptum, & subscriptum manu Notarij rogati, vel Notarius debet in subscriptione facere attestationē, quod sit aliena manu scriptum, alias fidem non facit, Alex. cons. 41. num. 1. & 2. vbi appost. lib. 1. Auus maternus Rip. in l. admonendi, nu. 145. ff. de iureiur. Fel. in c. inter dilectos, nu. 27 de fide instrum. late Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de presumpt. concl. 3. num. 34. versic. septimo limita in Notario.
6 † Hinc est quod Notarij solent semper apponere in instrumentis, nota mei breuiarij, Alex. cons. 153. num. 8. lib. 2.
7 † An autem prothocolum debeat de necessitate esse scriptum, & subscriptum manu Notarij rogati, videtur quod sic, vt in Auth. de tabell. §. nos autem, & ibi glo. in verbo per se, Bal. in l. 1. §. ne autem, nu. 12. C. de cad. toll. Alex. d. cons. 41. nu. 2. vbi appost. & cons. 104. n. 4. lib. 7. Fel. in c. inter dilectos, nu. 28. de fide instrum. Ant. Gabr.
8 dicta concl. 3. nu. 36. † contrarium tamen quod imo sufficiat, quod prothocollum sit subscriptum manu Notarij rogati, licet sit scriptum aliena manu, tenet Dec cons. 447. nu. 9. & seqq. Appost. ad Alex. d. cons. 41. sub nu. 2. Idem Alex. cons. 50. n. 5. vbi appost. plures citans; & hanc veram dicens lib. 3. Menoch. plures citans pro vtraq; parte cons. 996. nu. 10. & seqq lib. 10. & in tract. de arb. iud. cas. 187. nu. 5. & nu. 39. vbi hanc vltimam tenet opinione, & in tract. de præsumpt. lib. 5. præsump. 20. num. 31.
9 † Quid si pars contra quam producitur instrumentum neget esse scriptum, uel subscriptum, aut confectum à Notario, quis teneatur probare; & dic quod producens, Mascard. plures citans de communi de probat. conclus. 911. num 6. qualiter autem probetur hoc, vide Mascard. conclus. 922. per totum.
10 † Vnum tamen scias, quod Notarius conficiens instrumentum semper debet retinere prothocollū penes se §. nos autem in Auth. de tabel. c. quoniā contra falsam de probat. ad quod semper in dubio debet recurri Auus matern. Rip. in l. admonendi num. 149. Menoch. de arbitr. iud. casu 270. vbi ponit qualiter debet puniri Notarius non seruans prothocolum penes se, & concludit puniri arbi-
11 trio Iudicis, & scias semper standum esse prothocollo, quotiens instrumentum ab eo differt, vt per Cępol. cons. ciuil. 23.

In verbo prothocolla,] quod deficit in hoc statuto, supple ex statuto 46. in ciuil., & pro maiori
12 declaratione adde quod † Senatus Excellentissimus Mediolani solet dispensare, quod fides adhibeatur prothocollis, æque ac si in publicam formā extracta exhiberentur, ita vt si voluerit pars aduersa alia prothocolla in eadem causa exhibere, possit dummodo à legalibus, & matriculatis Notarijs, quorum instrumentis fides solet adhiberi confecta sint, & aliud iuridicum non obstet, soluta Notarijs ipsis condigna mercede, & si quis cōtra quem prothocolla producta fuerunt eorum copiam sibi fieri petat, mandat Senatus eam fieri expensis tamen petentis respectu scripturæ tantū,

solet

solet etiam Senatus concedere patentes super fide legalitatis Notarij, per quas fidem facit se à tribus testibus fide dignis per subscriptum Secretarium examinatis intellexisse talem Notarium, qui instrumentum tale confecit esse Notarium imperialem, & solitum instrumenta publica conficere, & eius instrumentis fidem adhiberi solere, quorum testimonio sigilloq; &c. Sed ad euitandam molestiam Senatus Excellentissimi, fuit prouisum per particularia statuta Collegij Notariorum Papiæ, quod tempore Collegij Generalis congregari solet bis in anno ad minus scilicet in vigilia Sancti Ioannis Baptistæ, & in vigilia Sancti Thomæ ante festa natalitia, extrahuntur sortes Notariorum inter quos cadit electio quinque Consulum, ac etiã electio vnius Notarij totius Collegij, cui consignatur sigillus, quorum Consulum, & Notarij officium est inter cætera fidem facere de legalitate Notariorum cum subscriptione, & munimine talis sigilli, & ita solet dari plena fides vbique locorũ
13 extra principatum Papiæ non † enim de iure cõmuni instrumento de longinquo confecto creditur nisi interuenientibus litteris testimonialibus. Bal. cons. 118. quia plenissime allegatum est, n. 3. lib. 3. Castr. cons. 395. videndum est vtrum fides
14 num. 1. cum seq. lib. 1. vbi vult quod † litteræ testimoniales Potestatis loci in quo confectum est instrumentum non sufficiunt ad probationem, cũ sint naratoriæ de eo quod non pertinet ad officiũ Potestatis.

Aduerte tamen quod contrarium, quod imo litteris testimonialibus Prætoris loci domicilij Notarij credatur quando instrumentũ est de longinquo confectum, quando dictæ litteræ habent sigillum, & alia requisita in dictis litteris, vt late docet Mascard. de probat. concl. 1098. num. 5. cum seqq. vbi testatur ex Marsilio, & alijs hanc opinionem contra Castrensem practicari, & ita videmus
15 etiam hodie seruari, † vt in locis, in quibus non est Collegium Notariorum litteræ testimoniales fidem faciant, requisita autem dictarum litterarũ videas per Mascard. vbi supra, nu. 7. & quod dictis litteris testimonialibus credatur tenet etiam Menoch. de præsumption. lib. 2. præsumpt. 79. numero 14.

16 † Si quis autem velit plene videre, quando Notarius debeat se probare Notarium, & ex quibus probetur, adeat Mascard. & Menoch. in locis mox relatis Asin. in sua praxi iud. parte 2. in tract. de modo probandi mortem, filiationem, & tabellionatum.

[In verbo [commissa breuiaria, seu prothocolla]
17 Aduerte, † quòd Notarius, cui commissum est quod publicet, & authenticet rogationes alterius Notarij non potest circa substantialia supplere aliquem defectum, Io. Andr. in add. ad specul. in tit. de instrum. edit. §. ostenso, nu. 18. versic. quid ergo si abreuiatura ibi in additione incipiente, & versic. sequenti ad materiam huius statuti vide Alex. cons. 153. nu. 14. cum seq. lib. 2.

De determinatione personarum cuius Parochiæ sint. Rubr. 35.

Item statuimus, quòd quælibet persona Ciuitatis Papiæ intelligatur, & sit, & esse censeatur cum omnibus de familia sua, de & in illis porta, & Parochia, in qua, vel in quibus pro maiori parte anni ipsa persona communiter, & ipsæ cum familia sua ingreditur, & regreditur suæ habitationis domum: quo ad honores, & onera.

Summarium statuti 35. de regimine Potestatis.

1 Habitans duas domos in diuersis Parochijs existentes cuius parochia censeatur.
2 Quid si corpus domus sit in vna, aditus in altera.
3 Quarta debita Parochijs qualiter diuidenda remissiue.
4 Citatio fienda ad domum, quando nequit fieri personaliter.
5 Habitans duas domos, in qua domo veniat citãdus
6 Citandus in quo loco quis veniat, quando habitat in confinio duarum Parochiarum stante statuto citandi in Parochia.
7 Quid si domus habitationis habet duo ostia, vnum in vna parochia alterum in altera, in quo loco fieri debeat citatio.
8 Matrimonia hodie ex Concilio Tridentino requirunt præsentiam Parochi, & testium saltem duorum, & nu. 10. & nu. 12. ampliatur etiam si ibi concilium non sit publicatum.
9 An validum matrimonium factum cum præsentia Parochi ruralis.
11 Conferens se ad habitandum in aliena parochia retento primo domicilio, an possit ibi sumere sacramenta voluntaria puta matrimonium.
13 Matrimoniũ contractũ præsente parocho, & testibus omissis denuntiationibus, an validum.
14 Parochus viri, an vxoris requiratur ĩ matrimonio
15 Parochus, an debeat esse sacerdos remissiuè.
16 Matrimonium contractum præsente Parocho ad id vocato ex alia causa ficta, an validum.
17 Peccans in aliena parochia, an possit absolui à proprio Parocho, siue Episcopo.
18 Amplia idem in excommunicatione.
19 Quarta funeralium debita Parocho, tum ex Concilio Tridentino, tum de iure communi.
20 De quibus relictis debeatur hæc quarta, & quando remissiuè.
21 Impensa funeris, ac funeralia, quæ dicantur, & quid quando mortuus in duobus locis aqua habitauerit.
22 Sepelliri quis debet in ecclesia Parochiali.
23 Fallit vt possit elligere sepulturam.
24 Intestatus decedens sepeliendus in sepultura maiorum suorum.
25 Testes singulares sufficere ad probandum ellectionem sepulturæ.
26 Vxor potest sepulturam elligere.
27 Pater non potest elligere sepulturam pro filijs etiã impuberibus, & quare.
28 Vniuersitas, an possit sibi elligere sepulturam.

Tem &c. in verbo[suæ habitationis do-
1 mum] quæro quid si duas domos simul habitet, quarum vna subdita est, vni Parochiæ, altera alteri, cuius censea-
2 tur; dic quod illius in qua est aditus, † quod si corpus domus totum sit in vna, in alia solus aditus, tunc forsan contra, quia hic principaliter consideratur habitatio, vide gl. in verbo commu-
3 niter in clem. causam de electione. † vtilitas est in quarta, quæ debetur parochijs, quomodo esset diuidenda, vt in cap. 2. §. primo de repudiatione in sexto.

4 Item quæro cum citatio debeat fieri ad domũ. quando non potest fieri personaliter, l. prima, §.
5 primo, ff. de liber. agnosc. † quid si quis habeat duas domos in diuersis Parochijs, puta vnam, in qua habitet hieme, alteram æstate, quo loco debet fieri citatio, vide late Asin. in sua praxi iud. §. 6. cap. 4. vbi concludit citationem fieri debere ad domum, in qua citandus tempore citationis habitat, Alb. cons. 255. nu. 9. & seq.
6 † Sed quid si statutum vellit aliquem citandum in parochia, & quis habitet in confinio duarum Parochiarum, & tunc dic, quod ad alterutram citari potest, Asin. loco mox relato, vbi etiam nu.
7 7. cum seq. quærit, † quid si quis habeat domum, in qua adsint duo ostia, vnum in vna Parochia, alterum in altera, & concludit citationem fieri debere ad frequentiorẽ domũ; si vero vtraq; eque frequentetur esse in electione Iudicis, vel nuntij.

Sed quia in hoc statuto agitur de Parochia, nõ incõgrue putaui nonnullas quæstiones circa hanc materiam apponere, cum quotidie in praxi occurrant.

8 Quæro igitur, cum hodie in dispositione Concilij Tridentini, matrimonium nõ valeat, nisi præsente Parocho, & duobus testibus, vt habetur cap.
9 primo, sess. 24. † Quid si contrahatur matrimonium inter duos pro maiori parte habitantes in Ciuitate coram Parocho rurali ruri, an huiusmodi matrimonium validum sit; dic quod non, cum ille Parochus ruralis, non dicatur Parochus contrahentium, ita latè Menoch. consil. 398. lib. 4. quo loci adducit plura consilia Doctorum, & ita fuit iudicatum per Rot. Roman. Idem Nauar. cons. 1. lib. 4. in tit. de clandest. desponsat. lib. 6.
10 Et clarum est, † quod matrimonium contractũ sine præsentia Paroch. nullum est, ita disponente Sacros. Concilio Tridentino d. c. 1. sess. 24. Nauarus consiliorum, lib. 1. in tit. de officio Iudicis ordin cons. 7. in fine, Excellentiss. D. Costa, olim Collega meus in suo doctissimo tractatu de reme-
11 dio subsid. remedio 53. Et aduerte, † quod quando quis constituit habitationẽ in noua Parochia, retento primo domicilio, puta ex causa pestis, belli, vel ex causa studendi non potest sacramenta voluntaria, vt est matrimonium recipere à nouo Parocho, nisi tamen desisteret à proprio domicilio, quia ad illud pro illis, non posset commode accedere, nam tunc cessante fraude, potest dicta sacramenta recipere, ita Nauarus lib. 3. in tit. de Parochis, & alienis Parochianis, consil. pri-
12 mo. Quod procedit, † etiam si in Parochia contrahentium non esset publicatum concilium, Idẽ Nauar. consil. 8. lib. 4. in tit. de clandest. desponsat.

13 Quid si matrimonium fuerit contractum præsente Parocho, & testibus, saltem duobus, non tamen interueniant denuntiationes tres, iuxta concilium dicto cap. 1. an validum; & dic, quod sic, Nauar. de sponsal. lib. 4. tit. 17. & in suo manuali confessariorum, cap. 22. num. 70. Rimin. iun. consil. 691. latè Stephan Gratian. discept. forens. lib. primo, cap. 83. num. 6. cum seqq. pluribus, licet contrarium consuluerit, Menoch. consil. 69. Lancellot. Gal. cons. 15 per totum.

14 † Cuius autem Parochi licentia requiratur, scilicet an Parochus viri, an vero vxoris, dic quod si contrahitur in Parochia vxoris requiritur Parochus fæminæ; si vero in Parochia viri Parochus mariti, vt per Nauar. consil. 44. in tit. de cland. desponsat. lib. 4.

15 † An autem requiratur, quod Parochus sit sacerdos, vide eundem Nauar. consil. 9. in tit. de clandestinis de spons. & cõs. 30. tit. de sponsal. lib. 4. vbi tenet valere, etiam si non esset Sacerdos.

16 † Quid si matrimonium fuerit contractum cũ præsentia Parochi, & testium, qui tamen Parochus non sit ad id vocatus, sed vocatus sit, fingendo aliam occasionem, an dicatur matrimonium validum, affirmatiuè respondet Nauar. lib. 4. in tit. de clandest. desponsat. cons. 9. sequitur Excellentiss. D. Costa in iam allegato suo doctissimo tract. de remed. subsid. remedio 53. num. 5. cum seqq.

17 † Sed quæro quid si quis deliquerit, vel peccauerit in aliena Parochia, an debeat à suo pænitentiario, talis peccans absolui ab Episcopo, seu Parocho, in cuius Parochia deliquit, an vero sufficiat, quod absoluatur à suo Episcopo, seu Parocho; & quod sufficiat, si obtineat absolutionem à proprio Parocho, siue Episcopo, non autem ab eo, in cuius territorio commisit delictum, Rom. singul. 459. incipiente, ratione delicti, Abb. in cap. primo, num. 40. de rapt. Alderan. Mascard. de gener. statut. interpræt atione concl. 7. nu. 22. vbi adducit rationem, & amp liat procedere in
18 excommunicatione lata † ab Episcopo loci peccati. Quod secus tamen est in foro laicali, nam ibi punitur delinquens, vbi commisit delictum. Mascar. vbi supra, num. 20. & seqq. pluribus, vbi diuersimode ampliat, & limitat. Et hæc voluimus hic adijcere incidenter, & fortasse extra propositum cum satis digna sint, & non inutilia, licet ad declarationem huius statuti parum conferant, quare pariter nonnulla alia subijciemus ad studiosorum vtilitatem.

Scias igitur, quod ex Concilij Tridentini decre-
19 to cap. 14. sessione 25. cautum est quartam funeralium, quæ canonica portio appellatur, dandam esse ecclesiæ Parochiali, non obstante aliqua consuetudine, vel priuilegio in contrarium. quod, etiam procedit de iure communi, quando quis neglecta Parochiali sepultura alibi post mortem iubeat corpus suum sepeliri, cap. relatum cap. in nostra, cap. de his de sepult. cle. dudum, eod. tit. de sepult. & fusissimè hoc adnotauit D. Polyd. Rip. olim Collega meus in suis comment. de actis in mortis articulo, cap. 100. in tit. de quarta fu-
20 neralium, vbi latissime tractat, † de quibus relictis debeatur hæc quarta, & de quibus, & ibi inumerat plures casus, in quibus non debetur, videas per eum, post Capiccium decis. 23. per totum, Card. Tusch. pract. conclus. iur. tom. 6. littera Q
21 conclus. 787. cum plurib. seqq. Quæ autem dicantur funeralia, & quæ impensa funeris dicatur, & de quibus debeat solui quarta funeralis, ponit excel. D. Io. Baptista Costa, in suo non minus

vtili

vtili, quam doctissimo tractatu de portione ratæ q. 144. n. 14. cũ seq. qui liber cum fere in omnium manibus versetur, non curo referre vbi num. 19 ponit remissiuè, quod quando defunctus in duobus locis æque habitauerit, ac moram traxerit, cui debeatur quarta, vbi citat Cald Henric. Boich. Borgnin.

Et quia dictum est quartam parochialem deberi, quando quis elligit sepulturam extra parochiam, † quæro an de iure quis debeat sepeliri in Ecclesia parochiali; dic quod sic, cap. primo, 13. quæst. prima, cap. primo. 16. quæst prima, cap. ex parte, cum cap. seq. de sepult. Marius Anton. variarum ressol. lib. primo, ressol. 112. casu 59. circa medium, Menoch. consil. 398. numero 37. lib. 4.

23 † Fallit tamen, quando quis in vita sibi ellegit sepulturam, quod facere potest, cap. 1. de sepulturis, quæ ellectio potest per elligentem mutari vsque ad mortem, vt per Nauar. de Sepulturis consi. 2. lib. 3. Marius Antonius dicto casu 59.

24 † Si intestatus autem, quis decedat, & habeat sepulcra maiorum suorum extra Parochialem, ibi
25 sepeliri debet, d. cap. 1. & scias, quod † ad probandam ellectionem sepulturæ factam per aliquẽ, testes singulares admittuntur, respectu loci, & temporis, Rol. à Valle consil. 82. num. 44. lib. 2. post Guid. Pap. quæst. 544. Et potest elligere se-
26 pulturam, nedum vir, sed etiam vxor, vt in cap. de vxore ext. de sepulturis.

27 † An autem pater possit sepulturam elligere pro filijs; dic quod non, etiam si sint impuberes, nisi adsit consuetudo in contrarium, ita tex. in d. cap. vxore, §. vtrum autem, vbi glo. Nauar. in tit. de sepult. consi. 2. lib. 3. vbi adducit rationẽ, quia ellectio sepulturę est quid spirituale, ad quã non se extendit patria Potestas; sequitur Marius Antonin. dicto casu 59. vers. secundo.

28 † Sed nunquid Vniuersitas possit sibi elligere sepulturam, in qua sepeliantur omnes de vniuersitate; & dic quod non, ita concludit Mar. Anton. d. ressol. 112. casu 59. per tot. vbi vide rationes.

Vt quis eadem colta dupliciter non grauetur. Rubr. 36.

Item statuimus, quòd nulla persona eadem colta dupliciter grauetur, & si quis positus est, vel fuerit per se, seu nomine suo ad aliquod onus soluendum Communis Papiæ, quod ipse sic positus, non teneatur ad solutionem alicuius oneris impositi suis, vel hæredibus alicuius defuncti, cuius hæres sit ex testamento, vel ab intestato, vel alicuius defuncti hæreditas in eum perueniat aliquo iure, siue titulo ante impositionem dicti oneris.

Summarium statuti 36. de regimine Potest.

1 *Prima ratio statuti est, ne bis idem exigatur.*
2 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio.*
3 *Plures rei debendi in solidum, vno soluente omnes liberantur.*
4 *Statutum reijciens exceptionem, non intelligitur tollere exceptionem solutionis, quod limita num. 6.*
5 *Regula bonæ fidei, procedit etiam in delictis.*
7 *Stat. Papiæ sub rub. 6. in ciuilibus, & Nou. Const. Med. in tit. de Iudicijs, cap. si per apparentẽ non procedunt contra eum, qui non est nominatus in instrumento.*
8 *Instrumentum non probat, nisi quoad personas in eo nominatas.*
9 *Quis nõ debet pro eadẽ re grauari duplici onere, etiam de iure communi.*
10 *Amplia, vt nec etiam debeant solui duæ gabellæ pro eadem re.*
11 *Inconueniens est, quod emptor priuetur re, & pretio.*
12 *Emptor, qui partẽ pretij soluit, tenetur ad vsuras pretij non soluti, quãdo integros fructus percepit, intelligendo tamen verum ad concurrentẽ quantitatem alias vltra est vsura.*
13 *Cautela quod emptor licitè soluere possit vsuras pro re empta, vltra concurrentem quantitatem, vt scilicet venditor retineat dominium, & locet rem venditam pro tanto pretio.*

1 Ratio huius statuti esse potest, quia bona fides non patitur, vt bis idem exigatur, l. bona fides ff. de regulis iuris, vbi Decius adducit ratio-
2 nem rationis, † quia solutione eius, quod debetur
3 omnis tollitur obligatio, & ista ratione licet, † plures rei debendi sint obligati in solidum, vno tamen soluente, omnes liberantur, latissime Ronchegal. in l. 3. versic. vtique num. 14. & seqq. de
4 duob. reis. Hincq; solet exequtio sententiæ, per exceptionem solutionis impediri; licet præcisè velit statutum, quod contra Instrumentum nulla
5 possit exceptio opponi, quia † natura non patitur, vt quod exactum est iterum exigatur, vt latius declarando prosequitur, ibi Dec. qui hanc regulam extendit etiam in delictis; vide tamen, quod ibidem postea addit M. R. Marcus Antonius ex Comitibus Rouescalæ honorandus Præceptor meus, quem etiam profitendo collegam habui, & honoris, causa nomino, vbi inter cæte-
6 ra dicit, † quod exceptio solutionis contra instrumentum opposita reluctante statuto non admittitur, quando agitur contra illum, contra quem est factum instrumentum, secus si ex illo instrumento agatur contra tertiũ possessorem, quia ille poterit opponere omnes exceptiones, & vt latius videri potest ex his quæ ibi congessit, & ponit etiam Alex. consil. 84. num. 8. lib. 3.

7 Hinc etiam dicimus, † quod & si ex dispositione statuti, instrumenta habeant exequtionem paratam, vt cauetur inf. statut. 6. in ciuilibus, & etiã disponitur in Nouis Const. Mediol. in tit. de iudic. cap. si per apparentem, quod solum vindicabit locum quoad personas in eo nominatas, non autẽ quoad aliam, Ias. in l. si quis, nec causam num.

30. ff. si cert. pet. & in l. si vnus, § ante omnia, ff. de pactis, Boer. decis. 221. num. 4. Maranta in sua praxi iud. in verbo, & post rem, aduertatur circa executionem num. 32. Asyn. in sua praxi iudic. §. 31. cap. 2. limitatione 25. num. primo, & ideo dicitur dispositionem dicti cap. si per apparentem non habere locum in non nominato in instrumento, scilicet, vt non possit ex illo procedere ad ecequtionem quamuis interesse prætendat, vt per Bal. in l. si probe, in fine, C. de dot. promiss. & per DD. supra citatos, & vide circa hanc materiam, Alb. cons. 591. & ratio est, quia
8 † instrumentum non probat, nisi quoad personas in eo nominatas, vt per Bart. in l. admonendi, nu. 32. versic. item quæro, quid si Instrumentum, ff. de iureiur. Alex. consil. 38. num. 3. lib. primo, & cons. 37. num. 4. vbi appost. lib. 3. & latius dicitur circa hoc, ad stat. 6. in ciuilibus, vbi est propria materia.

9 † Et nota quod hoc statutum est conforme iuri communi, quo iure iniquum est, vt quis pro eadem re grauetur duplici onere, glo. in l. 1. in verbo, possunt, C. de mulier. & in quo loco munera, lib. 10. vbi Bart. num. 33. cum alijs de quibus per Albam cons. 486. num. 3. qui ad hoc allegat,
10 Rom. cons. 161. Dec. cons. 285. num. 4. † Hinc est, quod quis pro eodem contractu, non debet soluere duas gabellas, Dec. dicto cons. 28. num. 4. post Bal. in l. prima, §. quod si nemo, ff. quod quod cuiusque vniuersit. nomine.

11 † Hinc etiam dicimus, iniquum esse, quod emptor, qui non soluit prætium, priuetur re, & prætio, l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de act. empti, &
12 ideo, † emptor, qui partem pretij non soluit, si integros fructus percepit, tenetur ad vsuras pretij non soluti, vt late per Anton. Gabr. in suis communibus, in tit. de emptione, & venditione, conclus. 4. per tex. in l. curabit, vbi DD. C. de act. empti, quod intellige, vt procedat, vsq; ad quantitatem fructuum collectorum, & non vltra excedere possit, quæ vsuræ debentur etiam de iure canonico, cum succedant in locum damni emergentis, ita Castr. in l. Iulianus, §. ex vendito per illum tex. nu. 3. ff. de act. empt. tex. in d. l. curabit, Alex. cons. 69. num. 3. & seq. vbi appost. lib. primo. Gabr. dicta concl. 4. num. 18. vbi testatur de magis communi, vbi plures ad hoc allegat, &
13 ideo † si venditor vendat domum pro mille libris solitam locari 25. singulo anno, pacto conuento, quod soluantur quinquaginta singulo anno, donec soluatur prætium est vsura, quia excedit quantitatem fructuum, Alex. consil. 121 lib. 5. Cagnol. in d. l. curabit, num. 62. Dec. consil. 119. num. 2. datur tamen cautella, quod venditor locet rem venditam emptori pro tali prætio, scilicet quinquaginta, seu pro fictis soluendis, donec soluerit prætium retento dominio, nam tunc contractus erit licitus. dato quod ficta excedant concurrentem quantitatem fructuum, ita Alex. dicto cons. 121. & Cagn. dicta l. curabit, num. 62.

Qualiter debeant mensurari panni, qui venduntur ad brachium, & de pœna contrafacientis. Rubr. 37.

ITem statuimus, quod de cetero quelibet persona, quæ vendat pannum ad brachium, teneatur, & debeat ipsum mensurare, & mensurari facere hoc modo, videlicet; quod habeat discum discopertum absque tela, & absque aliquo alio velamine supra, & super dicto disco, teneatur, ac debeat drappum, quem vendit duplicatum per longitudinem drappi ponere super disco absque eo, quod aliqua persona teneat drappum ab alio capite petiæ panni. Et eo sic posito, & stante teneatur, & debeat mensurare de versus spicum drappi, & vltra ponere digitum policem manus vnius planum super drappo, & in capite dicti policis exclusiue, ponere passum planum super drappum, stantem vt supra dictum est. Et in capite dicti passus exclusiue ponere, & tenere dictum policem vt supra. Et in capite trasuersus dicti policis exclusiuè ponere passum stantem planum vt supra dictum est; & sic de singulis ponere, & facere, Et dictus passus semper ponatur, & cum eo dicto modo mensuretur, ponendo, & tenendo drappum intra cimossam exclusiuè, & drappum inclusiuè. Ita quod vltra passum dictorum brachiorum, quæ dabit, et vendet semper ponat venditor digitum vnum policem à quolibet capite dicti passus plani vt supra. Et si venditor, seu vendi faciens drappum ad mensuram, fecerit contra prædicta, incurrat pænam Communi Papiæ applicandam solidorum quinque Papiæ, pro quolibet brachio, & qualibet vice. Et Potestas Papiæ, & Iudex victualium teneantur, & debeant de prædictis inquirere, & circhare, & inuentioni cuiuslibet ipsorum credatur, & stetur. Et quilibet possit accusare, & accusator, & inuentor etiam si esset de familia Potestatis, habeat dimidiam dictæ penæ partem. Et Iudex victualium teneatur cogere quemlibet mercatorem drapporum iurare, de seruando dictum statutum, & contra non veniendo per se, vel per alium aliquo modo. Et teneatur eum cogere habere vnum dischum, vel plures coniunctos, super quo mensuretur, qui sit, uel sint longus, uel longi ad minus brachijs sex. Et hoc statutum facere cridari per Ciuitatem Papiæ, bis quolibet anno, teneatur Iudex prædictus.

De

De pœna venditorum draporum, seu aliarum rerum non dimittentium quamlibet personam volentem ibi emere drapum, vel aliam rem secum habere quamlibet personam, quam secum duxit, vel habere voluerit. Rubr. 38.

Item statuimus, quod liceat cuilibet personæ undecunque sit volenti emere drapum, vel aliquam aliam rem in Ciuitate, territorio, vel districtu Papiæ, vel aliqua domo statione, vel alibi secum habere personam qualemcunque sibi placuerit. Et quæcunque persona tenens aliquid prædictorum ad vendendum ibidem teneatur, & debeat admittere sine distinctione personarum quamlibet personam volentem ibi emere drapum, seu aliam rem cum alia qualibet persona, & personis quas emere volens secum duceret, vel duxisset, & prædicta omnia, & singula sub pœna, & banno solidorum sexaginta Papiensium pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice,

Quid, & quantum accipere debeant cimatores pro cimationibus suis. Rubr. 39.

Item statuimus, quòd cimatores Papiæ, & districtus draporum venditorum ad retalium non recipiant, nec habeant pro cimatura draporum nisi ut infra pro brachio; videlicet pro quolibet brachio cuiuslibet drapi; qui constiterit libras tres, & ab inde supra, habeant, & recipiant pro cimatura cimata duabus vicibus solidum unum Papiæ, & de quolibet brachio, qui constiterit solidos 40. Papiæ, & ab inde supra usque ad solidos 60, pro quolibet brachio cimato duabus vicibus denarios octo Papiæ. Et de quolibet brachio drapi qui constiterit a sol. 20. & abinde supra usq; ad solidos 40. Papiæ, ipso cimato duabus vicibus, pro cimatura cuiuslibet brachij denarios sex Papiæ. Et de quolibet brachio drapi qui constiterit a solidis viginti infra pro cimatura cuiuslibet brachij denarios quattuor Papienses.

Statut. 37. 38. & 39. de Regim. Potest. coniungi possunt cum statuto 58. de regim. Potest & statuto 149. in ciuilib. & ipsa omnia statuta remitti ad tribunal Mercatorum, qui habent particularia statuta.

De clauibus tribus scrinij sacristiæ maioris Ecclesiæ Papiæ assignandis custodibus dicti scrinij. Rubr. 40.

Item statuimus, quod ad scrinium Communis Papiæ, qui est in sacristia maioris Ecclesiæ Papiæ, sint, & esse debeant tres claues diuersæ, quæ dari, & assignari debeant tribus legalibus viris, uni videlicet de Collegio Iudicum Ciuitatis Papiæ, alij de Collegio Notariorum Papiæ, & alij sacristæ Communis Papiæ, una videlicet pro quolibet, eligendis per dominos duodecim sapientes Papiæ, vel maiorem partem ipsorum. Qui sic electi teneantur, & debeant tempore receptionis clauium prædictarum iurare ad sancta Dei Euangelia corporaliter tactis scripturis de dictis clauibus, & de omnibus scripturis, quæ erunt in dicto scrinio bene, & legaliter custodiendis, & saluandis ad utilitatem Communis Papiæ. Et de procurando, quòd aliæ bonæ scripturæ acquistorum, & priuilegiorum dicti Communis ponantur in dicto scrinio. Et quod dicti duodecim sapientes teneantur, & debeant fieri facere, & scribi, & registrari duo breuiaria de scripturis, quæ sunt, & erunt in dicto scrinio, quorum registrorum unum stet in dicto scrinio, & aliud ad sacristiam dicti Communis Papiæ. Prædictorum autem trium legalium virorum electiones omni anno fiant per quindecim dies ante festũ Natiuitatis Domini. Habeant autẽ & habere debeant pro eorũ salario, & labore florenũ unum auri in anno pro quolibet ipsorum, soluendum eis in fine anni, quando consignabunt claues successoribus suis.

De vno libro fiendo, in quo ſint deſcripta, & auctenticata priuilegia, & omnia iura Communis Papiæ. Rubr. 41.

ITem quia ſæpe contingit, quòd priuilegia, & iura Communis Papiæ, quæ gubernantur ſub tribus clauibus per diuerſas perſonas cum difficultate haberi poſſunt, & etiam periculoſum eſt pro quocunque caſu emergenti, ipſa priuilegia de loco ſuò extrahere, propter periculum perditionis, ſubtractionis, vel vituperationis. Prouida deliberatione ſtatuimus, quod per Dominum Poteſtatem Papiæ, vel eius Vicarium, & duodecim Sapientes Præſidentes negotijs Communis Papiæ, infra tres menſes proxime venientes, ſub vinculo ſacramenti detur opera, cum effectu, quòd omnia priuilegia Communis Papiæ, tàm Imperialia, quam Papalia, quam quomodocunque conceſſa, omniaque alia iura Communis Papiæ, ſiue ſint conuentiones, vel confæderationes cum aliqua Ciuitate, Terra, vel loco, ſiue ſint emptiones, venditiones, in emphyteuſim dationes, feuda, vel ſimilia iura, ponantur omnia, & deſcribantur in vno volumine pulchrarum cartarum, & bona littera. Et fiat dictus liber manu vnius boni, & ſolennis Notarij, cum ſubſcriptione ſua poſt quodlibet inſtrumentum. Et dictum librum faciat cum auctoritate, & præcepto dicti Domini Poteſtatis, eiuſque Vicarij, & duodecim Sapientum prædictorum. Et demum auſcultetur dictus liber de inſtrumento in inſtrumentum, vel de priuilegio in priuilegium, cum præſentia, & in præſentia dicti Domini Vicarij, & quatuor, vel quinque Notariorum bonæ conditionis, & famæ, qui ſe ſubſcribant ſolenniter, vna cum Notario principali. In quorum ſubſcriptionibus faciant omnes debitas ſolennitates, quæ requiruntur ad auctenticandum ſolenniter quodlibet inſtrumentum. Cui libro detur plena fides, etiam abſque productione originalis inſtrumenti, vel priuilegij. Et qui liber ſtare debeat ad Cameram rationalem Communis Papiæ. Et ibidem diligenter cuſtodiatur per officiales dictæ Cameræ, vt inde poſſit fieri copia quandocunque opus fuerit. Et vt dictum opus celerius perficiatur, Statuimus, quod Rationatores Cameræ antedictæ ſub pœna lib. 25. pro quolibet ipſorum, teneantur dare operam cum effectu cum dictis Domino Poteſtate, & Vicario, & Sapientibus, quod dictus liber compleatur infra tempus prædictum, vel ſaltem infra calendas Ianuarij proxime venientes. ¶ Teneantur etiam Dominus Poteſtas, eiuſque Vicarius, & duodecim Sapientes, & Rationatores prædicti fieri facere vnum librum maſtrum omnium ſtatutorum, in quo compræhendantur omnia ſtatuta tam ciuilia, quam criminalia, de regimine Poteſtatis, victualium, ſtractarum, campaniæ Papiæ, & generaliter quecunque ſtatuta, quæ ſint in cartis membranis, qui liber remanere debeat ad ſacriſtiam Communis Papiæ.

Summarium ſtatuti 41. de Regimine Poteſtatis.

1 *PRiuilegij definitio.*
2 *Priuilegium duplex reale, & perſonale.*
3 *Priuilegium, an in dubio præſumatur reale, an perſonale.*
4 *Tres caſus in quibus cognoſcitur priuilegiũ reale.*
5 *Reale rem concomitatur, perſonale cum perſona extinguitur.*
6 *Item reale extenditur de perſona ad perſonam, ſecus in perſonale.*
7 *Priuilegium ſtrictè intelligendum.*
8 *Priuilegium intelligitur conceſſum ſine preiuditio tertij.*
9 *Princeps nunquid valeat priuilegium conceſſum reuocare, & diſtingue vt ibi.*
10 *Quid quando eſt conceſſum non ſubdito.*
11 *Eccleſia ſubſunt Papæ non Imperatori.*
12 *Priuilegium conceſſum non ſubdito tranſit in contractum.*
13 *Priuilegium conceſſum ſubdito reuocabile.*
14 *Quod ſecus quando tranſit in contractum.*
15 *Exemplum quando priuilegium dicatur tranſiſſe in contractum.*
16 *Princeps non poteſt venire contra contractum cũ eo geſtum.*
17 *Ampliatur procedere etiã in Papa & Imperatore*
18 *Limita, vt poſſit reuocare propter publicam vtilitatem.*
19 *Princeps poteſt ex cauſa à contractu cum eo geſto recedere, vbi ponitur quæ dicatur iuſta cauſa.*
20 *Priuilegium ſpeciale non tollitur per legem generalem, ſed requiritur ſpecialis.*
21 *An ſufficiat generalis abrogatio quod ſic.*

22 Priui

22 *Priuilegiū concessum Ciuitati, an comprehendat comitatenses, & vt ciues ex priuilegio nu. 24.*
23 *Ciuis proprie non dicitur natus in villa.*

Tem quia sæpe] hoc statutum adhæret statuto 8. sup. de reg. Potest. & reformatum est simul cum alijs per nouos ordines suæ Cathol. Maiestatis editos de anno 1588. super reformatione consilij Generalis Papiæ, de quibus ordinibus habetur infra post volumen horum statutorum.

1 In verbo priuilegia] dic, † quod priuilegium dicitur ius singulare, & ius priuatum contra ius comune indultum, Rip. post DD. in rubr. num. 19. de rescriptis ante eum Bart. in l. beneficium, nu. 3. vbi Ias. nu. 25. ff. de constit. princ.

2 † Duplex est autem priuilegium reale, & personale; reale, quod ratione rei conceditur; personale, quod personæ conceditur, & cum persona extinguitur, l. priuilegia quædam, & in l. omnibus causis, ff. de reg. iur. l. subditorum, C. de excusat. mun. lib. 10. l. 1. ff. de iure immun. Alex. cons. 86. nu. 1. & 101. nu. 1. in fine lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. & in tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 6. casu 561. nu. 1. & in cons. 376. nu. 8. lib. 3. & cons. 1007. nu. 95. & seqq. lib. 11.

3 † An autem in dubio priuilegium præsumatur reale, an vero personale, & dic quod quoties conceditur personæ, & expresso nomine personæ præsumitur personale gl. in c. tua, in gl. fin. extra de his, quæ fiunt à prelat. sine consensu capituli, cap. quoniam Abb. de off. deleg. Alex. cons. 86. nu. 1. vbi Appost. ad eum, & cons. 101. num. 2. & 13. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. nu. 6. cum tribus seqq.

Fallit tamen, quando priuilegium fuit concessū ob benemerita, nā tunc licet concessum sit singulari personæ, nihilominus dici debet reale, Menoc. dicta præsumpt. 103. nu. 13. & 14. & d. cons. 1007. nu. 99. ex auctoritate Bal. Anch. Soc. sen. & Tiraquell. vt ibi apud eum.

4 Quando † autem concessio fuit facta rebus ipsis non personæ, tunc præsumitur reale, Din. in d. c. priuilegium de reg. iur. in 6. Alex. cons. 192. lib. 2. Item præsumitur reale, quando concessio fuit facta puta deposito mutuo, vel simili, ita Din. in dicto cap priuilegium de reg. iur. in 6. Dec. in l. in omnibus causis, numero 14. ff. de reg. iur. Bal. cons. 355. præmittendum est lib. primo, præsumitur etiam in dubio reale, quando extat dubium, an sit facta concessio personæ, causæ, vel rei Bal. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de leg. primo, Anchar. cons. 227. n. 3. copiosè Alex. in l. quia tale num. 2. ff. sol. matrim. Ias. cons. 217. col. prima. versic. secundo, quia lib. 2. Dec. cons. 262. num. 5. Bellon. cons. 20. nu. 8. hoc tamen intelligitur nisi ex coniecturis aliter constaret de mente concedentis priuilegium, quos latissime, & ellegantissime enumerat Idem Menoch. dicta presumpt. 103. num. 31. cum seq. vbi septem adducit coniecturas, & ponit latius quam alibi scriptum reperiatur & d. cons. 1007. nu. 102. vide etiam quando dicatur priuilegium personale, quando reale, Boss. in tit. de princ. & eius priuileg. nu. 343. Item priuilegium dicitur reale, quando conceditur pro eius bonis, Idē Menoc d. cons. 1007. n. 100. vbi latiss.

Ex hac autem quæstione nunquid dicatur reale, an personale, duæ ressultant vtilitates prima est
5 † quia si est reale, ad hæredes omnes, & successores transit, & concomittatur semper rem DD. in d. cap. priuilegium, & in dicta l. in omnibus, si vero personale est, tunc non transit, sed extinguitur cum persona, l. 1. §. personis, ff. de iure immunit. l. sordidorum, C. de excusat. mun. Soc. sen. consilio 59. numero 2. & consilio 116. numero 20. lib. 1. Menoch. d. cons. 1007. n. 95. & seqq. lib. 11.

6 † Secunda vtilitas quia priuilegium reale extenditur de persona, ad personam, secus autem quando est personale, Rom. consil. 246. num. 4. Alex. cons. 114. n. 5. lib. 4. Ias. in l. non tantum, n. 7. ff. de re iud. Dec. in l. in omnibus, n. 6. ac seq. Crau. cons. 239. nu. 4. Menoch. latissime in locis supra citatis.

7 † Quo vero ad intelligentiā priuilegij, scias, quod stricte debet interpretari, c. primo de priuileg. in 6. l. si quando, C. de inoff. testam. Bart. in l. beneficium, num. 3. ff. de constit. princ. maxime quando est odiosū, & correctoriū contra ius cōe, nam tunc fit arctissima, & stricta interpretatio, c. q dilectio de consanguinitate, & affinitate, d. l. si qñ. C. de inof. testam. Alex. cons. 3. nu. 7. lib. 2. videas tū Ias. restringentem duobus modis, in d. l. beneficium num. 33. M. Anton. Eugen. cons. primo, numero 17. & seqq. Marsil. singul. 483. benefitia Principum, Plot. ad l. si quando, §. 6. nu. 6. C. vnde vi.

8 † Item intelligitur concessum semper absq; præiudicio tertij, l. impuberi, ff. de administr. tutorum, l. 2. §. merito, ff. ne quid in loco publico, Alex. cons. 2. num. 13. lib. 1.

9 † An autem Princeps possit reuocare priuilegiū, mihi placet distinctio, quia aut quærimus nunquid Princeps possit reuocare priuilegium alicui concessum non subdito, aut concessum alicui subdito.

10 Quoad primum dubium, † Princeps non valet reuocare simplex priuilegium alicui non subdito cum illud efficiatur irreuocabile. Menoch. cons. 113. nu. 3. lib. 2. & 350. & seqq. lib. 4. vbi limitat tribus modis, Viuius decis. 207.

Hinc dicimus, quod priuilegium ab Impera-
11 tore concessum Ecclesijs est irreuocabile, cum Ecclesia non dicatur subesse Imperatori, sed Papæ DD. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, præsertim ibi Dec. extra de constit. Innocent. in cap. nouit. de iudic. Bertrand. cons. 160. col. prima, vol. pri. & cons. 214. col. 2. in fine volum. 2. cum alijs; de quibus per Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de iure quæsito non tollendo, concl. 7. nu. 10.
12 versic. quinto limita, & ratio est, † quia priuilegium concessum non subdito transit in contractū, Fel. in cap. at si clerici, §. de adulterijs, colum. 1. de iudic. Iappus alleg. 100. versic. per hoc induco, Cardin. in repetitione, cap. perpendimus, col. 5. versic aliquando confertur priuilegium, de sententia excommunicationis, & quoties priuilegium transit in contractum regulariter fit irreuocabile, Surd. cons. 419. num. 53. & seqq.

In secundo casu, quando priuilegium est concessum alicui subdito, tunc subdistinguendum, quia aut est simplex priuilegium, Aut transiuit in
13 contractū † in primo casu potest reuocari quandocunq; per Principem concedentem etiam sine causa, Aret. in cap. nouit, col. 4. vbi Dec. num. 15. versic. secunda conclusio principalis, de iudic. Grammat. decis. 46. cum infinitis congestis per Ant. Gabr. dicta concl. 7. nu. primo, cum seq. qui latè exornat hanc regulam cum ampliatio. & limitatio. & videre est apud eum.

14 † In secundo vero casu, scilicet, quando transiuit

fuit in contractum, tunc non potest reuocari, Alex. cons. 101. nu. primo. vbi latissime, lib. 1. vbi adducit exemplum, quãdo priuilegium dica-
15 tur transisse in contractum; puta, † si Potentissimus Austriacus Philippus Dominus noster concederet priuilegium immunitatis cuicunque veniret ad habitandum in Ciuitate Papiæ, cum tota familia, exercendo certam artem, Plures vigore dicti priuilegij se contulerunt ad præsentem Ciuitatem ad dictam artem exercendum, quæritur modo nunquid Princeps postmodum possit auferre dictam immunitatem concessam, dictis artificibus, & concludit Alex. vbi sup. quod non, ex quo illud priuilegium dicitur transijsse in contractum, Idem Alex. cons primo, nu. 2. vbi Appost.
16 lib. 2. & ratio est, quia Princeps non potest contrauenire contractui cum eo facto, nec eum reuocare, sed tenetur illum seruare, cap. 1. de natura feudi, Bal. in l. ex imperfecto, C. de testamentis, prout multis cumulatis, tenet Ant. Gabr. in suis communibus, in d. tit. de iure quæsito non tollendo, concl. 5. cui addo Peregr. de iure Fisci, lib. 1.
17 tit. 3. nu. 44. † vbi ampliat etiam in Papa, & Imperatore, & lib. 6. tit. primo, num. 8. cum seq. plurib. Aliud exemplum ponit Menoch. in cons. 307. nu. 7. lib. 4. veluti quando priuilegium fuit concessum à Principe, ob remunerationem, nam tunc dicitur transijsse in contractum, & ob id est irreuocabile, sicuti est ipse contractus, & ante Menoch. tenuit Rom. cons. 436. nu. 15. vbi dicit nec etiam ex causa ingratitudinis posse reuocari, Surd. cons. 419. num. 51. & seq.
18. intelligite tamen hoc procedere nisi reuocaret ex causa propter publicam vtilitatem, tunc enim dato, quod transiuerit in contractum, bene poterit illud reuocare, l. qui semel, vbi glo. & Bart. ff. de decret. ab ord. fac. Alex. dicto consil. 101. nu. 7. vbi Appost. ad eum, lib. primo, & ratio esse po-
19 test, † quia licet Princeps teneatur obseruare contractum, cum eo gestum, tamen ex causa, potest ab eo recedere, l. cotem, §. agri, cum glo. & ibi Paul. de Castro, ff. de public. dicta l. quod semel, vbi Bartol. Soc. senior cons. 4. num. 10. lib. 3. Ias. consil. primo, nu. 3. lib. primo, vbi declarat iustam causam esse, quæ de nouo superuenit, aut retro ignoretur à Principe, vt latè per Peregr. de iure fisci dicto lib. 6. tit. primo, nu 13. & dicto tit. 3. lib. primi. num. 67.
20 † In casibus autem, in quibus dictum est Principem posse reuocare priuilegium, sciendum est, quod requiritur specialis reuocatio, & derogatio, quando est priuilegium speciale, nõ enim tollitur per legem generalem, Bal. in l. non plures, in fine, C. de sacros. eccles. Alex. d. consil. 101. col. prima, circa finem, num. primo, vbi Appost. lib. primo, Aret. cons. 104. nu. 6. Carpan. ad statuta Mediolani. cap. 243. nu. 28. cum seqq.
21 † An autem sufficiat generalis derogatio, puta si dicatur, non obstãte priuilegio, videas Alex. d. cons. 101. nu. 12. tenentem, quod sic, vide tamen ad id, Menoch. cons. 190. num. 24. vol. 2. Tiraquel. in tract. ll. connub. gl. 7. Carp. dicto cap. 43. n. 32 Gramat. decis. 20. Simon. de Præt. cons. 69. lib. primo, Menoc. cons. 1007. nu. 75. & seq. Viuius decis. 207.

† Sed accedendo ad materiam nostram, à qua
22 longe digressi fuimus, † quero nunquid priuilegia concessa Ciuitati, vel Ciuibus, comprænhendunt etiam Comitatentes, vel castra, aut villas distingue, vt per Alex. in rub. nu. 13. ff. soluto matrimonio, nam aut constat de mente concedentium, & tunc standum est certo l. generaliter, ff. de leg. 3. Aut sumus in dubio, & tunc aut Priuilegiũ conceditur Ciuitati, & tunc comprænhendit Comitatenses, l. qui ex vico, ff. ad municip. Bart. in l. 2. in princ. num. 4. ff. de verb. sign. Alex. in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 6. ff. de dam. infect. Aut vero priuilegium est concessum ciuibus. & tunc si est concessum contra ius commune non comprænhendit Comitatenses, vt in Auth. quib. mod. nat. effic. sui, §. si quid vero, in verbo non
23 Ciuis, † cũ natus in Villa proprie non dicatur Ciuis, quidquid voluerit in contrarium. Bart. in d. l. male, in d. l. 2. in princ. quem reprobat Alex. post Imol. & alios in rub. nu. 13. si autem priuilegium non esset contra ius commune, tunc bene extenderetur ad Comitamenses, prout tenet Alex in d. rub. sed tunc non esset priuilegium, cum repu-
24 gnet diffinitioni supra adductæ, † Quid modo si Princeps concedat priuilegia Ciuibus Papiæ, an ista priuilegia censeantur concessa Ciuibus tantummodo originarijs Papiæ, an vero comprehendant etiam Ciues creatos, & tantummodo in dictis priuilegijs cõpræhendi ciues originarios, docuit egregie Bart. in l. si maritus, §. legis, ff. ad l. Iul. de adult. sequitur Menoc. cons. 1060. num. 4. & seqq. lib. 11.

De taxatione paraticorum Ciuitatis, & districtus Papiæ. Rubr. 42.

ITem statuimus, quòd in Ciuitate Papiæ non sint nec fiant, nec esse debeat aliqua paratica, seu monopolia, becariorum, furnariorum, piscatorum, tabernariorum, caligariorum, sartoriorum, molinariorum, retaliorum, ferrariorum, barbitonsorum, nautarum, pilliciariorum, muratorum, & magistrorum lignaminis, nec aliquod aliud paraticum, seu monopolium. Et quælibet persona Ciuis, & forensis vndecunque sit, possit, & valeat libere, & impune in Ciuitate, & districtu Papiæ, exercere, & operari quamcunque artem non prohibitam, iure, vel statuto. Et quod in aliqua arte, quæ exerceantur in Ciuitate, vel districtu Papiæ, non possint, nec esse debeant aliqui proprij in ipsa arte Consules, Præsidentes, vel Rectores, seu Antiani, vel Officiales. Et si quis, vel si qui sint, vigore præsentis statuti. sint, & esse intelligantur cassi. Et quòd contra præsentis statutum aliqua persona Ciuitatis, vel districtus Papiæ, vel aliunde, non audeat, nec præsumat facere

facere, seu venire dicto facto, vel opere, publice, vel occulte, dirrectè, vel indirectè, contra, sub pœna librarum 25. Papiæ, pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice.

Circa hoc statutum totum contrarium est in vsu, nam quotidie videmus Consules omnium artiū nominatarum in statuto, cogere artifices, soluere paraticum, nescio quo pacto, & hoc ex tollerantia eorum, ad quos spectaret obseruari facere hoc statutum ad vnguem, vti rationaliter conditum.

Quod carcerati pro debito publico non possint impediri. Rubr. 43.

Item statuimus, quod aliquis carceratus, seu in carcere Communis Papiæ, detentus, vel positus pro debito publico, seu maleficio, non possit, nec debeat modo aliquo per aliquem, nec ad petitionem alicuius, pro aliquo debito priuato saxiri, vel aliter impediri. Saluo quòd si carceratus, seu prædictus detentus, repertus fuit extra carceres Communis Papiæ, quod tunc possit capi, saxiri, & impediri.

Summarium statuti 43. de regimine Potestatis.

1 *Hoc statutum est repetitum per statutum 99. in ciuilibus, & pro debito priuato, nemo potest carcerari.*
2 *In domo quis, non debet capi pro debito priuato.*
3 *Domus vnicuique, tutissimum refugium.*
4 *Amplia, vt quis non possit capi sub porticu, gronda, & super ostio, ex statuto 41. in ciuilibus, licet contrarium sit de iure.*
5 *Qualiter puniatur faciens aliquem iniustè carcerare.*
6 *Capi, an quis possit in domo si repertus extra domum à familia domum se recepit.*
7 *Quid si insecutus à familia in Ecclesiam se recepit.*
8 *Quid in criminalibus, an quis possit capi in domo propria, dic quod sic.*
9 *Quid pro debito publico, & Fiscali.*
10 *Carceratus, an de iure contrahere possit.*
11 *Carceratus iustè pro vno debito, potest pro alio debito recomendari.*
12 *Amplia, vt carceratus pro delicto, possit recomendari pro debito, quod tamen an sit verum vide.*
13 *Carceratus pro debito priuato, an possit arrestari pro debito Fiscali.*
14 *Carceratus pro debito priuato, an possit arrestari pro delicto.*
15 *Quid stante hoc statuto.*
16 *Hoc statutum dicitur conforme iuri communi, scilicet, quod iure carceratus pro delicto, non potest arrestari pro debito.*
17 *Carceratus pro vno delicto, an possit pro alio arrestari.*
18 *An detentus pro vna causa, possit pro alia arrestari, ex qua non sit obligatus ad carceres.*
19 *Carceratus iniustè, an possit carceribus recomendari.*
20 *Carceratus iniustè, potest licitè, & in foro conscientia aufugere.*
21 *An possit tunc iustè occidere custodes.*
22 *Carceratus iniustè, potest licitè resistere familiæ.*
23 *Quatuor requisita copulatiuè, vt carceratio dicatur iusta.*
24 *Carceratus iniustè, si potest non fugiendo peccat, & punitur.*
25 *Carceratio an in dubio iusta præsumatur.*
26 *Præsumitur pro Iudice, quò ad iustitiam, non quò ad ordinem processus.*
27 *Carceratus iniustè à principio pro vno debito, licitè potest retineri, quando debitum est postmodū iustificatum.*
28 *Malè captus pro vno debito, non potest recomendari pro altero.*
29 *Carceratus non potest de nouo recomendari, nisi potens recomendare, habeat sententiam Iudicis, & praceptum relaxatorium.*
30 *Cautella pro carcerato ad euitandum, ne possit iterum recomendari.*
31 *Recomendatio, an possit fieri tempore non iuridico.*
32 *Casus in quibus quis potest pro debito priuato carcerari ex statutis Papiæ, & Nouis Mediolani Constitutionibus remissiuè.*
33 *Pro debito ciuili quis non potest carcerari de iure regulariter.*
34 *Dos vni titulo debita non est ponenda in alio.*
35 *Debitum publicum, & priuatum quod dicatur remissiuè.*

1 Hoc statutum † repetitum est in statuto 99. In Ciuilibus, sed magis clarè, quia in illo Statuto declaratur hoc, dū dicitur quod carceratus pro debito publico, vel maleficio non possit impediri; intellige pro debito priuato, cuius causa superueniat sequestrum ad instantiam alicuius priuatę personę, Item adde quod pro debitis priuatis nemo personaliter detineri potest, nisi in casibus Nou. Constit. Mediol. in tit. de prohib. & concess. execut. personal. in princip. vel nisi ex statutis caueatur, d. tit. de prohib. &c. in princip. & cap. rescripta il 2. tit. de rescript. latissimè Carpān. ad Statut. Mediol. cap. 167. per tot.
2 Item adde, † quod pro debito priuato non potest quis capi in domo, in qua habitat cum familia, cum † domus propria, vnicuique debeat esse
3 tutissimum refugium, l. plerique vbi DD. & præsertim Ias. qui ampliat, & limitat plurib. modis hanc regulam, ff. de in ius voc. latissimè Ant. Gabr. in suis communib. in tit. de malef. conclu. 10.
4 text. in l. nemo vbi DD. ff. de reg. iur. † quod amplia, vt nec etiam quis possit capi sub porticu, nec sub grunda, nec super hostio domus suæ propriæ

siue

sive conductæ, vt disponit stat. 41. in ciuil licet deiure communi contrarium sit dispositum, potest enim quis capi eo iure in porticu domus, vt per Angel. Paul. Castr. Alex. & Ias. in d. l. plerique ante eos, Baldus in rub. colum. prima, in fine, ff. soluto matrimo[illegible] Nec non, & quando esset in ostio domus extra clausuram, Ang. Alex. & Ias. in dict. l. plerique, Ant. Gabr. dicta concl.
5 10. num. 23. & 24. † si tamen quis contra formā horum statutorum capiatur, possunt Protectores carceratorum cogere, & condemnare quoscunq; qui non ritè, aliquem detineri fecerint ad satisfactionem expensarum factarum per ipsos, non ritè detentos, & habito prius sermone cum Iudice, vt disponunt N. C. Mediolani in tit. de officio Protectorum carceratorum, & quamuis dicti Conseruatores possint cognoscere de rititudine; non tamen de rectitudine cognoscere possunt, vt ita prohibetur ex Nouis ordinibus Senatus Excellentissimi editis die 29. Ianuarij 1554. sub rubr. De Protect. carcerat. hoc autem Protectorum officium biennale est, & quot, & quomodo elligendi sint, declarat nouissimus Ordo Senatus, editus die 30. Martij 1554. Carpan. ad statuta Mediolani, lib. 2. cap. 150 & seqq.

Sed stante, quod non possit capi in domo pro-
6 pria, † quæro quid si quis fuerit repertus extra domum, & dum familia eum insequeretur fugit domum, an tunc intra capi poterit Alex. conf. 24. nu. 26. lib. 2. tenet, quod sic; contrarium tamen est verius, vt post Alex. & alios, tenet Ias. in d. l. plerique, num. 13. Marian. Soc. in tract. citat, in 5. ampliatione, col. 2. Fel. in cap. fin. col. 8. in fine de foro compet. Gabr. dicta concl. 10. num. 44. facit ad hoc, quod voluit Iul. Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 30. num. 18. vbi post Bossium,
7 & alios per eum allegatos, † vult quod si familia insequatur aliquem, qui per loca profana se aufffert, & recipiat in ecclesiam, quod non potest amplius ab ea extrahi, & capi, vbi etiam testatur hanc veriorem, & magis communem.

Hæc autem regula, quod debitor non possit ca-
8 pi in domo propria pluribus modis † limitatur de quibus per Ias. in dict. l. pleri que, & Gabr. dicta conclus. 10. apud quos videre est.

Limitatur autem inter alias, vt non procedat in criminalibus, in his enim quis potest extrahi è domo propria, glo. & DD. in d. l. nemo, ff. de reg. iur. Angel. Castr. & Ias. in l. plerique, cum alijs de quibus per Gabr. dicta concl. 10. num. 37. versic. duodecimo limita, cui addo Menoch. de arbitr. in l. quæst. 88. nu. 2.

9 † Limitatur secundo in debito publico, & sic Fiscali, tunc enim quis non est tutus in domo propria, Ias. post cæteros DD. d. l. plerique, Gabr. dicta concl. 10. num. 39. Boss. in tit. de captura. num. 87.

10 † Hic autem non inutiliter quæri potest, nunquid carceratus valeat contrahere, & vide Clar. in §. fin prax. crim. quæst 46. nu. 6. vers. plerumq; qui tenet, quod de iure non possit contrahere, de consuetudine tamen contrarium seruatur, quā regulam latissime examinat Baiard. in addit. ad dictū Clar. in dicta q. 46. in verbo scias etiam num. 20. vbi allegat Farinac. & alios, ac distinguit latè post multos Farinac. de carcer. & carcerat. quæst. 35. per totum.

11 † His sic præcognitis, contingit dubitari, nunquid iuste carceratus pro vno debito, possit iterū recomendari pro alio debito, quod pulcre examinat, Bal. conf. 384. volum. 2. & tradit Bart. in l. 2. §. qui exhibendi, num. 4. vbi Appost. ff. de custodia reorum; conclusio est iustè carceratum pro vno debito, posse pro alio recomendari, ita Bart. in d. §. qui exhibendi, num. 4. & hoc etiam reperitur permissum Papiæ per stat. 99. infra in ciuilibus.

12 † Amplia vt etiam carceratus pro delicto, possit recomendari in carceribus pro debito priuato, Bart. in l. cum eo, num. 3. ff. ad l. Iul. pecul Boss. in tit. de captura num. 91. Ias. in d. l. plerique. nu. 27. Farinac. in sua praxi, in tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 35. vbi firmat regulam negatiuam, & ampliat, & limitat infinitis modis, ad quem recurras, est enim locus plenissimus, & vide num. 28. in princ. vbi intelligit regulam negatiuam, quod carceratus non possit cōtrahere, procedere in carcerato iniuste, secus in iuste carcerato, vt ibi per eum.

Contra tamen hanc ampliationem, quod imo captus pro vno delicto, non possit pro debito arrestari, tenet Farin. pluribus citatis, dicta concl. 27. in tit. de carceribus, & carceratis, num. 154. vbi fatetur hanc veriorem, & receptiorem, quidquid in contrarium voluerit Bossius.

13 † Amplia etiam si quis esset carceratus pro debito priuato, nam tunc posset arrestari pro debito Fiscali, ratione priuilegij Fisci, l. 3. §. fin. ff. ad l. Iul. pecul. Bal. conf. 90. in fine, vol. 5. & è contra carceratus pro debito fisci, potest arrestari pro debito priuato, ita Bart. in l. quoties C. de exact. tribut. lib. 10. Angel. Aret. in §. eum quoq; col. 3. versic. aduersus tamen instit. de act. Guid. Pap. quæst 61. num. 3. quos sequitur Peregr. de iure
14 Fisci lib. 6. tit. 7. num. 23. † & carceratus pro debito priuato, potest arrestari, pro delicto, vt per Farin. de carceribus, & carceratis, quæst. 27. num. 154.

15 † Scias tamen, quod hæ duæ ampliationes nō vindicant sibi locum in nostra Ciuitate Papiæ, stante hoc nostro statuto disponente carceratum pro debito publico, vel maleficio, non posse recomendari pro debito priuato, prout etiam cauetur alio statuto 99. in ciuil. quæ statuta corrigunt in his duobus casibus ius cōmune ex supra-
16 dictis, † & in hoc statutum nostrum est conforme iuri communi, quo iure, vt supra dixi, carceratus pro delicto, non potest recomendari pro debito.

17 † Amplia, vt etiam carceratus pro vno delicto, possit pro alio recomendari, distinguendo tamen vt per Bart. in d. l. 2. §. qui exhibendi, num. 4. ff. de cust. reorum, Carp. in addit. ad statuta Mediolani, cap. 242. nu. 3.

18 † Ampliatur adeo procedere, vt possit detentus pro vna causa sequestrari pro alia, ex qua non sit obligatus ad carceres, Rebuff. de litteris obligatorijs, art. 11. gl. 3. nu. 20.

19 † Falliit primo in carcerato iniuste, qui non potest carceribus recomendari, Bart. in d l. 2. §. qui exhibendi, & in fine, & quæst. incipiente lappus num. 4. Boss. in tit. de captura, nu. 9. ac 92. cum infinitis alijs congestis per Carpan. dicto cap. 243. num. 15. cui addo Rip. autem maternū in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 36. vers. decimo septimo, ff. de acquir. possess. imo quod
20 magis est † carceratus iniustè, & indebitè, potest licitè etiam in foro conscientiæ è carceribus aufugere

fugere, & carceres frangere, etiam cum detrimento Custodis, vbi egrediendo impediretur, adeout, si mortem aliter euitare non posset,
21 † ob illatam ei violentiam; & impedimentum, quod ad mortem tenderet, valeat etiam impune interficere custodes, Paris. de Putheo, in tract. de syndic. in verbo carcerem, Rip. in l. admonendi. num. 191. ff. de iureiur. Didac. lib. primo, var. ressolut. cap. 2. num. 12. Grammat. consil. 51. num. 5. & 6. cum alijs, de quibus per Menoch. de arbitr. ind. casu 301. nu. 14. Boss. in tit. de capt.
22 num. 6. † Imo potest etiam de iure resistere familiæ eum capere volenti impunè, vt per Gram.
23 d. cons. 51. num. primo, cum seq. † Ad hoc autē, vt carceratio dicatur iusta, quatuor copulatiuè requiruntur; scilicet, causa, iurisdictio, ordo, & forma carcerationis, de quibus per Bal. cons. 40. & seq. vol. 1. Boer. decis. 215. nu. 34.
24 † Et aduerte, quod nedum carceratus iniustè fugiendo peccat, imò peccat non fugiendo si potest, cum non debeat pati se duci ad mortem, quo casu etiam sui homicida diceretur. Imo si non fugit cum posset, nedum peccat, imo criminaliter punitur, vt ostendit pluribus citatis, Farinac. in tit. de carceribus, & carceratis quæst 30. num. 122. & seq.
25 † Et scias, quod in dubio carceratio præsumitur iusta, & valida, quatenus sic appareat in actis, & processu, alias secus, ita Farinac. in d. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 30. nu. 143. cum
26 seq. vbi adducit rationē, † quia scilicet pro actu Iudicis præsumitur, cap. in præsentia de renuntiatione, scilicet quoad iustitiam, non tamen præsumitur, quoad ordinem processus, nisi quatenus ex dicto processu apparet, vt per Nattam consil. 525. nu. 40. ac Signorol. per eum allegatum.
27 † Aduertas tamen, quod hæc limitatio, scilicet, vt carceratus iniustè, non possit carceribus recomendari, non ita indistinctè procedit, nam si quis est carceratus iniustè pro vno debito; & sic pro debito, de quo non constabat tempore carcerationis, si tamen post factam carcerationem superuenit debiti probatio, adeo vt si captura non est concessa, & debitor non esset captus, esset de nouo capiendus, tunc isto casu potest Iudex captum male à principio, potest bene detinere, & Iudex excusatur per iustificationem capturæ superuenientem, Farinac. hanc magis communem, & in praxi seruari fatetur, in tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 27. nu. 151. vbi num. 152. intelli-
28 git procedere, † quando indebite captus detinetur pro eodem debito, pro quo à principio fuit male captus, secus si malè captus pro vno debito recomendaretur pro alio debito, vel delicto, nam tunc cum prima captura sit nulla, non poterit pro alio debito, seu delicto, arrestari, seu recomendari, vbi infinitos ad hoc allegat, & licet nu. 153. attestatur hoc non seruari de facto in suis partibus, apud nos tamē crediderim omnino seruari, cum æquissima sit restrictio.
29 † Fallit secundo, vt conclusio supra firmata, intelligatur, quando quis fuit carceratus pro debito liquido, vel liquidato, tempore detentionis, Brun. in tract. cession. bonorum, quæst. 4. princip. num. 32. sequitur Farin. dicta quæst. 27. nu. 154. vbi vult, quod ad hoc, vt captus pro vno debito, possit pro alio debito arrestari, debet creditor arrestans in declarationem sui crediti habere sententiam Iudicis, & mandatum relaxatoriū, alias non potest eum facere recomendare, & ideo
30 † dat cautelam debitori carcerato timenti se posse arrestari pro alijs debitis, vt debitum, pro quo captus fuit, offerat, & consignet antequam à Iudice detur licentia de ipsum capiendo ad instantiam aliorum creditorum; nam tunc, cum secundum eum sit de carcere relaxandus, recomendari minime poterit; ita Farinac. loco mox citato post Brun.
31 † Fallit tertio, quando huiusmodi recomendatio facta fuisset tempore non iuridico, videlicet, tempore feriato, in honorem Dei; tunc enim non tenet, non enim dicto tempore potest fieri captio, nec recomendatio, Alex. cons. 159. num. 7. vol. 2. cum alijs de quibus per eundem Carp. ad dictū cap. 243. num. 12.

Ex quibus casibus quis valeat pro debito priuato carcerari in hoc Dominio Mediolani, videas in Nouis Constit. Mediolani, in tit. de prohib. &
32 concess. executionib. personalib. † in quibus firmatur regula negatiua, exceptuans tamen plures casus, de quibus vide etiam infra in statuto nostro ciuili 154. vbi pariter firmatur regula negatiua,
33 prout est etiam de iure communi, † quo iure regulariter debitor pro debito ciuili nequit carcerari, secundum Bart. in l. cum eo, nu. 2. versic. si vero pro debito, ff. ad leg. Iul. pecul. cum alijs, de quibus per Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 88. num. 6. & latè dicetur infra ad dictum stat. 154.
34 † vbi proprie cadit materia, ne dos debita vno loco detrahatur, & ponatur in alio, secundum Ias. in §. actiones, num. 32. instit. de act. & per Gomes. in rubr. eiusdem tit. & ibi latè declarando Nouas Constit. Mediol. in d. tit. de prohibit. & concess. execut.
35 In verbo [pro debito publico] † quæro, quod dicatur debitum publicum, & priuatum, & dicas, quod omne debitum dicitur priuatum, excepto Fiscali, veluti Principis Vniuersitatis, vel Municipij, Luchas de Pena in l. ex omnibus, circa finē, per illum tex. C. de decur. lib. 10. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 167. num. primò.

De stratis Mediolaneñ. & alijs stratis Communis Papiæ reaptandis. Rubr. 44.

Item statuimus, quod strata Mediolanensis, qua itur Papia Mediolanum, & vniuersæ aliæ stratæ publicæ, quibus Papiam vndique venitur, longe à Ciuitate Papiæ per quinque miliaria: Aptentur, & reaptentur quam citius fieri possit secundum ordinē, & dispositionem officij Dominorum duodecim Sapientum Ciuitatis Papiæ.

Sum-

Summarium statuti 44. de regimine Potest.

1 *Via, actus, iter, & strata, quid inter se differant.*

2 *Via publica, quæ sit, & quæ requirantur ad viam publicam faciendam.*

D hoc stat. adde decretum 45. registratum infr. post statutum malleficiorum; hodie tamen Iudex stratarum non seruat statuta Papiæ, vix quandoq; seruat dispositionem Nouarum Constit. Mediolani in tit. de vijs publicis muniendis, & pontibus manutenendis, quia allegat habere particularia decreta ab Illustri Magistratu extraordinariorum status Mediolani, qui tamen ordines fuerunt reformati ab Illustrissimo, & Excellentissimo Gubernatore status Mediolani ex voto totius supremi consilij secreti.

1 In verbo [quod strata] † via, actus, iter, & strata quid differant, vide Ioseph. Ludouicum in suis communibus, concl.76. Menoc. de retin. poss. remed.5. & dic quod via est ius eundi, agendi, & ambulandi, l.1. §. via, ff. de seruit. rustic. pred. & continet in se iter, & actũ, licet plus inueniatur in via quam in actu, vt per Cœpol. in suo tract. de seruit. rustic. prædiorum in tit. de seruit. viæ, nu.1. cum seqq. vbi nu.3. declarat, quæ dicatur strata, scilicet quod est via matonata lapidibus viuis, vel coctis, l.1. §. viam, vbi Bart. ff. de via publica &c. & hoc est vtile scire secundum Cepolam mox allegatum ad intelligentiam statutorum, nam stante statuto, quod delictum commissum in strata duplicetur, si accusator dicat commissum maleficium in via non concludit pœnam debere duplicari, & latissime de via tractat Cepola, & Menoch. loco mocitato, ad quos recurras.

Scias etiam quod actus est ius agendi, vel iumẽtum, vel vehiculum, & tunc differt ab itinere nam habens iter non potest ducere instrumentum agrorum per terram, secus autem in habente actum, vt per Cepol. in d. tract. in tit. de seruit. actus, cap. 2 nu.1. ac 4. & ibi vide latè.

2 Quæ autem dicatur via publica, dic vt per Auũ maternum Rip. in l. quominus, q.13. num.92. ff. de flum. vbi vult quod adhoc vt via dicatur publica tria requirantur, primo quod per eam publicè iter fiat, secundo quod solum publicũ sit, tertio quod nos ducat in Ciuitatem, Villam, vel Coloniam, & vide nu.23. vbi vult quod via, quæ nos ducit ad rura dicitur priuata non publica, sequitur Bertazol. in cons.41. nu.78. & 79. in ciuilibus.

Qualiter autem dicatur via, publica, priuata, & vicinalis dic vt per Cœpol. in tract. de seruit. rust. prædiorum in tit. de ser uit. viæ, num.68. & plura etiam de via publica, post Cepol. locis mox allegatis videas apud Boss. in tit. de via publica per totũ Surd. cons.321.

Quod quælibet persona habens aliquas possessiones, per quas, seu iuxta quas aquæ sint solitæ deriuare, teneatur facere, & fieri facere fossata super suis terris, per quæ dictæ aquæ labantur, & ipsa fossata tenere aperta. Rub.45.

Item statuimus, quod quælibet persona cuiuscunque status, & conditionis existat, & quodlibet Collegium, & Vniuersitas, quæ, seu quod habeat, seu possideat aliquas terras, seu possessiones in districtu Papiæ, per quas, seu iuxta quas aquæ solitæ sint, & consuetæ deriuare, & labi, & ab antiquo labantur, & deriuentur, teneantur, & debeãt facere fossatum, seu alueum super prædictis suis terris, & possessionibus, per quæ fossata, seu fossatum aqua, seu aquæ ab antiquo fuit, vel fuerunt solita, vel solitæ labi, & deriuare, ac discurrere. Et dicta fossata, seu alueum tenere aperta, & spaciata, & apertum, & spaciatum, taliter, & eo modo, quod aquæ, quæ solitæ sunt discurrere, possint, & valeant discurrere, & deriuare, & labi liberè absq; vllo impedimento, ita quod dictæ aquæ, seu aqua non possit, seu possint aliquod damnum, seu detrimentum inferre vicinis possessionibus, & terris existentibus in parte superiori, vel à latere. Et quod D. Potestas Ciuitatis Papiæ, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, teneatur, & debeat compellere, & constringere quamlibet personam, Communitatem, vel Vniuersitatem, seu Collegium ad faciendum dicta fossata, seu alueum: Et ad tenendum dicta fossata, seu alueum aperta, & spaciata. Ita, & eo modo, quod dictæ aquæ, seu aqua possint, & valeant discurrere, & deriuare sine aliquo obstaculo, & impedimento. Et condemnare contrafacientes in libris quinque Papiæ, pro quolibet, & qualibet vice, & minus arbitrio ipsius Domini Potestatis inspecta qualitate facti, & conditione personæ. Et prædicta dictus D. Potestas teneatur, & debeat obseruare, & obseruari facere ex suo mero officio, & ad instantiam, & requisitionem cuiuslibet personæ, Collegij, Communitatis, & Vniuersitatis hoc requirentis, quæ, seu quod damnificetur, seu damnificari posset propter obstaculum, & impedimentum

decursus dictarum aquarum, quæ discurrere, ac deriuare, seu labi non possent secundum decursum ipsarum aquarum, seu aquæ solitæ solitum consuetum, & antiquum.

Summarium Statuti 45. de Regimine Potestatis.

1 *Ductus aquæ ad fontem, vel commodum publicum si transeat per locum priuati expensis publicis debet reparari.*
2 *Fossatum quid, & quid Alueus.*
3 *Conductor an teneatur mundare fossata.*
4 *Quid in purgatione cloacæ, & putei.*
5 *Vsusfructuarius, an heres teneatur ad reparationem viarum.*
6 *Copula posita inter incompatibilia resoluitur in disiunctiuam.*

IN Verbo [aliquas terras, seu possessiones] hoc statutum videtur contra
1 ius commune, cum eo iure † ductus aquæ ad fontem, vel ad aliam vtilitatem publicam, si transeat per locum priuati, ita debet seruari, & manuteneri expensis publicis, quod illi priuato non noceat, l. fistulam, ff. si seruit. vendicetur, Cæpol. in tract. de seruit. in tit. de aquæductu, num. primo.

2 In verbo [& dicta fossata, siue alueum] † fossatum quid sit, & de effectu fossati, vide apud Cardin. Tusch pract. concl. iur. in littera F. in conclus. 448. per totam, ac etiam quid sit alueus fluminis cuius sit, & quæ liceant in alueo fieri, vide apud eundem Tusch. in littera A. concl. 319. per totum.

3 In verbo [aperta, & spatiata] † quæro de iure quis teneatur ad purgationem fossatorum, locator, an vero conductor; & dic secundum Caroc. de locato, & conducto, in tit. de melioramentis, quæst. 3. attendendam esse consuetudinem loci; si verò non appareat de consuetudine, tunc distingue, quia aut purgatio fossatorum tendit ad perpetuã vtilitatẽ, & sic vltra tempus conductionis, & tunc tenetur locator; Aut talis purgatio nõ transcendit tempus conductionis, & respicit vtilitatem conductoris, & tenetur ipse conductor, Bart. in l. penult. ff. de impẽs. in reb. dotal. fact. & in cõs. 193. commune lucignani nu. 2. in 2. dub. lib. 1. Ioseph. Ludou. Decisio Perus. 58. num. 8. Alex. cons. 4. num. 7. lib. 5. & hæc est communis opinio, teste Carocio vbi supra, qui plures alios ad hoc allegat, & ampliat procedere supradicta, siue fossata sint propria fundi conducti, siue communia cum vicinis, & allegat Petr. de Vbald. de duobus fratribus parte 6. quæst. 12. in fine, hanc etiam distinctionẽ sequitur Cardin. Tusch. in dicta littera F. dicta concl. 448. num. 8.

4 An autem conductor teneatur ad refectionem putei vicinæ cloacæ, videas eundem Carocium vbi supra quæst. 4. vbi concludit teneri locatorem, & si conductor aliquid ad hoc expendat posse computare cum pensione, vt ibi latius per eum.

5 † Sed quæro si vertatur quæstio inter heredem, & vsufructuarium, quis teneatur ad expensas, & reparationem stratarum; & dic, quod propter transitum exercitus, vel aduentum Principis expensæ omnes reparationis stratarum pertinent ad vsufructuarium, tex. cum glo. in l. si pendentes, §. si quid, ff. de vsufr. quem tex. limitat. Rom. sing. 155. num. 158.

In verbo] ex suo mero officio, & ad instantiam
6 partis] † dictio & , stat disiunctiuè, quia ponitur inter incompatibilia, vt in casu nostro, nam sunt incompatibilia, quod Iudex procedat ex officio, & instantiam partis, cum dicatur procedere ex officio, quoties procedit sine querela, vel accusatione partis, non autem cum querela, ita Pract. Papiensis in forma inquisitionis, num. 4. Iulius Clarus in §. fin. praxis crim. quæst. 3. num. primo, & quod copula posita inter incompatibilia ressoluatur in disiunctiuam, est tex. in l. si titio, vbi Bart. ff. de vsufr. legato, Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 180. versic. fallit tertio, ff. de acq. possess. tex. in l. sæpe, ff. de verb. signif. Alex. cons. 48. nu. 3. lib. primo.

Quod quilibet Ciuis teneatur ad minus habitare cum familia sua in Papia per tres menses. Rubr. 46.

ITem statuimus, quod omnes, & singuli Ciues Ciuitatis Papiæ, & asserentes se esse Ciues Ciuitatis Papiæ, & qui continuè habitare consueuerint in Burgis, Terris, Villis, locis, & Castris districtus Papiæ, non banniti de tali maleficio, de quo pœna sanguinis debeat ingeri, nec rebelles Communis Papiæ, teneantur, & debeant venire ad standum, & habitandum in Ciuitate Papiæ cum eorum familijs, vel maiori parte familiarum suarum, & cum vxoribus si habent, per tres menses continuos cuiuslibet anni ad minus, videlicet, de mense Nouembris, Decembris, & Ianuarij si habent in valimento libras quinq; mille, vel abinde supra. Alioquin non habeantur, nec teneantur Ciues, nec pro Ciuibus Ciuitatis Papiæ, quo ad honores, & officia Communis Papiæ. Et vltra condemnentur Communi Papiæ in libris quinquaginta Papiæ. Possint tamen duodecim Sapientes quascunq; personas, quæ eis videbuntur ex iusta, & rationabili caussa licentiare, deliberare, & absoluere à præsenti statuto.

Summarium statuti 46. de regimine Potest.

1 Ciues ex statutis Papiæ, qui dicantur.
2 Ciuitas hominum adiectione repleri debet.
3 Hoc statutum, compellens Ciues habitare, valet.
4 Ciuis latitans metu officialis, an interrumpat ciuilitatem.
5 Ciuis habitans modo in Ciuitate per tres menses, modo ruri per nouem, vbi sit citandus, vel quid si in duabus domibus.
6 Ciuis propriè quid sit.
7 Concesso aliquo, censentur concessa omnia sine quibus concessum esse non potest.
8 Sermo generalis ad habilia restringitur.
9 Rebelles qui dicantur.
10 Rebellis vt dicatur, an sit necessaria sententia declaratoria.
11 Non entis nulla qualitates.
12 Continuum quid dicatur, & tempus an continuum, an vtile dicatur.

1 Item statuimus, † Ad hoc statutum adde statutum ciuile 132. versic. & intelligantur, & statutum ciuile 81. in fine, vbi declarat, qui nam intelligantur Ciues, & adde stat. ciuile 129. vbi derogatur huic statuto, vt illud habeat locum etiam in forensibus descriptis in æstimo cum Ciuitate Papiæ, & in ijs qui habent in bonis valorem florenorum mille, & 2 abinde supra. Ratio huius statuti esse potest, † vt Ciuitas adiectione hominum repleatur, & adimpleatur, l. cum ratio, §. sed & Diuus Adrianus, ff. de bonis damnatorum, l. 1. ff. soluto matrimonio. & ne contingat Ciuitatem suis proprijs Ciuibus denudari, vt per Rom. cons. 59. num. primo, vbi adducit has duas rationes.

3 † Et quia dubitari posset, an tale statutum valeat iuxta ea, quæ consuluit Rom. cons. 59. in principio, licet teneat ibi Rom. valere, & ibi appost. ad eum, ideo in Nouis Constitut. Mediol. in tit. de oneribus, cap. quicumq; ciues; sancitum est, quod Ciues tam originarij, quam ex priuilegio etiam in Ciuitate censiti, qui habitant cum maiori parte familiæ à festo Sancti Martini vsque ad calendas Maij extra Ciuitatem, & Burgos, tenentur ad solutionem onerum, prout rurales, etiam cum ruralibus, quæ tamen constitutio vsu recepta non est, ait Plot. in l. si quando, nu. 321. vnd. vi, quod verum non est: An autem quis cogi possit habitare in Ciuitate, videas Bar. in l. prima. ff. de decur.

4 † Iuxta tamen hoc statutum, quæro, quid si Ciuis latitauerit metu Prætoris, an intelligatur interrupta ciuilitas; dic quod non, vt per Bart. in opere statutorum, in verbo Comitatenses,

5 † Item quæro, si contingat citari Ciuem, qui habitat Papiæ per tres menses, & ruri per nouem menses, vbi citabitur, Bart. in l. 4. §. Prætor, col. 2. num. 9. ff. de damn. infecto, tenet, quod debet citari, vbi degit tempore citationis, sequitur Raphael Cuman. cons. 146. num. 2. & sequitur Asin. in sua praxi iud. §. 6. cap. 2. num. 3. & 4. cum seq. vbi late quærit, quid si quis habitat in duabus domibus, an sufficiat in alterutra citari, & quid si æstatis tempore habitat ruri, an ibi veniat citandus, vt ibi latè per eum, & per Alb. cons. 255.

In verbo[omnes, & singuli Ciues] quæro quis 6 propriè dicatur Ciuis; † & dic, quod ille dicitur, qui natus est in Ciuitate, & originarius eius est, Brun. in tract. stat. fœm. exclud. articulo 12. q. 4. num. 10. non autem qui de foro veniunt, & sic incolæ, Bal. in l. ciues, num. 4. vbi appost. C. de appell. Item propriè dicitur Ciuis, qui sustinet onera in cōmuni, Boss. in sua praxi crim. in tit. de Principe, & eius priuileg. num. 363. versic. tamen veritas est in contrarium, quod idem cauetur in Nouis Constit. Mediolani, in tit. de feudis, cap. interdictum est, §. habeanturq; pro ciuibus; An autem appellatione Ciuium veniant Clerici, & Monaci, videas Alex. affirmatiuè concludentem in l. 3. §. fin. ff. de operis noui nuntiatione, nu. 12.

In verbo[non banniti] dic, quod ratio illa esse videtur, quia bannum, & habitatio sunt repugnantia, quæ simul concurrere non possunt, l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. alioquin sequeretur, quod si banniti cogerentur habitare, censerētur 7 in necessarium antecedens remissi ingratiam, † nā qui aliquid vult, ea omnia velle dicitur, sine quibus illud esse non potest, per ea, quæ tradit Euerar. in topica legali à loco à conseq. ad antecedens; merito statutum excipit, bannitos, & rebelles.

Adde tamen, quod licet statutum non exciperet bannitos, & rebelles, adhuc tamen ipsi non 8 compræhenderentur, vti inhabiles, cum † sermo generalis semper restringatur ad habiles vulgata, l. si quis, in graui, §. vtrum, vbi Bart. ff. ad Sylanianum.

9 † In verbo[Rebelles] † qui dicantur rebelles, videas Bart. in extrauag. super constit. qui sint rebelles in princ. verbo, rebellis, & ibi Additiones, & verbo tenore, Bal. cons. 233. lib. 2. Brun. cons. feud 38. tu autem dic rebelles quinque modis dici, scilicet conuertentes se ad hostes, denegando obedientiam Principi, vel non receptando eius gentem, exercendo opera hostilia in eum, & in eius Ciuitates, & Castra, machinantes aduersus personam ipsius Principis, vt per Peregr. de iure fisci, lib. 3. tit. 8. num. 8. in quo titulo plura de rebellibus.

10 † An autem ad hoc vt quis rebellis probetur, sit necessaria sententia declaratoria, videas latè Mascard. de probat. conclus. 1263. per totam, vbi latissimè per ampliationes, & limitationes.

In verbo[cum vxoribus] quæro quid si non habeant vxores, resp. quod statuta semper intelligi debēt præsupposito semper intellectu sui posi-11 tiui, alioquin, † non entis nullæ sunt qualitates, l. eius qui in prouincia, ff. si certum petatur, & ideo optima ratione statutum subiungit illa verba, si habent.

12 In verbo[continuos] † quomodo intelligantur, vide Socin. in l. si quis ita, ff. de condition & demonstrat.

Quod autem dicatur tempus continuum, & quod vtile, & an tempus à statuto datum censeatur vtile an vero continuum, videas latè Asin. in sua praxi iudiciali, in principio. cap. 8. num. 19. cum aliquibus sequentibus.

Quot homines faciant Communitatem. Rubr. 47.

Item statuimus, quod decem homines ad minus non ciues, quorũ quilibet sit caput domus, stantes, & habitantes in aliquo loco, Castro, vel villa territorij, vel districtus Papiæ faciant Commune, & Communitatem, & non pauciores numero, vt supra.

Summarium ad statutum 47. de Regim. Potest.

1 *Statutum concordat cum iure communi.*
2 *Collegium quot homines constituant familiã, quot, rixam, & quot turbam.*
3 *Doctores quot requirantur in approbatione laureandi.*
4 *Laureandus an possit aliquos Doctores suspectos allegare.*
5 *Cancellarius studij, potest solus lauream conferre si videat Doctores ob odium, reprobantes laureandum.*
6 *Doctorari an possit quis absque interuentu Cancellarij studij.*

1 Item statuimus &c.] hoc statutum concordat cum dispositione Iuris communis. c. vnico 10. quæst. 3. Io. de Platea in §. si grex, instit. de leg. vbi plures citat per illum tex.

2 Sed iuxta hoc quæro,† quot homines requirantur ad faciendum collegium; & dic. quod tres ad minus, l. neratius, ff. de verborum signif. Item requiruntur tres ad faciendam familiam, l. de testamento, ff. de verborũ signif. Duo faciunt congregationem, cap. 2. vbi gl de ellectione. Item duo faciunt rixam, l. prætor, ait, §. primo, ff. vi bonorum rapt. ad faciendum vero turbam requiruntur quindecim, d. l. Prætor, ait, §. primo, vbi Bart. & habetur per Plat. in d. §. si grex.

3 Sed iuxta hoc quæro, quot Doctores requirantur in approbatione laureandi, & in eius doctoratu, Bart. in l. vnica, num. 2. C. de profess. qui in Vrbe Constantinopol. lib. 12. tenuit, nouem doctores requiri in approbatione alicuius doctoris; nisi Ciuitas habeat priuilegium doctorandi, cum minori numero, prout est, Ciuitas Perusij, quæ ex priuilegio solum potest doctorare cũ quatuor Doctoribus, excepto præsentante; tu autem dic. quod verius solum septem DD. requiruntur de iure communi, l. si quis, C. de profess. & medic. lib. 10. ita tenet Bart. sibi contrarius, si modo vere est lectura Bartoli in l. magistros num. 2. C. de profess. & med. lib. 10. vbi appost. ad eum.

4 Sed iuxta hoc quæro † quid si laureandus habuerit Doctores aliquos suspectos, an possit allegare causas suspicionum, & facere, quod non sint præsentes eorum doctoratui, & quod non dent vota, dic quod sic, Abb. in cap. causam, quæ de officio, & potest. iudic. deleg. nu. 2.

5 Imo quod magis est, † si Cancellarius videret DD. dedisse votum reprobum, propter odium, tunc posset ipse solus approbare, si esset peritus, de quo vide Bal. in Auth. habita, C. ne filius pro patre, Appost. ad Bart. in d. l. vnica, C. de profess. &c. Appost. ad Abbat. in d. cap. causam quæ.

6 An autem † quis possit doctorari absq; eo quod interueniat Cancellarius studij, qui est Episcopus; & dic, vt per Cagnol. in §. hæc autem tria, num. 251. in proem. ff. quo loci vult, quod in iure ciuili tantum quis potest doctorari in studio habente priuilegium doctorandi ab Imperatore, absque præsentia Cancellarij studij, & sic Episcopi, vbi tamen fatetur in studijs generalibus semper vocari Cancellarium, etiam si quis doctoretur solum in puncto ciuil. & ita Papiæ etiam obseruatur.

De fideiussione præstanda per Potestarias. Rubr. 48.

Item statuimus, quod deinceps semel omni anno de mense Ianuarij Dominus Vicarius Domini Potestatis Papiæ, teneatur, & debeat à quacunque potestaria districtus Papiæ, & à quacunque preixa campaniæ Papiæ, videlicet à squadrerijs dictarum squadrarũ, suæ squadræ sitæ in Campania Papiæ, videlicet in preixa soprana, preixa mezana, & preixa subtana, & in sicomario Papiæ, videlicet, à squadrerio, seu Consule totius Sicomarij facere dare fideiussiones de omnibus his, & singulis, quæ statuta aliqua Communis Papiæ, tàm maleficiorum, ciuilium, gabellæ, salis, stratarum, victualium Communis Papiæ exigunt, & requirunt. Et quæ fideiussio auctoritate præsentis statuti ad omnes, & singulos officiales Communis Papiæ se extendat, & sufficiat. Qui officiales omnes, & singuli pro Communi Papiæ teneantur, & debeant in omnibus, & singulis casibus, & articulis dicta fideiussione esse contenti, & pro eorum officijs aliam fideiussionem seu promissionem à dictis potestarijs, squadrerijs, & Communitatibus locorum non exigere. Quos fideiussores Notarij Domini Vicarij accipere teneantur, & de qualibet

fideiussione habere debeant pro qualibet potestaria, vel squadra florenum vnum auri ad plus. Et si esset locus non suppositus alicui potestarie, seu squadre prædictarum, dictus locus teneatur si ibi habitauerint decem familiæ, & non aliter, & de qualibet fideiussione præstanda per locum aliquem non suppositum, vt supra habeant, & habere debeant solidos viginti Papiæ pro singulo loco, & Communitate prædictis, & si plus dicti Notarij exegerint, cadant in pœnam librarum 10. Papiæ, pro qualibet vice, & incontinenti exigatur per dominum Vicarium. Et credatur cuilibet squadrerio, seu Consuli pro qualibet potestaria, seu squadra, si præstare voluerint dictam fideiussionem pro dictis Communitatibus; quòd sint Consules, vel squadrerij dictarum potestariarum, & squadrarum. Et singularia loca supposita potestarijs, vel squadris, vel de Sicomario non teneantur dare fideiussorem, vel præstationem, vel promissionem coram aliquo officiali Communis Papiæ, nisi vt supra dictum est.

ITem statuimus &c.] hoc statutum non est in usu.

Quod Communia locorum non faciant statuta, nec prouisiones contra Commune Papiæ, vel homines Ciuitatis Papiæ. Rubr. 49.

ITem statuimus, quod Communia, & Vniuersitates Ciuit. & districtus Papiæ, non faciant, nec facere possint statuta, prouisiones, reformationes, siue ordinamenta, aliquas, vel aliqua, contra Commune Papiæ, siue Ciues Ciuitatis Papiæ, vel aliquem ipsorum. Et si qua, vel si quæ facta fuerint, non valeant, nec teneant ipso iure, & facto, & sint cassæ, & cassa, & pro cassis, & irritis habeantur.

Summarium stat. 49. de regimine Potestatis.

1 *CLausula ipso iure, & facto, quid importet.*
2 *Pœna quæ imponitur ipso iure, & facto, an declaratoriam requirat.*

IN verbo [ipso iure, & facto] dic quod nihilominus requiritur ministerium hominis, vt disponit infra statut 84. in ciuil.

1 † Quid autem importet dicta clausul. a ipso iure, & facto dic, prout dictũ est in d. stat. 84. vbi etiam
2 dictum est, † quando imponitur pœna ipso iure, & facto an requiratur citatio partis, & declaratoria, de qua per Antonium Gabr. in suis communibus in tit. de maleficijs conclus. 13. per totam.

Quod Bubulci, & Camparij non compellantur ad aliqua onera rustica. Rubr. 50.

ITem statuimus, quod aliquis Potestas, Officialis, seu Rector, vel alia Communitas non possit, nec debeat constringere aliquem Bubulcum, Camparium, Castaldum, Porcarium, Pastorem, seu quemcunque familiarem, qui stet, & habitet cum aliquo domino ad feudum, & ad vnum panem, & ad vnum vinum, qui ibi non habeat aliqua bona mobilia, & immobilia, ad soluendum aliqua onera realia, vel personalia pro ipso Communi, in quo fuerit, vel venerit ad standum, & habitandum: & si quis contrafecerit soluat pro pœna, & banno qualibet vice libras 25. Papiæ. Et nihilominus ipsi Bubulci, Camparij, Gastaldi, Pastores, seu familiares ad prædicta omnia minime teneantur.

AD hoc statutum, vide statutum ciuile 132. & decretum 51. & Adde, quod hodie editi sunt nonnulli ordines ab Ill. Magistratu ordinario redditus stat. Mediolani, in quibus distinguitur ad quæ onera teneantur, vel non teneantur, & quomodo compartiri debeant onera, vide etiam Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de oneribus cap. onera.

In verbo [onera realia, vel personalia] quæ dicantur onera realia, vel personalia dictũ est supra.

Quod de cætero non fiat aliquod homagium. Rubr. 51.

ITem statuimus, quòd aliquis de Ciuitate Papiæ, vel districtu, alicui Ciui Papiæ, vel Territorij se ligare, vel obligare pro suo homine, non possit, seu homagium facere, nec se hominem alicuius appellare, nec vnus alium suum hominem appellare prætextu cuiuscunq; obligationis, promissionis, vel sacramenti: & si contrafactum fuerit, non valeat, nec teneat. Sed sic contrafaciens, & promittens omni promissione, etiam vinculo sacramenti: sit liberatus, & absolutus: & vltra puniatur, & condemnetur, tàm promittens, quàm promissionem recipiens pro quolibet, & qualibet vice in libris centum Papiæ, nec eis reddatur ius in ciuili agendo, nec defendendo, donec prædictam pœnam soluerit. Et si quod homagium, vel obligatio facta fuit, vel fuerit, ipso iure, & facto non valeat, nec teneat, & sit nullius valoris, & momenti auctoritate præsentis statuti.

Summarium ad statutum 51. de Regim. Potest.

1 *HOmagium quid sit.*
2 *HOmagium quotuplex.*
3 *Homagium quibus modis quaratur.*
4 *Homagium in quibus rebus consistat.*
5 *Statutum an inualidare actum iuratum possit.*

ITem &c.] Adde pro maiori declaratione decretum primũ infra post statuta criminalia, in verbo [Statuimus, & decernimus.

1 In verbo [homagium] † quæro quid sit homagium; & dic, quod est fidelitas hominis pro temporalibus domino facta, vt per Præposit. super vsibus feud. in præludijs, col. 19. circa medium, vers. circa homagia, vbi declarat vnumquodq; verbum diffinitionis, videas etiam Bal. cons. 159. lib. primo, Menoch. alios citans cons. 426. num. 9. lib. quinto, huiusmodi autem homagium potius generali consuetudine vsurpatum est, quam sit iure scripto introductum, vt notat Specul. in tit. de feudis, §. quoniam, vers. secundo quæritur, vbi etiam nu. 2. ponit formam homagij, quãdo quis se facit hominem alterius.

2 † Est autem duplex homagium, ligium, & non ligium, homagium ligium dicitur, quod fit Imperatori, vel Regi supremo nullius fidelitate excepta, non ligium est, quando in fidelitate aliquis excipitur, scilicet facio tibi homagium, excepta fidelitate, qua tali domino meo ligio teneor, vt per Specul. in d. §. quoniã. nu. 4. versic. alij dicunt, & sequitur Idem Prepositus Mediolani in præludijs col. 19. circa finẽ. vers. tertio quæritur quotuplex, Abb. in cap. pastoralis, num. 13. de re iudic.

3 † Sed iuxta hoc quæro, quibus modis mihi quæratur homagium, & sic qualiter quis fiat homo meus; & dic quod decem modis; primo, per stipulationem; secundo, per pactum obligatorium; tertio, per confessionem in præiuditium eius qui confitetur; quarto, per sententiam, qua quis fuit pronuntiatus homo meus; quinto, præscriptione, scilicet quando quis spatio 30. annorum præstitit mihi seruitia tamquam homo meus; sexto, ratione originis paternæ; septimo, ratione contracti matrimonij, videlicet, quando meus homo ducit aliquam in vxorẽ, illa enim efficitur fœmina mea; octauo, successione; nono aditione hæreditatis hominis mei; decimo, per subrogationem, vt habetur, latè per Specul. in dicto §. quoniam, & per Præposit. in præludijs feud. col. 20. vers. quarto quæro qualiter quis fiat.

4 † In quibus autem consistat homagiũ, & ad quæ teneatur homo meus, maxime quando est ligius, videas latè Specul. & Præposit. supra alleg.

5 In verbo [etiam vinculo sacramenti] † hic congrue quæri potest, nunquid statutum possit inualidare actum etiam iuratum, de quo dictum est in præludijs: Tu autem dicas, quod non potest indirectè tollere vires iuramenti, puta disponendo, quod contractus etiam iuratus contra statutum factus præsumatur fictitius, & dolosus, ita Hieron. Gabr. d. cons. 13. nu. 5. cum plurib seq. Alba cõs. 72. num. 7.

Quod reformatio non tollat statutum. Rubr. 52.

ITem statuimus, quod alia reformatio, prouisio, seu deliberatio, vel ordinatio alicuius Consilij Ciuitatis Papiæ, non tollat, nec suspendat, nec minuat, nec tollere, suspendere, minuere, nec mutare possit in toto, vel in parte aliquod statutum Communis Papiæ, nisi illud fiat per Consilium generale, & maius Communis Papiæ. In quo Consilio ad minus sint duæ partes ipsius Consilij. Et nisi omnes de dicto Consilio fuerint citati voce præconia: & nisi maior pars præsentium in dicto Consilio sit in concordia, facto prius partito ad bussolas, & balottas, nisi confirmatio præfati Domini interuenerit.

Summarium statuti 52. de regimine Potest.

1 *Statuta an possint reuocari.*
2 *Quid in statutis iuratis, vel habentibus clausulam derogatoriam.*
3 *Iuramentum habet vim clausulæ derogatiuæ.*
4 *Statutum si reuocandum sit, an superioris auctoritas sit necessaria.*
5 *Et an eadem solemnitas in reuocando statuto sit necessaria, quæ in condendo.*
6 *Statutum, & reformatio an differant.*
7 *Reformatio an tollat statutum.*
8 *Reformatio an intellectum sumat à statutis reformatis.*
9 *Reformatio facta non seruata forma statuti, an valeat.*

1 IN verbo [per consilium generale] Iuxta † hoc statutum, quæro nunquid statuta possint reuocari; & dic quod per sequentia possunt mutari, & reuocari, etiã si de primo non fiat mentio in secundo, l. si quis in princ. ff. de leg. 3. § sed naturalia, instit. de iure nat. gent. & ciu. quod intellige secundum Bart. in repet. l. omnes populi, in 3. quæst. princ. num. 29. ff. de iustitia, & iure, latissime Alderan. Mascar. de gen. stat. interp. concl. 8. per totam vbi diuersimodè ampliat, & limitat, in simplici statuto, nam si alias, statutum transijsset in contractum, tunc in præiuditium eorum, quibus esset ius acquisitum ex tali statuto non posset reuocari, vt per Bart. vbi sup. nu. 30. Alex. cons. 101. num. primo, lib. primo, nisi hoc fieret ratione publicæ vtilitatis, vt per Alex. dicto cons. 101. num. 7. vbi hoc sentire videtur aperte, Ias. in l. barbarius, nu. 34. versic. duodecimo facit, ff. de officio Prætoris, Alderan. Mascar. dicta concl. 8. num. 47. & seqq. vbi istam limitationem ampliat duobus modis, & totidem sublimitat.

2 † Sed dubium est, quid in statutis iuratis, Bart. in l. omnes populi, num. 32. tenet quod sic, licet reuocantes efficiantur periuri, quod intellige procedere, quando de primis iuratis fit mentio in secundis, prout etiam dicimus in primis statutis habentibus clausulam derogatoriam, quia non reuocantur per secunda, nisi fiat mentio in secundis de clausula derogatoria l. si quis in principio, ff. de leg. 3. Mascard. vbi supra, num. 70. Alberic. in tract. stat. lib. primo, quæst. 16. quasi
3 per totam, & ratio esse potest, † quia iuramentũ habet vim clausulæ derogatoriæ, Bart. in l. si quis, in princ. num. 15. ff. de leg. 3 si vero nulla sit facta mentio priorum statutorum iuratorum, tunc prima statuta iurata non reuocantur per secunda, ita tenet Roman. cons. 436. num. 14. Alberic. de Rosate dicta quæst 16. cum alijs de quibus per Carpan. in addit. ad statuta Mediolani. in præludijs, num. 322. latissime Alderan. Mascard. dicta concl. 8. num. 70. & seqq.

4 † Sed dubium est nunquid in his reuocandis requiratur superioris auctoritas, videas Bart. distinguentem in d. l. omnes populi, in repet. num. 33. ff. de iust. & iur. Mascard. vbi supra, num. 91. vbi latissime tractat, an, & quando possit statutum reuocari sine superioris auctoritate.

5 † An etiam in reuocandis statutis ead. solemnitas requiratur, quæ in condendis; & dic quod sic, ita Bart. in l. omnes populi, nu. 33. ea ratione, quia eadem solemnitas requiritur in destruendo, quæ in construendo, Mascard. dict. concl. 8. num. 89. vbi quomodo procedat dicta regula pulcre habetur, & expresse etiam cauetur in hoc nostro statuto, dũ volunt statuentes non posse reuocari statutum, nisi per consiliũ generale, in quo sint duæ partes ex tribus, & sint omnes citati voce præconia, & sint pro maiori parte in concordia, & fiat partitum ad bussolas, & balotas, quæ penè omnia requiruntur in condendis statutis, vt per Bart. in repetitione l. omnes populi, num. 15. in secunda quæst. princ. ff. de iustitia, & iure, Bal. in l. nulli, nu. 2. ff. quod cuiusq; vniuersit. nom. Alex. cons. 40. num. 2. lib. 2. Alber. de Rosate, de statutis, lib. primo, quæst. 4.

6 In verbo [Reformatio] † quæro quid differat statutum, & reformatio; & dic, quod statuta ea dicuntur, quæ fiunt causa perpetuæ iurisdictionis, reformationes verò dicuntur, quæ fiunt, prout res incidit in Ciuitate, Bal. in cap. in causis ad finẽ extra de sententia, & re iudic. maius tamen est efficere statutum insertum in volumine statutorũ, quam sit reformatio extrauagans, vt per Ias. post Ang. in l. omnes populi, num. 8. cum seq. ff. de iustitia, & iure, videas etiã Paris. cons. 47. nu. 21.
7 & seq. vol. 3. † Quid autẽ si facta fuerit reformatio contraria statuto, an talis reformatio tollat ipsum statutum; & dic, aut tale statutum ante, & post reformationem semper fuit obseruatum, aut non; primo casu reformatio non tollit statutum, quia non dicitur interruptum, quod semper viguit; secundo vero casu sic Alder. Mascar. de gen. stat. interp. concl. 8. num. 32.

8 † Vlterius quæro nũquid reformationes recipiãt interpretationem à statutis reformatis an verò à iure communi; & dic, quod magis recipiunt interpretationem à statutis reformatis, quam à iure communi, Decian. in tract. crim. lib. 2. tit. de reformatione statutorum, num. 6. tom. 10. vbi per totum illum titulum, latissime tractat de statutorum reformatione, Mascar. de gen. stat. interp. concl. 2. num. 104.

9 † An autem reformatio facta non seruata forma statuti valeat, vide Cyn. in quæst. incip. quæstio talis est, videq; latè Brun. in tract. de constitut. decret. statut. & consuet. in verbo, reformare.

In verbo [consilium generale] nota quod consilium generale repræsentat totum populum, glo. in rub. C. quæ sit longa consuetudo, Bart. in dicta repet. l. omnes populi, in 2. quæst. princ. num. 16. Alb. de Rosate, lib primo stat. quæst. 4. num. 3. cum seq.

Quod masculinum genus concipiat fœmininum, & pluralis numerus concipiat singularem. Rubr. 53.

ITem statuimus, quod in statutis Communis Papiæ masculinum genus concipiat fœmininum, & numerus pluralis concipiat singularem, & singularis concipiat pluralem, & prædicta locum habeant, vbi ius, vel natura non resistit.

Summarium stat. 53. de regimine Potestatis.

1 *STatutum, quod masculinum concipiat fœmininum, procedit etiam in statutis prohibitorijs, & pœnalibus.*
2 *Masculinum an ex propria significatione comprehendat fœmininum.*
3 *Quid stante statuto, quod intelligantur statuta ad litteram.*
4 *Intellige in materia indifferenti alias secus.*
5 *An regula procedat, stante diuersitate rationis.*
6 *Masculinum an comprahendat fœmininum in successionibus ab intestato.*
7 *Quid in statutis.*
8 *Quid in vltimis voluntatibus.*
9 *Numerus pluralis duorum numero contentus est.*
10 *Fallit quando eadem ratio esset in numero singulari, qua in plurali.*
11 *Statutum, quod existentibus masculis fœminæ & c. procedit etiam quando vnus tantum masculus existit.*
12 *Statutum puniens producentem falsos testes procedit etiam si producatur vnus tantum.*
13 *Singularis numerus verificatur in vno.*
14 *Numerus singularis verificatur in plurali, quando verbum est aptum plura comprahendere.*
15 *Plurale non ressoluitur in singulare, nec è contra nisi aliqua vrgens ratio suadeat.*

1 AMplia † dispositionē statuti nostri procedere etiam in statutis prohibitorijs, etiam pœnalibus, vt disponitur infra stat. 78. in crim.

Circa materiam huius statuti, vide Dec. cons. 570. & in l. 2. ff. de reg. iur. Alciat. cons. 14. lib. 2. Soc. cons. 10. col. 3. volum. 2. Bart. in l. iura in prima lectura, ff. de legibus, Ias. in l. si quis, id quod, ff. de iurisd. omn. iudic. Ias. in l. gallus, §. quod si his in principio, ff. de lib. & posth. Tiraq. plene de retract. conuention. § primo, glo. 9. nu. 327. Gabr. in suis communib. tit. de verb. signif. concl. 6. Socin. reg. 312. Surd. cons. 21. & decis. 84. Rim. iun. cons. 737.

2 † Sciendum tamen est, quod genus masculinum per propriam significationem non concipit fœmininum, latissimè infinitos citans, Menoch. cons. 496. num. 19. 20. & 21. lib. 5. sed per interpretationem extensiuā, vt voluit Curt. in Auth. præterea num. 30. C. vnde vir, & vxor, Alex. cons. 29. nu. 10. & cons. 153. num. 3. vol. 3. † stante tamē
3 statuto fin. in criminal. disponente statuta debere intelligi ad litteram, non potest dici procedere ex interpretatione, Soc. consil. 23. & cons. 60. vol. primo per totum cum materia latissime, & cons. primo, num. 102. & ideo stante tali statuto, quod statuta debeant intelligi ad litteram masculinum non concipiet fœmininum, prout hanc veriorem opinionem affirmat, Lamberteng. in tract. ad statut. de alien. mulier. gl. 11. num. 92. sequitur Alder. Mascar. de gen. stat. interp. concl. 4. num. 108. contrariam sententiam tenuit Curt. sen. cōs. 9. sub num. 24. vers. nec obstat statutum, & istā credo veriorem, & amplectendam esse in casu nostro, vbi per hoc statutum expresse cauetur, quod masculinum concipiat fœmininum, quod sanè statutum frustra conditum fuisset, prout in punctualibus terminis, per istam rationem tradit, & tenet Menoch. cons. 541. num. 31. lib. 6. vbi hoc & ipse verius existimat

Declara conclusionem, quæ se habet, quod masculinum concipiat fœmininum, † etiam in materia statuti, vt procedat in materia indiferenti, & congruenti vtriusq; sexui alias secus, Cephal. cons. 53. nu. 82. vol. primo, Hyppol. Marsil. sing. suo 20. vide Dec. in l. 2. ff. de reg. iur. Soc iun. cons. 5. col. prima, vol. 2. Socin. reg. 312. & hoc etiam expressè disponitur in statuto nostro ibi, vbi ius, vel natura non resistit, & quod huiusmodi statutum solum in materia indifferenti procedat, & non aliter tradit in terminis Alba consil. 371. num. 3. post Curt. cons. 11. volum. primo, & cons. 316. col. prima, idem vult Dec. in l. fœminæ, num. 95. ff de reg. iur. Gabr. in suis communibus, in tit. de verborum signif. concl. 6. vbi multas ponit ampliat. & limitat. vltra quas limitationes, alias etiam adducit, Menoch. cons. primo, num. 454. & cons. 111. nu. 3. vol. 2. cons. 130. nu. 22. vol. 2. & ante eum post multos tradidit, Tiraq. de retract. consang. §. primo, glo. 9. nu. 205.

5 † Limita secundo nisi alio statuto caueretur, nō concipere, vel nisi diuersa ratio subesset, Alex. cons. 80. in primo dubio, vol. primo.

6 † An autem hoc statutum habeat locum in successionibus ab intestato; dicas quod non, vt per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 116. vbi latè agit de hoc statuto.

7 Sed quid de iure communi, † nunquid masculinum concipiat fœmininum in statutis, videas Bart. in l. prima, ff. de peculio, Alex. cons. 84. num. 4. & 13. ac seq. lib. primo, Gabr. d. concl. 6. num. 25, vsq; ad num. 29. vbi latè de hoc, ad quem recuras, est enim locus latissimus, Menoc. cons. 496. nu. 40. lib. 5. Cardin. Tusch. in tract. conclus. iur. lib. 5. littera M. concl. 191. per totū.

8 † An autem in vltimis voluntatibus masculinum concipiat fœmininum, videas pulcrè per Menoc. in tract. præsumpt. lib. 4. præsumpt. 84. cū seq. & in cons. 496. num. 38 lib. 5. Peregr. de fideicom. artic. 25. num 2.

9 In verbo, & numerus pluralis, † de iure communi numerus pluralis, non potest esse contentus minori numero duorum, l. vbi numerus, ff. de testibus

ſtibus, ita in ſpecie decidit Bart. in l. vlt. in fin. ff. ad S. C. Trebell. ſequitur Menoch. conſ 198. nu. 6. lib. 2. & ante eum tenuit D. meus Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus il primo, num. 51. ff. ad trebell.

10 † Fallit hoc, quando ratio numeri pluralis eſſet eadem in numero ſingulari, Bal. in l. 1. C. de condit. inſertis, Surd. conſ. 369. num. primo, lib. 3. Burſat. conſ. 363. nu. 18. Hinc infertur ad ſtatuta, quod exiſtentibus maſculis fœminæ non ſucce-
11 dant, † vt habeāt locum, etiam ſi vnus tantum maſculus exiſtat, adeo vt per eum fœminæ excludantur; cum ratio conſeruandæ agnationis, ſubſit etiam in vno tantum maſculo, Bal. in l. 2. C. de condit. inſert. Rip. in d. §. ſi quis rogatus, num.
12 51. vbi nu. 52. infert quoq; ad † ſtatutum puniens producentem falſos teſtes, vt compræhendat etiā producentem vnicum tantum falſum teſtem, ita ibi per eum, ſequitur Graſſ. tract. de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 3. nu. 4. ante eum, Soc. iun. in l. hæredes, §. cum ita, nu. 28. ff. ad trebell.

13 † Colligitur etiam, quod de iure communi regulariter numerus ſingularis, ſiue ſingularis ſermo verificatur in vno. l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. vbi pleniſſime Tiraquel. & vltra eum agit de hac regula, latiſſime per ampliationes, & limitationes, Sebaſtian. Medices in ſuo tract. de regul. iur. reg. 4. per totam, vbi infert ad plura de quibus per eum, & per Tiraq. ad d. §. hoc ſermone.

14 † Scias tamen, quod aliquando numerus ſingularis verificatur in plurali, quando verbum ſingulare eſt aptum compræhendere plura, Alba conſ. 721. num. 14.

15 † Item ſcias, quod numerus ſingularis non eſt in pluralem mutandus, nec pluralis in ſingularem, niſi aliqua vrgens ratio ſuadeat, ita Alba conſ. 27. num. 4. poſt Soc. conſ. 43. col. fin. in princ. Dec. conſ. 50.

De mercatis fiendis quibuslibet die Veneris, & Sabbati in Ciuitate Papiæ, & non alibi. Rubr. 54.

Item ſtatuimus, quod in quolibet die Veneris, & Sabbati cuiuslibet ſeptimane fiat, & fieri debeat, & ſit mercatum generale in Ciuitate Papiæ. Et quod quælibet perſona vndecunq; ſit, dummodo non ſit bannita pro maleficio Communis Papiæ, poſſit, & valeat dictis diebus, & quolibet ipſorum venire, ſtare, & redire ipſis diebus ad ipſum mercatum in Ciuitate Papiæ, liberè, abſque eo quòd poſſit inquietari, turbari, vel moleſtari in perſona, vel rebus pro aliquo debito publico, vel priuato. Et in aliquo Caſtro, ſeu Caſtellantia Burgo, vel Villa, ſeu loco, vel eorum territorio territorij Papiæ, ſeu iuriſdictionis Papiæ, non fiat, nec fieri debeat, nec teneri mercatum publicum de rebus aliquarum perſonarum non habitantium in ipſo loco, Burgo, vel Villa. Et quòd aliqua perſona Ciuitatis, & Territorij Papiæ non portet, nec ducat, nec portari, vel duci, ſeu conduci faciat aliquā rem, ſeu aliquas res ad vendendum, permutandum, ſeu alienandum in aliquo Caſtro, Caſtellantia, loco, Burgo, vel Villa territorij Papiæ, in quo, vel in qua ipſa talis perſona non habitet cum familia ſua. Et ſi contrafactum fuerit, quòd venditiones, alienationes, ſeu permutationes prædictæ pro infectis habeantur contrafacientes, vel venientes condemnentur, & condemnari debeant totiens quotient contrafecerint in medietate valoris, ſeu eſtimationis, vel prætij ipſius rei, ſeu ipſarum rerum. Et quilibet poſſit accuſare, vel denuntiare, & teneatur ſecretus, cuius pœnæ medietas perueniat in Commune Papiæ, & altera medietas in accuſatorem, ſeu denuntiatorem. Commune verò Caſtri, ſeu Caſtellantiæ Burgi, Villæ, ſeu loci, in cuius terra, vel territorio dictum mercatum factum fuerit, condemnetur pro qualibet vice in libris quinquaginta Papiæ, & minus arbitrio Poteſtatis habito reſpectu facultatis Caſtri, Burgi, Villæ, ſeu loci contrafacientis. Et etiam quilibet Poteſtas ipſius loci, qui contrafecerit, & ſi permiſſerit, vel fieri non prohibuerit, puniatur in libris decem Papiæ qualibet vice. Et quilibet Conſul, ſeu Vicarius dicti loci, Burgi, ſeu Terræ, in libris quinque Papiæ, pro quolibet, & qualibet vice. Quod quidem ſtatutum, Dominus Poteſtas Papiæ in principio ſui regiminis faciat cridari ſemel, & ſubſequenter infra terminum ſui regiminis. Et faciat, quod Poteſtates ipſorum locorum ſimiles cridas fieri faciant per loca de quibus fuerint Poteſtates.

Sum-

Summarium statuti 54. de regimine Potest.

1 *Mercati appellatione veniunt nundinæ.*
2 *Effectus, ac emolumentum mercati qualis.*
3 *Mercatum procedit à merce.*
4 *Mercis appellatio comprehendit tantum mobilia.*
5 *Mercatum fit solum de rebus mobilibus.*
6 *Mercium appellatione an veniant annuli, margaritæ, & pecunia.*
7 *Omnis res, quæ habetur ad vendendum, habetur loco mercium.*
8 *Impetrans nundinas à Principe non vtendo per decennium amittit earum priuilegium.*
9 *Imperator non concedit nundinas, nisi auditis locis vicinis pro eorum interesse.*
10 *Ducens victualia ad Ciuitatem Papiæ, non potest capi saxiri, nec molestari.*
11 *Hoc statutum est conforme iuri communi.*
12 *Ducentes victualia non possunt molestari tàm pro debito priuato, quam publico.*
13 *Amplia etiam in venientibus Papiã ad soluenda onera, seu taxas equorum.*
14 *Contrafaciens qualiter puniatur.*
15 *Amplia, vt nec etiam capi possit in confinibus Palatij in domibus ecclesijs, nec post vigesimã quartam horam.*
16 *Amplia, vt nec etiam molestetur pro pensione bonorum existentium in Ciuitate.*
17 *Domus appellatione an veniat apotheca, aut domus aliena.*
18 *Non subditus non gaudet beneficio statuti de captura.*
19 *Locupletes possunt cogi super mercatis frumentũ vendere iusto pretio.*

1 IN verbo [mercatum] dic † quod mercati appellatione veniunt etiam nundinæ, quæ fiunt ob interesse tàm priuatorum, quam reipublicæ; & scias, 2 quod † principalis effectus proueniens ex mercato, est emolumentum resultans ex gabellis, seu datijs; Item homines ibi habitantes sunt ditiores; Item augetur emolumentum, iurisdictionis, cum plures causæ tractentur ratione mercati; ita Alba cons. 188. num. 15. apud quem videas aliqua de mercato.

3 † Item scias, quod hoc verbum [mercatum] pro-4 cedit à merce, † & mercis appellatio ad res mobiles tantũ pertinet, l. mercis, la prima, ff. de verb. signif. l. 1. in glo. in verbo mercantes, C. de nun-5 dinis, quasi † mercatum fiat solum de rebus mobilibus, non autem immobilibus, ita Alex. cons. 36. nu. 6. lib. 2.

6 † An autem mercium appellatione veniant annuli, Margaritæ, & pecuniæ; dic quod non, proprie gl. in l. 2. ff. ad l. Rhod. de iactu Petr. Santern. in tractatu de assecurat. part. 4. num. 62. vbi nu. 63. vult standum esse communi vsui loquendi, & num. 64. vult quod licet proprie merces non di-7 cantur, habentur tamen loco merciũ, ac etiã † omnis res, quam quis habet ad vendendum, habeatur loco mercis, per tex. in l. si seruos, §. cum qui ff. de leg. 3. & in hac materia mercati, seu nundi-8 narum scias, quod † si quis à Principe impetrauerit fieri nundinas in aliquo loco si steterit per decennium non vtendo dictis mercatis amittit eorum vsum, gl. fin. in l. falso, C. de diuers. rescriptis, cum alijs de quibus per Andr. Gaill. lib. 2. obseruatione 60. num. 2. Menoch. cons. 201. num. 67. lib. 3.

9 † Aduerte tamen, quod Princeps, siue Imperator nunquam soleat concedere priuilegium nundinarum, nisi prius adiacentibus, & vicinis Ciuitatibus, & pagis auditis, quorum interesse posset, ita Gail. lib. 2. obseruat. 69. num. 25.

In verbo [ipsis diebus nõ possint molestari &c.] 10 Amplia, † & in alijs diebus, quando quis ducit victualia ad Ciuitatem, vt nullo modo possit impediri, saxiri, vel capi, vt disponit stat. 40. in ci-11 uilibus, † estq; conforme iuri communi, l. prima, C. de nundin. Petr Pecch. in tract. de iur. fist. cap. 10. num. 3.

12 Amplia etiam tàm pro debito publico, quam priuato, vt disponit decretum post statuta criminalia Papiæ, Adde stat. 41. in ciuili, & stat. 99. in ciuili.

13 † Amplia, vlterius etiam quando venit quis Papiam pro soluendis taxis equorum, & oneribus, vt disponit decretum 14. registratum post statuta criminalia Papiæ.

14 † Amplia, vt imponatur pœna contrafacienti, vt disponit statutum 110. inf. in ciuilib.

15 † Amplia etiam, vt nec possit capi, nec in confinibus palatij Prætorum, nec in domibus, nec in ecclesijs, nec post vigesimam quartam horam diei, nec nisi de die, vt disponitur in Nouis Constitutionibus Mediolani, in tit. de executione, & famul. iusdicentium, cap. si verò, §. has tamen, quod autem dictum est, quod quis non potest capi in domibus, fallit in illo, qui est suspectus de fuga, Ias. in l. vinum, ff. si cert. pet. licet contrarium ibi videantur tenere Dec. & Curt. iun. & nota, 16 quod † appellatione domus non venit apotheca, Dec. in l. si tibi pecuniam, num. 3. ff. si cert. pet. nec pariter venit domus aliena in materia statutorum. Fran. Veg. cons. 54. nu. 4. & seq. Castr. cons. 211. viso puncto supra scripto num. 3. & 4. lib. primo.

17 † Amplia etiam pro fictis, seu pensione bonorũ existentium in Ciuitate, & limita in non subditis, vt disponit decretum 17. post stat. crim. Papiæ.

Plures alios casus, in quibus sit prohibita captura, & in quibus diebus recenset, Carp. ad stat. Mediol. cap. 260.

18 Fallit tamen in non subditis, qui suprascriptis beneficijs minime gaudent, glo. in cap. quæ contra mores, in versic. aut peregrini in fine dist. 8. Castr. in l. omnes populi, nu. 10. ff. de iust. & iur. Bal. in l. debitor, ff. de pignor. Rom. cons. 491. in principio, Boss. in sua prax. crim. tit. de captur. num. 52.

In verbo [teneatur secretus] & in verbo [medietas in accusatorem] Amplia in omnibus alijs casibus, in quibus specialiter non sit prouisum, vt disponunt N. C. Mediolani, in tit. de iure, & priuilegio fisci, cap. & quia cautum.

In verbo [condemnetur arbitrio &c.] dic procedere in pœna pecuniaria, non tamen potest Iudex extendere arbitrium suum ad pœnam corporalem, vt disponit stat. 67. in crim.

19 † Ad hoc statutum adde, quod homines locupletes coguntur iusto prætio super, mercatis vendere

dere frumentum. & alia blada, vt decidit Bart. in l. annonam, ff. de extraord. crim. quod multo magis procedit tempore carestiæ, & famis, nam tunc omnes coguntur vendere blada, Franc. Marc. decis. 230. num. 3. par. 2.

De vigore statutorum Communis Papiæ. Rubr. 55.

ITem statuimus, quod omnia, & singula statuta Communis Papiæ facta, & fienda, intelligantur, & intelligi debeant simpliciter sicut littera iacet, & sonat, nullo extrinseco habito intellectu. Et si qua statuta reperiantur in aliquo contradicere alicui statuto præsentium statutorum Communis Papiæ, publicatorum millesimo tricentesimo octuagesimo primo, vel de cætero fiendo, vel aliud, vel aliter reperiatur in alio statuto, quã in ipsis publicatis vt supra, seu de cætero publicandis statutis, illa non valeant, nec teneant: sed solummodo statuta dicto tempore publicata, & de cætero publicanda sint rata, & firma, & quæcumque alia contraria ipso facto sint cassa, irrita, & nullius valoris.

Summarium Statuti 55. de Regimine Potestatis.

1 *STatuta Papiæ sunt seruanda cum omnibus qualitatibus suis.*
2 *Statuta sunt intelligenda secundum propriam significationem verborum.*
3 *Stante hoc statuto non est locus communi vsui loquendi.*
4 *An statuta possint recipere extensiuam, vel restrictiuam interpretationem remissiuè.*
5 *Statuta Papiæ recipiunt interpretationem restrictiuam, ne quis indebitè damnum patiatur.*
6 *Hoc statutum solum intelligitur excludere interpretationem hominis, non legis.*
7 *Verba ad litteram quomodo hic intelligantur.*
8 *Littera quæ dicatur.*
9 *Licitum est recedere à proprio significatu statuti, ratione euitandi absurdum.*
10 *Argumentum à contrario sensu prohibitum in Statutis Papiæ.*
11 *Casus mixtus an cõprehendatur sub simplici, stante hoc statuto.*
12 *Et quid quando casus mixtus magis adhæret simplici.*
13 *An stante hoc statuto comprehendatur casus non specificatus, stante omnimoda ratione.*
14 *Hoc statutum restringitur quando ex verbis simpliciter intellectis, resultaret correctio incontinenti.*
15 *Hoc statutum non excludit naturalem interpretationem.*
16 *Amplia, vt nec etiam excludat interpretationẽ gramaticalem.*
17 *Item non excludit interpretationem passiuam.*
18 *Stante hoc statuto, an masculinum concipiat fœmininum.*
19 *Statutum remouens interpretationem, intelligitur de extrinseca.*
20 *Auctores videndi circa intelligentiam huius statuti.*
21 *An per hoc statutum dicatur sublata iusta interpretatio.*
22 *Bart. in l. omnes populi, col. pen. reprobatus.*
23 *Ex hoc statuto non intelligitur prohibita litteralis expositio.*
24 *Ex hoc statuto non potest recedi à verbis claris.*
25 *Statutum an liget ante publicationem.*
26 *Clausula irritatiua natura remissiuè.*

1 ITem statuimus] † Adde statutum finale in criminalibus, hoc idem disponens, & dic, 2 † quod statuta debent obseruari cum omnibus qualitatibus suis, Gozad. cons. 69. nu. 26. qui alios citat, 3 † & debent intelligi secundum propriam significationem verborum non secundum interpretatiuam; seu mentalem, vt voluit Bart. in quæst. sua secunda in ordine incipiente Pisanæ Ciuitatis Consilium. Item hoc casu non erit locus communi vsui loquendi, ita Bart. in l. labeo, ff. de supel. leg.

4 † An autem possint recipere extensiuam, vel restrictiuam interpretationem, tradit Bart. in l. Cesar. col. 12. cum seq. ff. de public. & vectig. & Bal. cons. 257. vol. 4. in terminis nostris, Curt. iun. cons. 6. quasi per totum, Rip. in l. si constante, nu. 83. ff. sol. matrim.

5 † Recipiunt tamen interpretationem restrictiuam, ne quis damnum indebitè patiatur, l. serui vestri, C. de noxal. vbi Bal.

6 † Item adde, quod dum statutũ nostrum excludit interpretationem, intelligitur de hominis, non autẽ legis interpretatione, Menoch. in tract. adipiscendæ remedio 4. nu. 215. recipit ergo statutum interpretationem à glo. & à lege, non ab homine, vt voluit Alex. cõs. 80. col. 3. vol. 1.

Aduerte tamen, quicquid variè dicant Doct. quod aut statutum dumtaxat prohibet interpretationem, aut verò disponit, (prout hic) quod statuta seruentur ad litterã, primo casu admittitur interpretatio intrinseca, secundo vero casu nulla est admittenda interpretatio, vel subauditio nisi ex significatione verborum, Curt. iun cons. 6. num. 7. vbi latissimè, & melius quam alibi, sequitur Alb. cons. 481. num 13. lib. 3. vbi ambo loquuntur in proprijs terminis huius statuti.

7 In verbo [ad litteram] quomodo hoc intelligatur, vide Bal. in l. precibus, col. 4. versic. & nota quod in quibusdam, C. de impub & ibi Alex. in addit. Scias tamen, quod in hoc statuto intelligitur, prout à vulgo exponitur, 8 † & littera illa dicitur, quæ occulis corporis percipi potest, non quæ intellectu percipitur Paul. de Montepicho cons. 85. nu. 12. Angel. instit. de iure nat. §. ius autẽ ciuile col. 27. vers. quod si statutum Alex. & Moderni

derni, in rub. ff. de operis nou. nunt. Curt. iun. conf. 6. num. 7. lib. primo.

9 Scias tamen, quod propter absurdum euitandum licitum est etiam in statutis recedere à proprio significatu, Alex. conf. 71. num. 7. lib. 3. & conf. 106. num. 9. lib. 5. Alb. conf. 226. num. 3. lib. 2.

10 † Stante tamen hoc statuto, quod debeat intelligi ad litteram, non poterit sumi argumentum à contrario sensu in statutis nostris Papiensibus, Euerard. in sua topica arg. loco à contrario sensu num. 22.

11 † An autem stante hoc statuto comprahendatur casus mixtus sub simplici, dic quod sic, quando casus mixti ressoluuntur in simplices considerata eorũ ratione, & effectu, DD. in l. 2. in princ. & in specie Alciat. ff. de verb. signif. quod multo
12 magis dicendum est, † quando casus mixtus magis adhæret vni ex simplicibus, quam alii. Alciat. vbi sup. quem refert, & sequitur Alba conf. 20. num. 4. vbi num. 5. vult quod etiam stante hoc
13 statuto, quod intelligantur ad litteram, † comprahendatur casus, non clarè specificatus, cum adesset omnimoda ratio, vti ibi per eum.
14 † Scias etiam, quod hoc statutum debet intelligi, dummodo ex verbis simpliciter intellectis nõ ressultaret correctio incontinenti, Menoch. de
15 præsumpt. lib. 6. præsumpt. 37. num. 15. † Item hoc statutum non excludit naturales interpretationes, Bart. in l. omnes populi, in 6. quæst. princ. in fine, ff. de iustitia, & iure, Alba conf. 20. num. 10. quod procedit, dato quod etiam remoueat extrinsecum intellectum, nam adhuc non excluduntur naturales interpretationes, & rationabiles, Ias. post Bart. in l. omnes populi, in 2. lect. nu. 53. ff. de iustitia, & iure, Alba conf. 226. num. 7.
16 † non etiam excludit interpretationem grãmaticalem, sed bene excludit interpretationes extensiuas de casu ad casum, Curt. iun. con. 6. col. 4. 5. & 6. post tractatum feudorum, Alex. conf. 50. col. prima in fine, vol. primo, Alba consil. 271. nu. 17.
17 † non etiam excludit interpretationem passiuam Aretin. consil. 108. Alba consil. 422. num. 5. vbi appost.
18 Scias etiam quod stante hoc statuto, † masculinum non concipit fœmininum, vt per Dec. in l. fœminæ, num. 100. ff. de reg. iur. Alciat. in l. 1. §. si quis ita, in secundo nota, ff. de verb. oblig. Alba conf. 237. num. 1. Papiæ tamen habemus particulare statutum volens, quod masculinum concipiat fœmininum de quo supra statut. 53. sub eodem titulo de regimine potestatis.
In verbo [nullo extrinseco habito intellectu]
19 dic, quod hæc verba videntur superflua, quia † statutum remouens interpretationem, intelligitur de extrinseca, Bal. in l. si quis filium, C. de lib. præt.

20 Circa autem intellectum huius statuti ad litteram, vide Aret. conf. 109. Curt. iun. dicto conf. 6. Socin. conf. 85. vol. 4. Corn. conf. 324. vol. 3. conf. 276. vol. 4. Rip. lib. primo, resp. de legib. & longa consuetudine cap. 3. num. 19. Bart. in l. omnes populi, nu. 65. ff. de iustitia, & iure, Alex. in l. prima, in lect. nouissimis, num. 96. versic. venio ad quartum effectum, vbi Rip. num. 172. ff. de vulg. Ias. in l. iam hoc iure, ff. eod. Curt. sen. conf. 9. incipiente Ticinensi statuto, nu. 25. Rol. à Valle conf. 61. nu. 36. lib. 3. Crauet. conf. 113. Bart. in Auth. si qua mulier, in fine, num. 16. C. de sacros. eccles. Alex. conf. 50. nu. 2. vbi appost. ad eum, lib. primo, Decian. respons. 31. num. 51. & seq. lib. primo, latè Paul. de Monte Pich. conf. 85. num. 15. & seqq. vsque ad num. 33. Thesaur. decis. 269. sub num. 4. vers. & quamuis, ac etiam nu. 9. Alb. conf. 481. num. 13. lib. 3. & conf. 771. per totum, lib. 4. Alderan. Mascard. de gen. stat. interpr. concl. 4. num. 102. & seqq.
21 † An autem per hoc statutum tollatur iusta interpretatio, Bart. in l. omnes populi, in 6. quæst. princ. num. 65. ff. de iustitia, & iure, Alex. dicto conf. 50. num. 11. vbi Appost. ad eum lib. primo, Bal. in Auth. si qua mulier in fine, C. de sacros. eccles. Alex. conf. 80. num. 5. lib. primo, Curt. iun. dicto conf. 6. num. 7. Bal. in l. 3. col. 3. C. de
22 patribus, qui filios distrax. † Scias autem, quod licet Bart. in d. l. omnes populi, col. penult. dixerit, quod huiusmodi statutum nihil operatur, cũ non excludat necessariam interpretationem, tamen, dum adeo generaliter loquitur, communiter redarguitur, vt per Cast. in l. 1 col. fin. vers. induco etiam, ff si cert. pet. vbi Alex. & cæteri Mo-
23 derni, qui communiter concludunt, quod † non est prohibita litteralis expositio, sed tantum prohibita qualibet interpretatio non comprahensa sub verbis, & in terminis huius Statuti, Curt. iun. cõs. 6. col. 3. & 4. num. 7. & 8. Alba pariter in terminis huius statuti conf. 480. num. 13. vbi Appost, & vide eundem Albam conf. 770. nu. 25. vbi vult,
24 † quod stante hoc statuto non potest recedi à verbis illius, nec tacita interpretatio admittitur; quia littera dicitur, quæ potest videri, & legi, l. 1. §. legi, ff. de his quæ in testamento debentur.
25 In verbo [ipso facto, cassa, & irrita, † dic quod per hanc clausulam statuta ligant ante publicationem, Gabr. in suis cõmunibus, in tit. de clausulis concl. 3. num. 45 Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, num. 350. C. de reuoc. do-
26 nat. † & de clausula irritatiua, vide quæ congessit, Carpan. ad statut. Mediol. cap. 465. num. 10. Gabr. vbi supra num. 40. & seq. Menoch. conf. 83. num. 6. 7. 8. ac etiam num. 21. & seqq. lib. 1. & conf. 398. num. 48 lib. 4.

Quod prædicta statuta habeant soluere, & ligare, & roboris obtineant firmitatem. Rubr. 56.

Item statuimus, quod suprascripta, & infrascripta omnia, & singula statuta robur, & vim obtineant, & attendi, & obseruari, & adimpleri, ac ligare habeant, & debeant immediate à die, & hora publicationis ipsorum statutorum in antea, nisi statuto Communis Papiæ aliter caueatur: ita tamen, quòd ad causas, & quæstiones, & iudicata, & tre u-facta, vel finita minime se extendant.

Sur-

Summarium stat. 56. de regimine Potestatis.

1 *STatuta Ciuitatis debent confirmari à Principe.*
2 *Princeps mandans statuta aliqua seruari censetur illa approbare.*
3 *Senatus Excellentissimus Mediolani, qualiter approbet statuta.*
4 *Statuta quando incipiant ligare.*
5 *Interpretatio extensiua, & limitatiua qua.*
6 *Statuta non trahuntur ad praeterita.*
7 *Leges ad praeterita negoti a non trahuntur.*
8 *Statutum factum ad declarationem antiquorum statutorum, extenditur ad praeterita.*
9 *Statutum ad lites pendentes an extendatur.*

1 ITem statuimus] † dic, quod videtur requiri approbatio superioris, atq; Illustrissimi Ducis Mediolani, nam & si vnaqueque Ciuitas possit condere statuta, Bart. in l. omnes populi, in prima quaest. princ. vbi caeteri DD. ff. de iustitia, & iure,
2 tamen condita capiunt robur à confirmante, † & quando Princeps mandat aliqua statuta obseruari, censentur approbata, Bonacos. in quaest. crim. in verbo obseruantia statutorum, versic. sta-
3 tuta, † fit autem approbatio per Senatum Excell. Mediolani, hoc modo, quia in Ciuitate Mediolani mandat Vicario, & duodecim viris Prouisionũ, vt rescribant, an è republica sint, & in alijs Ciuitatibus, & locis, mandat Praetori, vt vocato Consilio generali, exquirat illius votum, deinde Senatus deliberat, si nihil mutandum, aut alterandum videtur facit approbationem simpliciter, si aliquam moderationem adhibere vult, approbat cum expressione eius moderationis.
4 † Quando autem statutum incipiat ligare, vel soluere discutit Brun. tract. super constitut. vers. constitutio Papae, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu 185. Gabr. suis communibus in tit. de legibus, concl. 4. vbi concludunt statuta incipere ligare statim post publicationem, vide tamẽ Alderan. Mascar. de gen. stat. interp. conclus. 8. num. 43. & seqq. vbi inquit. quod ad hoc, vt statutum liget tria requiruntur; primo, quod constituatur; secundo, quod promulgetur; tertio, quod moribus vtentium approbetur.
5 In verbo [minime se extendunt] de † interpretatione extensiua, & limitatiua statutorum, tradit Bart. in l. caesar, col. 12. ff. de public. Bald. cons. 257. vol. 4. videas etiam Carpan. in addit. ad statuta Mediolani, in praelud. num. 355. cum seqq. pluribns, & vide latè sup. in praelud. vbi abunde dictum est.

In verbo [transacta, vel finita &c.] hoc statutum
6 in hoc est conforme iuri communi, quo iure † statuta nõ trahuntur ad praeterita, sed tantum ad casus futuros trahuntur, Alexand. plures citans, cons. 7. num. 3. lib. 2. latè tradit Bertach. in suo repertorio, in verbo statutorum extensio, in versic. statutum extenditur, Cassan. in suis comment. ad consuet. Burgund. versic. conclusio, & approbatio, Asin. in sua praxi Iud. §. 3. cap. 1. nu. 6.
7 † Amplia idem procedere in legibus, quae ad futura negotia, non autem ad praeterita pertinent, nisi aliud actum sit, l. leges, & constitutiones, C. de legibus, cap. 2 & fin. extr. de constit. Asin. vbi supra, dicto num. 6.
8 Fallit tamen, quando statuta fiunt ad declarationem statutorum antiquorum, nam tunc trahuntur, etiam ad praeterita nondum finita, l. fin. C. de transact. Alex. d. cons. 7. num. 8. vbi sublimitat non habere locum in casu nouiter deciso nam tunc in illo dumtaxat casu non trahitur ad praeterita, cap. fin. de constit. & de hoc vide latius supra in praeludijs, vbi plenè tractatum est.
9 An autem statuta ad lites pendentes trahantur, vide Asin. in d. §. 3. cap. primo, num. 8. Bart. & caeteros DD. in l. omnes populi, ff. de iustitia, & iure, vbi concludunt minime trahi ad lites pendentes, etiam si statutum expressè hoc dicat, intelligendo tamen secundum Ias. in l. non dubium num. 11. ad finem, C. de legibus in his, quae ad caussarum decisionem pertinent, secus in his, quae disponerent circa ordinationem processus, & iudicij, & vide Asin. d. cap. primo, num. 9. & seqq. vbi hoc sublimitat ex Croto in l. omnes populi. nu. 138. vers. limitatur tamen, ff. de iust. & iur. locũ habere respectu processus futuri, nõ autem respectu processus iam facti.

De poena non permittentis se pignorare, Rubr. 57.

ITem statuimus, quòd si aliquis Ciuis, vel districtualis Papiae habitans in Ciuitate, vel districtu Papiae prohibuerit pignus, seu se pignorari non permiserit, quando pignoratur ex parte Potestatis, vel eius officialis, seu alterius officialis Communis Papiae de facto absq; aliqua condemnatione; Dominus Potestas, vel eius officialis ex cuius parte tale pignoramemtum fieri debebat, punire debeat talem se non permittentem pignorari, vel prohibentem pignus in libris decem Papiae, quas poni, & includi faciat intra caepum, qui est supra palatium Communis Papiae, vbi iura redduntur. Et minus arbitrio Potestatis, vel iusdicentis. Et credatur de prohibitione dictorum pignorum seruitori, cum vno teste fide digno, qui non sit de familia Domini Potestatis Papiae, & non aliter.

Summarium statuti 57. de regimine Potest.

1 *HOC statutum non seruatur:*
2 *Prohibens executionem fieri ex Nou. Constitutionibus punitur ictibus tribus eculei, vel ducentorum aureorum.*
3 *Reus in alternatina dicta pœna eligit, quam malit*
4 *Pœna prohibentis executionem vt supra procedit in causa ciuili, quid in criminali.*
5 *Eximens quem a familia, vel à carcere quot modis excusetur.*
6 *Executoribus immoderatè exequentibus resisti potest.*
7 *Idem quando caperent pignora capi prohibita.*
8 *Idem si non seruarent formam a Nouis Constitutionibus traditam.*

1 HOC statutum non seruatur, sed obseruantur Nou. Constitutiones Mediolani, tit. de pœnis, §. prohibitum.

In verbo [in libris decem Papiæ] Am-
2 plia, vt pœna † huius statuti sit extensa ad ictus tres eculei, aut ducentorum aureorum Fisco applicandorum, vltra damna, & interesse, sic disponentibus Nouis Constit. Mediolani, in tit. de pœnis, cap. prohibitum.
3 † Est tamen in electione ipsius rei eligere alteram ex dictis pœnis, vt supra dictum est, ex Iulio Claro in §. fin. praxis crim. quæst. 85. nu. 6. vers. solet etiam, vbi testatur, ita fuisse obseruatum per
4 Senatum Excellentissimũ Mediolani, † Quæ pœna habet locum tantummodo in illo, qui impedit facere executiones pro causa ciuili. In causa verò criminali ille, qui impedit executionem punitur eadem pœna, qua puniendus erat ille imputatus detinendus, vt cauetur in d. Nou. Const. d. cap.
5 prohibitum, † quatuordecim tamen causas ex quibus excusatur eximens quem à familia, vel carcere enumerat, Marian. socin. in tract. citation. art. 34. principali, col. 7. multa per Boss. tit. de captur. num. 18. & seqq. & tit. de crim. læs. Maiest. nu. 61. Farinac. de delic. & pœn. quæst. 51. & 52. Petr. Caball. resol. crimin. 8. lib. primo.
6 † Limita istud statutum, vt non procedat, quando exequutores immoderatè exequerentur, tunc enim eis potest impunè resisti, l. defensionis, C. de iure fisci, l. prohibitum, cum glo. C. de metallarijs tex. in Auth. vt liceat matri, §. fin autem ciuilis in fine, Ant. Corset. singul. suo incipiente Officiali excedenti, & dictum est supra, Marsil. in l. fin. nu. 46. ff. de iurisd. omn. iud.
7 † Limita secundo, vt istud statutum non procedat, quando exequutores vellent capere pignora prohibita ex stat. Papiæ 43. 54. de regim. Potest. & statuto 40. 41. 99. 104. 105. 106. cum tribus seq. in ciuilibus.

Limita tertiò, vt non procedat, quando seruitores, & exequutores non sunt induti omnes veste consimili, vt disponit statut. 12. vers. & quod ipsi seruitores, & stat. 28. versic. qui baruarij, de regim. Potest. & stat. 139. in ciuil. quod tamen hodie non est am plius in vsu.
8 † Limita quarto, vt non habeat locum, vbi exequutores non seruauerint formam in exequendo traditam à Nouis Constit. Mediolani, in tit. de concessis, & prohib. exequt. & in tit. de exequt. & famul. iusdicent sic disponentibus Nouis Constit. Mediol. in tit. de pœnis, cap. prohibitum.

In verbo [& credatur &c.] quando sit credendum exequutoribus baruarijs &c. vide supra ad stat. 12. de regim. Potest.

De officio Consulum Mercatorum Ciuitatis Papiæ. Rub. 58.

ITem statuimus, quod Mercatores Ciuitatis Papiæ, possint, & valeant eligere, & creare singulis sex mensibus, duos bonos viros discretos, & fide dignos, qui nominentur Consules mercatorum. Quos Consules nolumus habere merum, & mixtum imperium, sed solam iurisdictionem cognoscendi de quæstionibus occurrentibus, occasione mercadantiæ inter Mercatorem, & mercatorem. Et coram ipsis Consulibus vnusquisque, qui non sit Mercator, possit Mercatorem conuenire, non tamen è conuerso, etiam per reconuentionem, sed solum coram Potestate Papiæ, vel eius Iudicibus. Quorum Consulum sententia solum per Potestatem, vel eius Vicarium executioni mandari debeat. A quibus sententijs appelletur, & appellari possit ad prædictos Dominos Potestatem, vel eius Vicarium. Quibus Consulibus damus, & concedimus auctoritatem, & bailiam condemnandi super fraudibus commissis in artibus spectantibus ad mercantiam, vsque in quantitatem solidorum viginti Papiæ, & non vltra: à quibus condemnationibus appellari non debeat. Non intendentes propterea iurisdictioni Potestatis Papiæ in aliquo derogare.

Summarium statuti 58. de regimine Potestatis.

1 *MErcatores habent statuta particularia, ad quæ recurrendum.*
2 *Causæ mercantiles, an habeant instantiam, & an detur appellatio, vltra particularia statuta ipsorum Mercatorum.*
3 *Mercator qui dicatur.*
4 *An dicatur Mercator descriptus in matricula, nõ tamen exercens.*
5 *Mercator an dicatur ex vnico actu negotiationis.*
6 *Mercatura dicitur introducta ob publicam vtilitatem, & quæ requirantur, vt quis gaudeat mercatoris priuilegio.*

Summarium statuti 44. de regimine Potest.

1 *Via, actus, iter, & strata, quid inter se differant.*
2 *Via publica, quæ sit, & quæ requirantur ad viam publicam faciendam.*

AD hoc stat. adde decretum 45. registratum infr. post statutum malleficiorum; hodie tamen Iudex stratarum non seruat statuta Papiæ, vix quandoq; seruat dispositionem Nouarum Constit. Mediolani in tit. de vijs publicis muniendis, & pontibus manutenendis, quia allegat habere particularia decreta ab Illustri Magistratu extraordinariorum status Mediolani. qui tamen ordines fuerunt reformati ab Illustrissimo, & Excellentissimo Gubernatore status Mediolani ex voto totius supremi consilij secreti.

1 In verbo [quod strata] † via, actus, iter, & strata quid differant, vide Ioseph. Ludouicum in suis communibus, concl. 76. Menoc. de retin. poss. remed. 5. & dic quod via est ius eundi, agendi, & ambulandi, l. 1. §. via, ff. de seruit. rustic. pred. & continet in se iter, & actũ, licet plus inueniatur in via quam in actu, vt per Cœpol. in suo tract. de seruit. rustic. prædiorum in tit. de seruit. viæ, nu. 1. cum seqq. vbi nu. 3. declarat, quæ dicatur strata, scilicet quod est via matonata lapidibus viuis, vel coctis, l. 1. §. viam, vbi Bart. ff. de via publica &c. & hoc est vtile scire secundum Cepolam mox allegatum ad intelligentiam staturorum, nam stante statuto, quod delictum commissum in strata duplicetur, si accusator dicat commissum maleficium in via non concludit pœnam debere duplicari, & latissime de via tractat Cepola, & Menoch. loco mocitato, ad quos recurras.

Scias etiam quod actus est ius agendi, vel iumẽtum, vel vehiculum, & tunc differt ab itinere nam habens iter non potest ducere instrumentum agrorum per terram, secus autem in habente actum, vt per Cepol. in d. tract. in tit. de seruit. actus, cap. 2 nu. 1. ac 4. & ibi vide latẽ.

2 Quæ autem dicatur via publica, dic vt per Auũ maternum Rip. in l. quominus, q. 13. num. 92. ff. de flum. vbi vult quod adhoc vt via dicatur publica tria requirantur, primo quod per eam publicè iter fiat, secundo quod solum publicũ sit, tertio quod nos ducat in Ciuitatem, Villam, vel Coloniam, & vide nu. 23. vbi vult quod via, quæ nos ducit ad rura dicitur priuata non publica, sequitur Bertazol. in cons. 41. nu. 78. & 79. in ciuilibus.

Qualiter autem dicatur via, publica, priuata, & vicinalis dic vt per Cœpol. in tract. de seruit. rust. prædiorum in tit. de ser uit. viæ, num. 68. & plura etiam de via publica, post Cepol. locis mox allegatis videas apud Boss. in tit. de via publica per totũ Surd. cons. 321.

Quod quælibet persona habens aliquas possessiones, per quas, seu iuxta quas aquæ sint solitæ deriuare, teneatur facere, & fieri facere fossata super suis terris, per quæ dictæ aquæ labantur, & ipsa fossata tenere aperta. Rub. 45.

ITem statuimus, quod quælibet persona cuiuscunque status, & conditionis existat, & quodlibet Collegium, & Vniuersitas, quæ, seu quod habeat, seu possideat aliquas terras, seu possessiones in districtu Papiæ, per quas, seu iuxta quas aquæ solitæ sint, & consuetæ deriuare, & labi, & ab antiquo labantur, & deriuentur, teneantur, & debeãt facere fossatum, seu alueum super prædictis suis terris, & possessionibus, per quæ fossata, seu fossatum aqua, seu aquæ ab antiquo fuit, vel fuerunt solita, vel solitæ labi, & deriuare, ac discurrere. Et dicta fossata, seu alueum tenere aperta, & spaciata, & apertum, & spaciatum, taliter, & eo modo, quod aquæ, quæ solitæ sunt discurrere, possint, & valeant discurrere, & deriuare, & labi liberè absq; vllo impedimento, ita quod dictæ aquæ, seu aqua non possit, seu possint aliquod damnum, seu detrimentum inferre vicinis possessionibus, & terris existentibus in parte superiori, vel à latere. Et quod D. Potestas Ciuitatis Papiæ, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, teneatur, & debeat compellere, & constringere quamlibet personam, Communitatem, vel Vniuersitatem, seu Collegium ad faciendum dicta fossata, seu alueum: Et ad tenendum dicta fossata, seu alueum aperta, & spaciata. Ita, & eo modo, quod dictæ aquæ, seu aqua possint, & valeant discurrere, & deriuare sine aliquo obstaculo, & impedimento. Et condemnare contrafacientes in libris quinque Papiæ, pro quolibet, & qualibet vice, & minus arbitrio ipsius Domini Potestatis inspecta qualitate facti, & conditione personæ. Et prædicta dictus D. Potestas teneatur, & debeat obseruare, & obseruari facere ex suo mero officio, & ad instantiam, & requisitionem cuiuslibet personæ, Collegij, Communitatis, & Vniuersitatis hoc requirentis, quæ, seu quod damnificetur, seu damnificari posset propter obstaculum, & impedimentum

decursus

decursus dictarum aquarum, quæ discurrere, ac deriuare, seu labi non possent secundum decursum ipsarum aquarum, seu aquæ solitæ solitum consuetum, & antiquum.

Summarium Statuti 45. de Regimine Potestatis.

1 *Ductus aquæ ad fontem, vel commodum publicum si transeat per locum priuati expensis publicis debet reparari.*
2 *Fossatum quid, & quid Alueus.*
3 *Conductor an teneatur mundare fossata.*
4 *Quid in purgatione cloacæ, & putei.*
5 *Vsusfructuarius, an heres teneatur ad reparationem viarum.*
6 *Copula posita inter incompatibilia resoluitur in disiunctiuam.*

IN Verbo [aliquas terras, seu possessiones] hoc statutum videtur contra
1 ius commune, cum eo iure † ductus aquæ ad fontem, vel ad aliam vtilitatem publicam, si transeat per locum priuati, ita debet seruari, & manuteneri expensis publicis, quod illi priuato non noceat, l. fistulam, ff. si seruit. vendicetur, Cæpol. in tract. de seruit. in tit. de aquæductu, num. primo.

2 In verbo [& dicta fossata, siue alueum] † fossatum quid sit, & de effectu fossati, vide apud Cardin. Tusch pract. concl. iur. in littera F. in conclus. 448. per totam, ac etiam quid sit alueus fluminis cuius sit, & quæ liceant in alueo fieri, vide apud eundem Tusch. in littera A. concl. 319. per totum.

3 In verbo [aperta, & spatiata] † quæro de iure quis teneatur ad purgationem fossatorum, locator, an vero conductor; & dic secundum Caroc. de locato, & conducto, in tit. de meliorамentis, quæst. 3. attendendam esse consuetudinem loci; si verò non appareat de consuetudine, tunc distingue, quia aut purgatio fossatorum tendit ad perpetuã vtilitatẽ, & sic vltra tempus conductionis, & tunc tenetur locator; Aut talis purgatio nõ transcendit tempus conductionis, & respicit vtilitatem conductoris, & tenetur ipse conductor, Bart. in l. penult. ff. de impẽs. in reb. dotal. fact. & in cõs. 193. commune lucignani nu. 2. in 2. dub. lib. 1. Ioseph. Ludou. Decisio Perus. 58. num. 8. Alex. cons. 4. num. 7. lib. 5. & hæc est communis opinio, teste Carocio vbi supra, qui plures alios ad hoc allegat, & ampliat procedere supradicta, siue fossata sint propria fundi conducti, siue communia cum vicinis, & allegat Petr. de Vbald. de duobus fratribus parte 6. quæst. 11. in fine, hanc etiam distinctionẽ sequitur Cardin. Tusch. in dicta littera F. dicta concl. 448. num. 8.

4 An autem conductor teneatur ad refectionem putei vicinæ cloacæ, videas eundem Carocium vbi supra quæst. 4. vbi concludit teneri locatorem, & si conductor aliquid ad hoc expendat posse computare cum pensione, vt ibi latius per eum.

5 † Sed quæro si vertatur quæstio inter heredem, & vsufructuarium, quis teneatur ad expensas, & reparationem stratarum; & dic, quod propter transitum exercitus, vel aduentum Principis expensæ omnes reparationis stratarum pertinent ad vsufructuarium, tex. cum glo. in l. si pendentes, §. si quid, ff. de vsufr. quem tex. limitat. Rom. sing. 155. num. 158.

In verbo] ex suo mero officio, & ad instantiam
6 partis] † dictio &, stat disiunctiuè, quia ponitur inter incompatibilia, vt in casu nostro, nam sunt incompatibilia, quod Iudex procedat ex officio, & instantiam partis, cum dicatur procedere ex officio, quoties procedit sine querela, vel accusatione partis, non autem cum querela, ita Pract. Papiensis in forma inquisitionis, num. 4. Iulius Clarus in §. fin. praxis crim. quæst. 3. num. primo, & quod copula posita inter incompatibilia ressoluatur in disiunctiuam, est tex. in l. si titio, vbi Bart. ff. de vsufr. legato, Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 180. versic. fallit tertio, ff. de acq. possess. tex. in l. sæpe. ff. de verb. signif. Alex. cons. 48. nu. 3. lib. primo.

Quod quilibet Ciuis teneatur ad minus habitare cum familia sua in Papia per tres menses. Rubr. 46.

ITem statuimus, quod omnes, & singuli Ciues Ciuitatis Papiæ, & asserentes se esse Ciues Ciuitatis Papiæ, & qui continuè habitare consueuerint in Burgis, Terris, Villis, locis, & Castris districtus Papiæ, non banniti de tali maleficio, de quo pœna sanguinis debeat ingeri, nec rebelles Communis Papiæ, teneantur, & debeant venire ad standum, & habitandum in Ciuitate Papiæ cum eorum familijs, vel maiori parte familiarum suarum, & cum vxoribus si habent, per tres menses continuos cuiuslibet anni ad minus, videlicet, de mense Nouembris, Decembris, & Ianuarij. si habent in valimento libras quinq; mille, vel abinde supra. Alioquin non habeantur, nec teneantur Ciues, nec pro Ciuibus Ciuitatis Papiæ, quo ad honores, & officia Communis Papiæ. Et vltra condemnentur Communi Papiæ in libris quinquaginta Papiæ. Possint tamen duodecim Sapientes quascunq; personas, quæ eis videbuntur ex iusta, & rationabili caussa licentiare, deliberare, & absoluere à præsenti statuto.

Summarium statuti 46. de regimine Potest.

1 *Cives ex statutis Papia, qui dicantur.*
2 *Civitas hominum adiectione repleri debet.*
3 *Hoc statutum, compellens Cives habitare, valet.*
4 *Civis latitans metu officialis, an interrumpat civilitatem.*
5 *Civis habitans modo in Civitate per tres menses, modo ruri per novem, ubi sit citandus, vel quid si in duabus domibus.*
6 *Civis propriè quid sit.*
7 *Concesso aliquo, censentur concessa omnia sine quibus concessum esse non potest.*
8 *Sermo generalis ad habilia restringitur.*
9 *Rebelles qui dicantur.*
10 *Rebellis ut dicatur, an sit necessaria sententia declaratoria.*
11 *Non entis nulla qualitates.*
12 *Continuum quid dicatur, & tempus an continuum, an utile dicatur.*

1 Item statuimus, † Ad hoc statutum adde statutum civile 132. versic. & intelligantur, & statutum civile 81. in fine, ubi declarat, qui nam intelligantur Cives, & adde stat. civile 129. ubi derogatur huic statuto, ut illud habeat locum etiam in forensibus descriptis in æstimo cum Civitate Papiæ, & in ijs qui habent in bonis valorem florenorum mille, &
2 abinde supra. Ratio huius statuti esse potest, † ut Civitas adiectione hominum repleatur, & adimpleatur, l. cum ratio, §. sed & Divus Adrianus, ff de bonis damnatorum, l. 1. ff. soluto matrimonio. & ne contingat Civitatem suis proprijs Civibus denudari, ut per Rom. cons. 59. num. primo, ubi adducit has duas rationes.

3 † Et quia dubitari posset, an tale statutum valeat iuxta ea, quæ consuluit Rom. cons. 59. in principio, licet teneat ibi Rom. valere, & ibi appost. ad eum, ideo in Novis Constitut. Mediol. in tit. de oneribus, cap. quicumq; cives; sancitum est, quod Cives tam originarij, quam ex privilegio etiam in Civitate censiti, qui habitant cum maiori parte familiæ à festo Sancti Martini usque ad calendas Maij extra Civitatem, & Burgos, tenentur ad solutionem onerum, prout rurales, etiam cum ruralibus, quæ tamen constitutio usu recepta non est, ait Plot. in l. si quando, nu. 321. vnd. vi, quod verum non est: An autem quis cogi possit habitare in Civitate, videas Bar. in l. prima. ff. de decur.
4 † Iuxta tamen hoc statutum, quæro, quid si Civis latitaverit metu Prætoris, an intelligatur interrupta civilitas; dic quod non, ut per Bart. in opere statutorum, in verbo Comitatenses,
5 † Item quæro, si contingat citari Civem, qui habitat Papiæ per tres menses, & ruri per novem menses, ubi citabitur, Bart. in l. 4. §. Prætor, col. 2. num. 9. ff. de damn. infecto, tenet, quod debet citari, ubi degit tempore citationis, sequitur Raphael Cuman. cons. 146. num. 2. & sequitur Asin. in sua praxi iud. §. 6. cap. 2. num. 3. & 4. cum seq. ubi late quærit, quid si quis habitat in duabus domibus, an sufficiat in alterutra citari, & quid si æstatis tempore habitat ruri, an ibi veniat citandus, ut ibi latè per eum, & per Alb. cons. 255.

In verbo[omnes, & singuli Cives] quæro quis
6 propriè dicatur Civis; † & dic, quod ille dicitur, qui natus est in Civitate, & originarius eius est, Brun. in tract. stat. fœm. exclud. articulo 12. q. 4. num. 10. non autem qui de foro veniunt, & sic incolæ, Bal. in l. cives, num. 4. ubi appost. C. de appell. Item propriè dicitur Civis, qui sustinet onera in cōmuni, Boss. in sua praxi crim. in tit. de Principe, & eius privileg. num. 363. versic. tamen veritas est in contrarium, quod idem cavetur in Novis Constit. Mediolani, in tit. de feudis, cap. interdictum est, §. habeanturq; pro civibus; An autem appellatione Civium veniant Clerici, & Monaci, videas Alex. affirmativè concludentem in l. 3. §. fin. ff. de operi. novi nuntiatione, nu. 12.

In verbo[non banniti] dic, quod ratio illa esse videtur, quia bannum, & habitatio sunt repugnantia, quæ simul concurrere non possunt, l. ubi repugnantia, ff. de reg. iur. alioquin sequeretur, quod si banniti cogerentur habitare, censerētur
7 in necessarium antecedens remissi in gratiam, † nā qui aliquid vult, ea omnia velle dicitur, sine quibus illud esse non potest, per ea, quæ tradit Everar. in topica legali à loco à conseq. ad antecedens; merito statutum excipit, bannitos, & rebelles.

Adde tamen, quod licet statutum non exciperet bannitos, & rebelles, adhuc tamen ipsi non
8 compræhenderentur, uti inhabiles, cum † sermo generalis semper restringatur ad habiles vulgata, l. si quis, in gravi, §. verum, ubi Bart. ff. ad Sylanianum.

9 † In verbo [Rebelles] † qui dicantur rebelles, videas Bart. in extravag. super constit. qui sint rebelles in princ. verbo, rebellis, & ibi Additiones, & verbo tenore, Bal. cons. 233. lib. 2. Brun. cons. feud 38. tu autem dic rebelles quinque modis dici, scilicet convertentes se ad hostes, denegando obedientiam Principi, vel non receptando eius gentem, exercendo opera hostilia in eum, & in eius Civitates, & Castra, machinantes adversus personam ipsius Principis, ut per Peregr. de iure fisci, lib. 3. tit. 8. num. 8. in quo titulo plura de rebellibus.
10 † An autem ad hoc ut quis rebellis probetur, sit necessaria sententia declaratoria, videas latè Mascard. de probat. conclus. 1263. per totam, ubi latissimè per ampliationes, & limitationes.

In verbo [cum uxoribus] quæro quid si non habeant uxores, resp. quod statuta semper intelligi debēt præsupposito semper intellectu sui posi-
11 sitivi, alioquin, † non entis nullæ sunt qualitates, l. eius qui in provincia, ff. si certum petatur, & ideo optima ratione statutum subiungit illa verba, si habent.
12 In verbo[continuos] † quomodo intelligantur, vide Socin. in l. si quis ita, ff. de condition. & demonstrat.

Quod autem dicatur tempus continuum, & quod utile, & an tempus à statuto datum censeatur utile an vero continuum, videas latè Asin. in sua praxi iudiciali, in principio. cap. 8. num. 19. cum aliquibus sequentibus.

Quot

Quot homines faciant Communitatem. Rubr. 47.

Item statuimus, quod decem homines ad minus non ciues, quorũ quilibet sit caput domus, stantes, & habitantes in aliquo loco, Castro, vel villa territorij, vel districtus Papiæ faciant Commune, & Communitatem, & non pauciores numero, vt supra.

Summarium ad statutum 47. de Regim. Potest.

1 *Statutum concordat cum iure communi.*
2 *Collegium quot homines constituant familiã, quot, rixam, & quot turbam.*
3 *Doctores quot requirantur in approbatione laureandi.*
4 *Laureandus an possit aliquos Doctores suspectos allegare.*
5 *Cancellarius studij, potest solus lauream conferre si videat Doctores ob odium, reprobantes laureandum.*
6 *Doctorari an possit quis absque interuentu Cancellarij studij.*

1 Item statuimus &c.] hoc statutum concordat cum dispositione Iuris communis, c. vnico 10. quæst. 3. Io. de Platea in §. si grex, instit. deleg. vbi plures citat per illum tex.

2 Sed iuxta hoc quæro, † quot homines requirantur ad faciendum collegium; & dic, quod tres ad minus, l. neratius, ff. de verborum signif. Item requiruntur tres ad faciendam familiam, l. de testamento, ff. de verborũ signif. Duo faciunt congregationem, cap. 2. vbi gl de ellectione. Item duo faciunt rixam, l. prætor, ait, §. primo, ff. vi bonorum rapt. ad faciendum vero turbam requiruntur quindecim, d. l. Prætor, ait, §. primo, vbi Bart. & habetur per Plat. in d. §. si grex.

3 Sed iuxta hoc quæro, quot Doctores requirantur in approbatione laureandi, & in eius doctoratu, Bart. in l. vnica, num. 2. C. de profess. qui in Vrbe Constantinopol. lib. 12. tenuit, nouem doctores requiri in approbatione alicuius doctoris; nisi Ciuitas habeat priuilegium doctorandi, cum minori numero, prout est, Ciuitas Perusij, quæ ex priuilegio solum potest doctorare cũ quatuor Doctoribus, excepto præsentante; tu autem dic, quod verius solum septem DD. requiruntur de iure communi, l. si quis, C. de profess. & medic. lib. 10. ita tenet Bart. sibi contrarius, si modo vere est lectura Bartoli in l. magistros num. 2. C. de profess. & med. lib. 10. vbi appost. ad eum.

4 Sed iuxta hoc quæro † quid si laureandus habuerit Doctores aliquos suspectos, an possit allegare causas suspicionum, & facere, quod non sint præsentes eorum doctoratui, & quod non dent vota, dic quod sic, Abb. in cap. causam, quæ de officio, & potest. iudic. deleg. nu. 2.

5 Imo, & magis est, † si Cancellarius videret DD. dedisse votum reprobum, propter odium, tunc posset ipse solus approbare, si esset peritus, de quo vide Bal. in Auth. habita, C. ne filius pro patre, Appost. ad Bart. in d. l. vnica, C. de profess. &c. Appost. ad Abbat. in d. cap. causam quæ.

6 An autem † quis possit doctorari absq; eo quod interueniat Cancellarius studij, qui est Episcopus; & dic, vt per Cagnol. in §. hæc autem tria, num. 251. in proem. ff. quo loci vult, quod in iure ciuili tantum quis potest doctorari in studio habente priuilegium doctorandi ab Imperatore, absque præsentia Cancellarij studij, & sic Episcopi, vbi tamen fatetur in studijs generalibus semper vocari Cancellarium, etiam si quis doctoretur solum in puncto ciuil. & ita Papiæ etiam obseruatur.

De fideiussione præstanda per Potestarias. Rubr. 48.

Item statuimus, quod deinceps semel omni anno de mense Ianuarij Dominus Vicarius Domini Potestatis Papiæ, teneatur, & debeat à quacunque potestaria districtus Papiæ, & à quacunque preixa campaniæ Papiæ, videlicet à squadrerijs dictarum squadrarũ, suæ squadræ sitæ in Campania Papiæ, videlicet in preixa soprana, preixa mezana, & preixa subtana, & in sicomario Papiæ, videlicet, à squadrerio, seu Consule totius Sicomarij facere dare fideiussiones de omnibus his, & singulis, quæ statuta aliqua Communis Papiæ, tàm maleficiorum, ciuilium, gabellæ, salis, stratarum, victualium Communis Papiæ exigunt, & requirunt. Et quæ fideiussio auctoritate presentis statuti ad omnes, & singulos officiales Communis Papiæ se extendat, & sufficiat. Qui officiales omnes, & singuli pro Communi Papiæ teneantur, & debeant in omnibus, & singulis casibus, & articulis dicta fideiussione esse contenti, & pro eorum officijs aliam fideiussionem seu promissionem à dictis potestarijs, squadrerijs, & Communitatibus locorum non exigere. Quos fideiussores Notarij Domini Vicarij accipere teneantur, & de qualibet

fideiussione habere debeant pro qualibet potestaria, vel squadra florenum vnum auri ad plus. Et si esset locus non suppositus alicui potestarie, seu squadre prædictarum, dictus locus teneatur si ibi habitauerint decem familiæ, & non aliter, & de qualibet fideiussione præstanda per locum aliquem non suppositum, vt supra habeant, & habere debeant solidos viginti Papiæ pro singulo loco, & Communitate prædictis, & si plus dicti Notarij exegerint, cadant in pænam librarum 10. Papiæ, pro qualibet vice, & incontinenti exigatur per dominum Vicarium. Et credatur cuilibet squadrerio, seu Consuli pro qualibet potestaria, seu squadra, si præstare voluerint dictam fideiussionem pro dictis Communitatibus; quòd sint Consules, vel squadrerij dictarum potestariarum, & squadrarum. Et singularia loca supposita potestarijs, vel squadris, vel de Sicomario non teneantur dare fideiussorem, vel præstationem, vel promissionem coram aliquo officiali Communis Papiæ, nisi vt supra dictum est.

ITem statuimus &c.] hoc statutum non est in usu.

Quod Communia locorum non faciant statuta, nec prouisiones contra Commune Papiæ, vel homines Ciuitatis Papiæ. Rubr. 49.

ITem statuimus, quod Communia, & Vniuersitates Ciuit. & districtus Papiæ, non faciant, nec facere possint statuta, prouisiones, reformationes, siue ordinamenta, aliquas, vel aliqua, contra Commune Papiæ, siue Ciues Ciuitatis Papiæ, vel aliquem ipsorum. Et si qua, vel si quæ facta fuerint, non valeant, nec teneant ipso iure, & facto, & sint cassæ, & cassa, & pro cassis, & irritis habeantur.

Summarium stat. 49. de regimine Potestatis.

1 *CLausula ipso iure, & facto, quid importet.*
2 *Pæna quæ imponitur ipso iure, & facto, an declaratoriam requirat.*

IN verbo [ipso iure, & facto] dic quod nihilominus requiritur ministerium hominis, vt disponit infra statut 84. in ciuil.

1 † Quid autem importet dicta clausul. a ipso iure, & facto dic, prout dictũ est in d. stat. 84. vbi etiam
2 dictum est, † quando imponitur pœna ipso iure, & facto an requiratur citatio partis, & declaratoria, de qua per Antonium Gabr. in suis communibus in tit. de maleficijs conclus. 13. per totam.

Quod Bubulci, & Camparij non compellantur ad aliqua onera rustica. Rubr. 50.

ITem statuimus, quod aliquis Potestas, Officialis, seu Rector, vel alia Communitas non possit, nec debeat constringere aliquem Bubulcum, Camparium, Castaldum, Porcarium, Pastorem, seu quemcunque familiarem, qui stet, & habitet cum aliquo domino ad feudum, & ad vnum panem, & ad vnum vinum, qui ibi non habeat aliqua bona mobilia, & immobilia, ad soluendum aliqua onera realia, vel personalia pro ipso Communi, in quo fuerit, vel venerit ad standum, & habitandum: & si quis contrafecerit soluat pro pæna, & banno qualibet vice libras 25. Papiæ. Et nihilominus ipsi Bubulci, Camparij, Gastaldi, Pastores, seu familiares ad prædicta omnia minime teneantur.

AD hoc statutum, vide statutum ciuile 131. & decretum 51. & Adde, quod hodie editi sunt nonnulli ordines ab Ill. Magistratu ordinario redditus stat. Mediolani, in quibus distinguitur ad quæ onera teneantur, vel non teneantur, & quomodo compartiri debeant onera, vide etiam Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de oneribus cap. onera.

In verbo [onera realia, vel personalia] quæ dicantur onera realia, vel personalia dictu est supra.

Quod de cætero non fiat aliquod homagium. Rubr. 51.

Item statuimus, quòd aliquis de Ciuitate Papiæ, vel districtu, alicui Ciui Papiæ, vel Territorij se ligare, vel obligare pro suo homine, non possit, seu homagium facere, nec se hominem alicuius appellare, nec vnus alium suum hominem appellare prætextu cuiuscunq; obligationis, promissionis, vel sacramenti: & si contrafactum fuerit, non valeat, nec teneat. Sed sic contrafaciens, & promittens omni promissione, etiam vinculo sacramenti: sit liberatus, & absolutus: & vltra puniatur, & condemnetur, tàm promittens, quàm promissionem recipiens pro quolibet, & qualibet vice in libris centum Papiæ, nec eis reddatur ius in ciuili agendo, nec defendendo, donec prædictam pœnam soluerit. Et si quod homagium, vel obligatio facta fuit, vel fuerit, ipso iure, & facto non valeat, nec teneat, & sit nullius valoris, & momenti auctoritate præsentis statuti.

Summarium ad statutum 51. de Regim. Potest.

1 *HOmagium quid sit.*
2 *HOmagium quotuplex.*
3 *Homagium quibus modis quæratur.*
4 *Homagium in quibus rebus consistat.*
5 *Statutum an inualidare actum iuratum possit.*

Item &c.] Adde pro maiori declaratione decretum primũ infra post statuta criminalia, in verbo [Statuimus, & decernimus.

1 In verbo [homagium] † quæro quid sit homagium; & dic, quod est fidelitas hominis pro temporalibus domino facta, vt per Præposit. super vsibus feud. in præludijs, col. 19. circa medium, vers. circa homagia, vbi declarat vnumquodq; verbum diffinitionis, videas etiam Bal. cons. 159. lib. primo, Menoch. alios citans cons. 426. num. 9. lib. quinto, huiusmodi autem homagium potius generali consuetudine vsurpatum est, quam sit iure scripto introductum, vt notat Specul. in tit. de feudis, §. quoniam, vers. secundo quæritur. vbi etiam nu. 2. ponit formam homagij, quãdo quis se facit hominem alterius.

2 † Est autem duplex homagium, ligium, & non ligium, homagium ligium dicitur, quod fit Imperatori, vel Regi supremo nullius fidelitate excepta, non ligium est, quando in fidelitate aliquis excipitur, scilicet facio tibi homagium, excepta fidelitate, qua tali domino meo ligio teneor, vt per Specul. in d. §. quoniã, nu. 4. versic. alij dicunt, & sequitur Idem Prepositus Mediolani in præludijs col. 19. circa finẽ, vers. tertio quæritur quotuplex, Abb. in cap. pastoralis, num. 13. de reiudic.

3 † Sed iuxta hoc quæro, quibus modis mihi quæratur homagium, & sic qualiter quis fiat homo meus; & dic quod decem modis; primo, per stipulationem; secundo, per pactum obligatorium; tertio, per confessionem in præiuditium eius qui confitetur; quarto, per sententiam, qua quis fuit pronuntiatus homo meus; quinto, præscriptione, scilicet quando quis spatio 30. annorum præstitit mihi seruitia tamquam homo meus; sexto, ratione originis paternæ; septimo, ratione contracti matrimonij, videlicet, quando meus homo ducit aliquam in vxorẽ, illa enim efficitur fœmina mea; octauo, successione; nono aditione hæreditatis hominis mei; decimo, per subrogationem, vt habetur, latè per Specul. in dicto §. quoniam, & per Præposit. in præludijs feud. col. 20. vers. quarto quæro qualiter quis fiat.

4 † In quibus autem consistat homagiũ, & ad quæ teneatur homo meus, maxime quando est ligius, videas latè Specul. & Præposit. supra alleg.

5 In verbo [etiam vinculo sacramenti] † hic congrue quæri potest, nunquid statutum possit inualidare actum etiam iuratum, de quo dictum est in præludijs: Tu autem dicas, quod non potest indirectè tollere vires iuramenti, puta disponendo, quod contractus etiam iuratus contra statutum factus præsumatur fictitius, & dolosus, ita Hieron. Gabr. d. cons. 13. nu. 5. cum plurib seq. Alba cõs. 72. num. 7.

Quod reformatio non tollat statutum. Rubr. 52.

Item statuimus, quod alia reformatio, prouisio, seu deliberatio, vel ordinatio alicuius Consilij Ciuitatis Papiæ, non tollat, nec suspendat, nec minuat, nec tollere, suspendere, minuere, nec mutare possit in toto, vel in parte aliquod statutum Communis Papiæ, nisi illud fiat per Consilium generale, & maius Communis Papiæ. In quo Consilio ad minus sint duæ partes ipsius Consilij. Et nisi omnes de dicto Consilio fuerint citati voce præconia: & nisi maior pars præsentium in dicto Consilio sit in concordiã, facto prius partito ad bussolas, & balottas, nisi confirmatio præfati Domini interuenerit.

Summarium statuti 52. de regimine Potest.

1 *Statuta an possint reuocari.*
2 *Quid in statutis iuratis, vel habentibus clausulam derogatoriam.*
3 *Iuramentum habet vim clausulæ derogatiuæ.*
4 *Statutum si reuocandum sit, an superioris auctoritas sit necessaria.*
5 *Et an eadem solemnitas in reuocando statuto sit necessaria, quæ in condendo.*
6 *Statutum, & reformatio an differant.*
7 *Reformatio an tollat statutum.*
8 *Reformatio an intellectum sumat à statutis reformatis.*
9 *Reformatio facta non seruata forma statuti, an valeat.*

IN verbo [per consilium generale] Iuxta † hoc statutum, quæro nunquid statuta possint reuocari; & dic quod per sequentia possunt mutari, & reuocari, etiã si de primo non fiat mentio in secundo, l. si quis in princ. ff. de leg. 3. § sed naturalia, instit. de iure nat. gent. & ciu. quod intellige secundum Bart. in repet. l. omnes populi, in 3. quæst. princ. num. 29. ff. de iustitia, & iure, latissime Alderan. Mascar. de gen. stat. interp. concl. 8. per totam vbi diuersimodè ampliat, & limitat, in simplici statuto, nam si alias, statutum transijsset in contractum, tunc in præiuditium eorum, quibus esset ius acquisitum ex tali statuto non posset reuocari, vt per Bart. vbi sup. nu. 30. Alex. consf. 101. num. primo, lib. primo, nisi hoc fieret ratione publicæ vtilitatis, vt per Alex. dicto consf. 101. num. 7. vbi hoc sentire videtur aperte, Ias. in l. barbarius, nu. 34. versic. duodecimo facit, ff. de officio Prætoris, Alderan. Mascar. dicta concl. 8. num. 47. & seqq. vbi istam limitationem ampliat duobus modis, & totidem sublimitat.

2 † Sed dubium est, quid in statutis iuratis, Bart. in l. omnes populi, num. 32. tenet. quod sic, licet reuocantes efficiantur periuri, quod intellige procedere, quando de primis iuratis fit mentio in secundis, prout etiam dicimus in primis statutis habentibus clausulam derogatoriam, quia non reuocantur per secunda, nisi fiat mentio in secundis de clausula derogatoria l. si quis in principio, ff. de leg. 3. Mascard. vbi supra, num. 70. Alberic. in tract. stat. lib. primo, quæst. 16. quasi
3 per totam, & ratio esse potest, † quia iuramentũ habet vim clausulæ derogatoriæ, Bart. in l. si quis, in princ. num. 15. ff. de leg. 3 si vero nulla sit facta mentio priorum statutorum iuratorum, tunc prima statuta iurata non reuocantur per secunda, ita tenet Roman. consf. 436. num. 14. Alberic. de Rosate dicta quæst 16. cum alijs de quibus per Carpan. in addit. ad statuta Mediolani, in præludijs, num. 322. latissime Alderan. Mascard. dicta concl. 8. num. 70. & seqq.

4 † Sed dubium est nunquid in his reuocandis requiratur superioris auctoritas, videas Bart. distinguentem in d. l. omnes populi, in repet. num. 33. ff. de iust. & iur. Mascard. vbi supra, num. 91. vbi latissime tractat, an, & quando possit statutum reuocari sine superioris auctoritate.

5 † An etiam in reuocandis statutis ead. solemnitas requiratur, quæ in condendis; & dic quod sic, ita Bart. in l. omnes populi, nu. 33. ea ratione, quia eadem solemnitas requiritur in destruendo, quæ in construendo, Mascard. dict. concl. 8. num. 89. vbi quomodo procedat dicta regula pulcre habetur, & expresse etiam cauetur in hoc nostro statuto, dũ volunt statuentes non posse reuocari statutum, nisi per consiliũ generale, in quo sint duæ partes ex tribus, & sint omnes citati voce præconia, & sint pro maiori parte in concordia, & fiat partitum ad bussolas, & balotas, quæ penè omnia requiruntur in condendis statutis, vt per Bart. in repetitione l. omnes populi, num. 15. in secunda quæst. princ. ff. de iustitia, & iure, Bal. in l. nulli, nu. 2. ff. quod cuiusq; vniuersit. nom. Alex. consf. 40. num. 2. lib. 2. Alber. de Rosate, de statutis, lib. primo, quæst. 4.

6 In verbo [Reformatio] † quæro quid differat statutum, & reformatio; & dic, quod statuta ea dicuntur, quæ fiunt causa perpetuæ iurisdictionis, reformationes verò dicuntur, quæ fiunt, prout res incidit in Ciuitate, Bal. in cap. in causis ad finẽ extra de sententia, & re iudic. maius tamen est efficere statutum insertum in volumine statutorũ, quam sit reformatio extrauagans, vt per Ias. post Ang. in l. omnes populi, num. 8. cum seq. ff. de iustitia, & iure, videas etiã Paris. consf. 47. nu. 21.
7 & seq. vol. 3. † Quid autẽ si facta fuerit reformatio contraria statuto, an talis reformatio tollat ipsum statutum; & dic, aut tale statutum ante, & post reformationem semper fuit obseruatum, aut non; primo casu reformatio non tollit statutum, quia non dicitur interruptum, quod semper viguit; secundo vero casu sic Alder. Mascar. de gen. stat. interp. concl. 8. num. 32.

8 † Vlterius quero nũquid reformationes recipiãt interpretationem à statutis, reformatis an verò à iure communi; & dic, quod magis recipiunt interpretationem à statutis reformatis, quam à iure communi, Decian. in tract. crim. lib. 2. tit. de reformatione statutorum, num. 6. tom. 10. vbi per totum illum titulum, latissime tractat de statutorum reformatione, Mascar. de gen. stat. interp. concl. 2. num. 104.

9 † An autem reformatio facta non seruata forma statuti valeat, vide Cyn. in quæst. incip. quæstio talis est, videq; latè Brun. in tract. de constitut. decret. statut. & consuet. in verbo, reformare.

In verbo [consilium generale] nota quod consilium generale repræsentat totum populum, glo. in rub. C. quæ sit longa consuetudo, Bart. in dicta repet. l. omnes populi, in 2. quæst. princ. num. 16. Alb. de Rosate, lib primo stat. quæst. 4. num. 3. cum seq.

Quod masculinum genus concipiat fœmininum, & pluralis numerus concipiat singularem. Rubr. 53.

Item statuimus, quod in statutis Communis Papiæ masculinum genus concipiat fœmininum & numerus pluralis concipiat singularem, & singularis concipiat pluralem, & prædicta locum habeant, vbi ius, vel natura non resistit.

Summarium stat. 53. de regimine Potestatis.

1 *Statutum, quod masculinum concipiat fœmininum, procedit etiam in statutis prohibitorijs, & pœnalibus.*
2 *Masculinum an ex propria significatione comprehendat fœmininum.*
3 *Quid stante statuto, quod intelligantur statuta ad litteram.*
4 *Intellige in materia indifferenti alias secus.*
5 *An regula procedat, stante diuersitate rationis.*
6 *Masculinum an comprahendat fœmininum in successionibus ab intestato.*
7 *Quid in statutis.*
8 *Quid in vltimis voluntatibus.*
9 *Numerus pluralis duorum numero contentus est.*
10 *Fallit quando eadem ratio esset in numero singulari, quæ in plurali.*
11 *Statutum, quod existentibus masculis fœminæ &c. procedit etiam quando vnus tantum masculus existit.*
12 *Statutum puniens producentem falsos testes procedit etiam si producatur vnus tantum.*
13 *Singularis numerus verificatur in vno.*
14 *Numerus singularis verificatur in plurali, quando verbum est aptum plura comprahendere.*
15 *Plurale non ressoluitur in singulare, nec è contra nisi aliqua vrgens ratio suadeat.*

1 Mplia † dispositionē statuti nostri procedere etiam in statutis prohibitorijs, etiam pœnalibus, vt disponitur infra stat. 78. in crim.

Circa materiam huius statuti, vide Dec. cons. 570. & in l. 2. ff. de reg. iur. Alciat. cons. 14. lib. 2. Soc. cons. 10. col. 3. volum. 2. Bart. in l. iura in prima lectura, ff. de legibus, Ias. in l. si quis, id quod, ff. de iurisd. omn. iudic. Ias. in l. gallus, §. quod si his in principio, ff. de lib. & posth. Tiraq. plene de retract. conuention. § primo, glo. 9. nu. 227. Gabr. in suis communib. tit. de verb. signif. concl. 6. Socin. reg. 312. Surd. cons. 31. & decis. 84. Rim. iun. cons. 737.

2 † Sciendum tamen est, quod genus masculinum per propriam significationem non concipit fœmininum, latissimè infinitos citans, Menoch. cons. 496. num. 19. 20. & 21. lib. 5. sed per interpretationem extensiuā, vt voluit Curt. in Auth. præterea num. 30. C. vnde vir, & vxor, Alex. cons. 29. nu. 10. & cons. 153. num. 3. vol. 3. † stante tamē
3 statuto fin. in criminal. disponente statuta debere intelligi ad litteram, non potest dici procedere ex interpretatione, Soc. consil. 23. & cons. 60. vol. primo per totum cum materia latissime, & cons. primo, num. 102. & ideo stante tali statuto, quod statuta debeant intelligi ad litteram masculinum non concipiet fœmininum, prout hanc veriorem opinionem affirmat, Lamberteng. in tract. ad statut. de alien. mulier. gl. 11. num. 92. sequitur Alder. Mascar. de gen. stat. interp. concl. 4. num. 108. contrariam sententiam tenuit Curt. sen. cōs. 9. sub num. 24. vers. nec obstat statutum, & istā credo veriorem, & amplectendam esse in casu nostro, vbi per hoc statutum expressè cauetur, quod masculinum concipiat fœmininum, quod sanè statutum frustra conditum fuisset, prout in punctualibus terminis, per istam rationem tradit, & tenet Menoch. cons. 541. num. 31. lib. 6. vbi hoc & ipse verius existimat

Declara conclusionem, quæ se habet, quod ma
4 sculinum concipiat fœmininum, † etiam in materia statuti, vt procedat in materia indiferenti, & congruenti vtriusq; sexui alias secus, Cephal. cons. 53. nu. 82. vol. primo, Hyppol. Marsil. sing. suo 20. vide Dec. in l. 2. ff. de reg. iur. Soc iun. cons. 5. col. prima, vol. 2. Socin. reg. 312. & hoc etiam expressè disponitur in statuto nostro ibi, vbi ius, vel natura non resistit, & quod huiusmodi statutum solum in materia indifferenti procedat, & non aliter tradit in terminis Alba consil. 371. num. 3. post Curt. cons. 11. volum. primo, & cons. 316. col. prima, idem vult Dec. in l. fœminæ, num. 95. ff de reg. iur. Gabr. in suis communibus, in tit. de verborum signif. concl. 6. vbi multas ponit ampliat. & limitat. vltra quas limitationes, alias etiam adducit, Menoch. cons. primo, num. 454. & cons. 111. nu. 3. vol. 2. cons. 130. nu. 22. vol. 2. & ante eum post multos tradidit, Tiraq. de retract. consang. §. primo, glo. 9. nu. 205.

5 † Limita secundo nisi alio statuto caueretur, nō concipere, vel nisi diuersa ratio subesset, Alex. cons. 80. in primo dubio, vol. primo.

6 † An autem hoc statutum habeat locum in successionibus ab intestato; dicas quod non, vt per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 126. vbi latè agit de hoc statuto.

7 Sed quid de iure communi, † nunquid masculinum concipiat fœmininum in statutis, videas Bart. in l. prima, ff. de peculio, Alex. cons. 94. num. 4. & 13. ac seq. lib. primo, Gabr. d. concl. 6. num. 25. vsq; ad num. 29. vbi latè de hoc, ad quem recurras, est enim locus latissimus, Menoc. cons. 496. nu. 40. lib. 5. Cardin. Tusch. in tract. conclus. iur. lib. 5. littera M. concl. 191. per totū.

8 † An autem in vltimis voluntatibus masculinum concipiat fœmininum, videas pulcrè per Menoc. in tract. præsumpt. lib. 4. præsumpt. 84. cū seq. & in cons. 496. num. 38 lib. 5. Peregr. de fideicom. artic. 25. num 2.

9 In verbo, & numerus pluralis, † de iure communi numerus pluralis, non potest esse contentus minori numero duorum, l. vbi numerus, ff. de testibus

ſtibus, ita in ſpecie decidit Bart. in l. vlt. in fin. ff. ad S. C. Trebell. ſequitur Menoch. conſ. 198. nu. 6. lib. 2. & ante eum tenuit D. meus Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus il primo, num. 51. ff. ad trebell.

30 † Fallit hoc, quando ratio numeri pluralis eſſet eadem in numero ſingulari, Bal. in l. 1. C. de condit. inſertis, Surd. conſ. 369. num. primo, lib. 3. Burſat. conſ. 363. nu. 18. Hinc infertur ad ſtatuta, quod exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant,

31 † vt habeāt locum, etiam ſi vnus tantum maſculus exiſtat, adeo vt per eum fœminæ excludantur; cum ratio conſeruandæ agnationis, ſubſit etiam in vno tantum maſculo, Bal. in l. 2. C. de condit. inſert. Rip. in d. §. ſi quis rogatus, num.

32 51. vbi nu. 52. infert quoq; ad † ſtatutum puniens producentem falſos teſtes, vt comprǽhendat etiā producentem vnicum tantum falſum teſtem, ita ibi per eum, ſequitur Graſſ. tract. de ſucceſſ. § ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 3. nu. 4. ante eum, Soc. iun. in l. hæredes, §. cum ita, nu. 28. ff. ad trebell.

33 † Colligitur etiam, quod de iure communi regulariter numerus ſingularis, ſiue ſingularis ſermo verificatur in vno. l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. vbi pleniſſime Tiraquel. & vltra eum agit de hac regula, latiſſime per ampliationes, & limitationes, Sebaſtian. Medices in ſuo tract. de regul. iur. reg. 4. per totam, vbi infert ad plura de quibus per eum, & per Tiraq. ad d. §. hoc ſermone.

34 † Scias tamen, quod aliquando numerus ſingularis verificatur in plurali, quando verbum ſingulare eſt aptum comprǽhendere plura, Alba conſ. 721. num. 14.

35 † Item ſcias, quod numerus ſingularis non eſt in pluralem mutandus, nec pluralis in ſingularem, niſi aliqua vrgens ratio ſuadeat, ita Alba conſ. 27. num. 4. poſt Soc. conſ. 43. col. fin. in princ. Dec. conſ. 50.

De mercatis fiendis quibuslibet die Veneris, & Sabbati in Ciuitate Papiæ, & non alibi. Rubr. 54.

Item ſtatuimus, quod in quolibet die Veneris, & Sabbati cuiuslibet ſeptimanæ fiat, & fieri debeat, & ſit mercatum generale in Ciuitate Papiæ. Et quod quælibet perſona vndecunq; ſit, dummodo non ſit bannita pro maleficio Communis Papiæ, poſſit, & valeat dictis diebus, & quolibet ipſorum venire, ſtare, & redire ipſis diebus ad ipſum mercatum in Ciuitate Papiæ, liberè, abſque eo quòd poſſit inquietari, turbari, vel moleſtari in perſona, vel rebus pro aliquo debito publico, vel priuato. Et in aliquo Caſtro, ſeu Caſtellantia Burgo, vel Villa, ſeu loco, vel eorum territorio territorij Papiæ, ſeu iuriſdictionis Papiæ, non fiat, nec fieri debeat, nec teneri mercatum publicum de rebus aliquarum perſonarum non habitantium in ipſo loco, Burgo, vel Villa. Et quòd aliqua perſona Ciuitatis, & Territorij Papiæ non portet, nec ducat, nec portari, vel duci, ſeu conduci faciat aliquā rem, ſeu aliquas res ad vendendum, permutandum, ſeu alienandum in aliquo Caſtro, Caſtellantia, loco, Burgo, vel Villa territorij Papiæ, in quo, vel in qua ipſa talis perſona non habitet cum familia ſua. Et ſi contrafactum fuerit, quòd venditiones, alienationes, ſeu permutationes prædictæ pro infectis habeantur contrafacientes, vel venientes condemnentur, & condemnari debeant totiens quotiens contrafecerint in medietate valoris, ſeu æſtimationis, vel prætij ipſius rei, ſeu ipſarum rerum. Et quilibet poſſit accuſare, vel denuntiare, & teneatur ſecretus, cuius pœnæ medietas perueniat in Commune Papiæ, & altera medietas in accuſatorem, ſeu denuntiatorem. Commune verò Caſtri, ſeu Caſtellantiæ Burgi, Villæ, ſeu loci, in cuius terra, vel territorio dictum mercatum factum fuerit, condemnetur pro qualibet vice in libris quinquaginta Papiæ, & minus arbitrio Poteſtatis habito reſpectu facultatis Caſtri, Burgi, Villæ, ſeu loci contrafacientis. Et etiam quilibet Poteſtas ipſius loci, qui contrafecerit, & ſi permiſſerit, vel fieri non prohibuerit, puniatur in libris decem Papiæ qualibet vice. Et quilibet Conſul, ſeu Vicarius dicti loci, Burgi, ſeu Terræ, in libris quinque Papiæ, pro quolibet, & qualibet vice. Quod quidem ſtatutum, Dominus Poteſtas Papiæ in principio ſui regiminis faciat cridari ſemel, & ſubſequenter infra terminum ſui regiminis. Et faciat, quod Poteſtates ipſorum locorum ſimiles cridas fieri faciant per loca de quibus fuerint Poteſtates.

Summarium statuti 54. de regimine Potest.

1 *Mercati appellatione veniunt nundinæ.*
2 *Effectus, ac emolumentum mercati qualis.*
3 *Mercatum procedit à merce.*
4 *Mercis appellatio comprehendit tantum mobilia.*
5 *Mercatum fit solum de rebus mobilibus.*
6 *Mercium appellatione an veniant annuli, margaritæ, & pecunia.*
7 *Omnis res, quæ habetur ad vendendum, habetur loco mercium.*
8 *Impetrans nundinas à Principe non vtendo per decennium amittit earum priuilegium.*
9 *Imperator non concedit nundinas, nisi auditis locis vicinis pro eorum interesse.*
10 *Ducens victualia ad Ciuitatem Papiæ, non potest capi, saxiri, nec molestari.*
11 *Hoc statutum est conforme iuri communi.*
12 *Ducentes victualia non possunt molestari tàm pro debito priuato, quam publico.*
13 *Amplia etiam in venientibus Papiæ ad soluenda onera, seu taxas equorum.*
14 *Contrafaciens qualiter puniatur.*
15 *Amplia, vt nec etiam capi possit in confinibus Palatij in domibus ecclesijs, nec post vigesimā quartam horam.*
16 *Amplia, vt nec etiam molestetur pro pensione bonorum existentium in Ciuitate.*
17 *Domus appellatione an veniat apotheca, aut domus aliena.*
18 *Non subditus non gaudet beneficio statuti de captura.*
19 *Locupletes possunt cogi super mercatis frumentū vendere iusto pretio.*

1 IN verbo [mercatum] dic † quod mercati appellatione veniunt etiam nundinæ, quæ fiunt ob interesse tàm priuatorum, quam reipublicæ; & scias,
2 quod † principalis effectus proueniens ex mercato, est emolumentum ressultans ex gabellis, seu datijs; Item homines ibi habitantes sunt ditiores; Item augetur emolumentum, iurisdictionis, cum plures causæ tractentur ratione mercati; ita Alba cons. 188. num. 15. apud quem videas aliqua de mercato.
3 † Item scias, quod hoc verbum [mercatum] pro-
4 cedit à merce, † & mercis appellatio ad res mobiles tantū pertinet, l. mercis, la prima. ff. de verb. signif. l. 1. in glo. in verbo mercantes, C. de nun-
5 dinis, quasi † mercatum fiat solum de rebus mobilibus, non autem immobilibus, ita Alex. cons. 36. nu. 6. lib. 2.
6 † An autem mercium appellatione veniant annuli, Margaritæ, & pecuniæ; dic quod non, proprie gl. in l. 2. ff. ad l. Rhod. de iactu Petr. Santern. in tractatu de assecurat. part. 4. num. 62. vbi nu. 63. vult standum esse communi vsui loquendi, & num. 64. vult quod licet proprie merces non di-
7 cantur, habentur tamen loco merciū, ac etiā † omnis res, quam quis habet ad vendendum, habeatur loco mercis, per tex. in l. si seruos, §. cum qui ff. de leg. 3. & in hac materia mercati, seu nundi-
8 narum scias, quod † si quis à Principe impetrauerit fieri nundinas in aliquo loco si steterit per decennium non vtendo dictis mercatis amittit eorum vsum, gl. fin. in l. falso, C. de diuers. rescriptis, cum alijs de quibus per Andr. Gail. lib. 2. obseruatione 60. num. 2. Menoch. cons. 205. num. 67. lib. 3.
9 † Aduerte tamen, quod Princeps, siue Imperator nunquam soleat concedere priuilegium nundinarum, nisi prius adiacentibus, & vicinis Ciuitatibus, & pagis auditis, quorum interesse posset, ita Gail. lib. 2. obseruat. 69. num. 25.

In verbo [ipsis diebus nō possint molestari &c.]
10 Amplia, † & in alijs diebus, quando quis ducit victualia ad Ciuitatem, vt nullo modo possit impediri, saxiri, vel capi, vt disponit stat. 40. in ci-
11 uilibus, † estq; conforme iuri communi, l. prima, C. de nundin. Petr. Pecch. in tract. de iur. sist. cap. 10. num. 3.
12 Amplia etiam tàm pro debito publico, quam priuato, vt disponit decretum post statuta criminalia Papiæ. Adde stat. 41. in ciuili, & stat. 99. in ciuili.
13 † Amplia, vlterius etiam quando venit quis Papiam pro soluendis taxis equorum, & oneribus, vt disponit decretum 14. registratum post statuta criminalia Papiæ.
14 † Amplia, vt imponatur pœna contrafacienti, vt disponit statutum 110. inf. in ciuilib.
15 † Amplia etiam, vt nec possit capi, nec in confinibus palatij Prætorum, nec in domibus, nec in ecclesijs, nec post vigesimam quartam horam diei, nec nisi de die, vt disponitur in Nouis Constitutionibus Mediolani, in tit. de executione, & famul. iusdicentium, cap. si verò, §. has tamen, quod autem dictum est, quod quis non potest capi in domibus, fallit in illo, qui est suspectus de fuga, Ias. in l. vinum, ff. si cert. pet. licet contrarium ibi videantur tenere Dec. & Curt. iun. & nota,
16 quod † appellatione domus non venit apotheca, Dec. in l. si tibi pecuniam, num. 3. ff. si cert. pet. nec pariter venit domus aliena in materia statutorum. Fran. Veg. cons. 54. nu. 4. & seq. Castr. cons. 211. viso puncto supra scripto num. 3. & 4. lib. primo.
17 † Amplia etiam pro fictis, seu pensione bonorū existentium in Ciuitate, & limita in non subditis, vt disponit decretum 17. post stat. crim. Papiæ.

Plures alios casus, in quibus sit prohibita captura, & in quibus diebus recenset, Carp. ad stat. Mediol. cap. 260.
18 Fallit tamen in non subditis, qui suprascriptis beneffitijs minime gaudent, glo. in cap. quæ contra mores, in versic. aut peregrini in fine dist. 8. Castr. in l. omnes populi, nu. 10. ff. de iust. & iur. Bal. in l. debitor, ff. de pignor. Rom. cons. 491. in principio, Boss. in sua prax. crim. tit. de captur. num. 52.

In verbo [teneatur secretus] & in verbo [medietas in accusatorem] Amplia in omnibus alijs casibus, in quibus specialiter non sit prouisum, vt disponunt N. C. Mediolani. in tit. de iure, & priuilegio fisci, cap. & quia cautum.

In verbo [condemnetur arbitrio &c.] dic procedere in pœna pecuniaria, non tamen potest Iudex extendere arbitrium suum ad pœnam corporalem, vt disponit stat. 67. in crim.
19 † Ad hoc statutum adde, quod homines locupletes coguntur iusto prætio super, mercatis vendere

dere frumentum. & alia blada, vt decidit Bart. in l. annonam, ff. de extraord. crim. quod multo magis procedit tempore carestiæ, & famis, nam tunc omnes coguntur vendere blada, Franc. Marc. decis. 230. num. 3. par. 2.

De vigore statutorum Communis Papiæ. Rubr. 55.

ITem statuimus, quod omnia, & singula statuta Communis Papiæ facta, & fienda, intelligantur, & intelligi debeant simpliciter sicut littera iacet, & sonat, nullo extrinseco habito intellectu. Et si qua statuta reperiantur in aliquo contradicere alicui statuto præsentium statutorum Communis Papiæ, publicatorum millesimo tricentesimo octuagesimo primo, vel de cætero fiendo, vel aliud, vel aliter reperiatur in alio statuto, quã in ipsis publicatis vt supra, seu de cætero publicandis statutis, illa non valeant, nec teneant: sed solummodo statuta dicto tempore publicata, & de cætero publicanda sint rata, & firma, & quæcumque alia contraria ipso facto sint cassa, irrita, & nullius valoris.

Summarium Statuti 55. de Regimine Potestatis.

1 *STatuta Papiæ sunt seruanda cum omnibus qualitatibus suis.*
2 *Statuta sunt intelligenda secundum propriam significationem verborum.*
3 *Stante hoc statuto non est locus communi vsui loquendi.*
4 *An statuta possint recipere extensiuam, vel restrictiuam interpretationem remissiue.*
5 *Statuta Papiæ recipiunt interpretationem restrictiuam, ne quis indebitè damnum patiatur.*
6 *Hoc statutum solum intelligitur excludere interpretationem hominis, non legis.*
7 *Verba ad litteram quomodo hic intelligantur.*
8 *Littera quæ dicatur.*
9 *Licitum est recedere à proprio significatu statuti, ratione euitandi absurdum.*
10 *Argumentum à contrario sensu prohibitum in Statutis Papiæ.*
11 *Casus mixtus an cõprehendatur sub simplici, stante hoc statuto.*
12 *Et quid quando casus mixtus magis adhæret simplici.*
13 *An stante hoc statuto comprehendatur casus non specificatus, stante omnimoda ratione.*
14 *Hoc statutum restringitur quando ex verbis simpliciter intellectis, resultaret correctio inconuenientis.*
15 *Hoc statutum non excludit naturalem interpretationem.*
16 *Amplia, vt nec etiam excludat interpretationẽ gramaticalem.*
17 *Item non excludit interpretationem passiuam.*
18 *Stante hoc statuto, an masculinum concipiat fœmininum.*
19 *Statutum remouens interpretationem, intelligitur de extrinseca.*
20 *Auctores videndi circa intelligentiam huius statuti.*
21 *An per hoc statutum dicatur sublata iusta interpretatio.*
22 *Bart. in l. omnes populi, col. pen. reprobatur.*
23 *Ex hoc statuto non intelligitur prohibita litteralis expositio.*
24 *Ex hoc statuto non potest recedi à verbis claris.*
25 *Statutum an liget ante publicationem.*
26 *Clausula irritatiua natura remissiuè.*

1 Tem statuimus] † Adde statutum finale in criminalibus, hoc idem disponens, & dic, † quod statuta debent
2 obseruari cum omnibus qualitatibus suis, Gozad. cons. 69. nu. 26. qui alios
3 citat, † & debent intelligi secundum propriam significationem verborum non secundum interpretatiuam, seu mentalem, vt voluit Bart. in quæst. sua secunda in ordine incipiente Pisanæ Ciuitatis Consilium. Item hoc casu non erit locus communi vsui loquendi, ita Bart. in l. labeo, ff. de supel. leg.
4 † An autem possint recipere extensiuam, vel restrictiuam interpretationem, tradit Bart. in l. Cesar. col. 12. cum seq. ff. de public. & vectig. & Bal. cons. 257. vol. 4. in terminis nostris, Curt. iun. cons. 6. quasi per totum, Rip. in l. si constante, nu. 83. ff. sol. matrim.
5 † Recipiunt tamen interpretationem restrictiuam, ne quis damnum indebitè patiatur, l. serui vestri, C. de noxal. vbi Bal.
6 † Item adde, quod dum statutũ nostrum excludit interpretationem, intelligitur de hominis, non autẽ legis interpretatione, Menoch. in tract. adipiscendæ remedio 4. nu. 215. recipit ergo statutum interpretationem à glo. & à lege, non ab homine, vt voluit Alex. cõs. 80. col. 3. vol. 1.

Aduerte tamen, quicquid variè dicant Doct. quod aut statutum dumtaxat prohibet interpretationem, aut verò disponit, (prout hic) quod statuta seruentur ad litterã, primo casu admittitur interpretatio intrinseca, secundo vero casu nullã est admittenda interpretatio, vel subauditio nisi ex significatione verborum, Curt. iun cons. 6. num. 7. vbi latissimè, & melius quam alibi, sequitur Alb. cons. 481. num 13. lib. 3. vbi ambo loquuntur in proprijs terminis huius statuti.

7 In verbo [ad litteram] quomodo hoc intelligatur, vide Bal. in l. precibus, col. 4. versic. & nota quod in quibusdam, C. de impub & ibi Alex. in addit. Scias tamen, quod in hoc statuto intelligi-
8 tur, prout à vulgo exponitur, † & littera illa dicitur, quæ occulis corporis percipi potest, non quę intellectu percipitur Paul. de Montepicho cons. 85. nu. 12. Angel. instit. de iure nat. §. ius autẽ ciuile col. 27. vers. quod si statutum Alex. & Moderni

derni, in rub. ff. de operis nou. nunt. Curt. iun. cons. 6. num. 7. lib. primo.

9 Scias tamen, quod propter absurdum euitandum licitum est etiam in statutis recedere à proprio significatu, Alex. cons. 71. num. 7. lib. 3. & cons. 106. num. 9. lib. 5. Alb. cons. 226. num. 3. lib. 2.

10 † Stante tamen hoc statuto, quod debeat intelligi ad litteram, non poterit sumi argumentum à contrario sensu in statutis nostris Papiensibus, Euerard. in sua topica arg. loco à contrario sensu num. 22.

11 † An autem stante hoc statuto comprehendatur casus mixtus sub simplici, dic quod sic, quando casus mixti ressoluuntur in simplices considerata eorũ ratione, & effectu, DD. in l. 2. in princ. & in specie Alciat. ff. de verb. signif. quod multo
12 magis dicendum est, † quando casus mixtus magis adhæret vni ex simplicibus, quam ali. Alciat. vbi sup. quem refert, & sequitur Alba cons. 20. num. 4. vbi num. 5. vult quod etiam stante hoc
13 statuto, quod intelligantur ad litteram, † comprehendatur casus, non clarè specificatus, cum adesset omnimoda ratio, vti ibi per eum.

14 † Scias etiam, quod hoc statutum debet intelligi, dummodo ex verbis simpliciter intellectis nõ ressultaret correctio incontinenti, Menoch. de
15 præsumpt. lib. 6. præsumpt. 37. num. 15. † Item hoc statutum non excludit naturales interpretationes, Bart. in l. omnes populi, in 6. quæst. princ. in fine, ff. de iustitia, & iure, Alba cons. 20. num. 10. quod procedit, dato quod etiam remoueat extrinsecum intellectum, nam adhuc non excluduntur naturales interpretationes, & rationabiles, Ias. post Bart. in l. omnes populi, in 2. lect. nu. 53. ff. de iustitia, & iure, Alba cons. 226. num. 7.
16 † non etiam excludit interpretationem grammaticalem, sed bene excludit interpretationes extensiuas de casu ad casum, Curt. iun. con. 6. col. 4. 5. & 6. post tractatum feudorum, Alex. cons. 50. col. prima in fine, vol. primo, Alba consil. 271. nu. 17.
17 † non etiam excludit interpretationem passiuam Aretin. consil. 108. Alba consil. 422. num. 5. vbi appost.

16 Scias etiam quod stante hoc statuto, † masculinum non concipit fœmininum, vt per Dec. in l. fœminæ, num. 100. ff. de reg. iur. Alciat. in l. 1. §. si quis ita, in secundo nota, ff. de verb. oblig. Alba cons. 237. num. 1. Papiæ tamen habemus particulare statutum volens, quod masculinum concipiat fœmininum de quo supra statut. 53. sub eodem titulo de regimine potestatis.

In verbo [nullo extrinseco habito intellectu]
19 dic, quod hæc verba videntur superflua, quia † statutum remouens interpretationem, intelligitur de extrinseca, Bal. in l. si quis filium, C. de lib. præt.

20 Circa autem intellectum huius statuti ad litteram, vide Aret. cons. 109. Curt. iun. dicto cons. 6. Socin. cons. 85. vol. 4. Corn. cons. 324. vol. 3. cons. 276. vol. 4. Rip. lib. primo, resp. de legib. & longa consuetudine cap. 3. num. 19. Bart. in l. omnes populi, nu. 65. ff. de iustitia, & iure, Alex. in l. prima, in lect. nouissimis, num. 96. versic. venio ad quartum effectum, vbi Rip. num. 172. ff. de vulg. Ias. in l. iam hoc iure, ff. eod. Curt. sen. cons. 9. incipiente Ticinensi statuto, nu. 25. Rol. à Valle cons. 61. nu. 36. lib. 3. Crauet. cons. 113. Bart. in Auth. si qua mulier, in fine, num. 16. C. de sacros. eccles. Alex. cons. 50 nu. 2. vbi appost. ad eum, lib. primo, Decian. respons. 31. num. 51. & seq. lib. primo, latè Paul. de Monte Pich. cons. 85. num. 15. & seqq. vsque ad num. 34. Thesaur. decis. 169. sub num. 4. vers. & quamuis, ac etiam nu. 9. Alb. cons. 481. num. 13. lib. 3. & cons. 771. per totum, lib. 4. Alderan. Mascard. de gen. stat. interpr. concl. 4. num. 102. & seqq.

21 † An autem per hoc statutum tollatur iusta interpretatio, Bart. in l. omnes populi, in 6. quæst. princ. num. 65. ff. de iustitia, & iure, Alex. dicto cons. 50. num. 11. vbi Appost. ad eum lib. primo, Bal. in Auth. si qua mulier in fine, C. de sacros. eccles. Alex. cons. 80. num. 5. lib. primo, Curt. iun. dicto cons. 6. num. 7. Bal. in l. 3. col. 3. C. de
22 patribus, qui filios distrax. † Scias autem, quod licet Bart. in d. l. omnes populi, col. penult. dixerit, quod huiusmodi statutum nihil operatur, cũ non excludat necessariam interpretationem, tamen, dum adeo generaliter loquitur, communiter redarguitur, vt per Cast. in l. 1 col. fin. vers. induco etiam, ff. si cert. pet. vbi Alex. & cæteri Mo-
23 derni, qui communiter concludunt, quod † non est prohibita litteralis expositio, sed tantum prohibita quælibet interpretatio non comprehensa sub verbis, & in terminis huius Statuti, Curt. iun. cõs. 6. col. 3. & 4. num. 7. & 8. Alba pariter in terminis huius statuti cons. 480. num. 13. vbi Appost. & vide eundem Albam cons. 770. nu. 25. vbi vult,
24 † quod stante hoc statuto non potest recedi à verbis illius, nec tacita interpretatio admittitur; quia littera dicitur, quæ potest videri, & legi, l. 1. §. legi, ff. de his, quæ in testamento delentur.

25 In verbo [ipso facto, cassa, & irrita.] † dic quod per hanc clausulam statuta ligant ante publicationem, Gabr. in suis cõmunibus, in tit. de clausulis concl. 3. num. 45 Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, num. 350. C. de reuoc. do-
26 nat. † & de clausula irritatiua, vide quæ congessit, Carpan. ad statut. Mediol. cap. 465. num. 10. Gabr. vbi supra num. 40. & seq. Menoch. cons. 83. num. 6. 7. 8. ac etiam num. 21. & seqq. lib. 4. & cons. 398. num. 48 lib. 4.

Quod prædicta statuta habeant soluere, & ligare, & roboris obtineant firmitatem. Rubr. 56.

Item statuimus, quod suprascripta, & infrascripta omnia, & singula statuta robur, & vim obtineant, & attendi, & obseruari, & adimpleri, ac ligare habeant, & debeant immediate à die, & hora publicationis ipsorum statutorum in antea, nisi statuto Communis Papiæ aliter caueatur: ita tamen, quòd ad causas, & quæstiones, & iudicata, & tre v. facta, vel finita minime se extendant.

Sup-

Summarium stat. 56. de regimine Potestatis.

1 *STatuta Ciuitatis debent confirmari à Principe.*
2 *Princeps mandans statuta aliqua seruari censetur illa approbare.*
3 *Senatus Excellentissimus Mediolani, qualiter approbet statuta.*
4 *Statuta quando incipiant ligare.*
5 *Interpretatio extensiua, & limitatiua quæ.*
6 *Statuta non trahuntur ad præterita.*
7 *Leges ad præterita negotia non trahuntur.*
8 *Statutum factum ad declarationem antiquorum statutorum, extenditur ad præterita.*
9 *Statutum ad lites pendentes an extendatur.*

1 Tem statuimus] † dic, quod videtur requiri approbatio superioris, atq; Illustrissimi Ducis Mediolani, nam & si vnaqueque Ciuitas possit condere statuta, Bart. in l. omnes populi, in prima quæst. princ. vbi cæteri DD. ff. de iustitia, & iure,
2 tamen condita capiunt robur à confirmante, † & quando Princeps mandat aliqua statuta obseruari, censentur approbata, Bonacos. in quæst. crim. in verbo obseruantia statutorum, versic. statuta, † fit autem approbatio per Senatum Excell.
3 Mediolani, hoc modo, quia in Ciuitate Mediolani mandat Vicario, & duodecim viris Prouisionū, vt rescribant, an è republica sint, & in alijs Ciuitatibus, & locis, mandat Prætori, vt vocato Consilio generali, exquirat illius votum, deinde Senatus deliberat, si nihil mutandum, aut alterandum videtur facit approbationem simpliciter, si aliquam moderationem adhibere vult, approbat cum expressione eius moderationis.
4 † Quando autem statutum incipiat ligare, vel soluere discutit Brun. tract. super constitut. vers. constitutio Papæ, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu 185. Gabr. suis communibus in tit. de legibus, concl. 4. vbi concludunt statuta incipere ligare statim post publicationem, vide tamē Alderan. Mascar. de gen. stat. interp. conclus. 8. num. 43. & seqq. vbi inquit, quod ad hoc, vt statutum liget tria requiruntur; primo, quod constituatur; secundo, quod promulgetur; tertio, quod moribus vtentium approbetur.
5 In verbo [minime se extendunt] de † interpretatione extensiua, & limitatiua statutorum, tradit Bart. in l. cæsar, col. 12. ff. de public. Bald. cons. 257. vol. 4. videas etiam Carpan. in addit. ad statuta Mediolani, in prælud. num. 355. cum seqq. pluribus, & vide latè sup. in prælud. vbi abunde dictum est.
6 In verbo [transacta, vel finita &c.] hoc statutum in hoc est conforme iuri communi, quo iure † statuta nō trahuntur ad præterita, sed tantum ad casus futuros trahuntur, Alexand. plures citans, cons. 7. num. 3. lib. 2. latè tradit Bertach. in suo repertorio, in verbo statutorum extensio, in versic. statutum extenditur, Cassan. in suis comment. ad consuet. Burgund. versic. conclusio, & approbatio, Asin. in sua praxi Iud. §. 3. cap. 1. nu. 6.
7 † Amplia idem procedere in legibus, quæ ad futura negotia, non autem ad præterita pertinent, nisi aliud actum sit, l. leges, & constitutiones, C. de legibus, cap. 2 & fin. extr. de constit. Asin. vbi supra, dicto num. 6.
8 Fallit tamen, quando statuta fiunt ad declarationem statutorum antiquorum, nam tunc trahuntur, etiam ad præterita nondum finita, l. fin. C. de transact. Alex. d. cons. 7. num. 8. vbi sublimitat non habere locum in casu nouiter deciso nam tunc in illo dumtaxat casu non trahitur ad præterita, cap. fin. de constit. & de hoc vide latius supra in præludijs, vbi plenè tractatum est.
9 An autem statuta ad lites pendentes trahantur, vide Asin. in d. §. 3. cap. primo, num. 8. Bart. & cæteros DD. in l. omnes populi, ff. de iustitia, & iure, vbi concludunt minime trahi ad lites pendentes, etiam si statutum expressè hoc dicat, intelligendo tamen secundum Ias. in l. non dubium num. 11. ad finem, C. de legibus in his, quæ ad caussarum decisionem pertinent, secus in his, quæ disponerent circa ordinationem processus, & iudicij, & vide Asin. d. cap. primo, num. 9. & seqq. vbi hoc sublimitat ex Croto in l. omnes populi. nu. 138. vers. limitatur tamen, ff. de iust. & iur. locū habere respectu processus futuri, nō autem respectu processus iam facti.

De pœna non permittentis se pignorare, Rubr. 57.

ITem statuimus, quòd si aliquis Ciuis, vel districtualis Papiæ habitans in Ciuitate, vel districtu Papiæ prohibuerit pignus, seu se pignorari non permiserit, quando pignoratur ex parte Potestatis, vel eius officialis, seu alterius officialis Communis Papiæ de facto absq; aliqua condemnatione; Dominus Potestas, vel eius officialis ex cuius parte tale pignoramemtum fieri debebat, punire debeat talem se non permittentem pignorari, vel prohibentem pignus in libris decem Papiæ, quas poni, & includi faciat intra cæpum, qui est supra palatium Communis Papiæ, vbi iura redduntur. Et minus arbitrio Potestatis, vel iusdicentis. Et credatur de prohibitione dictorum pignorum seruitori, cum vno teste fide digno, qui non sit de familia Domini Potestatis Papiæ, & non aliter.

Sum-

Summarium ſtatuti 57. de regimine Poteſt.

1 *HOC ſtatutum non ſeruatur:*
2 *Prohibens executionem fieri ex Nou. Conſtitutionibus punitur ictibus tribus eculei, vel ducentorum aureorum.*
3 *Reus in alternatiua dicta pœna eligit, quam malit*
4 *Pœna prohibentis executionem vtſupra procedit in cauſa ciuili, quid in criminali.*
5 *Eximens quem a familia, vel à carcere quot modis excuſetur.*
6 *Executoribus immoderatè exequentibus reſiſti poteſt.*
7 *Idem quando caperent pignora capi prohibita.*
8 *Idem ſi non ſeruarent formam a Nouis Conſtitutionibus traditam.*

1 HOC ſtatutum non ſeruatur, ſed obſeruantur Nou. Conſtitutiones Mediolani, tit. de pœnis, §. prohibitum.

In verbo [in libris decem Papiæ] Amplia, vt pœna † huius ſtatuti ſit extenſa ad ictus
2 tres eculei, aut ducentorum aureorum Fiſco applicandorum, vltra damna, & intereſſe, ſic diſponentibus Nouis Conſtit. Mediolani, in tit. de pœnis, cap. prohibitum.

3 † Eſt tamen in electione ipſius rei eligere alteram ex dictis pœnis, vtſupra dictum eſt, ex Iulio Claro in §. fin. praxis crim. quæſt. 85. nu. 6. verſ. ſolet etiam, vbi teſtatur, ita fuiſſe obſeruatum per
4 Senatum Excellentiſſimũ Mediolani, † Quæ pœna habet locum tantummodo in illo, qui impedit facere executiones pro cauſa ciuili. In cauſa verò criminali ille, qui impedit executionem punitur eadem pœna, qua puniendus erat ille imputatus detinendus, vt cauetur in d. Nou. Conſt. d. cap.
5 prohibitum, † quatuordecim tamen cauſas ex quibus excuſatur eximens quem à familia, vel carcere enumerat, Marian. ſocin. in tract. citation. art. 34. principali, col. 7. multa per Boſſ. tit. de captur. num. 18. & ſeqq. & tit. de crim. læſ. Maieſt. nu. 61. Farinac. de delic. & pœn. quæſt. 51. & 52. Petr. Caball. reſol. crimin. 8. lib. primo.

6 † Limita iſtud ſtatutum, vt non procedat, quando exequutores immoderatè exequerentur, tunc enim eis poteſt impunè reſiſti, l. defenſionis, C. de iure fiſci, l. prohibitum, cum glo. C. de metallarijs tex. in Auth. vt liceat matri, §. ſin autem ciuilis in fine, Ant. Corſet. ſingul. ſuo incipiente Officiali excedenti, & dictum eſt ſupra, Marſil. in l. fin. nu. 46. ff. de iuriſd. omn. iud.

7 † Limita ſecundo, vt iſtud ſtatutum non procedat, quando exequutores vellent capere pignora prohibita ex ſtat. Papiæ 43. 54. de regim. Poteſt. & ſtatuto 40. 41. 99. 104. 105. 106. cum tribus ſeq. in ciuilibus.

Limita tertiò, vt non procedat, quando ſeruitores, & exequutores non ſunt induti omnes veſte conſimili, vt diſponit ſtatut. 12. verſ. & quod ipſi ſeruitores, & ſtat. 28. verſic. qui baruarij, de regim. Poteſt. & ſtat. 139. in ciuil. quod tamen hodie non eſt am plius in vſu.

8 † Limita quarto, vt non habeat locum, vbi exequutores non ſeruauerint formam in exequendo traditam à Nouis Conſtit. Mediolani, in tit. de conceſſis, & prohib. exequt. & in tit. de exequt. & famul. iuſdicent ſic diſponentibus Nouis Conſtit. Mediol. in tit. de pœnis, cap. prohibitum.

In verbo [& credatur &c.] quando ſit credendum exequutoribus baruarijs &c. vide ſupra ad ſtat. 12. de regim. Poteſt.

De officio Conſulum Mercatorum Ciuitatis Papiæ. Rub. 58.

ITem ſtatuimus, quod Mercatores Ciuitatis Papiæ, poſſint, & valeant eligere, & creare ſingulis ſex menſibus, duos bonos viros diſcretos, & fide dignos, qui nominentur Conſules mercatorum. Quos Conſules nolumus habere merum, & mixtum imperium, ſed ſolam iuriſdictionem cognoſcendi de quæſtionibus occurrentibus, occaſione mercadantiæ inter Mercatorem, & mercatorem. Et coram ipſis Conſulibus vnuſquiſque, qui non ſit Mercator, poſſit Mercatorem conuenire, non tamen è conuerſo, etiam per reconuentionem, ſed ſolum coram Poteſtate Papiæ, vel eius Iudicibus. Quorum Conſulum ſententia ſolum per Poteſtatem, vel eius Vicarium executioni mandari debeat. A quibus ſententijs appelletur, & appellari poſſit ad prædictos Dominos Poteſtatem, vel eius Vicarium. Quibus Conſulibus damus, & concedimus auctoritatem, & bailiam condemnandi ſuper fraudibus commiſſis in artibus ſpectantibus ad mercantiam, vſque in quantitatem ſolidorum viginti Papiæ, & non vltra: à quibus condemnationibus appellari non debeat. Non intendentes propterea iuriſdictioni Poteſtatis Papiæ in aliquo derogare.

Summarium ſtatuti 58. de regimine Poteſtatis.

1 *MErcatores habent ſtatuta particularia, ad quæ recurrendum.*
2 *Cauſæ mercantiles, an habeant inſtantiam, & an detur appellatio, vltra particularia ſtatuta ipſorum Mercatorum.*
3 *Mercator qui dicatur.*
4 *An dicatur Mercator deſcriptus in matricula, non tamen exercens.*
5 *Mercator an dicatur ex vnico actu negotiationis.*
6 *Mercatura dicitur introducta ob publicam vtilitatem, &, quæ requirantur, vt quis gaudeat mercatoris priuilegio.*

7 *Quando quis dicatur reliquisse officiũ mercaturæ, & alterius negotiationis.*
8 *Mercatura an deroget nobilitati.*
9 *Nobilis ob exercitium mercaturæ perdit nobilitatem.*
10 *Filius mercatoris an recipiendus in Collegium nobilium.*
11 *Mercatores reputantur personæ miserabiles.*
12 *Mercatores vix possunt Deo placere, quod secus in bonis, & legalibus mercatoribus.*
13 *Statutum iubens credi libris mercatorum validũ.*
14 *Quod tamen statutum non debet seruari contra clericum.*
15 *Item debet intelligi in concernentibus mercaturam, & quæ requirantur, vt eorum libris credatur, an probationem contrariam admittat, & an præferatur instrumento.*
16 *Mercatori an debeatur interesse lucri cessantis.*
17 *Aequitas, non iuris rigor seruandus in causis mercatorum.*
18 *Hoc statutum non extenditur extra mercatores.*
19 *Statutum, quod filius non possit obligari, nisi mercator, intelligitur ocasione mercantiæ.*
20 *Consul vnus an altero absente possit ferre sententiam.*
21 *Reconuentioni quando locus de iure communi remissiuè.*
22 *Reconuentio an procedat in causis summarijs.*
23 *Causa reconuentionis an assumat naturam causæ conuentionis.*

1 Tem statuimus] ad hoc † statutum adde statutum 149. in ciuili, & te remitto ad forum mercatorum, qui habent particularia statuta, nec amplius obseruant statuta Communis Papiæ, quæ tamen deberent obseruare; precipuè hoc præsens statutum in illis verbis, non tamen è conuerso, etiam per reconuentionem.

2 † An autem causæ mercantiles habeant instantiam, & ab eorum sententijs detur appellatio, vltra particularia statuta ipsorum Mercatorum, vide Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de officio Abbatis Mercatorum, §. in casibus.

3 In verbo [Mercatores] † quis autem dicatur Mercator, notat Castaneus in suis comment. rub. 4. §. 4. in tex. si ille non est, num. 2. versic. quæro quia, & Virg. Boccac. in Constit. Marchie, gl. 7. nu. 37. Marant. in sua prax. part. 4. distin. 9. nu. 57. & ante eum latissimè Benuen. Stracc. in tract. de mercat. in princ.

4 † An autem dicatur mercator, qui est descriptus in matricula Mercatorum, non tamen exercet, Alex. in apost. ad Bart. in l. semper, §. negotiatio, ff. de iure immunit. concludit, quod non.

5 † Ex vnico autem actu negotiationis, vel mercaturæ, quis non dicitur Mercator, vel negotiator, l. legatis, vbi Bart. num. 7. ff. de leg. 3. Alciat. in l. mercis, num. primo, cum seq. ff. de verb. signif. Bal. in rubr. num. 16. C. de constit. pecunia, Felyn. in proemio Gregor. num. 45. ad finem, Ias. plura addens in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori, num. 7. cum seq. ff. de operis noui nuntiatione, Rip. auus meus maternus in c. primo, colum. fin. de iudic. Menoch. de arbitr. iud. casu 399. num. 20.

6 † Ad hoc autem, vt quis dicatur Mercator, & gaudeat priuilegijs mercatorum, quinque requiruntur. Primò, quod sit matriculatus. Secundò quod exerceat mercaturam. Tertiò, quod maiorem partem fortunarum habeat in mercantijs. Quartò, quod mercaturam exerceat per se ipsum, non per ministros. Vltimò, quod nõ vnicũ actũ exercuerit, Marant. in sua prax. par. 4. distinct. 9. num. 59. & seq. quem sequitur Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera M. concl. 209. num. 3. dicitur autem introducta mercatura, causa publici iuris, & vtilitatis, l. 2. ff. de nundinis.

7 † An autem, & quando quis dicatur reliquisse, vel amisisse officium mercaturæ, videas Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. casu 467. num. 2. vbi concludit, quod per quinquennium Mercator nõ exercens mercaturam, dicitur reliquisse mercaturam, & etiam ibidem Menoch. concludit, quod quis dicitur desijsse exercere artem mechanicam per decennium.

8 An mercatura deroget nobilitati; dic quod sic, vt latè per Tiraq. de nobilitate, cap. 33. num. 28. cum duobus seqq. nisi mos regionis aliud suadeat, † adeo vt nobilis mercaturam exercens nobilitatem perdere dicatur, quidquid in contrarium voluerit Calcan. cons. 84. per l. nobiliores, C. de Commercijs, & mercator. quæ probat contra eũ, Menoch. cons. 9. num. 18. lib. primo.
9

10 † An autem filius mercatoris debeat recipi in Collegium, stante statuto, quod solum nobiles recipiantur, vide Scalã in tract. de cons. sup. lib. primo, cap. 8. vbi concludit, de iure, quod non, & in hac Ciuitate non recipiuntur.

11 Aduerte tamen, quod Mercatores, dum sunt in actu mercantiæ, & peregrinantur reputantur personæ miserabiles, vt per Alex. cons. 131. ad finem lib. 7. Neuizzan. in sua sylua nupt. quomodo iudicandum pro communi opinione lib. 6. nu. 29. & nota, quod dicit idem Neuizzan. in dicta sylua nupt. lib. 5. in tit. quomodo iudicandum, num. 50. quod mercatores nunquam possunt placere Deo, cum talis negotiatio vix fieri possit sine periurijs, & mendacijs, & ad hoc allegat tex. in cap. eijciens 88. distintione, vbi sunt formalia verba, tex. eijciens dominus ementes, & vẽdentes de templo significauit, quia Mercator nunquam potest Deo placere, & ideo nullus Christianus debet esse mercator, Salic. pariter in auth. ad hæc, C. de vsur. contra mercatores hisce verbis exclamat, ò magnam notam temporum nostrorum, quis est hodie mercator, qui in venditione mercium nõ dicat mendacia, & plerumque, vt emptores alliciat, etiam deieret? quæ verba referuntur etiam à Cels. Bargal. in tract. de dolo, lib. 5. cap. 15. tit. de pœna mendacij affirmatiui num. 8. vbi pariter ponit contra mercatores duos versus cuiusdam Poetæ dicentis

Periurata suo postponit numina lucro,
Mercator stygijs non nisi dignus aquis.

12 † Aduerte tamen, quod hoc non debet intelligi de bonis, & legalibus mercatoribus, quorum consilium est valde vtile reipublicæ, vt per eundem Neuizzan. dicto num. 50.

13 † An autem valeat statutum iubens credi libris mercatorum, dic, quod sic, vt per Straccham in tract. de mercatura, in tit. de, & quomodo in causa mercatoris credendum sit, num. 31, cum alijs, de quibus per Crauet. in tract. de antiquitate temporis in prima parte, num. 27. Amplia, & limita, vt

vt per eundem Strachā loco mox citato, & latius per Nicol. Genuam. in tract. de priuat. script. lib. 4. tit. de libris mercatorum.

14 Et inter alias limitat, † vt huiusmodi statutum volens credi libris mercatorum, non debet seruari contra clericum in foro seculari, Abb. in cap. quod clericis, num. 32. de foro competenti, Alex. conf. 211. num. 5. lib. 2. quos refert, & sequitur Alderan. Mascard. de generali statut. interpræt. conclus. prima, num. 32. ita, nec eorum fauore ratione æqualitatis seruandæ, Menoch. conf. 991. num. 7. Nicol. Genua in tract. de priuat. script. lib. 4. tit. de libr. mercat. num. 29.

15 † Limita secundo, vt statutum, quod credi debeat libris mercatorum, debeat intelligi de concernentibus mercantiam, vt per eundem Alderan. Mascard. conclus. 2. num. 265. cum seqq. Mar. Anton. var. resol. lib. 2. cap. 6. num. 25. & resolut. vlt. cap. 14. per totum. Nicol. Genua dicto tract. de priu. scrip. lib. 4. tit. de lib. mercat. nu. 31. & seq. extendens ad quoscunq; libros cuiusuis officij, quia extra officium, nullam fidem faciunt, nisi tamen libri fides penderet à dispositione iuris communis, quo casu in omnibus creditur, Steph. Gratian. discept. forens. lib. primo, cap. 171. nu. 9. & 10. Genua d. loco num. 45. Barbat. conf. 30. lib. 3. Alb. conf. 95. n. 12. lib. primo, & conf. 576. & 577. lib. 3 per totū vbi latissimè, quibus in locis ait suprascriptam conclusionem procedere, etiam si consuetudo, vel statutum aliter dictaret, Rol. à Valle conf. 92. num. 6. & seqq. lib. 3. vbi sex ponit requisita ad hoc, vt libris mercatorum plena fides adhibeatur; primò, quod sit vir legalis, & pro tali habitus, Surd. decis. 199. num. 15. & consil. 489. num. 19. secundò, quod liber eius manu sit conscriptus, quod tamen non recipitur, nam ipse facere videtur, qui per alium facit Strach. de mercat. part. 2. num. 65. Viu. decis. 445. Farinac. conf. 28. num. 16. Tertiò, quod veritatem scribere consueuit: cū in vno falsus in omnibus falsus. Quartò, quod causa dati, & accepti annexa sit. Quintò, quod etiam contra se scribat. Sextò, quod verisimiliter pro vero habeatur, quod fuit scriptū. Septimò additur, vt partitæ sint ex causa mercantili. Octauò, quod sit appositus dies, mensis, & annus. Nono, quod constat de traditione merciū, Surd. decis. 199. num. 5. latè prædicta prosequitur Nicol. Genua de priu. scrip. lib. 4. tit. de lib. mercat. num. 48. cum seqq. pluribus, vbi alia sex requisita addit, nempe. Decimò, quod libri non sint diuersa manu scripti, nec cancellati, vel mendosi. Vndecimò, quod data, & recepta sint scripta, & à quo, quaue causa. Duodecimò, quod mercator iuret contexta in libro vera esse. Decimotertiò, quod liber ad instantiam partis exhibeatur. Decimoquartò, quod præfationem contineat, & inscriptionem. Vltimò, quod sit factus secundum morem consuetudinis.

Admittitur tamen contra tales libros probatio in contrarium, vt de magis communi, tenet Ioseph. Ludou. conclus. 29. col. 2. versic. verior, Genua dicto tit. de libr. merc. num. 109. & vbi talis liber habet recitata requisita, tunc ratione hypothecæ præfertur etiam instrumento posteriori, Stephan. Gratian. decis. 203. per totum.

16 † An autem mercatori debeatur interesse lucri cessantis; & dic quod sic, stante mora debitoris, Ant. Gabr. suis cōmun. tit. de solut. conclus. decima per totam, vbi latissimè amplia, & limitat, latè per Honded. conf. 50. lib primo, conf. 36. lib. 2. Morot. conf. 65. Menoch. conf. 1180. Rim. iun. conf. 815. latissimè omnes casus complectens Ioan. de Castill. controu. iur. part. 2. cap. primo, Natt. conf. 370. Bursat. conf. 68. num. 11. lib. 1. & scias, quod vsura pro concurrenti quantitate ipsius interesse ei, cui interesse debetur, communi iure est permissa, cap. cum quæstus de vsuris, cap. quærit, vbi glo. in verbo serues indemnem de fideiuss. Alex. inferens ad plura; conf. 221. nu. 1. & per totum, lib. 2.

17 † Aduerte etiam, quod in causis mercatorum semper inspicitur æquitas, non iuris rigor, vt latè per Strachā de mercatura, in tit. quomodo in causis mercatorum, num. primo cum seq. ad quem semper recurras, Viu. opin. 570.

18 † In verbo occasione mercantiæ] non tamen extenditur ad alios casus extra eosdem mercatores, vide Fel in cap. primo, de officio delegati, Ias. in l. testamenta, in princ. C. de testamentis, & in l. prima, & in l. post operis, vbi Paul. ff. de operis nou. nunt.

19 † Et scias, quod stante statuto, quod filius familias non possit se obligare, nisi sit mercator, intelligitur, vt obligetur, quando contrahit occasione mercantiæ, Bal. in l. in hoc edicto. ff. naut. caup. & stabul. Alex. conf. 208. nu. 10. vbi Apostil. lib. 2.

20 In verbo [quorum] † an autem alter consulum poterit ferre sententiam, si alter absit, vel decedat, dic spectandam esse consuetudinem, vide ad hoc Ias. in l. rem non nouam, C. de Iudic.

21 In verbo [per reconuentionem] de iure communi, † An quando locus sit reconuentioni, latissimè Bart. in auth. & consequenter, C. de sent. & interloq. omn. iud. Marant. in sua praxi iud. in tit. an sit iudic. conuent. vel reconuent. num. 4. Abb. in cap. primo, de mutu. petit. Menoch. de arbitr. iud. casu 184. per totum plura Carp. ad statuta Mediolani cap. 44. num. 107. cum infinitis seqq.

22 † An autē reconuentio habeat locum in causis summarijs, DD. sup. citat. & præsertim Marian. in c. 2. in 6. artic. fallent. septima de mutuis petitionibus, Carpan, ad dictum cap. 44. num. 109.

23 † An autem reconuentionis causa assumat naturā causæ conuentionis, Rip in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 165. ff. de acq. possess. Menoch. de arbitr. iud. quæst. 44. vbi plura, de reconuentione, latissime Card. Tusch. pract. concl. 121. in littera R. in verbo reconuentio, concl. 60. & 61. per totam, vbi habetur, quid sit reconuentio, quotuplex sit, in quibus differant conuentio, & reconuentio, qualiter procedendum, quando, & qualiter fieri possit reconuentio.

Quod Potestas Papiæ non possit pernoctare sine licentia. Rubr. 59.

ITem statuimus, quod Domino Potestati Papiæ non liceat stare, & pernoctare extra Papiam, vel districtum aliquo modo, nisi pro negotijs specialibus Communis Papiæ, per

totum tempus ipsius sui regiminis, sine parabola, & licentia duodecim Sapientum, saluo semper, & reseruato praecepto, & voluntate Illustris, & Magnifici Domini nostri Domini Galeazij Vicecomitis, Comitis Virtutum.

Summarium statuti 59. de regimine Potest.

1 *Nox qualiter accipiatur.*
2 *Dies, & nox quomodo sumantur.*
3 *Lapides de nocte proijcientes qualiter puniātur.*
4 *Officialis discedens ab officio sine licentia qualiter puniatur.*

1 IN verbo [pernoctare] quid † intelligatur, quando in statutis fit mentio de nocte, vide infra stat. 43. in crimin. Cotta in memorial. in verbo diem mora Federicum de Senn. in cons. 44. Polidor. Rip olim Collegam meum, in tract. de noctur. tempor. cap. 1. 2. & 3.

2 † Et quid, si statutum expresse non determinat, quando dicatur dies, & nox, quomodo sit intelligendū; & dic, quod hoc relinquitur arbitrio Iudicis, qui considerabit, an esset tanta claritas, vt attribuendum sit diei, an vero tanta obscuritas, vt attribuendum sit nocti, Iul. Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 82. statut. 9. numero 4. vbi Baiar. in addit. ad eum, num. 101. qui loquuntur in delictis, quando dicantur cōmissa de nocte, & quando de die, vt est Venetijs, ac Ianuæ, Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera D. concl. 407. per totū. Polid. Rip. olim Collega meus in tract. de noctur. tempor. dicto cap. primo, 2. & 3.

3 † Qua autem pœna puniantur proijcientes lapides de nocte, vide statut. 55. in criminalibus, & de pœna euntium de nocte, vide stat. 81. in crim.

In verbo [sine licentia] adde Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de offic. & iurisd. diuers. 4 Iud. cap. officiales, vbi disponitur, quod officiales non possint ab officijs discedere sine licentia Principis, vel Senatus, sub pœna amissionis salarij, & adde etiam Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de officio Vicariorum Generalium, cap. non est permissum, Paris. de Puth. in tract. syndic. c. sequitur de modo, & forma.

Quod quilibet Iudex D. Potestatis Papiæ sit horis ordinatis ad suum Tribunal. Rubr. 60.

ITem statuimus, quod quilibet Iudicum D. Potestatis Papiæ, stare teneatur omni die Iuridico, ad suum Tribunal ab omni hora campanæ pulsantis de mane, vsq; ad tertias, & pulsantis post nonam, vsq; ad vesperas. Et faciat rationem expeditam cuilibet postulanti bona fide. Qui Iudex teneatur vinculo sacramenti stare ad bancum quolibet die in mane per duas horas, & in octauis per duas horas.

ITem &c. Adde Nouas Constitutiones Mediolani in tit. de officio, & iurisdictione omn. iud. cap. Iusdicentes diebus, & in tit. de iudic. §. in citationibus. Adde etiam Carpan. ad statuta Mediolani, cap. primo, num. 119.

Quod Potestas Papiæ, & eius Iudices, & Officiales Curiæ suæ puras, & mundas manus habere debeant. Rubr. 61.

ITem statuimus, quod D. Potestas Papiæ Iudices, & Milites, seu Collaterales ipsius, vel alius quicunque de sua familia, non possint, nec debeant recipere aliquod munus, præter esculentum, & poculentum, quod paucis diebus consumi possit ab aliqua persona laica Ciuitatis, vel districtus Papiæ, vel aliunde, vllo modo, vel ingenio, non possit, nec debeat ipse D. Potestas, nec aliquis de eius familia habere, vel recipere aliquid plus, quam contineatur in statutis, vel prouisionibus Communis Papiæ, sub pœna dupli estimationis eius, quod receperit contra formam præsentis statuti, applicanda Communi Papiæ. Prædictaque locum habeant, nisi si assumpti fuerint ipsi, vel aliquis eorum in arbitros, vel arbitratores, vel amicabiles compositores de partium voluntate, de, & super quæstionibus, de quibus non esset antea coram ipsis assumptis, vt supra lis mota, vel incohata.

Summarium ad statutum 61. de Regim. Potest.

1 *Officialis an possit accipere esculenta, & poculenta de iure communi.*
2 *Officialis non potest aliquid à subditis accipere, etiam ex causa donationis, & etiam finito officio.*

3 *An autem prohibeatur accipere à Communitate.*
4 *Personæ appellatione non venit vniuersitas in statuto.*
5 *Pœna Officialis aliquid recipientis in Nouis Constitutionibus Mediol.*
6 *Officialis quando accipiendo, vel refutando mereatur reprehendi.*
7 *Familiæ appellatione qui veniant.*
8 *Officialis tenetur pro factis familiæ, maximè quando factum est eo sciente.*
9 *Lis an dicatur ante litis contestationem.*

Tem statuimus &c. in verbo esculentū,
1 & poculentum,† dic idem de iure communi, vt Iudex prohibeatur accipere esculenta, & poculenta magni valoris. quod secus est in esculentis, & poculentis parui valoris, quæ modico tempore possunt consumi DD. in d. l. solent, ff. de officio proconf. Menoch. de arbitr. iudic. casu 342. num. 35. cum seq. vbi vult relinqui arbitrio Iudicis, quæ dicantur esculenta, vel poculenta, quæ possint consumi intra breue tempus, & circa hanc materiam huius statuti, vide latè Boss. in tit. de offic. corrupt. pecu.

2 Aduerte, quod † officialis etiam de iure communi nihil potest à subditis recipere, etiā ex causa donationis, & finito officio, quando eis est constitutum salarium, l. solent, ff. de officio proconsul. vbi latè Bal. Alba conf. 354. num. primo, vbi po-
3 nit † nunquid prohibeatur accipere à Communitate, & concludit, quod potest; & facit, quia statutum nostrum prohibet accipere ab aliqua per-
4 sona,† personę autem appellatione non venit vniuersitas, Auth. item quæcunque, vbi Bal. C. de Episc. & cleric. Alex. conf. 216. nu. 11. lib. 2. vbi vult procedere, etiam in statuto loquente de persona, vt non compræhendat vniuersitates, Dubiū tamen est in illis verbis, vel aliunde vllo modo.

5 In verbo [sub pœna dupli] † Amplia in quadruplum per Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de officio Vicariorum generalium, cap. iusdicentes, & officiales il primo, & in tit. de officio, & iurisdictione diuers. iudic. cap. sciant omnes Iudices.

6 Adde,† quod si officiales Papiæ à nemine quidquam acciperent, dicerentur valde inhumani, si passim acciperent, reputarentur vilissimi, si verò omnia acciperent, auarissimi essent, l. solent, vers. non vero, ff. de officio proconsul. Ias. in l. cum, qui §. in popularibus, ff. de iureiuran. Hinc dicitur, nec passim, nec omnia, nec ab omnibus.

7 In verbo [nec aliquis de eius familia † quid veniat appellatione familiæ, vide tex. in l. 2. §. familiæ, ff. de verborum signif. l. si habitatio, §. fin. ff. de vsu, & habitatione, per quæ iura DD. volunt compræhendi omnes, qui in ministerio seruiendi sunt, siue sint serui, siue sint liberi, siue habitatio sit vrbana, siue rustica, compræhenduntur etiam ij, quosquis reduxit secum in colonia, l. videamus, ff. locati, & disponit stat. Papiæ 156. in ciuili. Intelligitur etiam famulus scolaris, & in successionibus compræhenduntur omnes propinqui, agnati, & domestici, per ea, quæ adducit Carpan. ad statuta Mediolani in nouissimis cap. 389. num. 3.

8 Et aduerte, quod † officialis tenetur pro factis ab eius familia, latè Menoch. de arbitr. iud. casu 345. quod maxime dicendum est, quando familia aliquid facit officiali sciente, nam tunc videtur factum de voluntate officialis, Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori, quæst. 10. ff. de operis noui nuntiat. Alex. conf. primo, num. 9. lib. 2.

In verbo [de quibus] vide DD. in l. 1. §. & post, ff. de operis noui nuntiatione.

9 In verbo [lis mota] Adde, quod † lis non dicitur ante litis contestationem, sed solum post; Bart. in l. causas, nu. 2. C. de transact. vbi Castr. nu. 3. ac cæteri DD. Bal. in l. 4. in fine, C. de relat. latè Andr. Gail. pract. obseru. obseru. 74. num. 2. ac obser. seq. num. 4. vide latè de hoc Lancellot. de attent. lit. pend. in 2. parte, cap. 4. vbi latissimè.

De pignoribus consignandis per quemlibet seruitorem Communis Papiæ ad Cameram dicti Communis. Rubr. 62.

ITem statuimus, quod omnia pignora, quæ auferentur, aut pignorabuntur per seruitores, & baruarios Domini Potestatis, & Communis Papiæ in Ciuitate, & districtu Papiæ, ex parte dicti Domini Potestatis, vel eius Vicarij, vel Iudicum, vel Officialium Curiæ suæ, ac etiam omnium aliorum Officialium quorumcunque, siue Datiorum, gabellarum, & reddituum, siue stratarum, & pontium, siue farinarum, siue campaneæ, & alterius cuiuscunque Officialis Communis Papiæ, de cætero consignentur, & consignari debeant apud Camerarium dicti Communis, præsentem, & futurum, per quemlibet seruitorem Communis Papiæ, cui fuerit data licentia faciendi pignorationem prædictam ea die, videlicet, si dicta pignoratio facta fuerit in Ciuitate, vel suburbijs Ciuitatis prædictæ. Et ea die, vel sequenti ad minus, si pignoratio facta fuerit in districtu Papiæ, computatione facta à die, qua fecerit redditum in Ciuitate prædicta. Saluo, quod si pignora prædicta, vel eorum aliqua secum non portauerit, vel portari fecerit seruitor prædictus, sed ipsa dimiserit, & consignauerit in aliquo loco idoneo, tunc sufficiat dicto seruitori dare in scriptis corā illo iusdicente, de cuius præcepto dicta pignoratio fienda concessa fuerit, quæ, & qualia pignora sint, & penes quē per eundem seruitorē fuerint consignata, & recōmendata, sub pœna arbitrio Domini Potestatis Papiæ, si contrafactum fuerit. Saluo

damno, & interesse dictorum pignorum, quibus competit, in praeiuditium tamen seruitoris praedicti, & contra eundem seruitorem.

Summarium stat. 62. de regimine Potestatis.

1 *Videnda ad hoc statutum, & quid de iure communi.*
2 *Camerarius in hoc statuto quis intelligatur.*
3 *Pignoribus captis, si contradictor appareat, quid agendum.*
4 *Vxor opponens se executioni pro iuribus dotalibus, qualiter audienda.*

1 Item statuimus] † hoc statutum deberet precedere statutum 4. de regimine Potest. & quidquid sit, adde statutum de regimine Potestatis, in quibus locis plura dicta sunt pertinentia ad hoc presens statutum, & adde statut. 17. in ciuili.

Quid autem de iure communi habeat seruare executor post pignora capta, tradunt DD. in l. à Diuo Pio, §. si pro rebus, ff. de re iudic. & Neguz. de pignor. & quid de iure municipali disponit statutum 17. in ciuilibus.

2 In verbo [apud Camerarium] † dic, quod eius appellatione intelligitur Referendarius per ea, quae disponunt Nou. Constit. Mediolani. in tit. de Referendarijs Ciuitatum, cap. eritq; officij cum seqq.

3 † Quaeritur modo, si captis pignoribus, & depositis ad formam huius statuti, deinde compareat contradictor, quid iuris erit, & responde, quod aut sunt pignora, quae non patiuntur contradictionem, & tunc relaxantur sine lite, & capiuntur per creditorem, & alia relinquantur, Ias. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff de re iudic. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 233. num. primo, aut patiuntur contradictionem, & tunc caussa est summarié cognoscenda, & illud iudicium non praeiudicat in alio iudicio ordinario, vt tenet Ias. loco supra citato, num. 4. cum seqq. Item distingue, quod aut contradictor apparet ante relaxum factum, & tunc militant praedicta, aut post relaxum, & tunc contradictor non excluditur à iuribus suis sed grauatur in hoc, quod tunc cognoscitur ordinarié de iuribus suis, cum prius summarié cognosceretur per ea, quae adducit Carpan. ad statut. Mediol. vol. primo, cap. 233. num. 4. Alex. cons. 52. num. 4. lib. 7.

4 † Item queritur, si mulier se opponat exequutioni factae in bonis mariti vergentis ad inopiam, an possit audiri, & possit inhibere caeteris posterioribus creditoribus, & ipsa praeferatur, & debeat manuteneri in possessione, seu quasi bonorũ viri, quę simul cum viro possedit iure pignoris, & hypothecae, & an hoc possit facere solum allegans maritum vergere ad inopiam, absque eo, quod probet ipsum vergere ad inopiam; dic quod prima facie videtur dicendum, quod non ex statuto ciuili 86. sed aduerte, quod dictum statutum loquitur, respectu tertij pluris, & augmenti dotis, quorum inclusio aliorum debet esse exclusio, nec ideo creditur extendi quoad capitale, & totius substantiae dotis suae, nam statuta debent strictè intelligi, nec vltra quam loquuntur, vt disponit statut. 55. 56. sup. de reg. Potest. cum ibi adductis, vnde cum prohibeant contradictionem, respectu tertij pluris, & augmenti dotis debent respectu residui, & sic respectu capitalis dotis casus omissi à statuto relinqui sub dispositione iuris communis, iuribus notis, de iure autem communi dic, quod sic, nempe quod potest mulier se opponere executioni, & inhibere vtsupra, vt voluit Pract. Papiens. in forma libelli, in quo mulier agit ad dotem in gl. vxor nu. 28. Bal. Nouellus tract. de dote parte 7. priuil. 2. Carp. ad stat Mediol. cap. 500. in nouissimis num. 43. & cap. 163. nu. 4. cap. 164. num. 4. Magon. rot. florent. decis. 64. num. 1. Thesaur. decis. 107. Ozas. decis. 135. D. Cost. olim Collega meus de remed. subsid. remed. primo.

Quod nullus seruitor Communis Papiae audeat ire ad pignorandum, vel detinendum aliquem de praecepto, vel licentia alicuius Officialis Papiae, quicunque sit, sine baruarijs Domini Potestatis Papiae. Rubr. 63.

Item statuimus, quod nullus seruitor Communis Papiae tàm audax inueniatur, & sit, qui vadat, vel ire possit ad pignorandum, vel detinendum aliquem in Ciuitate, vel districtu Papiae, de praecepto, vel licentia alicuius Officialis Communis Papiae, quicunqs sit, sine baruarijs Domini Potestatis Papiae praedicti, sub poena librarum viginti quinque Papiae seruitori Communi Papiae applicanda totiens quotiens contrafactum fuerit. Et quilibet possit esse accusator, & habeat medietatem poenae praedictae.

Summarium statuti 63. de regimine Potest.

1 *Licentia pignorandi.*
2 *Birroarius, vel seruitor simulans iussum Officialis, quem non habet qualiter. puniatur.*
3 *Concussio quid.*
4 *Nuntius exigens vltra eius mercedem, etiam à sponte dantibus, an puniatur.*

Adde

1 ADde, † quod Notarius iusdicentis Papiæ, non debet dare licentiam pignorandi, & derobandi alicui baruario, vel seruitori, sed debet dare ei, qui dictam licentiam impetrauit, alioquin cadit in pœnam stat. 140. in civili, pars verò quæ impetrauit huiusmodi licentiam, non debet exequendam dare baruarijs, sed seruitori, vt disponit stat. 15. in ciuil. in illis verbis [hoc addito, &c.] seruitor autem non potest ire ad pignorandum sine baruarijs, vt disponit stat. hoc 63. de reg. Potest. quos baruarios tenetur Potestas dare ad voluntatem creditorum, vt disponit statut. 16.
2 in ciuili. † si autem talis seruitor simulato iussu officialis cōmittit concussionem, punitur pœna, de qua in l. prima per totum, ff. de concussionib. †
3 est autem concussio secundum Alber. de Rosate, cum officialis à subdito aliquid percussionem extorquet, & scias, quod si seruitor exigat à sponte dantibus, plus quam fuit taxatum in Nouis Constitutionibus Mediolani, in tit. de execut. capit. executores præsumitur concussio, nec ei creditur, qui sponte receperit, Ias. in §. quadrupli. nu. 3. Instit. de action. Carp. in addit. ad statut Med. cap. 177. num. primo.

De Camparijs eligendis in quibuscunque locis Territorij Papiæ, & districtus. Rubr. 64.

ITem statuimus, quòd deinceps, per quæcunque Communia, & Vniuersitates quorumcunq; locorum, Terrarum, seu Villarum, Territorij, & districtus Papiæ, de cætero, omni anno de mense Ianuarij, teneantur, & debeant sub pœna librarum 25. Papiæ, pro qualibet communi, seu Vniuersitate, & pro qualibet vice qua contrafactum fuerit in eorum locis, Terris, & Villis, eligere vnum Camparium, vel plures Camparios in quocunque dictorum locorum, Terrarum, seu Villarum. Qui Camparius, seu Camparij promittant, & iurent ad Sancta Dei Euangelia, de bene custodiendo die, noctuq; terras, campos, vineas, boscos, & possessiones dictorum locorum, Terrarum, seu Villarum, & clauas, vuuas, & fructus, & redditus, qui adfuerint in ipsis. Et de notificando, & manifestando dominis dictarum, terrarum, vinearum, boscorum, & possessionum, omnes, & singulos, qui ipsis damnum dederint. Et de accusando ipsos tales damnum dantes coram Potestate illius loci, in cuius Territorio illud damnum, siue damna data fuerint, vel in Ciuitate Papiæ, coram illo Iudice, seu Magistratu, qui domino illius terræ, boschi, vineæ, seu possessionis, in quo, vel in qua dicta damna data fuerint, placuerit. Et credatur assertioni dicti domini, seu dominorum, cum sacramento dicti Camparij, seu Campariorum, seu dictis dominis terrarum, & possessionum, de quantitate dicti damni, vsque ad quantitatem librarum decem denariorum Papiæ pro qualibet vice.

Summarium statuti 64. de regimine Potestatis.

1 *CAmparius alio tempore quàm præfixo à statuto electus an teneat.*
2 *Campario & si credatur potest tamen contrarium probari per rei inspectionem.*
3 *Probatio per rei euidentiam nūquàm censetur reiecta, estq; superlatiua omnium.*
4 *Statutum quod credatur cāpario, intelligitur, nisi contrarium probetur.*
5 *Fall. si statutum haberet Camparij dictum pro plenaria probatione.*
6 *Statutum quod accusatoris dicto credatur, intelligitur, si iurauerit.*
7 *Iuramentum accusatoris coram quo præstandum.*

ITem statuimus &c. In verbo [de mense Ianuarij] quæritur. † An hoc tem-
1 pus sit precisè obseruandum, ita vt electio Camparij alio mense facta non valeat, vide Ias. in Auth. quæ supplicatio, num 5. C. de precib. imper. offer. Bal. in l. ordo, circa medium, C. de execut. rei iud. vbi volunt præcisè tàm in tēpore, quàm in forma obseruari debere, aliter, si secus fiat, irritū est ipso iure.

In verbo [cū sacramento dicti Camparij] scias,
2 † quod assertio, & dictum Camparij non est tantæ efficaciæ, & effectus, quin possit probari contrarium, non obstante, quod iurauerit, latè Doct. & Alex. præcipuè in l. qui bona. §. quando damni, num. 2. & seqq. pluribus, ff. de dam. infect. maximè per inspectionem oculorum Iudicis, quia hæc probatio est euidentior quibuscunq; alijs, vt per Azonē in rub. C. ad leg. Aquil. Bal. in l. contra negantem, C. eod. tit. & in l. Deo nobis, C. de Epis. & clericis, & in rub. C. de probat. tex. in cap. qui auctoritates, 17. alias 27. quæst. 2. l. 1. C. de re
3 iudic. & hæc probatio dicitur, adeo notoria, vt sine rubore negari non possit, & quod non fallit, nec fallere potest intentionem iudicantis, vt per Bal. in dicta rub. de probat. & in l. cuius, C. de appell. diciturq; superlatiua omnium probationum Cæs. Barz. decis. bonon. 2. num. 57. & seqq. & ex huiusmodi probatione tollitur ipsum iuramentum, per notata in l. 3. & in l. admonendi, ff. de iure iurando, Angel. in l. qui restituere, ff. de

rei

rei vendic. & in l. qui vas. ff. de furtis, quia † debet intelligi statutum, nisi contrarium probetur, 4 latissimè. Addit. ad pract. Papiens. in forma resp. rei conuen super gl. ius iurandi. in littera B. incip. iuramento, vbi etiam traditur, num debet cõstare de possessione domini, super qua fuit damnum datum, cum ipse asserit iudici, super eius possessione damnum datum, de quo per Specul. in tit. de probat. §. fin. vers. sed pone statutum nu. 11.

Et scias, quod statutum iubens credi iuramento Officialis, vel alterius intelligitur, nisi contrarium probetur, cap. proposuisti, vbi Abb. num. 1. de probat. Alex. cons. 114. num. 8. cum seq. lib. 4. vbi vult hoc procedere, etiam si statutum dicat
5 † quod habeatur pro plena probatione, secus si pro plenaria, vt ibi per eum, idem Alex. in l. qui bona, §. damni, num. 6. cum seq. ff. de dam. infecto, de communi, Ias. in l. si quando, nu. 28. ff. de damno infecto, idem Alex. in l. 1. §. si absens, nu. 7. cum seq. ff. si ex noxal. causa latissime. Plot. in repetitione, l. si quando. num. 776. cum seq. C.
6 vnde vi. † Item statutum disponens, quod credatur simplici dicto accusatoris, debet intelligi si iurauerit, Bart. in l. Theopompus per illum tex. ff. de dote præleg. Alex. cons. 7. nu. 9. vbi Apost. lib. 3. Borgnin. decis. 13. nu. 54. Natt. cons. 550. num. 8.

Item scias, quod huiusmodi iuramentum debet prestari coram Iudice, vel Notario causæ, de commissione Iudicis, Alex. dicto cons. 71. nu. 10.

An autem Ciues teneantur ad solutionem Camparij de foris; dic quod sic, vt infra statut. 81. in ciuil. in tit. de non compell. Ciues.

An etiam contra Camparium præsumatur; dic quod sic, Boss. in tit. de carceratione, & circa materiam huius statuti, vide Horat. Carpan. ad lib. 2. statutorum Mediolani, cap. 367. 368. 370. & 374. & post eum vide etiam Annotationes ad statuta Magnif. Ciuitatis Parmæ, in libro damnorũ datorum in rub. de officio Camparij, per totum.

De satisdatione per Campsores præstanda. Rubr. 65.

Item statuimus, quod omnes Campsores, seu tenentes, & c., qui de cætero tenere voluerint cambium, tabulam, seu bancum pecuniæ, seu monetæ in Ciuitate Papiæ, vel Burgis Papiæ adhærentibus eidem Ciuitati, teneantur, & debeant coram Vicario Domini Potestatis Papiæ omni anno de florenis mille auri, satisdare, & iurare de reddendo, & faciendo bonam, & sufficientem rationem, solutionem, & satisfactionem quibuscunque personis de rebus, & monetis, ac pecunia, & quantitatibus earum, quas ipsos Campsores, vel eorum socios, vel Officiales, vel eorum aliquem quomodolibet habere, recipere, vel ad eorum manus peruenire contigerit vlla occasione. ¶ Et intelligantur Campsores, socij, & officiales ipsorum Campsorum, quicunq; steterit ad cambium, bancum, seu tabulam, seu locum cambij, & tabulæ deputati ad dandum, reddendum, seu scribendum monetam, vel pecuniam, vel aliquas alias res, cuiuscunque generis existant penes eos, vel aliquem ipsorum, sub recommendatione, deposito, aut fide, aut alio quoquo modo datas, & consignatas, vel depositas alia occasione. Et de prædictis omnibus, & singulis obseruandis, & firmiter attendendis, Vicarius teneatur eos constringere, & iurari facere ad Sancta Dei Euangelia, corporaliter tactis scripturis coram dicto Vicario, quandocunque fuerint requisiti de prædictis satisdatione, & sacramento præstandis vt supra: quas satisdationes approbare teneatur approbator Communis Papiæ. Nec possit recipere vltra solidos viginti Papiæ pro qualibet satisdatione.

Item statuimus.] hoc statutum videtur inutile in Ciuitate Papiæ, quia deficiunt hi Campsores, & vbi adessent, vellent seruari statuta Collegij Mercatorum particularia, vel Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de officio Abb. Mercatorũ.

Scias autem, quòd Campsor regulariter dicitur ille, qui monetam auream, & argenteam exercet qui vulgo dicitur, Banchero, Carp. alios citans ad statutum Mediolani, cap. 88. in littera B. lib. 2.

De Syndicatu Domini Potestatis Papiæ, & eius familiæ, & de satisdatione præstanda per eum. Rubr. 66.

Item cum iuris rationibus congruat, quod quilibet Officialis reddere debeat rationem suæ villicationis, prouida deliberatione duximus esse statuendum, quòd die illa, qua nouus Potestas intrauerit, statim post introitum, eligantur per Dominos Duodecim Sapientes negotijs Communis Papiæ Præsidentes, quattuor boni, & prudentes viri litte-

litterati, inter quos sit, saltem unus Iurisperitus de Collegio Iudicum Ciuitatis Papiæ, & unus Notarius discretus. ¶ Qui quattuor sint sindicatores ad siudicandum Dominum Potestatem, & eius familiam, una cum Syndicatore deputato, vel deputando per Illustrem Principem, & Magnificum Dominum Dominum nostrum. Et qui omnes Syndicatores habeant merum, & mixtum Imperium, omnimodam Iurisdictionem in syndicatu prædicto, contra prædictum Dominum Potestatem, eiusque familiam. ¶ Coram quibus Syndicatoribus quilibet possit porrigere accusationes, denuntiationes, petitiones, & querelas, quas facere, vel producere vellet contra dictum Dominum Potestatem, & familiam suam. Possint etiam procedere per Inquisitionem generalem, & descendere ad specialem, prout eis videbitur expedire. ¶ Et in prædictis omnibus, & singulis possint, & valeant procedere summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, omni iuris, & statutorum solemnitate omissa. ¶ Et quod dictus Dominus Potestas teneatur, & debeat tempore sui syndicatus, dum respondebit cum familia sua Inquisitioni generali, dare quattuor bonos, & idoneos Ciues Ciuitatis Papiæ fideiussores, qui habeant in valimento communi estimatione ad minus libras mille imperialium pro quolibet, in manibus dictorum Dominorum Syndicatorum recipientium nomine, & vice Illustris Principis Domini nostri, & Communis Papiæ, & omnium, quorum interesse posset, de faciendo bonam, & idoneam rationem de gestis, & administratis per se, & familiam suam, & de stando, & parendo præceptis dictorum Dominorum Syndicatorum: & de soluendo omnem condemnationem, quæ fieri contigerit de eis, vel aliquo ipsorum, nec plures fideiussores dare possit. Qui Dominus Potestas, & eius familia teneantur, & debeant stare ad syndicatum ad minus per spatium octo dierum post exitum sui officij. ¶ Et si infra dictum tempus octo dierum, nullus libellus, vel querimonia factus, seu facta fuerit de eis, vel aliquo ipsorum, vel per Inquisitionem nihil contra eos, vel aliquem ipsorum inuentum fuerit, quod tunc transactis octo diebus possint recedere cum benedictione Dei, & gratia Domini nostri, & hominum Ciuitatis Papiæ. ¶ Si autem datus fuerit aliquis libellus, vel querimonia, vel per Inquisitionem aliquid inuentum fuerit contra eum, vel aliquem ipsorum, quod ille, contra quem modo prædicto proceditur, stare debeat, & permanere ad syndicatum, usque quo super dicto processu sententia lata fuerit absolutoria, vel condemnatoria: & usque quo soluerit illud, in quo fuerit condemnatus. Eligantur etiam duo boni, & sufficientes Notarij per dictos Dominos Sapientes, qui scribant acta, & processus dicti syndicatus. Et post finitum dictum syndicatum ponantur libri, & sententiæ absolutionum, vel condemnationum ad Cameram rationalem Communis Papiæ. Qui syndicatores taliter electi habeant à Communi Papiæ, & habere debeant pro quolibet ipsorum libras quinque Papiæ pro dicto syndicatu, qui Syndicatores durent per annum. Et possint syndicare quoscunque alios Officiales Communis Papiæ modo præmisso.

Summarium Statuti 66. de Regimine Potestatis.

1 *Hodie unus tantum Syndicator eligitur per Gubernatorem.*
2 *Circa syndicatum seruatur dispositio Nouarum Constitutionum Mediolani.*
3 *Syndicatores eliguntur singulò biennio.*
4 *Feudatarij pro syndicandis eorum Officialibus nominant tres Senatui, qui unum ex eis eligit.*
5 *Forma litterarum, quæ dantur Syndicatoribus Regijs.*
6 *Forma litterarum Syndicatorum officialium.*
7 *Quid faciant Syndicatores, cum ad locum syndicatus peruenerint.*
8 *Generalis Inquisitio, quæ formatur contra Officiales syndicandos.*
9 *Edictum generale proponendum per Syndicatores contra Officiales.*
10 *Syndicatores debent se abstinere à causis ordinarijs.*
11 *Relaxatos sub fideiussione nõ reuocant ad carceres.*
12 *Syndicatores tenentur assumere informationes per se, non per substitutum.*
13 *Finito syndicatu non recedunt usque ad aduentũ successoris.*
14 *Non absoluantur, nisi facta relatione Senatui.*
15 *Quæstiones videnda in materia syndicatus.*
16 *Officiales de quibus syndicetur.*
17 *Quid de consuetudine.*

18 Offi-

18 *Officialis tenetur de gestis per substitutum.*
19 *Quid quando substituens est electus à Principe, vel Republica.*
20 *Officialis an possit accusari durante officio.*
21 *Quid quando ageretur de crimine, pro quo veniret imponenda pœna priuationis officij.*
22 *Officiales prohibentur aliquid dare, vel promittere, occasione habendi officij.*
23 *Contrafacientes qualiter puniantur.*
24 *Officiales à principio officij iurant in manibus Magni Cancellarij, vel Præsidis.*
25 *Quando barattariam committere dicantur.*
26 *Pœna barattariæ.*
27 *Et quid in hoc Dominio seruatur pro barattaria.*
28 *Officialis an possit querelari, transacto tempore ad syndicandum.*
29 *Officialis semel sindicatus, an possit in propria patria conueniri.*
30 *Officialis fugientis ante syndicatum pœna.*
31 *Quid si fugiat intra tempus præfixum syndicatui.*
32 *Iuramentum an possit deferri contra officialem fugientem.*
33 *Quid in criminalibus, an iuretur in litem.*
34 *Fuga Officialis quam probationem faciat.*
35 *Officialis an possit relicto procuratore discedere è syndicatu.*
36 *Quid in Officiali vocato à Principe.*
37 *Officialis an teneatur de gestis à sua familia.*
38 *Cautela pro Officialibus, ne teneantur pro familia.*
39 *An euitent condemnationem consignando familiam, & num. 42.*
40 *Quid si familia officialis aliquid non pertinens ad officium commiserit.*
41 *An in criminalibus Potestas teneatur pro familia.*
42 *Officialis, an syndicandus pro delicto non pertinente ad officium.*
44 *Quid de delictis commissis post finitum officium.*
45 *Quid de consuetudine.*
46 *Officialis ab omnibus laudatus an teneatur stare syndicatui.*
47 *Pœna offendentis officialem finito syndicatu.*
48 *Quid si officialis alicui iniuriam primo intulerit.*
49 *Quid si non contemplatione officij.*
50 *Officialis repertus in adulterio an possit impunè occidi.*
51 *Pœna offendentis doctorem de Collegio ex causa prouenientе ex officio, vel causidicum.*
52 *Quid si fuerint offensi ob inimicitiam.*
53 *Quid si offendatur Doctor Medicinæ, vel Philosophus.*
54 *An offensus teneatur probare qualitatem, quod fuerit iniuriatus ex causa proueniente ex exercitio.*
55 *Qualitas quando probanda remissiuè.*
56 *Pœna offendentis Doctorem, vel causidicum ex alia causa, quam officij.*
57 *An sufficiat iuratoria cautio, si officialis nequeat fideiubere.*
58 *Quid si criminaliter accusetur.*
59 *An sufficiat iuratoria cautio in principio officij.*
60 *Officiales electi non admittuntur in hoc Dominio, nisi fuerint approbati à Senatu, & idonee fideiusserint.*
61 *Officialis qualiter puniendus ex Nouis Constitutionibus Mediolani.*
62 *Quid de iure communi.*
63 *Pœna iniustè querelantis Officialem tam de iure communi, quam ex Nouis Constitutionibus Mediolani.*
64 *Pœna calumniosè accusantis aliquem.*
65 *Calumniator qualiter excusetur remissiuè.*
66 *Præceptum de iure Diuino, quod quilibet reddat rationem villicationis suæ.*
67 *Officiales optime gerentes Magistratū laudandi.*
68 *Insignia officialis, qui malè gessit.*
69 *Quid faciendum, si officialis ante finitum syndicatum assumat habitum clericalem.*
70 *An hoc casu possit conueniri coram Iudice laico.*
71 *Quilibet negotiorum gestor tenetur reddere rationem.*
72 *Merum, & mixtum imperium, quid dicatur.*
73 *Iurisdictio quomodo capiatur.*
74 *Officiales per imperitiam malè iudicans, an teneatur in syndicatu.*
75 *An non inuenienti fideiussores, sufficiat iuratoria cautio cum hypotheca bonorum.*
76 *Officialis tenetur pro familia in delictis, circa officium.*
77 *Quid si vnus de familia decesserit, an officialis teneatur pro eo.*
78 *An Officialis teneatur pro furto familiæ.*
79 *Statutum loquens de octo diebus corrigitur per Nouas Constitutiones Mediolani.*

1 Tem &c. hodie licet sit in vsu huiusmodi statutum, quo ad elligendos tot Syndicatores, attamē omnis authoritas, & iurisdictio est penes vnū tantum, qui eligitur ab Excellentissimo Mediolani Senatu, qui accedit Papiam, ad syndicandum omnes Officiales, & solet semper eligi vnus ex Perillustribus D. Senatoribus dicti Senatus Excellentissimi Mediolani, & ita seruatur sin-
2 gulo biennio, & circa syndicatum seruat dispositionem Nouarum Constit. Mediol. in tit. de officio Vicariorum general. & nouos ordines Senatus Excellentissimi editos die 4. Decembris 1567. & die 14. Nouembris 1573. & die 19. Nouembris 1575. in cæteris seruare deberet statutum 13. supra de Regim. Potest.

Et quia hic agitur de officio Syndicatorum non inutile putaui apponere formam seruandam per Syndicatores huius Dominij, ad vtilitatem Doctorum Iuuenum, qui eunt ad syndicandum Prætores, deinde subijciemus plures quæstiones pertinentes tam ad officium Syndicatorū, quàm etiam Prætorum tempore syndicatus, & prout se se melius offeret ex verbis huius statuti.

3 † Sciendum est igitur, quod singulo biennio de mense Decembri, in principio eliguntur Syndicatores ad syndicandum Officiales, & Iusdicentes huius Dominij biennales, non autem perpetuos, vt cauetur in No. Const. Mediolani, in tit. de off. Vicarior. general. scilicet, si officia pertinent ad Regiam Ducalem Cameram immediatè per Illust. Gubernatorem, si verò officia sunt feuda-
4 tariorum, tunc † Feudatarij proponunt tres Excellentissimo Senatui, quorum vnus ex dictis tribus eligitur ad syndicandum Prætorem dicti Feudatarij, & tunc accepta commissione ab ipso Feudatario in scriptis accedit ad locum, in quo ille Prætor venit syndicandus.

5 † Super autē dictis syndicatibus Senatus Excell. solet dare litteras huius tenoris Syndicatoribus electis à Principe; Cum instet tempus, quo oportet Prætores, & alios officiales Ciuitatum, & locorum

locorum nostri Dominij Mediolani rationem administrationis suæ reddere, in diligentia, experientia, & integritate vestra freti vobis mandamus vt proposito publico edicto, & statuto termino dierum quindecim, qui sit peremptorius, & sine spe alterius dilationis conqueri volentibus, generalē inquisitionem contra eius Ciuitatis Prætorem, Vicarium, Iudicem, Notarium, & reliquam omnē officij eius familiam sumatis, querelas, si quas porrigi contigerit, accipiatis, & super eis, seruatis seruandis procedatis, libros, & acta causarum criminalium temporis eorum officij euoluatis, & accuratè inspiciatis, aduertatisq; diligenter, ne aliquid commissum, omissumuè sit, quod fisco nostro, aut priuato damnum attulerit, illudq; adnotetis, mox ad Senatum nostrum singula cum voto vestro referatis, interim autem ne Ciuitas illa Magistratu vacet, vos Prætoris munus obeatis, & emolumenta ei muneri spectantia percipiatis, quo vsque successor aduenerit, atque vt ei syndicatui absoluendo commodius vacare possitis, causas summarias tātum ordinarijs omissis cognoscatis, & decidatis.

De Syndicatu verò Officialium Feudatariorum dicit.

6 † Ex tribus, quos nobis proposuit Egregius Feudatarius N. vt ex eis vnus eligeretur ad syndicandum Prætorem, quem hoc proximo biennio eo in loco habuit, te potissimum virtute tua freti eligimus, tibiq; mandamus, vt accepta ab ipso Feudatario commissione ad syndicandum, dictum Prætorem accedas, & proposito publico edicto, & formata generali inquisitione, ac seruatis alijs seruandis, syndicatum huiusmodi perficias, &, quæ ad ipsum Feudatarium pertinere cognoueris illi referas: quod si in eod. syndicatu aliquid comperies ad maiorem magistratum pertinens, aut cum eo annexum aut cum eo dependens, aut alias per Nouas Constitutiones Senatui nostro referendum illud ipsi Senatui referas, vna cum voto tuo, vt omnibus intellectis id statuere possimus, quod iustū, & æquum fuerit, seruatis ordinibus. Die 4. Septembris anni 1567. à Senatu nostro editis, & ijs etiam, qui nuper editi fuerunt, & alijs, si qui dabuntur.

Quo verò ad absolutionem super relatione Syndicatoris Senatus Excellentiss. retulit in hanc formam, scilicet; Cum Prætor loci N. qui biennio proximo præturam in eo loco gessit, neminem habuerit, qui de se conquestus, librosq; causarum criminalium ita confecerit, vt nihil nota dignum in eis inuentum fuerit, in eo non fefellit opinionē nostram, quam de illius virtute acceperamus, itaque mandamus vobis, vt à generali inquisitione illum absoluatis, & de bene administrata prouincia laudem, atq; honorem illi tribuatis.

7 † Acceptis igitur litteris, de quibus sup. syndicatores accedunt ad locum, in quo officiales veniunt syndicandi, ac accepta possessione, ac ostensis litteris Communitati locorum formant generalem inquisitionem, de qua per Amadeum in tract. de

8 Synd. † nu. 4. vbi ponit eius formam, eam legi faciunt coram ipsis officialibus syndicandis, vel percursorem illis inthimari faciunt, quòd per comparitionem medio iuramento negant contenta in dicta inquisitione vera esse, loco, & tempore modo, & forma in ea contentis, postmodum fideiubēt de parendo mandatis Syndicatoris, & de non recedendo, nisi finito syndicatu, & de soluendo quamlibet condemnationem &c. vt per eundem Amad. vbi supra nu. 12. cum seqq. & in ipso actu inquisitionis, & fideiussionis traduntur omnia acta criminalia, & omnes libri ipsi syndicatori, ad effectū, vt inspicere possit, nunquid aliquid perperam gestum sit, & Prætor, cœteriq; Officiales, & Notarius, tradunt honorarium ipsi Syndicatori, et eius Cancellario, tam pro dicta fideiussione, quam etiā pro visione librorum.

9 † Postmodum proponitur edictum generale, & hoc debet fieri die prima, vel secunda, postquam applicuerit Syndicator ad locum syndicatus, vt quicunque voluerit accusare Prætorem syndicandum, vel libellum, aut querelam contra eum, eiusuè familiam porrigere, id termino dierum quindecim faciat, quo transacto, amplius non sit licitū, vt habetur in Nouis Constit. Mediolani, in tit. de officio Vicar. General §. quæ habita; Vlteriusq, tenetur ipse syndicator publicari facere in locis consuetis tria illa Decreta Senatus Excellentissimi edita in materia Syndicatorum, scilicet die 4. Decēbris 1567. & die 14. Nouembris 1573. die 19 Nouembris 1575. de quibus habetur in Nouis ordinibus Senatus Excellentiss. Mediolani impressis post nouas Constitutiones Mediolani, in quibus cauetur, Syndicatores omnes à causis ordinarijs abstinere debere, & etiam expeditione causarum criminalium, quæ ex ordinum forma, vel ex consue-

10 tudine solent referri, † neminem, sub fideiussione relaxatum, nisi de delicto capitali ad carceres reuo

11 care, vel nisi correus in carceribus detineatur † nullum processum facere posse, vel ordinationem, nisi adhibito fisco, & de his publicationibus tenetur Secretarium Senatus certiorem facere.

12 † Vlteriusq; donec durat syndicatus, tenentur ipsi per se non per substitutum assumere informationes, & querelas, quæ contingerint dari ipsis Officialibus, & interim Officialis syndicati officiū exercent, vt habetur in dicto tit. de officio Vicarij

13 Generalis. §. non est permissum, † & etiam post finitum sindicatum non debent discedere à dicto loco, nisi successore expectato, dicto §. non est permissum, quem non debent admittere ad officium exercendum, nec locum cedere, nisi officij antea ab ipso gesti, & sindicatus absolutionem prius exhibeat, vt cauetur dicto decreto edito de anno 1575. die 29. Nouembris.

14 † Prohibentur pariter ipsi syndicatores facere absolutionem, vel condemnationem in causa ipsorum syndicatuum, nisi facta prius relatione de dicta causa Senatui Excellentissimo alias nulla est vt habetur in dicto tit. de officio Vicariorum General. §. non possunt tamen, & in summa de officio Syndicatorum videas latissimè apud Carpan. ad statut. Mediol. cap. 31. & seqq. pluribus par. 2.

15 His sic cognitis, quæritur de pluribus, † Primò de quibus rebus officiales syndicantur. Secundò, An teneantur de gestis per substitutum. Tertiò, An possint accusari durante officio, an verò sit expectandum tempus syndicatus; Quartò, an transacto tempore, quo præfigitur ad querelandum possint amplius querelari ac conueniri. Quintò; quid si fugerit durante officio, vel syndicatu, qua pœna veniat afficiendus. Sextò, an teneantur pro factis ab eorum familia. Septimò, quid si Officialis commiserit delictum non pertinens ad officiū, vel finito officio, an de eo valeat syndicari. Octauò, an potestas ab omnibus laudatus ad syndicatū stare debeat. Nonò qua pœna puniatur offendens officialem durante syndicatu. Decimò, an officialibus

libus tempore syndicatus non valentibus præstare fideiussionem, sufficiat iuratoria cautio. Vndecimò qualiter debeant puniri. Duodecimò quid si querelans Officialem non probauerit querelam, vel fuerit repertus iniustè querelasse, an & qua pœna veniat afficiendus.

16 † Circa primum dico: Officiales omnino syndicari debere de omnibus commissis prætextu officij, puta de sententijs malè latis, de baratarijs, & iniquis decretis: Bal. in tract. de syndicatu num. 2. item syndicātur de negligentia, si negligentes fuerint in puniendis delictis, & de omnibus neglectis in administratione officij exemplificando, prout latè per Amadeum in tract. de Syndicatu num. 69. cum infinitis seq. Quæ si omnia recensere vellem, cogerer satis amplum librum facere, quod esset contra meum institutum, qui proposui solum tradere ea, quæ ad declarationem statutorum nostro

17 rum conuenire videntur; † hodie tamen de consuetudine officiales non syndicantur, nisi de furtis pecunia accepta, malè ablatis, extorsionibus, baratarijs, non autem de iniquis decretis, aut sententijs male ablatis, & de negligentia, ita testatur Grammatic. cons. 54. num. 11. post Amadeum in tract. de syndicatu num. 247. intelligendo tamen quando negligentia esset leuissima culpa, vel leuis, secus autem, si esset lata culpa, & sic dolo proxima, vt per Amadeum vbi sup. dicto nu. 247. sequitur Iulius Clarus in §. fin. prax. crim. q. 73. nu. 3. & ibi latè Baiard. in addit. ad eum nu. 35. cum seq. pluribus, Carpan. ad statut Mediolani par. 2. cap. 40. nu. 20. Farinac. de var. & diuers. crimin. q. 111. artic. 15. nu. 425. & per totum illum articulum, latè tradit, quando etiam de negligentia teneatur Iudex, & per totam illam q. 111. pertractat de iudicibus baratariam committentibus, ac extorsiones cōcussionesq; & malè ablata nō restituētes, aut per imperitiam, vel sordes iudicantes ad quid teneantur, & quibus pœnis plectantur, non refero, cum locus ille sit plenissimus, & ita etiam vidētur conuenire dispositiones Nouarum Constitut. Mediolani in tit. de officio Vicar. General. c. iusdicentes, dū puniunt Officiales committentes baratariam, vel aliquē indebitè extorquentes, vel scientes, & dolosè, vel per sordes iniustitiam facientes, de negligentia autem nihil dicitur.

18 † Quoad secundum, nunquid Officiales teneantur de gestis per substitutum, dic, quod regulariter Officialis creans substitutum, & ei dans potestatem, (loquor in casibus, in quibus id ei est permissum,) tenetur de commissis per ipsum substitutum ita Bart. in l. si cum exhibuissent, ff. de publiciana, Paris. de syndicatu in verbo substitutus. cap. 2. cui addo tex. in c. 1. de officio Vicar. in 6. & in l. 2. ff. de eo, qui vices alterius gerit DD. in §. ab hostibus instit. de attil. tutore, velim tamen in-

19 telligas hoc non procedere, † quando substitutus fuisset datus à Principe, vel à Republica tunc .n. minime tenetur officialis pro eo, Bart. in rub. nu. 4. versic. quæro, nunquid potestas C. de pœna iud. qui male iudic. Alex. cons. 65. num. 3. lib. 1. Secundò limito, quando Officialis elegit substitutum ex necessitate, puta quia princeps aliquod ei negotiū iniunxit adeo, vt non posset deseruire officio, & in eligendo vsus est diligentia, & eligit idoneum fidelem, & bonum, & sic communiter habitum, nam tunc excusatur, si substitutus mutat mores, ita limitat Paris. de Put. in dicto cap. 2. num. 2. post Lucam de Pena per eum allegatum.

20 † Circa tertium, nunquid possint accusari durante officio, an vero hoc differatur ad tempus syndicatus; & dic huiusmodi Officiales biennales regulariter non posse conueniri, nec accusari de gestis in officio durante officio, sed differtur in tēpus syndicatus l. 2. in princ. iuxta l. 3. §. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Iul. Clar. in §. fin. prax. crimin. q. 16. nu. 6. ante eum Amadeus in tract. de syndicatu nu. 42. cum pluribus seqq. vbi nu. 43. ponit plures fallentias ad hanc regulam, & decem limitationes tradit Io. Ant. de Nigr. cap. 132. num. 71. de syndicatu, & ita disponitur in Nou.[1] Mediolani Constit. in tit. de officio Vicar. general. in princ. omissis tamen dictis limitationibus, de quibus vi-

21 dere est apud DD. supra citatos † limitatur notabiliter non procedere quoties ageretur de crimine, pro quo ventret imponenda pœna priuationis officij, vt quia aliquid dedisset, vt haberet officiū, vel commisisset baratariam, tunc enim potest accusari, & condemnari durante officio etiam ante syndicatum ita Clar. in dicto §. fin. num. 6. vbi citat Amadeum de syndic. num. 43. testantem ita fuisse obseruatum de facto in Ciuitate Florentiæ, ita de communi Bossius in tit. de officio corrup. pecun. num. 34. Casus autem, in quibus quis potest conueniri etiam durante officio, notat Soc. regul. 206. Magistratus, & Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 31. num. 100. par. 1.

22 † Scias autem esse prohibitum officialibus aliquid dare, vel promittere pro obtinendo officio,

23 † & si contrafecerit incidunt, in legem Iuliam de ambitu, & puniuntur pœna infamiæ, & centum aureorum Amad. de syndic. nu. 65. & latè per Farinac. de var. & diuers. crimin. q. 111. art. 13. num. 291. & seq.

24 † Et in hoc Ducatu Mediolani solent officiales Regij iurare in manibus Illustrissimi Præsidis Senatus, vel Magni Cancellarij, quod non dederint, neque dabunt, nec promiserunt, aut promittent aliquid pro ipso officio, & hoc iuramentum præstatur ante quā incipiant administrare officium, prout testatur Clarus in §. symonia nu. 4. & hoc etiā obseruatur in Regno Neapolitano ex Pragmatica Caroli Quinti Imperatoris testante Baiardo in addit. ad Clarum in dicto §. symonia num. 12. cum seq. licet secundum eum in statu ecclesiastico huiusmodi iuramentum non præstetur, sed tamen iurant officiales in manibus Illustrissimi Cardinalis.

25 † Et, quia hic est facta mentio baratariæ, sciendū est quod baratariam committere dicitur Officialis, quotiescumq; aliquid recipit à priuato, vt faciat non facienda, vel omittat facienda l. 1. & ibi gl. in verbo accepit, ff. ad leg. Iul. repetund. Guid. Pap. q. 35. latissimè Boss. in sua prax. crim. in tit. de officialibus corrup. pecun. per totum, & Carpan. ad statut. Mediolani par. 2. cap. 41. per totū. & Farinac. sup. cit. Vnde Iudex per pecuniam, vel aliter corruptus dicitur baratarius, ita Amad.

26 de syndic. nu. 163. vbi num. 165. vult. † Iudicem committentem baratariam puniri in causa ciuili, pœna dupli eius, quod accepit, & priuatione dignitatis, in criminal. vero confiscatione bonorum, & missione in exilium, auth. sed nouo iure, C. de pœna iud. qui male iudicauit. Item priuatur officio, quod de præsenti habet, & facultate alia habendi in futurum. Iul. Clar. in §. fin. prax. crimin. q. 73. nu. 2. vbi Baiard. in addit. ad eum, num. 12. cum

27 seq. pluribus. † In hoc autem Dominio Mediolanensi puniuntur pœna quadrupli, quarū medietas appli-

applicatur Fisco, altera medietas iniuriam passo, & pœna pecuniaria, vel alia corporali vsque ad vltimum supplicium inclusiuè, arbitrio Senatus inspecta qualitate delicti, prout cauetur in Nouis Const. Med. in tit. de off. Vic. gen. §. iusdicentes.

28 † Quarto loco quæritur, an post transactum tempus præfixum à Syndicatoribus, ad quærelandos officiales, possit amplius conueniri, & querelari, ante quam hoc ponam, sciendum est, quod per statutum nostrum 66. de regim. Potest. statutum est tempus Syndicando standi ad syndicatum octo dierũ ad minus, quo tempore possit quærelari: per Nouas autem Constitutiones Mediolani, est statutum tempus dierum quindecim, vt in dicto tit. de officio Vicar. general. §. qua habita: hoc sic posito, dico minime posse quærelari transacto dicto tempore, ratio est, quia terminus absoluit, prout sententia, l. sed si vnus. §. sed si ante, ff. de iniur. ita per hanc rationem, & alias tenet, Cataldin. in tract. de syndic. num. 184. quod procedit, siue iam sequuta est absolutio, siue non, dummodo tamen transactum sit dictum tempus, Boss. in tit. de officia. pecun. corrupt. num. 32. vbi testatur de communi, sequitur Iul. Clarus, §. fin. praxis crimin. quæst. 51. num. 6. & ante eos tenuit Rom. consil. 15. & Rip. auus mihi maternus in l. prima, §. sublato, num. 4. ff. ad trebell & cum iure communi conueniunt Nouæ Constitutiones Mediolani, in dicto tit. de officio Vicar. general. §. qua habita, dum disponunt, transacto tempore, dato ad querelandum, amplius non licere.

29 Hinc superfluum est quærere † nunquid officialis semel syndicatus coram syndicatore suo, possit in propria sua patria conueniri de commissis in officio, prout partem affirmatiuam visa fuit tenere, glos. 2. in l. datum, ff. ad leg. Iul. repet. nam contrarium tenet Bal. in l. cum titia de accusat. volens post lapsum termini a. querelandum, amplius neminem audiri, maxime cum per absolutionem, à generali Inquisitione factam, à Syndicatore, Iudex originis dicatur preuentus, l. vbi ceptum, ff. de Iudic., & ita cum Bal. per tres rationes ressidet, Paris de Puteo de syndicatu, in verbo Iudices ad syndicatum, qui sunt, cap. 2. nu. 13. quod verum est secundum eum, si ratione officij conueniretur in patria, secus autem si ex delicto extraneo ab officio, puta ex homicidio. vt ibi per eum. Item ea quæ suprascripta dicta fuerunt, procedunt, quando quis fuit officialis extra patriam, nam post lapsum termini proclamatis, non potest conueniri in patria, secus autem si fuisset officialis in propria patria, quia etiam post terminum præfixum poterit conueniri, Boss. in tit. de officialibus corrupt. pecun. nu. 34.

30 † Quintum est dubium, qua pœna veniat puniendus officialis fugiens ante syndicatum, vel durante officio, & tunc distingue secundum Paridem de Puteo in tract. syndic. in verbo fuga officialis, cap. primo; aut fugit, vel recedit ante finitam administrationem, & tunc efficitur reus lege maiestatis, & tunc si caperetur, remittitur ad locum, vnde aufugit, l. secunda, C. vbi de ratiocinijs tàm publicis, quam priuatis agi oportet, & tunc sufficit probare solam fugam, vt in Auth. de admin. §. primo, colum. prima. Vlterius debet mulctari pœna quinquaginta librarum auri, & remissus ad locum officij, debet ibi permanere per sex menses, l. 1. §. primo, & per totam legem, C. vt omnes Iudices, tàm ciuiles, quàm crimin. non enim potest officialis aliquo colore, vel causa ante finitum officium licitè discedere, vt per Amad. in suo tractatu de syndic. num. 26. in Nouis autem Constitutionibus Mediolani puniuntur officiales recedentes ab officio, vel loco officij, antequam fuerint legitimè syndicati, pœna arbitrio Senatus imponenda, vt habetur in tit. de officio Vicar. general. §. iusdicentes, & officiales.

31 † Aut vero officialis fugit intra tempus præfixum syndicatui, & durante syndicatu, & tunc si non fuit captus, talis fuga facit, vt contra eum possit iurari in litem per quærelantes, Iul. Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 21. num. 17. versiculo præterea, & contra eum vti criminosum ferri poterit sententia vsque ad mortem, Franc. decis. 459. part. 3. Plot. in repetit. l. si quando, num.

32 361. C. vnde vi, vbi vult, † quod per tale iuramentum quærelantium, possunt probari contra officialem furta, barataria, extorsiones, iniustitiæ, damna, & alia mala, quæ dicerentur per eum facta, & damna, & interesse partis iurantis, quod iuramentum defertur etiam secundum eum Syndicis, Fiscalibus; cum, & Fisco, sicut priuato possit deferri iuramentum, vt ibi per eum, vbi num. 632. cum seq. limitat non procedere, quoties officialis, qui aufugisset, spontè reuersus fuisset, & citò, quo casu tolluntur omnia inditia contra eum, ex fuga ressultantia, Bart. in l. si quis, sit fugitiuus, §. 1. ff. de edilit. sequitur Baiard. in addit. ad Clar. dicta quæst. 21. num. 106. cum seq. latè de his Mascard. conclus. 821. vbi latè docet, quam probationem faciat fuga officialis, & ante eum Ias. & D. Rip. auus mihi maternus in l. admonendi ille nu. 177. & seq. iste nu. 173. & seq. si verò aufugeat post finitũ officium, & tempus Syndicatui præfixum, tunc ex mente omnium Doctorum supra relatorum, fuga non modo probationem, sed nec præsumptionem, nec aliquam quantumuis minimam suspicioné inducit, idem pariter esset, vbi officialis Syndicandus, legitimè suspectũ haberet syndicatorem, vt quia eius esset inimicus, & ipse ad superiorem confugeret, tunc namq; fugæ indicia euitat, nec ob eam puniri, aut inquiri potest, constito tamen de tali suspitione, & quod superiorem adiuerit Mascard. d. concl. 821. nu. 10.

33 † Limitatur etiam alio modo secundum eundé Plot. num. 633 quoties ageretur contra officialem fugientem criminaliter, tunc enim potest iurari in lité contra eum, sed fuga facit inditiũ cõtra eũ ad torturã. ita Blanc. in l. fin. n. 288. ff. de quæst.

34 † Si verò officialis fuit captus post fugam, & inuitus ductus ad locum syndicatus, tunc fuga contra eum facit aliqualem probationem, non tamen semiplenam, & debet respondere, & causam peragere, l. 1. C. vt omnes causæ, Paris de Puteo in tract. syndic. in verbo, fuga officialis, cap. 1. Mascar. d. concl. 821. n. 9. vbi plures citat.

35 † Sed iuxta hoc quæro nunquid officialis, possit relicto procuratore à syndicatu discedere; & dic regulariter, quod non, cum officiales teneatur in persona stare ad syndicatum, l. 1. C. vt omnes Iudices, tàm ciuiles, quam criminales &c. Paris de Puteo in tract. syndic. cap. sequitur de modis, & formis, & ita disponitur in Nou. Mediol. Const. in tit. de off. Vicar. general. §. non est permissum,

36 vellim tamen hoc limites, † non procedere, quando officialis vocatus à Principe absque eo, quod ipse procurasset, fuisset assumptus ad aliquod officium, tunc. n. potest decedere, & per procura-

torem syndicatum facere, Baiard. in addit. ad Clar. in dicto §. fin. quæst. 21. num. 113. post Parid. de Puteo, & alios per eum citatos. Aduertant tamen successores officialium in officijs, quod Iudices, in quorum locum succedunt, stent ad syndicatum, & fugam non arripiant, quia, si erunt negligentes, & permittent eos fugere, ipsi successores tenentur pro eis, & puniendi sunt ea pœna, qua ipsi Officiales, qui fugerunt, l. prima, § similique pœna, C. vt omnes Iud. tam ciu. quã crim. Marf. post Parid. de Puth. sing. 652. incip. diligenter.

37 † Sexto loco quæritur, nunquid officialis teneatur de gestis à sua familia; & dic regulariter, quod sic, prout tenet Felyn. in cap. Petrus, num. 2. de homicidio, & ratio esse potest, quia, quod facit familia, dicitur de consensu ipsius officialis facere, l. vult, §. seruorum, ff. naut. caup. stab. Menoch. de arbitr. iudic. casu 345. num. 6. Hinc Bart. in l. quoniam Iudices, C. de appell. tradit cautelam,

38 † quod quotiès Magistratus vident suos officiales aliquid iniustè agere, eis resistant, ne ipsorum causa teneantur, & debent eis protestari secundũ eundem Bart. in tract. represal. in 2. quæst. 7. quæst. principal. & iuri communi conforme est statutum nostrum 66. de regimine Potestatis, & Nouæ Constitutiones Mediolani, in tit. de officio

39 Vicar. generalium, §. fin. dum volunt † officiales teneri ad omnem condemnationem pro familia, nisi delatum ex familia intra terminum per Syndicatorem assignandum consignauerint. Ampliatur procedere, vt etiam officialis principalis teneatur de factis per suum Collegam, vel Coadiutorẽ, quãdo ipsum sua auctoritate assumpsit, arg. l. nam, & seruus, §. fin. de negotijs gestis, habet tamen actionem contra ipsum, vt per Parid. de Puteo de syndicatu, in verbo familiaris sua familia, cap. 5. nu. 9.

40 † Limita tamen hoc non procedere, quando officiales aliquid ad officium non pertinens egerint, tunc enim Magistratus non tenetur, Bal. in l. 2. ff. de constit. pecu. Paris de Puteo in tract. de syndic. in verbo Iudices ad syndicandum, cap. 2. num. 20.

41 † Limita secundo regulam procedere ciuiliter, secus autem, si officialis conueniatur criminaliter, tunc enim non tenetur Potestas, sed familia, qui enim non habet in bonis, luat in corpore, vt per Parid. vbi supra, cap. primo, num. 5.

42 † Limita tertio, non procedere quoties familiam exhiberet, tunc enim officialis non tenetur, & hanc limitationem nota ad declarationem statuti nostri, dum vult Potestatem teneri pro familia, nam huiusmodi statutum intelligitur secundum Iuris interpretationem, nisi huiusmodi officialis familiam exhibeat, l. 1. §. familiæ, ff. de public. Paris dicto cap. primo, num. 5. qui cap. tertio plures alias limitationes tradit, de quibus per eum. Carpan. ad statutum Mediolani, part. 2. cap. 37. à num. 3. vsque ad finem, vbi inter alias limitationes ad suprascriptam regulam num. 4. inquit, quod officialis non tenetur de delictis, vel contractibus per eius familiam factis etiam durante officio.

43 † Quò ad septimum dubium, nunquid officialis veniat syndicandus de delicto non pertinente ad officium, vel finito officio perpetrato, & dic, quod de iure Syndicator non potest cognoscere de delicto commisso ab officiali non pertinente ad officium, Bal. in l. 2. C. vbi de crim. agi oporteat, & licet tex. in l. 1. post princ. C. vt omnes Iudices, tàm ciuiles, quàm criminales videatur tenere contrarium, tamen ille tex. loquitur, quando syndicus, & officialis sunt sub eadem iurisdictione, ita Amadeus de syndicatu num. 171. sequitur Paris de Puteo de syndic. in verbo Iudices ad syndicatum, cap. primo, num. 6. vbi vult, quod, si officialis delinquit extra officium, puta adulterando, non punitur à Syndicatore, sed à Iudice ordinario.

44 † Amplia secundum eundem procedere in delictis commissis ab officiali, finito officio, quorũ cognitio pertinet ad ordinarium loci, non autem ad Syndicatorem, argumento l. item eorum, §. si decuriones, versic. sed si, ff. quod quisque Iuris, nisi delinqueret coram Syndicatoribus, in exercitio syndicatus.

45 † Limita regulam hodie non procedere ex generali consuetudine, quæ obseruat, vt de omnibus delictis commissis ab officiali durante officio, etiam non pertinentibus ad officium, possit cognoscere syndicator, licet delictorum commissorum ante, vel post officium cognitio spectet ad ordinarium, ita de hac consuetudine testatur, Amadeus, vbi supra num. 171. quem refert, & sequitur Iul. Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 35. num. 16. versic. sed hic incidenter, Carpan. ad statuta Mediolani, part 2. cap. 31. num. 5. in littera H.

46 † Octauum est dubium, nunquid Potestas ab omnibus laudatus teneatur stare ad syndicatum, & dic breuiter, quod non, prout tenuit Bald. in l. cum testamento, C. de testamentis, relatus per Catald. de syndicatu, num. 132. hoc tamen non credo tutum, cum tex. in l. prima, C. vt omnes iudic. tam ciuiles, quam criminales generaliter comprehendat omnes officiales, ponderando illam dictionem omnes, quæ nullos excludit, l. à procuratore, C. mandati, & licet illa dictio omnes posita sit in rubr. tamen ei standum est, ex quò rubrum est generalius nigro DD. in rubr. ff. si cert. petat. maximè cum de iure diuino sit præceptum, vt vnusquisq; reddat rationem villicationis suæ, vt in euangelio, & ita communiter obseruatur per omnes Syndicatores.

47 † Nono quæritur, qua pœna puniatur offendens officialem durante syndicatu, vel ei iniuriam faciens, & dic, quod punitur pœna mortis, & sic pœna capitis, glo. in §. mortis, in verbo illud in authentico, vt Iudices sine quoquo suffragio, punitur enim, ac si offendisset tempore officij, cum adhuc remanere dicantur reliquiæ officij, l. 1 ... causæ post liber. Parid. de Puteo in tract. Syndic. in verbo Iudices ad syndicatum, qui sunt. cap. 2. num. 16. & ita intelliguntur DD. supra allegati, Cataldin. de syndicatu, num. 185. Amad. pariter de syndic. num. 257. Boss. in tit. de iniurijs, in fine, & Rol. à Valle consil. 48. num. primo cum seq. volum. 2. vbi vult, quod offendens officialem alapis pœna mortis puniatur. Ampliatur hoc procedere, etiam in offendente Rectorem Gymnasij, vel ei iniuriam faciente, is enim Principis personam sustinet, & dignitate omnes antecellit. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 263. num. 14. qui attestatur tempore suo, & Papiæ, & Pisis id euenisse.

48 Intellige tamen hoc procedere, nisi officialis prius illi iniuriam fecisset, ita Iul. Clar. in §. fin. praxis

praxis crimin. quæst. 68. num. 22. versic. iniuriam faciens, vbi post Parid. de Puteo loquitur in officiali, qui iniuriabatur quærelantibus.

49 † Intellige secundò, hoc procedere, quando contemplatione officij, & eius occasione officialis existens in syndicatu offenditur, alias, si ex alia causa, secus, ita Paris de Puteo dicto cap. 2. num. 16. & ita intelliguntur DD. supra allegati, sequitur Menoch. de arbitr. Iudic. casu 263. num. 10. cum seq. qui vult, quod offendens officialem puniatur pœna extraordinaria arbitrio Iudicis, videas de hoc latè Farinac. variarum quæstionum, quæst. 17. nu. 38. cum seq. vbi latè ponit distinguendo, an contemplatione officij, vel odio, & inimicitia particulari, & quando sumus in dubio, scias tamen, quod quoties officialis durante syndicatu offenditur, non ratione officij, sed particulari odio, tunc offendens punitur æquè, ac si offendisset priuatam personam, Andr. de Isern. in tit. quæ sint regalia, in verbo committentium, vbi latè.

Intellige tertiò hoc procedere, quando iniuria lata fuit præsente ipso Officiali, Boss. in sua prax. crim. in tit. de iniur. num. 35.

50 † Ex hac limitatione infertur per Parid. de Puteo de syndicatu in verbo officialis offensa cap. primo, nunquid Magistratus repertus in adulterio possit occidi, de quo ibi per eũ cũ nõ pertineat ad materiam nostram. Posset tamen ex hoc inferri ad declarationem Nou. Constit. Mediolani, in tit. de pœnis, cap. si quis non prouocatus, cum seq.

51 dum disponunt † iniuriam inferentem non prouocatum Doctori de Collegio ex causa prouenien te ab exercitio muneris doctoratus puniri vltra pœnas Iuris in aureis ducentis, vel tribus ictibus eculei, vel iniuriantem Causidicum non prouocatum ex causa prouenientе ex patrocinio causarum puniri pœna quinquaginta aureorum, vel corporali, arbitrio Senatus, nam dato, quod Nou. Const. Mediolani, non expressissent ex causa prouenientе ab exercitio causarum, adhuc tamen intelligeretur; & ideò si Doctor Collegiatus,

52 vel Causidicus fuerit iniuria affectus ex alia causa, puta ob inimicitiam aliunde prouenientẽ, non erit locus dictæ pœnæ, ita declarat Menoch. de arbitr. iudic. casu 263. num. 18. cum seq. vbi ampliat dispositionem dictarum Nouarum Constitu

53 tionum procedere, non solum in doctore iuris, † sed etiam in Doctore Medicinæ, Philosophiæ, & Theologiæ, & non solum Collegiato, sed etiam

54 proxime Collegiando. † Intellige tamen secundũ eum, num. 20. vt Doctor passus iniuriam teneatur probare illam qualitatem, scilicèt, quod fuit iniuriatus ex causa proueniente ab exercitio. alias secus, cum fundans se super qualitate debeat eam probare, l. habebat in principio, ff. de Instit. actio. l. denuntiasse, §. primo de adult. cum plurib. de quibus per eundem Menoch. casu 191. num. 4. quibus addo Iulium Clarum expressè loquentem in pœna imposita à Constitutione, in §. fin. praxis crimin. quæst. 85. num. 9. Mascard. de probat. conclus. 1159. num. 4. cum seq. & conclus. 1254.

55 per totam, vbi latissimè, † quando qualitas venit probanda, & à quo, item intelligit Constitutiones locum habere, quando iniuria dicitur præsente ipso Doctore, secus si eo absente, Boss. in tit. de iniur. num 35. Guliel. Bened. in cap. Raynutius, in verbo vxorem, num. 429. extra de testam. nisi tamen in scriptis facta esset, quia tunc perindè est, ac si ipso præsente fieret, vt ibi per Gulielm. Bened. ratio deducitur ex Bart. in l. cum scimus, versic. item iniuria, C. de agric. & censit.

56 † Sed quid, si Doctor, vel Causidicus fuerint offensi ex alia causa, vel non probauerint qualitatem Constitutionis, qua pœna sit puniendus offendens; & dic, quod pœna arbitraria, vt per eundem Menoch. dicto casu 263.

57 † Decimò quæro, nunquid officiali non valenti præstare fideiussionem in principio syndicatus, sufficiat iuratoria cautio; & dic, quod committitur iuratoriæ cautioni, l. 1. C. vt omnes causæ, & in auth. generaliter, C. de Episc. & clericis, cap. Odoardus de solut. per Parid. de Puteo de Syndicatu, in verbo fideiussor officialium, cap. primo, num. primo, cum seq. & hoc satis æquum est, ac iustum, ne officialis officium gerens extra patriam suam in remotis regionibus, & iustitiam faciens, nulla habita ratione personarum, & proinde odio habitus à subditis grauetur onere fideiussionis, quoniam est difficile inuenire, etiam in propria patria, vt per eundem Parid. vbi supra num. 6.

58 † Intellige tamen hoc procedere, nisi esset criminaliter accusatus, dicta l. 1. C. vt omnes causæ, puta pro crimine baratariæ, pro quo tenetur criminaliter, l. 1. post princip. de fals. Paris vbi supra, num. primo.

59 † Sed dubium est, nunquid si officialis in principio officij non potest dare fideiussionem, sufficiat iuratoria cautio, nam debetis scire, quod hodie in hoc Dominio Mediolani antè expeditionem litterarum officij, officiales Cameræ tenentur satisdare coram Illustri Magistratu extraordinario officium sibi commissum rectè administraturos, vt habetur in Nouis Constitutionibus Mediolani, in tit. de officio diuersorum iudic. in principio, & officiales feudatariorum, antequam accipiant possessionem, satisdant coram Communitate loci, de stando ad syndicatum, Bartol. in l. quicunque, la seconda. C. de fund. patrim. lib. 11 tenet, quod si officialis erit idoneus, creditur soli cautioni cum generali hypotheca bonorum, dato quod ex forma statuti teneretur dare fideiussores, vbi vult hoc procedere, si non sit alias suspectus, Alex. cons. 37. num. 15. lib. 2.

Contrarium tamen tenet Alexand. in dicta l. diuortio, §. interdum, colum. 2. circa finem, per tex. in l. mulier, cum glos. C. de iure dot. quæ vult, quod tutor quamuis diues tenetur satisdare cum fideiussore, seu pignore, & respondet ad l. quicumque, cum ibi legislator processit vlterius statuendo fideiussorem non requiri, nec ibi commentatum fuisse, Bart. vt ibi per eum, & hoc credo verius, prout testatur Apost. ad Alexand. dicto consil. 37. sub num. 15. sed tamen meo iudicio prædicti Doct. non videntur loqui in casu nostro, cum ipsi loquantur in diuite apto ad fideiubendum, nos verò loquimur in officiali non valenti dare fideiussorem: quare crediderim in casu nostro non sufficere iuratoriam cautionem, stantibus verbis Constitutionum, quæ cum sint claræ, non est dubitandum, l. continuus, §. cum ità, ff. de verborum obligation. sunt enim formalia verba, Prætores, Cõmissarij, & alij Officiales à Principe electi non possint ad ea officia admitti, nisi fuerint prius à Senatu tanquam idonei, probati, & idoneè satisdent apud acta Magistratus, &c.

60 pondero illam negatiuam, non, † quæ cum

L 2 præce-

præcedat verbum poteſt,quæ importat neceſſitatem,& priuat potentiam aliter faciendi l. non poteſt.ff.de furtis,Bart.in l. pecuniarijs, num. 7. vbi Iaſ.num.24.ff.de ferijs; Præterea Nouæ Conſtitutiones requirunt idoneam ſatiſdationem, & tamen conſtat, quòd iuratoria cautio non dicitur idonea ſatiſdatio, prout optimus Iudex conſiderabit in cuius arbitrio eſt poſitum, quæ idonea cautio eſſe dicatur teſte Menoch.de arbitr.iudic. caſu 142.per totum; vbi infert ad declarationem Nouarum Conſtitutionum, in titulo de off.& iuriſd.diuerſ. iud. Quis autem dicatur idoneus fideiuſſor, latiſſimè tradit Carpan. ad ſtatuta Mediolani, par. prima,cap. 44.num. 13.& ſeqq. pluribus in verbò idoneè,& in verbo ſatiſdare,& hæc qualitas idoneitatis, vbi à ſtatuto requiritur probanda eſt, Burſat. conſilio 312. numero 22. Surd. deciſ. 320.

61 † Vndecimo quæro, qualiter veniant puniendi Officiales,& dic quod ſi commiſerint barattariam, ſiuè aliquid indebitè extorſerint, vel ſcienter, vel dolosè,vel per ſordes iniuſtitiam fecerint, puniuntur pœna quadrupli. pro dimidia Fiſco, pro alia dimidia parti applicanda, & pecuniaria, vel alia pœna corporali etiam vſque ad vltimum ſupplicium incluſiuè arbitrio Senatus,inſpecta qualitate: & ſi acceperint aliquid non permiſſum puniendi ſunt pœna quadrupli Fiſco applicanda: ità diſponitur in Nouis Conſtitutionibus Mediolani, in titulo de off. Vicar.General. §.Iuſdicentes,de

62 † iure autem communi Iudex committens barattariam,punitur pœna confiſcationis bonorum, & Auth. ſed nouo iure, C. de pœnis iudic. Paris de Puteo in tract.Syndic. in verbo corruptio,cap.1. num. primo, Farinac. de var. crimin. quæſt. 111. art. 2. num. 14.& ſeq. Item Iudex corruptus, & per ſordes iudicans famam perdit, & damna reſarcit, l. fin. vbi Bald. & DD. C. de pœna iud.,& crimine falſi ex. l. 3. ad finem,ad leg. Iul. repet. hodie verò eſt pœna arbitraria,inſpecta facti qualitate, vt latè per Boſſ. in ſua prax. crimin. in tit. de Official. corrupt. peccun. numero 6. & ſeqq. pluribus, ac etiam Farinac. de var. delict. quæſt. 111. artic. 4. numero 59. & ſeq.& per Iacobum Menoch. de arbitr.iudic.caſu 342.per totum, vbi latè docet, quando Iudex corruptus eſſe dicatur, qua autem pœna puniatur corrumpens iudices, & dic,quod ex Nouis Conſtitutionibus Mediolani punitur pœna ducentorum aureorum, vel trium ictuum funis arbitrio Principis, vel Senatus, vt § ſi quis in tantam, in tit. de pœnis, quid autem ſit de iure communi,videas per Menoch. de arb.iud. lib. 2.cent.4.caſ.343.Farinac.ſupra citatus, ſi verò aliquid indebitè accipiat, & conueniatur ciuiliter, tenetur in quadruplum Fiſco applicandum, l. 1. vbi gl.C. ad leg. Iul. repetund. Paris vbi ſup. cap. 3. numero 2. Farinac.ampliat, & declarat d. q. 111.artic. 4. & ſeq.

63 † Vltimo loco videndum eſt, qua pœna veniat afficiendus, qui iniuſtè querelauit Officialem,vel querelam probare nequiuit, & dic, quòd iniuſtè querelans Officialem grauiter punitur,vt in Auth. vt Iudices ſine quo ſuffragio,§. ex aduerſo, & ibi gl. dicit, quod eſt pœna mortis, & ſi contra Officialem fuerit inſtituta accuſatio de publico crimine accuſator eadem pœna punitur, l.fin.C.de accuſat. l.prima, ff. ad Turpillianum,cum ibi notatis, pro alijs verò criminibus, punitur extra ordinem Iudicis officio, l. in priuatis, ff. ad Turpillianum, ità Paris de Puteo de Syndicatu, in verbo iniuria Officialis, cap. primo per totum, vbi etiã dat cautelam,quod poſtea quando Officialis fuerit abſolutus,quod conueniat querelantem actione iniuriarum ex quo agens, & non probans, tenetur iniuriarum, l. iniuriarum, §. ſi quis libellos, vbi Bart. & §. ſi quis per iniuriam, ff. de iniurijs, in qua accuſatione iniuriarum veniet omne damnum, & intereſſe accuſati, l.iniuriarum æſtimatio, ff. eodem, l. damnum, C. eodem titu-

64 lo,† qua autem pœna puniatur aliquem calumniosè accuſans, dic quod ex Nouis Conſtitutionibus Mediolani,in tit.de accuſat.c.ſi quis quempiã condẽnatur in duplicatis expenſis parti reſarciendis vltra pœnas à iure communi inflictas, de iure autem communi,qua pœna puniantur calumniatores, ideſt falſa crimina intendentes, videas per Iulium Clarum in §.fin. prax. crimin. quæſt. 62. num. 4. cum ſeq.& ibi Baiard.in addit. vbi etiam

65 ponit,† qualiter excuſetur calumniator, & allegat cap. ſi quis quempiam in Nouis Conſtitutionibus, latius videas Iacobum Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 321. vbi latè docet ex quibus cauſis calumniator veniat excuſandus, & caſu 322. quo loci ponit pœnas, quibus veniunt afficiendi calumniatores, videas etiam nonnulla de calumniatore per Baiard.in addit.ad Clarum d.q.62.num. 18. cum ſeq. Petrus Cabal. reſolut. crimin. caſ. 166.num.11.& 12.lib. primo.

His ſic ex ordine declaratis,venio modo ad declarationem huius noſtri ſtatuti 66. de regimine Poteſtatis, & capio explicanda verba, quæ magis vtilia videbuntur.

66 In verbo[quod quilibet officialis reddere debeat rationem ſuæ vellicationis] † nota quod Officiales ſyndicatum ægrè perferre non debent cum diuinum ſit præceptum, vt quiſque reddat rationem vellicationis ſuæ, vt habetur in Euangelio æquum enim eſt, vt quod Officialis in officio comedit,tẽpore ſyndicatus digerat,gl.in l. 3.in verbo principali, C.de cohortat.&c.lib.12.& hoc eſt vtile Officialibus, qui benè, & laudabiliter ſe in officio gesſerunt, vt laudis præmia conſequan-

67 tur,† ſunt enim publicè comendandi, l. iuiliſſimos, C.de off. rect.prouinc.& in pſalmo 32.rectos decet collaudatio, & huiuſmodi laudatio exprimitur in ſententia proferenda in ipſorum ſyndicatu, arg.l. per hanc, C. de numerar. &c. lib. 12. ſi verò è contra mal[illegible] ſe geſſerint in officio pœnis puniuntur, de qu[illegible]s ſupra in vndecima quæſtio-

68 ne, imò quod magis eſt, arma ſi quæ depingi fecerint in palatio, delentur cum vituperio ſuo, Paris de Puteo in tractat. Syndic. in verbo euidentialia num. 8 cum ſeqq.

69 † Sed dubiũ eſt, ſi Officialis ante finitũ officium, & rationem redditam tranſeat ad clerum, & aſſumat ordines, & habitum quid ſit faciendũ, & dic quod tex.in l.officiales,C.de Epiſc.& Clericis vult quod reuocentur à clero, & puniantur: debet tñ in hoc caſu ſecundũ Sacros Canones conueniri corã Iudice eccleſiaſtico loci, cũ de iure cõi Iudices ad ſyndicandum ſunt Epiſcopi loci, & Præfecti Prætorij, l. prima. C. vt omnes cauſæ, & in Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio, §.neceſſitatis, ità Paris de Puteo de ſyndicatu, in verbo clericus, c. primo, num. 2. vbi num. primo, tenet poſſe conueniri coram Iudice ſæculari, eo quia habet offi-

70 cium à Principe laico,† quod crediderim: verum quoties aſſumpſiſſet in fraudem habitum Clerica-

lem

lem. nam delinquens post delictum assumens habitum Clericalem in fraudem potest puniri per Iudicem laicum, per ea quæ ponit Clar. in §. fin. prax. crim. q. 36. nu. 38. & seq. vbi ponit quando præsumatur assumpsisse habitum in fraudem vbi Baiard. in add. ad eum, num. 41. cum seq. Farin. variarum quæstionum, q. 8. nu. 110. vbi de veritate, & per Marth. in tractat. de iurisd. part. 4. cent. 2. quæst. 121. vbi reprobat hanc opinionem quo ad personam, quæ ab ecclesiastico punienda est.

71 † Amplia quod dictum est de officiali, qui tenetur reddere rationem finito officio, vt procedat in quolibet negotiorum gestore, & administratore alienarum rerum tutore, & curatore, hi enim tenentur rationem reddere finita administratione l. 2. ff. de neg. gest. Alex. cons. 108. nu. 6. lib. 1. tex. in l. 1. §. officio, ff. de tut. & rat. distrah. qui tex. loquitur in tutore l. rationes, & l. aduersus C. de administr. tut. & exemplifica vt latius per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 209. vbi latè docet qualiter, & quomodo rationes reddendæ sint, & quando rectè, & perfectè redditæ censeantur de quibus per eum, Cephal. cons. 678. num. 24. & seq. quod extendunt etiam ad heredes ipsorum, Rol. à Val. cons. 49. num. 14. lib. 1.

In verbo, & qui omnes Syndicatores habeant merum mixtum &c.] Adde decretum secundum infra post statuta Criminalia, vbi attribuitur Potestati omnimoda iurisdictio erga quoscumq; subditos; ergo non mirum si contra Potestatem in syndicatu debeat syndicator habere merum, & mixtum
72 imperium, † quod autem dicatur merum, & mixtum imperium latè tradunt scribentes, in l. imperium, ff. de iurisd. omn. iud. & quot modis intelligatur latè examinat plures auctoritates adducens Carp. ad statuta Mediolani in nouissimis, videlicet par. 2. cap. 19. nu. 3. cum seq. hodie autem merũ, & mixtum imperium non est concessum Syndicatoribus, nec hoc statutum videtur habere locum, quia successerunt Nouæ Constit. Mediolani, quæ in tit. de off. Vic. Gener. cap. non possunt tamen; prohibent ne Officiales possint facere condemnationem, vel absolutionem nisi prius referant, & expectent decisionem à Senatu Excellentissimo Mediolani, alioquin condemnationes, & absolutiones sunt nullæ, & nullius valoris.

73 In verbo [omnimodam iurisdictionem] † quomodo ista verba capiantur, vide pract. Papien. in forma libell. in action. confess. pro seruit. in verbo plenam, & omnimodam iurisdictionem.

74 In verbo accusationes &c.] † quæro quid si potestas per imperitiam malè iudicauerit, an poterit in eius syndicatu conueniri etiam quod pars non appellauerit à sua sententia, dic quod sic, Bart. in l. item si res, ff. de alien. iud. mut. cau. facta num 3. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. casu 339. n. 10. cum duobus seq. vbi expressè loquitur in terminis huius nostri statuti, & latè docet qua pœna veniat afficiendus Iudex per imperitiam iudicãs, Farinac. de var. delict. q. 111. artic. 16. num. 435. & seqq. vbi plenè, imò quod magis est, dato quod fuerit appellatum ab ipsa sententia, & ipsa sententia fuerit confirmata, adhuc tamen agi poterit in syndicatu aduersus Potestatem, qui malè indicauit, vt per Ias. in l. 2 ad finem, & in princ. ff. si quis iusdic. & per Alex. in l. 4. §. fin ff. de damn. infect. & quod plus est etiam si appellatio fuerit deserta, vel tres sententiæ conformes latæ sint, adhuc tamẽ in syndicatu agi poterit, Bal. post Innoc. in l. obseruare, §. proficisci, q. 28. de off. proconsulis Calcan. cons. 1. col. 9. versic. ex quibus omnibus, cum alijs pluribus additis per Menoch. d. casu 339. nu. 13. & seq. vbi nu. 14. & 15. post Dec. in c. sæpe, n. 11. cum duobus seqq. de appellat. limitat nõ procedere in tribus casibus, scilicet quando condemnatus, & qui succubuit expressè sententiam ratam habuit, secundo vbi expressè appellationi renunciauit, tertio vbi Potestas, qui in prima instantia sententiam tulit in instantia appellationis comparuit, & absolutus fuit.

75 In verbo fideiussores.] † an credatur eius iuratoriæ cautioni cum hypotheca bonorum si sit idoneus facultatibus, quando fideiussores non inuenit, dictum est supra q. 10. an autem fideiussor possit conueniri personali, vel hypothecaria non excusso principali, dic quod non, Bart. in l. curatores, §. pro Magistratu, ff. de administrat. rerum ad Ciuit. pertinent.

76 In verbo per se, & familiam suam,] † intellige de his qui deliquerunt circa officium, & non extra Crauet. consil. 3. numero 15. de quo dictum est in 6. quæst.

77 † Declara tamen vltra adducta in d. q. 6 vt non procedat si vnus ex familia interim decesserit, quia Potestas pro eo non tenetur l. sed horum, § siue autem, ff. de public. & per Bal. in l. si decesserit, ff. qui satisd. cog. vbi Ias. nu. 6.

78 † An autem Potestas teneatur vigore dicti statuti pro furto familiæ, dic quod sic, Bart. in l. 1. C. de except. à pœna autem eximitur, exhibendo furem, & delinquentem; Carpan. ad statuta Mediolani, par. 2. cap. 37. nu. 7. vbi etiam ponit de quibus rebus teneatur Officialis pro sua familia.

In verbo octo dierum &c.] hoc est correctum per Nouas Constit. Mediolani, in tit. de off. Vicar.
79 Gener. §. qua habita, in quibus statuuntur dies quindecim ad accusandum.

Quod per aliqua statuta non derogetur Decretis domini. Rubr. 67.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd per præcedentia statuta, nec confirmationem de eis factam, vel fiendam non derogetur, nec derogatum esse intelligatur in toto, nec in parte alicui decreto, nec ordinamento præfati Magnifici Domini, seu eius mandato facto, seu confirmato, edito vel edendo.

STAT. FIN. DE REG. POTEST.

DIC quòd aliter disponitur in Proemio Nouarum Constitutionum Mediolani.

PROEMIVM

AD HONOREM, ET GLORIAM OMNIPOTENTIS DEI, Beatæq; Virginis Mariæ, ac totius Curiæ triumphantis,& ad exaltationē status, ac fælicis regiminis Illustris Principis, ac Magnifici, & Excellentissimi Domini, Domini nostri Galeatij Vicecomitis Mediolani, Papiæ &c. Comitis virtutum, Imperialis Vicarij generalis. Infrascripta statuta Ciuilia fuerunt compilata, ordinata, & correcta per infrascriptos inferius nominatos sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio, Indictione prima.

EO Auctore, Antiqua Papiæ Ciuitas, Gloriosæ Virginis Mariæ Dei Matris, ac Beati Sancti Syri primi Episcopi Papiæ nominibus dedicata, & Beati Sancti Augustini Doctoris, almi Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ meritis reparata, vt Reipublicæ præseruandæ foret augusta, & sibi subditos fælicibus actibus locupletes efficiat, ad apicem montis iustitiæ mentis oculos eleuauit, & per illius tramites pacem quærens, meruit sibi populum traditum in statu pacifico gubernare. Studens etiam summo opere parta in perpetuum tranquillitate potiri: viuendi regulam, morumqs doctrinam, & correctionis necessariæ disciplinam sub iusto legis ordine limitauit. Quæ Dei timore præmisso, vitæ honestate sequente, ius suum vnicuique tribuendo, virtutum præmijs iustos extollat, & pœnarum formidine reprimat transgressores. Et, quia nihil studiosius esse debet, quàm nouæ legis fructuosa editio, quæ humanis defectibus, & naturalibus vitijs, cum ratione medetur: conata est totiens nouas edere leges, quotiens nouas formas humana procedente natura, nouis remedijs indigebat. Iam quidem exinde talis, & tanta innumerositas legum superflua, & similia, & in seipsis contraria continens creauerat, quod duris multiplicatis erroribus, & varijs cōfusionibus subsequentibus quasi cogebantur Causidici, iurisq; Ministri per obscura iudiciorū ænigmata in periculosa Palatinorū labētes mendatia, ex quibus sæpe ius fallitur à veritatis recta semita deuiare. Et quòd lamentabilius, & importabilius videbatur, visa est quasi sola in deserto solio sedens diu luxisse iustitiā, culturæ propriæ loca inculta respiciens super excrescente vitiorū grauamine offuscata. Ne igitur de cætero exinde virtutis oppressio, siue morum corruptio, vnde vitiorum exterminatio, ac vitæ speratur correctio nasci possit: sacro approbata consilio, saluberrima lege, Iubemus, de tam amara profunditate librorum resecatis superfluis similibus, & contrarijs prorsus reiectis, & ambiguis, ad terminos optatos, enucleandū esse dulce compendiū, clarum, & breue volumen compilandū. Quod tandem prudentum virorum Dominorum Gualtrini de Zazijs, I. V. Doctoris, Domini Petri de Curte, legum Doctoris, D. Iacobi Mangiariæ legum Doct. D. Christophori de Maletis V. I. Doctoris, D. Ioan. Francisci de Mangano, V. Iuris Periti. D. Carneleuarij de Astulphis legum Doctoris, Vbertini de Nigris, Andrini de la Cadrona, Catelani de Christianis, Ioan. de Oliarijs, Columbelli de Medicis, Bonacursij de Sclaphenatis, & Ardenghi de Folpertis: omnium præfatæ Ciuitatis Ciuium, eiusdem auctoritate consilij dicti operis reuisorum: librato, ac consulto commissum examini, maturo præcedente consilio, tanquam perfectè compositum digne meruit approbari. Hoc igitur opus exiguum, claritate lustratum, latentes, & amplos thesauros aperiens tanquam donum dessursum à luminum patre proueniens, placida manu, & claro vultu, ac sincera mente vnusquisque suscipiat. Et maxime reipublicæ Præsides, vt

optimi

optimi fiant ministri iustitiæ; per cuius regulas aperta via rectitudinis, & veritatis, cognitione dillucida, refrænatis obnoxijs, iurgiorumque propulsa materia, respirent à controuersijs, cum leui dispendio litigantes: & dictæ prætiosæ virtutis iuribus reseruatis, ardua scelerum succedente vindicta, quæ pacis dulcedinem secum ducat, cunctis possit esse solatium. Cum de tanta legum, & egena librorum multitudine, nouæ compilationis opulentissima breuitate repleti, efficiantur ditissimi, & legis virtute florentes in omne tempus æuumq; felices, nec in paupertate viuere, nec in anxietate deficere permittant.

DE ORDINE CAVSÆ CIVILIS IN QVA procedituτ per viam libelli. Rubr. 1.

N primis statuimus, quod omnes, & singulæ lites, quæstiones, causæ, & controuersiæ ciuiles, seu, quæ ciuiliter agitentur, & de cætero moueri contigerit coram quocunque Iusdicente, Magistratu, vel assessore sæculari, ordinario, vel delegato per, & inter quascunq; personas sæculares, Communia, Collegia, vel vniuersitates, vel inter aliquam sæcularē personam, & Communitatem, vel Vniuersitatem, quouis modo, & ex quauis causa cognoscantur, decidantur, & à fine debito terminentur iuridicè: Et hoc infra terminos inferius limitatos, & declaratos, sub pœna iusdicenti ordinario, vel delegato Magistratui, vel Assessori, coram quo ipsa lis, quæstio, causa, vel controuersia agitabitur omittenti ipsam quæstionem, litem, causam, seu controuersiam terminare infra terminos inferius limitatos, florenorum centum auri, applicanda Cameræ Magnifici Domini Prælibati, & reficiendi litis expensas vtrique parti.

¶ Qui termini cognoscendi, & terminandi ipsas lites, quæstiones, causas, & controuersias, & in eis procedendi hoc ordine limitentur, & limitati esse intelligantur: videlicet quòd

¶ Instantia causæ principalis non duret, nec durare possit, nec valeat vltra tempus, & spatium quadraginta dierum vtilium, à die litis inceptæ computandorum. Quæ incepta intelligatur petitione porrecta, & in actis dimissa, & parti legitimè notificata, vbi per viam libelli, seu petitionis proceditur. Qui libellus, vel petitio qualiscunque sit, dummodo sit tolerabilis admittatur, & admissus esse intelligatur ipso iure, & tolerabilis esse intelligatur, si contineat personam actoris, & rei, & Iudicis, & quantitatem, rem, seu ius, quæ petuntur, & causam petitionis, & à die contradictionis, seu comparitionis, oppositionis, seu querelæ notificatæ parti, vbi per viam contradictionis, comparitionis, oppositionis, seu querelæ proceditur. Instantia verò causæ appellationis interponendæ semel tantum per vtranque partem non duret, nec durare possit, nec debeat: videlicet prima causa appellationis vltra tempus, & spatium viginti dierum vtilium.

¶ Secunda verò causa appellationis non duret, nec durare possit, nec debeat vltra tempus, & spatium vigintiquinque dierum vtilium: ita quod omnibus computatis, videlicèt, tàm temporibus instantiæ causæ principalis, quàm vtriusq; causæ appellationis terminus octuaginta quinque dierum vtilium, saluis temporibus deputatis ad appellandum, vigore huius statuti, nullatenus excedatur, nec excedi possit, nec etiam dilatari, seu prorogari quoquo modo, sub pœna prædicta.

¶ Vtque termini deliberandi, & respondendi petitioni, & probandi, & reprobandi, & alia faciendi in litibus, causis, quæstionibus, & controuersijs antedictis diuidantur, & ordine congruo limitentur, & ne productiones iurium, & probationes cautelosè, & in fraudem vsque prope finem litis differantur: Statuimus, & ordinamus, quod statim petitione porrecta, & in actis dimissa in causa principali, & parti notificata, vt supra, statutus sit, & esse intelligatur ipso iure terminus vnius diei vtilis immediatè sequentis reo delibe-

randi

randi, & respondendi dictæ petitioni. Quo termino elapso, siue responderit, siue non, habeatur lis pro contestata.

¶ *Et elapso termino antedicto vnius diei vtilis, vel contradictione facta, & parti notificata, vbi per viam contradictionis, comparitionis, vel querelæ proceditur; statim statutus sit, & esse intelligatur vtriq; parti, videlicet actori, & reo, terminus quindecim dierum vtilium, excipiendi, opponendi, petendi, & probandi per omne genus probationum, ac producendi, & ostendendi quicquid dictæ partes, & quælibet earum voluerint in dicta causa. Ipsoque termino elapso statim quæcunque agitata, producta, & responsa in dicto termino probatorio intelligantur, & sint ipso iure publicata: ita quòd de eis fiat copia si fuerit requisita. Et quòd quibuscunque positionibus, quæ fieri contigerit in quacunque causa, teneatur pars respondere infra terminum sibi per Iudicem assignandum clare, & aperte firmando, vel negando, de scientia, vel credulitate sine vlla conditione, vel adiectione, vel protestatione. Alioquin responsio facta pro non facta habeatur.*

¶ *Et immediate post ipsum terminum statutus sit, & esse intelligatur vtrique parti terminus decem dierum vtilium reprobandi, & impugnandi quæcunque producta, probata, & ostensa in dicto termino probatorio. Et si aliqua partium in ipso termino reprobatorio produxerit articulos, seu capitula tendentia ad reprobandum probata, & producta per alteram partem in primo termino reprobatorio, tunc liceat illi parti, contra quã producta fuerint, & cuilibet alteri, cuius intersit, coadiuuare, & corroborare per legitimás probationes probata, & producta in dicto termino: quò termino reprobatorio elapso, quæcunq; agitata, producta, & ostensa in ipso termino intelligantur, & sint ipso iure publicata, & de ipsis fiat copia, vt supra.*

¶ *Statuentes quoq; quòd omnes exceptiones, replicationes, & triplicationes dilatoriæ, declinatoriæ, perhemptoriæ, ac etiam cæteræ cuiuscunque generis sint, de quibus non sit cognitum, & decisum inter partes, sint saluæ vtriq; parti in fine litis tempore disputationis: nec ob hoc processus causæ differatur. Quæ quidem exceptiones dilatoriæ, & similes reiectæ intelligantur, si de ipsis in sententia, vel pronuntiatione ferenda super causa principali non fuerit facta mentio.*

De commissione causæ fienda consultori.

Deinde iusdicens magistratus, vel assessor ordinarius, vel etiam delegatus coram quo dicta lis, causa, quæstio, vel controuersia vertetur, teneatur, & debeat infra duos dies vtiles immediate sequentes post dictum terminum reprobatorium, ad requisitionem dictarum partium, vel alterius earum, committere ipsam causam, litem, quæstionem, seu controuersiam vni iurisperito de confidentibus vtriusque partis eligendo. Et si aliqua pars recusaret, vel contumax esset in dando confidentes suos, & tot quod in vno concordetur, tunc dictus iusdicens magistratus, vel assessor committere debeat dictam litem, quæstionem, vel controuersiam vni ex confidentibus partis producentis confidentes, & non contumacis, vt supra. Et deinceps dentur solummodo confidentes, & non suspecti in qualibet causa residentes in Ciuitate Papiæ, vel in terra Episcopatus Papiæ in qua quæstio vertetur, si in ea erit copia iurisperitorum, & si non, dentur tunc de alijs confidentibus in vna ex Ciuitatibus proximioribus dictæ Ciuitati, vel terræ, in qua quæstio agitabitur.

De sacramento præstando per Commissarium.

Qui Commissarius ipsam commissionem omnibus iuris remedijs statim acceptare cogatur, & iurare ad sancta Dei Euangelia tactis scripturis quod iuste, & recte consulet in

causa sibi commissa. Deum semper præoculis habendo eiusque tremendum iudicium expectando. Quod sacramentum scribatur in actis causæ, vel de eo fiat publicum instrumentum. Nec possit assumi vltra dictum commissarium, nec sibi dari debeat aliquis alius socius ad examinandum dictam quæstionem, nec ad consulendum super ea, nisi fuerit de ambarum partium voluntate, ne partes vltra debitum laxentur laboribus, & expensis.

Postea verò dictæ partes statim compareant coram dicto Commissario, & producant coram eo processus, & omnia acta agitata, & producta in lite, & causa prædicta infra talem terminum, quod dicto Commissario post productionem ipsorum restent ad minus octo dies ad deliberandum, & consulendum super dicta causa sub pæna librarum vigintiquinque tertiolorum, parti ommittenti producere vtsupra, & plus, & minus arbitrio Iusdicentis.

Quod Consultor teneatur præsentare Consilium &c.

Quibus visis, & diligenter examinatis per dictum Commissarium, & auditis allegationibus, quæ coram eo fieri voluerint per partes, & eorum Aduocatos, teneatur, & debeat dictus Commissarius præsentare, vel præsentari facere consilium suum in scriptis eius manu propria subscriptum super quæstione sibi commissa ad banchum dicti Iusdicentis, magistratus, vel assessoris vtsupra. coram quæ quæstio prædicta vertetur ante finem dicti termini quadraginta dierum vtilium, de qua præsentatione fiat subscriptio super dicto consilio manu notarij causæ per quem, & qua die præsentatum fuerit. Et idem fiat in actis dictæ causæ; ita quod Iusdicens magistratus, vel assessor iuxta formam dicti consilij possit teneatur, & debeat suam diffinitiuam sententiam proferre super quæstione prædicta infra terminum prædictum.

Quæ pronuntiatio, & publicatio facta esse intelligatur ipso iure, si Iudex causæ ommiserit proferre, & publicare vtsupra.

Possit tamen dictus Iusdicens Magistratus, vel assessor dictam quæstionem cognoscere, decidere, & terminare infra dictum terminum per se tantum, & absque aliquo Commißario eligendo, si fuerit de partium voluntate. Quo casu iurare teneatur, & in actis scribatur proutsupra in sacramento Commissarij continetur mutatis mutandis. Et quod dictus Iusdicens nullum possit recipere salarium, seu emolumentum sub pæna quadrupli, de quo possit, & debeat etiam sindicari.

Quod à sententia lata possit infra quatuor dies appellari.

Lata verò dicta sententia diffinitiua, vel facta dicta terminatione, vel diffinitione, possit pars quæ succubuerit, & quilibet alius cui de iure liceat appellare, vel nullam dicere, infra terminum quatuor dierum continuorum à die latæ sententiæ, & non vltra ab ipsa sententia, vel diffinitione, seu terminatione appellare, vel nullam dicere ad vnum ex iudicibus appellationum officio deputandum, vel deputatum. Saluo tamen quod in causis, & casibus specialibus in quibus prohibita sit appellatio, vel nullitas à iure communi, vel ex forma statutorum, vel Prouisionum Ciuitatis Papiæ non liceat appellare. Et idem disponatur de nullitate: nec etiam ad aliquem Iudicem appellationum, qui fuerit Aduocatus, vel Commißarius in causa super qua lata fuerit sententia à qua fuerit appellatum, nec qui fuerit agnatus, vel affinis partis appellantis.

Statuentes tamen, quòd per hoc præsens statutum derogetur, & derogatum esse intelligatur statutis tollentibus in totum remedia appellationis, nullitatis, querelationis, & restitutionis.

Qua appellatione, & nullitate interposita procedatur in ipsa causa appellationis, vel nullitatis coram dicto Iudice ad quem fuerit appellatum hoc ordine: videlicet quod statim

post

post ipsam appellationem, vel nullitatem propositam, & interpositam die iuridica immediate sequenti, teneatur appellans, vel nullam dicens coram Iudice, ad quem appellauerit, petitionem suam in scriptis porrigere, & parti notificare personaliter, vel ad domum, quæ petitio qualiscunque sit, dummodo tolerabilis admittatur, & admissa esse intelligatur ipso iure, & nulla litis contestatio exigatur, & iurare coram Iudice, ad quem appellauerit, se non dolo, nec calumnia, sed credens iustam fouere causam, appellasse, vel nullam dixisse, ac satisdare de restituendo alteri parti omnia damna, interesse, & expensas litis prædictæ, quæ passa fuerit, & quæ taxata fuerint per Iudicem dictæ causæ, si ipse appellans, vel nullam dicens succubuerit, & non fuerit prosequutus vsque ad finem. Alioquin ipsi appellationi renuntiasse intelligatur, & prima sententia firma maneat, & executioni mandetur.

Post quæ statim, & sine vllo interuallo statutus sit, & esse intelligatur appellanti, & nullam dicenti, & appellato, vel contra quem, vel contra quos nulla dicitur, terminus octo dierum vtilium, probandi, producendi, ostendendi, & opponendi, tàm super nullitate, quã iniquitate dictæ sententiæ, & alijs ad ipsam causam pertinentibus, quicquid ipsæ partes, & quælibet earum voluerint: ipsoque termino finito, statim omnia agitata, producta, & ostensa in ipso termino intelligantur, & sint ipso iure publicata, & de eis vtrique parti fiat copia, si fuerit requisita.

Successiue verò statim statutus sit, & esse intelligatur ipso iure vtrique parti terminus sex dierum vtilium reprobandi, & impugnandi, & excludendi quæcunque agitata, & producta, & ostensa in dicto primo termino. Et si aliqua partium in ipso termino reprobatorio produxerit articulos, & capitula tendentia ad reprobandum probata, & producta per alteram partem in primo termino probatorio. Quæ capitula, & articuli produci debeant per tres dies antè finem dicti termini reprobatorij parte præsente, vel legitimè ad hoc citata. Et de ipsis capitulis, & articulis copia dimissa personaliter, vel ad domum, Et postea produci non possint, nec admitti, tunc liceat illi parti, contra quam producta fuerint, & quilibet alteri, cuius intersit coadiuuare, & corroborare per legitimas probationes probata, & producta in dicto primo termino. Quo termino reprobatorio elapso, quælibet agitata, producta, & ostensa in dicto termino intelligantur, & sint ipso iure publicata, & de eis fiat copia vt supra. Et quod omnes exceptiones sint saluæ in fine, & ratæ intelligantur, vt supra, prout in ordine causæ principalis superius continetur.

Postea verò teneatur dictus Iusdicens ordinarius, vel delegatus, vt supra, coram quo caussa appellationis, vel nullitatis versa erit infra vnam diem vtilem post dictum terminum reprobatorium immediatè sequentem ad requisitionem dictarum partium, vel alterius ipsarum dictam causam appellationis, vel nullitatis committere vni iurisperito de confidentibus partium eligendo &c. prout supra in capitulo principalis causæ continetur.

Qui commissarius ipsam commissionem statim cogatur omnibus iuris remedijs acceptare, & iurare, prout in ordine principalis causæ continetur, nec possit associari, nec alius vltra ipsum commissarium electum, vt supra assumi vllo modo, nisi fuerit de ambarum partiũ voluntate: coram quo commissario dictæ partes compareant, & producant processus, acta omnia dictæ causæ appellationis, & nullitatis, & iura sua.

Qui commissarius visis, & diligenter examinatis prædictis, & partium allegationibus auditis, teneatur, & debeat facere præsentari consilium suum in scriptis, eius propria manu subscriptum ad bancum dicti Iudicis, coram quo dicta causa appellationis, & nullitatis versa erit antè finem dicti termini viginti dierum vtilium ipsi causæ limitati, de qua præsentatione fiat subscriptio dicto consilio manu Notarij causæ, per quem, & qua die præsentatum fuerit. Et idem fiat in actis dictæ causæ: ita quòd dictus Iudex dictæ causæ appellationis, vel nullitatis possit, ac teneatur, & debeat in dicto termino iuxta formam dicti consilij suam sententiam diffinitiuam proferre, & publicare super causa prædicta,

quæ

quæ pronuntiatio facta esse intelligatur ipso iure, si Iudex causæ omiserit proferre, & publicare, vt supra. Et quòd dictus Iudex appellationis, vel nullitatis possit interesse examinationi causæ prædictæ, & nihilominus consilium commissarij sequi teneatur.

Possit etiam dictus Iudex causæ appellationis, vel nullitatis, si fuerit de partium voluntate ipsam causam per se absq; aliquo commissario eligendo cognoscere, decidere, & terminare iuxta terminum antedictum, qui eo casu iurare teneatur, prout supra in sacramento commissarij continetur, mutatis mutandis.

Postquam vero lata fuerit dicta sententia appellationis, vel nullitatis, in quantum, & quatenus confirmata fuerit sententia prima lata in causa principali: non liceat amplius prouocare, vel appellare à dicta sententia, nec nulla dici, nec eidem aliqualiter contrairi, nec contra eam quicquam excipi, vel opponi. Sed prout lata fuerit exequutioni mandetur omnibus iuris remedijs.

Si vero per ipsam sententiam latam in dicta causa appellationis, vel nullitatis fuerit dicta prima sententia annullata, vel reuocata, aut aliter reformata particulariter, vel in totum; tunc liceat succumbenti in dicta causa appellationis, vel nullitatis, vel cuilibet alteri, cui de iure liceat appellare, vel nullam dicere infra terminum quatuor dierum continuorum à die latæ sententiæ, & non ultra à dicta tali sententia appellare, & nullam dicere ad unum alium ex Iudicibus appellationum huic officio deputatum, vel deputandum &c. prout in ipsa causa appellationis est expressum, in qua causa appellationis intelligantur esse termini limitati in omnibus, & per omnia, prout in prima causa appellationis superius est expreßum mutatis mutandis, & congrua congruis referendo. Ita tamen quòd hoc semper intellecto, quòd dicta causa secundæ appellationis infra restum dicti termini dictorum octuaginta quinque dierum utilium omnibus instantijs, tam principalis causæ, quàm appellationis limitati, ut supra, saluis temporibus deputatis ad appellandum uigore præsentis decreti, decidatur, & fine debito terminetur, nec dictum terminum excedat ullo modo sub pœna prædicta, vt supra. Quæ sententia omnibus iuris remedijs, prout lata fuerit, executioni mandetur.

Statuentes quoq; hoc nostrum statutum etiam locum habere, & seruari debere in quibuscunq; quæstionibus, & causis pendentibus, & in cæteris de cætero inchoandis: firmis tamen manentibus actitatis, & productis in dictis causis pendentibus.

Item, quòd omnes, & singuli commissarij, consultores, & iusdicentes teneantur, & debeant eorum consilia, & sententias dare, & proferre in scriptis clarè, & apertè, & sine vlla conditione, vel alternatione sub pœna florenorum centum auri cuilibet consultori, vel iusdicenti contrafacienti, vel ommittenti facere, prout supra, cameræ Magnifici Domini applicandorum.

Veruntamen, nisi fuerit de partium voluntate, ordo præsentis statuti, & disposita in eo non vendicet sibi locum in quæstionibus datiorum: sed in eis pacta datiorum, necnon & statuta super eis edita statuimus inuiolabiliter obseruari. Nec etiam in causis, quæstionibus, siue controuersijs motis, vel mouendis occasione proclamationum, quæ fiunt pro bonis vendendis ad cridas, vel accipiendis insolutum: Sed in ipsis obseruari statuimus prouisiones super his specialiter editas, & terminos statutos in eis. Nec etiam in causis Mercatorum, quæ vertuntur coram Consulibus Mercatorum, inter Mercatores, et ex causa mercadantiæ: sed in ipsis seruentur statuta ipsorum mercatorum. Nec etiam in causis, in quibus procedi potest breuiori via, quàm via huius statuti, temporibus appellationum minimè computatis per formam statutorum Ciuitatis Papiæ: sed seruentur in eis statuta prædicta, vt breuius terminentur, ne partes expensis, et protelationibus litium nimium aggrauentur. Nec etiam in compromissis factis, et fiendis inter amicos communes de partium voluntate, aut ex dispositione alicuius decreti, vel statuti.

Præ-

Præterea statuimus, & ordinamus, quòd si de cætero contingat aliquam litem, quæstionem, causam, seu controuersiam moueri contra absentem in longinquis partibus, vel extra territorium Communis Papiæ teneatur, & debeat dare, & assignare tali absenti, vt supra citato, vel citando, facta prius summatim fide, prout iusdicenti videbitur de tali absentia: terminum competentem ad comparendum per se, vel per legitimum procuratorem: videlicet singulos dies pro singulis viginti miliaribus pro eundo, & totidem pro redeundo, & vltra arbitrio Iudicis: dummodo arbitrium iusdicentis non excedat vltra terminum vnius mensis continui. Quo termino elapso & non ante, incipiant currere tempora huius statuti.

Item, quòd si aliqua partium voluerit producere in causa aliquos testes absentes, vel Instrumenta, quæ essent extra territorium iusdicentis, tunc nominatis prius dictis testibus & Instrumentis, quibus semel nominatis nihil addi possit, & facta fide summatim de huiusmodi absentia & carentia Instrumentorum extra territorium existentium Iudici litis prout sibi videbitur, & parte iurante ad sancta Dei Euangelia corporaliter tactis scripturis, quòd hoc non facit, nec fieri petit dolo, nec calumnia, nec in fraudem, nec animo protelandi litem. Sed putans ipsis testibus, & instrumentis indigere ad probationem iuris sui: eo casu aßignetur sibi per Iudicem litis terminus competens secundum distantiam locorum, & negotij qualitatem, infra quem dicti testes recipi, & examinari possint debita forma iuris, eorumque dicta iudici litis solemniter præsentari, & ipsa instrumenta produci. Et in eo termino assignando vt supra, possit etiam altera pars ostendere, & probare de iure suo quicquid voluerit. Quo termino pendente non currant tempora huius statuti, nisi terminus statutus ad probandum quo ad testes, & alias probationes præsentes.

Item, quòd si deinceps contingat vllam litem, quæstionem, seu controuersiam moueri alicui pupillo, vel minori, furioso, vel mentecapto, aut simili personæ tutore, vel curatore carenti, ne talis persona remaneat indefensa, ne ius suum pereat propter carentiam legitimi defensoris, teneatur & debeat agere volens contra aliquem ex prædictis prius citari, & moneri facere aliquos ex eius proximioribus agnatis, vel attinentibus si qui erunt præsentes, & si non adessent, aliqui ex proximioribus amicis, vel vicinis eiusdem terræ vna cum eis præsentibus, aut legitime citatis instare, & requirere coram Iudice competenti, quòd ipsi contra quem ipsam litem mouere voluerit detur & decernatur per dictum Iudicem cum solemnitatibus opportunis tutor, vel curator idoneus, secundum conditionem personæ, cui decernendus erit generalis, vel saltem specialis ad litem prædictam, cum quo possit iudicium inchoari: & qui iura illius cui dabitur defendere debeat. Qui Iudex teneatur infra triginta dies continuos à die requisitionis sibi factæ computandos, prouidere eidem de idoneo tutore, vel curatore vt supra. Et ad dictam tutelam, seu curam, seu defensionem subeundam teneatur compellere illos agnatos, cognatos, vel affines, prout ipsi Iudici videbitur cum cautionibus, obligationibus, sacramentis, decreto, & iuris solennitatibus opportunis, sub pœna librarum quinquaginta tertiolorum cameræ Magnifici Domini applicandarum.

Si quis autem iusdicens, vel Magistratus, vel assessor à se ipso, absque consilio alterius protulerit aliquam sententiam iniquam, & iniustam, in totum, vel in partem, aut aliquis commissarius, vel consultor, iniquum, vel iniustum consilium dederit, in totum, vel in partem, quæ iniquitas vel iniustitia constet ex actis, & productis in causa super qua dicta sententia lata fuerit, vel dictum consilium datum, vel aliter legitimè detegatur.

Si scienter, & dolosè hoc fecerit, incurrat in pœnam pro vno denario quatuor quantitatis, seu æstimationis rei, de qua fuerit quæstio applicanda Cameræ Mag. Domini pro medietate, & pro alia medietate damnũ passo, & vlterius priuetur omni officio, & beneficio aduocandi, iudicãdi, & cõsulendi, & quolibet priuilegio, & beneficio sui Collegij in perpetuũ.

Si verò

Si verò per imperitiam, vel ignorantiam, teneatur tunc reficere parti ex hoc læse damnũ cum expensis per ipsam partem passis secundum quòd iudici æquum & iustum videbitur.

Quarum quidem pœnarum de quibus suprà fit mentio, necnon pæne impositæ non terminantibus quæstiones in terminis limitatis, cognitores, & executores esse debeant illi, qui deputabuntur per præfatum dominum: coram quibus quilibet volens querelare de prædictis, teneatur suam querelam in scriptis producere infra sexaginta dies immediate sequentes post dictum terminum octuagintaquinque dierum vtilium omnibus instantijs limitatis. Quo termino elapso non audiatur.

Qui cognitores, & exequutores causæ circa cognitionem, & exequutionem dictarum pœnarum, & cuiuslibet ipsarum procedere teneantur summariæ, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, solaq; veritate inspecta, & omnibus iuris remedijs, prout expediens fuerit, & eis videbitur conuenire, & nihilominus si quis conqueri voluerit de aliquo iusdicente, vel commissario, quod sententiam iniquam, vel iniustam tulerit, aut consilium iniquum vel iniustum dederit, hoc etiam in scriptis significare possit infra terminum antedictum præfacto domino, quia bene sibi ius fiet contra prædictos.

Statuimus insuper, quòd in omni causa omnes, & singuli testes producendi per aliquam partium, cogantur indilatione per iudicẽ litis realiter & personaliter, ac omnibus iuris remedijs ad iurandum, & veritatis testimonium perhibendum in dicta causa, sub pœna testi inobedienti librarum quinquaginta tertiolorum, & plus & minus arbitrio iusdicentis inspecta qualitate facti, & conditione personarum. Cuius quidem pœne medietas Cameræ magnifici domini applicetur alia medietas parti ipsum testem producere volenti, quæ pœna statim per iudicem litis exigatur.

Notarij deputati ad examinandum, & recipiendum testes statim postquam electi fuerint teneantur, & debeant iurare coram iusdicente coram quo causa agitabitur ad sancta Dei Euangelia tactis scripturis, quòd testes productos bene & diligenter examinabunt, & interrogabunt, eorumque dicta & testimonia fideliter recipient & scribent, vel scribi facient pro vtraque parte bona fide, sine fraude, omni dolo cessante. Cernendo ab ipsis testibus veritatem eius quod sciuerint de negotio super quo producti fuerint, cum interrogationibus debitis, non superfluis, nec cauillosis, & non deuiando vllo modo à tramite veritatis, & iustitiæ, & quòd seruabunt Statuta super prædictis edita. Et quòd non propalabunt nec manifestabunt vllo modo directe, nec per indirectum verbo, nutu, vel ostensione dicta testium alicui partium, nec alteri personæ, sed ea tenebunt & teneri facient secreta, donec fuerint publicata sub pœna florenorum 25. auri Cameræ magnifici domini applicandorũ, vltra pœnas à iure limitatas.

Item, quòd quælibet partium quæ in iudicio produxerit aliqua instrumenta, acta, vel scripturas, teneatur, & debeat non obstante productione semel facta, quandocunque ad instantiam partis, cuius intersit ea vel eas reprobare volentis, & iurantis se non dolo, nec calumniæ causa hæc petere ipsa instrumenta acta vel scripturas, quibus vsa fuerit: iterum, & denouo producere, & in actis dimittere, & etiam parti recipienti copiam facere vt supra. Et ad hoc cogatur & cogi possit per quemcunque iusdicentem omnibus iuris remedijs, etiam per personalem detentionem.

Statuentes, & ordinantes prædicta omnia & singula debere sanè intelligi, secundum bonam & rectam intentionẽ, quibuscumque cauillationibus circunscriptis, & pro lege, & statuto nostro inuiolabiliter obseruari, & publicè diuulgari: non obstantibus aliquibus legibus, decretis, ordinamentis, statuis, seu prouisionibus Ciuitatum, & terrarum nostro domino subiectarum, vel aliquibus earum, nec aliquibus alijs constitutionibus vel iuribus Collegij, vel municipalibus huic statuto obuiantibus vel derogantibus quoquo modo: quibus inquantum obuiarent, vel derogarent dumtaxat expresse, & ex certa scientia derogamus.

M *Nobis*

Nobis reseruata potestate ad arbitrium nostrum mutandi, corrigendi, addendi, & diminuendi, declarandi, interpretandi, & quolibet alio modo disponendi, ac prout nobis videbitur expedire.

De iudicibus appellationum postulandis, & de commissione de ipsis fiendis per potestatem.

ITem statuimus, quòd appellans à quacunque sententia, cuiusuis iudicis, vel iusdicentis Ciuitatis, vel terræ Papiæ teneatur petere iudicem appellatiōis à potestate, vel alio superiori magistratu Ciuitatis, vel terræ Papiæ. Qui potestas, vel magistratus, statim teneatur & debeat, omnibus iuris remedijs partes cogere, inter quas dicta quæstio agitatur; ad dandum earum confidentes in quæstione prædicta. Et reperto partium confidenti iuridico, teneatur, non tanquam potestas, vel iusdicens, sed tanquam delegatus Magnifici domini, domini nostri in hac parte specialiter deputatus, & constitutus, causam appellationis, & nullitatis committere audiendam, examinandam, & fine debito terminandam. Et si altera partium non comparuerit ad dandum confidentes suos in scriptis infra terminum à Iudice statutum, vel comparuerit, & similiter non dederit confidentes, tunc liceat suprascripto potestati, seu magistratui committere quæstionem prædictam alteri ex confidentibus partis comparentis, dando confidenti prædicto auctoritatem, & omnimodam iurisdictionem quam haberet si foret à præfato Magnifico Domino Domino Galeazio ad hoc specialiter delegatus, quod statutum in appellationibus, tàm interpositis, quàm interponendis locum habere statuimus.

Summarium Procmij, statuti Papiæ in Ciuilibus.

1 *STatuta Papiæ à Bald. compilata.*
2 *Quare fuerit præpositum proœmium.*
3 *Nomen Domini inuocandum, & quare, vide numer. 4. 5.*
6 *Omnia in hoc mundo fieri Deo permittente.*
7 *Omnis sapientia à Deo.*
8 *Deus largitor omnium.*
9 *Auctoris Inuocatio suorum protectorum.*
10 *Statuta Papiæ fuisse compilata regnante Io. Galeatio Vicecomite primo Duce Mediolani.*
11 *Ciuitates, quæ suberant Io. Galeatio.*
12 *Mors Io. Galeatij quo tempore, & vbi sepultus.*
13 *Aedes Chartusianæ à Io. Galeatio ædificatæ.*
14 *Lectores celeberrimi conducti à Io. Galeatio ad legendum in Gymnasio Papiæ.*
15 *Arx Papiæ, nunc castellum dictū, à quo ædificata.*
16 *Parcus ab eodem ædificatus.*
17 *Io. Galeatius vnde dictus Comes Virtutum.*
18 *Quis fuerit Galeatius de quo hic.*
19 *Plura habentem nomina vnico posse appellari.*
20 *Io. Galeatius ab Imperatore Vincislao Dux Mediolani Creatus.*
21 *Papia olim Ticinum appellata.*
22 *Antiquitas Papiæ.*
23 *Diuus Syrus primus Papiæ Præsul quis fuerit.*
24 *Doctores celeberrimi Papienses enumerantur.*
25 *Hieronymus Tortus I.C. propatruus auctoris laudatur.*
26 *Laus Francisci Sanazarij Senatoris ac I.C. Celeberrimi & auctoris Aui materni.*
27 *Marchus Antonius Roueschala præceptor auctoris laudatur.*
28 *Camilli Galynij auctoris præceptoris laus.*
29 *Illustrissimi Præsidis Iacobi Menochy laus.*
30 *Io. Baptista Costa laudatur.*
31 *Iulius Sānazarius auctoris Consobrinus laudatur.*
32 *Io. Francisci Sannazarij Iunioris auctoris Consobrini laus.*
33 *Proœmium statuti an faciat ius.*

Summarium Statuti primi.

1 *CAusa quæ dicatur.*
2 *Prepositio sine causa inualida.*
3 *Causa, lis, iudicium, instantia, quæstio, controuersia, discordia differunt, & vide, nu. 47. & 49.*
4 *Iudicium quid*
5 *Instantia quæ.*
6 *Instantia quando incipiat currere.*
7 *Lis quæ dicatur.*
8 *Quæstio quæ.*
9 *Controuersia, & discordia quæ dicantur.*
10 *Causa qualiter sumatur.*
11 *Causa an dicatur ante, vel post litem contestatam.*
12 *Causarū aliæ Ciuiles, aliæ criminales, aliæ mixtæ.*
13 *Causa ciuilis quæ.*
14 *Criminalis causa quæ.*
15 *Quæ causæ dicantur mixtæ.*
16 *Procurator admittitur in causa criminali intentata ciuiliter.*
17 *Statutum de casu simplici an procedat in casu mixto.*

18 Sta-

149 Instantia statutaria subrogata in locum instantia iuris communis.
150 Verborum quo vis modo importantia.
151 Statutum generale an comprendat casum dotis.
152 Dos continetur sub regulis iuris communis.
153 Cautela pro iudicibus non sententiantibus tempore instantia, & num. 165.
154 Sententia condemno condemnandū quando valida, & vide num. 155.
156 Probationis verbum intelligitur de legitima.
157 Iuramentum non est legitima probatio & nu. 158 vbi quid in statuto loquente de probatione.
159 Pœna huius statuti conformis cum Nouis Constit. Mediolani.
160 Hoc statutum intelligitur parte petente.
161 Iudex non sententians intra tēpus instantiæ qualiter puniatur de iure communi.
162 Iudex dicitur facere litem suam pluribus modis.
163 Pœna Statuti an tollat pœnam iuris communis, & vide num. 164.
166 Pœna in dubio cui veniat applicanda, & nu 167.
168 Pœna huius statuti an dicatur imposita ipso iure, an vero per sententiam.
169 Pœna imposita ipso iure non infligitur nisi præcedente declaratoria.
170 Terminus huius statuti peremptorius.
171 Instantia qua.
172 Instantia quare inuenta.
173 Tempus instantiæ an sit præfixum causæ an vero iudici, & vtilitatem in hoc vide nu. 174.
175 Instantia quando incipiat de iure communi.
176 Instauntia in causa appellationis quantum duret.
177 Statuto negatiuo quando possit renunciari.
178 Instantia currit etiam iudice impedito.
179 Restitutio quando detur aduersus lapsum instātiæ, & num. 182. & 183.
180 Experientia rerum magistra.
181 Instantia cuius culpa dicatur periisse remissiuè.
184 Instantia an currat tempore pestis, & belli.
185 Instantia in quibus casibus suspendatur.
186 Instantia de iure communi quantum duret in causa ciuili, & criminali.
187 Instantia de iure Canonico nunquam perit.
188 Instantia cœpta cum layco, an transeat in clericum successorem.
189 Obligatio non variatur ex persona successoris.
190 Instantia quando sit minor triennio.
191 Instantia quadraginta dierū quando non currat.
192 Instantia an possit abbreuiari per Statutum.
193 Statuta dicuntur iura ciuilia.
194 Dies quando incipiat, & terminetur latissime, & num. 195. 196. 97. 98. & num. 200. 201.
199 Dies instanti statutaria cōputatur de momento, ad momentum.
202 Dierum alij vtiles, alij continui, & qui, & num. 203.
204 Dierum appellatione in dubio intelligitur de continuo.
205 Dies termini an computetur in termino remissiuè.
206 Instantia trienalis an possit per partes prorogari & vide num. 211. & 212. vbi ponuntur duæ limitationes.
207 An etiam possit per iudicem.
208 An possit prorogari per compromissum.
209 Quid in causa appellationis.
210 Instantia an possit prorogari per Principem.
213 Instantia statutaria an possit per partes prorogari, & vide etiam nu. 214. & 215. vbi de veritate.
216 Instantia quando prorogetur ex Nou. Mediolani constitutionibus, vel a Senatu.
217 Terminus repræsentandi rescriptum continuus.
218 Instantia cœpta quando transeat ad hæredem actiuè, & passiuè.
219 Hæres fingitur vna persona cum defuncto.
220 Instantia cœpta an transeat ad Fiscum.
221 Hæres succedens priuato vtitur iure priuati.
222 An instantia transeat de patre in filium.
223 An transeat in fideicommissarium vniuersalem.
224 An transeat in successorem dignitatis, & administrationis.
225 An transeat in successorem singularem.
226 Instantia inchoata cum layco an transeat in clericum.
227 An transeat in hæredem non habentē domiciliū.
228 Quid in instantia compromissi.
229 Compromissum ad hæredes non transitorium.
230 An instantia transeat in bonorum successorem.
231 An instantia procuratoris transeat in dominum.
232 Creditori qualiter consulatur circa instantiā debitore sine hærede decedente.
233 Acta quæ pareant, & quæ sustineantur perempta instantia.
234 Testes non publicati in prima instantia, an possint publicari in secunda.
235 Acta omnia in causa criminali ob lapsum instantiæ pereunt, quod intellige, vt num. 236. & 238.
237 Quid seruetur in hoc Dominio.
239 Actor perempta instantia reficit expensas.
240 Sententia an possit ferri perempta instantia, & nu. 241. & inde 242. vbi ponuntur restrictiones.
243 Confessio facit notorium.
244 Sentētia an ferri perempta instantia statutaria, & 245. vbi restringitur.
246 Instantia perempta quot modis possit instaurari, & vide num. 252. & 253. 254. 255.
247 An instauratio soleat pluries concedi.
248 An in restauratione pars citanda.
249 Instauratio facta à Principe dē noua instantia.
250 An in causa criminali instauretur instantia.
251 Quid in causa appellationis.
252 Minor an restituatur aduersus lapsum instantiæ.
256 Instantia de iure communi quando incipiat.
257 Statuta recipiunt interpretationem a iure cōi.
258 Instantia, quando incipiat in his causis, in quibus non contestatur lis.
259 Litis contestatio, quid sit.
260 Quando dicatur facta litis contestatio.
261 Lis quando dicatur cœpta remissiuè.
262 Petitio ponenda est in actis amplia, vt num. 263.
264 Libellus qualis esse debeat.
265 Libellus quando vitietur ob incertitudinem, & num. 278. & 279.
266 Libellus qualis esse debeat.
267 Libellus alternatiuus inualidus.
268 Libellus continens contraria inualidus, & restringe, vt num. 271.
269 Libellus generalis non admittitur.
270 Generalitas parit ambiguitatem.
272 Libellus obscurus, & vagus reijcitur.
273 Quando libellus dicitur vagus, & obscurus.
274 Obscuritas in libello quot modis committatur.
275 Libellus ineptus non admittitur.
276 Exceptio ineptitudinis potest opponi, etiam post sententiam in iudicatum.
277 Libellus quando dicatur ineptus.
279 Libellus incertus an admittatur, quando declaratio incertitudinis non est in potestate actoris.
281 In alternatiuis electio est debitoris.

282 Libel-

405 *Quid in crimine haeresis.*
406 *Copia inditiorum an danda ante publicationem processus.*
407 *Testes in criminalibus ad offensam examinantur parte incitata.*
408 *Testes an repetãtur reo bannito in contumaciam, & ad nouas defensiones admisso.*
409 *Originalis processus non dandus parti.*
410 *Copia inditiorum non datur ante completã informationem.*
411 *Quid in processu facto super inquisitione generali*
412 *Inditia non danda nisi petenti.*
413 *Inditia ad torturam qua*
414 *Tortura nõ infertur reo post petitã copiã inditiorũ*
415 *Testes nõ euitant torturã per petitionẽ inditiorũ.*
416 *Testes ex quibus torqueri possint.*
417 *Copia inditiorum an danda reo ante condemnationem.*
418 *Reus confessus, & conuictus non condemnandus nisi datis defensionibus.*
419 *Reus an possit beneficio huius Statuti renunciare.*
420 *Clausula (ipso iure) importantia.*
421 *Reo quot dies dentur ad respondendum libello.*
422 *Terminus ad respondendum datus an possit abbreuiari.*
423 *Exceptio rei post terminum an valida, & quid, si in termino exceptiones declinatorias dilatorias, aut peremptorias opponat, an currat tempus.*
424 *Lis an habeatur pro contestata reo nõ respondẽte.*
425 *Reus nol. n. respondere qualiter puniendus.*
426 *Iudex an possit declarare litem haberi pro contestata reo non respondente.*
427 *Contumax quibus poenis puniatur, & nu. 433. vbi ponuntur plures poenae, & num. 440.*
428 *Contumacia quaedam vera quaedam ficta.*
429 *Contumax verus quis.*
430 *Contumax fictus quis.*
431 *Contumax verus non appellat, secus, in ficto, num. 432. & 464. 466.*
433 *Mulcta non irrogatur nisi quis prius citetur ad allegandum quare &c.*
434 *Mulcta applicanda Fisco.*
435 *A mulcta non appellatur, secus a praecepto mulctã comminante, & num. 436. vbi restringitur.*
437 *Mulcta imponenda contumacibus quanta.*
438 *Cõtumax nõ põt mulctari in amissione totius causae*
439 *Iudex an possit mulctare vltra summam l. eos C. de modo mulctarum.*
440 *Ob contumaciam fit missio in possessionem ex primo decreto.*
441 *Primum decretum quid.*
442 *Quando possit veniri ad primum decretum.*
443 *Missio in possessionem ex secundo decreto quando fiat, & num. 444.*
444 *Secundũ decretum contra quos nõ detur remissiuẽ.*
445 *Contumax comparens quando recuperet possessionem amissam ob contumaciam.*
446 *Contumax nõ auditur ante refectionẽ expensarũ.*
447 *Contumax solutis impensis an possit opponere contra processum iam perfectum.*
448 *Quae expensae veniãt restituenda ob contumaciã.*
449 *Aduocatus an possit consequi, quod verisimiliter lucratus fuisset in alia causa.*
450 *Contumaci potest denegari audientia.*
451 *Contumax potest carcerari, & vide num. 461. vbi restringitur.*
452 *Mulier an possit carcerari in causa ciuili.*
453 *Quid in meretrice.*
454 *Quid si sit meretrix nupta.*
455 *Mulier pro delicto carceratur.*
456 *Doctor non potest capi pro debito ciuili.*
457 *Iudicis poena carcerãtis doctorẽ pro debito ciuili.*
458 *Doctor an in criminalibus carceretur.*
459 *Doctor nec etiam vti testis potest torqueri, nisi in nonnullis criminibus, vt infra num. 460.*
462 *Debitor non põt capi in domo propria, quod secus ex delicto. num. 463.*
465 *Procurator verus contumax non appellat.*
467 *Contumax quando habeatur, pro confesso.*
468 *Contumax an possit excommunicari.*
469 *Contumax an de nouo citandus.*
470 *Contumax an perdat priuilegium l. sciendum. C. qui satisdare cogantur.*
471 *An autem perdat beneficium iuratoriae cautionis.*
472 *Iuratoriae cautioni quando sit locus.*
473 *Vassalus ob veram contumaciam perdit feudum.*
474 *Contumacis quando publicantur bona.*
475 *Descriptio bonorum in hoc Dominio quando fiat.*
476 *Contumax an perdat beneficium l. vbi coeptum ff. de Iudicijs vbi restringitur.*
477 *Contumax an opponat declinatoriam.*
478 *Declinatoria quando possit opponi.*
479 *Contumax potest priuari fructibus inquilinorum.*
480 *Contumax quando torqueri possit.*
481 *Quid si iniuste interrogetur.*
482 *Reus non tenetur respondere, an sit culpabilis.*
483 *Quibus remedijs cogatur reus respondere iudici?*
484 *Reo petenti dilationẽ ad respondendũ an danda.*
485 *Contumax quando habeatur pro praesente.*
486 *Fructus rei petitae an sequestrentur ob contumaciã.*
487 *Contumax quando habeatur pro confitente, seu negante.*
488 *Contumax potest pignorari.*
489 *Contumax quando efficiatur infamis.*
490 *Contumax excommunicatus quando efficiatur suspectus de haeresi, & vide 491.*
492 *Contumax non allegat suum priuilegium.*
493 *De expensis quando credatur iuramento partis ob contumaciam.*
494 *Poena contra contumaces quando habeãt locum.*
495 *Citatio circumducitur actore non comparente.*
496 *Reus comparens quantum tempus debeat expectare actorem.*
497 *Contumacia, vt noceat, venit accusanda.*
498 *Quid in criminalibus.*
499 *Hodie in criminalibus non accusatur cõtumacia.*
500 *Contumaciae poena quando cesset, & actor contumax qualiter puniatur.*
501 *Contumax quis non dicitur, si Iudex non sedit.*
502 *A contumacia, quis excusatur ob iustam causam & num. 503. quae sit iusta causa.*
504 *Contumacia an sit delictum, & num. 505.*
506 *Statutũ loquens de condemnato an comprehendat condemnatum ex contumacia.*
507 *Contumacia ex quibus probetur.*
508 *Lis quando habeatur pro contestata.*
509 *Fictae litis contestatio inducta à statuto quid operetur.*
510 *Terminus huius Statuti an dicatur assignatus ipso iure.*
511 *Terminus à iure non statutus quando assignandus à Iudice.*
512 *Dilationes probatoriae sunt communes.*
513 *Amplia etiam in causa criminali, & vide, num. 514. 515. & 516. 517. 518. vbi quatuor alijs ampliatur modis.*
519 *Limita duobus modis, & num. 520.*
521 *Probationes an possint fieri nullo dato termino, quid*

Instru-

635 Instrumentum emptionis si non habeat pretium an validum.
636 Oppositiones quæ possũt fieri cõtra testes remissiuè.
637 Exceptiones quando sit reijcienda ad finem causæ, & vide num. 638. 639. & 640. vbi tres adducuntur restrictiones.
640 Exceptionum materia remissiuè.
641 Replicationum materia remissiuè.
642 Exceptio quando dicatur a Iudice reiecta per processum ad vlteriora.
643 Statutum quod causæ committantur consilio Sapientum validum, & num. 644.
645 Statutum cogens omnes litigantes ad compromissum validum.
646 Quid si statutum solum adstringat vnam personã, vel familiam ad compromittendum.
647 Lex non valet nisi sit communis.
648 Statutum cogens singularem personam ad compromittendum inualidum.
649 Iudex non cogitur de iure committere causam consilio Sapientis.
650 Consilium Sapientis qua ratione introductum.
651 Consilium Sapientis an fauorabile, vel odiosum.
652 Sapiens quam habeat potestatem.
653 Iudex ex nostro Statuto tenetur iudicare secundũ consilium sapientis.
654 Consiliũ datur successori mortuo interim iudice.
655 Sapiens an inuitis eligatur.
656 Causæ quæ veniunt committenda consilio Sapientis enumerantur.
657 Clausula in rescripto (quod procedatur summariè) non tollit consilium Sapientis.
658 Causa etiam interlocutoria est committenda consilio Sapientis.
659 Simpliciter etiam si causa pendeat coram delegato.
660 Causa mixti Imperij an committenda consilio sapientis.
661 Quid in causis Ecclesiasticis.
662 Quid in causis vnius Doctoris de Collegio.
663 Collegium totum an possit vt suspectum recusari.
664 Quid in causis forensium.
665 Quid in causis arbitrarijs.
666 Dubium an causa sit consulenda est committendũ consilio sapientis.
667 Quid in nullitate contractus.
668 Quid in causa minoris, & curatoris hæreditatis.
669 Quid in executiuis.
670 Sententia spreto consilio sapientis nulla.
671 Causa clara non committenda consilio sapientis.
672 Quid si causa sit pia.
673 Quid in causa criminali.
674 Quid si debitum sit per instrumentum.
675 Quid si consilium petatur calumniose.
676 Quid si consilium petatur post decem dies à die litis contestatæ.
677 Quid in mulctis.
678 Quid in causis meretricum.
679 Quid in causis à libris 50. citra.
680 Causa an committenda consilio sapientis parte non petente.
681 Statutum cogens Iudicem ad aliquod faciendum intelligitur parte petente.
682 Iudex non tenetur impartire offitium ad priuatam vtilitatem nisi parte petente.
683 Causa executionis nõ cõmittẽda consilio sapiẽtis.
684 Conductor qui promisit soluere in pace, sine lite, an possit petere consilium sapientis.
685 Compromisso vbi non est locus, ita nec etiam consilio sapientis.
686 Quid faciendum, si vna pars petat consilium altera vero neget, an dubium sit committendum.
687 Dubio stante an causa sit appellabilis committitur articulus.
688 Articulus non est cõmittendus quoties clarum est non militare consilium.
689 Sententia spreto consilio sapientis nulla.
690 Iudex quando possit sententiam nullã confirmare.
691 Consultori quale salarium sit præstandum.
692 Verborum, teneatur, & debeat, importantia.
693 Instrumenta an producantur coram Consultore.
694 Commissio qualiter facienda consultori.
695 Cuius expensis facienda est commissio.
696 Quid agendum litigantibus discordantibus informando punctum transmittendũ consultori.
697 Consultor quam iurisdictionem habeat.
698 Iudex non suspectus dandus est.
699 Iudex in ciuili, & criminali vt suspectus, potest recusari.
700 Processus factus coram indice recusato suspecto nullus.
701 Causa suspicionis an allegãda coram indice, & quando.
702 Iudex ex quibus allegetur suspectus.
703 Doctores omnes vnius ciuitatis an possint allegari suspecti.
704 Confidentes qui sint.
705 Quid agendũ si in Ciuitate nõ adsint iurisperiti.
706 Commissarius causæ quando possit se excusare.
707 Quibus remedijs cogatur commissarius ad acceptandam commissionem.
708 Iudices qualiter debeant iurare.
709 Aduocati an teneantur iurare.
710 Aduocati quam grauiter errent defendendo causas iniustas.
711 Iudices ordinarij solum iurant in ingressu offitij.
712 Iudex an teneatur sequi consilium iniquum.
713 Commissario ante consilium mortuo alter eius loco subrogatur.
714 Iudex an possit commissionem legitimam reuocare & num. 715.
716 Sapiens an possit petere sibi dari adiunctum.
717 Consultori an debeatur salarium.
718 Sententia, & consiliũ præcipitãter latũ nõ valet.
719 Celeritas solet impedire iustitiam.
720 Consilium prolatum non seruata forma huius statuti nullum.
721 Consilium factum super alio articulo nullum.
722 Iudex de iure communi, non tenetur pronunciare secundum formam consilij.
723 Fallit Statuto ita disponente.
724 Quid si consilium sit firmatum per verbum forte vel simile.
725 Sententia lata secundum consilium sapientis quãdo non valeat remissiuè.
726 Sententia lata post terminum de partium consensu an valida.
727 Consilium non exequitur Iudice non ferente sententiam super eo.
728 Iudex procedens in causa post quam consultori cõmisit, nulliter agit.
729 Sñia lata s. pronũcio prout in consilio an valida.
730 Quantum tempus detur ad appellandum.
731 Statutum restringens tempus ad appellandum an validum.
732 Appellationi an possit renunciari.
733 Appellandi tempus currit a die latæ sententiæ.
734 Statutum dans tempus ad appellandum, an intelligatur, etiam ad dicendum de nullitate.

735 Nul-

CHRISTO

CHRISTO, AC B. V. MARIA SEMPER AVSPICIBVS.

1 Ncipit proemium statutorum Inclytæ Ciuitatis Papiæ, Patriæ meæ dilectissimæ, à Bald. Perusino, tùm Ciuilis sapientiæ, tùm phylosophiæ mysterijs instructissimo, compillatorum, & ab alijs eminentissimis viris, & Iurisconsultis, si Francis. Curt. iun. Papiensi I. C. clarissimo creditum volumus, cons. 5. num. 12 versic. primo, quod verba, quem sequitur, & confirmat Illustrissimus Conciuis noster, & Præses redditiuũ extraord. pro Potentissimo Hisp. Rege, Menoch. in tract. de recuper. possess. remed. 9. num. 343. Gallia in cons. 96. num. 40. post Curt. supra allegatum, more enim rectè scribentium, voluerunt statuentes premittere proemium, vt per gl. in rub. proem. Institut. in verb. incipit, in quorum prin-
2 cipio primo loco inuocauerunt † statuentes diuinum nomen, imitati sacratissimum Imperatorem Iustinianum in proem. Instit. qui initium à nomine Domini nostri Iesu Christi sumpsit: cum ipse
3 sit lux in tenebris, vt in Euangelio Ioannis, cap. 1. scientes nullum bonum posse super edificari, vbi Christus Dominus noster non sit fundamentum,
4 vt not. in rub. C. de sum. trin. & fid. cath. scientesq; quod in principio cuiuslibet operis, in Domino, & Christo debet fundamentum fieri, cap. cum paulus prima quæst. prima, cap. cum liceat 15.
5 q. 5. ideo rectè, & Christiano more inceperunt per hæc verba; ad honorem, & gloriam Omnipotentis Dei, cum omnia, quæ fiunt in hoc mundo, Dei permissu fieri dicantur; cap. nec mirum 26. quæst. 5. vers. nec ideo quisquam, Abb. in cap. primo de
6 sepult. &, cum omnis ratio supernæ creaturæ, vel eternæ scientiæ in Deo sit, qui est earum caput, &
7 auctor, & sit perfecta virtus, & sapientia, cap. legimus, §. hinc etiã il secondo 37. distinct. maximè, cum Deus omnium gratiarum sit mirabilis clar-
8 gitor, cap. reuertimini 16. q. 1. quare de scientia sui ipsorum non præsumentes, ad eiusdem omnipotentis Dei, atq; Beatæ Mariæ semper Virginis aduocatæ nostræ, honorem, & laudem, præsens
9 opus statutorũ aggressi sunt statuentes ipsi, cuius auxilio, & ope, eiusq; gloriosissimæ Virginis Matris, ac Beatorum Catherinæ, & Francisci Protectorum meorũ freti, eorumq; nominibus ex corde inuocatis huic operi, & nos hoc additionum opus aggredimur, in quo, si boni quicquam inuenietur Deo soli acceptum refero.

In verbo [Ad exaltationem status, ac fælicis regiminis Illustris Principis, ac Magnifici, & Excellentissimi D. nostri Galeazij Vicecomitis, Me-
10 diolani, Papiæ &c. Comitis virtutum;] sciendum est, quod statuta nostra fuerunt compilata sub fęlicissimo Dominio Galeazij Vicecomitis, qui fuit primus Ducali dignitate in Dominio Mediolani, à Vincislao Romanorum Imperatore insignitus, & decoratus, & fuit filius Galeazij Vicecomitis, qui expulsis Turrianis è Mediolano, vniuerso Dominio potitus fuit; post eius verò mortem cum Barnabas Vicecomes eius patruus cuncta ad libitum, ac tyranicè gubernaret, ipse Io. Galeazius dicto Larnaba, ac filijs de medio sublatis dominium paternum recuperauit, ac Ducatui Mediolani, qui tunc temporis Vicariatus Imperialis nomen te-
11 nebat, plures Ciuitates addidit, expulsis enim Antonio Scaligero, Domino Veronæ, ac Francisco Carrara Paduæ, eas Ciuitates, vna cum Vincentia quæ pariter à Scaligero possidebatur statui paterno adiunxit, ac postmodũ Bononiam medio nonnullorum obtinuit, & tantæ fuit virtutis, ac potentiæ, vt florentino exercitu fugato, & obtentis Pisis, Luca, Senis, Perusio, Florentiam obsidione cinxerit, quam tandem ad deditionem compulisset, nisi morte preuentus obsidionem deserere coactus fuisset, tempore tamen mortis repertus fuit possidere has omnes Ciuitates videlicet, Mediolanum, Papiam, Montecoreum, Nouariã, Vercellas, Acquensem Ciuitatem, Albam, Alexandriã, Astense opidum, Dertonam, Bobium, Placentiam, Parmam, Regium, Mutinam, Bononiam, Pisas, Senas, Massam, Grossetum, Clutium, Perusium, Ascisium, Noceam, Belutium, Felcium, Patauiũ, Vicentiam, Veronam, Brixiam, Bergomum, Comum, Laudem, Cremonam, Cremã, quas omnes insignes Ciuitates medio suorũ præstantissimorũ, ac strenuorũ Ducũ in suam ditionẽ redegit, tandẽ
12 vniuersæ carnis viam ingressus est in oppido Marignani febri pestiletiali die 3. Sept. anno 1402. prius condito testamento in quo ordinauit eius corpus deferri ad Templum Diui Michaelis, constructum in præsenti nostra Regia Ciuitate Papiæ, postmodum humari in ædibus Carthusianis distantibus à
13 Papia per quinq; milia passuum, † quo in loco superbissimum Templum Marmoreum construi curauerat, ac opulentissimis annuis redditibus auxerat, non omitto etiam, quod studium nostrum Papiense à Galeatio eius genitore ordinatum, ampliandum, ac exornandum summopere curauit, conduxit enim ad legendum viros in omni virtutũ genere pręstantissimos, scilicet in legibus, Baldum
14 Perusinum, † qui tandem Papiæ mortuus est, ac sepultus in Templo Diui Francisci, duos Raphaeles, scilicet Fulgosium, & Comensem, & Amadeũ, in Philosophia, Vgum Senensem, ac Pelicanum Parmensem, Marsilium à S. Sophia Patauinum, Sylanum Nigrum, & Antonium Vaccam, hos tres in Medicina, & in litteris Græcis Chrisoloram, ac in sacris litteris Petrum Philargum, Cretensem Fratrem Franciscanum Ordinis Conuentualium, qui postmodum ob vitæ, morumq; integritatem, ac summam sapientiam in Theologali, Philosophia, Papali dignitate fuit decoratus, ac Alexander Quintus nominatus: plura possent de hoc Principe enarrari, nempe quod construi iusserit superbum ædificiũ Papiæ, quod nunc appellatur vulgo il Castello, in quo apponi curauerit omnes libros
15 ad vniuersas spectantes scientias, † ac extra & propè vrbem nostram Parcum ferarum, muris vndiq; per viginti miliaria in circuitu septum, in quo fe-
16 ræ, ac belluæ, † & volucres cuiuslibet generis includebantur venandi gratia, cuius singula latera in latitudinem quinq; millibus passuum patebant, ac plurima bella, quæ opera suorum Ducum ad finem perduxit optatum, innumerasq; propemodum victorias obtentas, ac quamplura ab eo præclara facinora confecta; verum quia ad rem nostram facere minimè videntur, quippè qui solum statuta nostra Papiensia Ciuilia ad communem Ciuium nostrorum, & iuris profitentium vtilitatem

tem summus aggressuri, & satis grande volumen facerent, ideò ex industria omittimus. si quis auté rerum istarum varietate oblectetur, adeat Coyrú Mediolanensem, Iouium, Sabellicum, & alios, qui plené in suis historijs de vita, & gestis huius Principis scriptis memoriæ relinquerunt.

In verbo Comitis virtutum] Iste Io: Galeazius fuit primus Ducum Mediolani, qui fuerit appella-
17 tus Comes virtutum, † eò, quod duxerit in matrimonium Isabellam sororem, vel, vt alij malunt, filiam Caroli Francorum Regis, qui nomine dotis, ac in dotem ei dedit Comitatum virtutis, sermone Gallico appellatum, il contado de Virtois; nolo tamen ignorare Lectorem, quod multi sunt, qui tenuerint, hunc Galeatium, de quo fit mentio in hoc proemio, non esse eum, de quo supra disseruimus, sed Galeatium patrem dicti Io: Galeatij, qui
18 † erat Vicarius Imperialis pro Imperatore in Prouincia Insubria Lombardiæ, quod suaderi video, quia fuit nominatus solum sub nomine Galeatij, nec fuit appellatus Dux; cum tamen vt supra diximus, Io: Galeatius fuerit Dux Mediolani; allucinantur hi, qui contrarium credunt, quia ille Galeatius pater huius nostri Io: Galeatij, tempore, quo fuerunt compilata statuta hæc nostra Papiæ, scilicet anno 1393. vt infra in proemio, non erat in humanis, sed iam mortuus erat de anno 1378. die 5. Augusti, & appellabatur Galeatius Maria, vt legere est in vitis Ducum Mediolani æditis per Hieronymum Porrum Patauinum, nec erat ipsæ Comes virtutum, prout eius filius, &, licet à statuentibus non fuerit nominatus sub nomine Io: Galeatij, hoc factum est gratia breuitatis, ita namq; sæpius seruari videmus, quod, vbi quis plura habet nomina, solum vnico nomine appellatur, prout de
19 Cicerone legitur, qui vocabatur Marcus Tullius Cicero, & tamen à scriptoribus solum nominatur Cicero: nec est mirum, si eum statuentes non appellarunt Ducem, cum nundum fuisset decoratus Ducali dignitate, sed solum vices Imperatoris in prouincia Insubria Lombardiæ gereret, solum .n. superuixit septem annos, postquam fuit Dux renunciatus à Vincislao Imperatore, opera Archi-
20 episcopi Mediolani, solutis prius pro inuestitura Ducatus aureis ducentis millibus.

In verbo Deo auctore Antiqua Papiæ Ciuitas] hæc nostra Ciuitas olim à Ticino amœnissimo flumine decurrente Ticinum nominabatur, & omniú
21 ferè † Italiæ Ciuitatum antiquissima est, vt potè à lænis liguribus ædificata, ante bellum punicum à Romanis gestum, & ante prisci Tarquinij Re-
22 gnum, † vt pluribus argumentis luce clarioribus ostendit Bernardus Saccus Patricius Papiensis, ac scriptor veridicus, in hystoria Ticinensi lib. 2. cap. 6. de tempore ædificationis Ticini cùm duobus cap. seq. quo in loco nonnullorum pertinatiam, inanesq; rationes quorundam retundit, qui contrariú asserere falsis rationibus, ac sophisticis argumentis ausi sunt, omneq; studium, ac conatú licet incassum ad destruendum nostræ Ciuitatis gloriam effuderunt, fuit enim semper hæc nostra Ciuitas tám pace, quám bello potens, & pietate, ac religione maximè floruit, habuit enim infinitos præsules sanctitate decoratos, quorum Princeps
23 fuit Diuus Syrus, quem ferunt plerique eum puerum fuisse; de quo in Euangelio Ioan. cap. 4. legitur, dum Andreas Apostolus ait Domino nostro Iesu Christo, est puer vnus hic, qui habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces; Syrus itaq; omnium primus fuit, qui semen verbi Christi in hac nostra Vrbe seminauit, cæteros consultò sciens prætereo; eos namq; om nes enumerare longum esset nimis, quos videre est apud Guallam in eius sanctuario, nec non apud Antonium Mariá Speltam virum peritissimum in suis Historijs; plures etiam genuit viros in hac nostra legali phylosophia præstantissimos, cui non modicam lucem, ac intelligentiam responsis Vulpiani, Papiniani, ac aliorum I. C. veterum dederunt, inter quos fue-
24 runt duo glossatores. Albertus Papiensis, scilicet, & Otto Papiensis, Albertus Gandinus insignis practicus in materia maleficiorum, Lancellotus Calliaula solemnis repetitor. l. centurio, ff. de vulg. & pupil. subst. Rochus Curtius, qui vtilem tractatum de cósuetudine conscripsit; Petrus Ferrarius, quem practicum Papiensem nuncupant, qui ob insignem illius libellorum tractatum, libellorú architectus, & opifex meritò prædicatur, cui luculentissimas, ac verè vtiles apposuit additiones, Theodorus Medda pariter conciuis noster eximię doctrinæ, ac experientiæ vir; Hieronymus Buttigella, qui condidit vnam, & viginti repetitiones; Christophorus Porcius, qui lecturas super Institutionibus ad iuuenum vtilitatem contexuit; Albericus Maletta, qui condidit tractatum de testibus; Andreas Pomates primus additionator ad Bart. Paulus Pichus excellens Doctor, vt eius testantur responsa; Cato Sacchus celeberrimus Doctor.
25 Hieronymus Tortus propatruus meus Doctor insignis, familiæ meæ ornamentum, qui fuit præceptor Iasonis Mayni, & condidit illud consilium pro Repub. Florentina insertú post consilia Ant. de Butrio, variasq; etiam lecturas, & repetitiones condidit, quas penes me in scriptis teneo sex voluminibus conscriptas; Ambrosius itidem extitit Oppizonus, qui varijs legum repetitionibus ingenij sui acumen omnibus patefecit, duo Francisci Curtij eminentissimi I. C. qui & lecturis, & consilijs, & tractatibus, tùm de fæudis, tum de consuetudine legalem hanc nostram exornarunt phylosophiam; Christophorus Albericus solemnis repetitor, sed quid prætereo Franciscum à Sancto Nazario, vulgo Ripam nuncupatum meum auum maternum olim, & primarium legum interpretem
26 & Senatorem Mediolani amplissimú, cuius Laudes, si recensere velim, si peritiam in legendo, si in quæstionibus difficilimis explanandis, summam prudentiam, in opinionibus Doctorum conciliandis eximiam enarrare, aggrediar facilitatem, ac peritiam, dubio procul implerem grande volumen; præter enim lecturas tám ciuiles, quam canonicas, plurima, ac elegantissima ædidit responsa in vtroque iure, quæ si quis medullitus considerare (vt decet) voluerit, dicet facile, ab inferis reuocatos fuisse illos præstantissimos I. C. antiquos, scilicet Vulpianos, Papinianos, Paulos, Iulianos, Pomponios, Modestos, scæuolas: adeò eum accuratè, eleganter, ac iuridicè scripsit, vt meruerit nominari æqualis Doctor antiquioribus, vt dicit Tiraq. in tract. cessante causa, num. 106. in prima parte, & eum locupletissimum doctorem nominat idem Tiraq. in repet. l. si vnquam, num. 3. C. de reuoc. donat. & egregium dicit Soc. iun. cons. 166. volum. 2. vers. sed vlterius, & insignem consilio 179. num. 76. eod. vol. omitto illam satis famosum tractatum, quem fecit de peste, & de remedio conseruandæ vbertatis, quæ omnia eum celeberrimum reddunt, & vt vulgo de eo circumfertur

fertur iudicium ingenium consumatiq; labores, hunc virum seculis omnibus efficient, nullus enim fuit, siue ante, siue post, qui de huiusmodi vtilissima pestis materia ante ipsum scribere ausus fuerit, quid plura? res ipsa loquitur; fuerunt etiam alij Doctores Papienses in hac legali palestra excellentissimi Franciscus Veggius, nec non Iacobus Beretta, quorum consilia vtilitatis, & doctrinæ plena, vbiq; terrarum circumferuntur, ac laudantur; Hos inter, velut inter ignes luna minores, emicat Iurisconsultorum eloquentissimus, & eloquentissimorum Iurisconsultissimus Marcus An-
27 tonius ex Comitibus Rouescallæ, olim Præceptor meus, primarius legum in Ticinensi Patriæ gymnasio meritissimus, iurè interpres, cui quiquid in me doctrinæ, & eruditionis inest, acceptum refero, quem etiam honoris, & gloriæ meæ ergo, collegam anno 1601. & 1602. dum in prima matutina iuris ciuilis sede profiteretur, ego autem in secunda habere fœlici fato meo mihi contigit, licet sæua, & inopinata mors eum tunc mense Iunij è viuis, maximo cum Ticinensis Academiæ, & totius Vrbis (nè dicā) imò verius dicam, Orbis mœrore abstulisset, qui præter lucubrationes vtilissimas ad cons. Bald. nec non Alexandri Imolensis, propè diem innumera propè illius virtutis, & doctrinæ monumenta typis certè mandaturus erat, nec si-
28 lentio inuoluendus est † Camillus Gallinius præceptor meus amantissimus ingenij acumine, doctrina, rerumq; experientia eminentissimus, olim primarius Iuris Canonici in patria interpres; & deinde in Taurinensi primarius iuris ciuilis vespertinis horis professor, vbi maximo cum omnium mœrore vitam cum morte commutauit, & nisi morte præuentus fuisset præter æditum ab eo luculentissimum tractatum de verborum significatione, innumera penè tum consilia acutissima, tū subtilissimas lectiones, & vtiles tractatus typis mandasset, nouissimè temporibus nostris vixit consumatissimus, ac summæ doctrinæ vir Iaco-
29 bus Menochius I. C. Papiensis, qui in diuersis gymnasijs Taurini, nempe, Patauij, ac in Ticinensi patria legendo, & honorificè disputando tale, tamq; glorificum, & nunquam intermoriturum sibi nomen comparauit, vt vniuersum orbem sua fama compleuerit, & hodie nullus Doctor reperiatur, qui eius scripta videns, & perlegens eum non vndique admirabilem, & quoddam veluti naturæ miraculum non prædicet, & admiretur, adeo enim eleganter tractatum de arbitr. iudicum, & de præsumptionibus libros sex, duodecim consiliorum volumina, item de acquirenda, retinenda, & recuperanda possessione scripsit, ac in lucem edidit, vt nihil in eis solertiæ, diligentiæ, ac sapientiæ desiderari possit, quare merito, dum tandem in patria Collega meus primarius legum interpres esset, fuit per Potentissimum Philippum Austriacum Hyspaniarum Regem, ac Ducem Mediolani, à legendi munere ad Senatoriam dignitatem in Senatu Mediolani motu proprio elatus, ac postmodum præses redditnum extraordinariorum huius Dominij renunciatus, à secretis Consiliarius creatus, qui tandem dignitatum pertæsus huius fragilis, caducę, & mortalis vitę hisce omnibus, quas alij maximè expetunt, dignitatibus sua spontè se abdicauit, vt saluti animæ totis viribus incumberet. Enituit pariter sublimi ingenio, tenaci memoria, integerrimoq; iudicio Io. Baptista Costa primarius merito Iuris pomeridiani in patriæ gymnasio professor, vt facilè testantur illius copiosissimi, variæq; lectionis, prudentiæ, & vtilitatis refertissimi tractatus: primus de facti
31 scientia, & ignorantia; alter de portione ratæ; tertius de retrotractionibus, nec non luculentissima, & vndiq; tum doctrina, tū subtilitate, tum auctorum copia consilia ab eo in lucē promulgata, Itē & subtilissimos tractatus de remedijs, alterq; de iudicijs, nec non, & de re integra, nec silentio præterire debeo Iulium Sannazariū consobrinū meū, & ex patre nepotem Francisci Sannazarij, vulgo Ripæ nūcupati ob eximias virtutes, legūq; peritiā in Pisana Academia primam Iuris canonici sedem maximo cum honore tenentē, qui edidit tractatū
32 de sponsalibus nō etiam silentio † inuoluo Io. Frāciscum Sannazarium I. C. iuniorē nepotem illius Io. Francisci senioris, vulgo Ripæ nuncupati ex patre nepotem, ac mihi pariter cōsobrinum, virū equidē magnæ experientię, & doctrinæ. Fuerunt, & plures alij celeberrimi Doctores Papienses, qui tum legendo, tum consulendo magnum sibi ipsis, & patriæ, nomen cōpararunt, quos pretermittendos putaui, ne nimis longus videar? possem plures etiam alios celeberrimos Doctores nunc viuentes cōnumerare qui suis uirtutibus non paruam gloriam consecuti sunt; sed, quia alio mea tendit oratio, ideo ex industria prætermitto.

Cætera verba proemij sunt clara, nulliusq; vtilitatis, ideò super his amplius non immorabor, non
33 enim † statuti proemium facit ius, Bal. cons. 449. num. 4. vol. 3. cum ex eò colligatur ratio, & mens finalis statuti tantum, Dec. in cons. 301. num. 6. Brun. tract. stat. fœmin. exclud. art. 6. quæst. 27. nu. 308. vers. & illis prouisionibus, Bursat. cons. 130. num. 15. vol. 2. & prout latè Carpan. ad statuta Mediolani, ad prælud. num. 474. & seq. quare omissis cæteris verbis proemij, vti nullius vtilitatis ad interpretationem statuti primi in ciuilibus transitum facio.

De ordine causæ Ciuilis in qua proceditur per viam libelli, de qua supra.

1 Circa hanc rubricam operæpretium duxi breuiter præmonere, † quod causa dicitur origo, & basis iudicij, & negotij, c. forus, §. primo de verb. signif. semper itaq; animaduertat agere volens, an subsit causa, si namq; propositio esset indiscreta, & sine causa, nullius esset momenti, l. 2.
2 §. circa, ff. de excep. doli, causa autem, quo ad
3 statutum nostrum, differt à iudicio, lite, instantia,
4 quæstione, controuersia, & discordia, † Iudicium namque est tota causæ discussio, quę durat à citatione vsq; ad sententiam, Alex. in l. postquam liti, nu. 2. Ias. in rubr. C. de iudic. nu. 4. C. de pact. Iudiciorum autem diuisio, vel species exprimit, idē Ias. in rub. C. de indic. Fel. in rub. nu. 3. eod. In-
5 stantia † dicitur exercitatio iudicij, siue tela, quæ fit à litis contestatione, vsq; ad sententiā latā, si feratur, sin minus vsq; ad trienniū in causa ciuili, vsq; ad bienniū in causa criminali, l. properandū, vbi omnes, C. de iud. Marant. in spec. iud. part. 5. principali nu. 2. & incipit statim currere post litis cōtestationē in causis ordinarijs, in sūmarijs verò, executiuis, vbi de meritis cœptū ē cognosci, Alex.

& Ias. latè in d. l. properandū, Abb. in c. insinuantē in fine de officio deleg. Felyn. in c. olim de acus.
& latè per Asin. in prax. iudiciorum in prin. c. 3.
per totū, post Marant. de ord. iud part. 5. nu. 14. &
seq. qui materiam instantiæ plenè enuclearunt,
7 lis verò dicitur post litem contestatam, Bart. Alex.
& cæteri in l. causas, vel lites, C. de transact. c. ex
parte vestra, il secondo, de verb. sign. & dicitur
8 etiam infra in verb. quod omnes, & singulæ lites.
Quæstio est terminus controuersus, alijs namque
placuit quæstionem dici post litem contestatam,
alijs, & post, & ante, prioris sententiæ fuit, Rom.
cons. 412. nu. 8. vbi Apostill. in verbo dicitur dicit
cōmunem, per gl in l. 1, C. de præscr. long. tem.
posteriorem tenuit Castr. cons. 303. gl. iuris ciuilis, nu. 1. vol. 2. per gl. in l. lucius, §. tres hæredes,
ff. ad trebel. Alciat. in l. si tibi, C. de liber. caus.
Bart. verò conciliando in l. amplius non peti, nu. 5.
ff. rem rat. hab. distinguit, aut verbum quæstio
profertur à lege, & intelligitur post litem contestatam, aut ab homine, & tam ante, quam post litem contestatā dicitur quæstio, sequitur Cuman.
cons. 17. nu. 2. Soc. sen. cons. 244. nu. 13. lib. 2.
9 Asin. in prax. cap. 1. nu. 15. Controuersia verò, &
Discordia capitur tàm ante, quam post litem contestatā, gl. in c. ex parte vestra de verb. sign. Asin.
10 in prax. iud. cap. 1. nu. 14. † Causa autem propriè sumitur pro facto, obligationeq; , vel alio iure, quod in iuditio proponitur, l. 1. C. per quas pers.
nob. acquir. l. causas, vel lites, vbi glos. C. de transac. c. forus, ibi causa de verb. sign. Alex. in l. postquam liti, in prin. & nu. 5. ibi causæ inf. ciui. & c. C.
11 de pact. † An verò propriæ sumendo causa dicatur ante, vel post litem contestatam, gl. in l. causas, tenuit dici post litem contestatam, & ibi Bald.
Bart. verò ibidem contrarium tenuit, dici nempè
causam tàm ante, quàm post litem contestatam,
tamquam causa sit nomen generalius lite, & facit
tex. in c. ex parte vestra extr. de verb. sign. auth.
qui semel, C. quom. & quando Iudex, & hæc magis mihi placet, & ex his inferri posset ad plura in
praxi, de quibus per Asin. in prax. Iudic. cap. primo, num. 16. vbi etiam magis communem, & frequentiorem esse testatur opin. Bart. cū seqq. Item
præsciendum est causarum quasdam esse ciuiles,
12 quasdam criminales, quasdam mixtas, quæ verò
dicantur causæ ciuiles, & quæ criminales, & quæ
mixtæ, omissis varijs opinionibus Doctorum circa
hoc, de quibus per Bart in l. Prætor, in principio,
ff. de sepulcr. viol. Alex. in l. eum, qui §. in popularibus, ff. de iur. iuran. & cons. 66. lib. 1. Ias. in
§. 1. nu. 15. & seq. Inst. de act. Aret. in rubr. inst.
de publ. iudicijs, Boer. decis. 349. D. Rip. auus mihi matern. in rubr. ext. de iud. Bald. in cons. 236.
quamquam nu. 2. lib. 3 per Iulium Clarum in §.
13 fin. prax. crim. q. 1. nu. 1. cum seq. † dicas, quod
causa dicitur ciuilis, quoties agitur ad commodū
priuatum, siue agatur ex delicto, siue ex contractu, ita tamen, quod si agatur ex delicto, pœna
ueniat parti læsæ applicanda, ita gl. in l. 3. vbi Bart.
ff. de specul. viol. & hæc est magis communis opinio, vt testatur Blanc. in prax. crim. part. 5. incipiente visis iudicijs per eum, num. 158. Dec. in
rub. ext. de iudit. nu. 9. Gomesius inst. de action.
in princ. nu. 19. Boer. quæst. 349. nu. 2. Menoch.
in tract. de arbitr. iud. casu 265. num. 4. cui addo Mascard. de probat. concl. 463. num. 2. Asin.
in sua prax. iudiciorum cap. 5. per totum, quo in
loco refert diuersas opiniones, Marant. de ord.
iud. part. 4. nu. 32. Card. Tusch. pract. conclus.
iur. in littera C. concl. 156. nu. 16. Ias. in rub. C.
de Iud. & Fel. in rub. extra eod.
14 Causa criminalis illa dicitur, qua principaliter
agitur ad commodum publicum ex delicto tamen
siue veniat pœna imponenda corporalis, siue pecuniaria, dummodo tamen hæc fisco deferetur ita,
Clar. dict. q. j. Asin. & Menoch. supra citati. Baiard. in addit. ad Clar. q. j. nu. 9.
15 Mixtæ autem causæ dicuntur pluribus modis;
primò, illæ quibus rem, & pœnam, prosequimur;
secundæ, in quibus quilibet litigatorum actor est,
& reus; tertiò, quando agitur ad præstationes reales, & personales; quartò, quæ tàm ciuiliter, quàm
criminaliter intentari queunt, qualis est iniuriarum, & furti causa; quintò, quando pœna ad quā
agatur tàm ad vindictam tendit publicam, quam
priuatam, cum pœnæ partim Fisco, partim actori
applicantur; Item, quando nec merè ciuiliter, nec
merè criminaliter agitur, sed partim capit ab
vtroq; & quando causa criminalis intentatur, ci-
16 uiliter, & tunc procurator admittitur, † qui alias
non esset admittendus, vt per Ias. & alios in princ.
tit. inst. de action. nu. 16 & 17. hoc est autem vtile
scire, quia statut. loquens in casu simplici, non ha-
17 bet locum in casu mixto, Bart. in l. 2. ff. de verb.
oblig. Alex. cons. 56. num. 6. lib. 2. & cons. 116.
num 9. cum seq. volu. 2. quo loci post Bald. in l.
omnes populi, col. 12. ff. de iust. & iur. & in l. hac
consultissima, colum. 3. C. qui testam. fac. poss.
18 infert, † quod statutum arctans mulierem ad cōtrahendum cum consensu propinquorū non com-
19 præhendit Hermaphroditum; Item statutum requirens certam solemnitatem in vltima voluntate
non compræhendit donationem causa mortis, vti
20 mixtam. Sciendum † est etiam, quod statutū loquens de causis criminalibus non habet locum in
causis ciuilibus mixtis, quando sumus in odiosis,
& pœnalibus, quæ sunt stricti iuris, Soc. iun. cons.
37. nu. 10. vol. primo, Francis. Veg. cons. 10. nu.
14. Rimin. iun. cons. 703. Rot. Lucens. teste Magon. decis. 91. nu. 2. Borgnin. decis. 5. num. 7. &
33. & decis. 11. nu. 38. part. prima.
21 † Dicitur autē causa, quæ in controuersia posita est, c. forus, §. causa extra, de verb. signif.
Asin. in sua prax. iudic. §. 7. cap. 5. limit. 88. nu. 6.
& hoc, siue ante, siue post litem contestatam, &
ideo statutum nostrū faciens mentionem de causa, intelligitur tàm ante, quam post litem contestatam, Bart. post Cyn. in l. causas, vel lites in prima, & secunda lect. C. de transact. vbi Ang. Castr.
Alex. Curt. Ias. & cæteri DD. communiter, Asin.
qui sup. §. 17. cap. 11. nu. 4.
Dicitur autem ciuilis, eò quod ciuiliter, idest humaniter, prout ciuem decet, agatur l. 1. ff. de incend.
ruin. nauf. l. vlt. C. de iniur. Menoc. post Duaren.
d. casu 165. nu. 6.
23 Multum autem interest intelligere, & scire,
quando causa dicatur ciuilis, & quando criminalis, vt per Clar. in sua prax. crim. §. fin. quæst. 1.
in principio, quod nonnullas affert vtilitates,
& præcipuè affert istam, quia in hoc Dominio plures sunt Iudices, qui solum possunt cognoscere
de causis ciuilibus, vt sunt Vicarij Prætoris Papiæ, & Cremonæ, alij, qui non possunt cognoscere, nisi de causa criminali, vt communiter
sunt omnes Iudices maleficiorum, in plurimis
Ciuitatibus Italiæ, licèt in hac nostra Ciuitate, Iudex maleficiorum cognoscat, etiam de
causis

24 causis ciuilibus;† contrarium tamen audio obseruari Cremonæ, vbi Iudices maleficiorum non se impediunt de causis ciuilibus, & etiam Mediolani in Capitaneo Iustitiæ, & eius Vicario, qui non possunt cognoscere de causis simplr. ciuil. sed tantum
25 de criminalibus, vt habetur in Nouis Const. in tit. de officio Capitanei Iustitiæ, cap. causarum, imo etiam, si tales Iudices se competētes declararent,
26 non præiudicarent litigantibus, tamquam esset sententia contra prohibitionem legis, Butr. in c. præterea extra de dilat. Alex. cons. 82. col. 5. lib. 3. benè quidem, verum est, quod licèt quis cognitionem habeat criminalem, aliquando tamen de
27 ciuili etiam cognoscere potest, † quando causa ciuilis incidenter descendit ex eodem facto criminali, vt in actione furtiua, qua licèt agatur ad pœnam criminaliter coram Iudice criminali, poterit tamen cognoscere, si incidenter ciuiliter petatur rei furtiuæ restitutio, & satisfactio damnorum, & interesse, Bart. in l. interdum, §. qui furem, ff. de furt. simile, si testes de falso sint accusati criminaliter, potest accusator incidenter coram Iudice criminali petere, quod iuditio ciuili retractetur sententia lata prætextu ipsorum testium falsorū, Soc. sen. cons. 60. in præsenti consultatione nu. 1. lib. 4. Crauet. cons. 14. procurator Fisci, nu. 1. & seq. Ias. in l. 1. §. qui mandatam nu. 5. ff. de officio eius, & in §. ex maleficijs, nu. 76. Inst. de actio. vtile est igitur scire, ad sciendum, ad quē pertine-
28 at causæ cognitio; & quis dicatur Iudex † competens, cum sententia lata à Iudice incompetenti
29 [†] nulla, & non possit dici iudicatum ab eo, qui ius dicendi non habuit, l. 2. §. hæc autem verba, ff. quod quisq; Iuris, quæ nullitas ex defectu Iurisdictionis non compræhenditur sub statuto ex-
30 cludente nullitatem, non enim intelligitur excludere nullitatem ex defectu Iurisdictionis, gl. fin. in clem. vnica de seques. poss. & fruc. Felyn. in cap. ex parte il secondo, in. 7. fallent. de offic. deleg. & in rub de foro competenti, vers. tertium fundamentum cum infinitis congestis per Ant. Gabr. in suis cōmunibus, in tit. de statutis, concl. 3. per totam, vbi latissimè ampliat, & limitat, addo Sebast. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullitate ex defectu Iurisd. nu. 4. Carol. de Graff. in suo tract. de exception. cap. 15. per totum, & cap. 20. nu. 16. cum seq. pluribus, sicut etiam in simili dicimus in statuto prohibente contra instrumentū, vel sententiam exceptionem aliquam opponi, †
31 quod tamen non compræhendit exceptionē nullitatis, Bart. in l. Diuus, ff. de milit. test. & in l. 1. §. & si parui, ff. quod vi, aut clam; Alex. cons. 33. nu. 1. vbi appost. ad eum, lib. 1. Item statutū excludens nullitatē, non intelligitur excludere nullitatem, quæ est euidens, & patens ex inspectione sententiæ, seu ex expresso iuris errore, Ceph. cons. 395. nu. 44. lib. 3. & cons. 654. nu. 34. & seq. lib. 5. Alder. Mascar. alios citans de gener. stat. interpr. concl. 4. nu. 17. vbi num. 18. limitat.

In verbo [per viam libelli] quæro quid sit libellus; secundò, quot modis sumatur; tertiò, quid differat à petitione; quarto, in quibus causis requiratur libellus, & in quibus non; quintò, quid continere debeat ad hoc, vt valeat, & hæc quidem cum ad iudiciorum praxim spectent, declaranda existimaui.

32 † Circa primū dic, quod libellus secundū Cyn. in auth. offeratur, C. de lit. cont. est breuis, & ordinata scriptura claram continens iudicī, ac parti demonstrans intentionem agentis, vel accusantis, quam difinitionem sequitur pract. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in gl. 1. nu. 3. & hanc definitionem cōmuniter receptam testatur Oinotomus in §. omniū, nu. 98. de actio, vbi eam declarat, & Sebast. Medices de difinit. par. 2. definit. 26. Natta in clem. sæpe in gl. verbo necessario, nu. 30. de verb. sig. vel secundū Specul. in tit. de libelli concept. §. 1. in principio, libellus, est breuis membrana actoris positionem, & eius causam, & actionem complectens, vel est scriptura agentis quæstionem continens, & futuram actionem depromens, secundū Mascard. de probat. concl. 979. nu. 1. post. Card. & Roffred. per eum allegatos, vel secundum gl. in c. 1. de libell. oblat. est scriptura, in qua continetur res, quę petitur causa petendi, nomen actoris, & rei, & corā quo Iudice, vel secundum Mar. Soc. in rub. eod. nu. 1. est breuis scriptura legitimè concepta, in iudicio producta, & producenda, per quam species futuræ litis ostenditur, circa id, quod dari, aut fieri expresſè, vel tacitè concluditur, vel secundū ius, & Constitutiones Regni, est declaratio mētis actoris circa actionem ab ipso intentatam, vel intentandam, Muscatell. in sua praxi ciuili, par. 1. gl. libellus, num. 1. aliam scriptam relinquit, Lancell. in suis iuris canonici institut. in tit. de libell. obligat. in prin. vel secundum Oldrad. in cons. 108. in l. verbis est sylogismus legistarū, quam diffinitionē sequitur, & declarat Card. Tusch in littera L. concl. 300. alias affert definitiones Odofr. Beneuent. in tract. de libel part. 1. rub. quid fit libellusq; dr̄ libellus à
33 libra, † secundum aliquos, eò quod ius dicens portare in manibus debeat stateram, cap. omnes dist. 45. vel melius à libro, eò quod paruus liber dicatur Abb. in rub. nu. 2. extr. de iud. Sigism. Scac. in tract. caus. ciuil. & crimin c. 50. nu. 4. vel etiā secundu eundem Soc. in d. rub. dicitur à deliberando, quia illum concipiens debet diligenter deliberare, & considerare, qualiter illum concipiat, & porrigat, vel dr̄ libellus quasi lucis, vel lucidus lemas, vel alijs modis, de quibus eundem Soc. nu. 2.
34 † Quo ad secundū, quot modis sumatur libellus videas Pract. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in gl. 1. nu. 1. vbi ponit sex modos, quibus in iure sumitur, vide etiā Speculat. in tit. de libell. cōcep. in princip. vers. quot autē modis, Ias. in l. nec quicquā, §. vbi decretū, nu. 4. vers. secundo principaliter, ff. de offic. proconf. & leg. Soc. in d. rub. nu. 3. inter alios autē modos, libellus sumitur pro
35 assertione, seu petitione actoris † facta in iuditio cum solemnitate Iuris, de quo in auth. offeratur, C. de lit. cont. & in c. 1. & 2. ext. de libelli oblat. & ita hoc modo capitur in nostra rubr. † Et hic secundum Ias. in d. §. vbi decretum nu. 4. multiplex
36 est. Nam quidam dicitur libellus conuentionalis in causa principali, de quo hic; secundò, quidā appellatorius; tertiò accusatorius; quartò, Inquisitorius; quintò, excusatorius; sextò, Denunciatorius, vt per Bart. in d. §. vbi decretū, & declaratur, vt ibi per DD. Mar. Socin. in d. rubr. nu. 4.
37 † Differt autem libellus, à petitione, secundum Card. in clem. sæpe, nu. 17. de verb. sign. vbi Natt. num. 31. Muscatel. in gl. petitur nu. 7. eò quia libellus debet continere quædam, quæ iuris formā, Intentionemq; agentis respiciunt, & ex eis aptè, concipiendus est, at petitio satis est, si agentis intentionem ostendat, omissis ijs, quæ formam respiciunt, Blancus in tractatu de compromissa

q. 8. nu. 8 Asin. in sua praxi iudiciorum. §. 4. cap. primo, nu. 3. Muscatell. in gl. petitur n. 1. additur etiam, quia libellus datur in scriptis auth. offeratur, C. de lit. contest. vnde non sufficeret pro libello, si pars accederet ad Notariũ dicens, scribe, quod peto centum à sempronio, in quibus peto ipsum condemnari. Bart. in l. in sacris, C. de prox. sacr. scrin. lib. 11. Petitio autem fit sine scriptis. Bal. in dicta authentica offeratur, Muscatell. dicto loco, & licet postea redigatur in scriptura per actorem, & tradatur Notario, retinet tamen nomen petitionis, non autem efficitur libellus, Ias. in §. tripli, num. 21. Inst. de actio. sicut etiam in
38 simili dicimus de consuetudine, † quæ est Ius non scriptum, nec admittit nomen consuetudinis, licet redigatur in scripturam, Bar. in l. de quibus in quæst. 1. nu m. 7. ff. de legib. vbi DD. secunda est differentia, quia libelli datur copia parti expensis libellantis Pract. Papiens. in forma libell. in actione reali in gl. 1. nu. 13. Asyn. in sua prax. iud. §. 5. cap. 4. Natta in d. clem. sæpe in gl. verbi formam quia verba offerre, dare, tribuere, important gratuitam concessionem facit, cap. cum personæ de priuil. in sexto, petitio verò non debet dari expensis actoris, sed sufficit, quod offeratur Iudici inscribenda apud acta, & tunc reus accipit copiam suis expensis, si vult, clem. sæpe de verb. signif. Pract. Pap. in gl. 1. nu. 35. hæc de iure, si tamen in loco iudicij contraria adsit consuetudo, illa seruanda est, Bart. in l. 1. nu. 3. ff. de eden. & in d. auth. offeratur nu. 5. Natt. d. loco. Marian. Socin. in c. 2. nu. 117. de libell. oblat.

39 † Requiritur autem libellus de iure regulariter in ijs causis, in quibus iudicialiter agitur; siue sit causa principalis, siue appellationis, siue ciuilis, siue criminalis, Specul. in d. tit. de libellorum, concep. §. nunc dicendum, Pract. Pap. in d. glos. prima, nu. 25 Ias. in §. tripli, num. 33. & 36. post Aret. ibi Inst. de action.

40 † Fallit autem hæc regula pluribus modis, quorum quadraginta sex casus, in quibus sine libello proceditur, ponit Specul. in d. tit. de lib. concep. §. nunc dicendum, nu. primo, cum infinitis seqq. Pract. Papiens. in d. glos. 1. nu. 25. Ang. Aret. in d. §. tripli. Soc. reg. 233. latè Asin. in sua prax. iudiciorum, § 4. cap. 2. nu. 7. cum seq. & c. 3. per totum, sed plenius, quam vllus alius, ponit casus, in quibus libellus non requiritur remissiuè, Carpan. ad stat. Mediol. cap. 21. nu. 167. cum seq. & Mar. soc. in cap. 1. num. 21. de lib. obl. vbi 84. casus ponit, & eos declarat, nouissime Ludou. Ghilausen. in sua arbore iudiciar. cap. 3. principali, nu. 5. & seqq. & Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera L. concl. 302. libellus non requiritur multis casibus, & quibus, per totum.

Sciendum tamen est, quod in ijs casibus, in qui-
41 bus non requiritur libellus, † requiritur tamen semper qualisqualis petitio, quæ necessaria est in quauis causa quouis modo tractanda, Alex. cons. 50. nu. 6. lib. 2. Soc. sen. cons. 54. nu. 2. lib. 4. Mar. soc. d. c. 1. n. 22. Menoc. in tract. recup. remed. 15. nu. 242. & seq. Idē Menoc. de arb. iud. q. 18. nu. 8.

Nolo tamen omittere, quod in casibus, in quibus requiritur libellus, vt in ijs causis regulariter
42 vt supra dictum est, non requiritur tamen, quod libellus in citatione trasmittenda parti, inseratur ex magis communi DD. sententia, quam tenuit, Bart. in auth. offeratur, C. de lit. contest. Franc. Curt. in rub. C. de edend. num. 14. cum seq. Asin. in prax. iudiciorum, §. 5. cap. 1. sed sufficit, quod dicatur in citatione compareat coram nobis, libello contra eum producendo responsurus, vt per Curt. vbi supra, hodie autem communis practica seruat secundum Pract. Papiens. in forma libell. in actione reali, in gl. 1. nu. 15. quod, vel reus citatur ad accipiendum libellum, vel libellus ex parte Iudicis mittatur reo ad domum, & hoc quotidie obseruatur Papiæ.

43 † Vltimum est quæsitum, quid continere habeat libellus ad eius validitatē; & dic, quod quinq; continere debet, de quibus per Pract. Papien. in forma libelli in actione reali in gl. coram vobis, Specul. in tit. de libellorum concep. § 4. versic. quod libellus, Primò nomen actoris: secundò nomen Iudicis; tertiò rei; quartò, causam, quæ agitur; quintò rem, vel quantitatem, quæ postulatur, & his carminibus continentur, quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo.

Rectè compositus quisq; libellus erit.

Latè Marant. in sua prax. iudiciorum in verbo rectè concipiatur libellus in tertio membro, nu. 4. & seq. vbi latè Sigismond. Scaccia in tract. de iud. caus. ciuile crimin. & hæret. cap. 50. num. 3.

44 Hodie tamen maxime ex Nouis Constit. Med. in tit. de Iud. §. libellus, hæc in libello non sunt necessaria, sed libellus in hoc Mediolanensi Do- Dominio admittitur, si nomen actoris, & rei contineat, quantitatem, vel rem, aut ius, quo petitur, & petitionis causam, & infra hoc eod. statut. §. qui libellus, vbi declaratur, libellum dici tolerabilem, & admittendum, si illa quinque supra scripta cōtineat, vt latius ibi dicitur, accedat Sigism. Scacc. in tract. caus. ciuil. & crimin. c. 58. de libel. in ciuilib. n. 3. & seqq. & de libelli ineptitudine agit Crauet. cons. 151.

In verbo [In primis statuimus] ad hoc statutū vide latè Bald. cons. 190. vol. primo, Bart. in tract. de ord. Iud. Marant. in suo specul. iudiciorum part. 5. principali, Carpan. ad statut. Mediol. c. 19. in quo pene statutum idem disponit quod hic.

45 † In verbo, [quod omnes, & singulæ] dictio omnis est vniuersalis, vt post Bart. tradit Dec. in l. omnia, ff. si cert. pet. col. 1. & cons. 345. col. 1. 358. & 472. Crau. cons. 105. col. 2. vers. tertio facit, Natt. cons. 160. nu. 29. & 391. nu. 8. Surd. decis. 255. nu.
46 nu. 8. † quæ autē sit natura dictionis singulę declarat subtilis Doct. Aret. in l. si ex toto, §. si cui legetur, ff. de leg. 1. Surd. decis. 268. ad quos me refero.

In verbo [lites, quæstiones, causæ etiā controuer
47 siæ] † quid differant isti termini inter se, dixi supra addo Borel. de compromis. §. 2. gl. 1. nu. 1. & seq. hisq; verbis vsi sunt statuentes eò, quod latiora sint, & apta, omnes tām extraiudiciales, quā iudiciales amplecti, vt per Asinium in sua praxi iudic. §. primo, nu. 26. si, n. statutum solū fecisset mentionem de lite, vtiq; non compræhendisset, nisi acta post litem contestatam, cum in statut. verba sint propriè, & strictè, intelligenda, l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. Alex. cons. 26. nu. 5. & cons. 40.
48 nu. 1. lib. 2. quod procedit maximè, quando statutum esset contra ius commune, Idē Alex. d. cōs. 40 nu. 1. & propriè lis dicitur solū post litē contesta-
49 tam, † non autē ante, Bart. in l. causas, nu. 2. C. de transac. vbi Castr. num. 3. ac ceteri DD. Bald. in l. 1. in fine, C. de relat. latè Andreas Gail. practicarum obseruat. lib. primo, obseruat. 75. latissimè Lancillot. de attent. in secunda parte cap. 4. latissimè Asin. d. cap. 1. num. 11. cui addo Blanc.

de

de compromiss. dicta q. 1. n. 6. vbi etiam declarat, quæ propriè dicatur quæstio, & controuersia, & causa quæ dicatur Marant. de ordin. Iudic. part. 5. nu. 63. cum seqq. pluribus, Borg. decis. 11. nu. 6. vbi ponit etiam quid importent in statutis.

In verbo Ciuilis] quæ dicantur causæ Ciuiles, dixi sup. in rubr. huius statuti.

In verbo coram quocunq; Iusdicente] iste ter-
50 minus idem significat, quod Iudex, Alex. in l. 1. nu. 7. ff. de iur. om. Iud. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 19. nu. 3. quot autem species Iudicũ
51 sint, videas latè Gregor. Tholos. lib. 47. Sintag. Iuris Ciuilis, cap. 12. Sfor. Odd. in suo tractat. de restit. in integr. part. 1. q. 32. artic. 1. vbi facit duas species Iudicum, nempe, quod alij sint publici, qui Iurisdictionem à publica auctoritate habent, hoc est de publico sibi cõcessã, à lege, Principe, vel Republica, c. forus de verb. sign. priuati, qui à priuatis hominibus Iurisdictionem habent, Iudices publici diuiduntur in duas species, nam alij sunt ordinarij, alij dicuntur arbitri dati à partibus, vt pronuncient de iure tantum, alij arbitratores, idest electi pariter à parte, cum potestate iudicandi tam de Iure, quàm de facto, alio modo amicabiles compositores nuncupati, quomodo autem differant istæ Iudicum, & arbitrorũ species inter se, vide latè Bar. in l. societatẽ §. arbitrorũ nu. 4. versic. sumus expediti ff. pro socio latè Abb. in c. quintaualis, vbi plures ponit differentias extra de iur. iur. Ias. in §. omnium nu. 14. Instit. de actio. pract. Papien. in forma libelli ex compromisso gl. tamquam in arbitros Marantam de ord. iud. par. 4. distinct. 14. num. 3. Borell. de compromissis §. 3. gl. 1. num. 21. & 23. rursus isti arbitri dupliciter considerantur, nam quidam di-
52 cuntur necessarij, qui sunt ij, qui eliguntur à parte ex forma statuti iubentis partes in certis casibus compromittere, prout cauetur infra statuto 25. in ciuilibus, vel qñ Iudex allegatur suspectus, tunc debet eligi arbiter ad cognoscendum de suspicione, ex necessitate iuris, l. fin. & ibi Bart. C. de iud. Marant. loco cit. voluntarij sunt qui ex mera voluntate partium eliguntur, absq; eo, quod ad hoc aliqua lege, vel statuto cogantur, vt latius per eundem Oddum d. q. 32. art. 1. Marant. loco cit.

53 † Sed iuxta hoc quæro, nunquid per statutum nostrum comprænhendãtur huiusmodi Iudices priuati, scilicet arbitri, & arbitratores, adeo vt in eis habeat locum instantia, de qua in hoc statuto; & quo ad arbitros voluntarios, non est dubium minimè comprænhendi sub hoc nostro statuto, quia statutum loquitur de Iudicibus, quorum appella-
54 tione propriè non comprænhenduntur arbitri, l. furioso, vbi Rip. Auus mihi maternus nu. 8. ff. de re iud. licet largo modo secus, secundum eum per l. ne arbitris, C. de arbitris, & in auth. de appell. §. deinceps, verba enim in statutis semper debent propriè, & strictè intelligi, l. 1. §. si is, qui nauem, ff. de exercit. l. quod constitutum, ff. de test. milit.
55 & quod arbiter propriè nõ dicatur Iudex, est tex. in l. fin. C. de Iud. l. à Diuo Pio, in princ. ff. de re iud. Alex. cons. 34. nu. 2. lib. 1. non enim arbiter dicitur habere Iurisdictionem, sed tantum notio-
56 nem, l. ait prætor in prin. vbi Castr. & cœteri DD. ff. de re iudic. Ias. in §. item si quis in fraudem nu. 13. Instit. de actio. Borell. de compromiss. §. 3. num. 5. cum seqq. & tantum potest, quantum sibi partium voluntate concessum est, & non vltra l. nõ
57 distinguemus, §. de officio, ff. de recep. arbitr. Ias. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de off. Proconf. & leg. crediderim tamen, quod hoc statutum nostrum comprænhendat arbitrum si partes simpliciter compromiserint in aliquem, tunc .n. ille tenebitur obseruare instantiam statutariam ea ratione, quia contrahentes censentur conuenire,
58 & contrahere secundum formam statutorum loci, cui subsunt, Bar. Ang. & alij in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad trebell. ita tenet Blancus de compromissis q. 7. num. 3.

59 Si autem quæramus, nunquid instantia, de qua in hoc nostro statuto, seruari debeat coram arbitro necessario, dico seruari debere instantiam, de qua in statut. 25. in Ciuil. dum statutum expressè loquitur, quod instantia in compromissis necessarijs duret quadraginta dies vtiles computandos à die acceptationis, ea ratione, quia statutum ge-
60 nerale non derogat speciali, sed bene speciale derogat generali, cum species deroget generi, non è contra l. sanctio legum, ff. de pœn. c. generi per speciem de reg. iur. in 6. l. in toto, ff. eod. ita Bar. in l. sed, & posteriores per illum tex. ff. de legibus, & in l. sciendum in princ. ff. qui satisd. cog. Alex. cons. 29. nu. 1. lib. 1. Borgnin. de tut. & curat. nu. 98. Surd. decis. 49. nu. 6. Menoch. de arb. iud. q. 97. Surd. cons. 359. nu. 36. vol. 3.

61 † Sed dubium est, quid, si huiusmodi statutum speciale loquens de instantia compromissi non extiteret, an arbitri necessarij tenerentur seruare instantiam, de qua in hoc statuto, & in hoc Dominio Mediolani dic, quod sic, ita cauentibus Nouis Cõstit. Mediolani in tit. de arb. & arbitrat. §. instantia, quibus cauetur, quod instantia causarum cõpromissi duret per illud tempus, quod in alijs causis ordinarijs, & delegatis præfixum est.

62 † Sed quid de iure communi, an arbitri necessarij teneantur seruare instantiam statutariam, & crediderim, quod sic, eo quod, huiusmodi arbitri electi ex necessitate statuti habent Iurisdictionem
63 Ang. in sua disput. incip. duo ad inuicem col. 3. vers. expeditis præambulis, Alex. in l. ex facto, §. si quis rogatus, il secundo, col. 2. ff. ad trebell. Aret. in l. nemo potest, col. 7. vers. dubitatur, & ibi Crot. col. 3. ff. de leg. primo, Imol. in c. Quin-
64 taualis in 13 differentia de iureiur. & dicuntur Iudices, Borell. de compromiss. §. 3. gl. prima, nu. 59. Ias. in l. fin. col. fin. C. de Iudic. Ang. & Crot. in l. apertissimi, C. eod. de Iudic. cum infinitis per Blanc. in tractat. de compromiss. q. 6. num. primo, & latè per totam quæstionem, vbi etiam disputat, an huiusmodi arbitri dicantur habere
65 Iurisdictionem ordinariam, an vero delegatam, aut mixtam, cui adde Borel. loco mox citato, nu. 59 cum seq. Cardin. Tusc. practic. conclus. iur. littera A. conclus. 146. in verbo arbitri possunt multa, sicut iudices nu. & seq.

In verbo Magistratu] Magistratus per deriua-
66 tionem à Magistris nominatur, l. quibus præcipua vbi Alciat. & Rebuf. ff. de verb. signific. festus autem ait dici à Magistrando, qui per Imperia potentiores sint, quam priuati, vel dicitur Magistratus, qui magis, quàm cæteri diligentiam, & solicitudinem rebus, quibus præsunt debent, & à monendo, & monstrando Tholos. lib. 18. cap. 4. nu. 1. vox autem Magistratus duo notat, aut enim personam demonstrat, vt, si dicamus Magistratus iussit, aut dignitatem, & honorem, vt si dicamus Titio datus est Magistratus, Gregor. Tolosan. lib. 47. sintagm. iur. cap. 12. numero 2. M. Tull. lib. 3. de

legibus, ait vocem hanc eam habere vim, vt præsit, præscribatq; recta, & vtilia, ac cũ legibus coniuncta, nam, vt Magistratibus leges, ita populis præsunt Magistratus, Iureq; & merito dici potest, Magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum Magistratum, Ad curam autem Principis
67 spectat Magistratus creatio, non ad populi fauorem, l. 2. ff. ad l. Iul. de ambitu, Gregor. Tholos. lib. 27. Sintag. cap. 20. num. 6. Mar. Ant. Surg. de præfat. Prætor. cap. 27. nu. 3. Differt autem Magistratus à Potestate, l. prima, ff. quod quisq; iur. l. qui furere, ff. de stat. hom. l. prima, ff. ad l. Iul. repetund. Qui vero Romæ habiti essent Magistratus, habetur in l. 2. vbi latè Cagn. ff. de orig. iur. & Tholos. dicto lib. 47 cap. 12. num. 12. cum seq. Quidam verò maiores, alij minores sunt, ijq; vel medij, vel minimi, vel pares, Greg. Tholos. d.
68 lib. 47. cap. 12. num. 6. Maiores sunt, quos penes Imperij, Potestatisq; ius existit, ac coercendi ius habent, vel alio modo dicuntur maiores, vt per Tholos. d. lib. & cap. eod. num. Pares verò Magistratus dicuntur, qui eiusdem ordinis sunt, vel eiusdem Potestatis, de quibus axioma, par in parẽ non habet Imperium, l. illa à quo, § tempestiuum, ff. ad Trebell. l. nam Magistratus, ff. de recept. arbitris Tholos. d. loco, Minores verò, qui absque Imperio, & Potestate, sunt, l. 2. ff. de in ius voc. l. cum Prætor, ff. de iud. l. sed & si, §. hæc clausula. ff. ex quibus cau. maior. l. minor autem magistratus, ff. de minor. vel minores, qui causas minores dirimunt, idest ciuiles vsq, ad quinquaginta solidos secundum ius antiquum: iure nouellarum vsq; ad 300. solidos Tholos. ibidem nu. 8. Minimi porrò Magistratus erunt, qui humiliora, & viliora iudicant paruiq; momenti, & qualitatis quales pedarij, qui in iure appellantur pedanei Iudices, l. fin. C. de pedan. iud. Tholos. d. loco nu. 9. Alij sunt etiam Magistratus municipales, vt in l. 3. & l. vbi absunt, ff. de tut. & curat. dat. ab ijs l. in honorarijs, § fin. ff. de act. & oblig. l. quemadmodum, § Magistratus, ff. ad l. aquil. & declarat Alciat. & Rebuf. in l. municipes, ff. de verb. signif.
69 † Qualis autẽ esse debeat Magistratus, responso euripidis ad id interrogati habetur, qui dixit iustis quidem iustus, & æquus, malis verò omnium maximus hostis, Triaq; dixit Magistratum memi-
70 nisse oportere; primum, quod imperet; deinde, quod secundum leges; tertiò, quod non semper;
71 quot autem sint gradus, & ordines Magistratus, habetur per Dec. & ceteros omnes, in rub. ff. de off. eius, & per Ias. in l. 1. nu. primo, ff. eod. de off. eius, cui mand. est iurisd. quod patres dicunt Magistratuum quinq; esse gradus, quidam enim dicuntur superIllustres, Illustres, Spectabiles, Clarissimi, & Infimi: exemplificando, vt ibi latè per eos, quos refert, & sequitur Tholos. cap. 12. num. 11. cum sequen. Sed Magistratuum antiquorum cum hodiernis difficilima comparatio habetur per Surgenti de præfect. Prætor. lib. 5. cap. 5. nu. 28. & per Pancirol. lib. primo, Thesaur var. lect. cap. 3. cum pluribus seqq. vbi de epithetis, insignibusq; Magistratuum diuersis disserit.
72 † Sed quæro, quis dicatur habere Magistratũ; & dic secundum D. Menoch. de arb. iud. quæst. 91. num. 13. dici Magistratum habere, cui de certis negotijs dicendæ sententiæ, & iudicandi, atq; imperandi permissa est potestas Greg. Tholos. lib. 47. cap. 12. num. 2.
73 An autem Magistratus appellatione comprehendatur Iudex delegatus; dic quod non, sed solum ordinarius, Alex. in l. eum, qui ff. de iurisd. omn. iud. tex. in l. properandum in princip. vers. siue Magistratibus, C. de iud. Hinc est, quod in statutis appellatione Magistratus non comprææhenduntur delegati, Marant. in suo speculo Iudiciorum in 5. principali, distinctione Iudiciorum, in verbo an sit iudicium ordinarium, vel delegatũ, num. 49. versic. vigesima differentia est.
75 † In verbo [vel Assessore] est autẽ Assessor is, quẽ ille, qui iudicandi Potestatem habet, sibi associat, vt sibi in causæ cognitione assideat, vel assistat, & eum ad rectè iudicandum causam instruat, & alio modo appellatur consiliarius; Specul. in tit. de assessore, num. primo, Azo in summ. C. de assess. num. primo, vbi tradit definitionem assessoris pene similem supra allatæ per Specul. vide etiam Domin. in cap. statutum, § assessorem in princip. de rescr. in sexto, Dec. cons. 8. num. 3. Surgent. de Præfect. Præt. lib. 1. cap. 26. num. 21. Cassan. in catalogo gloriæ mund. part. 7. cõsid. 27. † Qua-
76 lis autem debeat esse Assessor, & cuius qualitatis sit eligendus, videas specul. in specul. in d. tit. de assess. §. 3. Menoch. de arb. iud. cas. 253. per tot. & per omnes in rub. & l. diem functo, ff. de offic. assess. dictum est infra de regim. Post. ad statut. 28.
77 † Nunquid autem Assessor de iure communi habeat iurisdictionem; dic, quod non, per tex. in l. prima, C. de off. assessor. Specul. in dicto tit. de assess. §. officium, num. primo, Bar. & DD. in l. prima, ff. de off. assessor. Cassan. in catalogo glo-
78 riæ mund. par. 7. consid. 27. † inuentus enim fuit assessor solum, vt succuratur imperitiæ iudicantis, Ang. cõnsil. 371. primus punctus, col. prima, & solum habet consulere Iudici, quare alio modo
79 dicitur consiliarius, l. consiliarijs, ff. de off. assess. l. consiliarios, C. eod. tit. Dec. d. cons. 8. num. 3. Cassan. dicto loco.
80 † Fallit, quando à statuto, vel communi obseruantia esset data potestas iudicandi assessoribus, & iurisdictio, nã tunc in illis casibus, in quibus habet iurisdictionem sibi concessam, dicitur Iudex, non autem assessor; In cæteris verò remanet assessor, vt per Dec. d. cons. 8. nu. 2. cum duobus seq. intelligendo, vt ibi per eum. Cetera pertinentia ad materiam assessorũ videas latè per Bar. & DD. in l. prima, & per recentiores in l. diem functo, ff. de off. assess. vide etiam nonnulla per Carpan in addit. ad statut. Mediolani, cap. 19. num. 7. cum seq. vbi ponit, an Assessor possit dici Iudex, & cuius sit officium Assessoris, de quo videas latius per Parid. de Puteo in tract. syndic. in verbo Assessor, cap. primo per totum, cum cap. seq. vbi latissimè de Assessoribus tractat Specul. in d. tit. de Assess. plenè, & per Boss. in tit. de sententijs nu. 24. cum seq. in praxi criminali, sed latius per Cassaneum in catalogo gloriæ mundi par. 7. considerat. 27.
81 † In verbo [sæculari] etiã, si non diceret de sæculari, tamen solum intelligeretur de sæcularibus, non autem de ecclesiasticis, cum ecclesiastici minimè ligentur statutis laicorum, etiam eorũ fauorẽ concernentibus DD. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & præcipuè Abb. & Felyn. ext. de cõst. latè Surd. cons. 301. num. 12. 24. col. 3. imò etiã si statuta concernerent bonum publicum, dummodo non essent confirmata à S. P. Surd. ibidem num. 30. & cons. 2. num. 15. Alderan. Mascard. de gener. stat. interp. concl. prima per totam, vbi latissimè, & præcipuè num. 191. & 246. & diximus

82 mus suprà in præludij. † An autem clerici, & personæ ecclesiasticæ posint gaudere beneficio statutorum laicorum, ponit Carpan. ad statuta Mediolani d. cap. 19. num. 11. vbi remissiuè; Tu autem dicas, quod personæ ecclesiasticæ possunt vti beneficio statutorum laicorum, Alex. conf. 41. per totum lib. 7. Castren. Curt. & recentes in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. Surd. conf. 2. nu. 15. cum conf. 301. nu. 24. vol. 3. nisi statuta expressè
83 denegarent beneficia clericis, † nã tunc benè valent, nec dicuntur contra libertatem ecclesiasticã, Dec. conf. 83. num. 4. Plot. in repet. l. si quando, C. vnd. vi, num. 854. Surd. d. conf. 2. num. 43. vol. 1. Mascard. vbi supra num. 194. & latius agetur infra stat. 19. sub rubr. qualiter reddi debeat ratio clericis, & forensibus.
84 † In verbo ordinario] quis dicatur Iudex ordinarius, videas Marant. in suo speculo Iudiciorum in quinta principali distinct. num. 2. in verbo an sit iudicium ordinarium, an verò delegatum Tholos. lib. 47. cap. 22. num. 1. & Marant. dicto loco ponit, qualiter ordinarius, & delegatus inter se differant, traditq; quadraginta differentias, cla-
85 rius autẽ dic, quod † Iudices ordinarij dicuntur, qui alicui Tribunali præfiguntur, vt ibi ius dicant, & iurisdictionem publicè exerceant ita, vt eorum iurisdictio, & Tribunal non finiatur eorum morte, vel recessu, sed semper remaneat idem Tribunal, & iurisdictio, vt per Odd. de rest. in integr. q. 32. art. primo, num. 5. cum seq. vbi nu. 7. facit tres
86 † species Iudicum ordinariorum, nam alij dicuntur maiores, alij medij, alij minores, alij minimi. Maiores sunt, qui à Principe, vel Republica immediatè procedunt, & habent plenam iurisdictionem in Ciuitatibus, vel Regnis, vt sunt Rectores Prouinciarum, Medij sunt Iudices ordinarij locorum, vt Prætores, Potestates, & huiusmodi, Minores sunt Magistratus municipales, Minimi dicuntur Iudices Chartularij, hodie Notarij, qui instrumenta conficiunt, vt latius per eum, & per D. Menoch. de arb. Iud. lib. 1. q. 12. nu. 9. & seq.
87 In verbo [vel delegato] Quis autẽ dicatur † Iudex delegatus, videas Marant in sua praxi in 5. distinct. num. 4. vbi vult, quod delegatus ille dicatur cui à Principe, vel ab ordinario, vel à delegato Principis causa committitur, vicem gerẽs delegantis, proprium nihil habens, l. prima, §. qui mandata, ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. vbi omnes, Alex. & alij in rub. eod. tit. Tholos. d. lib. 47. cap. 22. num. 1. vbi latè de delegatis agit; vel dic secundum Odd. d. quæst 32. art. primo, nu. 6. quod delegatus est, qui iurisdictionem in aliqua causa, vel pluribus, vel etiam omnibus sibi ab ordinario, vel à Principe demandatam habet, l. 1. ff. de off. eius cui mand. iurisd. hanc adducit Nic. Bell. lib. primo, Supput. cap. 11. part. 4. distinct. 5. num. 4. vel aliter secundum D. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quæst. 12. num. 6. delegatus est is, qui ad causam cognoscendam, vel decidendam, vel exequendam, vel totum simul perficiendum, vel à lege, vel à Principe, aliove potestatem habente mandata est, vel data iurisdictio, proprium nihil habens, sed totam à superiore re-
88 cognoscens, † vnde, quia ab alijs pendet mãdatũ, nempe à mandatore, ideo extinguitur iurisdictio eorum, vel morte mandantis, & delegati cap. gratum de officio delegat. re integra, & lite non contestata, non aliter. §. honore, & §. si vero aut. de litig. cap. relatum de officio de leg. Item si delegatus semel à se iurisdictionem abdicauerit, nec ex partium consensu causam resumere poterit, c. significantiibus de officio deleg., vel recessu, & finita causa, quæ commissa fuit, l. & quia ff. de iurisd. omn. iud. cum alijs relatis per Marantam in speculo aureo part. 4. 5 principal. distinct. Tholosan. in suo iuris sintagm. cap. 22. nu. 22.
89 † Tres autem sunt species delegatorũ, nam alij dicuntur delegati à Principe, alij ab ordinarijs, & tertij sunt delegati à delegatis, qui subdelegati nuncupantur, subdelegantur enim, vel ad totam causam, vel ad aliquem eius articulum, Odd. dict. art. primo, nu. 12. Item delegatio fit multis modis, nam quandoq; negotia committuntur, vt Iudicibus, vt tot. tit. de off. deleg. quandoq; vt ministris, cap. fin. de off. deleg. quandoq; vt exequtoribus meris, vel mixtis, vt clem. prima, eod. tit. quandoq; vt denuntiatori, cap. venerabilem, de elect. & inter omnes est maxima differentia Anch. conf. 297. num. 8. Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera I. concl. 433. Iudex delegatus, quis dicatur, & de multiplici delegatione per tot. quo loci nonnullas alias tradit delegationum species.
90 † Nunquid verò delegatus à Princincipe sit maior Iudice ordinario, communis est resolutio, quod delegatus à Papa, vel à Principe dicitur nobilior Iudice ordinario, & dignior in causa sibi delegata, vt latè tradit nouissime Morl. in suo empor. quæst. tit. 2. quæst. 15. num. 10. ordinarius tamen dicitur habere firmiorem iurisdictionem, ita resident communiter DD. in rub. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. Alex. Cast. Ias. Dec. & cæteri, & dicuntur inter se vti excedentia, & excessa, vt in publicis meis interpretationibus ad rub. ff. de off. eius ex aliorum mente, maximè recentiorum ibi scripsi, accedat Card. Tusch. prac. concl. iur. in littera D. concl. 148. & 159. & in lit. I. concl. 436. per totum.
91 † An autem delegati possint subdelegare, quod in delegato à Principe, hoc est expeditum, potest enim subdelegare, l. à Iudice, vbi DD. C. de Iudicijs, vbi in specie Ias. ampliat quinque modis, & limitat quatuordecim à num. 11 vsq; ad finem le-
92 gis, Boer. decis. 6. num. 8. Quo ad delegatum ab ordinario, an ipse possit subdelegare; dic quod non, cum nihil proprij habeat, d. l. à Iudice, vbi DD. præsertim Ias. C. de Iud. vbi limitat hanc regulam pluribus modis, de quibus ibi per eũ, Bart. in l. Imperium, nu. 1. ff. de Iurisd. omn. iud. DD. in l. more maiorum eod. tit. de iurisd. omn. Iud. Morla d. tit. 2. quæst. 15. per totam Tholos. lib. 47. cap. 22. num. 10.
93 Delegatus autem à Principe num possit causas meri, & mixti Imperij criminales subdelegare; dic communiter, quod non & ita in hoc Dominio seruari testatur Iul. Clar. in §. fin. praxis crim. q. 41. nu. 3. vbi etiam ponit, quando causæ criminales possint delegari. Menoch. de arb. iud. lib. pri. quæst. 54. vbi latè hanc quæstionem disputat, & nu. 3. dicit semper credidisse hanc veriorem, & testatur communem esse, ac receptiorem, & magis communem testatur Guido Papa decis. 624. dicens, se ita vidisse practicari cum alijs congestis per Hieron. Ceual. in Specul. communium cont. communes quæst. 387. circa finem.
94 Ex quibus autem cognoscatur, an quis sit Iudex ordinarius, an verò delegatus. videas Alex. in l. & si Prætor, num. 7. vbi Ias. & alij, ff. de iurisd. om. iud. Bart. in l. more eod. tit. Ias. in l. ius ciuile, ff.

de

de iust. & iur. Marant. in dicta 5. princip. distinct. nu. 4. vbi tradit nonnullos modos cognoscendi, & in quibus differant ad inuicem, Menoch. de præsumption lib. 3. præsumpt. 16. per totum.

Morte autem delegantis re integra vt supra dixi delegatio in tantum extinguitur, quod etiam de consensu partium non posset delegatus procedere Marant. distinct 5. nu. 61. per gl. in c. cum venisset in vers. egerit de testib. Ruginell. de appellat. §. 6. gl. 2. cap. 2. nu. 4. cum seq.

96 † Si tamen delegatio facta sit sub nomine dignitatis, & sic appellatiuo nomine, mortuo primo delegato continuatur delegatio in personam succedentem in eadem dignitate, secus si delegatio nomine proprio sit facta, c. quoniam Abb. de off. delegat. Ias. in l. more nu. 65. ff. de iurisd. omn. Iud. Euerard. in loco arg. à vi subscriptionis. Menoch. cons. 173. nu. 30. lib. 2. & de arb. iud. q. 6. quod tamẽ procedit in delegatione dignitatis, quæ prouenit à se ipso, & nomine proprio, secus in ea, quæ prouenit ab alio, vt in Vicario ita Romæ iudicatum fuisse testatur Borgn. decis. 40. nu. 22. par. 1. & decis. 28. nu. 30. par. 3.

97 † Sed quid, si delegato commissæ sint plures causæ, vel contra plures personas, & delegatus incipit in vna, vel contra vnam, an morte delegantis extinguatur Iurisdictio quo ad alias? dic, quod sic, quando plures causæ fuerunt commissæ nominatim, secus autem, si vniuersitas causarum fuisset commissa, nam tunc incipiendo in vna perpetuatur Iurisdictio quo ad omnes Bar. in d. l. More, nu. 14. ff. de iurisd. omn. Iud. quem sequitur Ias. nu. 56. defendendo Bar. à Roman. & alijs.

98 † Quid si delegans non moriatur, sed aliter sit remotus, vel excommunicatus, an expiret Iurisdictio delegati, dic, quod si delegans est remotus, expirat Iurisdictio delegati, Borgn. d. decis. 40. nu. 22. par. 1. & decis. 28. nu. 30. par. 3. si vero est excommunicatus, secus, Bar. in d. l. More nu. 15. cũ seq. vbi Dec. num. 57. cum duobus seq.

Plures ampliationes ad hanc regulam, quod delegatus morte delegantis re integra desinit esse Index, videas per Ias. & Dec. in d. l. More.

Quo autem ad materiam delegati, vnum volo
99 vos scire, † quod delegatus in citatione semper debet inserere exemplar delegationis ad hoc, vt ei credatur, Bart. in l. 2. in prima lect. num. 6. ff. si quis in ius voc. non ierit, Afin. in sua praxi iudic. §. 5. cap. 2. nu. 3. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. iurisd. & vnde, ac quibus num. 16. Marant. in d. 5. princip. distinct. num. 59. cum seq. D. Costa de retrotract. cap. nono cas. 7. num. 20. addo Crauet. cons. 319. in fine, & Rugin. de appell. §. 6. gl. 2. cap. 2. num. 5. imo ante præsentationem suæ commissionis, vel delegationis nullam habet iurisdictionem, Bal. in l. eum, qui, ff. de iurisd. omn. iud. Borg. decis. 4. nu. 39. par. 2. D Costa de retrotr. cap. nono, cas. 7. num. 19. Brederod. de appellat. par. 2. tit. de except. col. 513. hocq; est adeo verum, vt, postquam quis cepit ante præsentationem delegationis procedere vt delegatus, etiam si superuenerit commissio, non tamen confirmaret processum, vel sententiam eius, qui vti delegatus processit, vt per Bal. ibi, Guid. Pap. quæst. 286. D. Costa loco citato nu. 21. quinimo etiam si à principio ante processum haberet mandatum, & iurisdictionem, ac litteras delegationis si procedat sine illarum præsentatione, vbi maximè petita sit, semper processus redditur nullus, licet ex post ipsas delegationis litteras præsentet, vt ex multis firmat Felin. in c. cum ex officij num. 35. versic. ampliat hoc, extra de resc. & hoc procedit in quibuscunq; personis, etiam Cardinalibus Dec. in l. vnic. col. 2. C. de mand. princip. & cons. 214. col. 2. vers. ad tertium Franc Perus. in c. super eo, el secundo num. 7. extra de appell. in 6. Ang. cons. 8. vers. 2. quia Addit. ad Alb. cons. 514. lib. 3. Mascar. de probat. lib. 1 concl. 491. Delegatio n. 7. & seqq. Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera D. concl. 154. nu. 21. Vant. de nullit. ex defect. citat. n. 47. Crauet. cons. 266. num. 5. Menoch. cons. 100. nu. 72. & seq. vbi declarat, Rim. Iun. cons. 446. num. 6. & seqq.

100 In verbo communi] † quot autem homines faciant communitatem, vide supra de regim. potest. stat. 47. vbi dixi 36.

101 In verbo Collegia] † Quæro, quot personæ faciunt collegium, dic, quod tres personæ faciunt Collegium, l. Neratius vbi glos. ff. de verb. signif. gl. in rub. vbi Bar. ff. de Colleg. illicit. idem Bar. in l. fin. post numerum 3. eod. tit. & in l. 4. ff. vi bonorum capt. Port. in §. si grex post numerũ primum, instit. de leg. Barbat. cons. 17. volum. 1. Franc. Marc. decis. delphin. 799. quæritur redeundo num. 1. cum alijs, de quibus per Mascard. de probat. concl. 319. num. 2. vbi docet, in quibus probetur Collegium, & per Losæum de iure vniuers. par. 1. cap. 2. nu. 57. vbi reddit rationem ex
102 mente Bart. & Marc. d. quæst. † Quare Collegiũ in duobus consistere non possit, quia in duobus non inuenitur maior pars, & si esset discordia non posset expediri per duos, l. si vnus, §. si in duos, ff. de recept. arb. & in c. 1. de elect. licet gl. in cap 1. x. q. 1. voluerit tenere, quod de iure canonico duo faciant Collegium de quo Io. de Imol. Abb. in d. c. 1. de elect. & Mar. decis. 799. nu. 3. Idem Abb. in cons. 25. nu. 2. lib. 2. Card. Tusch. pract. concl.
103 Iur. in littera C. concl. 452 nu. 10. & seq. † si tamen omnes moriantur, & vnus tantum remaneat, nihilominus Ius Collegij conseruatur in vno Abb. in d. c. primo, nu. 6. extra de elect. Marc. quæst. 267. nu. 2. Dec. cons. 151. num. 18. Thol. lib. 15. cap. 32. nu. 17. Losæus de iure vniuers. par. 1. cap. 1. nu. 30. Pancir. cons. 128. nu. 6. vol. j. Abb. cons.
104 25. n. 2. l. 2. Rom. cons. 436. nu. 6. † Quæ autẽ requirãtur in Collegij noui erectione, tradit Boer.
105 decis. 115. † Dicitur autem Collegium cò, quod simul colligantur gl. in l. 1. in princ. ff. quod cuiusq; vniuersit. & in rub. de Collegijs illicitis, Losæus d. loco num. 53. est autem Collegium personarum plurium in vnum corpus quasi coniunctio, siue collectio, Azo. in summ. C. de collegiat. & chart. lib. 11. nu. primo, Tholos. lib. 15. cap. 32. nu. 1. vel aliter secundum D. Menoch. in addit.
106 ad casum 598. num. 3. de arb. iud. † Sciendum est autem, quod Collegia regulariter dicuntur illicita, & sunt prohibita l. 1. in princip. vbi DD. ff. quod cuiusq; vniuersit. nom. Bart. in l. ex hoc iure nu. 7. ff. de iust. & iure, Menoch. in addit. ad cas. 597. num. primo de arbitr. Iud. Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera C, concl. 456. per totũ, & ideò volens dicere Collegium licitum esse, tenetur probare, cum præsumatur illicitum l. 1. post princ. ff. de Colleg. illicit. l. 3. §. in summa eod. tit. Mascard. d. concl. 319. nu. 3. Losæus d. loco,
107 par. 5. cap 1. num. 48. † & quædam sunt Collegia realia, quædam personalia, ad similitudinem seruitutum realium, & personalium, Innoc. in c.

dilecta

dilecta de excess. prælat. Francis. Mar. decis. del-
108 phin. 799. quæritur part. 1. nu. 11. † Quæ autẽ dicantur Collegia licita, & permissa, videas gl. in l. 1. in princ. in verbo aliorum, ff. quod cuiusq; vniuers. nom. & pulcrè per Nicolaum Losæum in d. tract. de iur. vniuersit. cap. 2. nu. 68. cum seq. pluribus part. 1. dicuntur namq; approbata Collegia multorum artificum, qui enumerantur in l. fin. ff. de Iur. immunit. vt per Bar. in d. l. 1. in princ. ff. quod cuiusq; vniuers. nomin. Item dicuntur licita, quæ specialiter legibus, Senatusconsultis, Principum constitutionibus confirmantur, vt per gl. & DD. in l. fin. ff. de colleg. illicit. D. Menoch. in addit. ad casum 597. nu. 1. de arbitr. iudic. Item Collegia, quæ pietatem respiciunt, vt sunt Disciplinatorum, Misericordiæ, & similia Bar. in l. 1. §. sed religionis per illum tex. ff. de Colleg. illicit. & , vt sunt Collegia Monachorum, Canonicorum omnium, Clericorum, Templariorum, Xenodochiorum, & similia, vt per Azonem in summa, C. de collegiatis, & chartopatris nu. 4. lib. 11. Item Collegia Iesuatorum, & Inhumatorum, & aliorũ, qui incedunt discalciati exercentes opera pietatis, Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera C. concl. 456. nu. 6. & nu. 18. Item Collegia Doctorum, & Scolarium, vt per Bart. in l. fin. nu. 7. ff. de Colleg. illicit. & dilucidè per Nicolaum Losæum in d. tractat. de iur. vniuersit. cap. 2. num. 76. cum seqq. plurib. part. prima, & Pet. Greg. Tholos. lib. 15. sintag. Iuris Ciuilis, capit. 32. per totum, Boss. in praxi crim. tit. de vnionib. num. 9.

109 † Sed quæro, quid statuere, & ordinare possint Collegia licita, dic secundum Bart. in d. l. fin. nu. 10. quod possunt facere statuta, & leges super his, quæ pertinent ad artem suam, non super alijs. Idem Bar. in l. fi. nu. 2. & 6. C. de Iurisd. om. Iud. Rip. Auus mihi maternus, in l. si se non obtulit, nu. 41. ff. de re iud. Soc. Sen. in l. 1. num. 22. 26. & seq. ff. quod quisq; iur. Doct. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. latissimè Nicolaus Losæus in tractat. de Iur. vniuers. part. 3. q. 15. per totum, vbi quærit etiam, quid in parte vniuersitatis expulsa de vniuersitate, & an valeant statuta in odium singularium personarum, addo Surd. cons. 58. num. 1. vol. 1. Cyofium cons. 6. nu. 21. vol. 1. Mant. in Specul. aureo par. 4. dist. nona, n. 70. Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera C. concl. 455. sub tit. Collegia licita habent multa priuilegia num. 2. Item permissum est habere res communes, arcam communem, Actorem, & Syndicum Azo. in summ. C. de Collegiat. &c. nu. 7 lib. 11. Borgn. decis. 22. nu. 1. par. 2. Intellige tamen, vt in huiusmodi rebus faciendis seruentur illa quinq; requisita, de quibus per Bal. in l. nulli nu. 20. ff. quod cuiusque vniuers. Alex. cons. 40. nu. 2. lib. 2. Franc. Marc. d. decis. 799. quæritur in prima parte, & decis. 26
110 quæritur, an sit licitum part. 2. † Nunquid autẽ Collegia possint sibi constituere caput, & dic, quod licet de essentia Collegij non requiratur, quod habeat caput, gl. in l. nulli, vbi Bart. nu. 2. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. vbi Cast. num. 3. Oldrad. cons. 128. nu. 8. versic. & si dicatur, requiritur tamen ordinata dispositio, vt ad vnum reducatur, tamquam ad caput. idem Oldrad. cons. 204. n. 2. Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera C. concl. 452. in princ. & possunt tamen si volunt sibi facere Rectorem, & caput Bar. in d. l. fin. num. 12. & ei dare Iurisdictionem, cui habeant obedire om-
111 nes laici de Collegio, † si verò in dicto Collegio sint personæ ecclesiasticæ, Rector laicus non poterit habere iurisdictionem in ea, vt per Bart. in d. l. fin. n. 13. debent tamen eligere vnum de Collegio, quando reperitur aliquis idoneus ad hoc, non autem extra, nisi in subsidium, Cast. in d. l. nulli,
112 nu. 12. † An autem Collegium, vel Vniuersitas obligetur ex pecunia recepta à suo Rectore, Syndico, vel Capite, videas Bart. in d. l. Ciuitas, vbi DD. ff. si cert. petat. & regulariter, si ad eius vtilitatem versa sit pecunia obligatur Collegiũ, Vniuersitas, ac Ciuitas, si verò mutuum factum fuisset ipsi Collegio conuocato, vel vniuersitati obligatur etiam si non appareat in rem versum: Bar. in d. l. Ciuitas nu. 2. & seq. vbi Alex. nu. 11. Ias. num. 4. est namq; vniuersitas, & Collegium in re sua moderator, & arbiter. Idem est, si Syndicus habuisset speciale mandatum, l. qui habebat, ff. de institt. act. Mascard. concl. 582. nu. 1. & seq. Losæus de iur. vniuers. part. 3. cap. 4. tit. de mutuo facto vni-
113 uersitati † olim autem Collegijs relinquere non erat concessum, l. cum Senatus, ff. de reb. dub. & hoc, ca ratione secundum Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 111. nu. 3. ne testatores ambitione quadam relinquendi, hæredes plus æquo grauarent, vel ne oriretur tumultus in diuidendis rebus relictis, hodie attamen est permissum d. l. cum Senatus, Cephal. cons. 702. nu. 18. vol. 5. Surd. decis. 338. nu. 10. 2. part. Io. Dauth de testam. num. 300. sed non indistinctè, nam aut Collegium est licitum, & tunc licitum est ei relinquere d. l. cum Senatus, vbi Bart. aut est illicitum, & reprobatũ, & tunc nequaquam Pereg. de priuileg. Fisci, lib. 3. tit. 12. num. 5. potest tamen singulis de Collegio, reprobato relinqui Bar. d. l. cum Senatus nisi esset reprobatum ratione sectæ, puta hæreticorum, vt ibi per eum sequitur Paul. Castr. in l. prima, num. 5. C. de SS. E.

114 † An verò collegiatus possit testificari pro suo Collegio, dic, quod sic. Bart. in l. sed si hac §. qui manumit. ff. de in ius vocan. & in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuis. quod limita duobus modis, vt per Mascard. de probat. concl. 318. per totum, & concl. 1363. num. 48. latè Farinac. tractat. de testib. quæst. 60. illat. 17. per totum, Pedroc. cons. 37. nu. 112. & 114.

115 † An autem totum Collegium, & Vniuersitas possit, vt suspectum, recusari, dicas quod non. Bal. in l. hoc modo, ff. de cond. & demonstr. Berous in tit. de Iudic. nu. 121. de communi Boer. decis. 299 Mascard. de probat. concl. 953. num. 31 cum seq. Alb. cons. 510. num. 4. lib. 3. vbi addition. plura Surd. cons. 47. nu. 3. Decian. cons. 26. nu. 5. & 15. vol. 1. vbi contrarium tenet Borg. decis. 28. num. 110. par. 2. & de communi testatur Port. Imol. cons. 91. num. 18. 19. 20. addo Beni. de priuileg. I. C. priuileg. 10. nu. 6. ceterum in materia Collegij latissimè insistit Bodin. de Repub. lib. 3. c. 7. vbi multa bona, & vtilia disputat. 1. differit de Collegiorum corporum vniuersitatis, & reipublicæ differentijs, 2. definitionem proponit, 3. diuisionem, 4. agit de beneficijs, 5. de potestate Collegiorum, contendit etiam Collegia posse statuta condere, Collegas vocare, Collegarum causas iudicare, & mulctare, 6. recensitis multorum exemplis disputat, quo pacto Collegia, Vniuersitates, & Ciuitates puniri debeant, vltimo quæstionem explicat, an Collegijs, & corporibus respublica vacare debeat, vbi de commodis maximis, & incommodis Collegiorum differit.

116 In verbo Vniuersitatis] † quid sit vniuersitas & quid veniat vniuersitatis nomine, tradit Bal. in l. quicunq; num. 10. C. de furt. Carpan. ad statuta Mediolani part. prima, capit. 87. post Azo in summa, ff. quod cuiusq; vniuers. Rom. cons. 400. nu. 46. & nouissime D. Menoch. in addit. ad casum 598. nu. 2. & Nicolaus Loseus in tract. de iur. vniuersit. cap. primo, quot autem sint species vniuersitatis, tradit pulcrè Pract. Papiens. in sua praxi in form. lib. seru. confess. in gl. plenam, nu. 9. Loseus de iur. vniuers. par. prima, cap. 2. nu. 2.

117 † Quid autem differant inter se vniuersitas, societas, & Collegium, tradit glo. vbi Bart. in l. 1. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. D. Menoch. loco ci-

118 tato, nu. 1. & Losæus par. 1. cap. 2. nu. 54. Sed † quæro, quomodo citetur vniuersitas, & respondeo, quod non sufficit, quod citetur Syndicus, sed debent citari, qui præsunt vniuersitati, Bar. in l. fin. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. idē Bar. in extrauag. ad reprim. in verb. citatum, Alex. in apostil. ad Bar. in l. non potest, ff. de reg. iur. latè Socin. in tract. de citat. art. 20. q. 20. nu. 52. Vant. in tract. de nullit. ex defect. citat. nu. 144. vbi remissiuè ponit, & plures citat, Carpan. ad statut. Mediolani, par. 1. c. 1. num. 84. & 85. vbi plures citat, & cap. 5. num. 50. Loseus de iur. vniuersit. part. 2. c. primo, num. 63. vbi latè disputat, Baiard. ad Clar.

119 in §. fin. quæst. 16. num. 20. † non tamen requiritur de necessitate, quod omnes, qui præsunt vniuersitati, citentur, sed sufficit, si maior pars eorū Roman. sing. 163. cum ibi additis.

120 † Num autem vniuersitas possit citari per edictum affixum in loco, vbi consueuit congregari, vt per Marant. in suo specul. iudiciorum part. 6. in verb. rectè concipiatur citatio, nu. 94. vbi etiam vult, quod si Ciues clauderēt portas Ciuitatis, adeo quod non possit affigi edictum in loco, in quo congregantur, quod poterit affigi in porta Ciuitatis, & vbi non esset tutus accessus, in Ciuitate viciniori, vel in ecclesia dictæ Ciuitatis: Marantā sequitur Menoc. in tract. recup. remed. 8. num. 119. vers. limitatur sexto, Gauat. in addit. ad praxim octau. vest. lib. 4. cap. 3. num. 12. Loseus de iur. vniuers. par. 2. cap. 1. num. 63. Scias tamen, quod dupliciter potest citari vniuersitas principaliter, scilicet, & ad domum, principaliter tunc citari dicitur, quando citatur in arengo, idest quando est, congregata in concilio, seu loco publico solito, & deputato. Ad domum autem schedula citatoria Ianuis, vel locis publicjs affigitur, ita vt in publicam perueniat notitiā: Loseus d. cap. 1. n. 63. vers. dupliciter igitur.

121 † An autem die Veneris Sancti, qua die non pulsantur Campanæ possit citari vniuersitas ad sonum tabellæ, Bart. in l. fin. C. de pred. decurion. lib. 10. Alex. in apostil. ad Bart. in d. l. non potest dolo, ff. de regul. iur. remissiuè Marant. vbi supra, num. 112. & resolutio est, eos ita citari posse, cum olim ita consueuissent ad sonum tabellæ citari, teste Bart. in d. l. fin. nu. 3.

122 † Sed dubium est, nunquid statutum simpliciter faciens mentionem de personis comprehendat vniuersitatem; & dic, quod, quando statutum loquitur per dictionem, si quis, comprehendit etiā vniuersitatem, quando tractatur de materia fauorabili, per ea. quæ vult Ias. in l. si quis maior, nu. 7. C. de transact. Cotta in suis memorabilibus, in verbo statutū loquens per dictionem, si quis, Carp. ad statut. Mediolani, cap. 445. nu. 2.

123 † Fallit quando versaremur in materia exorbitanti, & correctiua, nam tunc personarum appellatione non comprehenditur vniuersitas, ita Roman. cons. 400. num. 4. vbi Mandos. in apostil. ad eum, plures citans, Dec. cons. 44. ad finem, Curt. in l. 1. nu. 4. C. de pact. Nicolaus Losæus in tract. de iur. vniuers. part. prima, quæst. prima, nu. 38. cum seqq. vsq; ad finem, Bertazzol. in reper. d. l. si quis maior, nu. 146. C. de transact.

124 † Fallit secundo si verba dirigerentur ad particulares personas, Dec. cons. 486. nu. 8. Menoch. de arb. iud. cas. 183. num. 16.

125 † Quid autem, si vniuersitas commiserit delictū an possit banniri, & puniri; & antequam hoc discutiatur, necesse est prius videre, an, & quando, vniuersitas deliquisse dicatur, & dic, quod tunc vniuersitas deliquisse dicitur, quoties delictum præcessit, deliberatum consilium ipsius Communitatis, Bart. in l. aut facta, §. nonnunquam, ff. de pœnis, Decius consil. 221. colum. prima, Ias. in l. Ciuitas, col. 2. ff. si cert. pet. Felin. in c. dilectus, el secundo in vlt. col. de Simon. & in c. cum omnes de constit. Curt. Sen. cons. 21. post numerum 5. Curt. iun. cons. 174. num. 36. & cons. vltimo nu. 9. Boss. in tit. banniri qui possint in prax. crim. nu. 1. Clar. in §. fin. in prax. crim. quæst. 16. nu. 7. plenè per Osasc. decis. Pedem. 138. sub nu. 29. cum seq. vbi ponit, quæ sint articulanda, & probanda ad hoc, vt vniuersitas deliquisse videatur, Baiard. in addit. ad Clar. d. q. 16. num. 11. cum seq. D. Menoch. in addit. ad cas. 598. num. 4 vbi ex ordine enumerat octo, & quinquaginta DD. hoc affirmantes, & tria circa hanc constituit capita, quorum primum est, quando Vniuersitas, & Collegium delinquere dicatur, secundum, an delictum ab Vniuersitate, vel Collegio perpetratum verè, uel fictè ab ea dicatur commissum: tertium qua pœna puniri possit Vniuersitas pro commisso crimine, & in tantum verum est, quod requiratur publici consilij publicatio, vt non sufficeret etiam, si omnes iuissent ad delinquendum, vt per DD. supra adductos, posset tamen Vniuersitas, quando delictum est factum, communicato consilio habere regressum, & recursum contra illos de consilio, Carer. in pract. crim. §. homicidium, q. 6. num. 351. cum seq. Nicol. Losæus in tractat. de Iur. vniuers. part. 4. cap. primo, de delict. vel quasi vniuers. num. 25. & seqq. vbi latè uersatur.

126 † Amplia, ut pariter Vniuersitas teneatur de delicto, etiam nullo præcedente consilio publico, quando post factum delictum ratificauit, Felin. in d. c. cum omnes, cum alijs, de quibus per Boss. in d. tit. banniri qui possint, & uide de hoc latè per Osasch. Pedem. decis. 138. ubi ponitur, quando Vniuersitas ratificādo deliquisse uideatur, addo Farinac. in q. crimin. q. 24. nu. 139. cū seq. in 1. part.

126 Amplia procedere, † vt Vniuersitas teneatur de delicto absq; eo, quod præcesserit consilium publicum, si Syndicus fateretur factum delictum ab Vniuersitate, talis enim confessio præiudicat Cōmunitati, Dec. cons. 22. Boss. vbi supra, Baiard. d. q. 16. num. 18. cum seq. vbi adducit nonnullas declarationes ad hanc regulam, vt ibi per eum videre est, vide etiam plura, quando Vniuersitas teneatur ex delicto per Mascard. de probat. concl. 1420 vbi latissimè de hoc cum ampliationibus, & limitationibus, & latissimè per Nicolaum Losæum in tract. de Iur. Vniuersit. par. 4. cap. 1. sub rub. de delictis, vel quasi delict. vniuersit. vbi num. 11. distinguit

stinguit inter delicta in omittendo, & delicta in committendo, priore casu in Vniuersitate cadit delictum propriè, secundo vero casu propriè nequaquam, sed impropriè, sic addo D. Menoch. qui latissimè insistit in d. addit. ad casum 598. per totam, & Andream Gail. lib. 2. de pace publica, cap. 9. nu. 4. & seqq. vbi latè insistit, quę requirantur ad hoc, vt Vniuersitas delicta commisisse dicatur, & inter cętera nu. 6. ait quod in delictis consistentibus in faciendo necesse est, quod Vniuersitas conuocata fuerit sono Campanæ, vt moris est, ad hoc, vt talia delicta commisisse dicatur, quod secus est in delictis in omittendo, & nu. 5. distinguit inter delicta tractum successiuum non habentia, sicuti est homicidium, & similia, & delicta continuata, & actu permanentia, vt rebellionis crimen, &c.

Hoc sic supposito, quod Vniuersitas potest de-
128 linquere, quæro, † qualiter puniatur, videas Boss. vbi supra, qui num. 2. tenet posse banniri, videas etiam Clarum d. q. 16. nu. 8. vbi adducit diuersas pœnas, quibus punitur Vniuersitas, aliquando. n. subijcitur aratro, aliquando suis priuilegijs priuatur, aliquando punitur peccunialiter, vt ibi per eũ iuxta qualitatem delicti, vbi latè Baiard. in addit. ad eum, d. q. 16. nu. 22. vbi quęrit quando Vniuersitas condemnatur, an collecta debeat imponi per æs, & libram, hoc est pro viribus patrimonij, an vero per capita, & , an, qui sunt innocentes, cogi debeant ad contribuendum, Nicolaus Losæus d. tract. part. 4. nu. 30. & seq. & nu. 38. vide D. Menoch. loco citato num. 17. vbi ponit quomodo puniatur, quo ad pœnam spiritualem, & temporalẽ, Andr. Gail. vbi supra nu. 33. & seqq. Farinac. in praxi crimin. quæst. 24. nu. 39. cum seqq. plurib. nu. 108. cum seqq. plurib. sub tit. de delict.

129 † Nunquid verò punita vniuersitate, possit formari inquisitio contra singulares personas ipsius Communitatis, tradit Boss. vbi supra num. 2. scias tamen, quod licet Vniuersitas deliquerit, tamen solent quandoq; puniri priuatæ personæ, quæ verè deliquerint, vt testatur Clar. d. q. 16. in fin. Losæus d. part. 4. cap. 1. num. 34. & seqq. subsequenter an Vniuersitas possit excommunicari, videas dictum Losæum, par. 4. cap. 1. num. 40. & seqq. & dicam infra.

130 An † autem testes de vniuersitate admittantur pro ipsa vniuersitate, & eis sit credendum, videas latè Mascard. de probat. concl. 1421. per totam, Farinac. latissimè in tractat. de testib. quæst. 60. num. 450. cum seq.

Sciendum est autem multa specialia esse in vniuersitate, quæ non sunt in particularibus personis
131 † primo enim vniuersitas potest comparere per Syndicum, l. tàm Collatores, §. vt autem, C. de re militar. lib. 12. Alex. in l. aut facta, §. nonnunquã, ff. de pœnis, si verò Syndicum non haberet, compelli posset Iudicis officio, vt aliquem ad litem cõstitueret, quo constituto, & non comparente, in contumaciam contra vniuersitatem rectè procedi posset, Nellus in tract. de Bannitis in prima part. primi tempor. qui supra per totam, Andr. Gail. lib. 2. de pace publica, cap. 9. num. 3. ratio est, quia vniuersitas non potest se aliter defendere, cũ sit corpus fictum, & inanimatum continens in se Infantes, furiosos, & similes, qui non possunt esse in iudicio Marian. in cap. veniens de accusat. in 4. quæst. princ. vers. sed quæro iuxta prædicta, Boss. in d. tit. Banniti qui possint, nu. 1. Rubeus Alex. in tract. de Potestate Procuratoris num. 1152. relatus per Baiard. d. q. 16. nu. 21. quod tamen secus est in alijs personis, quæ regulariter in criminalibus non possunt comparere per Procuratores, vt latè per Nouellum in suo tract. crimin. ad defensam pag. 12. nu. 7. cum seq. latissimè Iul. Clar. in §. fin. praxis criminalis q. 32. per totam, & ibi Baiard. in addit. ad eum latissimè, & plenissimè de hac regula Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de malef. concl. 9. per totam, Menoch. de arb. iud. q. 80. vbi multo latius quam alibi præsertim in addit. ad d. quæst. & cas. 264. Andr. Gail. lib. 1. de pace publica cap. 10. per totum, & lib. 2. c. 9. n. 3

132 Secundo vniuersitas † admittitur ad cessionem bonorum Paris. cons. 94. nu. 56. lib. 1. non tamen tenebitur obseruare formam ignominiosam statuti nostri 46. in ciuilibus sub rub. de cessione fienda super lapide communis Papiæ, quam tenentur seruare priuatæ personæ, vt ibi, & hoc ea ratione, quia vniuersitas cum sit caput fictum ignominia affici non debet Ias. in l. si quis maior nu. 7. C. de transact. ita in terminis Menoch. de arb. iud. cas. 183. num. 14. cum duobus seq.

133 † Tertio vniuersitas pro homicidio, & rapina capite puniri non potest, stante statuto imponente pœnam capitis, sed pœna venit mutanda, Boss. in d. tit. banniri qui possint nu. 1. & D. Menoch. dicit extra ordinem, Iudicis arbitrio ad d. cas. 598. nu. 34. in fine, quod secus est in priuato, vt per Clarum in §. homicidium praxis crim.

134 † Quarto vniuersitas restituitur in integrum ex capite minorum, quod secus est in alijs regulariter Odd. de rest. in integr. q. 3. art. 12. Losæus sæpius cit. tractat. de iur. vniuers. par. 3. cap. 18. num. 2.

135 † Quinto contra Vniuersitatem non currit præscriptio, & quatenus currat, restituitur, vt per Odd. vbi sup. q. 90. art. 7. nu. 32. quod secus est in alijs priuatis, vt tot. tit. C. de præscript. long. temp. hoc tamen admittit habere locum in his rebus, quæ sunt in publico vsu, vt via, platea, & huiusmodi, secus in alijs bonis communibus, quæ sunt vniuersitatũ Losæus d. tract. par. 3. c. 17. n. 11.

136 † Sexto in vniuersitatem non fertur sententia excommunicationis, Clar. in §. fin. praxis crimin. q. 60. nu. 26. vbi allegat Card. Alex. licet singuli tanquam priuatæ personæ, possint excommunicari, vt tot. tit. de sent. ex comm. D. Menoch. in addit. ad d. cas. 598. num. 19. & 20.

137 † Septimo debitum vniuersitatis, est diuersum à debito singulorum, cum, quod debetur vniuersitati, debeatur singulis, non è contra l. sicut, §. si quid, vbi Bal. ff. quod cuiusq; vniuers. nom.

Octauo Vniuersitas non potest debitum liquidum remittere, neq; donare, quod secus est in alijs personis, Losæus d. tract. par. 3. cap. 10. num. 3. plures alias differentias poterit vnusquisq; addere studendo.

138 † An autem priuilegia concessa vniuersitati extendãtur ad Castra, Villas, & Terras adiacentes, & subiectas ipsi Vniuersitati, controuertunt inter se DD. tandem solet recursus haberi ad distinctionem, Bar. in l. si finita, §. ex hoc edicto, num. 5. & seq. ff. de damn. infect. Aut enim priuilegium cõceditur loco, vt loco, & non extenditur extra locũ, Aut verò conceditur loco, non vt loco, sed intuitu personarum, & tunc extenditur ad Villas, & loca sibi adiacentia, idem Bar. aliter distinguens in l. 7. §. amplius in 2. lect. nu. fin. ff. de exc. tut. latè Nicol. Los. in tract. de iur. vniuers. part. 3. quæst. 13. per totam, vbi n. 21. vbi aliter distinguit, & quærit

num

num priuilegium concessum comitatui ex endatur ad Ciuitatem, & concludit quod non.

In alienatione autem bonorum vniuersitatis, quæ requirantur remitto me ad I.osæum de iure vniuersit. par.3. cap.5. Paul. de Monte Pico cons. 44. Surd. cons. 28. Lancellot. Gal. cons. 77. & an bona acquisita inter singulos possit diuidere, Nat. cons.325. Cassan. cons.49. Itē an possessio vniuersitati acquiratur per particulares, Surd. cons. 28. M.Anton. Eugen. cons.41. nu.72. & seqq.

In verbo quouis modo, & ex quauis causa]
139 Hæc verba operantur, vt in omnibus causis detur instantia, de quibus latè per Asin. in praxi ciuili, cap.3. vbi enumerat omnes casus, & causas, in quibus habet locū instantia Illustriss. Card. Tusch. pract. concl. Iur. in littera I. concl. 203. & concl. 205. per totum, vbi latissimè.

140 In verbo cognoscens] iuxta hoc quæro,† nunquid habens facultatem cognoscendi, dicatur etiā habere facultatem decidendi, respondetur, quod sic, vt per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 19. num. 26. vbi vult hoc procedere regulariter, & ad hoc allegat Afflict. in const. Regn. rub 42. de officio Iustitiæ nu. 24. lib. 1. addo tex. in l. de qua re ff. de iud. Felin. in c. super quæstionum nu. 3. extra de off. & pot. iud. deleg. vbi limitat nonnullis modis, de quibus ibi per eum, Alex. in l. 1. nu.51. ff. de off. eius.

141 † An autem Iudici cui datum est arbitrium in exequendo, & deffiniendo censeatur esse datum in cognoscendo, videas latè Menoch. de arb. iud. quæst.37. cum seq. necnon Mortam in suo empor. quæst. tit. 2. quæst. 19. per totam.

In verbo decidantur, & fine debito terminen-
142 tur] terminare, & definire, quid inter se differāt, tradit Afflict. in const. Regn. rub. 6. de vsur. ad finem lib. 1. allegatus à Carpan. in d. cap. 19. nu. 27. & quid importent hæc verba, tradit Ruginel. de appell. §.11. gl.2. num. 1 & §.6. gl.8. num. 26.

In verbo, & hoc intra terminos à iure limitatos]
143 † An autem Iudex possit iudicare in fine huius termini, dic. quod sic, non enim potest cog Iudex iudicare, nisi in fine horum terminorum, ita Carpan. ad dictum c.19. nu.37. vbi inquit etiam, quod hi termini non currunt, quando quis fuit impeditus per moras, & dilationes aduersarij.

In verbo sub pœna Iusdicenti] scias, quòd dicta pœna florenorum centum auri, de qua hic non ha
144 bet locum in pluribus casibus, in quibus † Iudex non punitur, dato, quòd sententiam in termino Instantiæ non protulerit.

Primus est, quando pars non petijt à Iudice sententiam proferri, non enim habet locum dicta pœna, nisi parte petente, Ias. in l. properandum, nu. 15. C. de iudic. & in l. vniuersa num.2. vbi similia tradit, C. de precib. imper. offer. Abb. in c. venerabilis extra de Iudic. in fine, quibus addo D. meū Rip. Auum Maternum in l. 4. §. hoc autem iudicium nu. 6. vbi incipiendo à princ. dicti §. vsque ad nu. 16. ad nonnulla infert, & sex modis etiam ampliat, & postea nonnullis etiam numeris seqq. pluribus etiam modis limitat, de quibus ibi per eū.

145 † Bene tamen potest Iudex, qui videt Instantiā labi etiam parte non instante ad sententiam peruenire Abb. vbi supra Alex. in l. properandum in 3. col. C. de Iudic. Rip. Auus mihi maternus, in l. 4. §. hoc autem Iudicium nu.61. ff. de damn. infect. intelligendo, vt per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 19. num. 33. cum seqq.

Secundus est casus, quando pars aduersa petit dilationem tempore instantiæ, puta, quia haberet testes in longinquis partibus, & vellet eos producere, nam tunc illud tempus, quod datur, deducitur ex instantia, adeo vt dicto tempore non currat Bar. in l. si cum ipse, ff. de excus. tut. l. petende vbi Doct. C. de temp. in integr. restit. Asin. in praxi §. 21. cap. 2. Sigismund. Scaccia de iudic. causarum ciuil. lib. 2. cap. 3. nu. 201. Alex. cons. 72. vol. 3. Pract. Papien. in forma productionis instrumenti, in verbo, in termino, sub num. 2. vbi dat cautelam parti ad protrahendam litem, vt petat dilationem, fingendo se habere testes in remo-
146 tis, ac longinquis partibus, † cui tamen fraudi in hoc Mediolani dominio est prouisum per Nou. Constit. Mediolani in tit. de Iudic. vers. &, quia quandoq; contingit, in quibus cauetur, quod volens hanc dilationem, tenetur nominare testes, quibus vti voluerit, per nomina, cognomina, & loca, in quibus habitant, & iurare per se, vel per Procuratorem generalem, quod id non facit dolo, nec per calumniam, nec in fraudem, nec animo protellandi litem, sed eis nominatis indigere ad probationem Iuris sui, & tunc Iudex habet statuere dilationem arbitrio suo, ita tamen, quod non sit maior dierum triginta vtilium, quo tempore durante, non currit terminus instantiæ causæ, & vt latius habetur ibi.

147 Tertius casus † est in causa dotis, in qua non habet locum instantia, & per consequens Iudex non punitur: non enim statutum generale compræhendit causam dotis, Ias. in l. properandum, in 4. & 5. col. C. de Iudic. Alex. cons. 63. vol. 4. ac cons. 24. eodem vol. & cons. 12. vol. 3. Ias. in l. 1. col.5. vers. quinto in quantum, ff. sol. matr.

148 † Ego tamen adhuc crediderim instantiam, de qua in hoc statuto, habere locum, etiam in causa dotis, tum quia, quod instantia habeat locum in causa dotis est magis communis, & recepta opinio, teste Asinio in praxi iudic. cap. 2. num. 69. cum seqq. pluribus, & præcipuè n.74. vbi ex Bald. Nouell. & alijs per eum relatis testatur hanc magis communem, & licet DD. supra adducti loquantur in instantia triennali de iure communi, tamen idem dicendum in casu nostro in instantia statuta-
149 ria, † cum succedat in locum instantiæ iuris cōmunis, & secundum eam reguletur: Alex. cons.42. nu. 3. vol. 3. Socin. Sen cons. 95. ad finem vol. 1. Asin. in sua prax §. 2. cap. 8. nu. 3 vers. contrariam sententiam, Carpan. ad statut. Mediolani, cap.21. nu.4. Sola ad Constitut. Pedemont. tit. de iudic. gl prima, num. 7.

Tum etiam, quia statutum nostrum vtitur illis
150 verbis, quouis modo, & ex quauis causa, † quæ verba geminata operantur, vt compræhendantur omnes causæ, ita in terminis Carpan. ad stat. Mediolani, cap. 19. nu.25. Non obstat, quod statutum
151 † generale nō compræhendat casum dotis, quia procedit solum in casibus, in quibus dos reperitur specialiter priuilegiata, secus in alijs ita Dec. in l. 2. ad finem C. vnd. liber. Rip. auus meus in d. l. 1.
152 nu. 15. ff. sol. matr. † Dos enim continetur sub regulis Iuris communis, nisi in specie reperiatur priuilegiata, Dec. cons. 301. num.9. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. nu. 96. & seq. Marsil. in rub. C. de probat. nu.70. Neuizan. cons.77. num. 16. qui citat contrarium tenentes.

Quartus casus, in quo non habet locum instantia, est in actis, quæ fiunt ante litem contestatam, in qui-

in quibus non est dari instantiam, Bal. in l. & post edictum, §. primo, ff. de iudic. Asin. in dicta praxi, capit. 3. num. 41. & ideo super his quæ emergunt ante litem contestatam instantia triennio nō clauditur Asin. d. capit. 3. num. 76. Marant. in 5. principali distinct. nume. 29. Caroc. decis. 44. etiam si quæstio penderet per mille annos, & contenderetur super legitimatione personæ, nunquam enim currit instantia, Ias. in l. properandum, C. de Iudic.

Plures alios casus videas per Marant. in suo specul. iudiciorum in verbo, & omnia fiant durante instantia num. 5. cum infinitis seqq. per Thesaur. decis. 10. per totam Annot. ad statut. Parmen. sub rubr. de modo, & ord. proced. & de instantia, vers. quid instantia causæ principalis.

153 † Sed quæro, qualiter possit caueri Iudici ad euitandam dictam pœnam, plures cautelæ ad hoc dantur, de quibus videas Felin. in cap. venerabilis, num. 21. extra de iudic. & per Asin. in sua praxi, §. 2. capit. 17. nume. 3. vbi dat cautelam, quod
154 † quoties Iudici de causa non liquet, puta quia acta ei non sint exhibita, vel alio modo, quod proferat sententiam in hunc modum, videlicet, absoluo absoluendum, & condemno condemnandū, vel absoluat partes ab obseruatione Iudicij, vel dicat condemno si probauerit, absoluo si non probauerit, & quod huiusmodi sententia lata hoc modo valeat, tenuit Bar. in l. ait Prætor, §. si Iudex, ff. de re iudic. Ias. in l. admonendi, num. 16. ff. de iureiur. Pract. Papiens. in forma sententiæ difinit in gl. incip. primo quidem, Anton. Gabr. in suis communibus, lib. 2. tit. de sententia, conclus. 1. num. 20. licet contradicat Sarmient. libr. primo, Select. interpret. capit. 13. nume. 2. & 8. ad quod confert illud, quod voluit Alex. consil. 59. num. 10. lib. 2. post Bart. in dicto §. Iudex circa finem,
155 num. 7. vbi vult, † quod, si sententia fuerit hoc modo lata, & appareat ex actis solum probatum per vnum testem, adeo, quod fuerit delatum iuramentum in supplementum probationum, iuxta materiam, l. admonendi, ff. de iureiur. vbi Ias. nu. 86. quod non dicitur purificata conditio dictæ sententiæ, & sic ille, qui ita probauit, non poterit obtinere vigore dictæ sententiæ, cum illa verba si
156 est probatum, intelligantur legitimè † cum probationis verbum simpliciter prolatum intelligatur de legitima, Ripa Auus mihi maternus, in l. fin. vers. Quinquagesimo septimo, C. de reuocan. donat. Gozad. cons. 2. nume. 22. Ias. in §. qua-
157 drupli, num. 41. instit. de action. & † iuramentum non est legitima probatio, gl. in l. cum de indebito in verbo legitimis, ff. de probat. Ias. in dicto §. quadrupli, nume. 40. Idem in l. si quando, num. 8. C. vnd. vi, & in l. fin. §. licentia, C. de iur. deliber. & in repet. l. admonendi, num. 182. ff. de iureiur. Plot. tractans de communi in repetitione, l. si quando, nume. 56 cum seq. vbi limitat duo-
158 bus modis, & infert † ad statutum loquens de probatione per modum conditionis, puta si probaueris, vt non comprætendat iuramentum, vt ibi per eum nu. 59. C. vnd. vi, alias cautelas ad euitandam pœnā, de qua in statuto nostro tradit Carpan. ad statut. Mediolani, cap. 19. nume. 42. cum seq. ex Ferrat. caut. 47. Rimin. Iun. in §. fin. nu. 21. inst. quib. alien. licet vel non, puta, dicat condemno, & absoluo, prout quisq; est condemnandus, & absoluendus.

In verbo florenorum centum auri] Idem cauetur in Nouis Constitutionibus Mediolani, in tit.
159 de iudic. §. sed omnes Iudices, vbi † imponitur pœna Iudici non terminanti causam intra tempus instantiæ aureorum centum Fisco applicanda, & idem cauetur per easdem Constitutiones, §. omnes Iudices in titulo de offic. & iurisdict. omn. Iudicum.

160 Intelligitur † tamen hoc statutum procedere, si à partibus fuerit petitum, vt processum expediret Bal. per illum tex. in l. prima, §. magistratibus, ff. de magistrat. conuen. Marsil. alios allegans in repetit. rubr. ff. de fideiuss. numero 165. & sing. 341. incip. ille qui tenetur, Riminal. Iun. in §. fin. num. 21. inst. quib. alien. licet, vel non, ita, vt Iudex non possit redargui de culpa aliqua, vt per omnes in l. ait Prætor, §. si Iudex, ff. de re Iud. Ferrat. caut. 47. ad finem.

161 Sed quæro, † quid de iure communi, qualiter puniatur Iudex non ferens sententiam intra tempus instantiæ, respondeo, quod facit litem suam, Ias. in l. vniuersa, numero 4. versic. septimo, C. de precib. Imp. off. Asin. in sua prax. §. 2. capit. 17. nume. 2.

162 † Dicitur autem Iudex facere litem suam pluribus modis, de quibus per glos. Aret. & cæteros DD. instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nasc. in princip., & in specie dicitur Iudex facere litem suam quando neglexerit iustitiam administrare, vt latè per Menoch. de arbitr. iud. cas. 341. vbi ponit etiam qua pœna puniatur Iudex faciens litem suam.

163 † Sed dubium est nunquid hæc pœna imposita à statuto nostro, tollat pœnam suprascriptam impositam à iure communi, respondeo, quod sic, Bal. in l. data opera num. 19. & seq. C. qui accus. non poss. & hæc est magis communis, & communiter obseruatur in hoc dominio, teste Iulio Claro in §. fin praxis crimin. quæst. 85. nu. 5. quicquid in contrarium voluerit, Bar. in l. 1. num. 1. ff. vi bon. rapt. & alij per eum citati, latè Menoch. in tractat. recuper. remed. 9. quæst. 51. nume. 339. hancq; opinionem magis communem, & seruandam in iudicando tradit ex pluribus, Bursat. cons. 94. nume. 4. & seq. Bertazol. consil. crimin. 265. num. 4. lib. 2. Viuius in suis communibus in verbo statutum imponens.

164 † Quod procedit etiam, si pro pœna corporali de iure communi imposita imponeretur per statutum pœna peccuniaria, Marsil. in praxi, §. sequitur, num. 2. Bursat. dicto consil. 94. nume. 5. nouissimè hanc veriorem, & æquiorem, ac per totum mundum obseruatam tradit Hyeron. à Ceual. in suo tractat. communes contra communes, quæstione 626. idem asserit Prosp. Farinac. in suo tractat. criminal. tomo tertio de varijs, & diuersis criminibus, quæstione 111. artic. sexto, num. 97.

In verbo applicanda Cameræ Magn. Domini]
166 Sed quid, si statutū nō exprimeret, † cui veniret applicanda dicta pœna, dic, quod nihilominus deberetur Fisco, nam in dubio semper pœna Fisco applicatur, quando non constat, an lex induxerit actionem, vel accusationem, Bar. in l. agraria, ff. de term. mot. Ant. Gabr. in suis communibus in titul. de malefic. conclus. 16. numero 8.
167 versiculo tertio; Amplia, vbi latè ponit † quando pœna veniat applicanda parti, & quando Fisco, & D. Auus mihi maternus Ripa post Abb. & alios in rubr. numero 102. extra de Iudicijs.

Peregr. de Iur. Fisci, lib. 4. tit. 8. de pœnis, & mulctis, vbi per quatuor conclusiones quæstionem
168 explicat, Diaz. reg. 424. & 545. † An autem hęc pœna intelligatur imposita ipso iure, an vero per sententiam, dic, quod cum simus in dubio, intelligitur imposita per sententiam, non autem ipso iure, Bal. in l. quæ ex relatione in fine, C. de legibus, Alex. consil. 103. num. 16. vbi appost. ac consilio 124. nume. primo, vbi appost. lib. primo, videas etiam Bar. in l. si quis in tantam, nu. 28. C. vnd. ui, & in l. iubemus, § sane, num. 11. C. de Sacrosanct. Eccl. & in l. Mæuius, § duorum, num. 25. ff. de le-
169 gat. secundo; Est tamen aduertendum, † quod licet pœna imponatur ipso iure, non tamen potest fieri executio facti, nisi præcedente declaratoria Iudicis, Alex. dicto cons. 103. nu. 17. vbi appost. & consil. 124. num. 2. lib. 2. latissimè Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de malef. conclus. 12. vbi ampliat, & limitat, Menoch. de arb. iudic. cas. 220. num. 6. vbi testatur de magis communi, Farinac. de inquisit. quæst. 10. num. 7. vbi plures ad hoc citat; non omitto tamen, quod dictum est pœnam non esse impositam ipso iure fuisse correctum in hoc dominio Mediolani, per Nouas Constitut. Mediolani, in tit. de Iud. §. sed omnes Iudices, vbi disponitur, Iudices non terminantes sententias intra tempus instantiæ, ipso iure intelligi incurrisse pœnā aureorum centū, eo ipso, quod causam parte instante, & debitas sportulas soluente, vel deponente non expediuerint in termino instantiæ.

170 In verbo, qui termini] † istæ terminus dicitur peremptorius, vt per Carpan. ad statut. Mediolani, cap. 21. num. primo,

171 In verbo instantia] † Quid sit instantia, videas latè Asin. in sua praxi iudiciorum, capit. 3. numero primo cum seq. vbi latè tradit de significatione huius verbi instantia, ubi post pòsita difinitione, Marant. in suo speculo in 5. par. princ. num. 2. in verbo, & omnia fiant durante instantia, necnon, & Franc. Curt. in l. postquam liti, numero 3. & numero 7. C. de pact. sequitur difinitionem instantiæ traditam ab Alciat. in l. si diuersa, numero 16. C. de transact. uidelicet, quod instantia, nihil aliud est, quam actionis exercitatio, à litis contestatione in definitiuam sententiam certo tempore coarctata, hæc autem instantia, de qua in hoc statuto successit in locum instantiæ iuris communis, de qua in l. properandum, C. de Iudic. ut ex Asin. §. 2. capit. 8. num. 3. & alijs dictum est supra in ver-
172 bo sub pœna, † est autem inuenta instantia ad hoc, ne lites fierent immortales, & sic in fauorem publicum, d. l. properandum, in princ. Socin. cons. 31. column. 4. in fine, in primo volum. Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 2. Asin. in praxi, dicto cap. 3. num. 5. æquiparatur in pluribus instantia causarum instantiæ vitæ humanæ, licet differat; quia instantia vitæ licet sit certa, quod sit peritura, ignoratur tamen dies, & hora, l. 1. ff. de cond. & demonst. instantiæ verò causarum dies, & hora certa est statuta, nempe statim lapso triennio: æquiparatur tamen nam, sicut licet corporis cursus, & meta per mortem finiatur, anima tamen immortalis, & perpetuò manet, iuxta illud, caro reuertetur in terram suā, Spiritus autem ad Deum, qui dedit illum, gl. 31. q. 4. c. 3. §. his ita, & corpus est animæ vestimentū, c. 51. si de pœnit. dist. 2. Ita perempta instantia non soluuntur acta decisoria, & iura partis, quæ semper durant, Alex. cons. 58. lib. 2. Afflict. decis. 148. nu. 3. præterea, sicut humana vita perempta duplicem potest habere resurrectionem, & eiusdem Spiritus insufflationem nempe, vel per resurrectionem vniuersalem, quæ fiet in vniuersali iuditio, vel per resurrectionem particularem, quæ ex gratia, & beneficio particulari concessa fuit ab Omnipotenti Saluatore Nostro D. Iesu Christo, de Lazaro, filio Viduæ Nain, & alijs Bart. in l. 1. num. 69. C. de Sac. Sanct. Eccles. sic & instantia causarum dupliciter potest suscitari, seu Spiritus insuflari, primò per generale remedium, nempe quia de nouo per nouā actionem, & iudicium ex ijsdem iuribus, & actionibus, lis renouatur, iuxta l. & post edictum, ff. de iud. & l. properandum, §. fin. C. eod. secundò per gratiam, & ex speciali beneficio Principis, insuflantis Spiritum instantiæ, cum certa forma refectionis impensarum, latè Capic. decis. 165. agens de hac insuflatione, Ang. in l. 2. C. de temp. appell. differūt tamen ij duo modi, si. n. per generale remediū restauratur instantia, non licet vti illismet actis, sed nouis probationibus est opus, nisi primi testes mortui essent, vbi autem instātia à Principe insuflatur ijsdemmet actis, & probationibus vtimur instar Lazari, qui eadem bona recuperauit, vt per Moscatell. latè in sua praxi iudic. part. 7. in glo. sententiam nu. 40. cum seqq. pluribus.

173 In verbo causæ] † Hoc tempus instantiæ dicitur præfixum ipsi causæ, non iudici, nec iurisdictioni eius, cum enim ex verbis statuti expressè appareat causæ hoc tempus esse præfixum, non est ab eis recedendum, Abb. in capit. venerabilis, de Iud. Bar. in l. properandum, C. de Iud. Sciendum est autem, quod aliquando tempus instantiæ præfigitur ipsi Iudici, aliquando iurisdictioni, aliquando causæ, & aliquando partibus; Dicitur autem tempus præfixum Iudici, Primò quando de hoc expressè appareat, quod statuentes voluerunt illud tempus præfigere Iudici, cum enim illo casu simus in claris, non erit opus coniecturis, l. continuus, §. cum ita, ff. de verborum obligationib. Secundò ex coniecturis hoc colligitur, de quibus per Asinium in suā praxi iudic. §. 2. capit. secundo, vt puta, quando verba in Iudicis personam sunt directa, & prout latius ibi per eum; Dicitur autem tempus præfixum Iurisdictioni, quando causa demandatur Iudici ordinariam Iurisdictionem non habenti, nam tunc tempus dicitur præfixum ipsi Iurisdictioni, dato, quod verba in Iudicem sint directa, vt per Asinium dicto §. 2. capit. primo; Dicitur pariter tempus præfixum causæ, quod est in dubio, quoties statuentes mandant causam intra certum tempus expediri, vt per Asin. vbi supra capit. 3. num. primo, prout in casu nostri statuti factum apparet; Dicitur pariter tempus præfixum partibus litigantibus, quoties statutum diceret, quod partes producant sua Iura infra tantum tempus, vel, nisi Actor infra octo dies fundauerit suam petitionem non audietur, vt per Asin. vbi supra, capit. 4.

His cognitis vtile est scire, cui tempus instan-
174 tiæ præfixum sit, † nam si præfigatur Iurisdictioni, vel instantiæ, seu causæ, tunc sententia post tempus instantiæ prolata nulla est, ita Asinius dicto §. secundo, capit. primo, numero 5. cum seq. ac capit. 3. numero 5. quando vero est præfixum tempus Iudici, siue partibus, tunc bene valet sententia lata post tempus instantiæ statutatiæ, dummodo tn̄ sit lata intra tēpus, l. properandū

C. de

C. de iud. ita Asin. vbi supra, capit. 2. num. 2. ac cap. primo, num. primo, cum seq. Carpan. ad statuta Mediolani, capit. 21. numero 22. & seqq. Illud tamen, quod dictum est, quod, quando tempus est præfixum Iudici, potest ferri sententia post dictum tempus, velim intelligas procedere regulariter, sunt enim multi casus, in quibus, licet tempus instantiæ sit præfixum Iudici, adhuc tamen sententia lata post illud tempus non valet, quorum quatuor enumerat ipse Asin. dicto §. 2. inter quos est casus, videlicet, quando instantia statutaria aliter incipiat, quam à iure communi

175 institutum sit, prout in statuto nostro † de iure enim communi instantia solum incipit à die litis contestatæ, vnde, si per mille annos staretur per litigantes ad contestandam litem, nunquam inciperet instantia, Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia numero 3. Asin. plures auctoritates adducens in §. primo, capit. primo, numero primo, Mar. Antonin. variarum resolutio num. lib. primo, resolut. 49. numero 3. in nostro autem statuto cauetur, quod instantia incepta dicatur petitione porrecta, & in actis admissa, & parti legitimè notificata, vt habetur in hoc eodem nostro statuto in verbo, quæ incepta, & etiam disponitur in Nouis Constitutionibus Mediolani, in tit. de Iudicijs, in principio in illis verbis cœptaq; lis intelligatur.

Quare, cum in casu nostro tempus instantiæ dicatur præfixum causæ, vt supra probatum est, sententia lata post dictum tempus erit nulla, ex Asin. supra adducto; Imo, quod magis est, si pariter diceretur præfixum tempus Iudici, adhuc tamen sententia post tempus lata esset nulla eò, quia ratione huius statuti aliter incipiat instantia, quam de iure communi sit dispositum, hæc omnia volui proposuisse ad declarationem eorum, quæ lato folio adducit Asin. dicto §. 2. capit. primo, cum quatuor seqq. quæ omnia, licet confusè, inordinatè, ac remissiuè refert Carpan. ad statuta Mediol. cap. 21. nu. 22. & seqq.

176 In verbo causæ principalis] † Hoc dicitur ad differentiam causæ appellationis, in qua instantia breuior est, tam ex dispositione iuris communis, quo iure instantia solum durat per annum vel biennium ad summum, habet enim solum appellans annum, vel ex causa biennium, ad prosequendam appellationem, Abb. in capit. pactiones num. secundo, & septimo, de appellat. & in capit. cum sit Romana, num. primo, & secundo, eodem tit. tex. in Aut. ei, qui, C. de temp. appell. Marant. in verbo, & quandoque appellatur num. 228. vbi latius declarat, quando detur secundum fatale, & quando tertium, propter impedimentum, quam etiam ex dispositione huius statuti, quo iure non durat instantia in causa appellationis nisi 25. dies vtiles, vt habetur in f. eodem, versic. 2. in uerbo causa. accedat etiam Neuiz. consil. 41. M. Anton. Eugen. consilio 42. Signorol. consil. 252 qui omnes pertractant materiam, quando primum, secundum, vel tertium fatale concedatur.

In uerbo non duret, nec durare possit] Istæ

177 duæ † negatiuæ huius sunt naturæ, ut præcisam necessitatem importent, ac formam, Orian. in cap. quoniam contra, cap. 2. num. 17. de dilat. latè per Carpan. ad statuta Mediolani, capit. 21. num. 31. ubi latè ponit, quando possit renunciari statuto negatiuo, de quo ibi per eum, & dicetur infra opportuniori loco, & dicemus in uerbo, nunquid huiusmodi instantiæ statutariæ renunciari possit.

178 In uerbo ultra tempus] † Hæc uerba important, vt instantia non desinat currere, dato, quod interueniat impedimentum iudicis, ex magis communi DD. sententia, prout testatur Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia numero 31. vbi dat cautelam parti, vt quando videt instantiam perire ob impedimentum iudicis, sæpius protestetur, nam tunc hoc illi proderit ad obtinendam restitutionem in integrum aduersus lapsum instantiæ, idem tenet Asin. §. 2. capit. 6. circa finem, vbi refert plures Doctores testantes de magis communi, cui addo latè Odd. de restitut. in integrum, quæst. 67. artit. 5. vbi distin-

179 guit, † quod, aut contra Iudicem nulla actio competit, & tunc concludit in subsidium dari restitutionem in integrum ex communi Doct. sententia, vt ibi per eum, num. 29. Aut est aliter consultum parti, quia habet recursum contra Iudicem, & tunc dicit magis communem esse, quod non detur restitutio, vt per eum nume. 32. licet numero 33. testetur semper putasse veriorem fuisse primam opinionem, vt scilicet detur restitutio in integrum aduersus lapsum instantiæ, siue detur recursus contra Iudicem, siue non, & ita videtur

180 tenendum, cum sit magis æquum; † non enim temporibus nostris, est ita facilè agere aduersus Iudices, imo periculosum videtur, vt docet experientia, quæ est rerum efficax magistra, capit. quam sit de elect. in 6. & nunquam vidi agi con-

181 tra Iudices ob lapsum instantiæ; † quando autem instantia dicatur perijsse facto, & culpa partium, aut Iudicis, ostendit Crauet. consilio 270. col. 2. & seq. lib. 2.

182 † Ampliatur, vt etiam maiori detur restitutio in integrum aduersus lapsum instantiæ, siue impedimentum processerit ex facto Iudicis, vt supra dictum est, siue processerit ex facto Rei, & ab ipso Reo, secundum magis communem opinionem, de qua per Abbat. in cap. venerabilis de appellat. & alios alegatos per Odd. d. quæst. 67. articulo 3 num. 21.

183 † Fallit, quando impedimentum processisset facto, & culpa tertij, nam tunc datur actio de dolo contra eum, non autem competit restitutio, dummodo tamen, duo copulatiuè interueniant. Primum est, quod iste tertius dolosè præstiterit impedimentum; Secundum, quod soluendo sit, alias, si hæc duo copulatiuè non interueniant, sed vnum tantum ex his, tunc enim datur in subsidium remedium restitutionis in integrum ex Odd. vbi supra art. 4. num. 24. & 26.

Et veniendo ad principalem nostram conclusionem, quod istud tempus instantiæ statutariæ

184 currat, etiam stante impedimento Iudicis, † dico pariter verum esse, & procedere etiam tempore pestis, & belli, cum tempus instantiæ sit continuum, Ripa Auus mihi maternus in suo solemni, ac famoso tractatu de peste, in tit. de priuil. iud. causa pestis priuil. secundo, num. 35. Asin. in dicta praxi, §. secundo, capit. 11. num. 34. & pariter currit, quando casu fortuito impeditur iudicium prosequi, in his tamen casibus dari restitutionem aduersus huiusmodi lapsum instantiæ concludit Asin. dicto cap. 11. vbi ibi per eum sequitur Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 21. nu. 61. cum duob. seqq.

185 Sunt tamen plures casus, in quibus instantia non currit, sed suspenditur, de quibus per Asin. dicto §. 2. capit. 11. per totum, quos congerit Carpan. dicto capit. 21. numero 65. vsque ad numerum 80. vbi enumerat 14. casus, in quibus instantia non currit, sed suspenditur, quos casus non refero, cum habeas ibi congestos per ipsummet Carpan. potes etiam videre Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, & præter istos accedat Thesaur. decis. 10. per totam, Caroc. decis. 44. num. 5. & seq. & ibi num. 2. ostendit, qualiter calculanda sit instantia.

186 In verbo quadraginta dierum vtilium] † Hoc statutum nostrum est conforme dispositioni Nou. Const. Mediolani in tit. de iudic. in princ. est tamen correctorium iuris communis, quo iure instantia de iure ciuili loquendo generaliter durat triennio, l. properandum, vbi DD. C. de iudic. & hoc in causis ciuilibus, in causis verò criminalibus biennio, d. l. properandum, Asin. in sua prax. iud. in principio, cap. 3. num. 15. cum seq. Marant. in d. verbo, & omnia fiant durante instantia num. 5. cum seqq. pluribus, vbi ampliat, & limitat pluribus modis, quod procedit de iure ciuili loquendo,
187 secus autem de iure canonico, † quo iure instantia nunquam perit, sed semper durat secundum communem Doct. sententiam, prout tradunt Abb. Felin. ac cæteri in c. pen. extra de iud. Alex cons. 23. num. 3. lib. 3. Marant. vbi supra num. 14. vbi vult procedere in causis, tàm ciuilibus, quàm criminalibus, in quibus de iure canonico nunquam perit, & sic in terris ecclesiasticis, & in foro ecclesiastico, actor non grauatur onere sustinendi instantiam, vt ibi per eum, sequitur Asin. d. cap. 3. nu. 21. vbi testatur hanc probabiliorem, & veriorem esse, verum tamen est, quod Iulius Clar. in §. fin. praxis crim. q. 51. nu 8. testatur de iure canonico habere locum instantiam in causis criminalibus; & illud, quod dicitur in foro ecclesiastico, vel in terris Ecclesiæ, dicimus etiam procedere in foro laico, quando causa esset ecclesiastica, nam tunc etiam ibi instantia nunquam perit, c. venerabilis vbi Abb. nu. 12. extra de iud. licet secus sit in causa clerici coram Iudice sæculari agitata, quæ non gaudet hoc priuilegio, vt per Abb. ibi Barbat. consil. 1.
188 column. prima, in princ. volum. 3. num. 27. † Sed dubium est, an instantia cœpta cum laico transeat in clericum successorem, & quicquid aliqui tentauerint, ego crediderim instantiam cœptam transire in clericum coram eodem Iudice sæculari, est namq; in iure certum, quod instantia cœpta cum defuncto transit in successorem, l. si constante, §. fin. vbi Alex. ff. sol. matr. Bal. in l. si intra C. de restit. in integr. Soc. cons. 31. num. 8. volum. 1. Neuiz. cons. 20. nu. 31. & lex generaliter loquitur de hærede, ergo tam de Clerico, quam laico; com-
189 probatur, quia ex persona successoris non variatur obligatio, l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig. Felin. in cap. quia column. 3. de iud. Cagnol. in l. 2. num. 252. C. de pac. inter empt. & vend. & ita tenuit Ang. in l. hæres absens circa medium ff. de iud. vbi Castr. Roman. in l. si constante num. 14. vbi Alex. ff. solut. matrim. Barbat. consil. primo, volum. 3. & secundum hanc vidisse iudicari testatur Cagn. in l. 2. num. 249. & seq. C. de pac. inter empt. & vend. & in praxi seruari testatur Boer. decis. 69. num. 32. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 72. & latè Surd. consil. 222. per totum lib. 2. & decis. 110. & ita vidi semper seruari, quicquid contrarium disputando tenuerit Mart. in tractat. de iurisdict. part. 4. cent. prima, cas. 33.

Illud tamen, quod dictum est, instantiam de iure ciuili durare triennio, vel biennio, non sem-
190 per indistinctè procedit, † Aliquando enim in certis casibus specialibus est minoris temporis, puta annualis, sex mensium, trium mensium, duorum mensium, vigintiquinque dierum, & etiam aliquando trium dierum, quos omnes casus enumerat Asin. dicto cap. 3. num. 77. cum seqq. pluribus, Carpan. ad cap. 21. num. 82.

Præter autem casus, in quibus de iure commu-
191 ni instantia non perit, † sunt etiam plures alij enumerati per Nouas Constit. Mediolani, in tit. de Iudic. §. hæc tamen constitutio, in quibus instantia hęc quadraginta dierum nō habet locum, videlicet in causis vertentibus coram Senatoribus, vel Senatu, coram Quæstoribus ordinarijs, & extraordinarijs, Capitaneo Iustitiæ, Præfectis annonæ, Conseruatoribus Sanitatis, ac Executoribus Cameræ, & in causis compromissorum voluntariorum, in quibus seruatur tempus statutum à partibus, in quorum defectum seruatur tempus compromissorum neccessariorum, quod Papiæ habet instantiam quadraginta dierum vtilium, vt infra cauetur statuto vigessimoquinto sub rub. de compromissis fiendis inter parentes, affines, & vicinos.

Redeundo igitur ad materiam nostram, quæ-
192 ritur, nunquid statutum potuerit corrigere, l. properandum, & abbreuiare instantiam, ac illam reducere ad tempus quadraginta dierum vtilium, & dic, quod sic, cum enim de iure ciuili sit instantia limitata ad triennium, potest
193 per aliud ius ciuile, & sic per statuta, † quæ dicuntur iura ciuilia, l. omnes populi, vbi Doctores ff. de iustitia, & iure, §. sed naturalia inst. de iure nat. gent. & ciuil. tolli, & minui, prout in terminis nostris, firmat Asin. in sua praxi, capit. 8. num primo, cum seq. ante eum Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, numero 17. Bossius in titul. de statut. num. 18. Mysing. de obseruat. centur. 3. obseruat. 46. num. primo, Carpan. ad capit. 21. nu. 85. cum seq.

In verbo vtilium] pro intelligentia sciendum
194 est, † quod dies incipit, & determinatur diuersimode in iure, secundum Bal. in cap. quoniam, num. 3. extra de ferijs; primò enim sumitur pro die naturali vniformi, & perpetuo, & hic incipit secundum morem Romanum à media nocte, & finit in media nocte sequenti, l. more Romano ff. de ferijs, & continet horas 23. & quædam momenta, gl. in l. cum bisextus, ff. de verborum significat. quod deseruit ad esum carnium, ad ieiunia, ad conficienda instrumenta, ad obligatum soluere certa die, vel comparere, aut appellare, poterunt namq; isthæc expleri vsque ad mediam noctem, vt post Doctores in dicta l. more Romano, & Tiraquell. ac alios pulcrè docet Sigismund. Scaccia de iudic. causarum ciuil. lib. 2. capit. 3. quæst. 16. numero 318. & seq. quod secus est dicendum in actibus contentiosæ iurisdictionis, qui habent certam horam, isti enim de nocte fieri non possunt si partis citatio requiratur, vt est sententiam proferre, testium examen, Felin. in cap. consuluit sub num. 18. de offic. deleg. Sigism. Scac. d. quæst. 16. num. 330. & seq.

Huius diei principij, aliqui mane appellarunt,

vel

vel quia tunc manat ab oriẽte dies, vel quia ab inferis idest, manibus veniat, aut boni hominis causa, vt per Macrob. lib. primo, Saturnal. cap. 3. mane enim veteres bonũ dicebant, sinẽ dij manes, cuius contrarium est immanis, vt latè per Tiraq. de retract. lignag. §. primo, gl. 11. per totum, vbi nu. 2. rationes inuestigat, cur de media nocte dies incipiat, & ista dies naturalis secundum alios appellatur vulgaris, potest, quę per statuta locorum aliter præscribi, augeri, vel minui, vt ibidem per Tiraq. num. 4.

195 † Quidam est dies vsualis qui consistit in operibus hominum, & incipit ab oriente sole, vsque ad occasum, l. prima, ff. de operis libert. & de hoc communiter intelligunt operarij, qui conueniunt
196 laborare pro tanta mercede singulis diebus; † Quædam est dies artificialis hominis artificio inducta, puta si sit statutum, quod dies incipiat ab vno sono campanæ vsq; ad alium, nam tunc dice-
197 retur dies artificialis, † quædam est dies ceremonialis, de qua loquitur cap. quoniam de ferijs.
198 Aliquando, & vltimo. Quædã † appellatur dies emergens, quæ computatur de momento ad momentum, vt in Auth. ei qui C. de temporib. appellat. & de hac die emergenti loquitur statutum no-
199 strum, dum vult † causam, siue instantiam durare per 40. dies, scilicet computandos de momento ad momentũ, ita visus est tenere Bald. in d. auth. ei qui, sub num. 3. est etiam dies ciuilis spatium horarum 24. continens, quibus reuolutio totius cœli absoluitur, & secundũ aliquos naturalis
200 etiam nuncupatur, † datur etiã dies conuentionalis, qui à partium conuentione tempus sumit, vt in l. eum, qui certarum, ff. de verb. oblig.
201 Tiraq. in dicta glos. 11. num. 7. & 8. † Item dies ecclesiasticus, qui non vniformiter, sed varijs modis ex ratione subiecti sumitur, nam quo ad indulgentias, & priuilegia terminatur de vespere in vesperas inclusiue, clem. prima de reliquis, & venerat. Sanctorum, quædam ad æsium carnium, qui post cænam incipit, cap. de æsu carnium de consecrat. distinct. 3. licet aliqui dicant constitui à media nocte, glo. in cap. primo de consecrat. distinct. 3. alij quo ad ordinum collationem de quo in capit. quidam patribus, vbi glos. & Archid. & in cap. quod die Dominico 75. distinct. & in cap. litteras de temporib. ordinand. cætera, quo ad diuina officia, de quo in cap. 2. vbi omnes de ferijs abunde. Tiraq. in d. tractatu de retract. lignag. §. 5. glos. 11. num. 12. & seq. Mar. Ant. Eug. consil. 48. per totum, latius, & melius Sigismund. Scac. de iudic. caus. ciuil. & crimin. lib. 2. cap. 3. quæst. 15. à nu. 294. vsque ad numerum 359. & ibi num. 318. differit, quomodo in dispositione legis, vel hominis dies intelligatur.

202 Istorum autem dierum, † quidam dicitur continuus, quidam vtilis, dies continuus dicitur omnis dies currens, siue feriata, siue non feriata, siue currat in præsentia, siue in absentia, siue sit copia
203 Iudicis, siue non, † vtilis verò dicitur dies non feriata, in quo non computatur dies absentiæ, & ij, in quibus non est agendi copia iustè impeditis, glo. magistralis in clementina prima, de restitute in integrum, Gomes. in §. rursus, num. 32. inst. d. actionibus, sequitur Asin. in sua praxi cap. 8. nu. 19. cum seq.

204 † In dubio autem appellatione dierum, intelligitur de continuis, non etiam de vtilibus, glo. in rub. ff. de diuers. & temp. præscript. Ias. in d. §. rursus, nu. 62. cum duobus sequentib. & ideo nisi statuentes expressissent de vtilibus, intelligeretur istud tempus de continuo, & ibi per Ias. Asin. dict. cap. 8. vbi plures adducit Socin. consil. 118. num. 6. volum. 4. Bec. consil. 99. num. 14. lib. primo,
205 Surd. decis. 189. num. primo, † An autem dies termini computetur in termino præter DD. maxime Ias. in l. prima, ff. si quis caut. videndus, Tiraq. in dicto §. 8. glos. 17. num. 20. & sequentib. pluribus, Marc. Anton. Eugen. consil. 48. per totum.

206 † Sed iuxta hoc contigit dubitari nunquid instantia principalis vltra dictos 40. dies vtiles valeat partium consensu prorogari, & primo videamus de instantia triennali, & dic illam minime posse prorogari partium consensu, etiam cum iuramento, glos. in l. properandum in principio, in verbo triennij vbi Bar. & DD. cõmuniter, C. de iudicij, Curt. in l. 2. §. si & iudex, nu. 7. ff. de iudicijs, qui dicit hanc esse communem, etiam interueniente
207 iuramento, † quod procedit, vt nec Iudex partium consensu valeat eam prorogare, Corneus consil. 182. num. 5. volum. 3. & hanc communem ait pluribus citatis, Asinius in sua praxi, §. 2. cap. 8. vbi infinitos ad hoc allegat, quos omnes longũ esset refferre, & ideo sufficiat locus, sequitur Maranta in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 23. qui vult hoc procedere, etiam
208 si vltra iuramentum apposita esset pœna, † adeo vt nec etiam possit prorogari per compromissum, & sic, nec tacitè, nec expresse, Roman. cons. 174. col. prima in fine, Marant. vbi supra num. 24. Didac. Coaruu. in tract. de testament. §. primo, parte 2. num. 4. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 21. num. 88. & seq. Sigismund. Scacc. de iudic. caus. ciuil. lib. 2. cap. 2. dub. 4. num. 680. & seq.

Hanc tamen magis communem, vellim intelligas procedere in causa principali, & ita loquuntur
209 DD. supra citati, † secus autem in causa appellationis, Marant. in praxi, in verbo, & quandoque appellatur in 3. quæst. princip. versic. secundo limita, nisi de voluntate, vbi concludit tempus ad prosequendam appellationem statutum, posse de partium consensu prorogari, & adducit rationem diuersitatis à causa principali, quę est, quia ex peremptione instantiæ in causa appellationis grauissimum infertur preiuditium cum totum appellantis ius pereat, si vero perimatur instãtia in causa principali pereunt acta tãtum, clem. si appellationem de appell. Abb. in cap. penult. sub nu. 14. extra de iudic. Felin. in cap. ex ratione vbi Franc. de appell. Bald. in l. final. C. de tempor. appellat. Archidiacon. in c. anteriorũ 2. q. 6. latè Cesar Bara. decis. Bonon. 32. num. 3 & seqq.

Limita secundo, vt licet non valeat partium consensu prorogari instantia causæ principalis,
210 † bene tamen possit prorogari per Principem, Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia num. 19. alias duas limitationes, tradit Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 21. num. 89.
211 scilicet, † quando post triennium partes vnico contextu, & consensu, reassumerent omnia acta. Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante
212 instantia, num. 45. vel etiam si post lapsum triennij partes non opponant de lapsu instãtię, prout de his duabus habetur per Asin. d. §. 2. cap. 16. nu. 2. & seq. vbi tamen dicit has cautelas posse eludere Iudicem cum possit partes in iudicium venientes

perempta instantia repellere, Innoc. in cap. per tuas de restib. & in c. ex insinuatione de appellat. poterunt tamē esse vtiles, si Iudex non aduertat ad instantiæ lapsum, vel nolit partes repellere, vt ibi per eum, quod ego nunquam facerem partibus non opponentibus.

Et sic ex his apparet, quid in instantia triennali, sed † dubium est in instantia per statutum restricta, vt in casu nostro, nunquid illa valeat per consen sū partium prorogari, & posse prorogari vsque ad triennium, & non vltra, tenet Saly c. in d. l. properandum vbi Alex. in 2. col. in fine, & seq. vbi etiā Ias. col. pen. Felyn. in cap. venerabilis, col. 4. in fine, versic. secunda declaratio extra, de iudicijs, & hanc magis cōmunem testatur, Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, nu. 25. alios etiam tenentes hanc opinionē refert, Asin. in d. cap. 8. §. 2. nu. 3.

213

214 † Contrariam opinionem, quod imo prorogari non possit hęc nostra instantia statutaria partium consensu, tenuit Alex. sibi contrarius cons. 24. col. fin. in quarto vol. Ricard. Malumb. in d. l. properandum, Lucas de Pena in l. vtilitas publica, in prima col. vers. secundo quæritur, C. de primipil. lib. 12. Soc. iun. cons. 132. nu. 2. & cons. 133. nu. primo, vol. 2. Capic. decis. 11. num. 17. fundatur autē hæc opinio ea irrefragabili ratione, quia hæc nostra instantia statutaria successit in locum instantiæ triennalis, & eius naturam prorsus retinet, Neuiz. consil. 24. num. primo, & secundum eam regulari debet, Ias. in d. l. properandum in princip. col. pen. versic. contrarium.

215 † Quid tenendu̅? secūdā opinionē amplector vti veriorem, nempe, quod non possit prorogari, & hæc est tutior, licet fortasse contraria sit communis, prout hanc tenet in puncto Asin. dicto cap. 8. circa finem, §. 2. & maxime tenenda est, ex quo per nostrum statutum tempus instantiæ præfixum est causæ, vt supra latę demonstrauimus in verbo causę, hoc eodem statuto, quo casu prorogari non potest, prout declarat Franc. Aretin. in dicto cap. venerabilis, quem refert, Curt. in d. l. 2. §. si & Iudex, num. 7. ff. de iudic. prout animaduertit idem Asin. d. cap. 8. in fine, vbi dicit hoc penitus carere dubitatione.

Non omitto tamen, quod in hoc Dominio Mediolani, per Nouas † Constitutiones Med. in tit. de iudicijs, §. & quia sæpissime, datur facultas prorogandi instantiam mutuuo partium consensu, & etiam alteri parti adhibito iuramento, vt ibi latius habetur, quia si intra tale tempus prorogatū causa ipsa non potest expediri habetur recursus ad Senatum Excellentissimū Mediolani, facta mentione in precibus omnium prorogationum, & causę impedimenti, & præstito iuramento, tàm per Iudicem, quam per supplicantem, causas expressas esse veras, & nō petere per calumniam &c. & tunc Senatus Excellentissimus solet concedere litteras, quæ appellantur de forma huius tenoris.

216

Dilecte noster, attenta fide vestra, volumus, vt instantiam causæ de qua meminit inclusa supplicatio, prorogetis à fine per mensem, vbi lapsa non sint fatalia à iure communi data, decernentes nullum tempus currisse à die porrectę supplicationis, vsq; ad litterarum nostrarum præsentationem termino sex dierum faciendam. Dat. Mediolani die &c † qui terminus repræsentandi, tale rescriptū est continuus, & currunt etiam dies feriati in honorem Dei, vt voluit Bart. in l. prima, C. de dillat.

217

illi verò dies intercalares, & seu qui intercedunt à die porrectæ supplicationis vsq; ad præsentationē rescripti, protrahunt instantiam ipsam sicuti, ita de stylo, ac consuetudine obseruatur, tàm in præsenti Ciuitate Papiæ; quam Mediolani.

Non omitto, quod etiam conceditur prorogatio eo modo de quo infra in Decreto 24. inserto in fine horum statutorum.

218 † Sed quid si actor post cæptam instantiam moriatur intra tamen tempus instantiæ, dic quod instantia cepta transit ad hæredes actiuè, & passiuè, dummodo tamen sint hæredes vniuersales, secus vero si essent particulares, ita Bart. in l. si cum hominem, ff. de fideiuss. Pract. Papiens. in forma executionis sententiæ diffinitiuæ in gl. prima, nu. 28. cum alijs, de quibus per Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, nu. 12. adeo vt ipsi hæredes conueniantur, si defunctus fuerit actor, si vero fuerit reus hæredes conueniantur, dummodo tamen obseruetur ad validitatem actorum, vt hæredes non defuncti nomine agant, prout considerauit, Curt. in l. eius, qui num. 18. ff. si cert. pet. possent plures alij adduci ad hanc conclusionem, quos videre, licet per Asyn. in d. praxi, §. 2. c. 12. num. 4. cum seq. Caballin. milleloq. 943. Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 65. & latius in tract. de fideicom. art. 53. nu. 18. cum seq. Cesar Barz. decis. 36. num. 7. & seqq. & mouentur prefati Doct. ea

219 tritissima regula, eo quia † hæres vniuersalis fingitur vna, & eadem persona cum defuncto, vt in auth. de iureiur. à moriente præstito in princ. de qua regula latissime per Ioseph. Ludouic. in suis communib. conclus. 16.

220 † Amplia procedere, vt instantia cępta transeat etiam ad Fiscum, vti hæredem succedentem, non autem vti successorem vniuersalem, intelligendo vt per Asin. dicto cap. 12. num. 24. cum seq. pluribus vbi distinguit, & ratio est, quia cum Fiscus succedit priuato, vtitur iure priuati, l. Fiscus la prima, ff.

221 de iur. Fisci, hinc infertur, † quod si Fiscus succedat ex publicatione bonorum, instantia in eum nō transeat, cum dicatur succedere vti successor vniuersalis, non vti hæres, ideo Fiscus erit conueniendus coram suis Iudicibus, Boss. in tit. de bonorum pub. nu. 24. Asin. d. cap. 12. nu. 32. cum seq. Peregr. de iur. Fis. lib. 5. tit. primo, num. 65. & clarius lib. 7. tit. primo, num. 11. & de fideicom. artic. 53. nu. 23. solet tamen Senatus Excellentissimus ita testante Bossio in tit. de Fisco, & priuileg. eius nu. 46. vers. Senatus &c. ad effectum, vt parcatur laboribus, & impensis ordinare, quod si causa sit instructa stetur coram Iudice primo, & quod bona ponantur ad proclama nomine Fisci, ita attestatur etiā Carpan. ad d. cap. 21. num. 56. & quæ dicta sunt Fiscū successorem non teneri stare instantiæ ceptæ contra priuatum procedit in causa principali, secus in causa appellationis, tunc enim tenetur iuditium prosequi coram Iudice priuati, Salic. in l. prima, C. si pendent appell. Peregr. d. tract. de iure Fis. lib. 7. tit. primo, nu. 12.

222 † Amplia, vt etiam transeat de patre in filium, etiam non hæredem, & è contra, Asin. d. §. 2. cap. 13. num. primo, cum tribus seq. vbi nu. 5. vult hoc non procedere in filio, qui beneficio, Auth. bona damnatorum, C. de bonis pręscript. ad parentum bona admittitur, cum tunc non iure hereditario, sed speciali priuilegio, & iuris, ac legis concessione succedere dicatur, vt ibi per eum, & per Peregr. de fideic. artic. 53. nu. 20. & 26.

Amplia

223 † Amplia, vt instantia cepta, ac incoata, cum defuncto mediante persona hæredis restituentis, transeat in fideicommissarium vniuersalem, l. prima, vbi Bart. ff. ad trebell. secus autem si instantia est incepta cum ipso hærede, nam tunc cum non sit hæreditaria in fideicommissarium non transit, l. cum hæreditas, ff. ad trebell. & ideo ad effectum, vt transferatur in ipsum fideicommissarium opus erit cessione, Alex. in l. prima, num. 2. ff. ad trebell. ita Asin. d. cap. 13. nu. 8. vsq; ad num. 14. Peregrin. de fideicom. artic. 53. num. 19.

224 † Amplia, vt instantia incoata cum defuncto dignitatis, vel administrationis nomine, in successorem dignitatis, vel administrationis transeat, Abb. in cap. quia v., num. 11. vbi Dec. nu. 8. de iudicijs, hinc infertur, quod instantia incoata corā vno Iudice transeat in aliū, dūmodo sit in eius locum subrogatus, & habeat eandem iurisdictionē, ita Asin. in dicto cap. 13. nu. 14. cum duobus seq. Peregr. de fideicom. artic. 53. num. 28.

225 † Fallit primo hæc conclusio, vt in successorem singularem voluntarium non transeat, Ang. in l. tam ex contractibus, num. 2. ff. de iudic. nisi secundum Asin. in d. cap. 13. nu. 36. cum sequenti, successor singularis ex aliqua necessitate succedat exemplum, si res de qua iudicium pendebat alteri adiudicata fuerit, nam tunc etiam in eum transfertur instantia, l in iudicio, ff. famil. ercis. Pereg. de fideic. artic. 53. num. 24. duplicem considerans necessitatem respectu rei, & respectu actionis, & latè versatur sub num. seqq.

226 † Fallit secundo, vt instantia incoata cum defuncto laico in ecclesiam, vel clericum non transeat secundum aliquos ex magis communi Doct. sententia, sed ecclesia, & clericus coram suo Iudice ecclesiastico conueniendi, non tamen status causę est mutandus, sed solummodo eo modo, quo corā Iudice laico reperiebatur causa ad ecclesiasticum Iudicem est transferanda, coram quo ordo à iure ciuili introductus obseruari debet, ita Asin. d. ca. 12. num. 44. vsq; ad num. 59. Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 13. Surd. cons. 222. num. 4. Marta in tract. de iurisdict. part. 4. centur. prima, cas. 33. per totum, intelligendo tamen, dummodo clericus vtatur priuilegio incerto in corpore iuris, secus si vellet vti speciali priuilegio sibi à Papa concesso, vt coram suo Episcopo conueniri nō possit, vt per Asin. vbi supra nu. 59. post Felyn. per eum citatū, in hoc tamen articulo vide quæ dixi supra num. 188. & seq. nam & si de iure disputando hæc opinio sustineri posset in praxi tamen contrariū seruatur, vt ibi dixi.

227 † Fallit tertio, vt hæc instantia cum defuncto incoata, non transeat in hæredem domicilium nō habentem, nec succedentem in foro defuncti,
228 Asin. dicto cap. 12. num. 13. & 14. † vel quoties instantia esset compromissi; hæc enim ad hæredē non transit, Bart. Bal. in l. diem proferre, vbi Alberic. ff. de recep. arbit. Asin. dicto cap. 12. nu. 15.
229 & ratio est, licet Asin. non referat, quia † compromissum non transit, in hæredem, sed extinguitur morte vnius ex compromittentibus, c. fin. de arbitr. & latè per Blanc. de comprom. quæst. 7. nu. primo, cum seq. Camil. Borel. in tract. de compromiss. quæst. 2. gl. 4. num. 130. & seqq.

230 † Fallit quarto, vt non trāseat in bonorum successorem ante litem contestatam, Asin. dicto cap. 12. nu. 29. nec in monasterium, aut patrem arrogantem, Asin. vbi supra nu. 30. Peregr. dicto art. 53. num. 21.

231 † An autem instantia incoata transeat de procuratore in dominum, & è cōtra, vide Asin. distinguentem dicto cap. 13. nu. 17. cum seq. pluribus.

232 † Sed dubium est, quid si creditor incoet instantiam cum debitore, qui post moriatur, nullo relicto certo hærede, adeo quod dubiū sit, ad quē pertineat dicta hæreditas, qualiter consulatur ipsi creditori, ne interim labatur instantia; & dic ex Soc. sen. cons. 31. nu. 8. versic. sed quoniam, vol. primo, creditori consuli per restitutionem in integrum, nisi fortasse ante lapsum instantiæ declaretur, ad quem pertineat hæreditas, tunc enim creditor teneretur prosequi instantiam aduersus hæredem, ita declaratum; si verò non declaretur, posset etiam consuli, vt detur curator bonis cum quo prosequatur instantiam, vt etiam sequitur Asin. d. cap. 13. nu. 17. cum seq.

233 † His sic cognitis, reliquum est videre, † nūquid si dicta instantia quadraginta dierum transierit, an acta iudiciaria pereant, & an iudex post lapsū dicti temporis valeat sententiam proferre validè; & distingue, quia quędem sunt acta iudicialia, quę tendunt ad ordinationem litis, quæ dicuntur litis ordinatoria, & hæc sunt productio libelli, litis cōtestatio iuramentum calumniæ, terminus probatorius, satisdatio, & alia similia, & hæc omnia pereunt, ita Abb. in cap. venerabilis, col. 6. versic. quærò, quæ acta de iudicijs, Alex. cons. 58. num. 1. cum duobus seq. lib. 2. quædam sunt acta probatoria tendentia ad decisionem litis, quæ alio nomine dicuntur acta causæ, seu litis, vt attestationes publicatæ, siue depositiones testium, instrumenta, confessiones, & alia similia, & hæc non pereunt, sed faciunt fidem in eadem causa, in alia tamen instantia, l. properandum, §. & si quidem vbi Bar. C. de iudicijs, idem in l. cum lite mota, ff. iudic. solui. Alex. d. cons. 58. nu. primo, cum duob. seq. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 21. nu. 96. & seq. Caroc. decis. 44. num. 3. dummodo tamen hæc omnia acta fuerint publicata in prima instantia, nam si non essent publicata, non facerent fidē in alia. Bart. in d. l. cum lite motta, & tunc quando instantia de nouo incipit, solent de nouo dictæ probationes receptæ in prima instantia, & publicatæ, produci, & tunc faciunt plenā fidem. Alex. consil. 61. col. 3. & fine vol. 2. Marant. latè in d. verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 55.
234 cum seq. vbi etiam quęrit, † an testes, qui non fuerunt publicati in prima instantia, quo casu non probant per supradicta, possint peti publicari in secunda instantia, & concludit, quod si sunt viui, & possunt iterum produci, non poterunt publicari per iudicē secundæ instantiæ, si vero mortui, benè poterunt publicari, & faciunt fidem, vt ibi per eum.

Quod autem dictum est, acta probatoria publicata in prima instantia facere fidem in secunda,
235 † intelligas procedere in causa ciuili, secus in causa criminali, in qua per lapsum instantiæ omnia acta tàm probatoria, quā ordinatoria pereunt Alex. in l. properandum, §. fin. Marant. vbi supra nu. 57. ex quo infertur, in causa criminali perempta instantia accusatorem, amplius accusare non posse. Salicet. in l. abolitionem, colum. prima, C. de adulterijs; quod intellige secundum Asin. d. §. 2.
236 cap. 16. num. 24. † quando instantia est perempta negligentia accusatoris, secus si negligentia Iudi-

dis

cis, tunc enim bene poterit de nouo accusator a c.-cusare secundum eum, hoc tamen parum facit in
237 hoc Ducatu Mediolani, in † quo non seruatur instantia in causis criminalibus, siue sit instantia iuris communis, siue statutaria, siue Nouarũ Constitutionum Mediolani, sed ex generali consuetudine Iudex etiam perempta instantia prosequitur processum, prout testatur, Bossius in sua praxi in tit. de Inquisitione, num. 89. & in tit. de sententijs, num. 108. quem refert, & sequitur Iulius Clarus in §. fin. praxis crim. quæst. 51. num. 8. versic. alia etiam est defensio vbi Baiard. in addit. ad eum nu. 19. cum seq. vbi latissimè ponit quid de iure.
238 † Erit igitur conclusio, † quod instantia perempta in causa ciuili, non pereat actio, quin de nouo quis possit agere, & causam incipere, licet secus sit in criminalibus, per supradicta, ita Bar. in l. petende, nu. 4. C. de in integr. rest. postul. Asin. in dicta praxi cap. 3. num. 4. ac §. 2. cap. 15. num. 11. tenetur tamen agens de nouo testes producere per supradicta, & indistinctè, & ante omnia reficere
239 expensas, † cũ perempta instantia semper actor condemnetur ad expensas, vt per Bal. in l. properandũ, §. illo in fin. C. de iudic. Lafranc. de Orian. in cap. quoniam contra, in fine de appell. Marant. in d. verbo, & omnia fiant durante instantia, n. 48. & infra dicetur circa restaurationem instantiæ.
240 Sed iuxta hoc quæro † nunquid instantia perempta pereat Iurisdictio Iudicis, adeout post lapsum instantiæ non possit ferre senten tiam, & circa hoc distinguendũ videtur, nã aut quærimus nunquid instantia perempta, possit Iudex ferre sententiam absolutoriã ab obseruatione iudicij, aut verò quærimus, nunquid possit ferre sententiam absolutoriam, vel condemnatoriam in causa principali, & sic sententiam diffinitiuam; In primo casu indubitabilis iuris est, Iudicem posse perempta instantia Reum absoluere ab obseruatione iudicij, & condemnare Actorem in expensis, l. final. C. si intra cert. temp. Alex. cons. 46. post princ. in 5. vol. & cõs. 136. col. prima, ac cons. 138. col. prima, vol. primo, infinitas ad hoc congerit auctoritates, Vantius de nullit. in tit. de nullit. ex deffect. iurisd. & vnde, ac quibus modis prouen iat, n. 127. vers. Insuper, Marant. in d. verbo, & omnia fiant durante instantia, nu. 59. Asin. §. 2. cap. 15. nu. 15. cum seq. Pract. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in verbo, & expensis, nu. 6. Sigismund. Scac. de iudic. caus. ciu. lib. 2. cap. 2. n. 714. qui extendit hoc, idem ad Iudicem compromissarium, seu arbitrum, nisi tamen in compromisso certum tempus adiectum foret, vel à statuto certum tẽpus esset præfixum, vt ibi per eũ, nu. 717. & seq. ex quo infertur, quod poterit etiam declarare instantiam peremptam, & condemnare Actorem in expensis, Bart. in l. properandũ, §. illud procul dubio, quem communiter sequuntur DD. C. de iudic. Asin. d. cap. 15. nu. 15. & poterit declarare, se non Iudicem, Grãmat. decis. 91. nu. 4. Vantius in d. tit. de nullit. ex deffect. iurisd. n. 127. Asin. d. cap. 15. nu. 27. & hæc omnia potest facere Iudex instantia perempta, cum non tendãt ad deffinitionem negotij principalis, prout etiam nouissimè tenuit Carpan. ad statuta Mediolani c. 21. nu. 110.
241 † Aut verò, & sic secundo casu quærimus nunquid instãtia perempta, possit Iudex ferre sententiam super negotio principali, absoluẽdo, vel condemnando, & tunc, aut loquimur de interitu instãtiæ iuris communis, de qua in d. l. properandum, & tunc sententia lata post lapsum instantiæ iuris cõmunis est ipso iure nulla, DD. communiter in dicta l. properandum, in principio de cõmuni, Ias. in §. rursus, vers. quod autem inst. de action. cum alijs de quibus per Vant. in dict. tit. de nullit. ex deffect. iurisd. nu. 117. vers. vnde termino huiusmodi, Marãt. in dicto verbo, & omnia fiant durante instãtia, nu. 58. Asin. d. §. 2. cap. 14. num. 3. & ratio esse potest, quia Iudex perempta instantia desinit esse Iudex, & sic acta dicerentur fieri coram Iudice incompetenti, secundũ Bal. in cap. primo, tit. de feud. Asin. vbi supra num. 4. Sigismund. Scacc. de iudic. caus. ciuil. lib. 2. cap. 2. dub. 6. nu. 705. cum seqq. & ideo instantia perempta Iudex debet in causa supersedere, etiam parte non opponente, Alex. cons. 39. in principio lib. 5. Asin. d. cap. 15. nu. 13
Restriugitur tamen hæc conclusio, vt non pro-
242 cedat in aliquibus casibus; † primus est, quia potest reum confessum in iudicio condemnare etiam extra instantiã, & valet sententia, siue sit causa ciuilis, siue criminalis, Bal. in d. l. properãdum in fine illius principij, cum alijs de quibus per Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 60. Bero. in c. venerabilis, num. 67. extra de
243 Iud. ratio est, † quia per confessionem res efficitur notoria, cap. vestra, & cap. fin. extr. de cohab. cler. & mul. & in notorijs ordo iuris, non requiritur; & sic nec iudicium, nec processus ordinarius, arg. cap. ad nostram, il terzo, de iud. Beroũ refert, & sequitur Asin. d. cap. 15. nu. 22. cum duob. seqq. vbi nu. 25. cum seq. restringit hunc casum duobus modis, scilicet quando lapsu temporis, non solum instantia, sed ipsa causa periret, & quando sumus in casu, in quo Actor ab agendo declinatoria exceptione repelli posset in his duobus casibus, etiã stante confessione partis instantia perempta, sententia proferri non poterit, ita Asin. d. nu. 25. post Bero. in dicto cap. venerabilis; Secundus casus est, quando Iudex ob magnitudinem causæ non potuit iudicare intra tempus instãtiæ, tunc enim poterit Iudex declarare etiam extra instantiam, ita Asin. d. §. 2. cap. 12. num. 27. cum seq. Tertius est casus, quia potest Iudex etiã lapsa instantia mulctare contumacem, qui non paruit præcepto eidẽ transmisso durante tempore instantiæ, Afflict. in const. regni rub. de resist §. 2. si accusatorem, nu. 4. vers. an autem lib. 2. relatus per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 21. nu. 117.
In secundo casu principali, scilicet in instantia
244 statutaria, † an Iudex possit ferre sententiam ea perempta, intra tamen tempus Iuris communis, & tunc dic, quod quando tempus instantiæ est præfixum ipsi causæ, & instantię, prout in dubio præsumitur secundũ Vant. in d. tit. de nullit. ex deffect. iurisd. nu. 120. sententia lata ea perempta erit ipso iure nulla, Bal. in l. properandum in principio, col. 2. vers. quarto, cum alijs de quibus per Vant. vbi supra dicto nu. 120. & latè Asin. dicto §. 2. cap. 3. per totum, Sigism. Scac. de iudic. caus. ciuil. lib. 2. cap. 2. num. 707. cum seqq. quando vero tempus est præfixum ipsis partibus litigantibus, vel earum actioni, tunc si Iudex extra tempus instantiæ pronunciet, sentẽtia non est nulla, si Iudex fuit sciens secus autem si ignorans, Vant. vbi supra, num. 124. Asin. d. §. 2. cap. 4. per totum, si verò tempus instantiæ præfigitur ipsi Iudici, tuuc Iudex regulariter tempore instantiæ elapso poterit nihilominus validè sententiam proferre, Corn. cons. 49. nu. 16. vol. 2. cum ceteris de quibus per Asin. dicto §. 2. cap. 2. per totum, vbi hoc limitat quatuor modis

245 de quibus ibi per eum, quorũ vnus est,† quando instantia aliter incipit, quam à iure cõmuni constitutum sit, nam tunc dato, quod tempus sit præfixum ipsi Iudici, tamen elapso termino sententia lata erit nulla, vt ibi latè per Asin. versic. quarto vt dixit, si vero tempus fuerit præfixum iurisdictioni, tunc sententia post dictum tempus lata est nulla, Asin. d. §. 2. cap. primo per totum, quando verò tempus dicatur præfixum Iudici, Iurisdictioni, partibus litigantibus, seu earum actioni, causæ, supra declaraui in interpretatione verbi causæ supra hoc eodem statuto, num. 173. & seqq. vbi demonstraui, quod in quouis casu huius nostri statuti tempus dicitur præfixum causę, vt ibi probaui, & sententia lata hac instantia 40. dierum statutaria perempta, erit nulla ipso iure.

246 † Reliquum modo est videre, quot modis instantia perempta valeat instaurari, & dic, quod quatuor modis, de quibus per Carpan. ad statuta Mediolani cap. 21. num. 118. cum seq. pluribus, primo per insuflationem spiritus ei factam per Principẽ, qui solet hoc facere regulariter refectis expensis parti, actorũ quæ pereunt, vt per Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 32. cum seqq. & hæ expensæ debent in primis, & ante omnia refici vsq; ad vnum obolum adeo, ut si summa fuerit liquida, & taxata, non sufficiat depositio duorum solidorum, cum oblatione pluris, si plures debebuntur, sed debeat integrè solui, vt per Carpan. ad cap. 21. num. 123. cum seq. vbi vult, quod huiusmodi expensæ per lapsum instantiæ solutæ non veniant postmodum restituendæ actori, si victoriam in causa obtineat vna cum condemnatione expensarum, & solet Senatus Excellentissimus Mediolani dare rescriptum tenoris, quod is Iudex reassumptis legitime agitatis in causa procedat, & iustitiam faciat habita ea impensarum ratione, quæ iuris fuerit, quo casu deinde actor reproducit totum processum, & reassumuntur ipsa agitata, & taxantur expensæ, & soluuntur, vt supra dixi, potestque reus de nouo opponere omnes exceptiones declinatorias, & dilatorias, perinde, ac si nullum iudicium esset intentatum, Ang. cons. 289. causas autem illas, ex quibus Princeps soleat restaurare instantiam per insuflationem, ponit Asin. d. §. 2. cap. 16. num. 9. sed dubium est, quid si Senatus Excellentissimus, siue Princeps, restauret instantiam lapsam ex negligentia actoris, an reus teneatur ad refectionem expensarũ, qui instantiæ restaurationem impetrauit; & dic, quod non, ex Gramat. decis. 51. nu. 5. & 6.

247 † An autem hæc restauratio instantiæ soleat pluries concedi; dic, quod vsq; ad tres vices tantũ, Grãmat. decis. 69. quem refert, & sequitur Asin. d. §. 2. cap. 16. num. 14. cum seq. vide etiam ad hoc, Capic. decis. 165. vbi tenet solum bis posse concedi à Principe, Vrsillus tamen in addit. ad Af-
248 flict. decis. 3;6 nu. 5. tenet pluries fieri posse, † nec in huiusmodi restaurationibus impetrandis partis citatio requiritur, vt notatur in l. 2. versic. quid si ita, C. de temp. appellat. Capic. decis. 165. num. 6 Asin. dicto cap. 16. num. 17. & hæc magis mihi placet cum Principis auctoritas nec loco, nec tempore circumscribatur.

249 † Nolo tamen prætermittere, quod hæc insuflatio instantiæ facta per Principem noua instantia dicitur, non autem prorogatio veteris, prout ita fuisse rescriptum per Senatum Mediolani D. Alexandro Archinto causæ commissario testatur Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 21. num. 135. cum seq. vbi affert vtilitatem ex hoc, quia à die restaurationis, incipit hæc noua instantia 40. dierũ vtilium, & poterunt fieri prorogationes, & suspensiones, iuxta formam Nouarum Const. Mediolani tit. de iudicijs.

Hæc autem, quæ dicta sunt de restauratione instantiæ, sunt ntelligenda in causa principali ciuili,
250 † secus autem in criminalibus, in quibus regulariter non insuflatur spiritus instantiæ peremptæ intelligendo, vt per Asin. d. cap. 16. nu. 19. cum seq. An autem hæc procedant in causa appella-
251 tionis, † & dic regulariter non fieri insuflationẽ instantiæ, nisi expresse in rescripto dicatur, non obstante appellatione deserta, vel Princeps vtatur aliqua æquipollenti clausula, vt per Asin. d. c. 16. num. 11. cum duobus seqq. Verũ tamen est, quod Senatus Excellentissimus Mediolani non solet cõcedere restaurationem in causa appellationis, nisi ex vrgenti causa, secundum Carp. ad dictum cap. 21. num. 122.

252 † Secundus principalis modus restaurandi instantiam fit per restitutionem in integrum, & hoc dupliciter intelligitur, nam aut quis est minor, & tunc ei succurritur aduersus lapsum instantiæ, si imprudenter labi illud tempus passus fuit per restitutionem in integrum sine aliqua impensarũ refectione, vt tenent communiter DD. relati per Odd. de rest. in integr. q. 67. num. 12. & in specie Iacobinus de Sancto Georgio in l. si vero, num. 5. de iudicijs, nisi fortasse culpa tutorum, vel curatorum instantia perempta sit, nam tunc, si facultates ipsorũ tutorum, vel curatorũ sint sufficien-
252 tes pro resarciendo † huiusmodi damno minori, hoc in casu non restituitur minor, sed damnum ab ipsis venit emendandum, glo. in l. & si sine §. fin. ff. de minor. Soc. sen. cons. 269. nu. 2. lib. 2. Iacobin. in d. l. si vero, nu. 2. si tamen facultates ipsorũ tutorum, & curatorum non sint sufficientes, & sic non sint soluendo, tunc ad hoc, ne minor remaneat cum damno, ei succurritur ope restitutionis in integrum in subsidium, Card. in clem. prima, num. 14. de rest. in integrum Odd. d. q. 67. artic. 2. nu. 13. cum seq. citra verò instantiam, quando minoribus deneganda, concedendaue sit restitutio in integrum, etiam si contra tutores agere queant, vel alio ordinario remedio sit ei succursum præter Viu. decis. 501. num. 16. & 17. lib. 4. Surd. cons. 95. nu. 22. & seq. nouissimè ad saturitatem egregiè pertractat D. Costa conciuis noster in tract. de remed. subsid. remed. 48. per totum.

253 † Aut verò quis est maior, & tunc, si iusta causa impedimenti adfuit, & impedimentum processit à se ipso, puta ex necessaria, vel probabili absentia ipsius maioris, vel infirmitate, conceditur pariter restitutio in integr. Odd. dicta quæst. 67. artic. 2. num. 19. cum seqq. quando verò impedimentũ prouenit ex facto rei, vel Iudicis, aut culpa tertij, an detur restitutio in integrũ maiori, ponit Odd. vbi supra artic. 3. cum duobus seqq. & dixi supra hoc eodem statuto in verb. vltra tempus, nu. 178. & seq.

254 Tertius modus principalis restaurandi instantiã fit per repilogationem actorum, scilicet, quando elapsa instantia, partes de communi consensu repetunt omnia acta vno contextu, porrigendo libellum, litem contestando, terminum recipiendo, & sic de singulis, tunc enim instantia habetur, ac si perempta non esset, Bart. in l. properandum, vbi

Alex.

Alex. colum. 4. C. de iudic. cum alijs de quibus per Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, nu. 45. Asin. d. cap. 16. num. 4. & 5.

255 † Quartus, & vltimus modus restaurandi instantiam fit, quando Actor post peremptam instantiã, de nouo agere cepit, non enim perempta instantia perit actio in ciuilibus, vt dixi supra hoc eodem statuto vers. erit igitur conclusio hoc eod. verbo.

In verbo à die litis inceptæ computandorum]

256 † Hoc statutum, dum vult instantiam incipere à die inceptæ litis, est correctorium Iuris communis, quo Iure instantia incipit, & oritur à die litis contestatæ l. 1. vbi gl. & Ang. C. de iudic. tex. in d. l. properandum in principio, vbi Alex. num. 2. Cast. num. 5. C. de iudic. idem Alex. cons. 23. nu. 2. vol. 3. cum alijs, de quibus per Asin. d. §. primo, cap. 1. nu. 1. cum seq. vbi infert, ad statutum volens causam terminari debere intra quadraginta dies, intelligendum à die litis contestatæ, & ratio est, licet ipse non referat, quia statuta semper recipiunt interpretationem à iure communi, dato, quod sint

257 correctoria Iuris communis, gl. in l. si serui vestri, C. de noxal. tex. in l. 1 §. lex falcidia, vbi Bar. & Alex. ff. ad l. falcid. Bal. in l. eum, qui num. 26. vers. item fuit quæsitum à me, C. de fideic. Alex. cons. 60. num. 7. lib. 2. & cons. 158. num. 7. lib. 5. & cons. 119. nu. 7. lib. 6. Curt. Sen. cons. 77. n. 5. Curt. Iun. cons. 143. nu. 3. idem Alex. cons. 36. num. 7. & cons. 37. num. 18. lib. 2. conuenit tamen statutum nostrum cum Nou. Const. Mediolani, in tit. de iudic. in principio, dum, & ipsæ volunt instantiam inchoare à die ceptæ litis, non tamen in huiusmodi computatione dies litis ceptæ in instantia hac nostra 40. dierum vtilium computatur, vt per Carpan. ad statutum Mediolani cap. 21. nu. 152.

Sed, quia dictum est instantiam de iure communi incipere à die litis contestatæ, quæro, quid in

258 causis, in quibus lis nõ contestatur, vt est in causis executiuis, & summarijs, in quibus dari etiam tenet Afflict. decis. 346. & dic, quod instantia incipit currere, quum primum ceptum est cognosci de meritis causæ, Alex. in l. properandum, col. 1. C. de iud. Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia nu. 4. Asin. in d. praxi, cap. 3. nu. 42. cum seq. & præcipue nu. 44. Sigismund. Scac. de iud. caus. ciuil. crim. & hæret. cap. 103. num. 12. Quæ aut sint causæ, in quibus litis contestatio non est necessaria, tradit idem Scacc. loco mox allegato, num. 9. & seqq.

259 Quid autem sit litis contestatio, & quomodo fiat, vide tex. in c. 1. vbi Abb. Felin. & alij de lit. contest. Marant. in suo speculo, in verbo, & in contest. litis &c. in decimo membro Iudicij, vbi num. 3. ita definit; litis contestatio est principalis negotij apud competentem Iudicem facta narratio, & ad eam secuta responsio, & etiam nu. 4. vbi Folerius in addit. ad eundem Marant. ex mente Marian. Socin. in rub. extra vt lit. non contest. tradit pleniorem diffinitionem, Sigismund. Scacc. de iud. cau. ciuil. crimin. & hæret. capit. 103. num. 1.

260 & fit litis contestatio per negationem, aut confessionem, vel per verbum dubitatiuum, scilicet ignoro, vel dubitatiuum credulitatis, vt latè per eundem Marant. in d. decimo membro num. 5. ac etiam per Sigismund. Scacc. dicto cap. 103. nu. 2. & seqq. notabiles autem in praxi sequuntur effectus ex litis contestatione, primò etenim, lite contestata non admittuntur amplius dilatoriæ. Secundò litis contestatio malam fidem, quo ad fructus in reo conuento, constituit. Tertiò perpetuat actionem personalem. Quartò interrumpit præscriptionem. Quintò lite contestata potest Tutor, & Curator, ac Procurator alium substituere. Sextò obligat actorem sustinere instantiam. Septimò impedit mandati reuocationem. Octauò impedit libelli mutationem. Nonò facit, vt ad diffinitiuam sententiam deueniri possit. Decimò admittit exceptiones peremptorias aliosq; prosequitur post Specul. Scac. dicto cap. 103. num. 8.

In verbo quæ incepta] Idem disponitur in Nou. Const. Mediolani, in tit. de Iudic. in principio, dũ pariter volunt, litem tunc ceptam intelligi petitione porrecta, in actisq; dimissa, & parti legitimè intimata, quando autem de Iure communi lis di-

261 catur incepta, videas latè Lancellot. in tractat. de attent. 2. part. princip. in præfatione, capit. 5. num. 1. cum seq.

In verbo, & in actis dimissa] Hoc procedit etiam

262 de iure communi, quo iure petitio debet poni in actis apud tribunal Iudicis: Asin. in dicta praxi, §. 4. cap. 11. nu. 5. & ita quotidie videmus seruari, ut semper petitio ponatur in actis tribunalis illius Iudicis, coram quo conuenitur reus, & sic remanet penes Notarium banchi Iudicis, & vt dicitur in filo, & est tex. in auth. offeratur, C. de lit. contest. Carpan. ad c. 21. nu. 191. Quod in tantum verum est,

263 vt etiam in casibus in quibus potest, vel debet fieri petitio sine scriptis, tamen requiritur quod redigatur in scripturam per Notarium, & ponatur in actis: clem. sæpe, vers. verum extra de verb. signif. Alex. consil. 66. num. 2. lib. 1. Marant. in suo speculo, in 5. principali distinct. nu. 12. Asin in d. praxi, §. 3. cap. 6. num. 5.

In verbo quia libellus] Quid sit libellus, & in quibus casibus requiratur, & quid continere habeat, dixi supra in rub. huius nostri statuti, nunc addo,

264 quod, cum de iure communi difficile sit libellum bene dictare, & bene formare, est enim aliquando incertus, alternatiuus, generalis, vagus, ineptus, contrarius, obscurus, & sint etiam multæ aliæ, & variæ causæ, ex quibus libellus reijcitur, cum exosæ debeant esse lites apud laudabiles Ciuitates, & Iudices, optimè constitutum fuit per nostros statuentes quod libellus valeat, & tolerabilis censeatur, & sustineatur, si illa quinq, contineat, de quibus infr. in verbo qui libellus, prout considerat Pract. Papiens. in form. resp. rei in gl. Dentibus, nu. 2. & etiam in form. libelli, in actione hypothecaria, in gl. ac restituere nu. 8. vbi tenet, quod ad euitanda omnia supradicta, bona cautela esset facere statutum, quod quilibet libellus sit, & esse intelligatur sufficiens, & admissus, qui contineat illa quinque, & non aduertere ad has superfluas iuris subtilitates, vt ibi per eum, non incongruum tamen putaui declarare, quando libellus ob supradictos deffectus reijciatur, & qñ non, & qñ dicatur vitiosus.

Primò igitur loco libellus ob incertitudinẽ vi-

265 tiatur, nec admittitur parte opponente, quia dicitur, quasi ineptus. l. fin. vbi gl. C. de annal. except. Ripa Auus mihi maternus, in l. edita nu. 25. C. de eden. tex. in c. Abbate sanè §. secus de re iudic. in 6. nam libellus debet esse clarus, & certus, vt reus

266 possit deliberare, an velit, cedere, vel contendere l. prima, in principio, ff. de eden. auth. offeratur, C. de lit. contestat. Marant. in suo speculo, in 3. membro Iudicij, in verb. rectè concipitur libellus, nu. 2. ac nu. 22. Bellon. cons. 23. num. 17. Quod adeò verum est, ut parte opponente, nec etiam potest sententia

tentia ferri super libello incerto, quia ineptus censeri debet, & reijci, glos. in l. prima vbi Doct. ff. de eden. Cardin. Tusch. pract. concl. iur. in littera L. concl. 306. num. 12.

267 † Amplia, vt nec etiam admittatur libellus alternatiuus, ex quo alternatio parit obscuritatem, l. Prætor edixit, §. hoc autē, ff. de iniur. vbi Bart. Pract. Papiens. in form. resp. rei in gl. libellus, nu. 2. Gail. obseru. pract. lib. primo, obseru. 62. Ludou. Ghilausen. in suo tract. arbor. iudic. cap. 3. num. 10. vbi declarat non procedere, quando incertitudo causaretur ex facto alieno exemplificando multis modis. Hinc pariter dicimus non esse admittendum libellū continentem contraria, l. 1. C.

268 de furt. † ratio est, quia vbi repugnātia, ibi nulla certitudo est, l. 2. §. sed si alij, ff. quand. appell. sit Rip. in d. l. edita, nu. 14.

269 † Ampliatur quoq; vt nec etiam admittatur libellus generalis, l. si in rem, ff. de rei vendic. cap. 2. de libell. oblat. generalitas enim parit ambiguitatem, l. ita fidei, ff. de iur. Fisc. c. pen. extra de confirm. vtili, vel inutili, Pract. Papiens. vbi sup. in glo. generalis D. Ripa auus meus, in rub. nu. 4. ff. soluto matrim. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu processus, num. 26. vbi intelligit hoc procedere in causa ciuili, secus autem in criminal, vt

271 ibi per eum, † quando autem dicatur libellus generalis, vide Paris. cons. 67. vol. 4. Soc. iun. cons. 72. num. 15. & cons. 122. nu. 3. vol. 2.

272 † Amplia tertiò, vt nec etiam valeat, & admittatur libellus obscurus, & vagus, vt per Pract. Papiē. vbi supra, in gl. vagus, vbi declarat, quando libellus dicatur vagus, & quando obscurus, vt ibi per eum, Vant. vbi supra nu. 26. obscuritas verò in libello quinque modis committitur; primò, ratione æquiuocationis, quādo scilicet verbū pluribus modis capi potest, l. quoties in stipulationibus, ff. de verb. oblig. secundò, ratione generalitatis veluti, si contra se ium intentem actionem iniuriarū, neq; certam iniuriæ speciem exprimam, l. Prætor edixit ff. de iniur. Tertiò ratione alternationis, vt, si iniuriæ nomen minus specificè allegetur puta illam, aut illam d. l. prætor edixit, §. quod autem, l. vbi autem non apparet, §. qui illud ff. de verb. oblig. quartò, ratione locutionis non coarctatæ, l. item exigit Prætor, ff. eod. de iniur. qui casus ferè cum secundo coincidit; quintò, ratione infinitatis, vt in seruitute ne luminibus officiatur, quæ, & de his, quæ nunc sunt, & quæ postea fuerint, intelligi potest, l. si seruitus, ff. de seruit. vrb. præd. & latè Ludouic. Ghilausen. in suo arbor iudic. c. 3. de libellis nu. 16. minusq; admittitur libellus ineptus. par-

274 te etiam non opponente, † sed ipso iure est nullus, l. libellorum, vers. quid si libelli, vbi Bart, ff. de accusat. Asin. in sua praxi §. 31. cap. 63. nu. 2. adeo, vt exceptio libelli inepti possit quandocunque op-

276 poni, † etiam postquam sententia in iudicatum transierit, Felin. in cap. ex parte, num. 12. limit. 16. extra de offic. deleg. vbi Dec. Asin. d. §. 31. cap. 41.

777 Dicitur † autē libellus ineptus, quando conclusio non infertur ex narratis, Dec. in l. 1. nu. 7. ff. de off. assess. Corn. cons. 121. circa fin. lib. primo, Asin. vbi sup. §. 4. cap. 3. cas. 6. nu. 2.

Ampliatur 4. generaliter, siue agatur actione reali, siuè personali, siue in iudicijs singularibus, siue particularibus, quia libellus debet esse certus, Socin. reg. 240. libellus, siue actione reali agatur, seu personali, vbi limitat tribus modis.

278 † Fallit hæc regula, vt valeat libellus incertus, parte nō opponēte, d. cap. Abbate sane, & l. fin. C. de annal. except. Rip. auus meus in d. l. edita num. 26. Hinc etiam dicimus sustinere libellum obscurum, parte non opponente, cum satis sit, quod in processu postea fiat declaratio, Maran. in d. verbo rectè concipitur libellus, num. 22. prout idem est in libello generali, quia, si pars nō opponat, admittitur, Vant. vbi supra, nu. 26. Marant. in speculo in 9 distinct. nu. 13. Ias. in l. 1. in principio, nu. primo, ff. de eden. Idem Ias. in §. curare, num. 16. inst. de action.

279 † Restringitur tamen hęc fallentia, vt procedat in actionibus ciuilibus, secus autem in criminalibus, in his enim non procedit libellus incertus, generalis, & obscurus, etiam quod pars non opponat, Ias. in d. §. curare, nu. 17. & in l. 1. in principio, nu. 2. ff. de eden. Sebast. Vant vbi supra, n. 26. Rip. auus meus in d. l. edita, nu. 26. vbi testatur de communi, Dec. cōs. 83. nu. 2. Card. Tusch. pract. concl. iur. littera N. concl. 306. num. 9. & 17.

280 † Fallit secundò regula principalis, vt non procedat quoties declaratio incertitudinis, non est in potestate Actoris, tunc enim admittitur incertus: Rip. Auus meus in d. l. edita, num. 15. vbi ad plura infert, quod valeat libellus incertus, & alternatiuus in obligationibus alternatiuis, quarum electio

281 est debitoris, l. vbi autem, §. illud, aut illud, ff. de verb. oblig. & etiam, quod contra obligatum ad factum, valeat libellus alternatiuus, ex quo incertitudo causatur ex facto ipsius rei, quē nescit actor an velit præstare factū, vel interesse soluere, quod facere potest, l. stipulationes non diuiduntur, vbi Bart. ff. de verb. oblig. vbi ad plura alia infert. D. Rip. auus meus, de quibus ibi per eum, hanc fallentiam tenet Ias. in d. § curare, num. 10. Asin in § 4. cap. 3 cas. 2. Pract. Papiens, in d. glos. libellus incertus, Ludou, Ghilausen. in suo arbor. iudic. cap. 3. num. 10.

Amplia hanc fallentiam quatuor modis, de quibus per eundem Rip. auum meum in d. l. edita nu. 19. cum seq. & in hac fallentia supradicta procedit libellus etiā parte opponente, vt per DD. allegatos.

282 Fallit tertiò, † in accessorijs, in quibus valet libellus, ita conceptus peto fundum cum fructibus, vel Castrum cum honore, & iurisdictione. cap. inter dilectos de fid. instr. Rip. auus meus in d. l. edita, nu. 21. intelligendo tamen, vt ibi per eum, scilicet, vt intelligatur de fructibus perceptis post litē contestatam, ex quo Actor tempore productionis libelli, non poterit scire eorum quantitatem, secus autem de fructibus antea perceptis, prout etiam visus est tenere, Ias. in d. § curare num. 12. versic. quarto prædicta regula fallit, idem etiam dicimus in reuocatione attentatorū, in quibus libellus incertus admittitur, Innoc. & Abb. in cap. contradicit de appell. cum reuocatio attentatorum habeat se per modum cuiusdam accessorij ad negotium principale, Rip. in d. l. edita nu. 24.

283 Fallit quartò, † ad interrumpendam præscriptionem, in qua admittitur libellus generalis, & incertus, quantum ad interrumpendam præscriptionem, quæ posset sub illa generalitate compræhendi l. fin. vbi Bar. C. de annal. except. Ias. in d. §. curare.

284 Fallit quintò, † quando probationes essent certæ, & specificæ, nam tunc libellus incertus, & generalis concludit ipsi Iudici, Bald. in repet. l. edita in repet. Paduana in 14. col. C. de eden. Ias. in d. §. curare, num. 15.

285 Fallit sextò, † in actionibus vniuersalibus, vt in petitione hæreditatis, actione pro dote, & in actionibus generalibus, vt negotiorū gestorum, tutelæ, pro socio, & similibus, in his enim admittitur libellus generalis, & incertus, facta tamen aliqua rerū specificatione, Iaf. in dicto §. curare post glos. ibi, idem etiam quando petitur legitima, Cotta in memorab. in verbo libellus incertus, & ideo valet libellus, si dicatur, peto legitimam, vt per Bal. & Innoc. in c. conquerente col. fin. extra de off. ordin. quod procedit etiam in dote Rip. Auus meus in rub. num. 47. ff. sol. matr. cum dos dicatur quid vniuersale, & in vniuersalibus procedit libellus generalis, & incertus, ut ibi per Ripā latè vsque ad numerum 62.

286 † Fallit septimò in casu, quando Actor certò sciret actionem sibi competere, sed dubitaret, quæ actio sibi competat, tunc non cogitur exprimere actionem, sufficit enim liquere Iudici, quod ei competit, Bar. in l. gallus, §. si eius ad finem per illum tex. ff. de lib. & posthum. Iaf. in dicto §. curare, num. 13.

287 † Fallit octauò vltra Iaf. in d. §. curare, quando incertitudo esset modica, Tiraquell. in tractat. de iudic. in exiguis, nu. 18. & ratio esse potest, quia verba, quamtumcumque generalia, numquā comprahendunt minima, l. Senatus, §. Marcellus, ubi Doct. ff. de leg. 1. Hinc infertur ad statutum prohibens facere domum, ut non comprahendat domunculam, & loquens de vulnere, vt non comprehendat vulnusculum, de quibus per Alex. consil. 104. num. 7. ubi appost. lib. 1.

288 † Fallit nonò in petitione vsurarum, uel interesse, eò, quod Iudex potest illud taxare, Ozasch. decis. 129. num. 14. ex quo etiam dicimus admitti libellum ineptum, quando quis vsuras solutas petit, cap. debitores extra de iur. iur. Felin. in c. dilecti in principio de iudic. quem refert Dec. in l. 1. in principio, num. 7. ff. de off. assess. Asin. d. §. 4. cap. 3. cas. 6. num. 1.

Non est tamen omittendum, hodie per peritos Aduocatos fuisse inuentas plures clausulas ad saluandum libellum, ab ineptitudine, quæ solent poni in calce cuiuslibet libelli, quarum quatuor enumerat Marant. in suo speculo in uerbo rectè concipietur libellus, num. 15. cum seq. quarum prima est, scilicet, super quibus omnibus, & singulis peto
289 mihi Ius, & iustitiam ministrari, quæ clausula secundum eum post Abb. in c. cum dilectus col. 17. de ord. cognit. & alios per eundem citatos saluat libellum ab omni ineptitudine, Vant. in tractat. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. process. num. 25. Asin. d. §. 4. cap. 4. num. 6. suppletq; ignorantiam Procuratoris nescientis, quæ actio sibi competat, Gail. lib. 1. obseruat. 108. num. 7. de qua clausula videas latè Iaf. in §. 1. nu. 145 instit. de action. ubi dicit, quod hæc clausula est quemadmodum herba betonica, ubi etiam ponit plures effectus ipsius clausulæ, Rip. Auus mihi maternus, in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 199. & seq. ff. de acq. poss. Alex. cons. 121 num. 4. & 11. ubi D. meus Rouescall. in addit. ad eum in verbo alio fundamento, & in verbo quo casu libellus, lib. 1. nonnullos citat Capic. decis. 10. n. 22. & seq. Cęs. Barz. decis. 70. n. 40. & seqq. Prosp. Petr. in annotat. ad Capic. decis. 96. in littera B. Sigismund. Scac. de iudic. caus. cap. 50. nu. 26. Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de clausulis, concl. 4. ubi enumerat nouem principales effectus ad dictam clausulam, quorum non nulli pertinent ad sustinendum libellum, Ludouic. Ghilausen. in suo arbor. iudic. cap. 3. de libellis, nu. 35. & nouissimè plures effectus istius clausulæ tradit Card. Tusch. pract. concl. iur. littera C. concl. 359. per totam, Marta in suo tractat. de clausul. claus. 81. per totam.

290 † Sunt tamen nonnulli casus, in quibus huiusmodi clausula nihil operatur; Primo enim non operatur, ut possit Iudex vltra petita iudicare Frāc. Marc. q. delph. 13. nu. 14. Secundò non operatur circa ea, quæ non sunt narrata, Alex. cons. 121. nu. 11. ubi appost. lib. 1. Socin. Sen. cons. 94. col. pen. uers. præterea dicta clausula lib. 3. Ruin. cons. 32. num. 13. lib. 1. & con. 19. num. 9. lib. 4 Menoch. de arbitr. iud. q. 72. num. 25. Tertiò non operatur, quoties est expressa certa causa, ex quo enim expressè apparet actorem voluisse se restringere ad certum remedium, non operatur dicta clausula in alio, Alex. d. cons. 121. num. 11 Ant. Gabr. d. conclus. 4. nu. 11. vers. 2. limita. Quartò non operatur quod in libello, in quo quis deduxit vnum, videatur deduxisse contrarium eius, adeo, quod si probauerit contrarium, non obtinebit Alex. d. cons. 121. nu. 6. ac nu. 11. vbi appost. Gabr. dicta concl. 4. nu. 5. cum duobus seqq. vbi hoc restringit, contrarium tamen, quod imo dicta clausula saluet à contrarietate, tenuit Grat. cons. 156. num. 25. & seq. dici potest Grat. intelligi parte non opponente, parte verò opponente, veriorem esse, Alex. sententiam, vt ita esse tenet Scacc. de iudic. causarū, cap. 50. num. 26. vers. sed numquid. Vltimò non operatur, quando est propositum remedium omninò difforme ab eo, quod competit, ut puta, quando competit personalis, & proponitur realis, hypothecaria, aut alia actio, prout quamplures adducens tradit Ludouic. Morot. cons. 69. num. 3 & seq. alias declarationes ad dictam clausulam, tradit Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2. resol. 8. nu. 43. & seqq.

Secunda clausula, quæ solet apponi ad saluandum libellū, de qua per Marant. vbi supra est clau-
291 sula, omni meliori modo, quæ operatur secundum eum, vt in casu dubio libellus interpretetur eo modo, quo fauorabilius sit actori libellanti, ex Alex. cons. 7. col. 3. vol. 3 & efficit, ut semper aptum, & necessarium remedium intentatum censeatur, vt per Felin. & DD. in c. examinata de iudic. Asin. d. §. 4. cap. 4. num. 8. de qua clausula videas plura per Felin. in c. cum super, col. pen. & fin. de off. deleg. Afflict. decis. 144. nu. 2. ubi ponit, quid operetur apposita in testamento in scriptis, ubi latè Vrsill, in addit. ad eum, qui ponit plures vtilitates ex dicta clausula, Cur Iun. cons. 86. num. 4. latissime Iaf. in l. petens, col. 3. C. de pact. Menoch. cons. 127. nu. 5. lib. 2. latissimè Marta in tract. de clausul. clausul. 81. per totam, ubi inter cętera ponit diuersitatem, quando dicta clausula ponitur cum copula, seu dictione copulatiua, & quando absq; copula, & simpliciter Fab. Turret. in suo pariter tractat. de clausul. p. 122. per totam, & 125. num. 9. Viu. decis. 395. nu. 2. & seqq. & latissimè omnium ampliando, & limitando tradit Cardin. Tusch. pract. conclus. iur. in littera C. concl. 358. sub rubr. clausula omni meliori modo, quid operetur per totam.

Enumerantur tamen tres casus à Menoch. de arb. iud. quæst. 47. num. 9. & seqq. vsq; ad finem, in quibus hæc clausula nihil operatur, primus est, quia non tribuit viam, & effectum actui re vera nullo,

nullo, Anchar. conf. 358. colum. 2. Secundus est casus, cum adest defectus Potestatis, Ruin. conf. 174. in fin. lib. primo. Tertius est, cum modus ineptus exprimitur, ex quo expresso non potest aptus descendere, Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. Iurisd. ordin. nu. 174.

294 † Tertia clausula quam enumerat Marant. vbi supra, est clausula, non se astringens, quæ operatur secundum eum, vt actor non teneatur probare qualitatem deductam in libello, Bart. & DD. in l. diuus ff. de re iud. Alex. consil. 6. colum. 2. & 3. volum. 3. alias, si non apponeretur dicta clausula, actor non probando qualitatem succumberet, dato, quod probaret factum principale, Abb. in cap. licet colum. 14. de probat. vltra Marant. & DD. supra allegatos, videas Marsil. in rubr. C. de probat. num. 98. Dec. in cap. 2. colum. pen. versic. quinto de rescr. Grammat. conf. 19. in principio, Cels. Hugo in tract. clausularum, num. 191. Iul. Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 12. num. 10. & quæst. 66. num. 4. Dec. in cap. licet causam, num. 197. versic. octauo, idem Videtur de probat. Alex. conf. 121. num. 4. lib. primo, Cæs. Barz. decis. 70. nu. 40. & seqq. vbi tradit virtutes non modo istius clausulæ, verum etiam illarum, super quibus omnibus, & singulis, petens &c. omni meliori modo &c. saluis &c. Cardinal Tusch. pract. concl. iur. in littera C. concl. 357. nu. 8. & seqq. addo Martã in tract. de clausul. clausul. 78. in verbo non se astringens, volentem dictam clausulam operari etiam in criminalibus, quando maximè deducitur qualitas non necessaria, vt tempus quando non esset de substantia delicti, quod appositum probãdum esset, secus si talis clausula non se astringens posita esset, imò operatur etiam respectu loci, si locus deductus non probetur, vel alter diuersus ab expresso, vt ibi per eum nu. 7.

295 † Quarta est clausula, & protestatur de expensis, quæ operatur secundum eundem Marant. vbi supra, vt censeatur interpellatus Iudex ad condemnandum victum victori in expensis, alias faceret litem suam, secundum Bart. in l. properandum. §. sin autem alterutra, colum. final. C. de Iud. † non enim Iudex, parte non petente, tenetur condemnare victum victori in expensis, vt per Pract. Papiens. in form. libell. in actione reali, in glos. & expensis, nu. 7. vbi dicit, quod sapienter facient Actor, & Reus, si semper protestentur de expensis, cum ipsis non petentibus, Iudex non teneatur condemnare, si non vult, Rip. Auus meus maternus in cap. cum ecclesia sutrina, num. 19. de caus. poss. & prop. Decis. Tholos. 111. quæ testatur de magis communi, Orian. in cap. quoniã contra in verbo expensa, num. 20. in fin. Ias. in d. §. sin autem alterutra, num. 31. Andreas Gail. Pract. obser. lib. primo, obseru. 151. num. 21. vbi adducit duas limitationes ad hanc regulam, prima est, † quod licet expensæ non sint petitę, possunt tamen adhuc peti à parte per totam illam diem, qua Iudex tulit sententiam, cum per totam illam diem possit Iudex supplere sententiam, l. paulus, la prima, in fine, ff. de re iud. ex Ias. in dicto §. sin autem alterutra, num. 32. † Secunda est, quia, licet non sint petitæ, si tamen sit apposita illa clausula, peto mihi ius, & iustitiam &c. de qua supra, tenebitur Iudex condemnare in expensis, cum pars censeatur implorasse officium Iudicis, non solum super principali, sed etiam super accessorijs, & sic super expensis, hæc limitatio fuit Ias. in dicto §. sin autem alterutra, num. 32. cætera quo ad expensas dicemus latius ad statutum 39. in ciuil. infra eodem, vbi erit propria materia, Adsunt, & aliæ clausulæ, quæ possunt saluare libellum a contrarietate, & incertitudine, prout est illa, & prout vobis videbitur faciendum, quæ de iure canonico transfert omnia ad arbitriũ Iudicis, ac etiam illa, saluo iure addendi &c. quæ operatur, vt libellans non se adstrinxit ad superflua probãda, prout videre est plenius apud Card. Tusch. pract. conclus. iur. conclus. 357. per totam, vbi alias ponit libellorum clausulas salutares.

296

297

298

Si quis autẽ cupit videre omnes clausulas, quæ possunt saluare libellum, videat Sigismund. Scac. de iud. caus. ciuil. crim. & hæret. cap. 50. à num. 26. vsque ad numerum 32. inclusiuè, vbi latissimè pertractat clausulam, super quibus omnibus, & eorum singulis peto mihi ius, & iustitiam ministrari, omni meliori modo &c. Non se adstringens &c. & protestatur de expensis &c. deducens omne ius, omneq; remedium &c. Non in vim libelli, sed qualis qualis petitionis &c. & saluo iure addendi, minuendi, & corrigendi, & tandem in fine illius capituli, scilicet num. 37. ponit omnes substantiales partes libelli, seu petitionis.

299 In verbo [si contineat personam actoris] † Hoc etiam cauetur de iure communi, quo iure libellus etiam debet continere personam Actoris, Rei, nomen Iudicis, siue proprium, siue appellatiuum, causam quæ agitur, rem, seu quantitatem, quæ postulatur, vt supra dixi in rubr. huius nostri statuti ex Specul. in tit. de libell. concept. §. 4. Marant. in suo specul. in verbo rectè concipiatur libellus, num. 4. cum seq. Pract. Papiens. in form. libelli in actione reali, in glo. coram vobis, cui addo Rip. auum meum in d. l. edita, num. 33. & ex his quædam sunt substantiales, vt Iudex, Actor, Reus, quædam integrales, vt res, causa, & actio; Quædam adiacentes, vt locus, tempus, conditio, modus, qualitas, vt per eundem Rip. post Bald. in dicta l. edita, num. 34.

300 In verbo [& à die contradictionis] sciendum est, quod contradictio partis in executiuis, in quibus lis nõ cõtestatur, vt plene per Bart. in l. intra. ff. de re iud. habet vim litis contestationis, Castr. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. cal. quem refert, & sequitur Asin. in sua praxi in princ. cap. 3. nu. 39. & 40.

§ Instantia verò causæ] adde Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de appell. §. qua commis-

301 sione, vbi idem disponitur, † sciendum est autẽ, quod causa appellationis assumit naturam causæ principalis, & regulatur ijsdẽ regulis, licet sit diuersa instantia, vt infra dicetur, Alex. cõs. 96. vol. 2.

Differt autem in aliquibus, vt per eundem Alex. dicto consil. 96.

In verbo [appellationis] Pro intelligentia huius verbi nonnulla sunt hic apponenda ad maiorem declarationem huius nostri statuti. Primò, quid sit appellatio. Secundo quid differant inter se appellatio, prouocatio, relatio, reclamatio, supplicatio, recusatio, restitutio, & querela.

302 † Dic Ergo secundũ Marant. in suo speculo in verbo, & quandoq; appellatur, num. primo, quod appellatio, est prouocatio ad maiorem Iudicem, ratione grauaminis illati, vel inferendi; vel dic secundum Pet. Gregorium Tholos. in suo tract. de appell. lib. 1. c. 3. nu. 1. quod est inuocatio auxilij superioris Iudicis, seu Potestatis ad emendandum

num priuilegium concessum comitatui ex endatur ad Ciuitatem, & concludit quod non.

In alienatione autem bonorum vniuersitatis, quæ requirantur remitto me ad Losæum de iure vniuersit. par. 3. cap. 5. Paul. de Monte Pico cons. 44. Surd. cons. 28. Lancellot. Gal. cons. 77. & an bona acquisita, inter singulos possit diuidere, Nat. cons. 325. Castan. cons. 49. Itē an possessio vniuersitati acquiratur per particulares, Surd. cons. 28. M. Anton. Eugen. cons. 41. nu. 72. & seqq.

In verbo quouis modo, & ex quauis causa]

139 Hæc verba operantur, vt in omnibus causis detur instantia, de quibus latè per Asin. in praxi ciuili, cap. 3. vbi enumerat omnes casus, & causas, in quibus habet locū instantia Illustriss. Card. Tusch. pract. concl. Iur. in littera I. concl. 203. & concl. 205. per totum, vbi latissimè.

140 In verbo cognoscens] iuxta hoc quæro, † nunquid habens facultatem cognoscendi, dicatur etiā habere facultatem decidendi, respondetur, quod sic, vt per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 19. num. 26. vbi vult hoc procedere regulariter, & ad hoc allegat Afflict. in const. Regn. rub 42. de officio Iustitiæ nu. 24. lib. 1. addo tex. in l. de qua re ff. de iud. Felin. in c. super quæstionum nu. 3. extra de off. & pot. iud. deleg. vbi limitat nonnullis modis, de quibus ibi per eum, Alex. in l. 1. nu. 51. ff. de off. eius.

141 † An autem Iudici cui datum est arbitrium in exequendo, & deffiniendo censeatur esse datum in cognoscendo, videas latè Menoch. de arb. iud. quæst. 37. cum seq. necnon Mortam in suo empor. quæst. tit. 2. quæst. 19. per totam.

In verbo decidantur, & fine debito terminen-

142 tur] terminare, & definire, quid inter se differāt, tradit Afflict. in const. Regn. rub. 6. de vsur. ad finem lib. 1. allegatus à Carpan. in d. cap. 19. nu. 27. & quid importent hæc verba, tradit Ruginel. de appell. §. 11. gl. 2. num. 1 & §. 6. gl. 8. num. 26.

In verbo, & hoc infra terminos à iure limitatos]

143 † An autem Iudex possit iudicare in fine huius termini, dic. quod sic, non enim potest cog Iudex iudicare, nisi in fine horum terminorum, ita Carpan. ad dictum c. 19. nu. 37. vbi inquit etiam, quod hi termini non currunt, quando quis fuit impeditus per moras, & dilationes aduersarij.

In verbo sub pœna Iusdicenti] scias, quòd dicta pœna florenorum centum auri, de qua hic non ha

144 bet locum in pluribus casibus, in quibus † Iudex non punitur, dato, quòd sententiam in termino Instantiæ non protulerit.

Primus est, quando pars non petijt à Iudice sententiam proferri, non enim habet locum dicta pœna, nisi parte petente, Ias. in l. properandum, nu. 15. C. de iudic. & in l. vniuersa num. 2. vbi similia tradit, C. de precib. imper. offer. Abb. in c. venerabilis extra de Iudic. in fine, quibus addo D. meū Rip. Auum Maternum in l. 4. §. hoc autem iudicium nu. 6. vbi incipiendo à princ. dicti §. vsque ad nu. 16. ad nonnulla infert, & sex modis etiam ampliat, & postea nonnullis etiam numeris seqq. pluribus etiam modis limitat, de quibus ibi per eū.

145 † Bene tamen potest Iudex, qui videt Instantiā labi etiam parte non instante ad sententiam peruenire Abb. vbi supra Alex. in l. properandum in 3. col. C. de Iudic. Rip. Auus mihi maternus, in l. 4. §. hoc autem Iudicium nu. 61. ff. de damn. infect. intelligendo, vt per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 19. num. 33. cum seqq.

Secundus est casus, quando pars aduersa petit dilationem tempore instantiæ, puta, quia haberet testes in longinquis partibus, & vellet eos producere, nam tunc illud tempus, quod datur, deducitur ex instantia, adeo vt dicto tempore non currat Bar. in l. si cum ipse, ff. de excus. tut. l. petende vbi Doct. C. de temp. in integr. restit. Asin. in praxi §. 21. cap. 2. Sigismund. Scaccia de iudic. causarum ciuil. lib. 2. cap. 3. nu. 201. Alex. cons. 72. vol. 3. Pract. Papien. in forma productionis instrumenti, in verbo, in termino, sub num. 2. vbi dat cautelam parti ad protrahendam litem, vt petat dilationem, fingendo se habere testes in remo-

146 tis, ac longinquis partibus, † cui tamen fraudi in hoc Mediolani dominio est prouisum per Nou. Constit. Mediolani in tit. de Iudic. vers. &, quia quandoq; contingit, in quibus cauetur, quod volens hanc dilationem, tenetur nominare testes, quibus vti voluerit, per nomina, cognomina, & loca, in quibus habitant, & iurare per se, vel per Procuratorem generalem, quod id non facit dolo, nec per calumniam, nec in fraudem, nec animo protellandi litem, sed eis nominatis indigere ad probationem Iuris sui, & tunc Iudex habet statuere dilationem arbitrio suo, ita tamen, quod non sit maior dierum triginta vtilium, quo tempore durante, non currit terminus instantiæ causæ, & vt latius habetur ibi.

147 Tertius casus † est in causa dotis, in qua non habet locum instantia, & per consequens Iudex non punitur: non enim statutum generale compræhendit causam dotis, Ias. in l. properandum, in 4. & 5. col. C. de Iudic. Alex. cons. 63. vol. 4. ac cons. 24. eodem vol. & cons. 12. vol. 3. Ias. in l. 1. col. 5. vers. quinto in quantum, ff. sol. matr.

148 † Ego tamen adhuc crediderim instantiam, de qua in hoc statuto, habere locum, etiam in causa dotis, tum quia, quod instantia habeat locum in causa dotis est magis communis, & recepta opinio, teste Asinio in praxi iudic. cap. 2. num. 69. cum seqq. pluribus, & præcipuè n. 74. vbi ex Bald. Nouell. & alijs per eum relatis testatur hanc magis communem, & licet DD. supra adducti loquantur in instantia triennali de iure communi, tamen idem dicendum in casu nostro in instantia statuta-

149 ria, † cum succedat in locum instantiæ iuris cōmunis, & secundum eam reguletur: Alex. cons. 42. nu. 3. vol. 3. Socin. Sen cons. 95. ad finem vol. 1. Asin. in sua prax §. 2. cap. 8. nu. 3 vers. contrariam sententiam, Carpan. ad statut. Mediolani, cap. 21 nu. 4. Sola ad Constitut. Pedemont. tit. de iudic. gl prima, num. 7.

Tum etiam, quia statutum nostrum vtitur illis

150 verbis, quouis modo, & ex quauis causa, † quæ verba geminata operantur, vt compræhendantur omnes causæ, ita in terminis Carpan. ad stat. Mediolani, cap. 19. nu. 25. Non obstat, quod statutum

151 † generale nō compræhendat casum dotis, quia procedit solum in casibus, in quibus dos reperitur specialiter priuilegiata, secus in alijs ita Dec. in l. 2. ad finem C. vnd. liber. Rip. auus meus in d. l. 1.

152 nu. 15. ff. sol. matr. † Dos enim continetur sub regulis Iuris communis, nisi in specie reperiatur priuilegiata. Dec. cons. 301. num. 9. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. nu. 96. & seq. Marsil. in rub. C. de probat. nu. 70. Neuizan. cons. 77. num. 16. qui citat contrarium tenentes.

Quartus casus, in quo non habet locum instantia, est in actis, quæ fiunt ante litem contestatam, in qui-

in quibus non est dari instantiam, Bal. in l. & post edictum, §. primo. ff. de iudic. Asin. in dicta praxi, capit. 3. num. 41. & ideo super his quæ emergunt ante litem contestatam instantia triennio nõ clauditur Asin. d. capit. 3. num. 76. Marant. in 5. principali distinct. nume. 29. Caroc. decis. 44. etiam si quæstio penderet per mille annos, & contenderetur super legitimatione personæ, nunquam enim currit instantia, Ias. in l. properandum, C. de Iudic.

Plures alios casus videas per Marant. in suo specul. iudiciorum in verbo, & omnia fiant durante instantia num. 5. cum infinitis seqq. per Thesaur. decis. 20. per totam Annot. ad statut. Parmen. sub rubr. de modo, & ord. proced. & de instantia, vers. quid instantia causæ principalis.

153 † Sed quæro, qualiter possit caueri Iudici ad euitandam dictam pœnam, plures cautelæ adhoc dantur de quibus videas Felin. in cap. venerabilis, num. 21. extra de iudic. & per Asin. in sua praxi, §. 2. capit. 17. nume. 3. vbi dat cautelam, quod
154 † quoties Iudici de causa non liquet, puta quia acta ei non sint exhibita, vel alio modo, quod proferat sententiam in hunc modum, videlicet, absoluo absoluendum, & condemno condemnandũ, vel absoluat partes ab obseruatione Iudicij, vel dicat condemno si probauerit, absoluo si non probauerit, & quod huiusmodi sententia lata hoc modo valeat, tenuit Bar. in l. ait Prætor, §. si Iudex, ff. de re iudic. Ias. in l. admonendi, num. 16. ff. de iureiur. Pract. Papiens. in forma sententiæ difinit in gl. incip. primo quidem, Anton. Gabr. in suis communibus, lib. 2. tit. de sententia, conclus. 1. num. 20. licet contradicat Sarmient. libr. primo, Select. interpret. capit. 13. nume. 2. & 8. ad quod confert illud, quod voluit Alex. consil. 59. num. 10. lib. 2. post Bart. in dicto §. Iudex circa finem,
155 num. 7. vbi vult, † quod, si sententia fuerit hoc modo lata, & appareat ex actis solum probatum per vnum testem, adeo, quod fuerit delatum iuramentum in supplementum probationum, iuxta materiam, l. admonendi, ff. de iureiur. vbi Ias. nu. 86. quod non dicitur purificata conditio dictæ sententiæ, & sic ille, qui ita probauit, non poterit obtinere vigore dictæ sententiæ, cum illa verba si
156 est probatum, intelligantur legitimè † cum probationis verbum simpliciter prolatum intelligatur de legitima, Ripa Auus mihi maternus, in l. fin. vers. Quinquagesimo septimo, C. de reuocan. donat. Gozad. cons. 2. nume. 22. Ias. in §. qua-
157 drupli, num. 41. instit. de action. & † iuramentum non est legitima probatio, gl. in l. cum de indebito in verbo legitimis, ff. de probat. Ias. in dicto §. quadrupli, nume. 40. Idem in l. si quando, num. 8. C. vnd. vi, & in l. fin. §. licentia, C. de iur. deliber. & in repet. l. admonendi, num. 182. ff. de iureiur. Plot. tractans de communi in repetitione, l. si quando, nume. 56 cum seq. vbi limitat duo-
158 bus modis, & infert † ad statutum loquens de probatione per modum conditionis, puta si probaueris, vt non comprælendat iuramentum, vt ibi per eum nu. 59. C. vnd. vi, alias cautelas ad euitandam pœnã, de qua in statuto nostro tradit Carpan. ad statut. Mediolani, cap. 19. nume. 42. cum seq. ex Ferrat. caut. 47. Rimin. Iun. in §. fin. nu. 21. inst. quib. alien. licet vel non, puta, dicat condemno, & absoluo, prout quisq; est condemnandus, & absoluendus.

In verbo florenorum centum auri] Idem cauetur in Nouis Constitutionibus Mediolani, in tit.
159 de iudic. §. sed omnes Iudices, vbi † imponitur pœna Iudici non terminanti causam intra tempus instantiæ aureorum centum Fisco applicanda, & idem cauetur per easdem Constitutiones, §. omnes Iudices in titulo de offic. & iurisdict. omn. Iudicum.

160 Intelligitur † tamen hoc statutum procedere, si à partibus fuerit petitum, vt processum expediret Bal. per illum tex. in l. prima, §. magistratibus, ff. de magistrat. conuen. Marsil. alios allegans in repetit. rubr. ff. de fideiuss. numero 165. & sing. 341. incip. ille qui tenetur, Riminal. Iun. in §. fin. num. 21. inst. quib. alien. licet, vel non, ita, vt Iudex non possit redargui de culpa aliqua, vt per omnes in l. ait Prætor, §. si Iudex, ff. de re Iud. Ferrat. caut. 47. ad finem.

161 Sed quæro, † quid de iure communi, qualiter puniatur Iudex non ferens sententiam intra tempus instantiæ, respondeo, quod facit litem suam, Ias. in l. vniuersa, numero 4. versic. septimo, C. de precib. Imp. off. Asin. in sua prax. §. 2. capit. 17. nume. 2.

162 † Dicitur autem Iudex facere litem suam pluribus modis, de quibus per glos. Aret. & ceteros DD. instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nasc. in princip., & in specie dicitur Iudex facere litem suam quando neglexerit iustitiam administrare, vt latè per Menoch. de arbitr. iud. cas. 341. vbi ponit etiam qua pœna puniatur Iudex faciens litem suam.

163 † Sed dubium est nunquid hæc pœna imposita à statuto nostro, tollat pœnam suprascriptam impositam à iure communi, respondeo, quod sic, Bal. in l. data opera num. 19. & seq. C. qui accus. non poss. & hæc est magis communis, & communiter obseruatur in hoc dominio, teste Iulio Claro in §. fin praxis crimin. quæst. 85. nu. 5. quicquid in contrarium voluerit, Bar. in l. 1. num. 1. ff. vi bon. rapt. & alij per eum citati, latè Menoch. in tractat. recuper. remed. 9. quæst. 51. nume. 339. hancq; opinionem magis communem, & seruandam in iudicando tradit ex pluribus, Bursat. cons. 94. nume. 4. & seq. Bertazol. consil. crimin. 265. num. 4. lib. 2. Viuius in suis communibus in verbo statutum imponens.

164 † Quod procedit etiam, si pro pœna corporali de iure communi imposita imponeretur per statutum pœna peccuniaria, Marsil. in praxi, §. sequitur, num. 2. Bursat. dicto consil. 94. nume. 5. nouissimè hanc veriorem, & æquiorem, ac per totum mundum obseruatam tradit Hyeron. à Ceual. in suo tractat. communes contra communes, quæstione 626. idem asserit Prosp. Farinac. in suo tractat. criminal. tomo tertio de varijs, & diuersis criminibus, quæstione 111. artic. sexto, num. 97.

In verbo applicanda Cameræ Magn. Domini]
166 Sed quid, si statutũ nõ exprimeret, † cui veniret applicanda dicta pœna, dic, quod nihilominus deberetur Fisco, nam in dubio semper pœna Fisco applicatur, quando non constat, an lex induxerit actionem, vel accusationem, Bar. in l. agraria, ff. de term. mot. Ant. Gabr. in suis communibus in titul. de malefic. conclus. 16. numero 8.
167 versiculo tertio; Amplia, vbi latè ponit † quando pœna veniat applicanda parti, & quando Fisco, & D. Auus mihi maternus Ripa post Abb. & alios in rubr. numero 102. extra de Iudicijs.

Peregr. de Iur. Fisci, lib. 4. tit. 8. de pœnis, & mulctis, vbi per quatuor conclusiones quæstionem
168 explicat, Diaz. reg. 424. & 545. † An autem hęc pœna intelligatur imposita ipso iure, an vero per sententiam, dic, quod cum simus in dubio, intelligitur imposita per sententiam, non autem ipso iure, Bal. in l. quæ ex relatione in fine, C. de legibus, Alex. consil. 103. num. 16. vbi appost. ac consilio 124. nume. primo, vbi appost. lib. primo, videas etiam Bar. in l. si quis in tantam, nu. 28. C. vnd. ui, & in l. iubemus, §. sane, num. 11. C. de Sacrosanct. Eccl. & in l. Mæuius, §. duorum, num. 25. ff. de le-
169 gat. secundo; Est tamen aduertendum, † quod licet pœna imponatur ipso iure, non tamen potest fieri executio facti, nisi præcedente declaratoria Iudicis, Alex. dicto consil. 103. nu. 17. vbi appost. & consil. 124. num. 2. lib. 2. latissimè Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de malef. conclus. 12. vbi ampliat, & limitat, Menoch. de arb. iudic. cas. 320. num. 6. vbi testatur de magis communi, Farinac. de inquisit. quæst. 10. num. 7. vbi plures ad hoc citat; non omitto tamen, quod dictum est pœnam non esse impositam ipso iure fuisse correctum in hoc dominio Mediolani, per Nouas Constitut. Mediolani, in tit. de Iud. §. sed omnes Iudices, vbi disponitur, Iudices non terminantes sententias intra tempus instantiæ, ipso iure intelligi incurrisse pœnã aureorum centũ, eo ipso, quod causam parte instante, & debitas sportulas soluente, vel deponente non expediuerint in termino instantiæ.

170 In verbo, qui termini] † istæ terminus dicitur peremptorius, vt per Carpan. ad statut. Mediolani, cap. 21. num. primo,

171 In verbo instantia] † Quid sit instantia, videas latè Asin. in sua praxi iudiciorum, capit. 3. numero primo cum seq. vbi latè tradit de significatione huius verbi instantia, ubi post pòsita difinitione, Marant. in suo speculo in 5. par. princ. num. 2. in verbo, & omnia fiant durante instantia, necnon, & Franc. Curt. in l. postquam liti, numero 3. & numero 7. C. de pact. sequitur difinitionem instantiæ traditam ab Alciat. in l. si diuersa, numero 16. C. de transact. uidelicet, quod instantia, nihil aliud est, quam actionis exercitatio, à litis contestatione in definitiuam sententiam certo tempore coarctata, hæc autem instantia, de qua in hoc statuto successit in locum instantiæ iuris communis, de qua in l. properandum, C. de Iudic. ut ex Asin. §. 2. capit. 8. num. 3. & alijs dictum est supra in ver-
172 bo sub pœna, † est autem inuenta instantia ad hoc, ne lites fierent immortales, & sic in fauorem publicum, d. l. properandum, in princ. Socin. consil. 31. column. 4. in fine, in primo volum. Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 2. Asin. in praxi, dicto cap. 3. num. 5. æquiparatur in pluribus instantia causarum instantiæ vitæ humanæ, licet differat, quia instantia vitæ licet sit certa, quod sit peritura, ignoratur tamen dies, & hora, l. 1. ff. de cond. & demonst. instantiæ verò causarum dies, & hora certa est statuta, nempe statim lapso triennio: æquiparatur tamen nam, sicut licet corporis cursus, & meta per mortem finiatur, anima tamen immortalis, & perpetuò manet, iuxta illud, caro reuertetur in terram suã, Spiritus autem ad Deum, qui dedit illum, gl. 31. q. 4. c. 3, §. his ita, & corpus est animæ vestimentũ, c. 51. si de pœnit. dist. 2. Ita perempta instantia non soluuntur acta decisoria, & iura partis, quæ semper durant, Alex. conf. 58. lib. 2. Afflict. decis. 148. nu. 3. præterea, sicut humana vita perempta duplicem potest habere resurrectionem, & eiusdem Spiritus insufflationem nempe, vel per resurrectionem vniuersalem, quæ fiet in vniuersali iuditio, vel per resurrectionem particularem, quæ ex gratia, & beneficio particulari concessa fuit ab Omnipotenti Saluatore Nostro D. Iesu Christo, de Lazaro, filio Viduæ Nain, & alijs Bart. in l. 1. num. 69. C. de Sac. Sanct. Eccles. sic & instantia causarum dupliciter potest suscitari, seu Spiritus insuflari, primò per generale remedium, nempe quia de nouo per nouã actionem, & iudicium ex ijsdem iuribus, & actionibus lis renouatur, iuxta l. & post edictum, ff. de iud. & l. properandum, §. fin. C. eod. secundò per gratiam, & ex speciali beneficio Principis, insuflantis Spiritum instantiæ, cum certa forma refectionis impensarum, latè Capic. decis. 165. agens de hac insuflatione, Ang. in l. 2. C. de temp. appell. differũt tamen ij duo modi, si n. per generale remediũ restauratur instantia, non licet vti illismet actis, sed nouis probationibus est opus, nisi primi testes mortui essent, vbi autem instãtia à Principe insuflatur ijsdemmet actis, & probationibus vtimur instar Lazari, qui eadem bona recuperauit, vt per Moscatell. latè in sua praxi iudic. part. 7. in glo. sententiam nu. 40. cum seqq. pluribus.

173 In verbo causæ] † Hoc tempus instantiæ dicitur præfixum ipsi causæ, non iudici, nec iurisdictioni eius, cum enim ex verbis statuti expresse appareat causæ hoc tempus esse præfixum, non est ab eis recedendum, Abb. in capit. venerabilis, de Iud. Bar. in l. properandum, C. de Iud. Sciendum est autem, quod aliquando tempus instantiæ præfigitur ipsi Iudici, aliquando iurisdictioni, aliquando causæ, & aliquando partibus; Dicitur autem tempus præfixum Iudici, Primò quando de hoc expresse appareat, quod statuentes voluerunt illud tempus præfigere Iudici, cum enim illo casu simus in claris, non erit opus coniecturis, l. continuus, §. cum ita, ff. de verborum obligationib. Secundò ex coniecturis hoc colligitur, de quibus per Asinium in sua praxi iudic. §. 2. capit. secundo, vt puta, quando verba in Iudicis personam sunt directa, & prout latius ibi per eum; Dicitur autem tempus præfixum Iurisdictioni, quando causa demandatur Iudici ordinariam Iurisdictionem non habenti, nam tunc tempus dicitur præfixum ipsi Iurisdictioni, dato, quod verba in Iudicem sint directa, vt per Asinium dicto §. 2. capit. primo; Dicitur pariter tempus præfixum causæ, quod est in dubio, quoties statuentes mandant causam intra certum tempus expediri, vt per Asin. vbi supra capit. 3. num. primo, prout in casu nostri statuti factum apparet; Dicitur pariter tempus præfixum partibus litigantibus, quoties statutum diceret, quod partes producant sua Iura infra tantum tempus, vel, nisi Actor infra octo dies fundauerit suam petitionem non audietur, vt per Asin. vbi supra, capit. 4.

His cognitis vtile est scire, cui tempus instan-
174 tiæ præfixum sit, † nam si præfigatur Iurisdictioni, vel instantiæ, seu causæ, tunc sententia post tempus instantiæ prolata nulla est, ita Asinius dicto §. secundo, capit. primo, numero 5. cum seq. ac capit. 3. numero 5. quando vero est præfixum tempus Iudici, siue partibus, tunc bene valet sententia lata post tempus instantiæ statutariæ, dummodo tũ sit lata intra tẽpus, l. properandũ

C. de

C. de iud. ita Asin. vbi supra, capit. 2. num. 2. ac cap. primo, num. primo, cum seq. Carpan. ad statuta Mediolani, capit. 21. numero 22. & seqq. illud tamen, quod dictum est, quod, quando tempus est præfixum Iudici, potest ferri sententia post dictum tempus, velim intelligas procedere regulariter, sunt enim multi casus, in quibus, licet tempus instantiæ sit præfixum Iudici, adhuc tamen sententia lata post illud tempus non valet, quorum quatuor enumerat ipse Asin. dicto §. 2. inter quos est casus, videlicet, quando instantia statutaria aliter incipiat, quam à iure communi

175 institutum sit, prout in statuto nostro † de iure enim communi instantia solum incipit à die litis contestatæ, vnde, si per mille annos staretur per litigantes ad contestandam litem, nunquam inciperet instantia, Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia numero 3. Asin. plures auctoritates adducens in §. primo, capit. primo, numero primo, Mar. Antonin. variarum resolutio num, lib. primo, resolut. 49. numero 3. in nostro autem statuto cauetur, quod instantia incepta dicatur petitione porrecta, & in actis admissa, & parti legitimè notificata, vt habetur in hoc eodem nostro statuto in verbo, quæ incepta, & etiam disponitur in Nouis Constitutionibus Mediolani, in tit. de Iudicijs, in principio in illis verbis cœptaq; lis intelligatur.

Quare, cum in casu nostro tempus instantiæ dicatur præfixum causæ, vt supra probatum est, sententia lata post dictum tempus erit nulla, ex Asin. supra adducto; Imo, quod magis est, si pariter diceretur præfixum tempus Iudici, adhuc tamen sententia post tempus lata esset nulla eo, quia ratione huius statuti aliter incipiat instantia, quam de iure communi sit dispositum, hæc omnia volui proposuisse ad declarationem eorum, quæ lato folio adducit Asin. dicto §. 2. capit. primo, cum quatuor seqq. quæ omnia, licet confusè, inordinatè, ac remissiuè refert Carpan. ad statuta Mediol. cap. 21. nu. 22. & seqq.

176 In verbo causæ principalis] † Hoc dicitur ad differentiam causæ appellationis, in qua instantia breuior est, tam ex dispositione iuris communis, quo iure instantia solum durat per annum vel biennium ad summum, habet enim solum appellans annum, vel ex causa biennium, ad prosequendam appellationem, Abb. in capit. pactiones num. secundo, & septimo, de appellat. & in capit. cum sit Romana, num. primo, & secundo, eodem tit. tex. in Aut. ei, qui, C. de temp. appell. Marant. in verbo, & quandoque appellatur num. 21. vbi latius declarat, quando detur secundum fatale, & quando tertium, propter impedimentum, quam etiam ex dispositione huius statuti, quo iure non durat instantia in causa appellationis nisi 25. dies vtiles, vt habetur in f. eodem, uersic. 2. in uerbo causa. accedat etiam Neuiz. consil. 41. M. Anton. Eugen. consilio 42. Signorol. cons. 252 qui omnes pertractant materiam, quando primum, secundum, vel tertium fatale concedatur.

In uerbo non duret, nec durare possit] Istæ

177 duæ † negatiuæ huius sunt naturæ, ut præcisam necessitatem importent, ac formam, Orian. in cap. quoniam contra, cap. 2. num. 17. de dilat. latè per Carpan. ad statuta Mediolani, capit. 21. num. 31. ubi latè ponit, quando possit renunciari statuto negatiuo, de quo ibi per eum, & dicetur infra opportuniori loco, & dicemus in uerbo, nunquid huiusmodi instantiæ statutariæ renunciari possit.

178 In uerbo ultra tempus] † Hæc uerba importent, vt instantia non desinat currere, dato, quod interueniat impedimentum iudicis, ex magis communi DD. sententia, prout testatur Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia numero 31. vbi dat cautelam parti, vt quando videt instantiam perire ob impedimentum iudicis, sæpius protestetur, nam tunc hoc illi proderit ad obtinendam restitutionem in integrum aduersus lapsum instantiæ, idem tenet Asin. §. 2. capit. 6. circa finem, vbi refert plures Doctores testantes de magis communi, cui addo latè Odd. de restitut. in integrum, quæst. 67. artic. 5. vbi distin-

179 guit, † quod, aut contra Iudicem nulla actio competit, & tunc concludit in subsidium dari restitutionem in integrum ex communi Doct. sententia, vt ibi per eum, num. 29. Aut est aliter consultum parti, quia habet recursum contra Iudicem, & tunc dicit magis communem esse, quod non detur restitutio, vt per eum nume. 32. licet numero 33. testetur semper putasse veriorem fuisse primam opinionem, vt scilicet detur restitutio in integrum aduersus lapsum instantiæ, siue detur recursus contra Iudicem, siue non, & ita videtur

180 tenendum, cum sit magis æquum; † non enim temporibus nostris, est ita facilè agere aduersus Iudices, imo periculosum videtur, vt docet experientia, quæ est rerum efficax magistra, capit. quam sit de elect. in 6. & nunquam vidi agi con-

181 tra Iudices ob lapsum instantiæ; † quando autem instantia dicatur perijsse facto, & culpa partium, aut Iudicis, ostendit Crauet. consilio 270. col. 2. & seq. lib. 2.

182 † Ampliatur, vt etiam maiori detur restitutio in integrum aduersus lapsum instantiæ, siue impedimentum processerit ex facto Iudicis, vt supra dictum est, siue processerit ex facto Rei, & ab ipso Reo, secundum magis communem opinionem, de qua per Abbat. in cap. venerabilis de appellat. & alios alegatos per Odd. d. quæst. 67. articulo 3 num. 21.

183 † Fallit, quando impedimentum processisset facto, & culpa tertij, nam tunc datur actio de dolo contra eum, non autem competit restitutio, dummodo tamen, duo copulatiuè interueniant. Primum est, quod iste tertius dolosè præstiterit impedimentum: Secundum, quod soluendo sit, alias, si hæc duo copulatiuè non interueniant, sed vnum tantum ex his, tunc enim datur in subsidium remedium restitutionis in integrum ex Odd. vbi supra art. 4. num. 24. & 26.

Et veniendo ad principalem nostram conclusionem, quod istud tempus instantiæ statutariæ

184 currat, etiam stante impedimento Iudicis, † dico pariter verum esse, & procedere etiam tempore pestis, & belli, cum tempus instantiæ sit continuum, Ripa Auus mihi maternus in suo solemni, ac famoso tractatu de peste, in tit. de priuil. iud. causa pestis priuil. secundo, num. 35. Asin. in dicta praxi, §. secundo, capit. 11. num. 34. & pariter currit, quando casu fortuito impeditur iudicium prosequi, in his tamen casibus dari restitutionem aduersus huiusmodi lapsum instantiæ concludit Asin. dicto cap. 11. vbi ibi per eum sequitur Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 21. nu. 61. cum duob. seqq.

185 Sunt tamen plures casus, in quibus instantia non currit, sed suspenditur, de quibus per Asin. dicto §. 2. capit. 11. per totum, quos congerit Carpan. dicto capit. 21. numero 65. vsque ad numerum 80. vbi enumerat 14. casus, in quibus instantia non currit, sed suspenditur, quos casus non refero, cum habeas ibi congestos per ipsummet Carpan. potes etiam videre Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, & præter istos accedat Thesaur. decis. 10. per totam, Caroc. decis. 44. num. 5. & seq. & ibi num. 2. ostendit, qualiter calculanda sit instantia.

186 In verbo quadraginta dierum vtilium] † Hoc statutum nostrum est conforme dispositioni Nou. Const. Mediolani in tit. de iudic. in princ. est tamen correctorium iuris communis, quo iure instantia de iure ciuili loquendo generaliter durat triennio, l. properandum, vbi DD. C. de iudic. & hoc in causis ciuilibus, in causis verò criminalibus biennio, d. l. properandum, Asin. in sua prax. iud. in principio, cap. 3. num. 15. cum seq. Marant. in d. verbo, & omnia fiant durante instantia num. 5. cum seqq. pluribus, vbi ampliat, & limitat pluribus modis, quod procedit de iure ciuili loquendo,
187 secus autem de iure canonico, † quo iure instantia nunquam perit, sed semper durat secundum cõmunem Doct. sententiam, prout tradunt Abb. Felin. ac cæteri in c. pen. extra de iud. Alex cons. 23. num. 3. lib. 3. Marant. vbi supra num. 14. vbi vult procedere in causis, tàm ciuilibus, quàm criminalibus, in quibus de iure canonico nunquam perit, & sic in terris ecclesiasticis, & in foro ecclesiastico, actor non grauatur onere sustinendi instantiam, vt ibi per eum, sequitur Asin. d. cap. 3. nu. 21. vbi testatur hanc probabiliorem, & veriorem esse, verum tamen est, quod Iulius Clar. in §. fin. praxis crim. q. 51. nu 8. testatur de iure canonico habere locum instantiam in causis criminalibus; & illud, quod dicitur in foro ecclesiastico, vel in terris Ecclesiæ, dicimus etiam procedere in foro laico, quando causa esset ecclesiastica, nam tunc etiam ibi instantia nunquam perit, c. venerabilis vbi Abb. nu. 12. extra de iud. licet secus sit in causa clerici coram Iudice sæculari agitata, quæ non gaudet hoc priuilegio, vt per Abb. ibi Barbat. consil. 1.
188 column. prima, in princ. volum. 3. num. 27. † Sed dubium est, an instantia cœpta cum laico transeat in clericum successorem, & quicquid aliqui tentauerint, ego crediderim instantiam cœptam transire in clericum coram eodem Iudice sæculari, est namq; in iure certum, quod instantia cœpta cum defuncto transit in successorem, l. si constante, §. fin. vbi Alex. ff. sol. matr. Bal. in l. si intra C. de restit. in integr. Soc. cons. 31. num. 8. volum. 1. Neniz. cons. 20. nu. 31. & lex generaliter loquitur de hærede, ergo tam de Clerico, quam laico; com-
189 probatur, quia ex persona successoris non variatur obligatio, l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig. Felin. in cap. quia column. 3. de iud. Cagnol. in l. 2. num. 252. C. de pac. inter empt. & vend. & ita tenuit Ang. in l. hæres absens circa medium ff. de iud. vbi Castr. Roman. in l. si constante num. 14. vbi Alex. ff. solut. matrim. Barbat. consil. primo, volum. 3. & secundum hanc vidisse iudicari testatur Cagn. in l. 2. num. 249. & seq. C. de pac. inter empt. & vend. & in praxi seruari testatur Boer. decis. 69. num. 32. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 72. & latè Surd. consil. 222. per totum lib. 2. & decis. 110. & ita vidi semper seruari, quicquid contrarium disputando tenuerit Mart. in tractat. de iurisdict. part. 4. cent. prima, cas. 33.

Illud tamen, quod dictum est, instantiam de iure ciuili durare triennio, vel biennio, non sem-
190 per indistinctè procedit, † Aliquando enim in certis casibus specialibus est minoris temporis, puta annualis, sex mensium, trium mensium, duorum mensium, vigintiquinque dierum, & etiam aliquando trium dierum, quos omnes casus enumerat Asin. dicto cap. 3. num. 77. cum seqq. pluribus, Carpan. ad cap. 21. num. 82.

Præter autem casus, in quibus de iure commu-
191 ni instantia non perit, † sunt etiam plures alij enumerati per Nouas Constit. Mediolani, in tit. de Iudic. §. hæc tamen constitutio, in quibus instantia hęc quadraginta dierum nõ habet locum, videlicet in causis vertentibus coram Senatoribus, vel Senatu, coram Quæstoribus ordinarijs, & extraordinarijs, Capitaneo Iustitiæ, Præfectis annonæ, Conseruatoribus Sanitatis, ac Executoribus Cameræ, & in causis compromissorum voluntariorum, in quibus seruatur tempus statutum à partibus, in quorum defectum seruatur tempus compromissorum neccessariorum, quod Papiæ habet instantiam quadraginta dierum vtilium, vt infra cauetur statuto vigesimoquinto sub rub. de compromissis fiendis inter parentes, affines, & vicinos.

Redeundo igitur ad materiam nostram, quæ-
192 ritur, nunquid statutum potuerit corrigere, l. properandum, & abbreuiare instantiam, ac illam reducere ad tempus quadraginta dierum vtilium, & dic, quod sic, cum enim de iure ciuili sit instantia limitata ad triennium, potest
193 per aliud ius ciuile, & sic per statuta, † quæ dicuntur iura ciuilia, l. omnes populi, vbi Doctores ff. de iustitia, & iure, §. sed naturalia inst. de iure nat. gent. & ciuil. tolli, & minui, prout in terminis nostris, firmat Asin. in sua praxi, capit. 8. num. primo, cum seq. ante eum Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, numero 17. Bossius in titul. de statut. num. 18. Mysing. de obseruat. centur. 3. obseruat. 46. num. primo, Carpan. ad capit. 21. nu. 85. cum seq.

In verbo vtilium] pro intelligentia sciendum
194 est, † quod dies incipit, & determinatur diuersimode in iure, secundum Bal. in cap. quoniam, num. 3. extra de ferijs; primò enim sumitur pro die naturali vniformi, & perpetuo, & hic incipit secundum morem Romanum à media nocte, & finit in media nocte sequenti, l. more Romano ff. de ferijs, & continet horas 23. & quædam momenta, gl. in l. cum bisextus, ff. de verborum significat. quod deseruit ad esum carnium, ad ieiunia, ad conficienda instrumenta, ad obligatum soluere certa die, vel comparere, aut appellare, poterunt namq; isthæc expleri vsque ad mediam noctem, vt post Doctores in dicta l. more Romano, & Tiraquell. ac alios pulcrè docet Sigismund. Scaccia de iudic. causarum ciuil. lib. 2. capit. 3. quæst. 16. numero 318. & seq. quod secus est dicendum in actibus contentiosæ iurisdictionis, qui habent certam horam, isti enim de nocte fieri non possunt si partis citatio requiratur, vt est sententiam proferre, testium examen, Felin. in cap. consuluit sub num. 18. de offic. deleg. Sigism. Scac. d. quæst. 16. num. 330. & seq.

Huius diei principiũ, aliqui mane appellarunt, vel

vel quia tunc manat ab oriēte dies, vel quia ab inferis idest, manibus veniat, aut boni hominis causa, vt per Macrob. lib. primo, Saturnal. cap. 3. mane enim veteres bonū dicebant, siuè dij manes, cuius contrarium est immanis, vt latè per Tiraq. de retract. lignag. §. primo, gl. 11. per totum, vbi nu. 2. rationes inuestigat, cur de media nocte dies incipiat, & ista dies naturalis secundum alios appellatur vulgaris, potest, quę per statuta locorum aliter præscribi, augeri, vel minui, vt ibidem per Tiraq. num. 4.

195 † Quidam est dies vsualis qui consistit in operibus hominum, & incipit ab oriente sole, vsque ad occasum, l. prima, ff. de operis libert. & de hoc communiter intelligunt operarij, qui conueniunt
196 laborare pro tanta mercede singulis diebus; † Quædam est dies artificialis hominis artificio inducta, puta si sit statutum, quod dies incipiat ab vno sono campanæ vsq; ad alium, nam tunc dice-
197 retur dies artificialis, † quædam est dies ceremonialis, de qua loquitur cap. quoniam de ferijs,
198 Aliquando, & vltimo. Quædā † appellatur dies emergens, quæ computatur de momento ad momentum, vt in Auth. ei qui C. de temporib. appellat. & de hac die emergenti loquitur statutum no-
199 strum, dum vult † causam, siue instantiam durare per 40. dies, scilicet computandos de momento ad momentū, ita visus est tenere Bald. in d. auth. ei qui, sub num. 3. est etiam dies ciuilis spatium horarum 24. continens, quibus reuolutio totius cœli absoluitur, & secundū aliquos naturalis
200 etiam nuncupatur, † datur etiā dies conuentionalis, qui à partium conuentione tempus sumit, vt in l. cum, qui certarum, ff. de verb. oblig.
201 Tiraq. in dicta glos. 11. num. 7. & 8. † Item dies ecclesiasticus, qui non vniformiter, sed varijs modis ex ratione subiecti sumitur, nam quo ad indulgentias, & priuilegia terminatur de vespere in vesperas inclusiue, clem. prima de reliquis, & venerat. Sanctorum, quædam ad æsium carnium, qui post cænam incipit, cap. de æsu carnium de consecrat. distinct. 3. licet aliqui dicant constitui à media nocte, glo. in cap. primo de consecrat. distinct. 3. alij quo ad ordinum collationem de quo in capit. quidam patribus, vbi glos. & Archid. & in cap. quod die Dominico 75. distinct. & in cap. litteras de temporib. ordinand. cætera, quo ad diuina officia, de quo in cap. 2. vbi omnes de ferijs abunde. Tiraq. in d. tractatu de retract. lignag. §. 5. glos. 11. num. 12. & seq. Mar. Ant. Eug. consil. 48. per totum, latius, & melius Sigismund. Scac. de iudic. caus. ciuil. & crimin. lib. 2. cap. 3. quæst. 15. à nu. 294. vsque ad numerum 359. & ibi num. 318. disserit, quomodo in dispositione legis, vel hominis dies intelligatur.

202 Istorum autem dierum, † quidam dicitur continuus, quidam vtilis, dies continuus dicitur omnis dies curens, siue feriata, siue non feriata, siue currat in præsentia, siue in absentia, siue sit copia
203 Iudicis, siue non, † vtilis verò dicitur dies non feriata, in quo non computatur dies absentiæ, & ij, in quibus non est agendi copia iustè impeditis, glo. magistralis in clementina prima, de restitute in integrum, Gomes. in §. rursus, num. 32. inst. d. actionibus, sequitur Asin. in sua praxi cap. 8. nu. 19. cum seq.

204 † In dubio autem appellatione dierum, intelligitur de continuis, non etiam de vtilibus, glo. in rub. ff. de diuers. & temp. præscript. Ias. in d. §. rursus, nu. 62. cum duobus sequentib. & ideo nisi statuentes expressissent de vtilibus, intelligeretur istud tempus de continuo, & ibi per Ias. Asin. dict. cap. 8. vbi plures adducit Socin. consil. 118. num. 6. volum. 4. Bec. consil. 99. num. 14. lib. primo,
205 Surd. decis. 189. num. primo, † An autem dies termini computetur in termino præter DD. maxime Ias. in l. prima, ff. si quis caut. videndus, Tiraq. in dicto §. 8. glos. 17. num. 20. & sequentib. pluribus, Marc. Anton. Eugen. consil. 48. per totum.

206 † Sed iuxta hoc contigit dubitari nunquid instantia principalis vltra dictos 40. dies vtiles valeat partium consensu prorogari, & primo videamus de instantia triennali, & dic illam minime posse prorogari partium consensu, etiam cum iuramento, glos. in l. properandum in principio, in verbo triennij vbi Bar. & DD. cōmuniter, C. de iudicij, Curt. in l. 2. §. si & iudex, nu. 7. ff. de iudicijs, qui dicit hanc esse communem, etiam interueniente
207 iuramento, † quod procedit, vt nec Iudex partium consensu valeat eam prorogare, Corneus consil. 182. num. 5. volum. 3. & hanc communem ait pluribus citatis, Asinius in sua praxi, §. 2. cap. 8. vbi infinitos ad hoc allegat, quos omnes longū esset refferre, & ideo sufficiat locus, sequitur Maranta in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 23. qui vult hoc procedere, etiam
208 si vltra iuramentum apposita esset pœna, † adeo vt nec etiam possit prorogari per cōpromissum, & sic, nec tacitè, nec expresè, Roman. cons. 174. col prima in fine, Marant. vbi supra num. 24. Didac. Coaruu. in tract. de testament. §. primo, parte 2. num. 4. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 21. num, 88. & seq. Sigismund. Scacc. de iudic. caus. ciuil. lib. 2. cap. 2. dub 4. num. 680. & & seq.

Hanc tamen magis communem, vellim intelligas procedere in causa principali, & ita loquuntur
209 DD. supra citati, † secus autem in causa appellationis, Marant. in praxi, in verbo, & quandoque appellatur in 3. quæst. princip. versic. secundo limita, nisi de voluntate, vbi concludit tempus ad prosequendam appellationem statutum, posse de partium consensu prorogari, & adducit rationem diuersitatis à causa principali, quę est, quia ex peremptione instantiæ in causa appellationis grauissimum infertur preiuditium cum totum appellantis ius pereat, si vero perimatur instātia in causa principali pereunt acta tātum, clem. si appellationem de appell. Abb. in cap. penult. sub nu. 14. extra de iudic. Felin. in cap. ex ratione vbi Franc. de appell. Bald. in l. final. C. de tempor. appellat. Archidiacon. in c. anteriorū 2. q. 6. latè Cesar Barat. decis. Bonon. 32. num. 3 & seqq.

Limita secundo, vt licet non valeat partium consensu prorogari instantia causæ principalis,
210 † bene tamen possit prorogari per Principem, Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia num. 19. alias duas limitationes, tradit Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 21. num. 89.
211 scilicet, † quando post triennium partes vnico contextu, & consensu, reassumerent omnia acta. Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante
212 instantia, num. 45. vel etiam si post lapsum triennij partes non opponant de lapsu instātię, prout de his duabus habetur per Asin. d. §. 2. cap. 16. nu. 2. & seq. vbi tamen dicit has cautelas posse eludere Iudicem cum possit partes in iudicium venientes

perempta instantia repellere, Innoc. in cap. per
tuas de restib. & in c. ex insinuatione de appellat.
poterunt tamē esse vtiles, si Iudex non aduertat ad
instantiæ lapsum, vel nolit partes repellere, vt ibi
per eum, quod ego nunquam facerem partibus
non opponentibus.

Et sic ex his apparet, quid in instantia trienna-
213 li, sed † dubium est in instantia per statutum re-
stricta, vt in casu nostro, nunquid illa valeat per
consensu partium prorogari, & posse prorogari
vsque ad triennium, & non vltra, tenet Salyc. in d.
l. properandum vbi Alex. in 2. col. in fine, & seq.
vbi etiā Ias. col. pen. Felyn. in cap. venerabilis, col.
4. in fine, versic. secunda declaratio extra, de iu-
dicijs, & hanc magis cōmunem testatur, Marant.
in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia,
nu. 25. alios etiam tenentes hanc opinionē refert.
Asin. in d. cap. 8. §. 2. nu. 3.

214 † Contrariam opinionem, quod imo prorogari
non possit hęc nostra instantia statutaria partium
consensu, tenuit Alex. sibi contrarius cons. 24. col.
fin. in quarto vol. Ricard. Malumb. in d. l. prope-
randum, Lucas de Pęna in l. vtilitas publica, in pri-
ma col. vers. secundo quæritur, C. de primipil. lib.
12. Soc. iun. cons. 132. nu. 2. & cons. 133. nu. primo,
vol. 2. Capic. decis. 11. num. 17. fundatur autē hæc
opinio ea irrefragabili ratione, quia hæc nostra
instantia statutaria successit in locum instantiæ
trienalis, & eius naturam prorsus retinet, Neuiz.
consil. 24. num. primo, & secundum eam regulari
debet, Ias. in d. l. properandum in princip. col. pen.
versic. contrarium.

215 † Quid tenendum? secūdā opinionē amplector
vti veriorem, nempe, quod non possit prorogari, &
hæc est tutior, licet fortasse contraria sit commu-
nis, prout hanc tenet in puncto Asin. dicto cap. 8.
circa finem, §. 2. & maxime tenenda est, ex quo per
nostrum statutum tempus instantiæ præfixum est
causæ, vt supra latę demonstrauimus in verbo cau-
sę, hoc eodem statuto, quo casu prorogari non po-
test, prout declarat Franc. Aretin. in dicto cap. ve-
nerabilis, quem refert, Curt. in d. l. 2. §. si & Iudex,
num. 7. ff. de iudic. prout animaduertit idem Asin.
d. cap. 8. in fine, vbi dicit hoc penitus carere du-
bitatione.

Non omitto tamen, quod in hoc Dominio Me-
216 diolani, per Nouas † Constitutiones Med. in tit.
de iudicijs, §. & quia sæpissime, datur facultas pro-
rogandi instantiam mutuuo partium consensu, &
etiam alteri parti adhibito iuramento, vt ibi latius
habetur, quia si intra tale tempus prorogatū cau-
sa ipsa non potest expediri habetur recursus ad Se
natum Excellentissimū Mediolani, facta mentione
in precibus omnium prorogationum, & causę im-
pedimenti, & præstito iuramento, tàm per Iudi-
cem, quam per supplicantem, causas expressas esse
veras, & nō petere per calumniam &c. & tunc Se-
natus Excellentissimus solet concedere litteras,
quæ appellantur de forma huius tenoris.

Dilecte noster, attenta fide vestra, volumus, vt
instantiam causæ de qua meminit inclusa suppli-
catio, prorogetis à fine per mensem, vbi lapsa non
sint fatalia à iure communi data, decernentes nul-
lum tempus currisse à die porrecte supplicationis,
vsq; ad litterarum nostrarum præsentationem ter-
mino sex dierum faciendam. Dat. Mediolani die
217 &c † qui terminus repræsentandi, tale rescriptū
est continuus, & currunt etiam dies feriati in ho-
norem Dei, vt voluit Bart. in l. prima, C. de dillat.
illi verò dies intercalares, & seu qui intercedunt à
die porrectæ supplicationis vsq; ad præsentationē
rescripti, protrahunt instantiam ipsam sicuti, ita
de stylo, ac consuetudine obseruatur, tàm in præ-
senti Ciuitate Papiæ; quam Mediolani.

Non omitto, quod etiam conceditur prorogatio
eo modo de quo infra in Decreto 24. inserto in
fine horum statutorum.

218 † Sed quid si actor post cæptam instantiam mo-
riatur intra tamen tempus instantiæ, dic quod in-
stantia cepta transit ad hæredes actiuè, & passiuè,
dummodo tamen sint hæredes vniuersales, secus
vero si essent particulares, ita Bart. in l. si cum ho-
minem, ff. de fideiuss. Pract. Papiens. in forma exe-
cutionis sententiæ diffinitiuæ in gl. prima, nu. 28.
cum alijs, de quibus per Marant. in dicto verbo, &
omnia fiant durante instantia, nu. 12. adeo vt ipsi
hæredes conueniantur, si defunctus fuerit actor, si
vero fuerit reus hæredes conueniantur, dummo-
do tamen obseruetur ad validitatem actorum, vt
hæredes non defuncti nomine agant, prout con-
siderauit, Curt. in l. eius, qui num. 18. ff. si cert. pet.
possent plures alij adduci ad hanc conclusionem,
quos videre, licet per Asyn. in d. praxi, §. 2. c. 12.
num. 4. cum seq. Caballin. milleloq. 943. Peregr.
de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 65. & latius in tract. de
fideicom. art. 53. nu. 18. cum seq. Cęsar Barz. decis.
36. num. 7. & seqq. & mouentur prętati Doct. ea
219 tritissima regula, eo quia † hæres vniuersalis fin-
gitur vna, & eadem persona cum defuncto, vt in
auth. de iureiur. à moriente præstito in princ. de
qua regula latissime per Ioseph. Ludouic. in suis
communib. conclus. 16.

220 † Amplia procedere, vt instantia cępta transeat
etiam ad Fiscum, vti hæredem succedentem, non
autem vti successorem vniuersalem, intelligendo vt
per Asin. dicto cap. 12. num. 24. cum seq. pluribus
vbi distinguit, & ratio est, quia cum Fiscus succe-
dit priuato, vtitur iure priuati, l. Fiscus la prima, ff.
221 de iur. Fisci, hinc infertur, † quod si Fiscus succe-
dat ex publicatione bonorum, instantia in eum nō
transeat, cum dicatur succedere vti successor vni-
uersalis, non vti hæres, ideo Fiscus erit conuenien-
dus coram suis Iudicibus, Boss. in tit. de bonorum
pub. nu. 24. Asin. d. cap. 12. nu. 32. cum seq. Peregr.
de iur. Fis. lib. 5. tit. primo, num. 65. & clarius lib. 7.
tit. primo, num. 12. & de fideicom. artic. 53. nu. 23.
solet tamen Senatus Excellentissimus ita testante
Bossio in tit. de Fisco, & priuileg. eius nu. 46. vers.
Senatus &c. ad effectum, vt parcatur laboribus, &
impensis ordinare, quod si causa sit instructa ste-
tur coram Iudice primo, & quod bona ponantur
ad proclama nomine Fisci, ita attestatur etiā Car-
pan. ad d. cap. 21. num. 56. & quæ dicta sunt Fiscū
successorem non teneri stare instantiæ ceptæ con-
tra priuatum procedit in causa principali, secus in
causa appellationis, tunc enim tenetur iuditium
prosequi coram Iudice priuati, Salic. in l. prima,
C. si pendent appell. Peregr. d. tract. de iure Fis. lib.
7. tit. primo, nu. 12.

222 † Amplia, vt etiam transeat de patre in filium,
etiam non hæredem, & è contra, Asin. d. §. 2. cap.
13. num. primo, cum tribus seq. vbi nu. 5. vult hoc
non procedere in filio, qui beneficio, Auth. bona
damnatorum, C. de bonis pręscript. ad parentum
bona admittitur, cum tunc non iure hereditario,
sed speciali priuilegio, & iuris, ac legis concessione
succedere dicatur, vt ibi per eum, & per Peregr. de
fideic. artic. 53. nu. 20. & 26.

Amplia

223 † Amplia, vt instantia cepta, ac incoata, cum defuncto mediante persona hæredis restituentis, transeat in fideicommissarium vniuersalem, l. prima, vbi Bart. ff. ad trebell. secus autem si instantia est incepta cum ipso hærede, nam tunc cum non sit hæreditaria in fideicommissarium non transit, l. cum hæreditas, ff. ad trebell. & ideo ad effectum, vt transferatur in ipsum fideicommissarium opus erit cessione, Alex. in l. prima, num. 2. ff. ad trebell. ita Asin. d. cap. 13. nu. 8. vsq; ad num. 14. Peregrin. de fideicom. artic. 53. num. 19.

224 † Amplia, vt instantia incoata cum defuncto dignitatis, vel administrationis nomine, in successorem dignitatis, vel administrationis transeat, Abb. in cap. quia v., num. 11. vbi Dec. nu. 8. de iudicijs, hinc infertur, quod instantia incoata corã vno Iudice transeat in aliũ, dũmodo sit in eius locum subrogatus, & habeat eandem iurisdictionẽ, ita Asin. in dicto cap. 13. nu. 14. cum duobus seq. Peregr. de fideicom. artic. 53. num. 28.

225 † Fallit primo hæc conclusio, vt in successorem singularem voluntarium non transeat, Ang. in l. tam ex contractibus, num. 2. ff. de iudic. nisi secundum Asin. in d. cap. 13. nu. 36. cum sequenti, successor singularis ex aliqua necessitate succedat exemplum, si res de qua iudicium pendebat alteri adiudicata fuerit, nam tunc etiam in eum transfertur instantia, l. in iudicio, ff. famil. ercisc. Pereg. de fideic. artic. 53. num. 24. duplicem considerans necessitatem respectu rei, & respectu actionis, & latè versatur sub num. seqq.

226 † Fallit secundo, vt instantia incoata cum defuncto laico in ecclesiam, vel clericum non transeat secundum aliquos ex magis communi Doct. sententia, sed ecclesia, & clericus coram suo Iudice ecclesiastico conueniendi, non tamen status causæ est mutandus, sed solummodo eo modo, quo corã Iudice laico reperiebatur causa ad ecclesiasticum Iudicem est transferanda, coram quo ordo à iure ciuili introductus obseruari debet, ita Asin. d. ca. 12. num. 44. vsq; ad num. 59. Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia. num. 13. Surd. cons. 222. num. 4. Marta in tract. de iurisdict. part. 4. centur. prima, cas. 33. per totum, intelligendo tamen, dummodo clericus vtatur priuilegio incerto in corpore iuris, secus si vellet vti speciali priuilegio sibi à Papa concesso, vt coram suo Episcopo conueniri nõ possit, vt per Asin. vbi supra nu. 59. post Felyn. per eum citatũ, in hoc tamen articulo. vide quæ dixi supra num. 188. & seq. nam & si de iure disputando hæc opinio sustineri posset in praxi tamen contrariũ seruatur, vt ibi dixi.

227 † Fallit tertio, vt hæc instantia cum defuncto incoata, non transeat in hæredem domicilium nõ habentem, nec succedentem in foro defuncti,
228 Asin. dicto cap. 12. num. 13. & 14. † vel quoties instantia esset compromissi; hæc enim ad hæredẽ non transit, Bart. Bal. in l. diem proferre, vbi Alberic. ff. de recep. arbit. Asin. dicto cap. 12. nu. 15.
229 & ratio est, licet Asin. non referat, quia † compromissum non transit, in hæredem, sed extinguitur morte vnius ex compromittentibus. c. fin. de arbitr. & latè per Blanc. de comprom. quæst. 7. nu. primo, cum seq. Camil. Borel. in tract. de compromiss. quæst. 2. gl. 4. num. 130. & seqq.

230 † Fallit quarto, vt non trãseat in bonorum successorem ante litem contestatam, Asin. dicto cap. 12. nu. 29. nec in monasterium, aut patrem arrogantem, Asin. vbi supra nu. 30. Peregr. dicto art. 53. num. 21.

231 † An autem instantia incoata transeat de procuratore in dominum, & è cõtra. vide Asin. distinguentem dicto cap. 13. nu. 17. cum seq. pluribus.

232 † Sed dubium est, quid si creditor incoet instantiam cum debitore, qui post moriatur, nullo relicto certo hærede, adeo quod dubiũ sit, ad quẽ pertineat dicta hæreditas, qualiter consulatur ipsi creditori, ne interim labatur instantia; & dic ex Soc. sen. cons. 31. nu. 8. versic. sed quoniam, vol. primo, creditori consuli per restitutionem in integrum, nisi fortasse ante lapsum instantiæ declaretur, ad quem pertineat hæreditas, tunc enim creditor teneretur prosequi instantiam aduersus hæredem, ita declaratum; si verò non declaretur, posset etiam consuli, vt detur curator bonis cum quo prosequatur instantiam, vt etiam sequitur Asin. d. cap. 12. nu. 17. cum seq.

233 † His sic cognitis, reliquum est videre, † nũquid si dicta instantia quadraginta dierum transierit, an acta iudiciaria pereant, & an iudex post lapsũ dicti temporis valeat sententiam proferre validè; & distingue, quia quędem sunt acta iudicialia, quę tendunt ad ordinationem litis, quæ dicuntur litis ordinatoria, & hæc sunt productio libelli, litis cõtestatio iuramentum calumniæ, terminus probatorius, satisdatio, & alia similia, & hæc omnia pereunt, ita Abb. in cap. venerabilis, col. 6. versic. quæro, quæ acta de iudicijs, Alex. cons. 58. num. 1. cum duobus seq. lib. 2. quædam sunt acta probatoria tendentia ad decisionem litis, quæ alio nomine dicuntur acta causæ, seu litis, vt attestationes publicatæ, siue depositiones testium, instrumenta, confessiones, & alia similia, & hæc non pereunt, sed faciunt fidem in eadem causa, in alia tamen instantia, l. properandum, §. & si quidem vbi Bar. C. de iudicijs, idem in l. cum lite mota, ff. iudic solui. Alex. d. cons. 58. nu. primo, cum duob. seq. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 21. nu. 96. & seq. Caroc. decis. 44. num. 3. dummodo tamen hæc omnia acta fuerunt publicata in prima instantia, nam si non essent publicata, non facerent fidẽ in alia. Bart. in d. l. cum lite motta, & tunc quando instantia de nouo incipit, solent de nouo dictæ probationes receptæ in prima instantia, & publicatæ, produci, & tunc faciunt plenã fidem. Alex. consil. 61. col. 3. & fine vol. 2. Marant. latè in d. verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 55.
234 cum seq. vbi etiam quærit, † an testes, qui non fuerunt publicati in prima instantia, quo casu non probant per supradicta, possint peti publicari in secunda instantia, & concludit, quod si sunt viui, & possunt iterum produci, non poterunt publicari per iudicẽ secundæ instantiæ, si vero mortui, benè poterunt publicari, & faciunt fidem. vt ibi per eum.

Quod autem dictum est, acta probatoria publicata in prima instantia facere fidem in secunda,
235 † intelligas procedere in causa ciuili, secus in causa criminali, in qua per lapsum instantiæ omnia acta tàm probatoria, quã ordinatoria pereunt Alex. in l. properandum, §. fin. Marant. vbi supra nu. 57. ex quo infertur, in causa criminali perempta instantia accusatorem, amplius accusare non posse. Salicet. in l. abolitionem, colum. prima, C. de adulterijs; quod intellige secundum Asin. d. §. 2.
236 cap. 16. num. 24. † quando instantia est perempta negligentia accusatoris, secus si negligentia Iudi-

dis

cis, tunc enim bene poterit de nouo accusator a c. cusare secundum eum, hoc tamen parum facit in
237 hoc Ducatu Mediolani, in † quo non seruatur instantia in causis criminalibus, siue sit instantia iuris communis, siue statutaria, siue Nouarũ Constitutionum Mediolani, sed ex generali consuetudine Iudex etiam perempta instantia prosequitur processum, prout testatur, Bossius in sua praxi in tit. de Inquisitione, num. 89. & in tit. de sententijs, num. 108. quem refert, & sequitur Iulius Clarus in §. fin. praxis crim. quæst. 51. num. 8. versic. alia etiam est defensio vbi Baiard. in addit. ad eum nu. 19. cum seq. vbi latissimè ponit quid de iure.
238 † Erit igitur conclusio,† quod instantia perempta in causa ciuili, non pereat actio, quin de nouo quis possit agere, & causam incipere, licet secus sit in criminalibus, per supradicta, ita Bar. in l. petende, nu. 4. C. de in integr. rest. postul. Asin. in dicta praxi cap. 3. num. 4. ac §. 2. cap. 15. num. 11. tenetur tamen agens de nouo testes producere per supradicta, & indistinctè, & ante omnia reficere
239 expensas, † cũ perempta instantia semper actor condemnetur ad expensas, vt per Bal. in l. properandũ, §. illo in fin. C. de iudic. Lafranc. de Orian. in cap. quoniam contra, in fine de appell. Marant. in d. verbo, & omnia fiant durante instantia, n. 48. & infra dicetur circa restaurationem instantiæ.
240 Sed iuxta hoc quæro † nunquid instantia perempta pereat Iurisdictio Iudicis, adeout post lapsum instantiæ non possit ferre senten tiam, & circa hoc distinguendũ videtur, nã aut quærimus nunquid instantia perempta, possit Iudex ferre sententiam absolutoriã ab obseruatione iudicij, aut verò quærimus, nunquid possit ferre sententiam absolutoriam, vel condemnatoriam in causa principali, & sic sententiam diffinitiuam; In primo casu indubitabilis iuris est, Iudicem posse perempta instantia Reum absoluere ab obseruatione iudicij, & condemnare Actorem in expensis, l. final. C. si intra cert. temp. Alex. cons. 46. post princ. in 5. vol. & cõs. 136. col. prima, ac cons. 138. col. prima, vol. primo, infinitas ad hoc congerit auctoritates, Vantius de nullit. in tit. de nullit. ex deffect. iurisd. & vnde, ac quibus modis proueniat, n. 127. vers. Insuper, Marant. in d. verbo, & omnia fiant durante instantia, nu. 59. Asin. §. 2. cap. 15. nu. 15. cum seq. Pract. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in verbo, & expensis, nu. 6. Sigismund. Scac. de iudic. caus. ciu. lib. 2. cap. 2. n. 714. qui extendit hoc, idem ad Iudicem compromissarium, seu arbitrum, nisi tamen in compromisso certum tempus adiectum foret, vel à statuto certum tẽpus esset præfixum, vt ibi per eũ, nu. 717. & seq. ex quo infertur, quod poterit etiam declarare instantiam peremptam, & condemnare Actorem in expensis, Bart. in l. properandũ, §. illud proculdubio, quem communiter sequuntur DD. C. de iudic. Asin. d. cap. 15. nu. 15. & poterit declarare, se non Iudicem, Grãmat. decis. 91. nu. 4. Vantius in d. tit. de nullit. ex deffect. iurisd. n. 127. Asin. d. cap. 15. nu. 27. & hæc omnia potest facere Iudex instantia perempta, cum non tendãt ad deffinitionem negotij principalis, prout etiam nouissimè tenuit Carpan. ad statuta Mediolani c. 21. nu. 110.
241 † Aut verò, & sic secundo casu quærimus nunquid instãtia perempta, possit Iudex ferre sententiam super negotio principali, absoluẽdo, vel condemnando, & tunc, aut loquimur de interitu instãtiæ iuris communis, de qua in d. l. properandum, & tunc sententia lata post lapsum instantiæ iuris cõmunis est ipso iure nulla, DD. communiter in dicta l. properandum, in principio de cõmuni, Ias. in §. rursus, vers. quod autem inst. de action. cum alijs de quibus per Vant. in dict. tit. de nullit. ex deffect. iurisd. nu. 117. vers. vnde termino huiusmodi, Marãt. in dicto verbo, & omnia fiant durante instãtia, nu. 58. Asin. d. §. 2. cap. 14. num. 3. & ratio esse potest, quia Iudex perempta instantia desinit esse Iudex, & sic acta dicerentur fieri coram Iudice incompetenti, secundũ Bal. in cap. primo, tit. de feud. Asin. vbi supra num. 4. Sigismund. Scacc. de iudic. caus. ciuil. lib. 2. cap. 2. dub. 6. nu. 705. cum seqq. & ideo instantia perempta Iudex debet in causa supersedere, etiam parte non opponente, Alex. cons. 39. in principio lib. 5. Asin. d. cap. 15. nu. 13
Restriugitur tamen hæc conclusio, vt non pro-
242 cedat in aliquibus casibus; † primus est, quia potest reum confessum in iudicio condemnare etiam extra instantiã, & valet sententia, siue sit causa ciuilis, siue criminalis, Bal. in d. l. properãdum in fine illius principij, cum alijs de quibus per Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 60. Bero. in c venerabilis, num. 67. extra de
243 Iud. ratio est, † quia per confessionem res efficitur notoria, cap. vestra, & cap. fin. extr. de cohab. cler. & mul. & in notorijs ordo iuris, non requiritur; & sic nec iudicium, nec processus ordinarius. arg. cap. ad nostram, il terzo, de iud. Berõ refert, & sequitur Asin. d. cap. 15. nu. 22. cum duob. seqq. vbi nu. 25. cum seq. restringit hunc casum duobus modis, scilicet quando lapsu temporis, non solum instantia, sed ipsa causa periret, & quando sumus in casu, in quo Actor ab agendo declinatoria exceptione repelli posset in his duobus casibus, etiã stante confessione partis instantia perempta, sententia proferri non poterit, ita Asin. d. nu. 25. post Bero. in dicto cap. venerabilis; Secundus casus est, quando Iudex ob magnitudinem causæ non potuit iudicare intra tempus instãtiæ, tunc enim poterit Iudex declarare etiam extra instantiam, ita Asin. d. §. 2. cap. 12. num. 27. cum seq. Tertius est casus, quia potest Iudex etiã lapsa instantiã mulctare contumacem, qui non paruit præcepto eidẽ transmisso durante tempore instantiæ, Afflict. in const. regni rub. de resist §. 2. si accusatorem, nu. 4. vers. an autem lib. 2. relatus per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 21. nu. 117.
In secundo casu principali, scilicet in instantia
244 statutaria, † an Iudex possit ferre sententiam ea perempta, intra tamen tempus Iuris communis, & tunc dic, quod quando tempus instantiæ est præfixum ipsi causæ, & instantiæ, prout in dubio præsumitur secundũ Vant. in d. tit. de nullit. ex deffect. iurisd. nu. 120. sententia lata ea perempta erit ipso iure nulla, Bal. in l. properandum in principio, col. 2. vers. quarto, cum alijs de quibus per Vant. vbi supra dicto nu. 120. & latè Asin. dicto §. 2. cap. 3. per totum, Sigism. Scac. de iudic. caus. ciuil. lib. 2. cap. 2. num. 707. cum seqq. quando vero tempus est præfixum ipsis partibus litigantibus, vel earum actioni, tunc si Iudex extra tempus instantiæ pronunciet, sentẽtia non est nulla, si Iudex fuit sciens secus autem si ignorans, Vant. vbi supra, num. 124. Asin. d. §. 2. cap. 4. per totum, si verò tempus instantiæ præfigitur ipsi Iudici, tunc Iudex regulariter tempore instantiæ elapso poterit nihilominus validè sententiam proferre, Corn. cons. 49. nu. 16. vol. 2. cum ceteris de quibus per Asin. dicto §. 2. cap. 2. per totum, vbi hoc limitat quatuor modis

de

245 de quibus ibi per eum, quorũ vnus est,† quando instantia aliter incipit, quam à iure cõmuni constitutum sit, nam tunc dato, quod tempus sit præfixum ipsi Iudici, tamen elapso termino sententia lata erit nulla, vt ibi latè per Asin. versic. quarto vt dixit, si vero tempus fuerit præfixum iurisdictioni, tunc sententia post dictum tempus lata est nulla, Asin. d. §. 2. cap. primo per totum, quando verò tempus dicatur præfixum Iudici, Iurisdictioni, partibus litigantibus, seu earum actioni, causæ, supra declaraui in interpretatione verbi causæ supra hoc eodem statuto, num. 173. & seqq. vbi demonstraui, quod in quouis casu huius nostri statuti tempus dicitur præfixum causę, vt ibi probaui, & sententia lata hac instantia 40. dierum statutaria perempta, erit nulla ipso iure.

246 † Reliquum modo est videre, quot modis instantia perempta valeat instaurari, & dic, quod quatuor modis, de quibus per Carpan. ad statuta Mediolani cap. 21. num. 118. cum seq. pluribus, primo per insufflationem spiritus ei factam per Principẽ, qui solet hoc facere regulariter refectis expensis parti, actorũ quæ pereunt, vt per Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, num. 32. cum seqq. & hæ expensæ debent in primis, & ante omnia refici vsq; ad vnum obolum adeo, ut si summa fuerit liquida, & taxata, non sufficiat depositio duorum solidorum, cum oblatione pluris, si plures debebuntur, sed debeat integrè solui, vt per Carpan. ad cap. 21. num. 123. cum seq. vbi vult, quod huiusmodi expensæ per lapsum instantiæ solutæ non veniant postmodum restituendæ actori, si victoriam in causa obtineat vna cum condemnatione expensarum, & solet Senatus Excellentissimus Mediolani, dare rescriptum tenoris, quod is Iudex reasumptis legitime agitatis in causa procedat, & iustitiam faciat habita ea impensarum ratione, quæ iuris fuerit, quo casu deinde actor reproducit totum processum, & reasumuntur ipsa agitata, & taxantur expensæ, & soluuntur, vt supra dixi, potestque reus de nouo opponere omnes exceptiones declinatorias, & dilatorias, perinde, ac si nullum iudicium esset intentatum, Ang. cons. 289. causas autem illas, ex quibus Princeps soleat restaurare instantiam per insufflationem, ponit Asin. d. §. 2. cap. 16. num. 9. sed dubium est, quid si Senatus Excellentissimus, siue Princeps, restauret instantiam lapsam ex negligentia actoris, an reus teneatur ad refectionem expensarũ, qui instantiæ restaurationem impetrauit; & dic, quod non, ex Gramat. decis. 51. nu. 5. & 6.

247 † An autem hæc restauratio instantiæ soleat pluries concedi; dic, quod vsq; ad tres vices tantũ, Grãmat. decis. 69. quem reffert, & sequitur Asin. d. §. 2. cap. 16. num. 14. cum seq. vide etiam ad hoc, Capic. decis. 165. vbi tenet solum bis posse concedi à Principe, Vrsillus tamen in addit. ad Af-

248 flict. decis. 3:6. nu. 5. tenet pluries fieri posse, † nec in huiusmodi restaurationibus impetrandis partis citatio requiritur, vt notatur in l. 2. versic. quid si ita, C. de temp. appellat. Capic. decis. 165. num. 6. Asin. dicto cap. 16. num. 17. & hæc magis mihi placet cum Principis auctoritas nec loco, nec tempore circumscribatur.

249 † Nolo tamen prætermittere, quod hæc insufflatio instantiæ facta per Principem noua instantia dicitur, non autem prorogatio veteris, prout ita fuisse rescriptum per Senatum Mediolani D. Alexandro Archinto causæ commissario testatur Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 21. num. 135. cum seq. vbi affert vtilitatem ex hoc, quia à die restaurationis, incipit hæc noua instantia 40. dierũ vtilium, & poterunt fieri prorogationes, & suspensiones, iuxta formam Nouarum Const. Mediolani tit. de iudicijs.

Hæc autem, quæ dicta sunt de restauratione instantiæ, sunt intelligenda in causa principali ciuili,

250 † secus autem in criminalibus, in quibus regulariter non insufflatur spiritus instantiæ peremptæ intelligendo, vt per Asin. d. cap. 16. nu. 19. cum seq. An autem hæc procedant in causa appella-

251 tionis, † & dic regulariter non fieri insufflationẽ instantiæ, nisi expressè in rescripto dicatur, non obstante appellatione deserta, vel Princeps vtatur aliqua æquipollenti clausula, vt per Asin. d. c. 16. num. 11. cum duobus seqq. Verũ tamen est, quod Senatus Excellentissimus Mediolani non solet cõcedere restaurationem in causa appellationis, nisi ex vrgenti causa, secundum Carp. ad dictum cap. 21. num. 122.

252 † Secundus principalis modus restaurandi instantiam fit per restitutionem in integrum, & hoc dupliciter intelligitur, nam aut quis est minor, & tunc ei succurritur aduersus lapsum instantiæ, si imprudenter labi illud tempus passus fuit per restitutionem in integrum sine aliqua impensarũ refectione, vt tenent communiter DD. relati per Odd. de rest. in integr. q. 67. num. 12. & in specie Iacobinus de Sancto Georgio in l. si vero, num. 5. de iudicijs, nisi fortasse culpa tutorum, vel curatorum instantia perempta sit, nam tunc, si facultates ipsorũ tutorum, vel curatorũ sint sufficien-

252 tes pro resarciendo † huiusmodi damno minori, hoc in casu non restituitur minor, sed damnum ab ipsis venit emendandum, glo. in l. & si sine §. fin. ff. de minor. Soc. sen. cons. 269. nu. 2. lib. 2. Iacobin. in d. l. si vero, nu. 2. si tamen facultates ipsorũ tutorum, & curatorum non sint sufficientes, & sic non sint soluendo, tunc adhoc, ne minor remaneat cum damno, ei succurritur ope restitutionis in integrum in subsidium. Card. in clem. prima, num. 14. de rest. in integrum Odd. d. q. 67. artic. 2. nu. 13. cum seq. citra verò instantiam, quando minoribus deneganda, concedendaue sit restitutio in integrum, etiam si contra tutores agere queant, vel alio ordinario remedio sit ei succursum præter Viu. decis. 501. num. 16. & 17. lib. 4. Surd. cons. 95. nu. 22. & seq. nouissimè ad saturitatem egregiè pertractat D. Costa conciuis noster in tract. de remed. subsid. remed. 48. per totum.

253 † Aut verò quis est maior, & tunc, si iusta causa impedimenti adfuit, & impedimentum processit à se ipso, puta ex necessaria, vel probabili absentia ipsius maioris, vel infirmitate, conceditur pariter restitutio in integr. Odd. dicta quæst. 67. artic. 2. num. 19. cum seqq. quando verò impedimentũ prouenit ex facto rei, vel Iudicis, aut culpa tertij, an detur restitutio in integrũ maiori, ponit Odd. vbi supra artic. 3. cum duobus seqq. & dixi supra hoc eodem statuto in verb. vltra tempus, nu. 178. & seq.

254 Tertius modus principalis restaurandi instantiã fit per repilogationem actorum, scilicet, quando elapsa instantia, partes de communi consensu repetunt omnia acta vno contextu, porrigendo libellum, litem contestando, terminum recipiendo, & sic de singulis, tunc enim instantia habetur, ac si perempta non esset, Bart. in l. properandum, vbi

Alex.

Alex. colum. 4. C. de iudic. cum alijs de quibus per Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia, nu. 45. Asin. d. cap. 16. num. 4. & 5.

255 † Quartus, & vltimus modus restaurandi instantiam fit, quando Actor post peremptam instantiã, de nouo agere cepit, non enim perempta instantia perit actio in ciuilibus, vt dixi supra hoc eodem statuto vers. erit igitur conclusio hoc eod. verbo.

In verbo à die litis inceptæ computandorum]

256 † Hoc statutum, dum vult instantiam incipere à die inceptæ litis, est correctorium Iuris communis, quo Iure instantia incipit, & oritur à die litis contestatæ l. 1. vbi gl. & Ang. C. de iudic. tex. in d. l. properandum in principio, vbi Alex. num. 2. Cast. num. 5. C. de iudic. idem Alex. cons. 23. nu. 2. vol. 3. cum alijs, de quibus per Asin. d. §. primo, cap. 1. nu. 1. cum seq. vbi infert, ad statutum volens causam terminari debere intra quadraginta dies, intelligendum à die litis contestatæ, & ratio est, licet ipse non referat, quia statuta semper recipiunt interpretationem à iure communi, dato, quod sint

257 correctoria Iuris communis, gl. in l. si serui vestri, C. de noxal. tex. in l. 1 §. lex falcidia, vbi Bar. & Alex. ff. ad l. falcid. Bal. in l. eum, qui num. 26. vers. item fuit quæsitum à me, C. de fideic. Alex. cons. 60. num. 7. lib. 2. & cons. 158. num. 7. lib. 5. & cons. 119. nu. 7. lib. 6. Curt. Sen. cons. 77. n. 5. Curt. Iun. cons. 143. nu. 3. idem Alex. cons. 36 num. 7. & cons. 37. num. 18. lib. 2. conuenit tamen statutum nostrum cum Nou. Const. Mediolani, in tit. de iudic. in principio, dum, & ipsæ volunt instantiam inchoare à die ceptæ litis, non tamen in huiusmodi computatione dies litis ceptæ in instantia hac nostra 40. dierum vtilium computatur, vt per Carpan. ad statutum Mediolani cap. 21. nu. 152.

Sed, quia dictum est instantiam de iure communi incipere à die litis contestatæ, quæro, quid in

258 causis, in quibus lis nõ contestatur, vt est in causis executiuis, & summarijs, in quibus dari etiam tenet Afflict. decis. 346. & dic, quod instantia incipit currere, quum primum ceptum est cognosci de meritis causæ, Alex. in l. properandum, col. 1. C. de iud. Marant. in dicto verbo, & omnia fiant durante instantia nu. 4. Asin. in d. praxi, cap. 3. nu. 42. cum seq. & præcipue nu. 44. Sigismund. Scac. de iud. caus. ciuil. crim. & hæret. cap. 103. num. 12. Quæ aut sint causæ, in quibus litis contestatio non est necessaria, tradit idem Scacc. loco mox allegato, num. 9. & seqq.

259 Quid autem sit litis contestatio, & quomodo fiat, vide tex. in c. 1. vbi Abb. Felin. & alij de lit. contest. Marant. in suo speculo, in verbo, & in contest. litis &c. in decimo membro Iudicij, vbi num. 3. ita definit; litis contestatio est principalis negotij apud competentem Iudicem facta narratio, & ad eam secuta responsio, & etiam nu. 4. vbi Folerius in addit. ad eundem Marant. ex mente Marian. Socin. in rub. extra vt lit. non contest. tradit pleniorem diffinitionem, Sigismund. Scacc. de iud. cau. ciuil. crimin. & hæret. capit. 103. num. 1.

260 & fit litis contestatio per negationem, aut confessionem, vel per verbum dubitatiuum, scilicet ignoro, vel dubitatiuum credulitatis, vt latè per eundem Marant. in d. decimo membro num. 5. ac etiam per Sigismund. Scacc. dicto cap. 103. nu. 2. & seqq. notabiles autem in praxi sequuntur effectus ex litis contestatione, primò etenim, lite contestata non admittuntur amplius dilatoriæ. Secundò litis contestatio malam fidem, quo ad fructus in reo conuento, constituit. Tertiò perpetuat actionem personalem. Quartò interrumpit præscriptionem. Quintò lite contestata potest Tutor, & Curator, ac Procurator alium substituere. Sextò obligat actorem sustinere instantiam. Septimò impedit mandati reuocationem. Octauò impedit libelli mutationem. Nonò facit, vt ad difinitiuam sententiam deueniri possit. Decimò admittit exceptiones peremptorias aliosq; prosequitur post Specul. Scac. dicto cap. 103. num. 8.

In verbo quæ incepta] Idem disponitur in Nou. Const. Mediolani, in tit. de Iudic. in principio, dũ pariter volunt, litem tunc ceptam intelligi petitione porrecta, in actisq; dimissa, & parti legitimè intimata, quando autem de Iure communi lis di-

261 catur incepta, videas latè Lancellot. in tractat. de attent. 2. part. princip. in præfatione, capit. 5. num. 1. cum seq.

In verbo, & in actis dimissa] Hoc procedit etiam

262 de iure communi, quo iure petitio debet poni in actis apud tribunal Iudicis: Asin. in dicta praxi, §. 4. cap. 11. nu. 5. & ita quotidie videmus seruari, ut semper petitio ponatur in actis tribunalis illius Iudicis, coram quo conuenitur reus, & sic remanet penes Notarium banchi Iudicis, & vt dicitur in filo, & est tex. in auth. offeratur, C. de lit. contest. Carpan. ad c. 21. nu. 191. Quod in tantum verum est,

263 vt etiam in casibus in quibus potest, vel debet fieri petitio sine scriptis, tamen requiritur quod redigatur in scripturam per Notarium, & ponatur in actis: clem. sæpe, vers. verum extra de verb. signif. Alex. consil. 66. num. 2. lib. 1. Marant. in suo speculo, in 5. principali distinct. nu. 12. Asin in d. praxi, §. 3. cap. 6. num. 5.

In verbo quia libellus] Quid sit libellus, & in quibus casibus requiratur, & quid continere habeat, dixi supra in rub. huius nostri statuti, nunc addo,

264 quod, cum de iure communi difficile sit libellum bene dictare, & bene formare, est enim aliquando incertus, alternatiuus, generalis, vagus, ineptus, contrarius, obscurus, & sint etiam multæ aliæ, & variæ causæ, ex quibus libellus reijcitur, cum exosæ debeant esse lites apud laudabiles Ciuitates, & Iudices, optimè constitutum fuit per nostros statuentes quod libellus valeat, & tolerabilis censeatur, & sustineatur, si illa quinq; contineat, de quibus infr. in verbo qui libellus, prout considerat Pract. Papiens. in form. resp. rei in gl. Dentibus, nu. 2. & etiam in form. libelli, in actione hypothecaria, in gl. ac restituere nu. 8. vbi tenet, quod ad euitanda omnia supradicta, bona cautela esset facere statutum, quod quilibet libellus sit, & esse intelligatur sufficiens, & admissus, qui contineat illa quinque, & non aduertere ad has superfluas iuris subtilitates, vt ibi per eum, non incongruum tamen putaui declarare, quando libellus ob supradictos deffectus reijciatur, & qñ non, & qñ dicatur vitiosus.

Primò igitur loco libellus ob incertitudinẽ vi-

265 tiatur, nec admittitur parte opponente, quia dicitur, quasi ineptus, l. fin. vbi gl. C. de annal. except. Ripa Auus mihi maternus, in l. edita nu. 25. C. de eden. tex. in c. Abbate sanè §. secus de re iudic. in 6. nam libellus debet esse clarus, & certus, vt reus

266 possit deliberare, an velit, cedere, vel contendere l. prima, in principio, ff. de eden. auth. offeratur, C. de lit. contestat. Marant. in suo speculo, in 3. membro Iudicij, in verb. rectè concipitur libellus, nu. 2. ac nu. 22. Bellon. cons. 23. num. 17. Quod adeò verum est, ut parte opponente, nec etiam potest sententia

tentia ferri super libello incerto, quia ineptus censeri debet, & reijci, glos. in l. prima vbi Doct. ff. de eden. Cardin. Tusch. pract. concl. iur. in littera L. concl. 306. num. 12.

267 † Amplia, vt nec etiam admittatur libellus alternatiuus, ex quo alternatio parit obscuritatem, l. Prætor edixit, §. hoc autẽ, ff. de iniur. vbi Bart. Pract. Papiens. in form. resp. rei in gl. libellus, nu. 2. Gail. obseru. pract. lib. primo, obseru. 62. Ludou. Ghilausen. in suo tract. arbor. iudic. cap. 3. num. 10. vbi declarat non procedere, quando incertitudo causaretur ex facto alieno exemplificando multis modis. Hinc pariter dicimus non esse admittendum libellũ continentem contraria, l. 1. C.

268 de furt. † ratio est, quia vbi repugnãtia, ibi nulla certitudo est, l. 2. §. sed si alij, ff. quand. appell. sit Rip. in d. l. edita, nu. 14.

269 † Ampliatur quoq; vt nec etiam admittatur libellus generalis, l. si in rem, ff. de rei vendic. cap. 2. de libell. oblat. generalitas enim parit ambiguitatem, l. ita fidei, ff. de iur. Fisc. c. pen. extra de confirm. vtili, vel inutili, Pract. Papiens. vbi sup. in glo. generalis D. Ripa auus meus; in rub. nu. 4. ff. soluto matrim. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu processus, num. 26. vbi intelligit hoc procedere in causa ciuili, secus autem in criminali, vt

271 ibi per eum, † quando autem dicatur libellus generalis, vide Paris. cons. 67. vol. 4. Soc. iun. cons. 72. num. 15. & cons. 122. nu. 3. vol. 2.

272 † Amplia tertiò, vt nec etiam valeat, & admittatur libellus obscurus, & vagus, vt per Pract. Papiẽ. vbi supra, in gl. vagus, vbi declarat, quando libellus dicatur vagus, & quando obscurus, vt ibi per eum, Vant. vbi supra nu. 26. obscuritas verò in libello quinque modis committitur; primò, ratione æquiuocationis, quãdo scilicet verbũ pluribus modis capi potest, l. quoties in stipulationibus, ff. de verb. oblig. secundò, ratione generalitatis veluti, si contra se eum intentem actionem iniuriarũ, neq; certam iniuriæ speciem exprimam, l. Prætor edixit ff. de iniur. Tertiò ratione alternationis, vt, si iniuriæ nomen minus specificè allegetur puta illam, aut illam d. l. prætor edixit, §. quod autem, l. vbi autem non apparet, §. qui illud ff. de verb. oblig. quartò, ratione locutionis non coarctatæ, l. item exigit Prætor, ff. eod. de iniur. qui casus ferè cum secundo coincidit; quintò, ratione infinitatis, vt in seruitute ne luminibus officiatur, quæ, & de his, quæ nunc sunt, & quæ postea fuerint, intelligi potest, l. si seruitus, ff. de seruit. vrb. præd. & latè Ludouic. Ghilausen. in suo arbor iudic. c. 3. de libellis nu. 16. minusq; admittitur libellus ineptus. par-

274 te etiam non opponente, † sed ipso iure est nullus, l. libellorum, vers. quid si libelli, vbi Bart, ff. de accusat. Asin. in sua praxi §. 31. cap. 63. nu. 2. adeo, vt exceptio libelli inepti possit quandocunque op-

276 poni, † etiam postquam sententia in iudicatum transierit, Felin. in cap. ex parte, num. 12. limit. 16. extra de offic. deleg. vbi Dec. Asin. d. §. 31. cap. 41.

277 Dicitur † autẽ libellus ineptus, quando conclusio non infertur ex narratis, Dec. in l. 1. nu. 7. ff. de off. assess. Corn. cons. 121. circa fin. lib. primo, Asin. vbi sup. §. 4. cap. 3. cas. 6. nu. 2.

Ampliatur 4. generaliter, siue agatur actione reali, siuè personali, siue in iudicijs singularibus, siue particularibus, quia libellus debet esse certus, Socin. reg. 240. libellus, siue actione reali agatur, seu personali, vbi limitat tribus modis.

278 † Fallit hæc regula, vt valeat libellus incertus, parte nõ opponẽte, d. cap. Abbate sane, & l. fin. C. de annal. except. Rip. auus meus in d. l. edita num. 26. Hinc etiam dicimus sustinere libellum obscurum, parte non opponente, cum satis sit, quod in processu postea fiat declaratio, Maran. in d. verbo rectè concipitur libellus, num. 22. prout idem est in libello generali, quia, si pars nõ opponat, admittitur, Vant. vbi supra, nu. 26. Marant. in speculo in 9 distinct. nu. 13. Ias. in l. 1. in principio, nu. primo, ff. de eden. Idem Ias. in §. curare, num. 16. inst. de action.

279 † Restringitur tamen hęc fallentia, vt procedat in actionibus ciuilibus, secus autem in criminalibus, in his enim non procedit libellus incertus, generalis, & obscurus, etiam quod pars non opponat, Ias. in d. §. curare, nu. 17. & in l. 1. in principio, nu. 2. ff. de eden. Sebast. Vant vbi supra, n. 26. Rip. auus meus in d. l. edita, nu. 26. vbi testatur de communi, Dec. cõs. 83. nu. 2. Card. Tusch. pract. concl. iur. littera N. concl. 306. num. 9. & 17.

280 † Fallit secundò regula principalis, vt non procedat quoties declaratio incertitudinis, non est in potestate Actoris, tunc enim admittitur incertus: Rip. Auus meus in d. l. edita, num. 15. vbi ad plura infert, quod valeat libellus incertus, & alternatiuus in obligationibus alternatiuis, quarum electio

281 est debitoris, l. vbi autem, §. illud, aut illud, ff. de verb. oblig. & etiam, quod contra obligatum ad factum, valeat libellus alternatiuus, ex quo incertitudo causatur ex facto ipsius rei, quẽ nescit actor an velit præstare factũ, vel interesse soluere, quod facere potest, l. stipulationes non diuiduntur, vbi Bart. ff. de verb. oblig. vbi ad plura alia infert. D. Rip. auus meus, de quibus ibi per eum, hanc fallentiam tenet Ias. in d. § curare, num. 10. Asin in §. 4. cap. 3 cas. 2. Pract. Papiens, in d. glos. libellus incertus, Ludou. Ghilausen. in suo arbor. iudic. cap. 3. num. 10.

Amplia hanc fallentiam quatuor modis, de quibus per eundem Rip. auum meum in d. l. edita nu. 19. cum seq. & in hac fallentia supradicta procedit libellus etiã parte opponente, vt per DD. allegatos.

282 Fallit tertiò, † in accessorijs, in quibus valet libellus, ita conceptus peto fundum cum fructibus, vel Castrum cum honore, & iurisdictione. cap. inter dilectos de fid. instr. Rip. auus meus in d. l. edita, nu. 21. intelligendo tamen, vt ibi per eum, scilicet, vt intelligatur de fructibus perceptis post litẽ contestatam, ex quo Actor tempore productionis libelli, non poterit scire eorum quantitatem, secus autem de fructibus antea perceptis, prout etiam visus est tenere, Ias. in d. §. curare num. 12. versic. quarto prædicta regula fallit, idem etiam dicimus in reuocatione attentatorũ, in quibus libellus incertus admittitur, Innoc. & Abb. in cap. contradicit de appell. cum reuocatio attentatorum habeat se per modum cuiusdam accessorij ad negotium principale, Rip. in d. l. edita nu. 24.

283 Fallit quartò, † ad interrumpendam præscriptionem, in qua admittitur libellus generalis, & incertus, quantum ad interrumpendam præscriptionem, quæ posset sub illa generalitate comprætendi l. fin. vbi Bar. C. de annal. except. Ias. in d. §. curare.

284 Fallit quintò, † quando probationes essent certæ, & specificæ, nam tunc libellus incertus, & generalis concludit ipsi Iudici, Bald. in repet. l. edita in repet. Paduana in 14. col. C. de eden. Ias. in d. §. curare, num. 15.

Fallit

285 Fallit sextò, † in actionibus vniuersalibus, vt in petitione hæreditatis, actione pro dote, & in actionibus generalibus, vt negotiorũ gestorum, tutelæ, pro socio, & similibus, in his enim admittitur libellus generalis, & incertus, facta tamen aliqua rerũ specificatione, Ias. in dicto §. curare post glos. ibi, idem etiam quando petitur legitima, Cotta in memorab. in verbo libellus incertus, & ideo valet libellus, si dicatur, peto legitimam, vt per Bal. & Innoc. in c. conquerente col. fin. extra de off. ordin. quod procedit etiam in dote Rip. Auus meus in rub. num. 47. ff. sol. matr. cum dos dicatur quid vniuersale, & in vniuersalibus procedit libellus generalis, & incertus, ut ibi per Ripã latè vsque ad numerum 62.

286 † Fallit septimò in casu, quando Actor certò sciret actionem sibi competere, seu dubitaret, quæ actio sibi competat, tunc non cogitur exprimere actionem, sufficit enim liquére Iudici, quod ei competit, Bar. in l. gallus, §. si eius ad finem per illum tex. ff. de lib. & posthum. Ias. in dicto §. curare, num. 13.

287 † Fallit octauò vltra Ias. in d. §. curare, quando incertitudo esset modica, Tiraquell. in tractat. de iudic. in exiguis, nu. 18. & ratio esse potest, quia verba, quamtumcumque generalia, numquã compræhendunt minima. l. Senatus, §. Marcellus, ubi Doct. ff. de leg. 1. Hinc infertur ad statutum prohibens facere domum, ut non compræhendat domunculam, & loquens de vulnere, vt non comprehendat vulnusculum, de quibus per Alex. consil. 104. num. 7. ubi appost. lib. 1.

288 † Fallit nonò in petitione vsurarum, uel interesse, eò, quod Iudex potest illud taxare, Ozasch. decis. 139. num. 14. ex quo etiam dicimus admitti libellum ineptum, quando quis vsuras solutas petit, cap. debitores extra de iur. iur. Felin. in c. dilecti in principio de iudic. quem refert Dec. in l. 1. in principio, num. 7. ff. de off. assess. Asin. d. §. 4. cap. 3. cas. 6. num. 1.

Non est tamen omittendum, hodie per peritos Aduocatos fuisse inuentas plures clausulas ad saluandum libellum, ab ineptitudine, quæ solent poni in calce cuiuslibet libelli, quarum quatuor enumerat Marant. in suo speculo in uerbo recte concipietur libellus, num. 15. cum seq. quarum prima est, scilicet, super quibus omnibus, & singulis peto
289 mihi Ius, & iustitiam ministrari, quæ clausula secundum eum post Abb. in c. cum dilectus col. 17. de ord. cognit. & alios per eundem citatos saluat libellum ab omni ineptitudine, Vant. in tractat. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. process. num. 25. Asin. d. §. 4. cap. 4. num. 6. supletq; ignorantiam Procuratoris nescientis, quæ actio sibi competat, Gail. lib. 1. obseruat. 108. num. 7. de qua clausula videas latè Ias. in §. 1. nu. 145 instit. de action. ubi dicit, quod hæc clausula est quemadmodum herba betonica, ubi etiam ponit plures effectus ipsius clausulæ, Rip. Auus mihi maternus, in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 199. & seq. ff. de acq. poss. Alex. cons. 121. num. 4. & 11. ubi D. meus Rouescall. in addit. ad eum in verbo alio fundamento, & in verbo quo casu libellus, lib. 1. nonnullos citat Capic. decis. 10. n. 22. & seq. Cęs. Barz. decis. 70. n. 40. & seqq. Prosp. Petr. in annotat. ad Capic. decis. 96. in littera B. Sigismund. Scac. de iudic. caus. cap. 50. nu. 26. Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de clausulis, concl. 4. ubi enumerat nouem principales effectus ad dictam clausulam, quorum non nulli pertinent ad sustinendum libellum, Ludouic. Ghilausen. in suo arbor. iudic. cap. 3. de libellis, nu. 35. & nouissimè plures effectus istius clausulæ tradit Card. Tusch. pract. concl. iur. littera C. concl. 359. per totam, Marta in suo tractat. de clausul. claus. 81. per totam.

290 † Sunt tamen nonnulli casus, in quibus huiusmodi clausula nihil operatur; Primo enim non operatur, ut possit Iudex vltra petita iudicare Frãc. Marc. q. delph. 13. nu. 14. Secundò non operatur circa ea, quæ non sunt narrata, Alex. cons. 121. nu. 11. ubi appost. lib. 1. Socin. Sen. cons. 94. col. pen. uers. præterea dicta clausula lib. 3. Ruin. cons. 32. num. 13. lib. 1. & con. 19. num. 9. lib. 4 Menoch. de arbitr. iud. q. 72. num. 25. Tertiò non operatur, quoties est expressa certa causa, ex quo enim expressè apparet actorem voluisse se restringere ad certum remedium, non operatur dicta clausula in alio, Alex. d. cons. 121. num. 11 Ant. Gabr. d. conclus. 4. nu. 11. vers. 2. limita. Quartò non operatur quod in libello, in quo quis deduxit vnum, videatur deduxisse contrarium eius, adeo, quod si probauerit contrarium, non obtinebit Alex. d. cons. 121. nu. 6. ac nu. 11. vbi appost. Gabr. dicta concl. 4. nu. 5. cum duobus seqq. vbi hoc restringit, contrarium tamen, quod imo dicta clausula saluet à contrarietate, tenuit Grat. cons. 156. num. 25. & seq. dici potest Grat. intelligi parte non opponente, parte verò opponente, veriorem esse, Alex. sententiam, vt ita esse tenet Scacc. de iudic. causarũ, cap. 50. num. 26. vers. sed numquid. Vltimò non operatur, quando est propositum remedium omninò difforme ab eo, quod competit, ut puta, quando competit personalis, & proponitur realis, hypothecaria, aut aliã actio, prout quamplures adducens tradit Ludouic. Morot. cons. 69. num. 3 & seq. alias declarationes ad dictam clausulam, tradit Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2. resol. 8. nu. 43. & seqq.

Secunda clausula, quæ solet apponi ad saluandum libellũ, de qua per Marant. vbi supra est clau-
291 sula, omni meliori modo, quæ operatur secundum eum, vt in casu dubio libellus interpretetur eo modo, quo fauorabilius sit actori libellanti, ex Alex. cons. 7. col. 3. vol. 3 & efficit, ut semper aptum, & necessarium remedium intentatum censeatur, vt per Felin. & DD. in c. examinata de iudic. Asin. d. §. 4. cap. 4. num. 8. de qua clausula videas plura per Felin. in c. cum super, col. pen. & fin. de off. deleg. Afflict. decis. 144. nu. 2. ubi ponit, quid operetur apposita in testamento in scriptis, ubi latè Vrsill. in addit. ad eum, qui ponit plures vtilitates ex dicta clausula, Cur Iun. cons. 86. num. 4. latissimè Ias. in l. petens, col. 3. C. de pact. Menoch. cons. 127. nu. 5. lib. 2. latissimè Marta in tract. de clausul. clausul. 81. per totam, ubi inter cętera ponit diuersitatem, quando dicta clausula ponitur cum copula, seu dictione copulatiua, & quando absq; copula, & simpliciter Fab. Turret. in suo pariter tractat. de clausul. p. 122. per totam, & 125. num. 9. Viu. decis. 395. nu. 2. & seqq. & latissimè omnium ampliando, & limitando tradit Cardin. Tusch. pract. conclus. iur. in littera C. concl. 358. sub rubr. clausula omni meliori modo, quid operetur per totam.

Enumerantur tamen tres casus à Menoch. de arb. iud. quæst. 47. num. 9. & seqq. vsq; ad finem, in quibus hæc clausula nihil operatur, primus est, quia non tribuit viam, & effectum actui re vera

nullo,

nullo, Anchar. conf. 358. colum. 2. Secundus est casus, cum adest defectus Potestatis, Ruin. conf. 174. in fin. lib. primo. Tertius est, cum modus ineptus exprimitur, ex quo expresso non potest aptus descendere, Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. Iurisd. ordin. nu. 174.

294 † Tertia clausula quam enumerat Marant. vbi supra, est clausula, non se astringens, quæ operatur secundum eum, vt actor non teneatur probare qualitatem deductam in libello, Bart. & DD. in l. diuus ff. de re iud. Alex. consil. 6. colum. 2. & 3. volum. 3. alias, si non apponeretur dicta clausula, actor non probando qualitatem succumberet, dato, quod probaret factum principale, Abb. in cap. licet colum. 14. de probat. vltra Marant. & DD. supra allegatos, videas Marsil. in rubr. C. de probat. num. 98. Dec. in cap. 2. colum. pen. versic. quinto de rescr. Grammat. conf. 19. in principio, Cels. Hugo in tract. clausularum, num. 191. Iul. Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 12. num. 10. & quæst. 66. num. 4. Dec. in cap. licet causam, num. 197. versic. octauo, idem Videtur de probat. Alex. conf. 121. num. 4. lib. primo, Cæs. Barz. decis. 70. nu. 40. & seqq. vbi tradit virtutes non modo istius clausulæ, verum etiam illarum, super quibus omnibus, & singulis, petens &c. omni meliori modo &c. saluis &c. Cardinal Tusch. pract. concl. iur. in littera C. concl. 357. nu. 8. & seqq. addo Martã in tract. de clausul. clausul. 78. in verbo non se astringens, volentem dictam clausulam operari etiam in criminalibus, quando maximè deducitur qualitas non necessaria, vt tempus quando non esset de substantia delicti, quod appositum probãdum esset, secus si talis clausula non se astringens posita esset, imò operatur etiam respectu loci, si locus deductus non probetur, vel alter, diuersus ab expresso, vt ibi per eum nu. 7.

295 † Quarta est clausula, & protestatur de expensis, quæ operatur secundum eundem Marant. vbi supra, vt censeatur interpellatus Iudex ad condemnandum victum victori in expensis, alias faceret litem suam, secundum Bart. in l. properandum, §. sin autem alterutra, colum. final. C. de

296 Iud. † non enim Iudex, parte non petente, tenetur condemnare victum victori in expensis, vt per Pract. Papiens. in form. libell. in actione reali, in glos. & expensis, nu. 7. vbi dicit, quod sapienter facient Actor, & Reus, si semper protestentur de expensis, cum ipsis non petentibus, Iudex non teneatur condemnare, si non vult, Rip. Auus meus maternus in cap. cum ecclesia sutrina, num. 19. de caus. poss. & prop. Decis. Tholos. 111. quæ testatur de magis communi, Orian. in cap. quoniã contra in verbo expensa, num. 20. in fin. Ias. in d. §. sin autem alterutra, num. 31. Andreas Gail. Pract. obser. lib. primo, obseru. 151. num. 21. vbi adducit duas limitationes ad hanc regulam, pri-

297 ma est, † quod licet expensæ non sint petitę, possunt tamen adhuc peti à parte per totam illam diem, qua Iudex tulit sententiam, cum per totam illam diem possit Iudex supplere sententiam, l. paulus, la prima, in fine, ff. de re iud. ex Ias. in di-

298 cto §. sin autem alterutra, num. 32. † Secunda est, quia, licet non sint petitæ, si tamen sit apposita illa clausula, peto mihi ius, & iustitiam &c. de qua supra, tenebitur Iudex condemnare in expensis, cum pars censeatur implorasse officium Iudicis, non solum super principali, sed etiam super accessorijs, & sic super expensis, hæc limitatio fuit Ias. in dicto §. sin autem alterutra, num. 32. cætera quo ad expensas dicemus latius ad statutum 39. in ciuil. infra eodem, vbi erit propria materia. Adsunt, & aliæ clausulæ, quæ possunt saluare libellum a contrarietate, & incertitudine, prout est illa, & prout vobis videbitur faciendum, quæ de iure canonico transfert omnia ad arbitriũ Iudicis, ac etiam illa, saluo iure addendi &c. quæ operatur, vt libellans non se adstrinxit ad superflua probãda, prout videre est plenius apud Card. Tusch. pract. conclus. iur. conclus. 357. per totam, vbi alias ponit libellorum clausulas salutares.

Si quis autẽ cupit videre omnes clausulas, quæ possunt saluare libellum, videat Sigismund. Scac. de iud. caus. ciuil. crim. & hæret. cap. 50. à num. 26. vsque ad numerum 32. inclusiuè, vbi latissimè pertractat clausulam, super quibus omnibus, & eorum singulis peto mihi ius, & iustitiam ministrari, omni meliori modo &c. Non se adstringens &c. & protestatur de expensis &c. deducens omne ius, omneq; remedium &c. Non in vim libelli, sed qualis qualis petitionis &c. & saluo iure addendi, minuendi, & corrigendi, & tandem in fine illius capituli, scilicet num. 37. ponit omnes substantiales partes libelli, seu petitionis.

299 In verbo[si contineat personam actoris] † Hoc etiam cauetur de iure communi, quo iure libellus etiam debet continere personam Actoris, Rei, nomen Iudicis, siue proprium, siue appellatiuum, causam quæ agitur, rem, seu quantitatem, quæ postulatur, vt supra dixi in rubr. huius nostri statuti ex Specul. in tit. de libell. concept. §. 4. Marant. in suo specul. in verbo rectè concipiatur libellus, num. 4. cum seq. Pract. Papiens. in form. libelli in actione reali, in glo. coram vobis, cui addo Rip. auum meum in d. l. edita, num. 33. & ex his quædam sunt substantiales, vt Iudex, Actor, Reus, quædam integrales, vt res, causa, & actio; Quædam adiacentes, vt locus, tempus, conditio, modus, qualitas, vt per eundem Rip. post Bald. in dicta l. edita, num. 34.

300 In verbo [& à die contradictionis] sciendum est, quod contradictio partis in executiuis, in quibus lis nõ cõtestatur, vt plene per Bart. in l. intra. ff. de re iud. habet vim litis contestationis, Castr. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. cal. quem refert, & sequitur Asin. in sua praxi in princ. cap. 3. nu. 39. & 40.

§ Instantia verò causæ] adde Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de appell. §. qua commis-

301 sione, vbi idem disponitur, † sciendum est autẽ, quod causa appellationis assumit naturam causæ principalis, & regulatur ijsdẽ regulis, licet sit diuersa instantia, vt infra dicetur, Alex. cõs. 96. vol. 2.

Differt autem in aliquibus, vt per eundem Alex. dicto consil. 96.

In verbo[appellationis] Pro intelligentia huius verbi nonnulla sunt hic apponenda ad maiorem declarationem huius nostri statuti. Primò, quid sit appellatio. Secundo quid differant inter se appellatio, prouocatio, relatio, reclamatio, supplicatio, recusatio, restitutio, & querela.

302 † Dic Ergo secundũ Marant. in suo speculo in verbo, & quandoq; appellatur, num. primo, quod appellatio, est prouocatio ad maiorem Iudicem, ratione grauaminis illati, vel inferendi; vel dic secundum Pet. Gregorium Tholos. in suo tract. de appell. lib. 1. c. 3. nu. 1. quod est inuocatio auxilij superioris Iudicis, seu Potestatis ad emendandum

facta per inferiorem, vbi latè declarat omnia verba ipsius definitionis, prout etiam facit ipse Marant. loco supra citato; vtraq; definitio est bona, cũ con-
303 stet ex genere, & differentijs, prout quælibet bona definitio constare debet, Bart. in l. prima, in principio, ff. de tut. & in l. prima, in principio, ff. de acquir. possess. omitto declarare quælibet verba ipsarum definitionum, quia sòlum ea apponenda putaui, quæ sunt necessaria ad intelligentiam terminorum, & ad declarationem huius nostri statuti: nonnullas alias apppellationis definitiones, tradit P. Cornel. Brederod. in suo tract. de appell. parte prima, tit. 7. per totum, sub rubr. definitiones variæ, & Cardin. Tusch. pract. concl. iur. in littera A. conclus. 347. per totum, sub rubrica appellatio quid sit, & in quo differat à prouocatione, Ruginell. de appell. in principio tituli, nu. 3. non tamen omitto, quod in vtraq; definitione superius recensita dicitur, quod appellatio est pro-
304 uocatio ad maiorem Iudicem eo, † quia de substantia ipsius appellationis est, vt fiat ad superiorem, non autem ad parem, aut minorem illo, à quo appellatum fuit 2. quæst. 6. cap. 4 §. illo videli-
305 cet, † & hoc ea ratione, quia par in parem non habet imperium, l. ille à quo, §. tempestiuum, ff. ad trebell. l. nam magistratus, ff. de recept. arbitr.
306 & inferior non potest factum superioris, & legem emendare, cap. cum inferior, de maior. & obed. & sufficit, quod Iudex appellationis in causa superior constitutus sit, licet in alijs sit inferior, vt per Tholos. dicto cap. 3. num. 8. Hinc est, quod
303 hodie † videmus appellari à sententijs latis per Prætorem, Iudicem, siue Vicarium ad Collegium Iudicum Papiæ, ex quo ipsi Iudices Collegij per Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de appell. §. qua appellatione sunt deputati ad cognoscendas causas appellationum, licet dicantur minores ipsis Iudicibus ordinarijs.

Sciendum tamen est, appellationem diuersos producere effectus, de quibus latissime habetur apud Ruginellum in principio, tit. de appellat. à num. 4. vsque ad finem, quo loci duodecim tradit appellationis effectus, de quibus ibi per eum.

308 † Differunt autem inter se isti termini, nam appellatio fit solum in iudicio à grauamine iudiciali, vt supra dictum est, prouocatio vero, vti nomen magis generale, compræhendit appellationem: non solum iudicialem, sed etiam extraiuditialem, capit. cum sit Romana, de apppellat. & dicitur actus, per quem Iudicis auxilium imploratur, Bar. in l. si minores, colum. 2. ff. de adm. tut. aliam differentiam tradit Cardin. Tusch. pract. concl. iur. littera A. dicta conclus. 347. num. 8. Aliquando tamen isti duo termini confunduntur inter se, l. si quis, C. de appellat. P. Cornel. Brederod. in tract. de appellat. parte prima, tit. 6. in principio, Ma-
309 ranta vbi supra num. 6. † Relatio verò omissis pluribus modis, quibus accipitur per Marant. vbi supra. num. 7. est, quæ fit à Iudice ad maiores magistratus, vel ad Principem de aliquo dubio, vel in aliqua causa ardua, & expectatur responsum, quo modo se habeat gerere in dicta causa, l. prima, C.
310 de relat. & hæc differt pariter ab appellatione, cum, vt supra dixi, appellatio interponatur à partibus, & litigantibus, relatio autem fiat à Iudice, vt per Petr. Gregor. in tract. de appell. lib. primo,
311 cap. 4. num. 2. vbi etiam docet, † in quibus casibus sit facienda relatio ad Principem, vt ibi per
312 eum. † Recusatio dicitur, quoties Iudex ratione alicuius causæ redditur suspectus, nam tunc potest recusari, & interim suspenditur eius iurisdictio, Bart. & DD. in l. quia poterat, ff. ad trebel.
313 isti autem duo termini, Relatio, & recusatio, licet differant ab appellatione, conueniunt tamen in hoc, vt omnes iurisdictionem Iudicis suspendant, nam appellatio suspendit iudicatum, & ea pendente attentatum reddit nullum, vt tot. tit. ff. nil nou. appellat. pend. tex. in capit. primo, de appellat. & latè per Petr. Gregor. in dicto tractatu de appell. in tit. de attent. & innou. cap. primo cum pluribus sequentibus, Sebast. Medic. in tractatu de regulis iuris, part. 2. reg. 10. tex. in auth. ei, qui C. de temp. appellat. dum vult, appellationem suspendere sentẽtiam, suspendit quoq; Relatio Iudicis referentis officium, l. 2. C. de relat. & per Marant. vbi supra, numero 7. quod pariter facit recusatio, cap. 2. de appell. Hinc dicimus,
314 quod si Iudex, pendente recusatione, in causa procedat, processus est nullus, secundum Bart. & DD. in dicta l. quia poterat, Lanceloт. de atten-
315 tat. recus. pendent. per totum. † ex quibus autẽ causis valeat Iudex recusari, latè congerit Maranta in dicto verbo, & quando que appellatur, num. 27. cum sequentibus pluribus vsque ad num. 74. vbi adducit 40. causas, ex quibus Iudex, vt suspectus potest recusari, ante eum Abbas in cap. causam, vbi latè appost. ad eum, in verbo recusandi, extra de offic. deleg. Ias. in l. apertissimi, C. de iudic. nouissimè Menoch. de arb. iud. casu 152. vbi docet, quæ sit iusta causa recusandi Iudicem. Reclamatio verò fit ab illis sententijs, in quibus non datur appellatio, prout est à sententijs arbitrorum; Marant. in dicto verbo, & quandoq;
317 appellatur, num. 11. † Quid autem sit reclamatio, tradit Roman. consil. 90. num. 2. vbi percipitur reclamationem esse terminum compræhendentem omnem modum, per quem quis inuocat Iudicis auxilium, addens etiam, quod vbi tollitur omnis reclamatio, tollitur etiam restitutio in integrum. Supplicatio propriè dicitur, quando ali-
318 quis reclamat à sententia Principis: † nam, cum à Principe non possit appellari propter eius excellentiam. l. prima, ff. à quibus appell. non lic. & præcipuè in hoc Dominio, teste Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 2. num 18. & per totum, vbi latissimè habetur, à quibus personis licitum sit appellare, idcirco permissum est posse supplicare Principi, vt causam iterum iudicet, & hæc propriè appellatur reuisio, de qua habetur in auth. quæ supplicatio, C. de præcibus Imper. off. Ma-
319 rant. vbi supra, nu. 12. ac num. 15. † vbi adducit octo differentias inter appellationem, & supplicationem, & vnam conuenientiam num. 23. hodie autem in hoc Ducatu est in vsu, vt huiusmodi reuisio permittatur peti à sententijs, prouisionibus,
320 & ordinationibus latis à Senatu, à quibus nõ datur appellatio de iure communi, per l. primã, ff. à quibus appell. non lic. latè Thesaur. Pedemont. dec is. 1. per totam, quam etiam per Nou. Const. Mediolani, nam tunc condemnatus potest petere reuisionem coram eodem Senatu, in termino à iure præfixo, quæ conceditur pariter prius parito iudicato, ac sententia executa, facto prius deposito aureorum centum penes Secretarium Senatus, qui applicantur Fisco Regio in casu succumbentiæ ipsius petentis reuisionem, vt habetur in d. N. C. Med. in tit. de Senator. §. à decretis, & §. po-
321 test tñ † Reuisio verò à sentẽtijs arbitramentorũ quando

quando conceditur per Senatum, tenetur petens
reuisionem, soluere primo omnem condemnatio-
nem parti, etiam expensarum litis, & salarij, insu-
per fideiubere ex causa depositi, de soluendis ex-
pensis faciendis in causa reuisionis, & pœna in cō-
promisso: ita cauetur in Nou. Const. Mediolani.
in tit. de arbitr. & arbitr. capit. reuisio; in quibus
322 autē† causis admittatur reuisio à sententijs la-
tis ab arbitratoribus, videas latissimè Carpan. ad
statuta Mediolani, cap. 116. nu. 70. cum infinitis
sequentibus, vbi plenè congerit materiam reuisio-
nis.
323 † Restitutio autem est in pristinum statum re-
positio, l. quod si minor, §. restitutio, vbi Bart. ff.
de minor. Marant. vbi supra, num. 77. latissimè
Odd. in suo tractatu de restitut. in integr. quæst.
prima, artic. 4. vbi hanc diffinitionem communi-
ter receptam defendit.
324 † Vltimo loco querela, est reclamatio oppressi,
vt sibi per viam iuris succurratur, secundum Dec.
cons. 125. colum. final. † Aliquando tamē largo
325 modo ponitur pro omni remedio, per quod quis
recurrit ad superiorem per viam grauaminis, &
tunc continet appellationem, & restitutionem, l.
ab eo, vbi glos. in verbo querelam, C. quomodo,
& quando Iud. Marant. vbi supra, num. 114. quo-
326 modo † autē differat querela ab appellatione, &
ex quibus causis concedatur, videas latè Petr.
Gregor. Tholos. in dicto tractatu de appellatione
lib. primo, cap. 7. per totum, cætera, quò ad ma-
teriam appellationis, infra dicemus suo loco.
327 † In verbo [semel tantum, prout ex parte] sta-
tutū nostrum in hoc corrigit ius commune, cum
de iure communi, quis possit bis appellare, ad hoc
enim, vt reijciatur omnis appellatio, requiruntur
tres sententiæ conformes, clem. prima, de re
iudic. l. prima, vbi Bart. & Castrens. C. ne liceat
tertiò prouocare, latè Marant. in dicto verbo, &
quandoq; appellatur, num. 280. vbi adducit plu-
res casus, in quibus quis de iure communi potest
tertiò appellare, Petr. Gregor. Tholos. in dicto
tractatu de appellation. lib. 2. cap. 26. per totum,
Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 136. num. 11.
part. prima.
328 † Sed dubium est, nunquid à sententia interlo-
cutoria de iure communi, possit bis appellari, si-
cut potest à diffinitiua, & suppono; primo, quod
329 † sententia diffinitiua est iudiciali controuersiæ
finem imponens, continens absolutionem, vel con-
demnationem: Abb. in rubr. extra de re iudic.
Specul. in tit. de sentent. prolat. §. primo, † sen-
330 tentia vero interlocutoria est sententia Iudicis,
quæ fertur inter principium, & finem causæ, super
aliquo incidenti, vel emergenti, glos. in clem. pri-
ma, versic. diffinitiua de sequestr. possess. & fruct.
Specul. in dicto tit. de sentent. prolat. §. 2. vel
dic, quod omnes actus Iudicis per quos non diffi-
nitur negotium principale, dicuntur interlocu-
toria: Alexander in rubr. colum. 2. ff. de re iudic.
Ias. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, num. 21.
ff. de offic. proconf. & leg. Marant. qui has duas
tradit diffinitiones in suo speculo, in verbo, & de-
mum fertur sententia, num. 2. cum seq. plenè Ru-
ginellus de appellat. §. primo, cap. 2 vbi latè tra-
dit differentiam diffinitiuæ, & interlocutoriæ, la-
tissimè Cardin. Tusch. pract. conclus. iur. in lit-
tera S. conclus. 110. 111. & 113. per totam. Rip.
auus mihi maternus. in rubr. num. 11. & seq. ff. de
re iudic. pract. Papiens. in form. libel. sententiæ
diffinit. in verbo nos; Crauet. consil. 181. per to-
tum, Riminaldus iunior consil. 200. per totum, &
consil. 206. & 486. & quid de sententia lata super
desertione instantiæ, an dicatur diffinitiua, an
verò interlocutoria, Francis. Marc. decis. 461.
part. 2. Guid. Pap. quæst. 11. & 12. distinguens,
aut lata est super appellatione ab interlocutoria.
& dicitur interlocutoria, aut à diffinitiua, & erit
diffinitiua, Mysinger. sing. obseruat. centur. 3.
obseruat. 36. Andr. Gail. lib. primo, obseru. 138.
Bald. verò consil. 344. lib. primo, tenet esse inter-
locutoriā, sequitur Crau. cons. 181.
331 † His sic suppositis, quæro, nunquid à senten-
tia interlocutoria possit appellari bis, sicut à dif-
finitiua, intelligendo de iure canonico, quo iure
potest appellari ab interlocutoria, cap. vt debitus
de appellat. Marant. in verbo, & demum fertur
sententia, numero 6. & in verbo, & quandoque
332 appellatur, n. 303. † quod secus tamen est de iu-
re ciuili, regulariter Bartolus in l. quod iussit, num.
13. vbi Iason numero 36. & 38. cum seq. ff. de re
iudicata, Petr. Gregor. in dicto tractatu de appel-
latione, lib. 2 capit. 4. num. primo, cum seq. dic
igitur de iure communi permissum est etiam bis
appellare à sententijs interlocutorijs, sicut à diffi-
nitiuis, prout tenuit Specul. in tit. de appellat. §.
8. numero primo, glos. in cap. dilectè. vbi Abb.
num. 8. de appellat. & ita tenet Petr. Gregor. in
dicto tractatu de appellat. lib. 2. dicto capit. 25.
num. 2.

Quæ autem sit differentia inter appellationem
à diffinitiua, ab interlocutoria, tradit Cardin.
Tusch. pract. conclus. iur. in littera A. conclus.
358. per totum, vbi sex tradit differentias, aliter
quoque solet quo ad appellationem ab interlocu-
toria distingui, nempe aut interlocutoria nullam
aliam sperat diffinitiuam, & permittitur appella-
tio, l. ait Prætor, §. permittitur, ff. de minor. Aut
vero speratur alia diffinitiua, & tunc subdistin-
guitur, aut grauamen, quod per interlocutoriam
infertur, reparari non potest per diffinitiuam, &
permittitur appellatio, l. 2. ff. de appellationibus
recip. Aut vero reparari potest, & tunc si interlo-
cutoria perimit totum negotium reparari potest,
si verò non perimit, denegatur appellatio, de pri-
lo loquitur l. intra vtile, ff. de minor. de secundo,
l. ante, C. quorum appellatio non recip. exempla
horum plura refert Alexand. Trentacinque lib. 2.
variarum resolutionum, titulo de appellation. re-
solut. 14.

Hoc statutum nostrum, dum vult solum semel
appellari per vtramq; partem, est conforme cum
Nouis Constitutionibus Mediolani, in titulo de
appellatione, capit. lata sententia, in quibus pro-
hibita est appellatio, quando sententia appella-
tionis est conformis sententiæ latæ in causa prin-
333 cipali, dicitur tamen hoc nostrū statutum odio-
sum, dum admittit vnicam tantum appellationē,
nec est extendendum, nisi ad sententias verè con-
formes, Bursatus consilio 219. numero primo vo-
lumine secundo, Hieronimus Gabriel consil. 56.
num. 11. quos sequitur Carpan ad statuta Medio-
lani, cap. 136. num. 13. par. prima.

In verbo viginti dierum vtilium] idem cauetur
in Nouis Constitutionibus Mediolani, in tit. de
334 appell. §. qua commissione, † dum cauetur cau-
sam appellationis habere instantiam viginti die-
rum vtilium, sed iuxta hoc quæro, nunquid in-
stantia ista 20. dierum, quæ succedit loco instan-

tiæ iuris communis, possit ex pacto à partibus, seu ex causa à Iudice prorogari, quotiescunque causa ipsa appellationis, non fuit terminata intra dictos 20. dies. In qua quæstione dicendū videtur, quod sic, prout plenissimo consilio tradit Honded. consf. 24. per totum, lib. primo.

Contrarium tamen sustineri posset de iure, stantibus verbis illis in statuto positis, nec durare possit, nec debeat prima causa appellationis vltra tempus, & spatium 20. dierum vtilium, prout in puncto dictionis vltra, ac etiam dictionis tantum, tradit Ruginell. de appellat. §. 10. glos. prima, sub num. 47. versic. sequendo primam, nisi in hoc Ducatu ex dispositione Nouarum Constitutionū Mediolani. tit. de appell. §. fin. apertè decisum fuisset instantiam causæ appellationis prorogari, & suspendi posse, prout latius dicemus infra sub num. 374. cum tribus sequentibus, sciendum tamen est, quod statutum hoc in casu restringit ius
335 commune, quo iure instantia in causa appellationis durat anno, & ex causa biennio; Auth. ei qui, C. de temp. appell. cap. cum sit Romana de appell. nam appellanti conceditur primo loco annus ad prosequendam appellationem, & istud tempus appellatur primum fatale, si verò fuit impeditus in dicto primo anno, ex causa sibi conceditur secundus annus, & appellatur secundum fatale, si tamen in dicto secundo fatali fuit impeditus, solet etiam dari tertius annus ex iustissima causa, & ex iusto impedimento, quod procedit, quando in toto secundo anno fuit impeditus vt supra; nam illi conceditur tantum tempus, quantum durauit impedimentū, non annus integer, & istud tempus, quod datur post secundum fatale, conceditur per viam restitutionis in integrum; primum autem, & secundum fatale conceditur à lege ipso iure; ita Abb. in cap. ex ratione de appell. Bart. & DD. in dicta auth. ei qui, latè Neuiz. in consil. 41. num. primo, & seqq. sed latius etiam tradit Ruginell. de appellat. §. 10. glos. prima, num. 6. & seqq. pluribus, Marant. in suo speculo in verbo, & quandoq; appellatur, num. 228. versic. sequitur modo videre: Petr. Gregor. Tholos. in dicto tractatu de appell. lib. 6. cap. 4. nu. primo, cum seq. ad hoc autem, vt secundum fatale concedatur, sufficit impedimentum vnius diei in primo anno, Innocent. & Dec. in cap. ex ratione de appellat. Angel. in l. & ideo hæsitatur, ff. de verb. oblig. & consil. 304. si autem dicta tempora labi permiserit appellans censetur appellationi renuntiasse, &
336 † dicitur deserta appellatio, cap. sæpe contingit, & cap. constitutus in præsentia de appell. & Iudex à quo poterit exequi sententiam dicto cap. sæpe. Afflict. in constitut. regn. incip. appellationum tempora, sub num. 28. sed circa hoc cadit dubium, nunquid statim transacto anno, & sic primo fatali sententia dicatur deserta, adeo quod
337 Iudex à quo possit sententiā exequi, † hæc quæstio est dubia, nam quidam tenuerunt sententiam exequi non posse, nisi lapso biennio, inter quos fuit, Bart. in dicta auth. ei, qui in fine, Bal. in l. eos in principio, colum. 2. versic. scias tamen, C. de appell. Orian. in cap. quoniam contra, cap. 10. de interlocut. nu. 67. versic. aduerte tamen ad vnum, de probat. Felin. in cap. ex parte il secondo, nu. 8. & 10. versic. & nota de rescript. Afflict. in const. regni rubr. 45. de appell. num. 29. lib. 2. hanc magis communem dixit Marāt. in suo speculo in dicto verbo, & quandoq; appellatur, num. 231. Neuiz. consil. 41. num. primo, cum alijs de quibus Ozasch. decis. 28. nu. 4. cum seq. Surd. cons. 139. num. 10. & seq.

338 † Contrariam opinionem, quòd imò lapso anno appellatio dicatur deserta, adeò quod Iudex à quo possit sententiam illam exequi, tenet Marant. vti veriorem in dicto verbo, & quandoq; appellatur dicto num. 231. vbi pluribus fundamentis probat hanc veriorem, & hanc pariter, vti veriorem, firmat Ozasch. dicta decis. 28. nu. 13. versic. quid dicendum, dummodo tamen appellans finito anno citetur ad allegandum, quare sententia exequi non debeat, quo casu, si probauerit de impedimento, dabitur secundus annus, nihil autem probante, sententia exequetur Marant. vbi supra, nu. 234. & hanc veriorem, & in puncto Iuris tenendā credo, &, quod tunc appellans debeat citari, tenet etiam Lafrancus Balbus in suis cōmunibus, cent. 5. conclus. 465. Michael Grassus in suis communibus, lib. 2. in verbo appellatio, quæst. 10. an autē sententia super desertione requiratur, antequam exequutio committatur, aliquibus visum est, quod non, ad euitandos circuitus, & appellandi occasionem, Alex. in l. præses, versic. vnde est consultum ff. de re iud. Cott. in memorial. in verbo appellatione deserta, Surd. latè cons. 139. num. 14. lib. primo; contrarium credo verius, quia solus temporis cursus non infert, quin impedimentum potuerit adesse, cuius probatio tamquam consistens in facto desertionem reddit dubiam, Bald. in l. eos, num. 5. versic. scias tamen de appel. Felin. in cap. ex parte, il secondo, colum. 6. num. 10. uersic. & nota duo de rescript. impedimentum enim excusat à desertione Iafred. decis. 465. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 40. num. 1. Verum cum statutum loquatur de instantia, non autem de fatalibus, idcircò an, & quando inter se differant instantia, & fatalia, vide apud Ruginell. de appell. §. 10. glos. prima, num. 2. & 3.

339 † Sed quæro, quæ sint impedimenta, ex quibus appellanti conceditur secundum fatale ipso iure, vel etiam conceditur tertium; & dic, quod plura sunt, ex quibus prorogantur fatalia, tam ex parte Iudicis procedentis, quam etiam partium litigantium, quæ explicat Perusin. in cap. ex ratione num. 4. de appellat. Neuiz. consil. 41. num. 8. & 9 cum. seq cum alijs, de quibus per Bursat. consil. 215 num. 201. vol. 2. libet tamen nonnulla apponere; Primum igitur erit, si per impotentiam litigantes sine eorum dolo non potuerint prosequi appellationem; puta, quia impedimentum processit ex facto Principis, ad quem appellatum est, qui alijs impeditus negotijs non potuerit, vel noluerit appellationem definire, aut audire; auth. sed, & lis, quæ speratur, C. de temp. appellat. pari modo, si stetit per Iudicem, ad quem, quominus fuerit decisa appellatio, auth. si appellatione secuta, C. de temp. appell. Secundum est, si iter non sit tutum, & aditus ad Iudicem non pateat, puta, quia locus ab inimicis detineatur, cap. accedens, vt lit. non cont. Tertium, si, pendente tempore prosequendi appellationem, compromissum factum sit, nam tunc, si aliqua ratione iterum ad Iudicem reuertatur, non læditur causa ex lapsu temporis, auth. si tamē de temp. appell. clem. quam diu, vbi glos. in verbo cauere de appellat. Quartum, si appellans, vel eius procurator in itinere capiantur, & ob similem causam, l. cum à matribus, C. qui petant tutore; Quintum,

si

si appellans fuerit prohibitus causam prosequi propter infirmitatem, aut paupertatem: cap. si non ægrotans 5. quæst. 3 capit. cum dilecti de dol. & contum. cap. pen. de solut. de his impedimentis, videas Petr. Gregor. Tholos. in dicto tract. de appell. lib. 6. cap. 4. num. 8. cum seq. vbi nonnulla alia adducit, Specul. in tit. de appell. §. 7. nunc breuiter, & latè per DD. mox citatos, non est tamen omittendum, quod si impedimentum procedat ex
340 persona Iudicis, requiritur, quod appellans probet pluries se fuisse protestatum coram Iudice, per eum nō stetisse, quin causa expediretur, Alex. cons. 114. num. 3. volum. 5. Dec. consil. 677. num. 2. Thesaur. dec. 1. 10. vbi sic iudicatum, testatur, Gramatic. voto 31. si vero impedimentum processit ex alia causa, quam ex causa Iudicis, non requiritur protestatio, sed sufficit, quod postea impedimentum probetur; ita Alex. cons. 79. in principio, nu. 2. volum. 3. & consil. 72. num. 14. eod. lib. licèt cautius sit secundum Marant. in dicto verbo, & quandoque appellatur, num. 230. quod vtroq; casu protestetur de impedimento.

341 † In impedimento tamen ex facto Iudicis proueniente magis communi opinio Doctorum videtur, quod imò non requiratur protestatio, dummodo constet de impedimento, quam testatur Socin. iun. consil. 114. num. 26. volum 3. idem etiam tenet Paris. cons. 124. volum. 1. num. 1. cum seq. Cagnol. in l. in omnibus causis, nu. 12. vbi de communi, ff. de reg. iur. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. iurisd. num. 136. Afflict. decis. 50. D. Rip. auus mihi maternus in tract. de pest. rub. de priuileg. iud. caus. pest. nu. 22. dicens protestationem esse de consilio, non de necessitate, Dec. consil. 352. & hæc magis placet.

342 † Qualiter autem probanda veniant huiusmodi impedimenta, an requiratur plena probatio, an verò sufficiat, si probentur per iuramentum, videas Misinger. singul. obseruat. centur. 3. obseruat. 92. vbi distinguit, & concludit hoc relinqui arbitrio Iudicis, idem sequitur Menoch. de arb. iud. cas. 118. per totum, vbi num. 7. vult, quod ad hoc, vt talis impeditus excusetur, non sufficit probare impedimentum, sed etiam requiritur, quod probet se facturū fuisse, nisi fuisset impeditus, Alex. cons. 49. num. 5. volum. 2. vbi appost. plures alios ad hoc allegat Menoch. & per hoc semper laudaui, quod fiat protestatio, vt supra dixi, per appellantem, & qualiter huiusmodi impedimentum probetur, videas latissimè Mascard. de probat. conclus. 885. per totam.

Sed quoniam superius tractatum fuit de fatalibus appellationum, idcirco pro faciliori terminorum intelligentia sciendum est, Appellationū fatalia in triplici esse differentia, quædam enim spectant ad interponendam appellationem, quædam ad illam introducendam coram Iudice appellationis; Alia autem ad finiendā ipsam appellationem, de quibus omnibus pulcherrimò ordine latissimè habetur apud Andr. Gail. pract. obseru. lib. primo, obseruat. 139. 140. & 141. per totum.

343 † Quando autem incipiat currere huiusmodi instantia viginti dierum, de qua in hoc nostro statuto; dic, quod istud tempus non incipit currere, nisi à die factæ commissionis, & electionis Iudicis, qui de ipsa appellatione cognoscere habeat, non autè à die interpositæ ipsius appellationis, Orian. in cap. quoniam contra in verbo hic tractabimus in vltima columna, in fine de probat. Grat. consil. 100. num. 51. cum seq. volum. primo, Alciat. cons. 381. num. 8. & 9. Marsil. sing. 51. Asinius in sua praxi iudicum, §. primo, capitulo primo, num. 7. Ruginellus de appellation. §. 10. glos. prima, num. 28.

Sciendum tamen est, tempus appellationis prosequendæ non currere, quoties pendet aliud iudicium præiudiciale, Iacob. Puth. decis. 50. per totam, lib. 2. cum alijs in id congestis per Ruginell. de appellat. §. 10. glo. prima, num. 60.

344 † an autem huiusmodi tempus instantiæ causæ appellationis valeat prorogari per partium consensum, quidam tenuerunt, quod sic: Baldus in l. fin. colum. prima, C. de temp. appell. qui etiam tenet, quod possit abbreuiari partium consensu, & ibi Bart. Alex. in l. properandum, in principio, C. de iudic. Alexand. in addit. ad Bart. in auth. ei qui, C. de temp. appellat. vbi Bald. colum. final. Philip. in cap. ex ratione, colum. 5. in fine, versic. sed dubitatio est, vbi Felin. colum. 2. de appellat. Ozasch. decis. 28. num. 16. & hanc sibi magis placere testatur Marant. in dicto verbo, & quandoq; appellatur, num. 236. versic. secundo limita, vbi hanc pluribus fundamentis deffendit tollendo contraria, quibus mouentur Doctorum contrarium tenentes.

345 † Contrariam opinionem, quod imo non possit prorogari expressè, sed tacite sic, per compromissum, tenuerunt glos. & Doct. in l. properandum, in principio, C. de iud. Bart. in auth. si tamen, C. de temp. appell. latè Neuizan. consil. 41. Roman. consil. 174. num. 6. Abb. in dicto cap. ex ratione, colum. 3. vbi Card. Alex. colum. 15. versiculo decima quarta est quæstio, de appell. Boer. decis. 283. Siluan. consil. 40. num. 3. Vestrius in pract. Roman. iur. lib. 7. capit. final. num. 18. hanc tenet Lanfranc. Balb. in suis communibus centur. 5. concl. 426. de quibus per Asin. in sua praxi iud. §. primo cap. 9. num. 2. vbi plures ad hoc allegat, licet dicat se arbitrari probabiliorem esse in iure, quod possit prorogari.

346 † Quid tenendum, magis communis opinio Doctorum stat cum secunda opinione, nempè, quod partes non possint expressè prorogare tempus instantiæ causæ appellationis, tacitè tamen sic Doct. communiter in dicta l. properandum, in principio, C. de iudic. quam pariter Marant. loco supra citato testatur communem esse, licet ipse transeat in aliam opinionem, vt mox retuli, & pariter communiter receptam testatur nouissimè Grauat. ad Vestrium in praxi Rom. Curiæ lib. 7. capit. final. num. 41. Ruginellus ad Constit. Mediolani. de appell. §. 10. glos. prima, num. 47. vbi refert plures Doctores pro vtraque opinione, licet ipse videatur sequi primam sententiam, vbi limitat: quare nulla ratione crediderim discedendum esse ab hac communi opinione, quæ in consulendo, & iudicando est semper attendenda: Bartolus,
347 & alij in l. final. C. si cont. ius, vel vtil. publ. Alexand. consil. 110. colum. 3. circa medium, ac consil. 134. in fine lib. primo, maximè cum eam Doctores grauiores sequantur, Angel. in l. si idem, §. fin. de iurisdict. omnium iudicum. Alexander consil. 13. num. 15. lib. primo, quicquid tamen sit de iure, in hoc Dominio permittitur prorogatio instantiæ, prout in causa principali, vt habetur in Nou. Constitution. Mediolani in tit. de appell. §. fin.

348 † Sed dubium est, nunquid huiusmodi instan-
tia, & fatalia currant in causa pauperum, quando
onus sustinendi instantiam ad eos spectat, & dic,
quod non, tam in causa principali, quam appella-
tionis, ita Ias. in l. inuitus, col. 2. in fin. nu. 8. vers.
ex prima parte, & col. seq. C. de procur. Bal. consil.
449. quæritur vol. 5. & cons. 5. vol. 1. Felin. & DD.
in c. significasti, de off. deleg. & in c. si qui testium
nu. 9. de testib. Andr. Gail. pract. obseru. lib. 1. ob-
seruat. 142. cum alijs per Ruginell. allegatis in tra-
ctat. de appell. §. 4. cap. 1. num. 24. Quis autem di-
349 catur pauper, dic hoc relinqui arbitrio Iudicis,
Bal. d. cons. 449. Bellonus consil. 16. Bal. cons. 5.
vol. 1. Cotta in mem. in vers. paupertas nouissimè
Menoch. de arb. iud. cas. 65. per totum, Mascard.
de probat. concl. 1159. nu. 8. Baiard. in addit. ad
Clarum, §. fin. quæst. 14. num. 40. quod tamen pro-
cedit in his, in quibus lex non definit paupertatē,
vt in casu nostro, secus autem in his, in quibus lex
definit, nam tunc cessat Iudicis arbitrium; Bar. in
l. si constante, nu. 14. vbi Rip. Auus meus num. 29.
ff. sol. matr. Mascard. d. conclus. 1159. num. 12. &
in hac Ciuitate passim obseruatur, vt non admit-
tuntur attestationes extraiudiciales paupertatis,
nisi fiat per deputatos Hospitalis magni, iuxta for-
mam traditam à Nouis Mediolani Constit. tit. de
Notar. public. §. Hi verò intelliguntur pauperes,
plures etiam casus, in quibus instantia appellatio-
nis non habeat locum, videas per Carpan. ad sta-
tuta Mediolani, cap. 131. nu. 434.
350 † Sed numquid appellatus possit preuenire ap-
pellantem, & aliqui dixere, quod non; potest .n.
appellans dicere se velle gaudere de tempore à Iu-
re sibi concesso, in fine tamen anni, vel biennij, sci-
licet, cum vnus mensis superest de anno, vel bien-
nio, si appellans causam non prosequitur, potest
tunc ipse appellatus illam prosequi, auth. ei, qui,
vbi Bar. Ang. & DD. C. de temp. appell. Abb. Phi-
lip. & Cardin. plenè in cap. oblata de appellat.
Marant. in d. verbo, & quandoq; appellatur num.
244. veriùs tamen est posse appellatum in commis-
sione causæ præuenire appellantem, modo tamen
non præcurrat nimis cito, & quale tēpus sit in hoc
considerabile, debet Iudicis arbitrio terminari,
vt notat Angel. in dicta auth. ei, qui ad finem, Fe-
lin. in c. ex parte, il secundo, nu. 7. de rescr. Alex.
cons. 19. num. 5. volum. 1. cum alijs, de quibus per
Menoch. de arbitr. iud. cas. 204. Carpan. ad statu-
ta Mediol. cap. 131. nu. 419. cum seq. Brederod.
de appellat. §. 6. gl. 7. cap. 8. latissimè ampliando,
& limitando Card. Tusch. pract. concl. iur. in litte-
ra A. concl. 422. & 423. per totam, sub rub. appel-
latus, quando possit præuenire appellantem in
commissione &c.
351 † Superest modo videre, ex quibus causis cen-
seatur deserta appellatio, dictum est enim supra,
quod, si appellans labi permittat fatale, quod cen-
setur renuntiare appellationi, & ipsa efficitur de-
serta, c. sæpe contingit, & c. constitutus de appell.
cap. cum sit Romana, & c. ex ratione eod. tit. pa-
ria enim sunt non appellasse omninò, vel appella-
tionem esse desertam, l. quoniam, & l. si contra
maiorem, C. de appell. d. c. cum sit Romana, & c.
ex ratione de appell. & dic quod multis alijs casi-
bus appellatio censetur deserta de quibus per Ma-
rant. in verbo, & quandoq; appellatur num. 410.
vsq; ad finem, qui addit nouem modos, in quibus
appellatio efficitur deserta; videas etiam adhoc
Guid. Pap. cons. 77. Carpan. ad statuta Mediolani,
d. cap. 131. nu. 572. vbi penè omnes modos relatos
Marant. transcribit, cui addo Pet. Gregor. Tho-
los. in d. tract. de appell. lib. 8. cap. 2. num. 11. vsq;
ad finem, vbi pariter adducit nonnullos casus, ex
quibus deserta dicitur appellatio, latissimè Rugi-
nel. de appellat. §. 9. gl. 1. cap. 1. per totum, & Car-
din. Tusch. pract. concl. iur. in littera D. conclus.
222. sub rub. desertio appellationis ex quibus in-
ducatur. Sciendum tamen est, quod in dubio est
352 pronuntiandum appellationem non esse desertā,
ad effectum, ne ius litigantis pereat, Castr. Alex.
& Ias. in l. prima, ff. si quis caut. Dec. in l. quoties
nihil, ff. de reg. iur. Felin. in c. significauerunt, col.
1. de testib. Marant. in dicto verbo, & quandoque
appellatur num. 408. vers. octauo, & vltimo, si ta-
men casus est clarus, Iudex qui nouit desertā esse,
353 habet eam declarare desertam esse, clem. si ap-
pellationem, & ibi gl. de appell. Castr. in l. eos post
gl. ibi in verbo iniustam, C. de appell. Alex. consil.
104. num. 1. volum. 5. operatur autem effectus de-
354 sertionis, vt Iudex ad quem, qui nouit appella-
tionem desertam, etiam parte non opponente, nō
possit super principali negotio pronuntiare infir-
mando eam, vel moderando, confirmando tamen,
posset, Felin. in c. ex parte, il secundo, nu. 10. in fin.
de rescrip. licet cogi ad hoc non possit, Chartar.
Rott. Genuæ, decis. 130. in fin. num. 37. Stephan.
Gratian. discept. forens. quæst. 40. num. 29. & casu
quo pronunciaret infirmando, vel moderando,
addendo, aut minuendo sententia diceretur nul-
la, ob defectum iurisdictionis, l. fin. ff. de iurisd.
omn. iud. cum non valeat sententia à non suo Iu-
355 dice lata, l. fin. C. si à non compet. iud. ess. dic,
Pet. Greg. d. cap. 2. nu. 1. Secundo, quia sententia
prioris Iudicis transit in iudicatum, l. 1. ff. de re
iud. Alex. cons. 95. nu. 3. lib. 2. Tertiò quia Iudex
potest, etiam parte non opponente, nec petente,
ex officio pronunciare appellationem esse desertā,
Philip. in cap. ex ratione, col. 20. vers. quo ad se-
cundum dic de appell. Bal. in addit. ad specul. in
tit. de appell. vers. Iudex ex offitio, Marant. vbi
supra, num. 409. requiriturq; quod fiat declaratio
à Iudice super desertione, l. si præses, C. quom. &
quando iud. & dixi supra, & debet etiam partes à
Iudicis obseruatione absoluere Felin. in c. ex par-
te de rescr. Pet. Greg. d. cap. 2. num. 4. & licet dica-
356 tur posse Iudicem appellationis pronuntiare su-
per desertione, non tñ ad hoc tenebitur, vt latè fir-
mat Ruginell. ad const. Mediol. in tit. de appell. §.
11. glo. 1. cap. 2. n. 8. vbi refert opiniones pro vtra-
que parte, & tādē in hac residet, ex Surd. cons. 139
nu. 15. sed iuxta hoc quæro, quis teneatur pronun-
tiare appellationē desertam, & quis habeat sentē-
tiam exequi quæ transiuit in iudicatū per appella-
tionem desertā, Iudex à quo, an verò Iudex ad quē;
circa primū distingue secundum Philip. in cap. ex
ratione col. 19. in fine vers. circa septimum de ap-
pellat. quod aut appellatio effecta fuit deserta ob
non factam prosequutionē, puta, quia non sit adi-
tus Iudex ad quē, nec vllus actus coram eo sit fa-
ctus, & tunc non est opus alia pronuntiatione, sed
Iudex à quo sententiam exequitur ad partis instā-
tiam, bonum tamen esset pronuntiare super deser-
tione ob expensas, ad hoc, vt condemnet appellā-
tem in expensis, potest tamen si vult eam exequi
absq; aliqua pronuntiatione, si verò appellatio fu-
erit prosequuta coram Iudice ad quem, ipse pro-
nuntiabit super desertione, non autem Iudex à
quo; hanc distinctionē refert, & sequitur Marant.
in

in dicto verbo, & quandoq; appellatur nu.200.ver sic.verum; super illo dubio sequitur Stefan. Gratian.discept.forens. lib.1. cap.40.num. 24. & seq. pariter Ruginellus ad Constitution. Mediolani, in tit.de appell. §.11.gl.1.cap.2.num.13. vbi ex Cravet.cons.273. circa princ.vers. est tamen dubium apud DD. lib.2. limitat non procedere in Iudice delegato in causa appellationis, qui non potest pronuntiare appellationem desertam, nisi specialiter sibi fuerit demandata causa desertionis.

357 † Quò ad secundum, quis teneatur sententiam exequi quæ transiuit in iudicatum per desertionem, dic, quod Iudex à quo regulariter sententiã exequitur, maximè quando appellatio fuit deserta, eo, quia Iudex ad quem numquam fuit aditus per appellantem, eo enim casu Iudex à quò absq; declaratione facta super desertione exequitur primam sententiam absq; vitio attentatorum, l.fin.& auth. ei, qui C.de temp.appell.c.cum sit Romana, & c.reprehensibilis eod. tit. Bar. in l. tale pactum, §.qui prouocauit nu.4. in fine, vbi Bal. & Ias. nu. 1. & 8. ff. de pact. cum infinitis alijs congestis per Ruginellum d.§.11. gl.1.cap.2. nu.16. ubi infinitos allegat, & ratio est, quia paria sunt, vt dixi supra, non fuisse appellatum, vel appellationem desertam, & sic perinde habetur; ac si non fuisset appellatum, Ias.in d.§. qui prouocauit nu. 8. Guid. Pap.cons.77. nu.5. & tunc isto casu Iudex ad quẽ non poterit impedire Iudicem à quo, cum nulla dicatur translata Iurisdictio, etiam si Iudex à quo detulerit appellationi, gl.in c.cum appellationibus de appell.in 6. Guid.Pap.d cons.77.num.5. Felin. in c.ex parte, il secundo, col. 6. circa finem de rescript. Ruginell. vbi supra nu. 20. ubi plures alios allegat, & distinguit nonnullos casus pro dilucidatione huius quæstionis, ut ibi per eum.

358 Sed quid, si causa appellationis non fuerit deserta, sed fuerit lata sententia per Iudicem ad quẽ & confirmata prior sententia, quis etiam exequetur? dic, quod Iudex ad quem eam exequetur, & sic ipse Iudex appellationis; Bart.& Bal. in l. eos, in fine illius princ.& in l.precipimus, C. de Iud. Marant.in suo speculo in verbo, & post omnia aduertas circa excusationem nu.6. vers.4. limita, agitur enim ex sententia confirmante non confirmata, Bald.in d.l. eos, Item hæ duæ sententiæ reputantur pro vna, ergo vnus Iudex exequitur, sed semper maior, Asin.de communi in praxi, §.31.cap.7. Mysinger.obseruat.94. cent.5. Ceual.in suo tract. communes contra communes, quest.617.in princ. Diaz.reg.676. nisi tamen prima sententia confirmaretur per lapsum fatalium à Iudice appellationis, si enim appellatio est deserta, ergo & iurisdictio, ideo primus Iudex à quo exequetur, Bal. in l. penult. in fin. vers. pone Iudex, C.quorum appell. Franc.in c. ex ratione, num. 97. de appell. Stefan. Gratian.disceptat.forens. lib.1. cap. 40. num.46. & seq. Idem in confirmatione interlocutoriæ cuius executio primo Iudici spectat, Mysing.d.obseruat.94. cent.5. Idem quando sententia tempore confirmaretur, vt quia non appellatum, vel appellatio non prosecuta, Ceph. cons.185. nu 46.lib.2. Anchar.quæst.68. nu.1. lib.3. Stefan. Gratian.d. cap. 40. nu.36. & seq.

359 † Sed quomodo probabitur causam appellationis fuisse desertam, & dic, quod probatur ex actorum inspectione, & ex illorum collatione, Bal. in l. si contra, vers. sed qualiter probatur, C. de appellat.arg. l.fin. de iur. & fact. ignor. Petr. Gregor. Tholos. in dicto tract. de appell. lib.8. cap.3. nu.5 vers. probatur desertio, inspicitur enim dies latæ sententiæ, uel dies intimationis, & etiam dies interpositæ appellationis, uel commissionis, & vt latius declarat Ruginell.d.§.11. gl.1. cap.2. nu.24.

360 † An autem sententia lata super desertione dicatur diffinitiua, vel interlocutoria; & hoc vtile est scire, quia, si dicemus esse diffinitiuam, non poterit reuocari, postquam fuit lata, l.quod iussit, ubi gl.& Bart. ff.de re iud.& ibi Ias. & ceteri DD. & l. Iudex, vbi Bar. eod. tit. si verò interlocutoria, poterit regulariter reuocari, d.l.quod iussit, vbi gl. & Bar. distinguendo tamen secundum eum num. 9. & Ias. num.1. cum pluribus seqq. Alex. cons.90. num.6.lib.primo.

361 † Quidam igitur tenuerunt, quod sit interlocutoria Mathesil.in l.si præses n.8.C.quom. & quan. iud. Orian.in c. quoniam contra.cap.10. de interlocut.nu.67. de probat Corn.cons.14. nu.4 vol.4. Perusin in c.ex ratione, nu.81. extra de appell. Marant.verò in suo specul.in verbo, & demum fertur sententia nu.26. tenet quidem, quod sit interlocutoria, habens tamen vim diffinitiuæ, ex quo imponit finem liti, adeò, vt non possit reuocari, sequitur Crauet.cons.181. scala de cons.sap. lib.2. cap. 17. circa finem de quo miratur Vrsill. in addit. ad Afflict.decis 42. in fine, videas tamen Carpan. ad statuta Mediol.cap.131.nu.568. & seqq.

362 † Intellige tamen hoc procedere, quoties pronuntiatur super desertione appellationis ab interlocutoria, secus autem super desertione appellationis interpositæ à sententia diffinitiua, ita intelligit Mysing. singul. obseru cent. 3. obseruat. 36. Rebuff.in tract.de appellat.cent.5.gl.vnica nu.43. sequitur Carpan.ad statuta Mediolani.d.cap.131. num.568. cum seq.

In verbo secunda causa appellationis] Nota, quod statutum nostrum vult instantiam in secunda causa appellationis durare dies 25. vtiles, est cõforme cum Nou.Constit. Mediolani, in tit.de appell.§. saluo quod, in quibus idem disponitur.

363 † Sed quæro, quando incipiant currere dicti 25 dies, an à die interpositæ appellationis, an verò à die dati Iudicis, idest commissionis, & dic quod incipiunt currere à die commissionis, & sic, quando datus est Iudex appellationis, Lanfranc. in c.quoniam contra, vers. interlocutiones in fine de probat. Marsil.sing. 51. in fine, & 423. Corneus consil. 323. col.5. vers.præterea posset dici lib. 4. Alciat. cons.381. Grat.cons.110.num.4.lib.1. Alb.consil. 609.num.9. Asin.in sua praxi, §. 1.cap.1. num.7. hanc nouissimè firmat Ruginell. ad Nouas Const. in tit.de appellat. §.10.gl.1. nume. 23. loquens in terminis Constitutionis Mediolani, reiecta opinione Thesaur.decis.10.nu.9. ac aliorum per eum relatorum contrarium tenentium, hanc etiam supra firmaui in verbo viginti dies, ex Carpan. ad statuta Mediolani, cap.131. num. 468. Sciendum est autem hanc opinionem adeo veram, vt si intra tẽpus ad appellandum, concessa esset commissio ipsius causæ, adhuc statim facta commissione inciperent currere dicti dies 25. Cast. in l.si quis hæres 2. nu.7. ff.de acquir.her.& in l. fin. §.eo adito, C. qui admitt. Tiraq. in tract. cessante causa, regula prima, nu.80. prout ex his, & alijs hanc communẽ firmat idem Ruginellus in dicto tit. de appellat. §.10. gl. 1. num. 29.

§. vtq; termini deliberandi] Papiæ hoc aliter seruatur namq; actor probat quandocumq; intra in-

instantiam, & factis probationibus statim currunt reo delationes ad probandum numero quatuor, & dierum quatuor, pro singulis, quæ aliquando prorogantur, & ex causa conceditur quinta dilatio probatoria.

364 In verbo, & ne productiones] † Sciendum est, quod producere, & exhibere idem important: Rebuff. in l. plus est in restitutione, vers. 12. ff. de verborum signif. Asin. in sua praxi iud. §. 4. cap. 5. nu. 2. est autem exhibere secundum Asin. dicto nu. 2. in publicum producere, & videndi, & tangendi potestatem præbere, l. 3. §. ait Prætor, ff. de lib. hom. exhib.

In verbo in fraudem vsque prope finem] De iure
365 differens calumniosè producere instrumentũ non debet audiri, nisi refectis expensis, quibus sua tarditate vexauit aduersarium, Bal. in c. exceptionem in principio de except. quem refert, & sequitur Felin. in c. de cetero, nu. 11. vers. merito dixit, Bal. extr. de sent. & re ind.

In verbo quod statim petitione porrecta, & in
366 actis dimissa] † Nota, quod etiam de iure communi petitio debet poni in actis apud tribunal Iudicis, coram quo facta fuit, vt notat Asin. in sua praxi, §. 4. cap. 11. nu. 5. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 21. num. 160 part. prima.

367 † Sed quæro, quæ dicantur acta, & dic, quod dicuntur scripturæ de ijs confectæ, quæ in iudicio, apud Iudicem acta, vel dicta sunt, gl. in l. acta in principio, ff. de re iud. Asin. in sua praxi iudic. §. 14. cap. 3. num. 1.

368 † Hinc dicimus, quod actorum appellatione omnia continentur, quæ in iudicio fiunt, l. gesta, C. de re iud. Asin. in sua praxi, §. 14. cap. 3. nu. 1. cum seq. ac 13. vel etiam coram Iudice, Bal. in auth. quæ supplicatio, col. 1. vers. item licet scriptura, C. de precib. imp. offeren. Card. in Clem. sæpe de verb. signif. Bar. & Bal. in l. illud in principio, C. de Sac. Sant. Eccl. Rol. à Vall. cons. 38. num. 10. & seqq. lib. 1. quæ autem dicantur esse de actis, & quæ non latissimè tradit Card. Tusch. pract. conclus. iur. in littera A. conclus. 87. per totam.

369 † Actorum autem duæ sunt species, nam alia dicuntur litis, alia Iudicij; Acta litis sunt testium attestationes, confessiones, & omnia factum respicientia; Acta Iudicij sunt citationes satisdationes, & similia, & ea, quæ ad litis conuentionem tendunt, vt libellus, litis contestatio, & similia, DD. in l. 2. C. de eden. Canonistæ in c. causam, il primo, de testibus, Alex. cons. 58. per totum, & cons. 61. col. 2. & 3. lib. 1. Afflict. decis. 148. Asin. d. cap. 3. num. 5. cum seqq. Guid. Pap. decis. 616.

370 num. 4. † Sciendum tamen est, quod propriè loquendo, acta non dicuntur ante litem contestatã, sed dicuntur præparatoria iudicij, non autem de actis, vel processu, Bal. in auth. clericus, col. 2. C. de Epis. & Cler. & in l. 1. §. similiq; modo secundo, C. de latin. libert. tol. Dec. latè declarans in l. is apud quem, nu. 1. C. de eden. & in rub. extra de iud. & ratio esse potest, quia iudicium propriè incipit à

371 litis contestatione, glos. in §. fin. super verb. ex proemijs in auth. in medio litis non fieri sacras iussiones. Ias. in l. cum fundus in principio, ff. si cert. pet. num. 4. Rip. Auus meus in rub. num 3. C. de eden. Differunt tamen inter se acta, gesta, & facta; Acta enim illa dicuntur, quæ fiunt in iudicio, facta extra iudicium, & gesta, quæ fiunt sine verbis, vt puta scribere &c. l. 2. circa princ. ibi acta facta, & gesta, ff. de cur. bon. don. iuncta, l. labeo, §. gestũ, ff de verborum signif. Guid. Pap. decis. 616. nu. 3. Asin. d. cap. 3. num. 2.

372 † Adhoc autem, vt acta fidem faciant, debent fieri partibus præsentibus, uel saltem vocatis; Bal. in l. 1. C. quib. long. temp. præscript. non obst. Secundò debent fieri altera parte instante, de cuius instantia debet apparere in actis: Ang. consil. 286. col. 2. Tertiò sunt facienda coram Iudice, uel eo mandante: Alex. & Imol. in l. Acta, ff. de re iud. Quartò debent scribi per Notarium actuarium deputatum: Bal. in l. 1. per illum tex. C. de sportul. & in l. 2. C. quom. & quando iud. Quintò requiritur, quod in scriptis reducantur, nisi essent causæ breuiores, Abb. in c. quoniam contra, in 3. not. per illum tex. vbi Felin. de probat. tex. in auth. nisi breuiores, vbi Bar. C. de sent. ex breuic. recitan. Asin. latè §. 14. capit. 5. per totum. Sextò debent esse publicata, l. gesta, ubi DD. C. de re iud. Mysing. cent. 4. obseru. 52. Septimò debent scribi, & recipi die non feriato, l. fin. C. de fer. c. fin. de ferijs; Sunt tamen multi casus, qui possunt fieri die feriato, de quibus omnibus latè Marant. in suo specul. in verbo Actorum editio fieri solet, nu. 36. vsq; ad numerum 51. Octauò, & vltimò requiritur, quod in singulis actis apponatur dies, locus, mensis, & annus, c. quoniam contra, & ibi gl. in verbo tempora de probat. c. Abbate sanè circa finem de re iud. in 6. hæc omnia requisita ponit Marant. vbi supra à num. 16. vsq; ad numerum 52. vt ibi latè per eum, & tunc si hæc suprascripta contineant, sine alio adminiculo probant, & legitimam fidem faciunt: Bal. in l. pen. in princip. C. de sent. quæ sine cert. quantit. obtinentq; vim trium testium, l. sancimus, C. de testam. l. vnic. §. sed si quis inter, C. de latin. libert. toll. Felin. latè in c. 2. in princ. num. 1. vers. 2. quia iuratur ext. de probat. Intelligendo tamen, dummodo in causa sit conclusum, Felin. in c. quoniam contra falsam, versic. nono quæro de probat. post Bart. in l. nec in arbitris, C. de arbitr. Asin. §. 14. capit. 27. num. 8. nec

373 non faciunt notorium, l. gesta, C. de re ind. Innoc. in c. ex insinuatione, vbi ceteri DD. de appell. gl. in c. significauerunt, vbi DD. de testib. Ias. in l. ait prætor, §. si damnetur circa finem, ff. de iureiur. Ang. cons. 249. Bartol. Socin. cons. 38. vers. primo principaliter lib. 1. Felin. in c. audientia circa finẽ, de sent. excom. latè Asin. d. dicto §. 14. cap. 27. nu. 11. Cardin. Tusch. pract. conclus. iur. in littera A. conclus. 86. num. 7. Intelligendo tamen in eodem iudicio, secus autem in alio ita Rip. Auus meus in l. naturaliter, §. nihil commune, num, 175. ff. de acq. possess.

374 † Sed quæro an acta producantur, & dic quod non regulariter, c. quoniam contra falsam de probat. Intellige tamen verum in eodem iudicio, secus autem in alio, in quo non faciunt fidem etiam inter easdem personas, & coram eodem Iudice, nisi producantur, l. cum antea, in fine, C. de arbitr. Alex. in l. 2. in fine, C. de edend. & cons. 82. col. 3. lib. 1. ita intelligit Rip. in d. §. nihil commune, num. 175. vers. tertia conclusio.

375 † An vero acta in vno iudicio facta faciant fidẽ in alio, dic, quod, aut quærimus, an faciant fidem inter diuersas personas, & tunc dic quod non, DD. in l. 2. C. de eden. Bal. cons. 492. nu. 8. vol. 5. Ang. in l. is, apud quem, nu. 5. C. eod. tex. in l. sed si possessori, §. fin. cum l. seq. ff. de iureiur. c. inter dilectos, §. porrò de fid. instr. Rip. Auus meus in d. l. is potest, num. 26. ubi adducit rationem, quia secundum

cundum eum processus iudiciorum est stricti iuris, sicut stipulatio. l. quicquid astringendæ, ff. de verb. oblig. quo casu, sicut in stipulationibus, extranea persona non includitur, l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. oblig. ita nec etiam in processibus iudiciarijs secundum Bal. in l. ingenuũ in octaua quæst. ff. de stat. hom.

376 † Amplia, vt per Rip. Auum meum in d. l. is potest, nu. 27. ac etiam num. 30. vbi tradit aliam ampliationem, vt procedat in attestationibus non publicatis, quæ nedum non probant inter diuersas personas, vt per Bart. in l. cum lite num. 6. ff. iudic. sol. sed nec etiam inter easdem personas in diuersa tamen instantia, vt per Bart. ibi, tex. in l. gesta, vbi gl. C. de re iud. intelligendo tamen vt per eundem D. meum Rip. vbi sup. num. 30. vbi hanc ampliationem restringit tribus modis.

Amplia etiam alijs modis, de quibus per Abb. & DD. in d. c. causam de testib.

377 † Limitatur hæc regula procedere quò ad plenam probationem, secus autem, quò ad qualem qualem probationem, seu præsumptionem, l. hæredes. §. idem scribit, ff. fam. ercis. l. si duo patroni, in princ. ff. de iureiur. l. hæreditarias, ff. de crim. expil. hæred. gl. in l. 2. C. de eden. vbi Alex. num. 2. & ibi Rip. Auus meus maternus, num. 3. sequitur Mascard. de probat. concl. 33. num. 28. cum seq. Asin. in §. 14. cap. 27. num. 12.

378 † Sed quæro, quam probationem faciat ista qualis qualis præsumptio, videas Ant. de Butr. in c. quãnis de re iud. Bart. in l. admonendi, col. 14. vers. quæro, quid si dictus testis, ff. de iureiur. late Alex. in l. sæpe, ff. de re iud. Mascard. d. conclus. 33. num. 29. & dic, quod huiusmodi qualis qualis præsumptio non facit semiplenam probationem, sed solum quandam præsumptionem, quæ operatur duo; primum, vt cęteris paribus, is habeat obtinere, qui habet hanc qualemqualem præsumptionem, Alex. cons. 112. col. fin. lib. 4. Secundum operatur, vt habenti huiusmodi præsumptionem cum vno teste, potius sit deferendum iuramentum in supplementum probationum, quam habenti solum vnum testem, Bal. in l. si duo patroni, Alex. in d. l. sæpe, ff. de re iud. Rip. in d. l. 2. nu. 36. C. de eden. & in l. admonendi, nu. 202. cũ seq. vers. quæritur successiuè, ff. de iureiur.

379 † Limitatur secundo, vt procedat, quando agitur de probando effectu facti, non autem si agatur de probando facto, nam acta vbicumq; & contra quoscumq; probant se ipsa. c. quoniam contra falsam de probat. & d. l. gesta, C. de re iud. ita Rip. in d. l. is, apud quem num. 33. vbi infert ad quatuor, vt ibi per eum, sequitur Asin. in sua praxi, d. §. 14. cap. 27 nu. 13. Hinc est, quod dicimus, quod apud quoscumq; homines, qui supersunt, probant illa acta facta, & sic libellum datum, litem contestatã, & sententiam latam, sunt enim ista publica instrumenta, quæ apud omnes faciunt fidem, & cum habeant publicam famam, vbicumq; & inter quoscumq; probant se ipsa, idest factum. Grat. consil. 95 num. 18. vol. 2. Natt. cons. 98. num. 5. in prima parte cum infinitis alijs, de quibus per Mascar. de probat. concl. 33. num. 33. cum seq.

380 † Limitatur, vt benè probent inter alias personas, quando sunt hæredes, & successores, ipsis enim acta facta in alio iudicio prosunt, & nocent, sicut suis maioribus l. si ante, §. Iulianus, ff. de except. rei iud. Socin. reg. 10. Mascard. d. conclus. 33. nu. 38.

381 † Sed an acta facta contra principalem debitorem, fidem faciant contra fideiussorem, distingue, vt per Rip. Auum meum in d. l. is, apud num. 34.

382 † Aut verò principaliter quærimus numquid acta facta in vno iudicio faciant fidem in alio, inter easdem tamen personas, & dic, quod sic, Abb. in c. causam, quæ; vbi Felin. extra de testib. Ang. in d. l. is, apud quem num. 5. vbi Dec. nu. 62. dummodo tamen producta fuerint, l. cum antea in fine, C. de arb. Rip. Auus meus in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 175. vers. tertia conclusio, ff. de acquir. possess. Asin. d. cap. 27. nu. 14. Bart. in d. l. naturaliter, §. 1. & ibi Ias. num. 106. Natt. cõs. 136. num. 5. vol. 1. Bursat. cons. 75. num. 8. & seq. Ceph. cons. 215. nu. 56. qui infinitos DD. tum cõsulentes, tum etiam profitentes ad hoc citat, Mascar. de probat. concl. 33. num. 1. & per totam, vbi hanc quæstionem latè tractauit per ampliationes & limitationes, vt nullus addendi locus esse relictus videatur.

383 † Inter alias plures limitationes, quæ solent adduci ad hanc regulam, vna præcipua est, vt hæc regula non procedat in actis factis in vna instantia, quæ in alia non probant. glo. in auth. item possessa vbi Bar. C. qui potior. in pign. hab. Io. de Amicis cons. 137. nu. 10. Socin regula 11. vbi hoc limitat latè Purpur. in d. l. 15. apud quem nu. 9. ac 97. cum seq. vbi Cur. Iun. nu. 93. Asin. d. cap. 27. nu. 16. Mascard. d. concl. 33. nu. 2. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 37. nu. 26. par prima.

384 † Limita secundo in actis factis in iudicio summario, quæ non probant in plenario iudicio, etiam inter easdem personas, l. pen. vbi glo. Bart. Bald. & Angel. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Ant. de Butr. Abb. Imol. & alij in d. c. causamq; il primo de testibus. Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de veb. oblig. Abb. cons. 50. nu. primo Rimin. cons. 99. nu. 23. & seq lib. 2. multos alios ad hoc allegat Asin dicto cap. 27. nu. 5. Carpan. dicto cap. 37. nu. 27. Mascar. vbi sup. n. 47. vers. quinto limitatur. vbi n. 49. cum seq. restringit hanc limitationem duobus modis, primo, vt non procedat hæc limitatio quãdo probationes factæ in summario essent plenariç, nam tunc probant, ac si receptæ essent in plenario, ex Felin. in dicto cap. causamq; nu. 2. vbi Butr. testatur de communi, cum alijs, de quibus per eundẽ Mascar. vbi, sup. secundo quando versaremur in materia spectante ad peccatum, nam ad peccatum tollendum, acta facta in summario probant in plenario, Ant de Butr. cons. 41. Felin. in dicto cap. causamquæ nu. 10. Dec. in c. At si clerici nu. 101. de iudic. cum alijs, de quibus per Mascar. d. concl. 33. nu. 53. iuxta hoc quæro, nunquid acta facta in causa ciuili, faciant fidem in iudicio criminali, & dic, quod regulariter non faciunt fidem in criminali, prout de communi testatur Felin. in c. at si clerici de iud. Rip. auus meus in l. 2. nu. 40. C. de eden. de communi, Iulius Clar. in §. fin. prax. crim. q. 54. nu. secundo Tiber. Decian. in sua prax. crim. lib 8. cap. 19. sub rub. de processu in causa violentiæ publicæ, & priuatæ nu. 15. Boss. in sua prax. tit. de conuict. nu. 19. Sigismun. Scacc. de communi. de ind. cau. ciuil. crimin. & hæret. cap. 74. nu. 3. lib. primo Mascar. de probat. concl. 34. nu. 2. vbi adducit rationem, quia probationes in criminalibus debent necessariò concludere, & debent esse luce meridiana clariores, vrgentiores, maiores, & efficaciores, quam in ciuilibus, Ang. in l. fin. ff. de proba. amplia, vt per Mascar. dicta concl. 34.

386 † Intelligitur tamen hæc conclusio, vt non procedat.

cedat, quo ad faciendum inditium ad inquirendũ etiam in iudicio capitali, attamen saltem faciunt præsumptionem, & aliquam fidem, vt Iudex possit in illo crimine ad inquisitionem generalem procedere, Bal. in l. quod euitandi C. de cond. ob turpem cauf. Abb. & Felin. in d. cap. At si clerici nu. 12. vbi Dec. nu. 29. Clar. d. q. 54. nu. 2. & q. 19. verf. vnũ tamen scias, D. Rip. in d. l. 2. nu. 40. vbi vult etiam probare, quantum ad inferendam torturam, iuxta naturam facti, & personarum, & ad coadiuuandas probationes factas in criminalibus, quod etiã tenet Mascard. dicta concl. 34. nu. 13. & seq. Boss. in sua prax. crim. tit. de pluribus violentijs, num. 117. pulcrè Sigismund. Scacc. d. cap. 74. num. 3 vbi not. tradit, quando acta facta in vno iudicio, possunt facere fidem in alio, & aperire viam Iudici modo ad inquisitionem generalem, modo ad specialem.

387 † Secundò intellige, vt non procedat in confessione facta in iudicio ciuili, quæ semper præiudicat in causa criminali, Innoc. in c. per inquisitionem de elect. Aret. in d. c. at si Clerici in fine, vbi Abb. Boss. d. tit. de plurib. violen. sub nu. 17. verf. sed non procedit hæc conclusio etiam si fortuito illa confessio facta fuerit, Bal. in l. quod euitandi, C. de cond. ob turp. cau. Felin. in d. cap. at si Clerici, dummodo tamen sit vera confessio, secus, autem si ficta, quæ non præiudicat: Rom. sing. 301. Mascard. d. concl. 34. num. 16. cum trib. seqq. restringas tamen istud, vt hæc confessio facta in iudicio ciuili summario coram Iudice, vel coram parte, vt plenè non probet in iudicio criminali, et inter easdem personas, Socin. Sen. conf. 8. num. 6. vol. 1. Quod comprobat Mascar. vbi supr. nu. 17. & idem videtur tenere Clar. d. quæst. 54. verf. sed quid, si exhibeatur, vbi tenet solum facere semiplenam probationem, & sic inditium ad torturã.

Tertiò dicta conclusio non procedit, vbi oriretur infamia ex prima sententia, quia hoc casu posset Iudex punire hunc infamem in alio iudicio, Boss. adducens rationem dicto tit. de plurib. violent. sub nu. 17. verf. 2. principalis conclusio, quo loci alias adducit declarationes ad suprascriptam conclusionem, vt ibi per eum.

Sciendum tamen est, prædicta locum habere, quando quærimus, an acta facta in iudicio ciuili, faciant fidem in iuditio criminali, & è contra: sed quid in eodem Iudicio, puta, agitur ciuiliter pro crimine, fiunt probationes, Iudex non mutato iudicio vult punire reum criminaliter, nunquid possit ex ijsdem probationibus; in hac questione idem dicendum est, ac si essemus in alio iudicio, videlicet Iudicem non posse ferre sententiam, prout alijs allegatis, tradit Boss. dicto tit. de pluribus violen. nu. 118. Non modica autem insurgit difficultas, nunquid scilicet Iudex, qui intendit inquirere criminaliter contra aliquem vigore actorum factorum in causa ciuili, possit hoc facere sine alia repetitione testium, & sine nouo processu. In qua quæstione videndus est omnino, Sigismund. Scac. de iud. cauf. ciuil. crim. & hæret. cap. 74. num. 4. lib. primo, vbi notabiliter distinguit, ad quem remitto lectorem.

388 † Sed cum acta iudicij non præsumantur, nisi probentur, l. fin. C. de iur. & fact. ignor. loquendo regulariter, quam regulam latè complectitur, Mascard. per infinitas ampliationes, & limitationes more solito, concl. 35. per totam; quæro, qualiter probentur; & dic, quod aut loquimur in actis necessario requirentibus scripturam, vt est libellus in causa ordinaria, litis contestatio, & similia, & tunc non valet probari, nisi per scripturam, Bart. in l. nec in arbitris, num. 3. C. de recept. arbitr. & in l. emancipatione, C. de fid. instr. Felin. in cap. quoniam contra, num. 55. de probat. Alex. consil. 37. col. fin. lib. 5. & cons. 75. num. 9. lib. primo, Ruin. consil. 16. num. 5. Dec. in dicto cap. quoniã contra, nu. 236. Grat. cons. 75. num. 16. vol. primo, latissimè Mascard. de probat. conclus. 32. vbi ampliat, & limitat, num. primo, & sequentibus, & n. 14. limitat non procedere quando huiusmodi acta casu fuisset amissa, siue deperdita scriptura, tunc enim omnia in eis contenta poterunt probari per testes, Bart. in l. ne in arbitris, versic. contra hoc oppono, C. de recept. arbitr. Felin. in d. capit. quoniam contra, num. 55. vbi Dec. num. 236. cum infinitis congestis per Asin. in sua praxi, §. 14. cap. 7. num. 2. in hoc tamen casu erit prius necessariò probandũ huiusmodi acta scripta, & amissa fuisse DD. supra allegati, & in specie Abb. in d. c. quoniam contra, Mascard. d. concl. 32. num. 15. vbi etiam ponit nonnullos modos probandi amissionem scripturæ, vt ibi per eum.

389 † Aut verò loquimur in actis necessariò non requirentibus scripturam, & tunc poterunt probari per testes, vel alio modo, l. cum quidam instrumentum, & l. cum instrumentis, & l. emancipatione, C. de fid. instr. Soc. Sen. conf. 46. nu. 45. & seq. lib. 4. & ita in hoc casu veniunt intelligẽdi, Innoc. Host. Ant. de Butr. Abb. & Dec. in d. cap. quoniam contra, Ruin. conf. 16. num. 5. lib. 5. Marant. in suo speculo in dicto verbo; & actorum editio fieri solet, nu. 30. cum seq. dum voluerunt acta posse probari per testes, nam intelligendi sunt, vt loquantur in actis necessario non requirentibus scripturam, prout ita eos intelligit, Mascard. dicta conclus. 32. num. 3. ac 5.

390 † Reliquum modo superest videre, de Actorum editione, præmittendum est autem, quod edere est copiam rei facere, & demonstrare, vel dictare gl. in rub. ff. de edend. & in l. 1 §. edere, ff. eod. tit. Dec. in c. nouit, nu. 3. post Abb. ibi de appell.

391 † Hoc sic supposito, dic, quod omnia acta, tam ciuilia, quam criminalia, partibus litigantibus petentibus, edenda sunt, l. 2. vbi DD. communiter. & in specie Rip. Auus mihi maternus, num. 10. C. de eden. adeò, vt si non edantur possit appellari, l. 2. C. vt lit. pend. c. perpetuus de fid. instr. Marant. in suo speculo in verb. actorum, editio fieri solet num. 53. versic. venio ad tertiam quæstioné, Pract. Papiens. in forma product. instrumentorũ, in gl. prima, num. 1. & ista editio fieri debet, non solum tradendo acta parti inspicienda, sed etiam tradendo copiam, vt per Rip. in d. l. 2. nu. 12. post Cast. ibi Pract. Papien. in dicta gl. 1. Marsil. sing. 81. Crau. in tract. de antiq. temp. in 1. par. num. 155. Asin in sua praxi iud, §. 24. capit. 7. num. 3. Sunt autem edenda huiusmodi acta Iudice mandante, alias Notarius sine eius mandato acta edere non tenetur, Bal. in l. 2. col. 1. in princ. per illum tex. in verbo iubebit, vbi Castr. & D. Rip. nu. 10. verf. secundo, C. de eden. Marant. vbi supra, num. 55. Item huiusmodi acta edi debent parte petente, Rip. Auus mihi maternus, dicta l. 2. sub num. 10. verf. primo, C. de eden. & ista editio debet fieri cuicumq; prætendenti interesse, etiam si ad eius
392 instantiam acta non fuerint celebrata. Alex. in l. 9. C. de eden. Bart. & DD. in l. 1. §. editiones, ff. de eden.

393 edend. Marant. vbi supra, nu. 61. & debent acta edi cum die, consule, loco, & tempore, d. c. quoniam contra, vbi gl. in vers. tempora, & ibi communiter DD. Bal. & DD. in l. 2. C. de eden. debet ta-
394 men petens huiusmodi editionem, soluere expensas Notario, eius enim expensis, ac sumptibus fit editio à Notario, glos. in l. 2. in verb. oblatos, de appell. Card. in clem. sæpe, in princ. in 17. q. de verb. sign. Asin. in sua praxi, §. 14. cap. 10. Marãt. vbi sup. nu. 62. ac 59. ubi adducit tex. in l. argentarius, vbi communiter DD. ff. de eden. non ta-
395 men potest Notarius acta originalia edere, nec parti, nec iudici appellationis, sed tantum eorum copiam, DD. in d. c. quoniam contra, gl. Bar. & DD. in l. eos, §. super his C. de appell. Notarius. n. debet semper originale penes se retinere, adeo, q. si oriatur aliqua ambiguitas circa exemplum, possit recurri ad originale, cui magis creditur quam exemplo, etiam authentico, Abb. & DD. in d. c. quoniam contra, gl. fin. in verbo prothocollum, vbi Ang. in auth. de tabellionibus, Asin. d. § 14. cap. 24.

396 † Ampliatur ista conclusio, quod acta debent edi, vt toties edenda sint, quoties pars sibi edi postulauerit, etiam si millies peteret, siue prima amiserit, siue non, quod secus est in editione instru-
397 menti, quod si contineat aliquid dependens à voluntate duorum, non editur, nisi probetur amissio, Castr. in l. veluti, §. hæc vox, ubi communiter DD. ff. de edend. Alex. in l. 2. C. eod. tit. si tamen Instrumentum aliquid contineret solum dependens à voluntate vnius, tunc millies potest peti, quod edatur absq; Iudicis auctoritate, Marant. vbi supra, num. 66.

398 † Limita primo, vt hæc conclusio non procedat in attestationibus testium, quæ ante publicationẽ non debent edi parti, timore subornationis, sed debent esse secreta penes Iudicem, & Actorum Notarium, gl. in d. l. 2. vbi Bal. & Rip. Auus meus, nu. 10. Marant. vbi supra nu. 58 non etiam ratione subornationis edi debent interrogatoria testibus facienda, gl. in c. 2. in verbo interrogatoria de confess. in 6. prout ita practicari testatur Specul. in tit. de testib. §. iam de interrogatorijs, Alex. & Ias. in d. l. 2. vbi Rip. Auus meus, d. num. 10. vers. 3. Marant. vbi supra, num. 57.

399 † Limitatur secundo non procedere in iurium allegationibus licet. n. fint de actis, nõ tamen sunt edendæ alteri parti cum solum fiant ad instructionem Iudicis Innoc. in c. per tuas de testibus Alex. in auth. Iubemus C. de iud. Rom. sing. 262. Felin. in d. c. per tuas, Dec. in d. l. 2. num. 20. vbi Lancil. Dec. & Claud. Aquensis de communi, Menoch. de arbitr. iud. cas. 175.

400 † Intelligenda est tamen, vt procedat hæc limitatio in allegationibus non insertis in actis, secus autem si essent insertæ in actis, nam tunc pariter ipsæ venirent edendæ, ita Dec. in d. l. 2. nu. 20. vbi Cur. Iun. nu. 18. ac Bologn. nu. 28. & ita venit intelligendus Pratich. Pap. in form. libell. in forma petendi copiam instrumentorum in glo. 1. & Ias. in d. l. 2. nu. 6. C. de eden. qui fuerunt in contraria opinione, scilicet edendas esse, ita Rip. Auus meus in d. l. 2. nu. 11. Marant vbi sup. n. 58. & ita quotidie videmus Papiæ obseruari, non enim allegationes iuris ponuntur in actis, nec eduntur, parti, licent soleant iudices ex sua humanitate, eas tradere partibus ad effectum respondendi, quare crediderim hallucinatum fuisse D. Menoch. d. cas. 175. nu. 15. dum testatur Papiæ ex stylo solere indistincte edi allegationes iuris expensis petentis, cum quotidie videamus contrarium obseruari, posset tamen esse, quod tunc temporis contrariũ obseruaretur; in Gallia tamen audio huiusmodi allegationes Iuris poni in actis, & sic edi parti, & maximè Auenioni, est autem vtilitas quod non producantur allegationes, ne instruatur aduersarius, quid habeat producere in causa appellationis iux. l. per hanc C. de temp appell. & prout tradit D. Rip. auus mihi maternus in d. l. 2. sub num. 11. C. de eden.

401 † Sed quia supra dictum est acta edenda esse, non solum in ciuili iudicio, sed etiam in criminali, quæro quæ acta in criminalibus edantur parti, & quando, & dic, quod dãtur copiæ inquisitionis, & inditiorum reo, etiam si procedatur ex mero officio, adeo quod non sufficiat, vt inditia ostendantur, sed debet dari copia cum termino competẽti ad faciendum defensiones c. qualiter, & quando il 2. §. debet de accusat. Bart. in l. fin. in pen. q. ff. de quæst. ita Rip. auus meus in d. l. 2. nu. 8. vbi testatur de communi sequitur Iul. Clar. in §. fin. prax. crim. q. 49. nu. primo, cum infinitis alijs per Farinac. adductis in sua praxi crim tit. de inditijs, & tortura quęst. 39. nu. 2. vbi ampliat id procedere etiam si reus esset alligatus torturæ, & peteret copiam indiciorum, & latissimè ibi videre est, quando inditiorũ copia, & quibus in casibus etiam danda, vel non danda sit.

402 † Amplia primò, vt non solum reo, sed etiam accusatori post processum publicatum, & petenti sit danda copia processus, & indiciorum, non tamen ante publicationem processus, ita Clar. d. q. 49. nu. 10. vbi testatur aliquando vidisse per iudices ostendi examina reorum accusatoribus ante publicationem, vt sciant melius tueri partes Fisci, licet ipse hoc reprobet, nisi ex magna causa.

403 † Amplia secundo adeò procedere conclusionem, vt Iudex teneatur dare copiam indiciorum reo, etiam si Princeps rescripsisset contra inquisitum procedendum esse ex processu informatiuo, Gramat. conf. 64. Rol. conf. 12. vol. 2. Paris. conf. 2. nu. 156. vol. 4. quos sequitur Baiard. in addit. ad Clar. d. q. 49. nu. 17.

404 † Amplia tertiò procedere etiam, si ex forma statuti Iudex haberet liberum arbitrium, Ruin. conf. 147. nu. 7. lib. 7. Menoch. de arb. iud. q. 78. in fine num. 5.

405 † Amplia quartò procedere, vt copia indiciorum danda sit etiam reo criminis hæresis, licet nõ edantur nomina testium ex communi consuetudine, glo. in c. fin. in verbo Inditijs de hæret. in sexto, Clar. de communi d. q. 49. num. 3.

Ampliatur quintò procedere etiam in imputato de blasphemia, cui concedenda est copia inditiorum, & admittitur ad probandum contra testes, maxime in Italia, & in Curijs Franciæ, teste Clar. in §. Blasphemia vers. reperio etiam, & Prosp. Farinac. de indit. & tort. quæst. 39. §. 102. vers. sed cõtra opinionem. Quod 6. ampliandum, ẽt venit in crimine Sodomiæ, prout multis adductis traditur ab eodem Farinac. dicta quæst. 39. num. 111.

406 † Limitatur primo hæc conclusio, vt non procedat ante publicationem processus, tunc enim non datur copia parti inditiorum, sed Iudex prius facit testes repetere, vel reus protestatur habere eos pro legitimè repetitis, & confrontatis antequã deueniatur ad publicationem processus, ita Clar. d. §. fin.

d.§.fin.q.49.n.8.& hoc ea ratione, quia ex cõsuetudine in criminalibus testes semper examinan-
407 tur pro informatione Curiæ secretò, & parte nõ citata, Clar.d.§.fin.quæst.11. vbi Baiard.in addit. ad eum, & ideo non probarent nisi repeterentur parte citata, vel fieret confrontatio, ita Clar. d. §. fin.quæst.45.nu.13.& seq. Hinc est quod inoleuit praxis, quod antequam indices veniant ad publicationes processuum, tunc faciunt citari reum etiam in carceribus detentum ad videndum repeti testes pro informatione Curiæ examinatos, Clar.d. quæst. 11. nu. 3. nisi reus velit eos habere pro ritè, & rectè examinatis, ac repetitis, quod sufficit, vt per eundem Clar. quæst. 49.nu.9. vbi Baiard.in addit.ad eum nu.32. postea seruatis seruandis publicant processum huiusmodi, repetitio tamen testium non fit, quoties reus in contuma-
408 ciam bannitus, fuit postea per Principẽ, vel Senatum admissus ad nonas deffensiones, nam tunc testes non sunt repetendi, Clar. d.§.fin. quæst.45. nu.13.vbi Baiard.in addit.ad eum Chart.in tract. de execut.sent.capto bannito cap.fin.nu.175.

409 † Limitatur secundo, vt conclusio procedat, quo ad copiam, non tamen quò ad originale, nemini enim debet Notarius dare originalem processum: vt de communi testatur Io: de Amicis cons.106.nu.7.

410 † Limitatur tertio, vt benè Iudex possit licitè denegare cop , & defensiones, donec effectualiter completa sit informatio, cum primo debeat fundari intentio Actoris, & Curiæ per testes antequã reus audiatur in suis defensionibus, Folerius in prax.crim.in verbo recipiantur defensiones nu. 32.Baiar. d. quæst.49.nu.9.

411 † Limitatur quarto non procedere in processu qui fit super inquisitione generali, ad inuestigandum, quis fuerit delinquens, Clar.d.quæst.49.nu. 11. quod fuit prius de mente Rip. Aui mei in d. l.2.nu.9 C.de eden.

412 † Limitatur quinto procedere conclusionem, si inditia petantur alias secus, non enim Iudex tenetur dare copiam inditiorum parti non petenti glo.in c.fin.de hæret.in sexto, Aret. & cæteri DD. in d.l.2.& præcipuè Rip. Auus meus d.n.9. latissimè hanc limitationem pertractat Prosp. Farinac. de indic.& tortur.quæst.39.nu.90.&seq pluribus quod verum est, quoties Iudex super processu informatiuo vult torquere reum, quod facere potest, vt per Clar.d.§.fin.quæst. 64.nu.25. cum seq. vbi Baiard.in addit.ad eum nu.87.cum seqq.pluribus, dummodo tamen inditia, quæ contra reum extant in processu sint sufficientia ad torturam,

413 † de quibus vide Clar in d.§.fin. quæst.20.nu 4. vbi Baiard in addit.nu.6.ac 9.& quæst. 21. per totam & d.quæst 74. nu.13. vbi Baiard. nu. 54. cum duobus seqq.latissimè Menoc de præsump. lib. 1. quæst. 49. vbi ponit quadraginta tria inditia ad torturã sufficientia, idem Menoc.de arb.iud. casu 270. in hoc enim Iudex non tenetur dare copiam inditiorum parti non petẽti, sed potest procedere ad torturam, & ita loquitur glo.in dicto cap.fin.de hære. in sexto, Rip. in dicta l.2. num.9. Clar.dicta quest.49.num.4. post Boss. in tit.de ind.num. 79. Idem Clar. dicta quæst. 64.num. 27. si verò pars petat, tunc tenetur dare copiam inditiorum ante
414 torturam, & audire defensiones ipsius rei, antequam ad torturam deueniat, vt per Clar.d.quæst. 64.nu.27.vbi Baiard.in addit.ad eum nu.87.& ita quotidie videmus practicari, nam Aduocati reorũ timentes, ne rei super processu informatiuo torqueantur, solent facere actum in scriptis, quem vulgo vocant præuentoriam, petentes reo dari copiam inditiorum, eo quod intendat, aliter purgare inditia, quam per torturam, hoc tamen, quod dictum de dando copiam inditiorum reis ante torturam petentibus, non procedit in testibus, quos
415 Iudex torqueri vult facere, nam licet petant copiam inditiorum dari antequã torqueantur, non tamen est decernenda, prout est communis opinio. Bart.in l.vnius §.iudex nu.primo ff. de quæst. Boss. in sua praxi crim. in tit. de tortura testium nu.38.cum seq.Clar.d.§.fin.quæst.25.nu.9. quod procedit, siue testis veniat torquendus ex causa ex processu oriente, siue ex alia causa quam ex processu, puta, quod sit seruus, vel infamis, Farinac.de indic.& tortur.quæst. 39.nu.130. & seqq. pluribus, vbi latissimè; nunquam enim datur copia inditiorum ad torturam euitandam, prout in practica ita obseruari testatur Clar.d.quæst.25.nu.9. in fine, quicquid in contrarium voluerit Boss. in hoc secundo casu in d.tit.de tortur. test.nu.40.& tit.de mandato ad homicidium, post num. 30. ex
416 quibus autem testes possint torqueri, latè † habetur per Boss.in tit. de tortur.testium.& per Clar.d. quæst.25.

417 † Aut verò quærimus, an reo sit danda copia inditiorum, & defensionum ante cõdemnationem, & tunc dic communiter dari, etiam non petenti. prout ita communiter obseruari in hoc dominio testatur Clar. d. quæst.49. nu. 4. expensis tamen ipsius rei, vt ibi per eundem, & ita quotidiè practicatur, nam Iudex post fabricatum processum offensiuum, ac reum examinatum, testesq; repetitos vel habitos pro repetitis à partibus, & transmisso præcepto parti offensæ, ac fisco ad subministrandum, si quid volunt, vel habent contra reum ad formam Nouar.Cõst. Mediolani in tit.de accusat. cap. eo amplius iusdicentes, in publicatione processus solent interponere decretum huiusmodi tenoris, D.Iudex publicauit processum ac, dicto N. reo præsenti licet non petenti assignauit terminũ dierum octo ad faciendas suas defensiones, eique copiam processus decreuit, si quem habere voluerit, quæ practica meo iuditio est nimis stricta, cũ reus etiam confessus, & conuictus non possit condemnari nisi datis suis defensionibus, Boss. in tit.
418 † de confess. nu. 12. Clar.d.quæst. 49. nu. 13. & seq.vbi in tantum hoc verum esse dicit, vt nec etiã Princeps de plenitudine potestatis possit reo tollere suas defensiones, & hoc maximè procedit in mulieribus, pupillis, pauperib.& alijs personis miserabilibus non petentibus, quibus danda est cõpia inditiorum, etiam si extaret statutum, quod copia esset danda parti, si eam peteret, Marsil. cõs. 56.nu.14 vol.primo, Sim.de Præt.cons.202.nu.15 Vulpell.cons.34.n.6.& cons.74.nu.7.Baiard.alios referens ad d. quæst.49.nu.9.

Limita sexto, quicquid sit ante torturæ instictionẽ in repetitione, & continuatione torturæ, tunc enim denegatur copia indiciorũ Prosp. Farinac. de indit.& tortur.quæst. 39.nu. 160. & ante eum tenuit Charta. in sua prax. inter. reor. lib.4.c.1. nu.177.& seqq.& num.85. & seqq. Quam tamen limitationẽ, sublimitat quatuor modis idemmet. Farinac. dicta quæst.39.à nu.161.vsq; ad finem.

Limita septimo generaliter eandem regulam non procedere, quando certum est nullam reo cõpetere defensionem, vel quando certum est pe[?] defen-

defensionem per calumniam, tunc enim absq; dubio non modo copia inditiorum, verū etiam defensiones tali reo sunt denegandæ, Gram. decis. 66. nu. 69. vbi ponit exemplum de reo reperto in fragranti crimine, & testibus conuicto. Menoc. de arb. iud. lib. 1. q. 17. nu. 15. Prosp. Farinac. de ind. & tort. q. 39. nu 103. & seqq. vbi nonnulla adducit similia in materia ciuili; quando autem aliquid dicatur peti per calumniam, aut esse certum in materia criminū, tradit idē Farinac. d. q. 39. n. 106

Fallit octauò, vt dicta conclusio non procedat in illis, qui sunt notoriè fures, latrones, & facinorosi homines, istis enim deneganda venit copia inditiorum, & defensio, prout multis adductis, quos breuitatis causa omitto, tradit idem Farinac. d. q. 39. num. 107.

Fallit nonò, vt licet Iudex non possit reo denegare copiam indiciorum, & tollere defensiones, potest tamen ex iusta causa terminū defendendi abbreuiare, & restringere, & hoc maximè in atrocissimis, quando adest timor subornationis, vel vbi tractatur de re Principis: Prosp. Farinac. alios adducens d. q. 39. nu. 112. & seq.

Fallit decimò, quoties delinquentes sunt plures, quorum vnus est carceratus, alij verò aufugerunt, illi enim carcerato non dantur copiæ indiciorum, nec publicatur processus, nisi prius contumacibus condemnatis, & ità obseruatur in hoc nostro dominio Mediolanensi, teste Clar. in §. fin. praxis criminalis, q. 49. vers. sed pone, vbi inquit quod isto casu in copijs indiciorum, quæ dantur reo delentur nomina consociorum delinquentiū sequitur Farinac. d. q. 39. num. 155. & seqq. vbi plures alias adducit limitationes.

419 In verbo statutus. sit] † An autem possit reus beneficio huius statuti renuntiare, & dic, quod sic arg. l. quod fauore, C. de legib. & in puncto declarando hoc statutum sic tenuit Bal. cons. 150. sub nu. 6. vers. non obstat, quod statuto lib. secundo, concordat etiam hoc statutum cum Nouis Constit. Mediol. in tit. de iuditijs, §. libellus, seu qualis qualis petitio, & circa dilationes dandas vide Ias. in l. actione, & l. in pecuniarijs, ff. de fer. & dū disputatur, an currant tempora probatoria Iafred. conclus. 185.

420 † In verbo ipso iure] Quid importet huiusmodi clausula, dic quod dem, ac si ipso facto, adeò, vt non requiratur ministerium, vel sententia Iudicis prout supra dictum est, de dicta clausula.

421 † In verbo vnius diei] hoc statutū corrigit ius commune, quo iure reo ad deliberandum, & respondendum libello datur terminus dierum viginti, auth. offeratur, C. de lit. contest. Practic. Papiē. in forma libelli in actione reali, in gl. ad audientiā nu. 16 vbi quærit, an huiusmodi terminus 20. die-
422 rum datus ad respondendū libello possit abbreuiari per partem, & tenet ex generali consuetudine posse Iudicē abbreuiare, an autem Iudex possit ex causa prorogare dilationes legales, aut immutare, videas Ias. in l. qui pro tribunali, nu. 22. ff. de re iud. & cōis est quod non: cū Iudex inferior tempus legale minuere, prorogare, aut immutare nequeat, tamquam sit terminus peremptorius, & pro forma datus, Ias. in l. fin. ff. de fer. Rom. cons. 322. nu. 2. & 3. Crauet. cons. 179. num. 2. Ruginel. de appell. § 6. gl. 2. cap. 7. num. 2.

423 † An autē, si reus excipiat post dictū tēpus vnius diei à statuto nostro præfixum, admittatur huiusmodi exceptio, dic, quod sic parte non opponente Ruin. cons. 3. nu. 10. lib. 3. prout ex multis cōprobat Asin. in sua praxi, §. 12. cap. 2. nu. 1. & seq.

Si autē intra dictum terminū reus opponat exceptiones dilatorias, aut declinatorias, aut peremptorias, tunc lis non habetur pro contestata. Menoc. de arb. iud. cas. 240. sed recurritur ad ius cōe. scilicet, an dicta exceptio longā expostulet indaginem, vel id minus, Tiraq. de retract. consangu. §. 15. gl. 2. nu. 5. & seq. Ruginel. pract. quęst. c. 30. n. 3

In verbo quo termino elapso, siue reus respōde-
424 rit, siue non] † Quęro quid de iure cōi, an reo nō respondente, lis habeatur pro contestata, dic, q non, sed, si reus iussus contestari litem, neget hoc facere, tunc proceditur contra eū ad missionē ex primo decreto, gl. in auth. qui semel, C. quom. & quand. iud. vbi Bart. potest etiam mulctari, vel ex-
425 cōmunicari, & actor mittitur in possessionē causa rei seruandæ, ex 1. decreto, c. 1. & c. tuæ ext. vt lit. nō contest. Marant. in suo speculo in verb. & in contestatione litis, nu. 10. cū seq. poterit etiā cōpelli litem contestari captis pignoribus, vel per detentionē personæ: Bal. in l. 1. in 5. q. C. de lit. cont. Alex. in l. si finita, § Iulianus, col. 10. ff. de dam. inf. Marāt. vbi sup. nu. 9. prout de cōi plurib. citatis testat Asin. in sua praxi, §. 17. c. 5. sūt tñ multi casus, in quibus quis excusatur à litis contestatione, de quibus p Marāt. vbi sup. n. 23. cū seq. Sigism. Scac. de iud. caus. ciu. crim. & hæret. c. 103. nu. 6. par. 1.

426 † An autem Iudex possit declarare litem haberi pro contestata, si reus nollit contestari litē, dic. quod non, ex Marant. vbi sup nu. 12 vbi repræhendit Iudices minus doctos, qui huiusmodi declarationem faciunt, cum in litis contestatione opus sit facto, & verborū expressione, tot. tit. ext. vt lit. non cont. l. rē nō nouā, §. patroni, C. de iud. & vbi opus est expressione verborū, nō sufficit alius actus l. 1. §. è contra ff. de verborū obl. crebrior tamen, & receptior est sententia, posse iudicē declarare litē haberi pro contestata Ias. in l. si eum §. qui iniuriarum nu. 9. & seq. ff. si quis caut. Alex. cons. 100. lib. 5. Tiraq. abunde de retrac. consang. §. 15. gl. 2. nu. 5. & seq. & hoc procedit de consuetudine secundum generalem formam statutorū, quicquid in contrarium dici posset de iure, teste Sigismun. Scac. d. cap. 103. nu. 7.

Sed quia hic dicitur, quod reus contumax po-
427 test cogi contestari litē, quæro pro intelligentia, quibus pœnis puniatur contumax in iure; & dic, quod pluribus, sed pro clariori intelligentia supponendum est, quod contumacia aut prouenit ex parte actoris, seu citantis, aut ex parte citantis, & citati, aut ex parte rei citati tantum, & hanc trimēbrem distinctionem tradit Rot. decis. 7. alias 886. in antiq. de verb. sign. Sigism. Scac. de iud. ciu, crim. & hæret. cap. 91. nu. 1. Contumacia actoris autem est contumacia aduersus propriam citationem, aut aduersus citationē rei; si aduersus propriā citationē illa efficit, vt reus petere possit, quod cassetur illa citatio, & statim cassabitur sine vlla difficultate, Bart. in auth. qui semel nu. 13. C. quō. & quand. iud. Item datur ansa reo, vt contra actorem possit intentare remedium legis, diffamari C. de ing. & manum. de quo remedio, vide Sigismun. Scacc. de iud. caus. ciuil. crimin. & hæret. cap. 34. nume. 32. Item virtute dictæ contumaciæ poterit actor condemnari in expensis ipsi reo, cum decreto, qui non prius audiatur, quam resarciuerit expensas, & etiam idoneam præstiterit cautionem de prosequendo lite, Item reus potest

Q petere

petere absolutioné ab obseruatione iudicij, prout
latiss.tradit Scacc.d.c.91.nu.9. si auté contuma-
cia actoris est cōmissa, aduersus citationé rei, tūc
reo dicitur melius consultū, poterit .n. petere ab-
solutioné ab impetitis Sigism.Scacc.d.c.91.n.10.
& cap.93. sub num.3.vers.si sumus in secundo,qñ
auté cōtumacia prouenit ex parte ambotū,actoris
scilicet,& rei,tunc circumducitur edictum, & cō-
pensatio contumaciæ hinc inde fit,l.si ambo,ff.de
cōpens. Rot.decis.7. alias 886. nu.1. in antiquis,
de verb. signif. contumacia verò rei citati duplex
est,quædam vera,quædam ficta,l.fin vbi gl.& Bar.
C.de in integ.rest.minor. Marāt.in suo speculo in
verbo,& aduertatur circa contumacias,n.8.Odd.
de rest.in integ.q.82.art.7.nu.81. Carpan.ad sta-
statuta Mediol.cap.10.nu.16.& seq.vbi plura,verus
contumax ille dicitur, qui fuit personaliter cita-
tus,& cōparere neglexit,siue cōtēpsit, vel fuit cita
429 tus ad domū,& citatio ad eius notitiā peruenit,
nō tñ cōparere voluit,Sigism.Scacc.d.tract. c.91.
nu.14.vbi de cōi testatur. Dicitur auté verus con-
tumax,quandoq; apparēter,& existenter simul,qū
que apparenter tantū,& quandoq; existenter tātū,
prout declarat Bar.in l.fin.nu.11.C.de integ.rest.
min.Alex.in l.properandum, §.fin auté reus,C.de
iud.Ioan.de Imol.in l.1.§.eum qui, ff.de appell.ve
rus tñ contumax apparenter,& existenter dicitur,
qui fuit citatus personaliter,& dixit se nolle veni-
re,& nō venit,nā tūc dicitur in dolo vero,vel si di-
xit se velle venire,nō tamē venit sm̄ Bar in d.l.fin.
quod tamē reprobat Natt.cōs.17.nu.4.in 1.par.&
dicit cōmuné opinioné esse,ꝙ talis nō dicatur cō-
tumax verus; secūdò loco dicitur cōtumax verus
apparēter tm̄. qñ personaliter citatus dixit se nol
le venire,deinde pœnités, cū vellet venire fuit im-
peditus,adeò,quod non venit, existenter tm̄ con-
tumax dicitur qñ ad notitiā eius venit citatio,nō
tñ cōparuit, non tamen fuit citatus personaliter,
ita post Bar.in d.l.fin.declarat Odd.d q.82. art.7.
nu.82.& seq.cū alijs allegatis per Sigism.Scacc.d.
c.9.sub nu.14.in fin. & quod cōtumax verus dica
tur,qui citatus peremptoriè, & nō inuentus, quo-
ties constare poterit ipsū habuisse notitiā citatio-
nis,& nō cōparuit de cōi testatur Math.Mathæsil.
in l.ea,quæ statuuntur, num. 7. vers nota ex ista
gl. C. quom.& quando iud. quem refert,& sequi-
tur Mascard. de probat. conclus. 450. nu. 10.
430 † Fictus cōtumax dicitur,qui fuit citatus ad do
mū,& dubiū est,an citatio ad eius notitiā peruenerit
Bar.in d.l.fin.col.pen.Ang.cōs.186.Marāt.vbi su-
pra,n.8.& Scacc.vbi sup.nu.14.vel dic sm̄ Odd.d.
art.7. nu.81.ꝙ fictus contumax dicitur, qui est in
dolo præsumpto, sicut è contra, qui est in dolo
vero, dicitur verus contumax.
Hoc auté est vtile scire inter alia,quia cōtumax
431 verus ex dispositione iuris cōis, nō appellat, &
appellando nō auditur.l.1.C.quor.appel.nō recip.
l.ex cōtractu,§.vlt.ff.de appel.& inf.n.464.& seq.
Felin.in c.sæpe 11.ac 12.q. de appell. Rip. Auus
meus maternus,in c 1.nu.83. de iud.Ias.in l.scien
dū,nu23.ff.de verb.oblig.& in l.pleriq; nu.2. ff.de
in ius voc.Grat.cōs.100.num.9. & 10.lib.1. Rol.à
Val.cons.91.n.7.& 8.lib j.Gail.Pract.obseru.lib.
1.obseru.132.nu.7.laté Bredorod. de appell.part.
1.tit.13.cōtumax,quę tñ reg. aliquas patitur de-
clarationes de quib.apud D.Co.t de fact.scien.&
ignorant. distinct. 12. ubi uidendum.
432 † Fictus auté cōtumax bene pōt appellare,& au
ditur,gl.cōiter approbata in clem.1.de dol.& cō-
tum.vbi Imol.& per eundé cons.126.Bal.in l. non
eo die,C.quand.prouoc.nō est necess.Bar.in l.fin.
C.de in integr.rest.laté per Carer.in praxi crim.in
princ.nu.59.Lancell.de attent. péd.temp. ad ap-
pell.c.11.nu. 12.& latiss.per P.Cornel.Brederod.
in tract.de appell.tit.13.sub rub.qui appellare pos
sint, vel non in verbo contumax, & inf. dicetur.
433 † Hoc sic supposito, dicas cōtumacem pluribus
puniri pęnis, quarū 24. tradit Marant. in suo spe-
cul in verb.& aduertatur circa contumacias, n.9.
vers.tertiò principaliter,quarum aliquas propone
re decreui ad maiorem intelligentiam, cum non
ita clarè ab ipso Marant. ponuntur.
Primò igitur contumax punitur (sequendo or-
dinem ipsius Marant.) Mulcta,potest.n.cōtumax
mulctari ob inobediētiam,l.2. ff.si quis in ius voc.
nō ierit DD.in l.1. ff.si quis iusd. nō obtemp. scias
tñ ꝙ nō statim,quo quis fuit cōtumax mulctari de
434 bet,sed requiritur, quod primò citetur cū termi
no ad allegandum,quare mulctari non debet l 2.
vbi Bart. nu.17.& cæteri DD. ff.si quis in ius voc.
non ierit Pratich.Pap. in forma inquisit. in glo.
debita nu.4.Boss.in tit.de mulctis nu.6.Ant.Gab.
in suis communibus in tit. de citat. concl. 1. nu.
160. ampl. 13. Rol. à Vall.cons.47. nu. 6. lib. 2.
Iul. Clar in §.fin. prax. crim. quæst. 44. num. 8.
434 vers. vnum tamen scias, & ista mulcta venit ap-
plicanda fisco l. mulctarum C.de mod. mulct. in-
telligendo, vt per Bart. in l. si finita, §. Iulianus
nu.2.ff.de dam. infect. & ab ista mulcta hodie in
hoc dominio non potest appellari, vt cauetur in
435 Nou. Const. Mediolani in tit. de mulct. §. non
possit, licet permittatur appellari à præcepto co-
minante mulctam, vt ibi cauetur, sciendum ta-
men est ad declarationem ipsarum constitutionū,
quod poterit appellari à mulcta ipsa, quoties à
436 comminatione ipsius mulctæ fuit primo appella
tum, Boss.in tit. de mulct.nu.2.facit,quod in simi-
li dicimus de exequutione, nam à pronuncia de
exequendo potest appellari, non tamen ab ipsa
executione,Bart.in l.si cum exceptione §. hæc au
tem actio,ff. de eo quod met. cau.
437 Sed quæro, qualis,& quanta debeat esse mulcta,
quæ imponenda venit contumacibus, Marant.
vbi supra nu. 9. dicit, quod in Regno Neapoli-
tano est tertia pars bonorum mobilium, seruan-
dam tamen esse consuetudinem Curiarum, vbi vi-
gent, tu autem dic melius, quod relinquitur hoc
Iudicis arbitrio, vt probat tex. in l. aliud est §. in
ter mulctam ff. de verb. signif. Barb. cons. 23. in
fin.lib.2.cum alijs,de quibus per Menoch.de arb.
iud. cas.288.per totum vbi num. 3. admonet pru-
dentem Iudicem, vt causæ, & personarum quali-
tate considerata, quod æquum sibi videtur sta-
tuat,scias tamen quod Iudex secundum Menoch.
vbi sup. nu.4. non potest ob contumaciam aliquē
438 condemnare, vt à tota causa cadat, glos. in l. 1.
§. vlt. vbi Cur. Iun. num. 13. declarat. ff. si quis
iusd. non obtemp. Dec. in l. 2. nu. 30. C. de eden.
Barb. consil. 3. columm. 4. lib. 2. Aret. cons. 146.
num. 1. Crauet. consil. 103. num. 8.
439 † An auté hodie Iudices possint mulctando ex
cedere summam taxatam, in l. eos, C. de modo
mulctarū, & dico quod sic, ita tenet Specul. in tit.
de sententiæ prolat. §. tempus, vers. nunquid titu-
lus, vbi tenet ita de facto obseruari, quem refert,
& sequitur Alex. cons. 35. num. 5. lib. 2.
440 † Secunda pœna, qua punitur contumax est,
quia patitur missionem in possessionem ex primo
decreto

decreto, l. si finita, §. Iulianus, vbi Bart. & DD. cōmuniter, ff. de da mn. inf. & talis missio in possessionē datur, vt contumax tædio affectus veniat Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera M. concl. 283. n. 10. vbi per tot. illam conclusionē latiss. enumerat requisita missionis in possessionē, & ista missio fit pro mensura debiti tantum, quando agitur actione personali, DD. in d. §. Iulianus, si verò agitur actione reali, fit missio in possessionem totius rei petitæ, l. si quis emptionis, §. sed si quis, C. de præscript. 30. annorum, Marant. vbi supra num. 10. ac 12. vbi declarat, quod primum decretum dicitur prima missio, quæ fit, per Iudicem in bonis contumacis, eo ipso, quod incipit esse contumax; tu au-
441 tem dic, quod primum decretum dicitur aggrauatio prima, qua actori aliquid applicatur, facta per Iudicem parti cōuentæ propter contumaciā. Bart. in d. l. si finita, §. Iulianus, nu. 2. vbi Bologn. nu. 21. ff. de dam. infect. sequitur Menoch. de arb. iud. cas. 6. nu. 1. vel dic secundum Practic. Papien. in form. respons. rei, in gl. in termino nu. 14. quod est primus iussus Iudicis per quem in actione personali actor commodum solius corporalis possessionis acquirit, & reus amittit in pœnam suæ contumaciæ, in reali verò plenam possessionem acquirit, & hæc diffinitio videtur plenior cęteris duabus supra allatis, qualiter autem differat missio in possessionē in actione reali ab illa, quæ fit in actione personali, tradit Afflict. in cōstit. regni, rub. 97. de pœn. contumac. vers. reivendicatione, nu. 3. cū seqq. lib. 1. peruenitur autem ad primum decretū,
442 reo citato, trina vice, vel vna pro omnibus peremptorie, & ad partis instantiam. l. ad peremptoriū, ff. de iud. Bar. in d. §. Iulianus, nu. 3. cū seq. Pract. Papien. vbi sup. nu. 15. nec hoc in casu requiritur, quod plenè constet de debito, sed sufficit ꝙ summariè, puta per iuramentū actoris, ex quo huiusmodi primū decretū modicū præiudicium parit, Marant. vbi supra, nu. 12. non. n. missus ex primo decreto in actione personali efficitur verus possessor, sed solum detentor, vt detineat rem causa custodiæ, ita Bar. in d. §. Iulianus, nu. 49. Abb. consil. 109. per totum, lib. 2. Hinc est, quod non lucratur fructus, sed eos cum debito compensat, nisi Iudex in interpositione huius decreti expresśe disposuerit, ꝙ lucretur fructus, gl. & Bart. in d. §. Iulianus. Pract. Pap. in d. gl. in termino num. 18. exceptis tñ nonnullis casibus, de quibus ibi per eū, latiss. Card. Tusch. pract. concl. iur. in littera M. concl. 284. sub rub. missus in possessionē ex primo decreto non facit fructus suos, & quando secus, per tot, quos autē effectus operetur, videas Bart. in d. §. Iulianus, nū 47. vers. quæro, quis sit effectus, & qualiter reuocetur talis missio, videas Card. Tusch. d. littera M. cōcl. 285. per tot. sub rub. Missio in possessionē ex 1. decr. qualiter reuocetur, & an detː appellatio.
443 † Tertia pęna est, quia, si reus adhuc perseueret in contumacia, proceditur cōtra ipsū ad missionē in possessionē ex 2. decreto, l. cū ꝓponas, C. de bon. auth. iud. poss. Marant. vbi sup. nu. 11. & hoc parat plenius pręiudiciū, quā primū, ex quo transfert verā possessionē, l. 3. §. fin. iuncta gl. in verb. not. ff. de acq. poss. & si reus est dominus, transfert dominiū, sin secus, vsu capiendi conditionē, gl. & Bar. in d. §. Iulianus, nu 74. Marant. vbi sup. nu. 12. dicitur autē secundū decretū, secundus iussus Iudicis, quo mediante actor consequitur ius pleni dominij, vel quasi, & reus illud amittit in augmētū pęnæ, ob ꝑseueratā, & auctā cōtumaciā, Pract. Pap. vbi s. n. 15

444 † Adhoc autē, vt possit deueniri ad hoc sm̄ decretū requiritur, quod ipse reus de nouo citatus adhuc perseueret in contumacia, latitando, & se occultando, vt in l. fulcinius, §. 1. & §. quid sit autē latitare, ff. ex quib. cau. in poss. eat. Cardin. Tusch. pract. concl. iur. in littera D. concl. 113. num. 14. & seqq. vbi nonnullis modis limitat, & ista citatio debet fieri personaliter, quoties cōuenitur personali actione residēte in eius ꝑsona, si verò cōueniatur actione ꝑsonali nō residēte in eius ꝑsona, tūc sufficit, ꝙ fiat citatio ad domū, gl. in d. §. Iulianus, vbi Bar. n. 29. Pract. Pap. vbi sup. n. 17. secūdò requiritur, quod ipse reus perseuerauerit in contumacia per aliquod tēpus arbitrio Iudicis terminandū, sm̄ Bar. in l. cū proponas, & in d. §. Iulianus, nu. 39. & in l. à diuo pio, §. in venditione in fine, & ibi Alex. nu. 10. ff. de re iud. cū pluribus alijs, de quibus per Menoch. d. cas 6. nu. 13. vbi post relatas septē opiniones Doctorū circa hoc tēpus, tandē eis omnib. reiectis residet in hac opinione, idē tenuit Marant. vbi sup. licet dicat, quod de æquitate nō debet Iudex procedere ad sm̄ decretū, nisi lapso toto anno à die 1. decreti numerādo, ex Felin. in c. consuluit col. 2. de off. delleg. verius tamen est secundum Menoch. hoc esse arbitrarium Iudici, cum à iure, hoc tempus præfinitum non reperiatur.

An autē istud sm̄ decretū detur contra vniuersitatē, pupillū, minorem, ac furiosum, videas Bart. in d. §. Iulianus, num. 31. Cardin. Tusch. d. conclus. 113. in littera D. nu. 16. & seqq. pluribus, qui concludit dari, si æs alienum vrgeat.
445 † Sciendū tñ est, quod, si contumax post primū decretū cōpareat, & restituat expensas, & damna aduersario, recuperabit possessionē, gl. in l. si finita §. si plures, ff. de damn. inf. intelligendo tñ, vt per Bart. in d. l. si finita, §. Iulianus, nu. 34. vbi Alex. nu. 80. cū seqq. plurib. quo loci ponunt, intra quantū tēpus debeat audiri, si autē cōpareat, non tñ velit restituere expensas, nec se defendere, tunc, nō obstante eius cōparitione, procedetur ad interpositionē secūdi decreti, Bar. in d. §. Iulianus, vers. sed pone, cetera pertinentia ad materiam huius secūdi decreti, videas latē per Bart. in d. §. Iulianus.
446 † Quarta pęna est, quia nō auditur nisi refectis expensis, l. sancimus, vbi Bal. C. de iud. Marāt. vbi sup. n. 16. & ēt solutis dānis, auth. q semel, C. quom. & qñ iud. quod adeò procedit, vt nō sit audiendus contumax, donec resarciat expensas integraliter, adeò, quòd, si deficiat vnus nummus, sit repellēdus ab audiētia, Bal. in c. conquærēte, in 1. col. de rest. spol. latē, Ias. in auth. quirē post gl. ibi, C. de SS. E. idē Ias. in d. l. sancimus, nu. 8. vers. 8. extende, C. de iud. nec suff[illegible]atio verbalis facta à cōtumace, adhoc, vt audiatur contumax, sed requiritur effectualis solutio, qñ expensæ sunt taxatæ à Iudice, & sic sunt liquidæ, qñ vero nō essent taxatæ, tunc benè sufficeret oblatio verbalis cū fideiussore, Bal. in auth. qui semel in pen. col. C. quom. & qñ iud. imo nō sufficit depositio pecuniæ, qñ pars est pręsēs, & nō recusat recipere, secus autē, si recusaret, Ias. in d. l. sancimus, n. 13. cū seq. & hęc, quę dicta sunt de expensarū solutione, procedūt nedū in cōtumace maiore, sed etiā minore, Bar. in d. l. si finita, §. tacitę ff. de dam. inf. & de minore cōtumace, videas latē Thesaur. decis. Pedam. 9. per totam, vbi num. 6. hoc declarat, & nedum in reo contumace, sed etiā actore, ita post Ias. in d. l. sancimus, n. 7. firmat Menoch. de arb. iud. q. 36. nu. 1. plures alias ampliat. & limitat. ad hāc reg. ponit Ias. i d. l. sācimus, C. d iud.

447 † Sed dubiũ est, nunquid contumax solutis expensis admittatur ad opponendum contra ꝓcessum iam perfectum, & dic, quod aut huic contumaci citato fuit assignatus terminus ad opponendum, & tunc non admittitur, non ratione contumaciæ, quæ per solutionem expensarum fuit sublata, sed ratione transacti termini dati, Ias. post Ang. in l. peremptorias in vlt. col. C. sent. rescind. non poss. Innoc. in c. præterea de dilat. & hoc absq; dubitatione procedit teste Menoch. d. q. 36. nu. 2. Aut verò nullus fuit terminus assignatus, & tunc solutis expensis non repellitur ab opponendo contra processum iam factum, ita Ias. vbi supra, cum alijs, de quibus per Menoch. d. q. 36. nu. 8. qui tamẽ hoc secundũ distinctionis caput reprobat, & mouetur ea ratione, quia hoc attento, sequeretur, ꝙ contumax melioris esset cõditionis ipso præsente, contra c. eum, qui, de præben. in 6. ex quo præsenti post elapsum opponendi terminum non succuritur, nec actorum copia ei fit, l. 3. vbi gl. & Bar. nu. 2 ac Dec. nu. 32 C. de eden. quare ipse Menoc. aliam affert distinctionem, nam sñi cum, aut quis cępit esse contumax tẽpore assignati termini ad opponendum, & tunc refectis expensis restituitur ad totam causam, & sic ad opponendum, aut cępit esse cõtumax post terminũ elapsũ ad opponendũ, & tũc isto casu nõ restituitur ad opponendu, & hoc non ob cõtumaciã, sed quia, eo præsente, lapsus est terminus sibi ad opponendũ datus ita nouiss. distinguit Menoc. d. q. 36. n. 11. licet ad hoc nihil alleget

448 † Sed quæro, quæ expensæ veniant reficiendæ ratione contumaciæ, Ias. in d. l. sancimus, n. 8. post Bal. & Salic. ibi tenet reficiendas esse expensas in lite factas circa Notarios, Procuratores, necnon & expensas factas in hospitio, idem Ias. in l. properandum, §. sin autem alterutra, n. 14. C. de iud. vbi intelligit deducto eo, quod domi verisimiliter expendisset; Plot. in l. si quando. num. 674. C. vnd. vi, Guid. Pap. q. 625. Item reficienda veniunt damna quę proueniunt ex propria persona, vnde si artifex litigauit, & diu absuit à suo exercitio, quod fuisset lucraturus in suo exercitio, illud obtinet à contumace, ita Ias. & Plot. sup. citati, quos sequtus fuit Menoch. de arb. iud. cas. 154. vbi num. 5. extendit post Abb. in c. finem litibus, nu. 29. de dol. & contum. vt etiam Aduocatus causæ propriæ à contumace possit cõsequi expensas aduocationis, quas
449 verisimiliter alteri erogasset, si opus sibi fuisset alterum aduocatũ conducere, & hoc non ratione expensarum, sed ratione damni passi ex eo tempore quo in causa propria fuit occupatus non potuit causis clientulorũ incũbere, & hoc etiam tenuit Boer. q. 210. nu. 7. & seq. My[illegible] bier. cẽt. 9. obser. 1. latiss. Menoch. de [illegible] 154. ꝑ tot.

450 † Quinta pœna, qua punitur contumax secundũ Marant. vbi sup. nu. 17. est, quia contumaci põt Iudex denegare audientiã, tã in causa, in qua fuit contumax, quã in alia causa, l. sed si per Prætorẽ, §. sed si dum, vbi gl. & Ang. ff. ex quib. cau. maior. plenè, Ias. in l. Iusiurandum, & ad pecunias, §. ait Prætor, in 2. not. ff. de iureiur. vbi hoc ampliat adeo verum esse, vt possit Iudex alijs Iudicibus mandare, vt illum obaudiant, & quod contumaci sit deneganda audientia, tenuit Alex. consil. 3. nu. primo, col. prima, circa finem, vbi appost. lib. 2. Surd. consil. 360. nu. 13. lib. 3. Intelligenda tamen venit dicta pœna, vt procedat solum inter easdem personas secundum Bal. in l. prima, §. fin. ff. si quis iusd. non obtemp. idem Bal. in cap. fin. de mut. pet. & vt procedat solum ad tempus. non enim Iudex potest ob contumaciam in perpetuũ contumaci audientiam denegare gl. in d. §. fin. vbi Bal. in lect. antiqua, ita his duobus modis restringit, Ias. in d. §. fin. nu. 21.

451 † Sexta pœna est, quia contumax potest capi personaliter, & carcerari, l. consentaneũ, vbi Bart. C. quom. & quan. iud. §. si verò quidam in auth. de exhib. reis Maran. vbi sup. nu. 18. intelligendo tamen, nisi sit talis persona, quæ prohibeatur de iure capi. Hinc infertur ad plura, primò, quod mu
452 lier non poterit personaliter capi ex causa ciuili ob contumaciam, l. 2. & auth. ibi posita, C. de off. ciuil. iud. ita exemplificat Bar. in d. l. consentaneũ nu. 13. quod procedit, siue debitum sit priuatum, siue etiam publicum, auth. hodie nouo iure, C. de cust. reorum, Ias. in l. non dubitabatur, num. 92. & seq C. de iur. emphit. Menoc. de arb. iud. q. 88. n. 10. vers. sñ est caput, vbi nu. 12. ampliat procedere ẽt in muliere, quæ pro administrata tutella obligata est, non enim & ipsa põt carcerari, cum hoc sit introductum ex quadã honestate, cui fauori qs non põt renunciare, l. alia, § eleganter, ff. sol. matr.

453 † Fallit tamen hoc in meretrice, quæ capi põt, & sub honesta custodia detineri, ac seruari, ita Bal. in d. l. consentaneum, & ratio est, quia, cum sit minus honesta, in ea cessat priuilegium reuerẽtiæ, ꝙ sibi ob honestatẽ concessum est, Gom. in c. mulieres, nu. 12. de iud. in 6. Menoc. d. q 88. n. 13.

454 † Sublimita tamen hanc fallentiã non procedere in meretrice nupta, hæc enim pro causa ciuili carcerari nequit ob mariti causam, Io. And. in addit. ad specul. in tit. de iureiur. Socin. in tract fallen. reg. 259. fallen. 4. Dec. in l. 2. nu. 73. ff. de reg. iur. Appost. ad Bal. in d. l. consentaneũ, Rip. Auus meus, in l. is cui, nu. 20. ff. de verb. oblig. intelligẽdo tñ. nisi maritus & ipse conscius esset turpitudinis, & sic vxor, viro sciente, meretricaretur, nã tũc non gauderet hoc priuilegio, vt per Menoch. d. quæst. 88. nu. 14. imo secundum eum maritus puniretur, & esset leno, ac infamis.

455 † Fallit secundò in causa criminali, & sic pro delicto, ex quo mulier potest carcerari, prout ita de consuetudine seruari testatur Iul. Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 28. nu. 3. dummodo secundũ eũ si mulier sit honestæ conditionis, vel alias nobilis, non ducatur ad carceres cum dedecore, sed ponatur in carceribus separatis à carceribus virorum, vel stante qualitate ipsius mulieris, debet poni penes honestam personam, cũ fideiussione. Clarũ sequitur Baiard. ibi in addit. ad eum nu. 21. Menoc. dicta quæst. 88. nu. 20. cum seq.

456 † Infertur secundo, vt dicta pœna non habeat locum contra contumacem Doctorem, cum ipse iure prohibeatur capi pro debito ciuili, l. medicos, vbi Bart. C. de profess. & med. Ias. in l. miles nu. 9. ff. de re iud. Rip. in l. centurio nu. 16. ff. de vulg. Menoch. alios citans d. quæst. 88. nu. 7. quòd in tãtum verum est, quod si iudex pro debito ciuili fa-
457 ceret carcerari Doctorem, puniretur pœna capitis, ita Gomes. inst. tit. de act. in princ. num. 65. alijs etiam modis ampliat Iacob. Bennius in tract. de priuileg. iurisconsult. priuileg. 49.

458 Fallit tamen hoc in crimin. in quibus pro delictis, nõ tamen leuibus, Doctores carcerarẽtur, prout testatur Iul. Clar. §. fin. q. 28. nu. 4. nõ tñ possunt torqueri, prout de consuetudine obseruari maximẽ i hoc ducatu testatur idẽ Clar d. §. fin. q. 64. n. 16. ꝙ adeo ꝓcedit, vt nec etiã vti testes examinati

siva-

459 si vacillarent, torme͂tis subijci possint, Marsil. in l. ex libero, num. 4. ff. de quæst. Ceph. cons. 164. num. 8. vol. 2. hoc tamen, quod dictum est de tortura, restringe non procedere in crimine læsæ ma-
460 iestatis diuinæ, & humanæ, falsi, simoniæ, priuati carceris, & in alijs criminibus exceptuatis, in his enim bene possunt Doctores torqueri, Decian. cons. 93. num. 135. volum. 2. Cephal. d. cons. 164. num. 8. cum alijs, de quibus per Baiard. in addit. ad Clar. ad dictam quæst. 64. nu. 61.

461 † Infertur tertiò, vt pœna carcerationis, qua potest affici contumax, non habeat locum, quando quis esset tutus ratione loci, vt per Bar. in d. l. consentaneum, nu. 13. vers. ite͂ ratione loci, & ideo secundu͂ eum non poterit contumax capi in domo
462 propria, cum domus sua vnicuiq; debeat esse tutissimum refugium, & debitor in ea capi no͂ possit l. plerique; vbi late Ias. qui hanc regulam ampliat, & limitat pluribus modis, in l. plerique; ff. de in ius voc. de qua latis. et per Ant. Gabr. in suis communib. in tit. de maleficijs, concl. 10. quod tame͂ inter alias
463 restringe, vt no͂ procedat in criminalibus, in quibus inuitus quis extrahi potest de domo, Socin. in d. l. plerique; n. 25. vbi Ias. n. 18. Menoc. d. q. 88. nu. 2.

464 † Septima pœna qua afficitur co͂tumax est, quia repellitur ab appellando, si est verus contumax, vt supra dixi in præmissis, quis dicatur verus contumax, nunc amplio procedere etiam si sententia nu͂quam transiuisset in rem iudicatam, na͂ adhuc verus contumax non appellat, Ias. in l. 1. §. si procurator, col. 5. ff. si quis iusd. non obtemp. vel etiam si solum fuisset contumax verus ad sententiam, Alex. in l. properandu͂, §. sin autem reus, C. de iud. ita his modis ampliat, Marant. vbi sup. n. 19. vltra Maran. Amplia procedere etiam in procuratore, qui vere
465 sit co͂tumax, na͂ nec ipse auditur appellans, Cur. Iun. in d. l. 1. §. si procurator, nu. 12. ff. si quis iusd. non obtemp. bene tamen verum est, quod licet ipse ad appellandum in hoc casu non admittatur, non tamen per hoc infertur præiudicium domino quin ipse appellare valeat, Cur. Iun. vbi supr. Ant. Grauat. ad Vest lib. 7. cap. pen. nu. 55.

466 † Intellige primo, vt co͂tumax verus non appellat, quoties contumacia fuit in non veniendo, secus autem si sit in non restituendo, vel in non exhibendo, nam tunc appellat. l. creditor, §. iussus. & l. fin. de appell. gl. in clem. prima, de dol. & contum. Bar. in l. fin. de in integr. rest. Pet. Greg. in tract. de appell. lib. 5. cap. 4. nu. 7. vbi nu. 8. infert, quod contumax in non iurando appellare poterit, & allegat d. l. creditor, §. Lucius, alijs etia͂ modis declarat, ut per D. Cost. de fact. scient. & ignor. dist. 12. cent. 1.

467 † Octaua pœna est, quia contumax in non respondendo positionibus, vel in nolendo iurare de calumnia habetur pro confesso, c. si post præstitu͂, & ibi DD. de confess. in 6. l. 2. §. quod si actor, & ibi Bart. & DD. C. de iuram. calum. Marant. vbi supra, n. 20. omittendo hic tractare, quando non respondens positionibus habeatur pro confesso, & an post transactum terminum admittatur quis ad respondendum positionibus, reseruaturus tractare iuf. alio opportuniori loco, & interim videndus Surd. cons. 360. lib. 3. per totum.

468 † Nona pœna est, quia contumax potest exco͂municari, glo. in c. primo de dol. & contum. in 6. glo. in c. constitutus de sent. excom. in 6. Bal. in l. 3. C. de procurat. Marant. vbi supra nu. 21. quod amplia, & limita, vt per Duen. lib. primo reg. vtri. iur. reg. 153. scias tamen quod, antequam contumax excommunicetur, debet prius ad hoc citari etiam si esset notoriè contumax, ita Felin. in c. 1. nu. 9. de iud. an autem contumax sit de nouo cita-
469 dus, maximè, quando est verus contumax, videas latè per Abb. in d. c. 1. de iud. vnum tn͂ scias, quod licet quis fuerit contumax in toto processu, nihilominus citandus venit tempore ferendæ sente͂tiæ, alias sententia eo non citato lata non valeret, glo. in c. 2. de dol. & contum. in 6. glo. fin. in auth. iubemus in verb. specta͂s C. de iud. Ias. in l. nec quicqua͂ §. vbi decretum nu. 50. ff. de off. pro cons. & leg.

470 † Decima pœna est, quia contumax petens reuocari tenutam, seu primum decretum perdit priuilegium, l. sciendum ff. qui satisd. cog. adeo vt teneatur satisdare, etiam si possideat immobilia, glo. in §. si vero etiam in fine in verb. fideiuss. in auth. de exhib. reis, Bart. in l. hæc autem §. fin. ff. ex quib. cau. in poss. eatur, Ias. in d. l. sciendum nu. 2. Marant. vbi supra nu. 22. & sic habes limitationem ad regulam, quæ se habet, quod possidens immobilia non tenetur satisdare de iudicio sisti d. l. sciendum, vbi latè Ias. plures adducit limitationes Marant. in 8. membro iudicij de satisd. n. 2. cu͂ seq.

471 † Vndecima pœna est, quia contumax in non parendo Iudici, perdit beneficium iuratoriæ cautionis, glo. vbi Bal. in auth. ei qui iurat C. de bon. auct. iud. possid. glo. vbi Abb. in c. qua fronte de appell. Ias. in l. 1. col. pen. vers. 3. fallit ff. qui satisd. cog. Marant. in d. verb. & aduertatur circa contumacias nu. 23. & hæc est fallentia ad regulam, quæ se habet, quod per impotentiam satisdandi datur iuratoriæ cautioni, nam inter alias limitationes
472 quæ dantur ad dictam regulam, de quib. per Ias. in d. l. 1. nu. 23. vers. 2. conclusio ff. qui satisd. cog. restringitur, vt non procedat, quoties impotens ad satisdandum fuit contumax in non parendo iuri, vel iudici, tunc enim non potest gaudere beneficio dictæ iuratoriæ cautionis, vt per DD. supra allegatos, plura circa iuratoriam cautionem dixi supra de Regim. Pot. statut. ideo hic omitto.

473 † Duodecima pena est, quia vassallus dicens citatus, se nolle comparere, & sic verus contumax perdit feudum, And. de Turn. in c. 1. col. 2. in fine de milit. vassall. qui contumax est, prout refert Marant. vbi supra nu. 24. ex quibus autem causis vassallus priuetur feudo, vide Iul. Clar. recept. sent. in §. feudum quæst. 48. vsque ad quest. 59. vbi ponit 11. causas, ex quibus vassallus priuatur feudo.

474 † Decimatertia pœna, quia contumaci in criminalibus, quando agitur de crimine, pro quo venit imponeda pœna corporis afflictiua, ex quo no͂ pōt diffinitiuè condemnari, annotatur bona adeo, vt si post annu͂ co͂pareat ad se defendendu͂, illa bona annotata remaneat fisco in pœna͂ contumaciæ, si verò intra annum, recuperat bona annotata, ita Iul. Clar. in §. fin. prax. crim. q. 44. n. 1. & hoc procedit de iure co͂i, hodie tn͂ in hoc dominio sm͂ eunde͂ Clar. ibi nu. 2. statim co͂stito de delicto ex inditijs
475 existentibus contra alique͂ salte͂ ad capturam † fit descriptio bonoru͂ illius, qui imputatur de d. delicto, & si sunt bona mobilia, deposita͂tur pœnes aliquos, & tunc transmittitur inquisitio ipsi imputato, & si in termino inquisitionis non comparuit, ponitur in banno, & eo contumace, & sic in termino ba͂ni non co͂parente prius peremptoriè citatus ad vide͂du͂ ferri sente͂tia͂ condemnatur diffinitiuè vna cu͂ co͂fiscatione bonoru͂, qn͂ est tale delictu͂, pro quo venit imponenda confiscatio bonorum, si tamen reus compareat infra annum, & sit admissus à

Senatu ad se de nouo defendendum, & se defenderit, adeo quod absoluatur, recuperat ipsa bona sic confiscata, si verò compareat post annum, tunc numquam recuperat bona, sed illa remanent Fisco, licet si apparuerit innocens absoluatur à pœna condemnationis.

476 † Decimaquarta pœna est, quia, licet regulariter conuentus coram vno Iudice, possit allegare, & opponere exceptionem litis pendentiæ coram alio Iudice, l. vbi cœptum, vbi DD ff. de iud. & tūc secundum iudicium est nullum, parte opponente; vt per plures docet, Gabr. in suis communibus, in tit. de iud. concl. prima, num. 18. vers. primo. Limita tamen hoc non procedit in contumace, qui perdit beneficium d. legis vbi ceptum, & sic non valet opponere exceptionem litis pendentiæ, Bar. in d. l. vbi ceptum, cum alijs de quibus per Marāt. vbi supra. num. 26. cui addo Ant. Gabr. d. concl. prima, in tit. de iud. nu. 19. vers. 5. limita, vbi infinitos ad hoc allegat, & videas plenè per totam illam conclusionem, in qua latissimè ampliat, & limitat dictam regulam, l. vbi ceptum, restringe tamen hanc pœnam, vt non procedat, quoties reus contumax esset paratus contumaciam purgare solutis expensis, & sic offerret, vel prius ipsam contumaciam purgasset; nam tunc bene admittitur ad allegandum litis pendentiam, ita Bar. in l. sepulcri col. 2. num. 2. ff. de sepulcr. viol. Ang. in l. quamuis, ff. de damn. inf. Dec. in c. ex tenore col. fin. ex mente Abb. ibi de rescr. Alex. in l. titia, num. 18. ff. sol. matr. Marsil. sing. 339. vbi post Alex. dat cautelā iudici sæculari, coram quo quis priuilegium Clericale allegauit, vt statuat ei terminum, intra quem compareat coram suo Episcopo, ad docendum & probandum dictam exceptionem, & hæc est magis communis opinio; quicquid in contrariū voluerit, Bart. sibi parum constans, in l. quamuis col. fin. ff. de damn. inf. nempe non licere hoc in casu purgare moram, & allegare litis pendentiam, quē secuti sunt, Imol. in d. l. quamuis Lancil. Dec. in d. l. vbi ceptum, column. prima, in fine. & seq. prout de hac magis communi testatur Ant. Gabr. d. conclus. prima, num. 23.

477 † Decimaquinta pœna est, quia contumax, qui recuperauit tenutam contra eam concessam, ex primo decreto, non potest vlterius opponere exceptionem declinatoriam sibi competētem, Ang. & Imol. in l. fin. §. item videamus, ff. de damn. inf. Ang. in l. cum qui, ff. de priuil. credit. Alex. in l. quidam consulebant, col. 1. in fine, ff. de re iud. Marant. vbi supra, nu. 28. † de hac autem exceptione declinatoria, quando veniat opponenda, & an

478 possit opponi post litem cōtestatam, vide latè Practic. Pap. in forma, de declinatione iurisdictionis alicuius Iudicis in gl. nec fuisse iudicem. Didac. pract. quæstion. c. 26. Scac. de iud. causarum, cap. 101. num. 6. & seq. Vant. quibus mod. sententiæ null. repar. poss. nu. 57. & seq.

479 † Decimasexta pœna est, quia Iudex potest mādare Colonis, & Inquilinis contumacis, ne respondeant, ei de fructibus, & pensionibus, & ne vadant ad colendos eius agros, Abb. in c. grauem, num. 2. per illum tex. de sent. excomm. Marant. vbi supra, nu. 28. vbi dicit hanc esse nouam pœnam non cognitam à Iudicibus.

480 † Decimaseptima pœna est, quia contumax in nolendo respondere libello coram Iudice, vel ipsi Iudici super inquisitione, vel accusatione, potest poni ad torturam, non ad effectum, vt confiteatur, sed solum vt respondeat affirmatiuè, uel negatiuè, & nota, quia est casus in quo sine inditijs potest procedi ad torturam, ita Bal in l accusationem. column. 3. C. qui accus. non poss. Marant. vbi supra, numero 29. ac parte secunda, in 14. actu in verbo & demum fertur sententia nu. 9. sequitur Blanc. in tract. de indit. & tortur. nu 271. quod tamen intellige secundum Folerium in sua prax. crim. in tertia parte, tertiæ partis nu. 4. vt procedat quando inquisitus, vel accusatus interrogatur super facto substantiali, scilicet an commiserit tale delictum, vel homicidium, nam tunc si non respōderit affirmatiuè, vel negatiuè, potest poni ad torturam nullis præcedentibus inditijs, secus autem quando non respondet alijs interrogatorijs sibi factis concernentibus qualitates, seu circumstantias, non tamen factum principale, nam tunc torqueri non poterit, secundum eum; verum tamen est, quod Iulius Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 45. nu. 6. testatur se vidisse obseruari, vt reus torqueatur non solum, quando reus non vult respondere super facto principali, sed etiam super circūstantijs substantialibus pertinentibus ad dictum delictum, quicquid in contrarium dixerit Foller. loco supra allegato, modo tamen sint tales de quibus verisimile sit ipsum reum recordari posse, puta quia interrogaretur de facto proprio, de modico tempore, & de rebus, de quibus alij solent communiter recordari, & ita est seruandum secundum eum, quem sequitur Chart. in sua prax. interrogatorum lib. 3. cap. 2. nu. 17. Menoch. de præsump. lib. 2. quæst. 89. nu. 142. Farinac. de indic. & tortura quæst. 37. nu. 176. & seqq. vbi plene

481 † Limita tamen, vt hæc pœna torturæ non habeat locum, quando reus iniuste interrogatur nullis præcedentibus inditijs, nam tunc respondere non tenetur, nec est locus dictæ practicæ torquendi ipsum reum, pro habenda affirmatiua, vel negatiua, nam ad hoc, vt dictæ pœnæ sit locus, requiritur saltem, quod præcedat diffamatio, vel inditia, quæ loco diffamationis succedunt, ita Clar. d. quæst. 45. n. 6. in fine numeri, quē sequitur Chart. dicto lib. 3. cap. 2. nu. 12. cum quatuor seqq. Farin. alias afferens declarationes dicta quæstione 37. de indicijs, & tortura nu. 103. cum seqq.

482 † Limita secundo, vt non procedat dicta pœna quando reus interrogaretur, an sit culpabilis, vel ne, tunc enim locus non est dictæ practicæ torquendi, cum non teneatur reus respondere, an sit culpabilis, sed bene super facto, scilicet an fecerit delictum, vel non, Bar. in l. 1. §. accusatione in fine per illud tex. ff. ad turpill. Alex. cons. 115. col. prima in fine vol. 3. Boss. in sua praxi in tit. de responsionibus à reo faciendis nu. 17. sequitur Chart. vbi supra nu. 20. vbi etiam limitat alijs duobus modis de quibus per eum ibi, & hanc limitationem tenuit idem Chart. in d. prax. lib. 2. cap. 2. nu. 19. Farinac. præcitato loco.

483 † Est etiam sciendum, quod quando reus non vult respondere Iudici, potest a Iud cogi, etiam alijs remedijs vltra torturam, scilicet mulcta indicta, nam factis tribus monitionibus sub pœna ipsum mulctare poterit, & condemnare in pœnam in mandatis contentam, iuxta l. de ætate §. qui tacuit, & §. seq. vbi Bart. ff. de inter. act. vel etiā potest cogi capeis pignoribus, vel sub pœna confessi interrogatoriorum, vt habeatur pro confesso de his, de quibus interrogatur, vt latè admonet idem Chart. d. lib. 3. cap. 2. nu. 1. & 2. vbi tamen

men docet per hos modos posse Iudicem cogere reum respondere in leuibus, ac tenuibus delictis, in atrocioribus verò debere adhibere remedium torturæ, de quo supra.

484 † Sed quid, si reus petat dilationem ad respondendum volens respondere, an tunc locus sit dictis remedijs, an verò huiusmodi dilatio danda veniat, sicut fit in causis ciuilibus, dic, quod non debet dari huiusmodi dilatio reo ad deliberandum super facto proprio, Bal. in l. cum falsum nu. 2. ff. de acq. hæred., & ita seruari de consuetudine testatur Clar. plures allegans d. quæst. 45. vers. sed hic quæro, quem sequitur Chart. vbi supra nu. 21. vbi ad hoc allegat DD. de communi testantes Farinac. de indic. & tortur. quæst. 37. nu. 179. & seq.

485 † Decima octaua pœna est, quia contumax habetur pro præsente in sui præiudicium, auth. quia in prouincia in fine, & ibi Bal. C. vbi de crim. agi oport. gl. in l de vno quoq, ff. de re iud. Bal. in l. cũ fratrem, col. fin. ff. de his quib. vt indign. Marant. vbi supra, num. 30.

486 † Decima nona pœna est, quia Iudex propter contumaciam potest sequestrare fructus rei petitæ, Abb. in c. olim ex litteris, vbi Felin. de rescr. Marant. vbi supra, nu. 31 quod saltem procedit secundum Abb. vbi supra in his, in quibus causa de sui natura non patitur missionem, vt est in beneficialibus, c. eum, qui de eo, qui mitt. in poss. caus. rei seruan. in 6. in his enim propter contumaciam potest fieri sequestratio, quando non potest procedi ad vlteriora, eò, quod actor indigeat præsentia rei, sequitur Felin. ibi, nu. primo.

487 † Vigesima pœna est, quia contumax, qui non vult respondere coram Iudice, habetur pro negante, vel confitente, secundum quod est ei magis preiudicialem, l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de inter. act. Marant. vbi supra, num. 32. & solet dici, quod contumacia semper interpretatur in id, ꝙ contumaci est deterius, & aduersario vtilius, d. §. qui tacuit, Bart. in l. quamdiu, nu. 5. vers. venio ad vltimum. ff. de acquir. hæred.

488 † Vigesima prima pœna est, quia Iudex potest procedere contra contumacem ad captionem pignorum, l. prima, §. quid ergo, ff. de var. cogn. Marant. vbi supra, num. 33. & dictum est supra in 17. pęna.

489 † Vigesima secunda pœna est, quia vbicumque contumax habetur pro confesso, & conuicto (quod potest fieri per statutum) non enim de iure commuui habetur pro confesso, nec conuicto. Bart. in l. diuus, la secunda, per illum tex. ff. de custod. reorum, Alex. cons. 70. nu. 9. lib. primo, licet in criminalibus, ex generali consuetudine Italiæ, contumaces habeantur pro confessis, & conuictis, vt testatur Iul. Clar. in d. §. fin. prax. crimin. quæst. 44. num. 3. & 6. Farin. plenè de Inquis. quæst. 11. n. 3. & tunc stante statuto, vel generali consuetudine, contumax efficitur infamis, nec valet testificari, Felin. in c. super eo, il primo, in fine de testibus, Marant. vbi supra, num. 34. quid autem operetur huiusmodi statutum, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto, vide latè per Baiard. in addit. ad eundem. Clar. ad dictam quæst. 44. num. 40. vsque ad finem.

490 † Vigesima tertia pœna est, quia contumax, si excommunicatur, quod fieri potest, vt supra dictũ est in tertia pœna, si in ea perseuerat per annum, efficitur suspectus de hæresi, Abb. in cap. grauem de pen. Marant. vbi supra nu. 35. And. de Isernia in c. primo, vers. post annum de stat. & consuetud. contra libert. eccles. Ant. Grauat. in addit. ad Practic. Vestrij, lib. 8. cap. fin. num. 42. Rip. Auus mihi maternus in c. primo, num. 77. de iudic. Conrad. Brun. lib. 1. de hæretic. cap. 4. Ioan. Royas. singul. 60. nu. 2. Quod intellige, quando fuit excommunicatus pro alio crimine, quam pro heresi, secus, si pro hæresi, nam tunc, si in ea perseuerauerit, per annum non solum efficitur suspectus de hæresi, sed imo habetur pro conuicto, & tamquã hæreticus potest puniri, c. cum contumacia de hæret. in 6. Abb. Marant. & Granat. vbi supra, quibus addo Rip. in l. si constante, num. 46. ff. sol. matrim. & habetur cap. 3. de reform. in fin. sess. 25. Concil. Trident. Royas. d. sing. 60. num. 3.

491 † Vigessima quarta pæna, de qua per Marant. vbi supra nu. 36. habet solum locum in regno Neapolitano ex constitutione regni, ideo eam omitto.

492 † Vigessima quinta pæna vltra Marant. est, quia contumax non valet priuilegium sui allegare Afflict. decis. 133. & hæc in summa est, de qua supra dictum est, contumacem perdere priuilegium declinandi forum, nunc autem limito istam pænam non habere locum, quando Iudex fuisset omnino incompetens, nam tunc, non obstante contumacia, poterit allegari de incompetentia, dummodo Iudex ante non fuisset interlocutus, se competentem, Philip. Franc. in c. si duobus col. 8. vers. vltimo nota de appell. Vrsill. in addit. ad Afflict. d. decis. 133. nu. primo.

493 † Vigessima sexta pæna est, quia aduersus contumacem iuramento partis de expensis creditur, Marsil. sing. 239. contumax, Rip. in l. 2. nu. 8. ff. de re iud. Grauat. ad Vestrium in practica Romanæ Curiæ lib. 3. cap. 2. nu. 25. Plot. in repet. l. si quando nu. 673. vers. trigessimo octauo C. vnd. vi

494 † Intelligendæ tamen sunt prædictæ omnes pænæ, vt habeant locum nonnullis concurrentibus, primo, quod contumacia fuerit per actorem præsentem accusata. si enim actor in termino non cõ-

495 pareat, euanescit, & circumducitur citatio l. & post edictum §. 1. ff. de iud. l. 2. in fine, reprobata glo. ibi ff. si quis in ius voc non ierit, Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. citationis n. 111. Char in suo tract. de execut. sententiæ contumacialis capto bannito cap. fin. nu. 167. & tunc reus isto casu non comparens non incidit in notam, cum in pari causa melior sit conditio rei, quam actoris l. si seruum §. sequitur ff. de verb. oblig. Alex.

496 cons. 92. nu. 11. lib. primo. † Quantum autem tẽpus debeat reus, si compareat, expectare actorem ad effectum, vt citatio dicatur circumducta, & deleta, videas per Menoch. de arb. iud. cas. 45 per totum, & tunc, quando actor est præsens, sequitur, quod omnino contumaciam rei accusset ad effectum, vt reus possit puniri pænis supra-

497 scriptis. † Non enim nocet contumacia, nisi per aduersarium fuerit accusata, l. properandum §. & si quidem ibi actoris præsentiam incusante, vbi Bal. nu. 4. & Ias. nu. 7. C. de iud. Bal. in l. consentaneum in fin. C. quom. & quand. iud. Marant. in dicto verbo, & aduertatur circa contumaciam, n. 1. Chartarius vbi supra nu. 168. Vant. in dicto tit. de nullit. ex deffectu citationis nu. 3. Asin. in sua pra-

498 xi iud. §. 17. c. 3. † Quod procedit nedum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, cum in criminalibus procedatur ad instar iudiciorum ciuilium l. absentem §. primo ff. de pœn. ita Imol.

post

498 post Bart. in l. inter accusatorem ff. de publ. iud. & in l. absentem C. de accus. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo neglexerit, Mascard. de probat. concl. 450. nu. 9. Thesau. pedem. decis. 19. per totam, quod procedit sine dubio, quoties proceditur per viam accusationis, ita Thesau. vbi sup. n. 4. Chartar. de execut. sent. capto bannito cap. fin. nu. 170. secus autem, si procedatur per iudicem, per viam inquisitionis ex mero officio, nam tunc isto casu non est necessaria accusatio contumaciæ facienda, cum Iudex, qui tenet locum accusatoris suppleat eius vices, & sic sufficit quod ei ex actis constet, ita declarat Castr. cons. 3. nu. 18. vol. 3 Alex. cons. 120. nu. 8. vol. 7. Bart. in l. si filiita §. iulianus ff. de dam. inf. Follerius in prax. crim. in verbo accusentur contumaciæ, Thesau. d. decis. 19. nu. 3. Decian. cons. 18. nu. 193 vol. primo Chart. d. cap. fin. nu. 170. vbi plures

499 † alios ad hoc allegat, quicquid tamen sit de iure, hodie non obseruatur, quod in criminalibus accusetur contumacia, siue iudex procedat ex mero officio, siue ad partis instantiam, & sic procedatur per viam accusationis, sed sufficit, quod constet ex actis, & ita in hoc Ducatu obseruari testatur Iul. Clar. in d. §. fin. quæst. 44. nu. 6. relatus per Thesau. d. decis. 19. nu. 3. Chart. vbi supra nu. 171. vbi plures alios allegat testantes hodie de facto non obseruari, quod contumacia in criminalibus, accusetur, inter quos sunt Decian. d. cons. 18. nu. 193. Boss. in sua praxi in tit. de bann. nullit. nu. 7. in fine, vbi allegat Nellum, & alios hoc dicentes.

500 † Secundò ad hoc, vt dictæ pænæ contra contumacem habeant locum, requiritur, quod sit talis contumax, à quo sit petitum aliquid dari, vel fieri, secus autem si citetur aliquis, si sua putauerit interesse, nam tunc, licet non compareat, & sit contumax, nihilominus non habent locum contra eum pænæ, de quibus supra, ita Marant. vbi supra nu. 38. vbi ad hoc allegat Bal. in c. primo col. 5. vers. & sola de milit. vassallo, qui contumax est, Castr. & Alex. in l. testamenta omnia C. de testam.

Tertiò requiritur, quod agatur de contumacia rei, non autem actoris, qui non potest puniri dictis pænis, sed solum condemnatur in expensis aduersus ipsum reum, quas prius soluere habet, antequam de nouo agat, & reus ab obseruatione iudicij absoluitur, Marant. vbi supra num. 37.

501 † Quartò requiritur, quod illa die, qua citatus fuit, Iudex sederit, & copiam sui fecerit, alias enim, si Iudex non sedisset illa die, nec copiā sui fecisset, non potest talis citatus contumax haberi, Natt. cons. 364. nu. 7. vers. & si iudex, quem refert, & sequitur Mascard. dicta concl. 450. nu. 6. vers. quod limitabis, verū tamen est, quod, Iudice reuerso, vel sedente, tenetur statim reus comparere die sequenti, quo sedebit absque alia citatione secundum And. de Isern. in c. primo col. pen. de controuersia inter vassallum, & alium de inuestitura, quem refert, & sequitur Marant. in dicto verbo, & aduertatur circa contumacias n. primo.

502 † Quintò requiritur, quod nullo modo possit contumax iustè se excusare à contumacia, alias enim, si haberet iustam causam se excusandi, non puniretur DD. communiter in l. prima §. vltimo, ff. si quis iusd. non obtemp. Neuiz. cons. 51. nu. 19. Menoch. de arb. iud. cas. 153. nu. 2. & seq. Farinac. de delict. & pænis quæst. 18. nu. 40. & seqq.

503 † Quæ autem dicatur iusta causa excusandi contumacem à pænis contumaciæ, videas latè Menoch. d. cas. 153. vbi dicit hoc relinqui arbitrio iudicis, & enumerat nonnullas causas iustæ excusationis, videas etiam aliqua per Marant. vbi supra nu. primo cum pluribus seqq. vbi colligit sex casus, in quibus excusatur quis à contumacia, quæ omnia non reffero, cum nihil addendum veniat, plures etiam excusationes tradit Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 10. nu. 30. vsq; ad num. 50.

Sexto requiritur, quod præceptum comparendi sit iustum, & cum causa, secus si iniustum, & sine causa l. 2. & 3. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est glo. Dec. & alij in l. non videtur, §. qui iussu ff. de reg. iur. Bart. in l. prima, §. is videtur. col. fin. in 2. opp. ff. si quis iusdic. non obtemp. Doct. in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de noui op. nunt. Farinac. de delict. & pœn. quæst. 18. num. 53. & seq. & ibidem à nu. 28. vsque ad numerum 60. plura ponit in materia excusandi à contumacia, & mulcta, ob eam imposita.

504 † Sed quæro, an contumacia dicatur propriè delictum, & dic † quod contumacia per se non est propriè delictum, prout de communi testatur Felin. in c. ex literis numero 27. de constit. quem sequitur Iul. Clar. in praxi crim. §. primo nu. 13.

505 † nisi contumacia haberet ad mixtum contemptum iudicis, nam tunc secundum eum diceretur delictum, & posset ex ea criminaliter puniri, ita Clar. dicto § primo nu. 14. post glo. magnam in fine, in l. vnica § fin. ff. si quis iusd. non obtemp. Menoch. de arb. iud. d. cas. 153. nu. primo, qui dicit largo modo contumaciam dici delictum per tex. in l. omne delictum §. contumacia, ff. de re iud. DD. & præsertim Alex. in l. prima §. fin. nu. 17. vbi Ias. nu. 39. ff. si quis iusd. non obtemp.

506 † An autem statutum loquens de condemnatis ex delicto, vel maleficio compræhendat condemnatum ex contumacia, vide Ias. in d. l. prima §. fin. nu. 39. Clar. d. §. primo nu 19. nouissimè Farinac. in praxi tit. de inquisition. quæst. 1. nu. 93. & 97. vbi sequitur Clar. in dicta praxi crimin. tit. de delict. & pœn. quæst. 18. nu. 28. cum seq. qui licet de iure dicant non posse dici propriè d... natum ex delicto, & ideo occidentem bannitum in contumaciam non gaudere benefitio statuti cōcedentis impunitatem occidentibus bannitos, attenta tñ generali consuetudine, & statuti, locorum, quod contumax habeatur pro conuicto, & confesso, talis contumax dicetur damnatus ex delicto, ideo impunè occidi poterit.

507 † Pro complemento materiæ contumaciæ quæro, qualiter probetur contumacia, & dic, quod probatur per scripturas, ac instrumenta, Bal. in l. 1. C. quor. appell. non recip. item probatur contumax ille, qui non mittit procuratorem legitimum, Bal. in auth. ei qui, nu. 3. C. de temp. appell. Natt. consil. 5. nunc. 5. ac nu. 9. Bursat. cons. 74. nu. 138. lib. primo, item qui aufugit, & latitat adeo, quod personaliter appræhendi non possit, Natt. cons. 240. nu. 5. de quibus omnibus habetur per Mascard. de probat. d. concl. 450. nu. primo cum seqq.

508 † In verbo habeatur lis pro contestata] Intelligitur hoc procedere, vt lis habeatur pro contestata

stata eo non comparente vigore huius nostri statuti, ibi demum, si actor accusauerit eius contumaciam.alias secus Alex.cons.100.nu.1.cum seq.vol. primo,per ea,quæ dicta sunt supra in requisitis ad hoc,vt cõtumax puniri possit in primo requisito.

509 † Sed quæro, quid operetur huiusmodi ficta litis contestatio inducta à statuto nostro, dic, quod operatur omnes effectus, quos operatur vera litis contestatio, cum paria sint litem contestatam fuisse, vel pro contestata haberi, Balb. in tract. de præscript.in 4. quæst.princip.3.partis,sextæ partis princ.nu.32.quem refert, & sequitur Asin.in sua praxi iudiciorum §.17 cap.6. per totum, & præsertim nu. 4. Hinc infertur secundum eum post Balb. loco supra citato per hanc fictam litis contestationem inductam à statuto ita præscriptionẽ interrumpi, sicut per veram litis contestationem. effectus autem litis contestationis ponit Hieronimus de Monte in tract. finium regund.cap.44.nu. 6. Sigismund. Scac. de iud. caus.lib. primo cap. 103.nu.8. & dixi supra.

510 † In verbo statim statutus sit,&esse intelligatur] Nota, quod iste terminus dicitur statutus ipso iure, adeò, vt non sit opus assignatione facienda à Iudice per illud verbum statim, quod idem importat, ac, si diceretur ipso iure, Tiraq. in l. si vnquã in verbo reuertatur nu.116.cum seq. C. de reuoc. donat.& operatur, vt currat,absque eo, quod assignetur, Orian. in c. quoniam contra cap.2. de dilat. Tiraq. in dicto verbo reuertatur nu. 446. cum in his, quæ ipso iure concessa sunt, vt in casu huius statuti, non sit necesse adire iudicem secundum eum per l. primam §. hoc autem Senatus ff. de seru.fugit. Asin.in sua prax.iud. §. 15. cap. primo per totum, quod adeo verum est, & procedit vt isto termino elapso, nulla facta assignatione à Iudice, possit deueniri ad sententiam Castr. in l. 2.nu.4. C. de dilat. & ferijs, & in l. properandum

511 † §. & si quando nu.9. C. de iud. quod secus est quando terminus non reperiretur statutus à statuentibus, nam tunc Iudex teneretur illud assignare, alias non posset ad diffinitiuam deuenire, tanquam quod nihil esset actitatum, Bart. in l. properandum §. & si quidem nu. 9. C. de iud. Asin. d. §. 15. cap. 3.nu. 4. cum seq.

512 † In verbo vtrique parti, scilicet actori, & reo] hoc etiam procedit de iure communi, quo iure dilationes datæ ad probandum debent esse communes,l. petendæ,C. de temp. in integr. rest. petend. Rip.in l.admonendi,nu. 59. ff. de iureiur. Orian. in d.c. quoniam contra cap. 2. de dilat. nu. 6. specul. in tit. de dilat.nu.14. Marant. in tit. de dilat. nu. 18. Asin.§. 22. cap. 10. Sigismund. Scac. de iudic.causar. ciuil. & crim. lib. 2.cap. 3.quæst. 10. n.208.& seq. & ibi latissimè per totum illud capitulum tertium plenissimè enucleat materiam dilationum per quæstiones decem, & nouem.

513 † Amplia hoc procedere nedum in causa ciuili, sed etiam in causa criminali, in qua adhuc dilationes debent esse communes, Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 48. nu. 4.

514 † Amplia secundo hoc procedere etiam, si dilationis terminus esset datus minori iure specialis restitutionis in integrum, vt per Carauit. in ritu 90. nu. 2. & seq. quem refert, & sequitur Baiard. ad Clar. d. quæst. 48. nu. 8.

515 † Amplia tertio, vt non solum sint communes ipsi actori,& reo, sed etiam eorum procuratoribus etiam in casu huius nostri statuti, ex regula, quæ se habet, quod actus omnes ciuiles per procuratores expediri possunt l. fin. C. de procur. Asin. d. §. 22. cap. 11. nu. primo.

516 † Amplia quarto non solum procedere in primis dilationibus, sed etiam in alijs, & ideo, si reo daretur tertia dilatio, adhuc actor posset probare intra illam tertiam, ita Ias. in l. in pecuniarijs nu. 33. ff de fer.

517 † Amplio quintò adeo communes esse dilationes, vt eis in aduersarij præiudicium renunciari non possit. hanc communem dicit Ias. in l. 1. num. 54. vers. extra gl. inducitur ff. de adoption. Dec. in l. fin. nu. 9. C. qui admitt. Scac. d. iudic. caus. lib. 2. cap. 3. quæst. 10. nu. 217. Ozach. decis. 97. numero quarto.

518 † Amplia vltimò procedere etiam in dilatione data ad probandum post sententiam, nam tunc quoque erit communis aduersario. ita Rip. in l. admonendi nu. 59. ff. de iureiur.

519 † Limitatur hæc regula procedere, vt dilatio sit communis respectu eiusdem, non autem diuersi effectus, Bart. in d. l. admonendi, vbi exemplificat, vbi Rip. nu. 60.

520 † Limitatur secundo, vt non procedat in renunciante probationibus, & petente processum sibi publicari, talis enim, publicato processu, non poterit vti dilatione data aduersario, Bal. in c. præterea col. 3. de dilat. & in auth. iubemus per illum tex. C. de iud. Felin. in c. testibus in princ. de testib. & in c. cum dilectus col. 5. vers. vndecimo, limita de fid. instr. Rip. in l. admonendi nu. 63. ff. de iureiur. cætera videas per DD. in d. l. petendæ, & in l. fin. ff. d. fer. & p Scac. dicto c. 3 lib. 2. per totũ.

521 † Sed quæro, nunquid probationes fieri possint nullo dato termino ad probandum à statuto, vt in casu nostro, vel à Iudice, & dic, quod sic, l. vnius §. cogniturum ff. de quæstion. Bart. in l. in pecuniarijs nu. 14. vbi Ias. nu 52. post Alex. nu. 54. ff. de fer. Bart. in l. crimen ff. ad l. Iul. de adult. Afflic. decis. 58. in fin. Vant. de nullit. ex defectu process. nu. 42. Scac. de iudic. caus. lib. 2. cap. 3. quæst. 4. nu. 58. & seq. vbi ampliat, & declarat, intelligendo tamen, dummodo fiant post litem conte-

522 statam, nõ enim ante litem contestatatam factæ valent, c. primo, ac secundo, & c. quoniam frequenter ext. vt lit. non cont. Alex. cons. 3. nu. 4. lib. 2. auth. sed & si quis C. de testib. Asin. in sua

523 † praxi §. 17. cap. 9. nu. 2. hinc est, quod producens vna cum libello instrumenta, in quo fundatur eius intentio, quod non poterit obtinere. nisi illud instrumentum reproducat post litẽ contestatam. Alex. d. cons. 3. nu. 4. & ibi appost. ad eũ plures citans, idẽ Alex. cons. 37. nu. 5. vbi appost. lib. 2 quod verum est, nisi instrumentum stetisset post litem contestatam in actis, & fuisset visum, & data copia parti, Rimin. in l. edita col. antepen. C. de eden. Appost. ad Alex. d. cons. 3 sub nu. 4. Itẽ

524 † debent fieri probationes parte citata, vel præsente l. si quando C de testib. Alex. cons. 130. ante numerum primum lib. 1. Ant. Gab. plures citãs in suis communibus in tit. de citation. concl. prima nu. 112. ampl. 22.

In verbo terminus quindecim dierum vtiliũ,] idem est cautum per Nou. Const. Mediol. in tit. de

525 iudicijs §. petitione porrecta, † sciendũ est autẽ quod iste terminus est peremptorius, Orian. in c. quoniam contra in verbo productio iurium col 8. extra de probat. & regulariter omnes termini probatorij dicuntur peremptorij, etiam, quod non

dica-

dicatur, Bart. in l. cessante nu. 6. C. quom. & quando iud. Francis. Marc. decis. 36. queritur super n. 4. p. 1. Natt. cõs. 251. sup nouo. & 252. clarifs. n. 1 Gail. lib. primo obseru. cap. 91. nu. 1. Hieron. de mont. in tract. de finibus regun. c. 49. nu. 4. latè ampliando, & declarando, Scac. de iudic. caus. lib. 2. cap. 3. quæsit. primo nu. 21. cum seqq. pluribus, & potest dari dilatio vnica ad probandum Marant. in suo speculo de dilat. nu. 2. Scac. dicto loco nu. 67. & seq. non tamen currit iste terminus donec reus differt respondere, Ias. in l. si cum, §. qui iniuriarum col. 3. ad finem ff. si quis caution. Alex. cons. 71 vol. 5.

526 † Quæro, nunquid iste terminus quindecim dierum probatorius possit per iudicem prorogari, vel abbreuiari, & quo ad primum dic regulariter non posse Iudicem hunc terminum statutarium prorogare, vt tenet Asin. in sua praxi §. 15. cap. primo nu. 2. vbi vult hoc termino elapso moræ purgationem non admitti, habet enim iste terminus vim conclusionis in causa, quoad probationes, Alex. cons. 101. nu. 4. vol. 2. & ideo, si non sit exceptum nec probatum tempore isto dato à statuto, amplius quis non venit audiendus, l. scire oportet § 1. in fine ff. de excus. tut. Asin. d. §. 15. cap. 3. nu. 2. vbi adducit rationem, quia, elapso huiusmodi termino, ius parti acquisitum est, vt deinde quis non

527 † audiatur l. prima vbi Castr. ff. de dilat. minusq; pariter iste terminus valet restringi per iudicem. Asin. in dicta praxi §. 22. cap. 2. nu. 8. sicut nec etiam tolli potest à Iudice, Roman. sing. 465. nu. primo, Carpan. ad statuta Mediolani cap. 42. nu. 156. & seq. & cap. 22. nu. 40. & seq. Asin. vbi supra nu. 8 & §. 15. cap. 3 nu. primo.

528 † Hinc infertur, quod, si iudex protulerit sententiam pendente huiusmodi termino à statuto nostro dato quindecim dierum, cum dilatione pendente, & nondum in totum transacta, sententia erit nulla. l. 3. vbi Bart. C de dilat. Alex. in l. 3. nu. 21. ff. de re iud. alias factum per Iudicem, est ipso iure nullum, Bal. in l. 3. C. de dilat. glo. in l. 1. vbi Dyn. ff. de dilat. & etiam processus erit ipso iure nullus, Castr. in d. l. 3. Ias. in d. l. 2. nu, 37. & seq. ff. de re iud. & in terminis, quod sententia lata, pendente dilatione, non valeat, tenuit Vant. de nullit. & defect. iurisd. ordin. nu. 157. Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de dilat. concl. prima nu. 3. & 4. vbi latè declarat hanc regulam cũ ampliationibus, & limitationibus, nempe, quod, dilatione pendente, iudicis officium conquiescere debet, ad quam regulam videas etiam duas limitationes, quas ponit Alex. in d. l. 2. nu. 21. ff de re iud. Lancelot. de attentat. dilatio. pendent.

529 † In verbo excipiendi] exceptio autem est actionis exclusio l. 2. ff. de excep. c. 2. de ordin. cognit. c. primo de except. Asin. in sua praxi in princ. cap. 5. nu. 9. & §. 13. nu. 15. vbi plures ponit exceptionum species. Ang. Aretin. inst. de except. nn. 6. ac 35. Sigismund. Scac. de iudic. caus. lib. primo cap 101. de exceptionibus in genere.

530 † Hinc infertur exceptionem non excludere intentionem eius, qui sine actione experitur, minusq; negationem dici posse exceptionem, cum actionem non excludat. Dec. in rub. nu. 4. 5. 6. & 8. de except. vbi testatur de communi.

531 † Debet autem exceptio esse apta, & concludẽs, l. 1. §. labeo, ff. de flumin. hinc est, quod exceptio generalis nihil releuat, Bart. in l. 1. nu. 8. ff. de except. Castr. cons. 115. vol. 2. Calc. cons. 35. in 3. col. Ias in l. titiæ, textores col. 2. & seq. ff. de leg. primo.

532 † Quod verum est, si petatur declarari à parte alias, parte non opponente, bene valet, & procedit exceptio generalis. arg. l. fin. C. de ann. except. Ias. in d. l. titiæ textores col 3. Philip. in c. 2. §. testes in fine de testib. in sexto.

533 † Secundo debet probari per excipientem. l. 1. ff. de except. l. exceptio, ff. de probat. Dec. in rub. nu. primo ext. de except. dato tamen termino ad excipiendum, solum exceptio actionis exclusiua probanda venit, non autem defensiua, ita Felin. in d. rub. de except. nu. 7. licet exceptio large dicatur defensio, licet non propriè, vt per Felin. & Dec. in dicta rub. de except. nu. 9. latè Mascard. de probat. concl. 686. per totam.

534 † Fallit tamen in exceptione non numeratæ pecuniæ, cum excipiens nihil ponat, sed positum neget, & ideo ab ipso excipiente probanda non venit sed ab eo, qui pecuniam petit, l. in contractibus C. de non num. pecc. latissimè, Mascard. de probat. concl. 695. per totam.

535 † Tertiò debet proponi infra tẽpus, infra quod agi possit, l. papinianus, §. si filius, ff de inof. testam. Felin. in c. si autem in 4. col. de rescript.

536 † Sed quæro, an exceptio veniat in scriptis proponenda necessariò, & dic, quod non, Bart. in l. 1. in 2. & 3. col. ff. de except. Alex. in l. 1. in 2. col. ff. de eden. glo. in c. quoniam contra extra de probat. Aret. in d. rub. de except. inst. tit. nu. 26. fallit in duobus casibus, de quibus ibi per eum, & in

537 auth. quærellam, C. de num. pecc. † inter quos est exceptio non numeratæ peccuniæ, quæ venit proponenda in scriptis, d. auth. quærellam, & l. in contractibus §. fin. C. de non num. pec. Bart. in d. l. 1. ff. de except. Balb. decis. 273.

538 † An autem exceptio competat hæredibus, & singularibus successoribus, & an detur contra singulares successores, videas latè Aret. in d. rub. nu. 10. cum seq. inst. de except. Pract. Pap. in form. resp. rei in glo. saluis alijs nu. 15.

539 † Exceptionum autem tria sunt genera, nam quædam sunt dilatoriæ, aliæ peremptoriæ, & aliæ anomalæ, Pratich. Pap. in form. resp. rei in glo. saluis alijs exceptionibus nu. 3. Marant. in suo specul. part. 6. 9. membr. nu. primo, Asin. in sua praxi iud. §. 13. cap. primo nu. 3. cum pluribus seqq. Scacc. de iudic. caus. lib. primo, capit. 101. per totum.

540 † Dilatoriæ exceptiones dicuntur, quæ differũt causam, non tamen perimunt negotium principale & hęc tripliciter consideratur, secundum Maranţ. loco citato, & Asin. d. cap. primo, ac Scac. dicto cap. 501. nu. 6. nam quædam respiciunt personã iudicis, vt exceptio iudicis non competentis, vel suspecti; quædam respiciunt personas litigantes, vt est exceptio legitimationis personæ, vt si pupillus sine tutore, vel filius familias sine consensu patris agant, vel in iudicium compareant, exemplificando, vt per Asin. d. cap. primo nu. 14. Marant. vbi supra nu. 3. quædam respiciunt causam, seu negotium, vt exceptio libelli inepti, obscuri, vel male agis, quia ante diem agis.

541 † Peremptoriæ exceptiones dicuntur, quæ actoris ius perimunt, atque confundunt, vt exceptio iurisiurandi, rei iudicatæ, transactionis, pacti de non petendo, solutionis, Marant. vbi supra nu. 12. Pratich. Pap. in d. glo. saluis, nu. 3. Asin. §. 13. c. 3. numero primo.

Ano-

542 † Anomalæ dicuntur, quæ partim participant de dilatorijs, partim de peremptorijs, & alio nomine appellãtur mixtæ, vt exceptio excommunicationis, non numeratæ pecuniæ, vel non numeratæ dotis, Asin. vbi supra cap. 7. nu. 1. cum seq.

543 † Sciendum est autem, quod regulariter exceptiones dilatoriæ opponendæ sunt ante litem contestatam, non autem post: l. exceptionem C. de probat. Rip. Auus meus in l. naturaliter, §. nihil commune nu. 161. ff. de acq. poss. Menoch. de arb. iud. cas. 240. nu. 7. vbi etiam docet, quæ dicantur exceptiones dilatoriæ, Marant. vbi supra nu. 8. Asin. d. §. 13. cap. primo nu. 17. cum seq. quod amplia, & limita pluribus modis, de quibus per eundem Asin. cap. 2. vsque ad cap. 3. vbi adducit septem ampliationes, & 20. limitationes ad hãc regulam, Marant. vbi supra limitans duob. modis.

544 † Exceptiones verò peremptoriæ regulariter ante litem contestatam vsque ad sententiam opponi possunt l. peremptorias, vbi Bal. C. sent. rescind. non poss. Marant. vbi supra nu. 12. Asin. d. §. 13. cap. 4. quam regulam limita, vt per eundem cap. 5. & per Marant. ubi supra nu. 18.

545 † Exceptiones verò anomalæ, seu mixtæ ante, & post litem contestatam opponi possunt, Asin. d. §. 13. cap. 10. nu. 2. & cap. 7. nu primo, si quis autem cupiat scire in specie omnes exceptiones, tam dilatorias, quam peremptorias, ac annomalas, latè exemplificat Asin. loco supra citato, ideo ad eum recurrat, hæc enim tantum apposita esse volui pro intelligentia terminorum pro iuuenibus.

546 † In verbo opponendi] quæro cum statutum nostrum statuat terminum opponendi intra quindecim dies, an sufficiat, quod intra dictum tempus opponatur verbaliter, adeo, quod sufficiat post dictum tempus probare; & dic, quod non, sed requiritur, quod ipsa oppositio probetur in dicto termino, cum statutum nostrum intellexerit de oppositione reali, non autem verbali, ita in termino statuti Roman. cons. 76. col. fin. vers. præterea non obstat, quem refert, & sequitur Asin. dicto §. 22. cap. 5. nu 4.

547 † In verbo, & probandi per omne genus probationum] quæro, an valeat probatio, si fiat post dictum tempus à statuto nostro præfixum, dic, quod non, vt dictum est supra in verbo terminus ex Asin. in d. praxi §. 15. cap. 3. nu. 2. limita tamẽ vt licet quis prohibeatur probare elapso termino ab hoc nostro statuto præfixo, non tamen prohibetur declarare post dictum terminum probatũ in termino, Felin. in c. licet causam limit. 10. de probat. Asin. in dicta prax. §. 22. capit. 6. ampl.

548 2. nu. 2. † facit, quod in simili dicimus de testib. quod, licet regulariter post publicatas attestationes produci nequeant, § quoniam vero in auth. de testib. Bart. in auth. quod semel C. de probat. Pratic. Pap. in form. oppon. contra testes in glo. suntq; publicatis, vbi latè appost. ad eum, Ant. Gabr. latissimè in suis communibus in tit. de te-

549 stib. concl. 21. † tamen bene admittuntur ad declarandum eorum dicta obscura, ita Gabr. d. concl. 21. nu. 80. in 26. limit. intelligendo, vt ibi per eum.

550 † Limitatur secundo, vt licet sit prohibitus probare elapso dicto termino, non tamen dicitur prohibitus vti confessione aduersarij post dictum terminum Io. And. in rub. ext. de probat. Felin. in c. ex parte in 14. limit. nu. 11. vbi Dec. extra de offic. deleg. Asin. §. 31. cap. 39. nu. 3.

551 † Fallit & pluribus alijs modis, in quibus quia post terminum admittitur ad probandum, quos latè congessit Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 22. nu. 70. vsq; ad numerũ 87. de quib. vide p eum.

552 † Sciendũ est, quod dũ statutum nostrum loquitur per illa verba, per omne genus probationum, voluit comprehendere omnes probationum species, quæ decem sunt, secundum Bal. in rub. de probat. prima probatio, quæ fit per instrumenta, secundo per testes, tertio per confessionem, quarto per iusiurandum, quinto per rem iudicatam, sexto per rei euidentiam, septimo per vehementẽ omnium opinionem, quæ inducit notorium actus non permanentis, octauo per rationem naturalem vt mors vulneris, nono per rationem coniecturalẽ ex coniectura legis, l. qui duos in fin. ff. de reb. dub. 10. per coniecturam hominis, de quibus omnibus videas Mascard. de probat. quæst. 4. nu. 3. cum seq. ex quo enim statuentes vsi sunt illa dictione, omnes, videntur voluisse comprehendere omnium probationum species, quæ continentur sub

553 generali nomine probationis † cum, qui omne dicit, nihil excludit vulg. l. 1. §. generaliter, ff. de

554 leg. præstan. † crediderim tamen, quod licet statutum nostrum loquatur generaliter de omnibus probationibus, tamen debeat intelligi de legitimis, & idoneis tantum, prout in terminis statuti Asin. in §. 19. cap. primo.

555 † Nota, quod per hæc verba omne genus probationum, testes iurati in termino non possunt deponere extra terminum, quod regulariter fieri potest glo. in l. pen. C. de testib. Bart. in l. damni §. sabinus n. 8. ff. de dam. inf. Asin. in d. §. 22. cap. 5. nu. 4. Marant. in suo speculo in sexto actu in verbo sin autem producuntur testes nu. 4. & 7. cum

556 † testium habilitas, vel inhabilitas attendatur tempore iuramenti, non autem depositionis, l. 3. §. duo vbi glo. ff. de carb. edict. Alex. cons. 78. nu. 4. lib. 1. & cons. 133. nu. primo, vbi appost. eod. lib.

557 primo, Farinac. de opposit. contr. examen test. quæst. 80. nu. 79. tamen hoc fallit in casu huius nostri statuti, scilicet, quando terminus est datus ad probandum per omne genus probationum, tunc debent testes iurare, & deponere in termino, Felin. in c. licet causam nu. 23. vers. 4. casus de probat.

558 † Fallit secundo, quando terminus est statutus à lege, vel à statuto ad probandum, prout in casu nostro, nam, cum verba legis, & statuti debeant intelligi de probatione integra, requiritur, quod testes sint iurati, & deposuerint in termino, ita Felin. in d. c. licet causam nu. 20. vers. primus est casus.

559 † Fallit tertio, quando est datus terminus ad probandum, & probatum habendum, nam tunc pariter requiritur depositio in termino, Felin. vbi supra nu. 22. vers. tertius est casus, Marant. in tertio actu in tit. de dilat. nu. 19. Farinac. de opposit. contra examen testium quæst. 80 nu. 85.

560 † Fallit quarto, quando iudex assignasset terminum ad probandum, per verba præteriti temporis, scilicet debeat probasse, ita Felin. vbi supra numero 21. vers. secundus est casus Farinac. dicta quæst. 80. nu. 87.

561 † Fallit quinto, quando datus est terminus ad probandum apertissimis documentis, Felin. vbi supra nu. 23. vers. quintus est casus, in his enim omnibus casibus debent iurare, & deponere in termino, non autem sufficit, si iurati in termino deponant extra terminum, & ideo sis cautus, vt obser-

nes hoc, quia video plurimos errare in hac nostra Ciuitate: hos omnes casus ponit Carpan. ad statuta Mediolani cap. 22. nu. 90. quos mutuo accepit ab ipso Felin. in d.c. licet causam, alios prosequitur Farinac. d. quæst. 80. opposit. 37. nu. 60. cum seqq. pluribus.

562 † In verbo, ac producendi, & ostendendi] quæro, an in casu huius nostri statuti productio instrumentorum debeat fieri parte citata, prout de iure requiritur, vt supra est demonstratum hoc eod. statuto in verbo vtrique parti per l. si quando C. de testib. Mascard. de probat. conclus. 922. nu. 3. Scac. de iudic. caus. lib. 2. cap. 11. conclus. 2. nu. 6. cum terminus producendi fuerit à statuto nostro præfixus; & dic, quod adhuc requiritur citatio, Bart. in l. qui ante calendas in fine ff. de verb. oblig. & in l. item illa in princ. ff. de constit. pec. Ias. in l. 1. nu. 10. C. quando libellus principi datus, imo, quod plus est, productio ista fieri debet non solum parte citata, sed etiam cum oblatione copiæ, Marsil. sing. 81. prout ita practicari testatur Carpan. ad statuta Mediolani cap. 22. nu. 112. & ad hoc allegat Crauet. in tract. de antiq temp. par. 1. vers. quæritur nu. 10. cum duobus seqq. non tñ. citatio esset necessaria, si scriptura produceretur solum pro informatione iudicis, Scac. d. lib. 2. cap. 11. numero 15.

563 † An autem iste terminus ad producendum datus à statuto debeat peti. assignari à Iudice, dicas, quod non, prout voluit Roman. cons. 176. Asin. in d. prax. §. 22. cap. primo, nu. primo, & dictum est supra de assignatione termini ad probandum.

564 † Sed quæro, an post dictum terminum pars admittatur ad producendum, dic, quod non, stante assignatione facta à statuto nostro, quo casu, post lapsum huiusmodi temporis, pars omnino à productione repellitur Bal. cons. 351. nu. 7. lib. 5. & cons. 67. nu. 8. lib. 5. Asin. hoc latè probans pluribus auctoritatibus d. §. 22. cap. 2. nu. 2. vbi limitat hoc duobus modis, primo, vt non procedat, quando ius actoris per hoc deterius factum non est, secundò quando pars, cui terminus statutus est, fuit legitimè impedita, in his enim duobus casibus post terminum instrumenta produci poterunt, vt ibi per eum, post plures DD. per eum cita-

565 tos † non est tamen omittendum, quod de iure communi instrumenta, & iura produci possunt vsque ad conclusionem in causa ecclesiastica regulariter, c. cum dilectus vbi omnes de fid. instr. prout animaduertit idem Asin. d. cap secundo, & tenet Marant. in suo spec. in 8. actu, in verbo, & producuntur scripturæ, & instrumenta nu. 47. Alex. cons. 37. nu. 2. & cons. 44. num. 8. lib. 2. Pract. Pap. in form. product. instr. in gl. fin, vbi latè appost. ad eum, & sic habes limitationem ad hanc regulam, vt non procedat, quādo terminus esset à statuentibus ad producendum præfixus, vt in casu nostro.

566 † Limitatur secundo hæc regula, quæ se habet, quod instrumenta possunt produci, non solum in termino probatorio, sed etiam vsque ad conclusionem in causa exclusiuè, vt non procedat in instrumentis de nouo repertis, Bart. in l. admonendi, vbi Ias. in repet. nu. 50. & Rip. nu. 45. & 49. ff. de iureiur. Menoch. de arb. iud. cas. 241. vbi hāc fallentiam pulchrè restringit tribus modis.

567 † Limitatur hæc regula pluribus alijs modis, vt per Ias. in repet. d. l. admonendi, nu. 61. vbi Rip. nu. 49. nouissimè Mascard. de probat. concl. 926. pet totam, vbi hanc regulam ampliat quatuor modis, & 16. limitat. vt ibi per eum, quare sum contentus solum demonstratione loci, ad quem recurras.

568 † Ad hoc autem, vt productio valeat, plura requiruntur; primo, quod fiat in termino præfixo à statuto nostro, vel secundum ius commune, vsque ad conclusionem in causa, vt supra dictum est, aduerte tamen, quod, si copia in termino producatur, si deinde transacto termino producatur originale, satis erit, nam productio ad tempus habile retrotrahitur, Asin. d. §. 22. cap. 7. secundo requiritur, quod scribatur, in actis per Notarium causæ, c. quoniam contra falsam de probat. cum ipsa sit de actis, Bal. in l. 2. col. 3. vers. iuxta hoc quæritur, C de eden. Pratich. Pap. in form. product. instr. in gl. exhibens nu. primo, Marant. in suo speculo in 10. actu sub nu. 2. Asin. vbi supra §. 22. cap. 15. tertio requiritur, quod fiat parte citata, vt supra dictum est; quarto requiritur, loquendo de iure, quod productio fiat coram Iudice, non autem coram Notario causæ, ex magis Doct. communi sententia, quam testatur Asin. pluribus hinc inde relatis, d. §. 22. cap. 16. loquendo tamen de consuetudine huius nostræ Ciuitatis requiritur, quod fiat coram Notario Banchi illius iudicis, coram quo lis pendet, & ita seruatur ex stylo, qui obseruandus est, cum sit optimus legum interpres, vt ostendit Asin. d. §. 22. cap. 16. vers. tertio limitatur vbi limitat regulam, quod productio debeat fieri coram Iudice tribus modis, vt ibi per eum, inter quos est, quando stylus esset in contrarium, vt in casu nostro, vt videmus quotidie obseruari; quinto requiritur, quod productio fiat data copia parti ad faciendas suas defensiones, si petatur, alias enim si instrumentum productum statim auferetur à Notario, nullo modo diceretur produxisse, & probasse, Asin. d. §. 22. cap. 8. vbi adducit duos casus, in quibus copia parti danda non est; sexto requiritur, quod is, coram quo fit productio, sit iudex, non autem consultor, Bart. & Bal. in l. cum à nobis per illum tex. C. de dilat. Asin. vbi supra cap. 9. septimo requiritur, quod productio sit realis, non autem verbalis, cum non dicatur productum, quod in iudicio solum allegatur, secundum Bal. cons. 110. circa finem lib. primo Asin vbi supra cap. 5. octauo, & vltimo requiritur, quod productio sit certa, clara, & specialis cuiuslibet instrumenti per se cum signis debitis.

569 † Non autem sufficit productio generalis, videlicet produco omnia instrumenta, & iura, quæ sunt in sacculo, Pratich. Pap. in d. form. product. instr. in gl. fin. nu 1. Ias. in l. titiæ textores, nu. 7. ff. de leg. primo, Rip. in l. 2. nu. 22. C. de eden. Crau. de antiq. temp. in prima par. nu. 150. in fine. Asin. d. §. 22. cap. 6. nu. primo, quod intellige, vt procedat parte opponente, alias enim, parte non opponente, valeret, Cagn. in d. l. 2. nu. 63. & hanc opinionem veriorem esse testatur Crau. vbi supra nu. 158. ad finem, & hanc magis communem pariter testatur Asin. d. cap. 6. vbi latissimè, & præsertim nu. 5. licet contra eam teneat Scac. de iud. caus. lib. 2. cap. 11. nu. 42. & seq. vbi latè disserit de hac generali scripturarum productione in sacculo, & de protestatione, quæ adhibetur.

570 † Quæro modo pro cōplemento, quæ veniant producenda, & dic, quod primo producuntur instru-

571 menta, † instrumentorum autem appellatione venit omnis scriptura causam instruens l. prima ff. de

de fid.instr. gl. & DD. in rub. C. de eden. Marant. in d.verbo, & producantur scripturæ, & instru-
572 menta nu. 1. † Item Instrumentorum appellatione veniunt etiam testes, Pract. Pap. in for. product. instr. in gl. exhibens, & producens nu. 3. DD. in l. si ex falsis, C. de transact. Lafranc. in c. quoniam contra. vers. instrumentorum productiones de pro bat. Ias. in l. admonendi. nu. 322. ff. de iur. iur. Item appellatione instrumentorum de proprietate ver-
573 borum continentur scripturæ priuatæ, † licet de communi vsu loquendi minimè compræhendantur, ex Bart. in d. l. 1. num. 2. ff. de fid. instr. cuius opinio est communiter à DD. approbata, quam testatur Asin. d. §. 22. cap. 4. nu. 10. hinc est secundum eum, num. 11 quod cum statuta secundum communem vsum loquendi intelligenda sint l. qui
574 labeo, ff. de carb. edict. † appellatione instrumentorum facta à statuto non veniunt scripturæ priuatæ, nisi statutum adijceret iura, nã tunc cõpræhenderentur, Castr. in l. 1. nu. 8. vers. ad producenda iura, C. de iuram. calum. Asin. d. c. 4. nu. 13.
575 † Item producenda veniunt statuta corã Iudice appellationis, quando sententia primo loco lata, fuit fundata super dicto statuto, nisi Iudex appellationis esset in loco iudicij, prout sunt communiter Iudices Collegiorum Ciuitatum huius dominij, coram quibus non sunt producenda statuta, quando sunt in eadem Ciuitate, Asin. d. §.
576 22. cap. 17. in prima limit. † & etiam in causa principali quoq; veniunt producenda statuta alterius loci, necnon, & reformationes in volumine statutorum non redactæ, nec insertæ, ipsæ enim quoq, etiam in loco iudicij producendæ veniunt, Asin. d. §. 22. cap. 17. in 2. & 3. limit. alias autem statuta in loco iudicij producenda non sunt, cum eorum statutorum iudex certus esse debeat, Bart. in l. omnes populi, col. pen. in fine, ff. de iust. & iur. cum alijs pluribus, de quibus per Asin. loco supra citato.
577 † Nunc reliquum est videre, nunquid productioni instrumentorum renunciari possit, & dic breuiter tam productioni faciendæ, quam ipsis instrumentis iam productis posse per partes in iudicio, non extra renuntiari. Bart. in l. si aduersus, nu. 2. C. de fid. instr. & in auth. iubemus per illũ tex. vbi Bal. Castr. Salic. & Ias. C. de Iud. Asin. d. §. 22. cap. 12.
578 † Fallit tamen hoc in criminalibus, in quibus reus non potest accusatus renunciare aliquibus probationibus, vel defensionibus, gl. in l. pactum, inter heredem, vbi DD. & præcipuè Ang. ff. de pact. Ias. in d. auth. iubemus, nu. 7. Asin. d. cap. 12 limit. 2. Ias. in l. edita, nu. 22. C. de eden. Farinac. de inditijs, & torturis, q. 39. num. 51. & seqq. qui alios citat.
579 † Intellige tamen, vt hæc limitatio procedat quoties ageretur de imponenda pęna corporis afflictiua, & ita communiter acceptum à DD. testatur Clar. in §. fin. prax. crim. q. 49. num. 16. vers. quæro nunc, vbi sublimitat hanc fallentiam, non procedere, quoties reus fuisset spontè confessus, & ei fuisset assignatus terminus à Iudice ad faciendas suas defensiones, nam tunc dicto termino posse renunciare, & ita solere Iudices huiusmodi renuntiationibus apponi facere clausulam, quia scit se nullam habere defensionem iuxta dictum Bal.
580 in l. raptores, nu. 4. C. de episc. & cler. † admonet tamen ibidem Clar. iudices, vt caueant reos inducere ad faciendas renuntiationes, ne super ipsis, & eorum filijs cadat ira Dei, videas tamen nouẽ casus in quibus valet renuntiatio, quos ponit Felin. in c. cum venisset de test. lib. & in c. quærenti nu. 3. de for. compet. & in c. si diligenti, eod. tit. & vide Ang in l. custodias, vbi Imol de pub. iud. vbi limitat hanc fallentiam non procedere in latronibus, qui similiter validè possunt suis defensionibus renuntiare, & alia plura plenè in materia videri possunt per Farinac. de inditijs, & torturis, quæst. 39. num. 51. cum pluribus seqq.
581 † An autem renuntiari possit allegationibus iuris, & quid, si simpliciter sit renuntiatum, de quibus intelligatur, de iuris, an facti, vide Asin. vbi supra, cap. 13. cum cap. seq. post Bar. & DD. in dicta auth. iubemus tenentes posse renuntiari, sed ea nõ attenta allegari posse.
582 † Quæro vltimo nunquid instrumentum producens censeatur fateri omnia in eo contenta, & dic, quod sic, DD. in c. cũ venerabilis, scilicet Abb. nu. 31. Felin. nu. 22. Paris. nu. 56. de except. cum infinitis alijs, de quibus per Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 45. nu. 1. vbi latè hanc regulam cũ ampliationibus, & limitationibus exornat, Mascard. de probat. conclus. 915. instrumenta producens, sed melius, & plenius Sigismund. Scac. de iudic. causarum, lib. 2. cap. 11. nu. 408. cum pluribus seqq. vsq; ad numerum 523.
583 † Et hoc procedit etiam respectu partis, contra quam producitur instrumentum, nam, si nihil opponat, præsumitur & ipsa dictum instrumentũ approbare, & verum fateri, Iacob. de Arena in l. vltima, & ibi Bal. in secũda opposit. C. si cer. pet. Host. in c. quoniam contra, vbi Butr. de probat. Alex. cons 185. in fine lib. 6. Guid. Pap. q. 221. col. vlt. & Clarius q. 404. Boer. q. 36. Crauet. de antiq. temp. in 5. particula primæ partis principalis num. 24. Menoch. de præsumpt. d. lib. 2. præsumpt. 46. per totam, vbi latè de hoc ad plura inferens.
584 † Quid autem operetur clausula, quæ in productione instrumentorum semper est apponi solita, scilicet producens in illis passibus in eius fauorem facientibus tantum, & non vltra, videas Practic. Pap. in form. product. instr. in gl. in illis passibus, vbi latè, appostill. ad eum, Barb. cons. 17. col. 15. lib. 2. Rom. cons. 433. circa finem, Asin. in d. §. 22. cap. 6. nu. 5. Scaccia dicto tract. de iud. causarum lib. 2. cap. 11 nu. 429. & seq.
585 In verb. ipsoq; termino elapso statim &c. intelligatur ipso iure publicata] Nota, quod vigore dicti statuti publicatio inducitur ipso iure, absq; aliqua sententia iudicis, Tiraq. in repet. l. si vnquã in verbo reuertatur, num. 446. C. de reuoc. donat. & hoc idem disponitur per Nou. Const. Med. in tit. de iu-
586 dicijs, §. quo finito quæcunq; &c. † de iure autẽ cõmuni, publicatio processus debet fieri altera parte instante, præsente etiam altera parte, vel ea citata, & in contumaciam, alias non valeret, Bal. in l. gesta, col. 2. vers. quæro qualiter, C. de re iudic. Marant. in suo Specul. actu. 11. de processus publicatione, num. 2. & ita etiam Papiæ fieri solet
587 à Iudice, parte citata, † sciendum tamen est publicationem necessariò faciendam non esse, nec esse de substantialibus ipsius iudicij, & ideo posse omitti, & procedi ad vlteriora, nec per hoc vitiari processum, Abb. & Felin. in cap. cum I. & A. de re iud. Marant. vbi supra, nu. 4. Bar. & Alex. in l. properandum, C. de iudic. de magis cõi Asin.
588 in dicta praxi, §. 3. cap. 10. nu. 2. † Sed quæro nũquid sententia ob intermissam publicationem fit

nulla, & dicas simpliciter quod non, cum per supradicta, publicatio dicatur de ordine iudicij, non
589 de substantia ipsius iudicij, † respectu verò iudicis, processus semper dicatur publicatus Innoc. in c. cum I. & A. vbi DD. communiter, de re iud. verum tamen est, quod, si pars publicationem
590 processus petiuit, † & iudice recusante hoc facere, appellauit, tunc bene sententia erit nulla, alias, si non appellasset, secus: ita Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. process. numero 4. Dec, Tholos. 396. ac 421. Asin. vbi supra, dicto capit. 10. num. 3. Menoch. de arb. ind. q. 33. nu. 1. cum seqq. tribus, vbi limitat non procedere in causis arbitrarijs, in quibus poterit iudex secundum eum, etiam parte petente publicationem spernere.

591 † Debet autem fieri huiusmodi publicatio coram eo iudice, coram quo lis pendet, ad hoc, ne causæ continentia diuidatur, l. nulli, C. de iud. Practic. Pap. in form. publicat. testium in gl. prima, nu. primo.

592 † Hinc est, quod, si Iudex receptionem testium alicui delegauerit, ipse delegatus non habet eos publicare, sed debet eorum depositiones clausas remittere ad Iudicem delegantem, coram quo postmodum fiat publicatio, Bart. in l. cum ab initio circa finem, ff. quemadm. testam. aper. Rip. Auus meus, in l. 2. nu. 32. vbi Cagnol. nu. 81. C. de eden. Marant. vbi supra nu. 6. vers. sed quæritur.

593 † An autem in causis summarijs requiratur publicatio testium, & tunc, si pars non petat, dicas non requiri, nec esse necessariò facienda, prout nec etiam in causis ordinarijs, vt supra diximus; aut pars petit, & tunc dicas necessarium esse, maximè, quando petit pars, contra quam sunt productæ attestationes, ita appost. ad Pract. Pap. in form. publicat. testium sub gl. vnica, Marant. in suo specul. in 9. distinct. princip. iudiciorum, nu. 22. sit tamen cauta pars, ut supra dixi, ut si Iudex in causa summaria deneget publicationem, appelle; alias diceretur tacitè acquiescere, c. ex parte de appell. l. 1. C. si sepius in integr. restit. post. fuerit Marant. dicto num. 22. Asin. d. cap. 10. nu. 4. ac Vant. dicto num. 40.

594 † Quæro modo, quos operetur effectus publicatio, & dic plures, quorum nonnullos dicemus, cæteros poteris studendo addere; primus igitur effectus est, quia, si petatur à parte, & Iudex eam deneget, adeo, quod ab huiusmodi denegatione sit appellatum, sententia, & processus dicuntur nulli, ut supra dixi; Secundus est, quia regulariter testes post publicationem produci nequeunt, §. quoniam uero in auth. de testib. Bart. in auth. qui semel, C. de probation. Practic. Pap. in form. oppon. contr. testes, in gl. suntque publicati, vbi latè appost. ad eum, latissimè Gabr. in suis communibus, in tit. de testibus, concl. 21. Farinac. de testibus, quæst. 75. per totum, vbi latissimè. Tertius est, quia testes à iudice recepti faciunt fidem in alio iudicio, si sunt publicati, alias, secus, Bart in l. gesta, num. 5. ff. de re iud. Felin. in capit. cum I. & A. nume. 4. de re iudic. Barbat. consil. 19. column. 5. in fine, libr. primo, Alex. in l. 2. num. 23. vbi Purpur. num. 120. & ibi Rip. C. de eden. de communi, Dec. in capit. cum causam, il primo, num. 4. de testibus, hanc magis communem, ac receptam pluribus alijs citatis testatur Menoch. de arbit. iudic. quæst. 33. nume. 8. Quartus est, quia attestationes testium non prius sunt edendæ parti, quam post factam publicationem, ante enim debent esse seruatæ penes iudicem, & actorum notarium, timore subornationis, gl. in l. is, apud quem, vbi Bal. & cæteri DD. C. de eden. Marant. in suo speculo in verbo actorum ædicio fieri solet, num. 56. cetera adde per te, & diffusè, ac ad nauseam vsque, vide penes Farinac. de testib. d. q. 75. per totum.

In verbo ita, quod de eis fiat copia] latè, quando actorum copia danda sit parti, dictum est supra, ideò amplius non repeto.

In verbo, & quod quibuscumque positionibus] De forma responsionis ad positiones multa possent scribi, sed loca sunt vulgaria, & plena, ideo sufficit demonstrare locos videndos; In primis itaque est videndus Practic. Pap. in form. except. contra positiones per totum, Specul. in tract. positionum, DD. omnes post Bart. in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. vbi est locus ordinarius, Bal. cons. 176. volum. 3. & 239. volum. 3. Bart. Ias. ac ceteri, in l. 1. ff. de vulg. & pup. Mascard. de probat. concl. 1177. Surd. decis. 196. &
595 258. Asin. in praxi, §. 19. cap. 18. † Et præter supradictos DD. quid importet illud verbum simpliciter, Dec. in c. præterea, in princ. de off. de-
596 leg. † nota tamen, quod si quis mendaciter respondeat, poterit contra talem in litem iurari, Plot. in repet. l. si quando, num. 659. C. vnde vi. plura circa materiam positionum, videas inf. ad statutum 28. sub rubr. de responsionibus faciendis positionibus.

597 † In verbo teneatur pars respondere] Adde, quod tenetur etiam iurare de calumnia, & etiam iurare sine aliqua alternatione, nec aliquo alio verbo adiuncto; potest tamen cogere in primis ponentem ad diuidendum positionem multiplicem, vt disponit statutum 28. infr. cod. volum. Sed est aduertendum, quod Causidici hodie occurrunt, & solent in suis positionibus ponere hanc clausulam, videlicet ponens, & diuidens eas, & earum multiplicitatem in singula diuisa capita, & has positiones pars, contra quam factæ sunt, non potest negare, modo concernant eius factum proprium, aliter cadit in pœnam librarum decem Papiæ, idest quinq; Imperialium, vt disponit statutum 31. inf. cod. vol. & vlterius positiones habentur pro confessis, modo, & forma, quibus positæ sunt, vt disponit decretum 25. infra, & disponunt Nouæ Constit. Mediolani, in tit. de
598 iudic. cap. positionibus, † & nota, quod prohibitis probationibus, non prohibentur positiones, & articuli, quia per eas non dicitur uelle probari, sed releuari ab onere probandi; Felin. in rubr. de probation. column. fin. Bal. in auth. nouo iure, column. fin. C. si cer. pet. Castr. in rub. in fine C. de probat.

599 † An autem pendentibus positionibus, currat terminus ad probandum, dic, quod non; Paul. Castren. in l. 1. column. 2. C. de iuram. calum. num. 3.

600 † In uerbo sine ulla conditione] quomodo autem conditio possit respui in responsione, & qualiter admitti, glos. & notabilis, ubi Bald. & alij, in l. si quidem, C. de except. & per DD. communiter in d. l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de uerborum obligat. Surd. decis. 196. & 258.

601 † Et quid in causa criminali, an confitens delictum cum aliqua qualitate excusetur à pœna, communis est conclusio stari dicto absque aliqua qualitate, ut puta, si interrogatus dicat

se se-

se fecisse homicidium, tamen ad sui necessariam defensionem perpetrasse, ita Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsijt, ff. de liber. leg. per tex. in l. 1. C. de Sicar. Boss. in tit. de confess. nu. 19. Abb. & Felin. in cap. auditis de præscription. Aret. in §. item si quis, il secundo, vbi Ias. num. 25. Inst. de action. Clar. in §. fin. praxis crim. q. 55. vers. posset quoq; vbi Baiard. in addit. ad eum, n. 41. latè Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de Maleficijs, concl. 19 per totam, Bertazol. cons. 27. & cons. 449. nu. 31. vbi declarat dictam doctrinam, Bart. in d. l. Aurelius, Ioseph Lud. decis. Perus. 19. Mascard. de
602 probat. conclus. 867. per totam, vbi latissimè, † quare cautela est secundum eundem Clar. d. q. 55. nu. 16. vers. cautius, quod reus neget homicidium, subijciendo, & si id feci, feci ad meam defensionem, nam tunc huiusmodi responsio admittitur, & habetur pro pura negatiua, Baiard. sequitur in addit. ad eundem Clar. vbi supra, nu. 47. & 48 vbi vult huiusmodi responsionem admittendā, etiam si statutum mandaret accusationi simpliciter responderi debere, & ad hoc allegat Bal. in l. 1. sub nu. 2. C. de ædilit. edict. Felin. in c. præterea in princ. de off. deleg. Boss. in tit. de confess. nu. 30.
603 † In verbo alioquin responsio facta] vid. inf. ad statutum 28. de responsionibus faciendis positionibus, & vide per Franc. Curt. in tract. de iuram. calumn. in princ. versic. 9. in tertio breuiloquio,
604 Alex. cons. 59. vol. 4. † requiritur tamen interlocutoria Iudicis post accusatam contumaciam contra non respondente, non autem potest fieri ante cōtumaciam, Bart. in l. eius qui ff. de iur. fisc. Felin. in c. Rodulphus de rescript. Marsil. cons. 10. nu. 18. & cons. 52. nu. 17. & contrarium nō posset probari, Plot. in l. si quando, nu. 738. C. vnd. vi.
605 † In verbo, & immediatè post ipsum terminum] Nota, quod iste terminus ad reprobandum datus currit continuatiuè, immediatè, ac ipso iure, post terminum datum ad probandum, Bal. in l. 1. nu. 3. C. de cond. insert. Tiraquel. in l. si vnquam in verbo reuertatur, nu. 125. C. de reuoc. donat. nec debet dari iste terminus à iudice, cum sit datus à statuto, Orian. in c. quoniam contra cap. 3. de dilat. nu. 8. de probat. Asin. d. §. 15. cap. primo, & dictum est supra in termino ad probandum statuto, & dum statutum nostrum statuit terminum decem dierum ad reprobandum post terminum probatorium, conuenit cum Nou. Constit. Med. in tit. de iudic. §. habēt dehinc partes. vbi idem disponitur, debet autem iste terminus ad reprobandum, etiam de iure communi esse separatus à termino, ad probandum, c. licet causam in verbo post hoc, vbi DD. de probat. Alex. cōs. 44. n. 8. lib. 2
606 † Quæ autem exceptiones possint obijci ad reprobandos testes, & instrumenta producos, & producta, videas latè per Practic. Pap. in form. oppon. contra instrumenta per totum, & in form. opp. contra testes, quibus in locis latè tractat de dictis positionibus.

Et primo contra instrumentum solent plura opponi, & inter alia, quod instrumentum caret debitis solemnitatibus requisitis à iure, quo casu non probat viuente Notario, eo autē mortuo semiplenè probat, prout de communi in vtroq; casu post Bart. & Ias. in l. admonendi, n. 161. cū tribus seqq.
607 ff. de iureiur. † Et Notarius omittens in instrumento ponere debitas solemnitates falsi pœna tenetur, Neuiz. cons. 24. nu. 12. teneturque parti ad damna, & interesse, Plot. de in lit. iurand. nu. 618.

latè quæstionem ampliando, & declarando nouissimè Farinac. in tract. de falsitat. & simulat. q. 157. part. 1. quæ autē sint requisita instrumenti, videas per gl. in l. generaliter, C. de tabel. lib. 10. Specul. in tit. de instr. edit. §. breuiter in princ. Rip. Auū meum remissiuè in d. l. admonendi, nu. 160. Practic. Pap. in form. product. instrum. in gl. exhibens
608 nu. 8 † Secundò quod sit abrasum, interlineatum & cancellatum, quæ vitia quando reddant instrumentum imperfectum, & inualidum, videas Practic. Pap. distinguentem in form. oppon. contr. instrum. in gl. tum quia est abrasum, videas etiam Alex. cons. 114. col. 1. lib. 7. & cons. 59. nu. 5. vbi appost. lib. 2. Bal. & Castr. in l. si vnus, C. de testam. latè Ias. cum ampliationibus, & limitationibus, in l. fin. nu. 19. C. de edict. diu. Adr. toll. vbi Dec. num. 37. in quibus locis latè habetur, quando non valeat instrumentum cancellatum, vel abrasum, & an valeat, si Notarius in eo testetur se fecisse rasuram, siue cancellaturam, videas eundē Castr. & Bal. in d. l. si vnus Alex. d. cons. 59. nu. 5. cum seq. Ias. in d. l. fin. nu. 19. vers tertio limita. & in d. l. si vnus latissimè Farinac. in tract. de falsit. & simulat. quæst. 153. per tot. 2. 3. & seq. vbi pertractat quando cancellatio, abrasio, interlineatio, additio, & appostillæ, instrumentum falsum esse præsumant, vel id minus, & ibi latissimus est campus.
609 † An autem abradens instrumentum dicatur falsum committere, dic, quod sic ita Clar. in prax. crim. §. falsum, nu. 25. vbi Baiard. in addit. ad eum nu. 197. cum seq. latè ampliando Farinac. d. tract. de falsit. & simul. quæst. 153. part. 4. nu. 63. & seq.
610 † Tertiò quod fuit confectum ab aliquo non publico, nec authentico notario, quo casu non probat, vt latè per Ias. in l. barbarius, nu. 48. & nu. 57. ff. de off. pro cons. & leg. Farinac. per regulam & declarationes in tract. de falsit. quæst. 155. nu. 91. cum seqq. pluribus, vbi nu. 142. & seqq. ponit de notario condemnato de falso.
611 † Qualiter aut probetur, quē fuisse Notarium, docet Practi. Papien. in d. form. oppon. contr. instrum. in gl. non fuit, vide latissimè Mascard. de probat. concl. 1098. per tot. vbi docet septem modos probandi, quem notariū, vt ibi per eum, videas etiam ad hoc latè Asin. in sua praxi iud. par. 2. §.
612 3. cap. 14. cum seqq. pluribus, † & inter alios modos probandi Notarium, maximè, quando instrumentum fuit in longinquis partibus cōfectum, est in vsu hodie modus, qui fit per literas testimoniales legalitatis Notarij factas per ordinarium loci, in quo habet domiciliū Notarius, qui fecit instrumentum, Practi. Pap. in d. gl. non fuit, nu. 2. Mascard. vbi supra nu. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 78. nu. 14. Papiæ autem solent d. literæ fieri per Collegium Notariorū Papiæ, vel per vnū ab eo electum, vel per decuriones ipsius Ciuitatis.
613 † Nō est tñ ommittendū, q̄ si quis, qui in veritate non erat Notarius, cōi tñ opinione reputabatur talis, plura instrumenta confecit, q̄ tñ huiusmodi instrumenta nō valent, sm̄ magis cōmunē opinionem, Bart. in l. actuarios, vbi appost. ad eum, C. de numerar. & actuar. lib. 12. Alex. cons. 138 nu. 2. ac 10. vbi testatur de magis communi, lib. 1. & de magis communi, Ias. in l. Barbarius, nu. 45. & 48. ff. de off. proconf. hanc etiam cōmunē dicit Appost. ad Felin. eo reprobato in c. 1. sub nu. 18. de fid. instr. hanc pariter communē testatur Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de probat. concl. 1. num. 24. hanc etiam communem, & veriorem fatetur

Mascard.de probat. conclus.649. num. 47. & 49. idem Gabr.de probat.concl.8.nu.24. Farinac. in tract.de falsit.& simulat. q.155. nu.91. & seq. vbi etiam refert tenentes contrariam sententiam, & ampliat,& declarat,ad quem me remitto.

614 † Et ex hoc habes limitationem ad vulgatam regulam,quod communis error facit Ius, de qua in l.Barbarius, vbi DD. ff. de off. Procons. & latè per Mascard. d.concl.649. per totam.

615 † Limita tamen hoc, quod dicitur de Notario, vt non procedat,quando quis sciente, & patiente superiore, qui habet potestatem creandi Notarios, ingressus esset possessionem conficiendi instrumenta,nam tunc per eum gesta valent,c.consultationibus de iur. patron. Alex.d.cons. 138. n. 8. lib. 1. Ias. in d. l. Barbarius, num. 52. vbi etiam tradit alias quatuor limitationes,de quibus etiam per Mascard. d.concl.649. nu. 50. cum nonnullis seqq. Farinac. dicto tract. de falsit. & simulat. q. 155. num. 93. cum seqq.

616 † Punitur autem,qui se falsò faciens Notarium confecit instrumenta pœna capitis; Menoch. de arb. iud. cas.220. nu. 8. cum seq. quem refert, & sequitur Baiard.in addit. ad Clar. in d. §. falsum. num. 81.

617 † Quartò contra Instrumentum solet opponi, quod Instrumentum est simulatum,scilicet, quod contrarium fuerat prius inter partes actum eius, quod in Instrumento reperitur descriptum,vt per Practic.Pap.in form.oppon.contr.instr.in gl.tum quia fuit, & tunc non valet, quod in Instrumento continetur, sed debet seruari, quod prius inter partes conuentum fuerat; l. 2. & toto ti. C. plus valere, quod agitur, quam quod simulatè concipitur, & quoties principalis contractus est simulatus, tunc omnia corruunt, Dec. cons. 366. nu. 13. Gozad.cós.28.nu.36. Cur.Iun.cons.131.n.12

618 † adhoc autem, vt Instrumentum dicatur simulatum, requiritur, quod partes tacitè prius ante contractum conuenerint de simulando, alias si ista conuentio interuenerit ex post facto secus,

619 Alex.cons.29. col 6. in fine lib. 7. † & scias, quod simulatio plus inualidat contractum,quam dolus, cum ex traditione facta virtute simulati contractus non transferatur dominium, neq; possessio, l. emptor, ff.de aqu. pluu. arcen. quod tamen secus est in traditione facta virtute contractus dolosi, l. eleganter, §. primo, vbi gl. ff. de dol. ita Ripa Auus meus.in l. nemo potest, nu. 67. ff. de leg. 1.

620 † adeo, quod simulatio officiat instrumento, vt contractus simulatus contractus dici non possit, l. imaginaria, ff. de re iud. l.simulatæ nuptiæ, ff.de rit. nupt. Rip. in d.l. nemo potest, num.65. vbi ex hoc infert nu.66. quod stante statuto, quod contra instrumenta nulla possit opponi exceptio, nisi per aliud Instrumentum, poterit tamen opponi exceptio simulationis, Bart. in l.prima, §. & parui, ff. quod vi,aut clam,cuius opinio est communiter damnata,vt per Ias.in d. l. nemo potest, in 1. lect. Felin.in c.ex parte,il secundo,col.4. de off.deleg. cum alijs pluribus allegatis per Rip.loco supra citato, Ozasch. decis. 122. num. 2. plures adducit Grass. in tract. de except. excep. 12.

621 † Adhoc autè,vt quis possit dicere contractum simulatum,tenetur hoc dilucidè probare, l. sed si maritus in fine, ff.qui. & à quibus, & specificare speciem simulationis, cum plures sint simulationis species, de quibus per Rotam decis. 481. in Nouis, & per Bartol. in l. post contractum, ff. de donat. Menoc.de præsumpt.lib.3.præsumpt. 122. num. primo, Bart. cons. 65. Petrus Nicola lib. 1. Afflict. in cap. primo in princ. num. 11. de feudo dato in vicem legis commissoriè ita Cagnol. in l. imaginaria nu.8. ff. de reg.iur. Mascard. de probat.concl.449.nu.1. cum seq. post Dec.ibi Grass. de except. excep. 12. nu. 12. & seqq. & num. 14. ait requiri causam ipsius simulationis, Honded. cons.46. num.3. lib.primo, Alb.cons.9. num.1. & cons. 97. num. 28. modus pariter quo fuit simulatio contracta, ac certa persona propter quam esse probanda testati sunt, Hond. dicto cons. 46. num.4. Grass. dicta excep.12.nu. 16. & seq.potest tamen probari simulatio præsumptionibus,& cóiecturis, Mascar.de probat. conclus. 438. num.7. Menoch.de arb.iud. cas.247. per totum.

622 † Ex quibus autem probetur contractus simulatus, latè videas per Mascard. d. concl. 438.nu. 14. cum seqq. concl. vsq, ad concl. 449. vbi lato campo tradit modos probandi contractum simulatum, & præsumptiones, videas etiam adhoc Ioseph Ludou. in suis communibus conclus. 51. Practic.Pap. in forma libelli in causa venditionis, in gl. 1. num. 3. vbi ponit nonnullas præsumptiones simulationum, vbi appost.ad eum, Menoc.de arb.iud. cas. 13. & cas. 39. vbi etiam ponit multos casus, in quibus cessat suspicio simulationis, idem Menoc. de præsumpt. lib.3. præsumpt. 122. vbi tradit viginti sex præsumptiones contractus simulati, in supradictis enim locis habes plenam materiam probandi simulationem, Becius cons. 52. per totum,omnium latissimè Farinac. in tract. de falsit.& simulat. q.162. cum pluribus seqq. vbi plenissimè,quid sit simulatio, quotuplex,quid differat à fraude, & falsitate, quando contractus simulatus sit nullus, quando de simulatione agi,vel excipi potest, quomodo simulatio probetur.

623 † Sed quæro, nunquid valeat pactum, quod nõ possit allegari exceptio simulationis, & dic, quod non: Bart. in l. nemo potest, vbi Alex. & cæteri DD.communiter,& præsertim Rip.num.68. ff.de leg.primo, Felin. in c. si diligenti in 9. col. de for. comp. Cepol. in tract. simulationis contractuum præsumpt. 62. Grass. de except. dicta except. 12. num. 22. Farinac. de falsit. & simulat.quæst.162. num. 17. & seqq.

624 † Limitatur hæc conclusio duobus modis, vt per Rip. in d.l. nemo potest, num.72. vers. istam conclusionem limita dupliciter, primò vt procedat in pacto incontinenti apposito, secus autem, si ex interuallo, arg. l.2. C. quod met. cau. Bar. in d. l.nemo potest.

625 † Secundò limitatur non procedere, quoties partes in instrumento iurassent omnia in instrumento contenta vera esse, vt communiter fieri solet in omnibus instrumentis, nam tunc stante tali iuramento assertiuo, non licet allegare exceptionem simulationis, DD. communiter in d. l. nemo potest, vbi Rip. num. 75. vbi hanc limitationem restringit tribus modis, & dicit: se valde dubitare super ista limitatione communi; tu autem intrepide eam teneas, quam etiam tenuit Alexander in l. seius,& augerius, ff. ad l. falcid. & in dicta l. nemo potest, & consilio 36. numero tertio, lib secundo, vbi appost. ad eum, & ibi etiam tradit R. Dominus Præceptor meus Dominus Marcus Antonius ex Comitibus Rouescallæ vir nunquam satis laudatus, & Concilis, ac Collega meus profitendo matutinis horis,

Natt.

Natt.conſ.145. col.5.nu.11.& conſ.305.col.pen. hanc communem confirmat Rol. à Vall.conſil.93 num.22. lib.primo, appoſt. ad Practic. Papien. in d. gl. tum quia fuit, Gramat. deciſ.45. nu. primo cum ſeq. & deciſ.89. Honded.conſ.46 num.6. lib. primo, Serafin. de priuil. iuram. priuil.59. Rott. Auen. deciſ.67. nu.2. Borgnin. deciſ.9. nu.27. part. prima, Turret. conſ. primo, nu.16. lib. primo, Farinac. de falſit.& ſimulat. q.162. nu.83. & ſeqq.

626 † Amplia hanc limitationem adeo veram eſſe, vt ſtante dicta clauſula, quis non admittatur ad allegandam ſimulationem, etiam dato, quod obtinnerit habilitationem à iuramento, quæ hoc in caſu nihil operatur, Alex. d.conſil. 36. num.3. licet ibi Appoſt. videatur tenere contrarium, Aret. in d.l. nemo poteſt, vbi Iaſ. in prima lect. num. 46. D. Roueſcala Præceptor meus, loco ſupra citato, Grammat. dicta deciſ.45. vide tamen latè queſtionem examinatam apud Serafin. de priuil. iuram. priuil.59. nu.2. & ſeq. Graſſ. alios referentē dict. except. 12. nu. 29. & ſeqq.

627 † Reſtringe tamen hanc limitationem, vt non procedat in ſimili iuramento in inſtrumento appoſito, quod nō conualidat contractum ſimulatum, nec impedit exceptionem ſimulationis, ſecundum gl. communiter approbatam in l.3. C. plus valere, quod agitur &c. Alex. in l. ſeius augerius, nu. 13. ff. ad l. falcid. & in d.l nemo poteſt, nu.16. vbi Iaſ. in prima lect. nu.44. & Rip. nu.76. ff. de leg. primo Idem Iaſ. in §. fuerat, nu.87. inſt. de action. Farin. Honded. Serafin. & Graſſ. in locis ſupra citatis.

628 † Quintò contra Inſtrumentum ſolet opponi, quod eſt falſum, quo caſu non valet, & reprobatur; Practic. Pap. in dicta form. oppon. contra inſtrum. in gl. dignoſcitur, vbi admonet partes, ne ad hanc oppoſitionem falſitatis recurrant, niſi ex magna, & euidenti cauſa, propter magnum periculum, quod oriri poſſet ex hoc ob difficultatem probationum, & iſta exceptio falſitatis non venit in ſtatuto reijciente omnes exceptiones, Bart. in l. ſi veritas, C. de fideicom. Menoch. de præſump. lib. 2. præſumpt. 48. num.40. Turret. conſil. 74. num.37. lib.1. Graſſ. de except. except. 29. num. primo, & ſeqq.

629 † Quibus autem Inſtrumentum probetur, vel præſumatur falſum, videas latè poſt Practic. Pap. vbi ſupra, Menoch. de præſumpt. lib.5. præſumpt. 20. Maſcard. de probat. concl. 740. vbi latiſſimè habetur ex quibus præſumatur falſum, & ex quibus non, Bertazol. conſ.521. nu.6. cum ſeq. vol.2. plures coniecturas falſitatis inſtrumenti ponit Menoch. de arb. iud. caſ.187. num.34. vſque ad finē, Farinac. in tract. de falſit. & ſimul. q.152. per totū,

630 vbi latiſſimè de falſitatis præſumptionibus, † & an inſtrumentum præſumatur falſum, quando teſtes in eo deſcripti negant ſe fuiſſe præſentes; & dic, quod ſic, gl. in l.1. §. fin. in verbo ſuſpecto, ff. quemadm. teſtam. aper. Alex. conſ. 77. nu. 2. lib. primo, Practic. Pap. vbi ſupra, num. 4. latè Menoch. de arbitr. iud. caſ. 105. vbi ponit quid circa hoc habeant deponere teſtes, adhoc, vt probent, vide etiam latè Baiard. in addit. ad Clar. in §. falſum, vbi plura circa falſitatem inſtrumenti ponit Farinac. de falſit. & ſimulat. quæſt. 158. per totam, & q. ſeqq.

631 † Qua autem pœna puniatur Notarius fabricās falſum inſtrumentum, vide Clar. in d. §. falſum. num. 17. vbi teſtatur in hoc ducatu ſeruari, quod Notarij pro prima falſitate puniantur pœna citra mortem, pro pluribus vero igne comburantur, & ita ſe vidiſſe obſeruari, videas etiam ibi Baiard. in addit. ad eum, nu.76. cum ſeq. & opiniones plures quo ad pœnas Notarij falſum inſtrumentum fabricantis, nouiſſimè tradit Farinac. de falſit. & ſimulat. q.155. per totum.

632 † An autem inſtrumentum in parte falſum, præſumatur in totum falſum, vide latiſſimè Ant. Gab. in ſuis communibus, in tit. de Malef. concl 3. per totam, Felin. in c. fraternitatis, nu.16. cum ſeq. & de hæret. Foler. in practica criminali in verſ. item quod commiſſit falſitatem, num.68. Maſcard. de probat. concl.742. per totam, Farinac. de falſit. & ſimulat. q.152. nu.12. Menoch. dicto lib.5. præſumpt 21. per totam, & communis eſt reſolutio, aut falſitas eſt in ſubſtantialibus, & præſumitur in totum falſum, aut in acceſſorijs, & tunc non vitiatur in totum, Rott. Auen. deciſ. 33. nu. 2. Berret. conſ. 53. numero 9. Graſſ. de except. except. 29. num. 13.

633 † Cetera ad materiam falſitatis pertinentia, poteris videre per Clar. in d. §. falſum, vbi latiſſimè Baiard. in addit. ad eum, & per Menoch. ac Maſcard. & Farinac. ſupra citatos, cum enim ad rem noſtram facere non videantur, ex induſtria omiſimus, ſolum apponēdo ea, quæ neceſſaria viſa ſunt pro intelligentia eorum, quæ per nos dicta ſunt.

634 † Sextò ſolet opponi, quod continet repugnantiam, quo caſu non valet, l. ſcripturæ, vbi Bart. & DD. C. de fid. inſtr. Alex. conſ. 41. num. 4. lib. primo, quod verum eſt, niſi repugnantia poſſet adiuuari per aliquam ſubdiuiſionem, Bart. in d. l. ſcripturæ.

635 † Septimò contra inſtrumentum emptionis, quod non continet certum pretium, quo pariter caſu non probabit, Alex. conſil. 18. num. primo, de quo videas etiam ibi gl. additur libr. 1. vbi etiam ponitur, an probet contra tertium poſſeſſorem.

Plura alia poſſent opponi contra inſtrumenta, de quibus latè per Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. poſtremo, quem refert Practic. Pap. in dicta forma oppon. contra inſtrumenta, in gl. alijſq; de cauſis, ideo videas per te.

636 † Contra vero teſtes, tum ad eorum dicta impugnanda, tum etiam contra eorum perſonas, infinita obijci ſolent, quæ ſi omnia referre vellem, ſatis longum tractatum occuparent per ſe, ſi quis autē ea videre vult, petat Boſſium in tit. de oppoſit. quæ fiunt contra teſtes per totum, & Farinac. de oppoſitionib. contra perſonas teſtium, vbi latiſſimè, ac ſuſiſſimè omnia, quæ dici, aut excogitari poſſunt, tractauit, Pratich. Pap. in form. oppon. contra teſtes per tot. & totum tractatum de teſtib. collectū per Io: Baptiſtam Ziletum, vbi ſatis ad nauſeam, nonnulla etiam per Marant. in ſuo ſpecul. in tertio decimo actu, in tit. de teſt repulſa.

637 † In verbo ſtatuentes quoque, quod omnes exceptiones] concordat cū Nouis Conſt. Mediolani, in tit. de iudicijs c. ne proceſſus cauſæ differatur, & hoc non ſolum in cauſa principali, vt hic, & in dictis Nou. Conſt. ſed etiā in cauſa appellationis; vt notatur in Nou. Conſt. Mediolani, in tit de appel. c. poſt hæc ſtatuta §. ſucceſſiuè in fine, & infra in hoc ſtatuto in c. lata §. poſtquam ſtatim, Bal. conſ. 39. vol. primo, Aret. conſ. 98. qui dicit, quod dato, quod eſſet exceptio, quæ impediret proceſsū ad vlteriora, non tamen debere ſuperſedere, niſi in fine litis, allegat Bart. in l. fin. ff. pro ſoc. vide eundem Aret. in c. ex parte col. pen. in glo. in verb.

notabilis extra de testib. Felin. in c. suborta col. 9.
extra de iud. vbi latissimè versatur, Abb. in c. exhi
bita nu. 12. de iud. Hyppol. Marsil. sing. 51. vbi ma-
gistraliter vult, quod, etiam si causa sit commissa
nunquam sententia transit in rem iudicatam, &
nota quod consuetudo, quæ proponitur per mo-
dum exceptionis, vt per Bart. in l. de quibus nu. 6.
ff. de legib. poterit opponi etiam post conclusio-
nem in causa, Alex. in l. 1. nu. 5. C. vt quæ desunt
aduoc. Tiraquel. in tract. de præscript. §. primo
gl. 2. Mascard. lib. primo de probat. concl. 423.
numero 32.

638 † Limitatur, vt hæc dispositio non procedat,
quando excipiens offert se incontinenti probare,
ita Felin. in capit. ex parte in fin. extra de re-
script.

639 † Limitatur secundò non procedere in excep-
tionibus iuris, Bal. cons. 169. vol. 5.

640 † Limitatur tertiò, vt per Alciat. resp. 57 tom.
primo, lib. 2. plures alias limitationes videas per
Carpan. ad statuta Mediolani cap. 23. nu. 89. cum
seqq. pluribus, vbi adducit plures casus, in quibus
exceptiones debent decidi per Iudicem, non autē
reseruari in meritis, nec in fine litis.

641 † Posset quoque circa hoc statutum latè versari
circa terminos istos, quæ scilicet dicantur excep-
tiones dilatoriæ, & declinatoriæ, & peremptoriæ,
sed, quia supra dictum est hoc eodem statuto in
verbo excipiendi, ideo omitto, vltra quod magi-
straliter videri possunt apud Marant. in suo specu.
par. 8. in 9. membro principali, & apud Ang. Aret.
latius distinguentem varias exceptionum species
in rub. inst. de except. nu. 9. & latissimè apud Asin.
in sua prax. iud. §. 18. per totum, videas etiā Carp.
qui hæc omnia mutuo accepit ab ipso Asin. ad
statuta Mediolani, cap. 23. nu. 1. cum sequentibus
pluribus.

642 † In verbo replicationes, & triplicationes] quid
sit replicatio, quare inuenta, cui competat, & quā
do competat, an sit perpetua, quos effectus opere-
tur, videas latè per Asin. in sua prax. iud. §. 16. per
totum, vbi plura alia ad materiam replicationum
tradit, videas etiam DD. instit. tit. de repli-
cationibus.

643 † In verbo si de ipsis in sententia] vide Aret.
cons. 98. vbi habetur, quomodo censeantur esse re
iectæ, adde Castr. cons. 29. col. vlt. & cons. 39. col.
10. vol. 2. Bal. in l. postquam liti in 5. opposit. C. de
pact. Curt. in l. 2. §. 1. in breuiloquio, & ibidē Bal. in
§. sed quia, C. de iuram. calum. Felin. in c. exhibita
col. pen. extra de iud. imo etiam per processum ad
vlteriora, exceptio proposita, ac iudicij impediti-
ua censetur à Iudice reiecta, Canonistæ per illum
tex. in c. ex parte de appell. Bart. in l. si à proceden-
te, C. de dilat. Alex. cons. 37. col. 4. vers. 4. confirma-
tur lib. 2. & cons. 100. discussis col. prima lib. 5.
Vant. de nullit. process. in tit. quibus modis senten
tiæ nullæ reparari possunt nu. 9. Ant. Gab. lib. 2.
recept. sent. tit. de except. concl. prima per to-
tam, Menoch. de arb. iud. cas. 167. nu. 3. & an, ex-
ceptio tacitè reiecta in vno iudicio, possit intenta-
ri in alio, videas Gab. in dicto tit. de except. concl.
2. per totam, vbi latè distinguit, idem cauetur in
Nouis Const. Mediolani cap. ne processus, §. quæ
quidem.

In verbo facti mentio] Adde Felin. in c. suborta
in septima limit. de re iud. vbi ponit rationem.

De commissione causæ facienda consultori.

Circa hanc Rub. opus est videre, nunquid statu-
tum, quod index causæ teneatur eam commit-
tere consilio sapientis, si petatur à parte, valeat,
secundò an de iure communi Iudex teneatur cau-
sam committere consilio sapientis, tertiò qua ra-
tione sit introductum consilium sapientis, quartò
an dicatur fauorabile, an verò odiosum, quintò
quam potestatem habeat iste sapiens electus ex
statuto, sextò, & vltimò in quibus causis locum
habeat consilium sapientis, & in quibus non.

643 † Quò ad primum, quicquid specul. in tit. de re-
quisitione consilij, §. 1. nu. 1. vers. si verò non sit
aliquis assessor, in contrarium voluerit, & malè;
dicas valere huiusmodi statutum, prout tenuit
Bart. in l. si cōuenerit, vers. item pacto, ff. de re iud.
Io: Andr. in addit. ad specul. loco supra citato,
Bal. in l. vnic. nu. 11. vers. intra quatro, C. ne liceat
in vna, eademq; causa, Imol. in c. si pro debilitate
nu. 23 extra de off. deleg. vbi testatur ita commu-
niter seruari, Castr. cons. 6. lib. primo, Ang. cons.
186. Alex. dicens hanc esse communem opinionē.
cons. 59. nu. 4. lib. 4. & nouissimè hanc defendit
Scala in suo tract. de consilio sapientis lib. primo.
cap. 22. per totum sequitur Asin. in sua praxi iud.
§ 25. cap. primo, nouissimè Carpan. ad statuta Me
644 diolani, cap. 27. nu. 30. † quod procedit, etiam si
statutum generaliter disponeret quamlibet causā
esse committendam consilio sapientis, nam adhuc
valeret, dato, quod per illud repugnetur iurisdi-
ctioni ordinariæ, quod est odiosum, vt per Guid.
645 Pap. quæst. 18. nu. 2. † sicut etiam in simili dici-
mus valere statutum disponens quemlibet litigan
tem ad compromittendum cogi posse, Alex. in l.
qui se patris, ubi Dec. C. und. liberi, & in addit. ad
Bart. in rub. ff. sol. mat. Blancus in tract. de com-
promiss. quæst. prima, nu. 4. ita per hanc rationem
tenet ac decidit Scala de consilio sapientis, cap.
23. dicto lib. primo, ubi dicit secus esse, quando
646 † extaret statutum adstringens solum unam per
sonam, uel familiam ad petendum consilium sa-
pientis, nam tunc huiusmodi statutum non ualе-
ret, cum repugnet naturæ legis, que debet esse uni
uersalis, l. iura nō in singulos ff. de legib. §. 1. in aut.
de hæred. & Falcid. l. 1. ubi Ias. ff. de legib. & nisi
647 sit cōmunis lex, non ualet c. erit autem lex 4. di-
stinct. gl. in rub. de constit. in sexto. Dec. in rub.
eiusdem tit. de constit. nu. primo, vbi Rip. Auus
meus nu. 12. & facit, quod in simili dicimus de sta-
648 tuto cōpellente singularem personam ad com-
promittendum, quod non ualet, Blanc. de compro
miss. d. quæst. prima nu. 2.
649 † Quo ad secundum, dicas, minime cogi iudicē
de iure communi causam committere consilio sa-
pientis, cum ipse possit interpretari legem, quo ad
causam per eum decidendam l. unic. C. de profess.
qui in urbe Constantinopol lib. 12 ita Bal. cons.
170. ad euidentiam lib. 3. Ang. cons. 88. Scala dicto
lib. primo, de consilio sapientis, cap. 20. per totum
Vant in tract. de nullit. in tit. de nullit. sentent. ex
defect. iurisdictionis ordinariæ, nu. 147. cum seq.
ac nu. 152. Menoch. de arb. iud. quæst. 23. num. 5.
ubi nu. 9. & seq. ampliat hoc procedere, etiam si
alias Iudex sit imperitus, & illiteratus, post Scalam
dicto cap. 20. in fine, Carp. ad dictum statutum
47. numero 23.

Tertiò

650 † Tertiò loco ea ratione dicitur introductum
consilium sapientis, vt tutiorem nobis, ac iustiorē
paremus sententiam, cum facilius sit Iudicem, cu-
ius arbitrio commissa est causa, errare, quam sa-
pientem, qui secundum leges iudicaturus est; vel
melius dic, ea de causa introductum consilium sa-
pientis ad restringendum potestatem iudicum,
qui sæpe imperiti eliguntur l. certi C. de iud. Abb.
in c. primo vers. hoc dictum de iud. ita has ratio-
nes tradit Scala de consi. sap. lib. primo, cap. 4.
651 † Quartò loco, dum quæritur, nunquid consiliū
sapientis dicatur fauorabile, an verò odiosum, di-
cas fauorabile esse statutum de consilio sapientis,
cum sit introductum ratione publicæ vtilitatis, ita
Scala de consilio sapientis lib. primo, cap. 25. cum
enim consilium sapientis dicatur fauorabile, vt su-
pra dictum est, pariter lex, siue statutum de eo dis-
ponens fauorabile dicitur Bart. in l. si constante
in 9. quæst. ff. sol. matrim. Felin. in c. translato de
constit. nu. 14.
652 † Circa quintum, quam potestatem habeat
sapiens, dic habere tantum iuris consilium, non
autem iurisdictionem, nec posse terminos statuere,
nec attestationes publicare, sed solum super causa
sibi commissa consilium tradere, Cum. cons. 145.
Bal. in c. si pro debilitate, vbi Abb. de off. deleg.
653 Scala dicto lib. primo de consil. sap. cap. 17. † te-
netur tamen Iudex ex forma nostri statuti pronū-
ciare secundum dictum consilium sapientis, & il-
lud sequi, vt habetur inf. hoc eodem statuto, sub
rub. quod consultor teneatur præsentare consiliū,
& inf. eodem statuto 51. sub rub. de assumptione
654 sapientis, & infra dicetur, item licet moriatur
Iudex, non euanescit consilium, sed successori red
ditur, Bal. in addit. ad specul. de requisitione con-
silij. vers. consilium commissum, sicut etiam valet,
& durat, licet moriatur consultor, quando consi-
lium perfectum est, & missum, vel exhibitum intra
statutum tempus, specul. in tit. de iud. §. restat.
655 Scala lib. tertio de consilio sapientis cap. 24. † itē
potest cogi sapiens, quando subest iurisdictioni e-
ligentis, inuitus consulendi munus suscipere, Io:
And. ad specul. de requisitione consilij, §. nunquid
Bart. in l. sancimus, C. de aduoc. diuers. iud. Corn.
cons. 150. in princ. lib. 4. & cauetur etiam ex dis-
positione huius nostri statuti infra. sub rub. de sa-
cramento præstando per commissarium, ita etiam
Scala dicto lib. 3. cap. 7. itēm huiusmodi sapienti
debetur honorarium, ita Scala, loco supra citato
lib. 3. cap. 11.
656 † Sextò, & vltimo quæro, quæ causæ veniant
committendæ consilio sapientis, & quæ non, tam
ex dispositione iuris communis, quam statuti no-
stri, ac Nouar. Const. Mediolani; & dic regulari-
ter in hac nostra Ciuitate omnes causas consilio
sapientis fore committendas, quando sunt à libris
quinquaginta Papiensium supra, ita disponēte sta
tuto 51, inf. eod. sub rub. de assumpt. sapien. Hinc
657 † est, quod siue causa sit ordinaria, siue summa
ria, venit committenda, etiam si sit causa, in qua
proceditur summariè, & sola facti veritate inspe-
cta, Bart. in l. Prætor ait, §. atq; in princ. ff. vi. bon.
rapt. Alex. cons. 50. ad finem vol. 2. & cons. 175. nu.
12. vol. 5. Socin. sen. cons. 95. nu. 3. vol. primo, Scala
de cons. sap. cap. 9. lib. 2. Carp. ad statuta Medio-
lani, cap. 57. nu. 2. & hoc etiam reperitur dispositū
per Nou. Const. Mediolani, in tit. de rescript. in
princ. vbi disponitur, quod, si concedatur rescri-
ptum per Senatum, procedatur summariè, & sola
facti veritate inspecta, non intelligitur sublatum
consilium sapientis iure municipali debitum.
658 † Amplia, vt hæc conclusio procedat tā in cau-
sa principali, vbi est ferenda sententia diffinitiua,
quametiam in emergenti, vbi est ferenda interlo-
cutoria, Scala cap. 17. lib. 2. Asin. §. 25. cap. 3.
adeo, vt, etiam committatur causa principalis, vbi
emergens sit introducta coram superiore, Scala
dicto tract. cap. 15. lib. 2. & etiam committitur to
ta causa principalis, dato, quod alicui iudici sit
data cognitio alicuius articuli dictæ causæ ex di-
spositione alicuius statuti.
659 † Amplia secundò, pcedere, siue causa pendeat
corā Iudice ordinario, siue corā Iudice delegato,
vt disponitur in hoc nr̄o statuto, & ēt disponitur in
Nou. Const. Med. in tit. de iud. c. his peractis, licet
de iure communi secus sit, cum illo iure statutum,
quod causa committatur consilio sapientis, non
amplectatur delegatum, cuius persona electa in-
telligitur per ea, quæ notantur in c. fin. de off. dele.
ita Rim. Iun. cons. 351. nu. 19. vol. 2. quem refert,
& sequitur Asin. in sua praxi §. 25. cap. 7.
660 † Ampliatur tertiò, vt etiam veniant commit-
tendæ vigore nostri statuti causæ mixti imperij,
661 Scala in dicto tract. cap. 21. lib. 2. † item causæ
ecclesiasticæ, quoties ventilantur coram iudice
laico, & clericus est actor, Scala vbi supra cap. 13.
lib. 2. & cap. 14. eod. lib. quem simpliciter refert,
& sequitur Asin. dicto §. 25. cap. 4. sequitur Polyd.
Rip. olim colega meus interpres matutinis horis
in suis coment. de actis in articulo mortis, cap. 19.
662 nu. 19. † Item causæ vnius Doctoris de collegio,
Scala dicto lib. 2. cap. 11. & mouetur ea ratione
663 quia, vt aliquando dixi, † collegium totū, vt su-
spectum regulariter recusari non potest, Abb. in
c. primo de iud. Felin. in c. causam quæ de off. de-
leg. Bal. in l. hoc modo, ff. de cond. & demonstr.
Boer. decis. 299. testans de cōmuni latè Mascard.
de probat. concl. 953. num. 31. cum seq. licet ex
causa possit Menoch. cons. 94. nu. 6. & seq. Bur-
sat. cons. 21. num. 19. & seq. & cons. 265. num. 14.
Decian. resp. 8. nu. 153. & seqq. & cons. 26. nu. 8.
& seqq. pluribus, libr. 1. restringit tamen eo loci
Scala, vt non procedat, quando ex emergentibus,
& circumstantijs aliud videretur iudici statuen-
dum, Bal. in c. si pro debilitate in fin. vbi Barbat.
664 de off. deleg. † Item causæ forensium, quoties
litigauerint in hoc nostro foro, Scala dicto lib. 2.
665 cap. 12. † Item causæ arbitrariæ venirent com-
mittendæ, stante statuto 51. disponente omnes
causas vltra libras quinquaginta committi de-
bere consilio sapientis, ita Bal. in l. illa institutio,
ff. de hæred. inst. cum alijs de quibus per Menoc.
666 de arb. iud. d. q. 23. nu. 11. † Item veniunt com-
mittenda dubia, scilicet quoties dubitaretur, nun
quid causa veniret committenda consilio sapien-
tis, nam tunc debet committi dubium, vt inf. di-
cetur ex Plot. in repet. l. si quando, num. 161. cum
667 pluribus seqq. C. vnd. vi. † Item committitur
causa nullitatis alicuius contractus, etiam, quod
Prætor, vel Vicarius interposuerit in illo contra-
668 ctu suum decretum, Scala lib. 2. cap. 5. † Item
venit committenda causa minoris, & curatoris he
reditatis, Scala lib. 2. cap. 10. Item causæ hebræo-
rum veniunt committendæ, Scala d. lib. 2. cap. 14.
ea ratione, quia leges generales, & statuta gene-
ralia etiam personas hebræorum comprehendunt
l. Iudei, vbi gl. C. de Iudeis, l. vlt. vbi Castr. C. de in
669 integr. restit. petend. † Item causæ executiuæ,

intelligendo tamen, vt per Scalam dicto lib. 2. cap. 28. scilicet quoties cognitio super executione est necessaria, alias secus, vt ibi per eum, item causæ appellationis, Scala dicto lib. 2. cap. 28. item omnes lites, & causæ, in quibus sit sententia declaratoria, adiudicatoria, resolutoria, Scala lib. 2. cap. 19. & 20. intelligendo, vt ibi per eum.

670 † Ampliatur vltimo, adeo verum, & procedere vt sententia lata spreto consilio sapientis, sit ipso iure nulla, ita Vant. de nullit. in tit. de nullit. sententiæ ex defectu iurisdictionis ordinariæ, nu. 52. Scala lib. 4. cap. primo, de cons. sap Asin. d. §. 25. cap. 11. vt infra nu. 689.

671 † Fallit hæc conclusio pluribus modis, primo, quando causa est clara, & sic negotium non habet dubium probabile, quo casu non datur consilium sapientis; Bart. in l. ille aut ille hæres, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Dec in l. illam nu. 2. C. de collat. Alex. cons. 62 nu. 7. lib. 2. Abb. cons. 162. nu. 2. & cons. 197. nu. 2. loquens in terminis Nouar. Const. Mediolani, Scal. lib. 2. cap. 16. Asin. d. §. 25. c. 2. nu. primo, latè Cephal. in terminis statuti nostri cons. 201. nu. 3. lib. 1. D. Cost. de fact. Scient. & ignor. cent. prima distinct. 30. num. 10. & ratio est naturalis ex Arist. in proæm. metaphisic. dicente, sapientis est difficilia, non facilia cognoscere, & quæ clara sunt, consilio non egent, c. cum in iure peritus de offic. deleg. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 27. nu. 48. vbi latè declarat, quando causa dicatur clara; Plot. in repet. l. si quando, nu. 163. C. vnde vi, Polyd. Rip. in dictis coment. de actis in articulo mortis, dicto cap. 19. nu. 14. cum seq. loquẽs in proprijs terminis nostri statuti, quæ fallentia procedit secundum eum, etiam si negotium prima facie videretur continere aliquid dubij, dummodo articulus iuris sit certus, & ad hoc allegat Alb. dicto cons. 197. nu. 2. & Alex. dicto cons. 62. nu. 6. lib. 2. Ias. in l. si quis in conscribendo nu. 22. C. de pact.

672 † Fallit secundò in causa pia, in qua non vendicat sibi locum statutum nostrum de consilio sapiẽtis, Anchar. cons. 18. in quæst. quæ vertitur num. 7. Poyld. Rip. dicto cap. 19. nu. 18.

673 † Fallit tertiò in causa criminali, ita disponentibus Nouis Const. Mediolani, in tit. de accusat. c. in causis criminalibus, licet secus esset de iure communi, stante statuto, ita Scala dicto lib. 2. cap. 22. quem sequitur Asin. dicto §. 25. cap. 8.

674 † Fallit quartò in debitore ex instrumento, qui non potest petere consilium sapientis, sed cogitur prius soluere, vt habetur in Nouis Const. Mediolani in tit. de iudic. §. si per apparentem; quod procedit etiam de iure communi, in quo dispositio instrumenti habet executionem paratam, vt in casu d. §. si per apparentem, non enim committitur consilio sapientis; Roman. cons. 504. nu. 6. Alex. cons. 62. nu. 8. vol. 2. cum alijs, de quibus per Carp. ad statuta Mediolani, dicto cap 27. nu. 56. & maximè secundum eum, quando instrumentum est iuratum, prout communiter fit in omnibus instrumentis, quæ sub statuto de consilio sapientis nõ compræhenduntur, vt ibi per eum.

675 † Fallit quintò, quando constaret Iudici, partẽ petere consilium sapientis calumniosè animo differendi litem, nam tunc non est causa committenda, ita Plot. plures citans in d. l. si quando, nu. 154. si tamen Iudex dubitaret, nunquid pars peteret calumniosè, tunc non habet ipse cognoscere, sed tenetur committere dubium, cum per petitionem consilij sapientis iudicis, manus ligatæ sint, Dec. cons. 49. col. fin. in fine Hyppol. sing. 467. col. 3. glo. Bart. & DD. in l. si quis in conscribendo C. de pact. cum alijs, de quibus per Plot. dicto nu. 154. & nu. 163. Carpan. ad statuta Mediolani, dicto cap. 27. vbi ait hoc in casu tutius esse, quod iudex causam consilio sapientis committat, cum non possit se intromittere in cognitione, vtrum calumniosè petatur, vel ne.

676 † Fallit sexto, quando peteretur consilium post decem dies à die litis contestatæ, vel habitæ pro contestata, nam tunc iudex non tenetur causam committere, dato, quod alias causa esset committenda, ita disponentibus Nou. Const. Mediolani in tit. de iud. c. his peractis §. possunt tamen iusdicentes, & ideo sint cauti litigantes, vt petat consilium intra decem dies post litem contestatam, alias amplius non audirentur quo ad committendam dictam causam, hoc etiam disponitur inf. dicto statuto 51.

677 † Fallit septimo in mulctis, quæ non committunt consilio sapientis, Scala dicto lib. 2. de consil. sap. cap. 20.

678 † Fallit octauo in causis meretricum, vt habetur in Nouis Const. Mediolani, in tit. de meretricibus, §. iusdicentes; & etiam in causis communis Mediolani, vt pariter habetur in ijsdem Nouis Const. in tit. de off. Vicarij prouis. § Vicarius prouisionum.

679 † Fallit nonò in causis à libris quinquaginta Papien. citra, vt cauetur dicto statuto Papiensi 51.

680 † Fallit decimo, quando à partibus petitum nõ fuisset, nam ad hoc, vt habeat locum dictum consilium sapientis, requiritur, quod sit petitum à partibus, vel vna earum, vt habetur in hoc eodem statuto, in verbo ad requisitionem partium, & inf. statuto 51. in illis verbis, dummodo petitum fuerit & in Nou Const. in dicto tit. de iud. §. possunt, ibi si non petatur: quod etiam procederet de iure, dato, quod statutum hoc non expressisset, prout ex pluribus firmat Asin. d. §. 25. cap. 7. & ratio est,

681 † quia omnia statuta, & omnes leges, quæ verbis necessariis cogunt iudices ad aliquid faciendum, debent semper intelligi si petatur à parte, alias secus, Abb. in c. fin. de rescript quem refert, & sequitur Ias. in l. admonendi nu. 16. ff. de iur. iur. Rip. Auus meus, in l. de pupillo, §. meminisse nu 18. ff.

682 de nou. op. nunt. † ratio rationis est, quia iudex non tenetur impertiri officium suum ad vtilitatẽ priuatam, nisi parte petente, Rip. Auus meus post Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium nu. primo, vbi latè infert, ff. de damn. infect.

683 † Fallit vndecimo in causa executionis, quoties de mera executione sententiæ agitur, puta, si iusserit prætor pignora capi, possessionemuè fundi appræhendi, & huiusmodi, nam tunc non habet locum consilium sapientis, arg. l qui restituere, ff. de rei vind. Scala lib. 2. cap. 18.

684 † Fallit duodecimo, & vltimo pro nunc, in conductore, qui in instrumento promisit soluere in pace, sine lite, & contradictione tali die, quo casu non poterit petere consilium sapientis, & tollitur omnis citatio, & est ipso iure condemnatus, Mar. Anguis. cons. 59. nu. 22. Borgn. decis. 28. n. 13. par. 2. quos refert, & sequitur Caroc. de locat. & conduct. par. 7. concl. 75.

685 † Et generaliter nota, quod in oĩbus casibus ĩ qbus dicitur nõ habere locũ compromissum, de quibus latè dictum est inf. ad statutum 25. in ijsdem non

habet

habet locum consilium sapientis cum in his æquiparētur à doctoribus, ita Bar. in l. 1. nu. 6. vbi Cast. nu. 5. vbi etiam Bal. in §. quibus, n. 8. C. de nouo, Cod. confirm. cum plurib. de quibus per Borgn. dec. 28. num. 60. par. 2. & dictum est item inf. in dicto statuto 25.

686 † Deinde iusdicens] iuxta dispositionē præsentis statuti editæ sunt, & Nou. Const. Mediolani, in tit. de iud. §. his peractis; circa autem hoc statutum plura cadunt dubia; dubitariq; primo potest quid, si vna pars petat consilium sapientis, & altera respondeat, non versari in casu dandi consilium sapientis, quia versamur in negotio claro, vel quia positus fuerit terminus ad audiendam sententiam aut emanata sunt peremptoria, antequam petitū fuerit, vel quod calumniosè petatur, aut post lapsum temporis, vel simile quidpiam ad recusandam dictam dationem consilij sapientis, ex Bart. Alex. & alijs in l. ille aut ille §. primo, ff. de leg. 3. Marsil. sing. 467. viget, Iaſ. in l. 1. nu 8. vers. sexto facit quia ff. de nou. op. nunt. Cotta in memorab. incip. statuto superius relato, Bal. & DD. in l. 1. C. de legibus, Alex. conſ. 62. visa col. prima, & seq. vol. 2. & cons 145. col. fin. vol. 5. & vt latius dictum est in quæstione, in quibus casibus locum habeat consilium sapientis; quæritur, quid hoc casu sit faciendum, dic ex Marsil. sing. 467. col. 5. vers. scias quod stante gl. & Bart. nu. 5. post gl. ibi quam sequitur, Castr. nu. 11. Iaſ. nu. 21. Dec. nu. 23 vers. ex ista gl. in l. si quis in conscribendo C. de pact. quod, sicut iudex tenetur committere causam principalem consilio sapientis, ita etiam dubio emergente, an causa committi debeat, nec ne, tenetur ipsum articulum committere, & ad eum nō potest spectare cognitio; ex quò per petitionem

687 consilij ligatæ fuere illius manus. Dec. cons. 49 præstantissimè col. fin. † vt in simili etiam dicimus quando causa appellationis est committenda alicui ex Doctoribus confidentibus, sicuti iudex ipse tenetur appellationem committere, ita dubio emergente, an causa sit appellabilis, committi debet articulus, nec ipse cognoscere potest; Castr. cons. 194. viso puncto, col. prima, vers. præterea D. Potestas vol 2. Dec. cons. 59. in fine, & ita hodie seruatur, ac à Senatu Eccellentissimo quotidiè rescribitur, quo casu rescriptum iustitiæ in vna causa censetur declarare, ac ius facere, quo ad omnes alias, l. fin. vbi Bal. & DD. C. de legib. Afflict. deci. 383. licet hodie nu. 4. Plot. in repet. l. si quando, §. 4. nu. 42. C. vnd. vi, & ideo ex supra relatis concludendum est, causam esse committendam consilio sapientis, non solum vbi agitur de causa, ac quæstione principali, sed etiam, si agatur de omnibus incidentibus, emergentibus, & connexis, Barbat. conſ. 31. & seq. lib. primo.

688 † Secundo dubitari contingit, quid si clarum sit tale consilium peti extra tempus à statuto prefixū, vel alio modo clarum, & notorium, esset causam principalē non debere committi sapientis consilio, an eo casu necesse quoque sit articulum committere, vt supra dictum est.

Respondetur, quod non, ita punctualiter respondet Soc. sen. cōſ. 200. in causa interpellationis col. pen. vers. vel secundo dicamus vol. 2. faciunt tradita à Dec. conſ. 44. & diligenter columna pen. nu. 6. vers. sicut ergo, dum firmat, quod si super communalibus, vel instrumentis, aut iam decisis compromissum fieri non debet ex forma statuti, cum clarum sit bona non communalia, vel esse instrumentum, aut decisum, cessat tunc etiā dubium articuli emergentis, quod committi nequaquam debet, Soc. Iun conſ. 136. col. pen. nu. 7. vers. id tamen idem ipse vol. 2. Plot. in d. §. 4. n. 48. qui num. 49. idem firmat, vbi constaret peti articulum committi ratione protellandi litem.

689 † Quæro, an, si consilium sapientis denegetur absque legitima causa, num processus exinde factus, ac sententia super eo lata sit ipso iure nulla.

Respondetur, quod sic, Alex. conſ. 45. in fin. vol. 5. Barbat. conſ. 48. vol. primo, Bart. in l. illa institutio ff. de her. inſt. & in l. 1. §. si plures, ff. de exercit. act. Fulgoſ. conſ. 6. Ang. in l. 1. §. quæsitum, ff. de appell. Pratich. Pap. in form. appell. à sententia diffinitiua in gl. petens in fine, nisi versaremur in casibus, in quibus cessat consilium sapientis, de quibus supra in præcedentibus quæstionibus. Aret. in l. si quis mihi bona §. sed quid, si mandauit ff. de acquir. poss. plures alias auctoritates tenentes sententiam latam spreto consilio sa-

690 pientis esse nullam, adduximus supra in vltima ampliatione nu. 670 † nec dicas, quod iudex ordinarius poterit hanc sententiam nullam confirmare, per gl. & DD. in l. prima C. quand. prouoc. non est necess. quia hoc non procedit, quando sententia est nulla ex defectu iurisdictionis, & quando petitur in primis iudicari super nullitate, ita Borgn. decis. 25. nu. 8. in prima parte, & deffectus cōsilij sapientis debito tempore petiti, reddit sententiam nullam ex defectu iurisdictionis, Aret. in l. si quis mihi bona §. fin. nu. 14. ff. de acq. her. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. sub nu. 152. nam iudex recipit iurisdictionem à statuto, Bart. in l. titium nu. 3. ff. de adm. tut. cum habeat necessitatem sequendi tale consilium, vt sequitur Bart. in l. impuberibus ff. de susp. tut. ergo non potest idem iudex suam sententiam confirmare, l. iudex posteaquam, & ibi DD. ff. de re iud quinimo talis nullitas impedit executionem duarum sententiarum conformium, Cephal. conſ. 708. lib. 5. & cōcludit, Ant. Gabr. de execut. rei iud. concl. prima, & in tit. de statutis, concl. 3. per totam, consuluit etiā Gozad. conſ. 72. nu. 92.

691 † Quartò dubitatur, quod nam salarium præstandum sit huic causæ consultori; vide inf. stat. 51 sub rub. de assumpt. sapient. in causis, vbi plura dixi latè, & ideo ibi talia reseruo dicenda.

692 † Cæterum hîc est aduertendum ad illam clausulam, teneatur, & debeat; quia hæc verba sunt apposita cum grano salis, si quis ponderet in puncto doctrinam Bal. in l. si auiam, C. de ingen. & manumiss. & in l. nemo, C. de sent. & interloc. vbi dicit, quod verbum debeat appositum importat persuasionem solum, sed verbum teneatur adiunctum importat necessitatem.

693 † In verbo ad requisitionem dictarum partium] nota requiri partis petitionem non semel tantum, sed instanter Ang. conſ. 140. quidā Matheus, Alex. conſ. 164. vol. 2. Pratich. pap. in form. appell. à sententia diffinitiua, in verbo petens, vbi infert ad quæstionem, de qua supra in secunò dubio, & de hoc pariter dictum est in rub. eiusdem statuti.

694 † Nota tamen, quod coram consultore, non producuntur instrumenta, nec testes, minusq; petitur dilatio, vt supra dixi, & tradit Bart. & Bal. in l. cum à nobis, C. de dilat. & qualiter consultori sit facienda commissio, tradit Bal. in c. primo ad finem de appell. & clarius habetur in Nou. Constit. Mediolani in tit. de iud. §. his peractis, & in tit. de arbit.

arbit. §.[neque petitio, debetq; causa committi instructa. Bart. in l. 1. C. de relat. & est plenus locus, Ias. in l. admonendi nu. 66. vers. vltimo adde. ff. de iureiur. Bal. in l. 2. col. 1. C. de appell.

695 † Sed dubitari posset, cuius ex pensis facienda sit commissio huius consilij sapientis, specul. in tit. de assessor. §. salarium, tenuit fieri debere expensis petentis, sequuntur Bal. & Ias. in l. prætor ait §. is etiam, ff. de eden. Dec. videtur adhærere in l. fin. ff. de off. assess. videas etiam Asin. d. §. 25. cap. 29. iuditialis tamen praxis cōtrarium seruat, vt scilicet vtriusq; partis expensis, fiat commissio, quod etiam in iure verius est, Bart. in l. si postulauerit ad finem princ. ff. de adulter. Bal. in l. 3. C. ad l. Iul. de adult. Felin. in c. primo extra de libell. oblat. sic firmat Ias. in d. l. prætor ait §. is etiam nu. 10. ff. de eden. qui ad hoc duo præcipua citat iura. tex. nempe in c. statutum in §. assessorē in fine de rescript. in sexto, & l. 4. §. primo, ff. fin. regun. Alex. in l. ad egregias ff. iureiur. & ibi Ias. plene, Boer. decis. 303. nu. 5. cum seq. Asin. dicto §. 25. cap. 29.

696 † In verbo controuersiam] quæro, quid, si collitigantes dissentiant in formando dubitationis puncto transmittendo consultori, quid agendum sit; & dic quicquid nonnulli voluerint, esse in iudicis arbitrio formare, tutius enim est, quod integra acta ipsi consultori transmittantur, vt consulat, quid iuris sit, Scala lib. 3. de consil. sap. cap. 9. qui post Dec. & alios hoc firmat, sequitur Menoc. testans ita Papiæ obseruari, in suo tract. de arbitr. iud. cas. 23. videas etiam Asin. d. §. 25. & quod omnia acta ad Iudicem consultorem transmittenda veniant, alioquin Iudex punitur, pluribus citatis tenet idem Asin. dicto. §. 25. cap. 23.

697 † In verbo Iurisperito] quam iurisdictionem autem habeat iste Iurisperitus consultor, dic, quod nullam habet, nisi consulendi, Scala d. tract. cap. 17. nu. primo, & an iste Iurisperitus possit esse cæcus, surdus, & mutus, vide Scal. latè distinguentem cap. 12. lib. primo.

698 † In verbo de confidentibus vtriusque partis eligendo] Hoc etiam procedit de iure communi, quo iure dandus est iudex, qui sit suspectus neutri parti, c. statutum. §. assessorem de rescript. in sexto, Asin. in d. §. 25. cap. 15. nu. 3. Scala dicto lib. 3. de consil. sap. cap. 2. quid autem sit faciendum, si plures confidentes concurrant in litis, & cedulis partium, & quid, quando partes non conueniunt in cedulis confidentium, videas Carpan ad statuta Mediolani, cap. 27. nu. 70. cum seq.

699 † Hinc infertur ex eo, quod diximus dandum esse iudicem neutri parti suspectum; de iure communi permissum esse iudicem, vt suspectum recusare; cum naturalis ratio dictet non esse causam à suspecto Iudice diffiniendam, c. quod suspecti 3. quæst. 5. quod procedit nedum in causis ciuilibus, sed etiam criminalibus, vt habetur per Iul. Clar. in §. fin. praxis criminalis, quæst. 43. per totam

700 vbi latè Baiard. in addit. ad eū, † & tunc Iudex postquam fuit recusatus, vt suspectus, non potest amplius in causa procedere, & si procedet processus erit ipso iure nullus, Bart. & DD. in l. quia poterat, ff. ad trebell. Alex. cons. 89. per totum, & præsertim nu. 4. & 5. lib. primo, Marant. in suo speculo, in verbo, & quandoq; appellatur nu. 24. idem in 4. parte dist. 16. nu. 4. vers. secundo dicitur Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. iurisd. & vnde, ac quibus modis num. 140. vbi latè, & hanc magis communem testatur Alex. dicto cons. 89. nu. 8. in fin. latissimè hanc regulam cum ampliationibus, & limitationibus ponit Lancelot. in tract. de attentatis, post recusationem iudicis

701 per tot. part. 2. cap. 6. † non est tamen omittendum, quod, quando Iudex recusatur suspectus, tunc causa suspicionis debet proponi coram ipso Iudice in scriptis, ante litem contestatam, & tunc eliguntur arbitri, qui habent cognoscere de causis suspicionis, & eis præfigitur terminus ad declarandum, quibus in termino non declarantibus, tūc Iudex recusatus bene potest procedere in causa, ita tex. in c. secundo requiris, §. tertio postulas vbi DD. de appell. c. legitimè, vbi gl. & DD. de appell. in sextò, Alex. d. cons. 489. nu. 3. & 4. lib. primo, Vant. & Marant. supra allegati, debet tamen iudex suspectus allegari per principalem, nō autem per procuratorem, nisi ad hoc habeat speciale mandatum; Rebuf. in tract. de recusat. art. primo, gl. 1. nu. 1. tom. 3. Baiard. in addit. ad Clar. d. quæst. 43. nu. 8.

702 † Ex quibus autem causis possit iudex recusari suspectus, latè habetur per Abb. in c. causam quæ vbi appost. ad eum in verbo recusandi extra de off. delleg. Ias. in l. apertissimi, C. de iud. Marant. in dicto verbo, & quandoq; appellatur nu. 27. cum infinitis seqq. latè appost. ad Bart. in dicta l. apertissimi, Lafranc. in c. quoniam contra in verbo recusationes, de probat. Philip. franc. in c. postremo de appellat. vbi enumerat 40. causas Capic. decis. 137. & 138. & quæ dicatur iusta causa recusandi iudicem, vt suspectum, ponit Menoch. de arb. iud. cas. 152. & octuaginta causas enumerat Borgnin. decis. 28. nu. 114. part. 2. & in specie, an possit recusari iudex eo, quod in alia causa contra recusantem sententiam tulit, latè idē Menoch. de arb. iud. cas. 121. & cons. 49. Decian. resp. 8. nu. 153. & seq. & cons. 26. nu. 8. & seqq. lib. primo, an autem Iudex recusatus suspectus possit interrogari in causa suspicionis ab arbitris, vt veritatem dicat, vnde Thesau. ped. decis. 6.

703 † In verbo dentur solummodo confidentes, & non suspecti] sed dubitari contingit, quid si dentur omnes DD. Ciuitatis in suspectos, respōdetur hoc censeri factum per calumniam, & ideo, vbi copiosus est numerus Doctorum, vt hic Papiæ talis allegans omnes suspectos est reijciendus, ijsque non attentis causa committenda in eius renitentiam, Appost. ad Bart. in l. hoc modo ff. de cond. & demonstr. Paris. de Put. in tract. de Synd. in verbo suspicio, nu. 7. & plenè Berous cons. 16. & seq. lib. 3. vbi in puncto de recusatione totius Collegij; Butrius, vbi Imol. cons. 91. vbi pariter agit in causa totius collegij recusati; Boer. latè decis. 269. vbi notanter agit de toto Senatu recusando. & supra probauimus ex magis communi DD. sententia totum Collegium non posse, vt suspectum recusari, ex Mascard. de probat. concl. 953. nu. 31. cum seq. Scala de consil. sap. lib. 2. cap. 11. & nunc addimus Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 27. nu. 86. vbi limitat hoc duobus modis, ad quem semper recurras circa materiā huius statuti, quia latè ipse ibi explicauit; Decian. dict. resp. 8. nu. 153. & resp. 26. nu. 8. & seqq. lib. primo.

704 † Qui nam autem sint confidentes, dic, quod omnes, qui non sunt diffidentes, nec possunt iustè, vt suspecti, recusari, arg. §. 1. inst. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. de hac etiam forma dandi confidentes vide in Nou. Mediolani Const. in tit. de iudicijs

dicijs §. his peractis.

705 † In verbo, In vna ex Ciuitatibus proximiorib.] Dic, quod concordat cum dispositione Nouarum Const. Mediolani, in tit. de iudicijs c. his peractis, & ideo in Ciuitate Bobij, vbi non adest copia Iurisperitorum, causæ, quæ illic agitantur, committuntur consulendæ Iurisconsultis de Collegio, vel Papiæ, vel Derthonæ, sed causæ, quæ agitantur in Ciuitate Papiæ consulendæ, debent omnino committi Doctoribus de Collegio Iudicum Papiæ, & non alijs, aliter processus, & sententia sunt nullius momenti, & pro cassis, & nullis habentur, ex Decreto 23. inf. post volumen statutorum, c. ad secundum, quod Principis Decretum ex certa scientia motu proprio, & de potestatis plenitudine derrogat alijs quibuscumque contrarium disponentibus.

In tit. de Sacramento præstando per Commissarium.

Circa hoc statutum, vide latè Carp. ad statuta Mediolani cap. 28.

706 † Qui commissarius ipsam commissionem] idē est de iure communi, tex. in l. rem non nouam. C. de iud. & in auth. seq. vbi agitur de iureiurando iudicum electorum, Scal. de cons. sap. cap. 3. in prin. lib. 3. quando autem possit se excusare, & quando excusationis causa sit proponenda, ante, vel post commissionem factam, post Scal. tradit Carpan, ad dictum cap. 28. nu. 13. cum seq.

707 † In verbo omnibus iuris remedijs] quæro, quæ remedia sunt prodita ad cogendum huiusmodi commissarios acceptare commissionem sibi factā, & dic, quod potest mulctari, vel potest ei denegari iurisdictio, vel aliter puniri, vt per Host. in tit. de mulctis in fine, nonnulla etiam ponit Curt. in l. 2 §. quod obseruari numero 73. C. de iuram. propter calum.

708 † In verbo, & iurare ad sancta Dei euangelia] concordat hoc cum Nouis Const. Mediolani, in tit. de iud. c. his peractis §. qui confidens; sed quæro de iure communi, qualiter iurare habeant iudices; & dic, quod olim iurabant, cum omni veritate, & obseruatione legum negotia examinare, & diffinire, hodie autem iurant se facturos, secundū, quod eis visum fuerit iustius, & melius, vt habetur
709 in d. l. rem non nouam cum auth. ibi seq. † & de iure communi non solum ipsi Iudices, sed etiam Aduocati teneantur iurare secundum prædictam formam d. l. rem non nouam, quod tamen de cōsuetudine non obseruatur, quò ad ipsos Aduocatos, vt testatur Appost. ad Bart. in d. l. rem non nouam, vbi Castr. inuehit contra Aduocatos male seruantes huiusmodi iuramenta, & defendentes clientulos, non fouentes iustitiam causa conseruandi lucrum, Papiæ pariter nunquam vidi aduocatos iurare, quod tamen meo iudicio male omittitur, cum huiusmodi iuramentum posset deterrere Aduocatos, ne defenderent causas iniustas
710 immò eas relinquerent; † Caueant tamen Aduocati à defendendis causis iniustis, postea quam sciuerint, vel cognouerint esse iniustas, vel reputantes magis iniustas, quam iustas, quia vltra, quod mortaliter peccant, tenentur ad restituenda damna parti aduersæ, & etiam suæ, si non admonuerint, Nauarr. in Manual. in tit. de peccatis Aduocatorum, & Procuratorum.

711 † Sed quæro, an huiusmodi Iudices teneantur iurare secundum formam supradictam in omnib. causis; & dic quod sic, per d. l. rem non nouam, sed hodie seruatur, quod solum iurent in ingressu officij, nec vlterius coguntur iurare in singulis causis secundum Castrens. in dicta l. rem non nouam, numero 2.

712 † In verbo, & rectè consulens in causa sibi commissa] sed dubium est, an, si consilium sit iniquum iudex teneatur illud sequi, loquendo de iure communi, & communis opinio est, quod non, alias iudex faceret litem suam, Bart. in l. si conuenerit, vbi latè Alex. nu. 11. ff. de re iud. Socin. Iun. cons. 63. col. fin. vol. primo, Canonistæ communiter in c. si pro debilitate de off. deleg. & in c. nec Episcopi de temp. ordinat. Dec. in l. 2. in 2. col. in 3. not. ff. quod quisq; iur. sed obstare videtur dictum Ias. in l. pen. C. de his quibus, vt indign. Sed hæc contradictio tollitur ex his, quæ scribit idem Ias. in l. 2. ff. quod quisque iur.

713 † In verbo nec possit assumi vltra dictum Commissarium] sed quid si commissarius ante consiliū datum moriatur, quid faciendum veniet? & dic, quod alius eius loco eligitur statim, nec expectatur labi iam præfinitum à statuto tempus ad consulendum præfixum, Bal. & alij in c. cum veteri de elect. Scal. de cons. sap. cap. 24. in fine.

714 † An autem possit Iudex commissionem legitimè factam reuocare ad effectum, vt ipse solus sententiam proferat, & dic, quod non in casu huius nostri statuti, cum cogatur causam consilio sapiētis committere: si tamen Iudex voluntariè causam committat consulendam, tunc bene posset eam reuocare, & per se sententiam ferre, ita primum assumptū probat Bal. in l. ex illo C. de appellat. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. §. si plures, vers. 4. ff. de execut. Scal. de consil. sap. lib. 3. capit. primo, vbi
715 hoc ampliat procedere, † vt nec etiam ipsa commissio appellationis remedio reuocari valeat, bene tamen, vt dixi, commissionem voluntariè factam reuocare potest, & absque consilio sententiam ferre, Bal. in d. l. ex illo, Bart. in l. ad principem, C. de appellat. cum ex huiusmodi commissione iurisdictio non suspendatur, Bart. in d l. ad principem, Scala de consil. sap. lib. 4. cap. 3 Carpan ad dictum statutum 28. nu. 21.

716 † In verbo aliquis alius socius] An hoc procedat de iure communi, videas Scalam d. tract. cap. 18. lib. 3. vbi vult, quod si sapiens in quæstione consulenda dubitet, potest petere sibi socium adiungi, cui tenetur salarium communicare, Specul. in tit. de requisitione consilij in princip. & in §. salarium vers. quid si assessor, vult tamen eo loci Scal. post Specul. supra citatum, Iudicem, si dubitet sapientem requirentem socium non verè dubitare, sed ad hoc fingere, vt partium indignationem nō incurrat, vel huiusmodi, posse eidem iusiurandum defferre l. vlt. vers. sanè cum gl. C. de his qui ad eccles. confug.

717 In verbo laboribus, & expensis] An autem debeatur salarium huiusmodi consultori, & pars teneatur soluere, videas per Carpan. ad dictum statutum 28. nu. 26. vbi admonet hodie ex Nou. Cōst. Mediolani in tit. de sportulis §. final. non posse excedere scutos ducentos.

In verbo postea verò, latè Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 29.

Qui

Qui Consultor teneatur præstare consilium?

718 QVibus visis, & diligenter examinatis,† nota quod huiusmodi consilium debet præstari cum cognitione causæ,& adhibita deliberatione, non autem præcipitanter, & statim viso puncto debet consilium reddere Commissarius,alias enim sententia huiusmodi præcipitanter lata non valeret,Barbat. post Butr. in cap. si pro debilitate,nu. 43. extra de off. deleg. & ex pluribus firmat Asin. in sua praxi iud. d. §. 25. cap. 19. num. 2. cum se-
719 quenti,† celeritas enim iustitiam sæpe exorbitare facit,Bal. in l. 2. C. de sent. ex breuiloq. recitan. & propterea melius est peccare in tempore,
720 quam in sententia,† Nota etiam,quod hæc omnia, de quibus in hoc statuto fit mentio, sunt de forma specifica, adeo vt consilium manu propria subscriptum esse debeat, quòd si aliter fieret,consilium esset ipso iure nullum, nam forma inducta à statuto, dicitur substantialis, qua non seruata actus dicitur ipso iure nullus, Bal. in l. comparationes, C. de fid. instr. Dec. cons. 9. col. prima, ac cons. 110. col. prima, & 222. col. prima; Tiraq. de retr. lignag. §. 36. glos. 2. num. 29. & de hoc dicam latius infra eod. statuto 47. sub rubr. de modo dand. curat. bonis vacant. & vide plura in proposito conferentia tradita per Carp. ad statuta Mediolani cap. 27. 57. ac 131.

721 In verbo super quæstione sibi commissa] † ex hoc notandum, quod si consultor assumptus super alio articulo sibi non commisso consuleret, consilium nullum esset, Socin. Iun. cons. 67. prima allegatione, volum. 2. Asin. dicto §. 25. cap. 21.

In verbo ante finem dicti termini] vnde si fiat post finem dicti termini, nihil valet, Socin. iun. consil. 63. vol. primo qui plenè declarat, non omitto etiam famorigeratum consilium Paul. Castr. consil. 184. videtur dicendum, lib. primo, & cons. 91. in causa appellationis, vbi ponit pleraq; ad intelligentiam huius nostri statuti.

In verbo de manu Notarij causæ] nam, si per alium Notarium fieret, actus esset ipso iure nullus, vt in stat. inf. 34. sub rub. de Notarijs eligendis.

722 In verbo iuxta formã dicti consilij] † Hoc est correctorium iuris communis, quo iure Iudex nõ tenetur pronunciare iuxta formam consilij, nec illud sequi, Bart. in l. si conuenerit, ff. de re iud. Scala lib. 3. de cons. sap. cap. 25. Asin. dicto §. 25. cap. 10. versic. regula igitur, Menoch. de arb. iud. quæst. 23. nu. 5. quod adeo verum est secundum eum, vt hoc casu Iudex consiliũ imperiti sequens non excusetur, Butr. in cap. ex litteris de sponsal. Bart. in l. bonorum in fine, ff. de bon. poss. Ang. in l. filius familias in fine de iud. Bal. Castr. Salicet. & alij in l. iuris ignorantiam, C. qui admit.

723 † Fallit tamen hoc, quoties statutum, prout in casu nostro, & infra statuto 51. disponeret, quòd Iudex secundum consilium iudicare teneatur, nam tunc illud omnino sequi tenetur, Cyn. Bart. & alij in l. id quod pauperibus, C. de episc. & cler. Francus in cap. nullus, col. fin. de reg. iur. Cagn. in l. consilium. num. 11. ff. de reg. iur Asin. d. §. 25. cap. 10. limit. 3. & tunc isto casu, sequendo malum consilium, excusaretur, vt per Menoch. de arb. iud. d. quæst. 23. num. 6. cum teneatur illud sequi, etiam, quòd sibi iniustum videatur vigore dicti statuti, ne lex statutaria elusoria reddatur, secundum Bart. Castr, & Alex. in l. si conuenerit, ff. de re iud. cuius tamen contrarium, nempe, quòd si iniustum arbitratur, sequi non teneatur, alias faciet litem suam, tenuit Socin. iun. cons. 63. num. 9. lib. primo, vbi testatur de magis communi, de quo tamen videas Scalam cap. 25. lib. 3. de cons. sap. & Asin. dicto §. 25. cap. 10. limit. 4. vbi DD. pro vtraq; opinione refert, & etiam §. 32. ampl. 39. num. 2. & 3. videas etiam Carp. ad statuta Mediolani stat. 29. num. 62. quo loco post Asin. dicto cap. 10 adducit alias quatuor fallentias ad regulam supra firmatam, quod Iudex de iure cõmuni consiliũ sapientis sequi non teneatur.

724 † Amplia hanc fallentiam, vt vigore huius nostri statuti Iudex sequi teneatur consilium, etiam si Consultor per verbum fortè, aut videtur, consilium reddidisset, vel etiam per dictionem prima facie, aut prima fronte, dummodo tamen contrarium manifestè non decidatur, ita Asin. d. §. 25. cap. 32. cum cap. seq. post Scalam in dicto tract. lib. 4. cap. 13.

In verbo teneatur, & debeat suam sententiam diffinitiuam proferre] & quid, si cessauerit, an incidat in pœnam, vide Abb. in cap. fin. de rescript. adde cautelas positas per Ias. in l. ait prætor, §. si
725 Iudex, num. 3. ff. de re iud. † Nota tamen plures casus, in quibus sententia lata secundum consiliũ sapientis non valet, puta quando fuisset pronunciatum iuxta consilium mittendum, nundum missum, & huiusmodi, de quibus latè per Carpan. ad dictum statutum 29. nu. 78. cum pluribus seqq.

726 In verbo infra terminum prædictum, † quid, si terminus esset transactus, an sententia exinde lata etiam de partium cõsensu valeat; & dic, quòd non, vide Alex. in l. properandum, num. 22. C. de iud. & cons. 82. volum. 3. & cons. 136. & seq. lib. 2. hoc tamen est superfluum, cum Iudice non pronunciante, intelligatur ipso iure facta pronunciatio, vt inf. hoc eodem statuto, in verb. quæ pronunciatio, & pariter habetur inf. eodem statuto 51. an autem sententia extra terminum lata valeat, diximus supra, credo in verb. quadraginta dierum, in prim. statuto, & potest videri per Carpan. ad d. cap. 29. num. 96. post Asin. in d. praxi, §. 2. cap. primo, nu. 5. & cap. 4. nu. 4.

727 In verbo quæ pronunciatio, & publicatio] † hoc est correctorium iuris communis, quo iure, nisi Iudex ferat sententiam super consilio, illud non deberet exequi, sed processus remaneret indecisus, prout animaduertit Carp. ad dictum statutum 29. num. 97. post Marant. in suo specul. part. 4. princ. dist. 16. num. 46. vide etiam de hoc Alex. cons. 24. vol. 6.

In verbo, possit tamen] idem cauetur in Non. Const. Mediolani, in tit. de iudic. cap. his peractis §. possunt tamen, & de hoc videas latè Carpan. ad statutum 31. per totum, vbi num. 4. ponit plura requisita ad validitatem sententiæ diffinitiuæ,
728 † quæstionis tamen est, si Iudex alteri committat causam consulendam, & ante consilium datũ procedat in ipsa causa, num valeant huiusmodi per eum actitata, distinguitur, Aut consultor assumptus fuit iuris necessitate, quia statutum sic disponit, vt in casu nostro, & tunc quia ligatæ statim sunt eius manus, petito consilio, acta nulla sunt ipso iure, Bart. in l. 1. §. si plures ff. de exercit. Archid. in cap. cum plures, de off. deleg. in sexto; Aut verò fuit assumptus ex sola partium, vel Iudicis voluntate, & tunc valent acta, Pract. Papien. in form.

form. libelli appell. à sententia diffinitiua, in c l. in verbo petens, num. 5. & in forma libelli sententiæ diffinitiuæ in prima gl. col. prima. ad finem.

729 † Notandum quoq; est, & obseruandum, quòd si consilium petitũ fuerit, Iudici ordinario allatũ, qui eo dissigillato, dicat, iudico, & pronuncio, prout in dicto consilio continetur, postea tradat illud cõsilium Notario banchi, qui in fine scribit, quòd Iudex pronunciauit, prout in dicto consilio continetur, sententia est ipso iure nulla. vt consuluit Ang. cons. 252. D. Libertina de Mantua. Alex. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. Ias. in l. nec quicquam, nu. 68. ff. de off. procons. & ad eum me remitto. & ad Marant. de ord. iud. par. 4. princ. dist. 16. num. 46.

Quod à sentẽtia lata possit infra quatuor dies appellari.

730 LAta verò dicta sententia] † qualiter lata dicatur sententia, & an præsumatur rite lata, & quotuplex genus sententiarum in iure consideretur, tradit latè plura cumulando Carpan. ad stat. Mediol. cap. 131. nu. 1. 2. & 3. cum plur. seqq.

Et pro clariori intelligentia huius statuti præmitto tex. in auth. hodie, vbi gl. C. de appell. iuncto, §. fin. l. eos eod. tit. cum his, quæ scribit Nat. cons. 51. in princ. Hipp. Marsil. sing. 152. Franc. Purpur. cons. 178. And. Tiraq. in tract. lignag. §. 35. gl. 4. nu. 9. Marant in tract. de ordine iud. par. 6. sub tit. de appell. nu. 202. nempè, quòd de iure communi decem dies dantur ad appellandũ, quo stante, nunc facile est cognoscere, quid faciat statutum nostrũ iuris communis restringens tẽpus, Socin. regul. 397. vbi conclusionem regularẽ constituit, quòd tempus dierum decem datum ad appellandum currit à die sententiæ, & non ante.

731 † An autem huiusmodi statutum restringens tempus ad appellandum, valeat; Alex. in l. 2. nu. 11. vers. subdit tamen, ff. de re iud. tenet quòd statutũ valeat prorogare, vel abbreuiare tempora appellationis, sequitur Bal. in l. præscriptione, colum. 5. vers. ex prædictis, & ibi Ias. col. 6. nu. 8. in fine, C. si contra ius, vel vtil. pub. Bal. in l. pen. C. cõmun. epistol. &c. Alex. cons. 108. vol. 1. Lafranc. de Orian in c. quoniã contra, col. 19. nu. 86. extra de probat. vbi dicit, quòd legittimè statutum potuit abbreuiare tempus appellandi, & prosequendi appellationem, & sic instantiam appellationis. Alex. in l. qui pro tribunali, col. 4. & seq. ff. de re iud. vbi disputat etiam latissimè, an tale tempus concessũ ad appellandũ, & ad petendam restitutionem in integrum, possit abbreuiari, vel prorogari per Iudicem ex causa, & quòd tempus ad appellandũ, possit per statutum abbreuiari, tenet Franc. in c. Romana, nu. 7. in fine, & num. seq. de appell. Corn. cons. 37 nu. 4. lib. 2. Rebuff. in constitut. de appell. art. 4. gl. 1. n. 11. lib. 3. Mandos. de commiss. execut. in verb. nulla prouocatio in fine, q. fin. Lancillot. de attentatis 2. part. c. 12. de attentatis appellat. pendente, limit 50. nu. 164. & seq. Carp. ad d. stat. 131. nu. 52.

832 † Nota etiã, quod appellationi de iure potest renunciari, tã ante, quã post sententiã latam, Bal. in l. fin. C. de temp. appell. Ang. cons. 182. nu. 4. Felin. in c. si diligenti. nu. 2. & 22. de for. compet. dupliciter autem potest fieri renunciatio expresse, scilicet, & tacitè multisq; modis in vtroq; casu, quos lato calamo prosequitur Ruginell. de appellat. §. 9. gl. prima per totum.

733 † Sciendum est etiam, quod licet statutũ dicat, lata sententia, intelligitur tamen procedere à tempore scientiæ, & notitiæ, auth. hodie, vbi gl. C. de appell. Alex. in l. fin. C. de dolo, Plot. in repet. l. si quando, num. 526. C. vnde vi, & latè in repertorio in verb. decretum de appell. plurib. citatis, firmat Carp. ad d. stat. 131. nu. 71. vbi infinitos ad hoc allegat, Ruginell. de appell. §. 4. c. 1. nu. 20. & seqq. & qualis etiã debeat esse ista scientia, infra dicetur.

834 † Quando autẽ, & ad quos liceat appellare, vel nullam dicere, & de tempore præfixo ad dicendũ de nullitate, vide Castr. cons. 328. in 2. dub. Alex. cõs. 59. col. 3. vol. 4. & clarius Io. Antonin. de Sãcto Georgio, in c. dilecto, nu. 90. vers. sed nunquid, si statutũ est de appell. vbi quærit, an statutũ præfigens tẽpus ad appellandũ censeatur præfigere ad dicendũ de nullitate, & cõcludit, quod sic, secũdũ cõmunem, extendendo hanc ex præmissis ibidẽ per eum, & potest responderi ad dicta Alex. in cõs. 33. lib. 1. & 77. lib. 2. qui videtur oppositũ tenere, vide tamen latissimè, & ad partes enucleatũ articulũ per Rugin. de appell. §. 4. c. 2. per totũ, verũ contextus nostri statuti tollit dissentientes opiniones, quia dicit appellare, vel nullã dicere, etiã idem in Nouis Const. Med. in tit. de appell. in princ. illius tituli, & quid, si appellatum sit viua voce, cũ clausula, saluo iure ad appellandum in scriptis, quando tempus currat, tradit Paul. cons. 7. lib. 1. Brun. à Sole q. 24. nu. 22. Rugin. ad Cæsareas Const. de appell. § 4.

735 c. 1. nu. 17. † & ex hoc resultat vtilitas, quia alias, si statutũ non cõpræhenderet nullitatẽ, illa posset proponi vsq; ad 30. annos, vt per Vant. in tit. de nullit. in tit. quoties, & intra quod tẽpus de nullit. agi possit, nu. 8. cum seq.

736 † An autẽ ex falsa Iudicis relatione possit appellari, distinguitur, aut pars consensit expressè relationi, & tunc non potest appellare, idẽ si tacitè, aut non contradixit, vel cõtradixit, & appellare potest Præposit. in tit. de appell. c. intimasti, cõl. 2. num. 8. vbi col. 3. & 4. tradit an ea pendente possit ad vlteriora procedere, & affirmatiuã tenet quã exornat, Lancell. de attent. relation. pend. par. 2. c. 8. per tot.

737 † Appellationẽ autẽ potest exercere tã appellatus, quã appellans; Bar. in l. ampliorẽ, C. de appell. inuitoq; appellante potest appellatus inhærere appellationi appellantis, Roman Alex. Bal. Tiraq. Bursat. & alij, quos refert, & sequitur Ruginel. de appell. §. 6. c. 1. per totũ; hoc. n. beneficiũ cõsequitur adhæsionis appellatus ex appellatione appellãtis, Crau. cõs. 140. nu. 8. ad finẽ, Steph. Gratian. discept. forens. c. 1. nu. 4. quã regulã declar. Ruginel. d. §. 6. c. 1. nu. 35. & seq. Surd. decis. 143.

738 † Itẽ dũ statutũ nostrũ dicit lata sententia posse appellari, hoc est conforme iuri communi, quo iure requiritur, quòd appellatio interponatur lata sententia, nõ autẽ ante, super quibus verbis versatur Ruginel. de appellat. §. 1. nu. 1. & seq. cum à futuro grauamine appellari non possit, de iure ciuili, l. nemo, C. de iurisd. omn. iud. DD. in l. 2. C. de

839 Episc. audient, † secus est de iure canonico, cap. super eo de appellat. & notat Galuan. in differentijs inter ius ciuile, & canonicum in princip. nisi in casibus, de quibus per Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 407. cum seqq. plurib. Itẽ requiritur, vt valida sit appellatio, quod appelletur à sentẽtia, à qua de Iure licet appellare, potest. n. esse, quòd à sententia non possit appellari, vel ratione ipsius Iu-

740 dicis, vel etiã ratione ipsius sentẽtiæ, † scias tũ.

quod regulariter potest appellari ab omnibus Iudicibus, tàm ordinarijs, quàm delegatis, Specul. in tit. de appell. §. videndũ in princ. videas tamẽ Marant. in suo speculo, in verb. & quãdoq; appellatur
741 nu. 246. cũ plurib. seq. vbi decem modis limitat † per Rugin. de appell. §. 2. c. 2. per totũ, regulariter potest appellari ab omnibus sententijs, & grauaminibus, gl. in l. qui restituere, ff. de re iud. Philip. in rub. de appell. quam tñ regulã limitat pluribus modis. Marant. vbi sup. nu. 278, cum infinitis seq. & latissimè post Brederod. in suo tract. tradit Ruginell. de appell. §. 2. c. 3. per tot. vbi plenè tradit, à quibus sententijs, vel actibus, quibusue in causis
742 vel casibus appellare liceat, vel non, † Requiritur etiam, quod fiat intra quatuor dies, de quo infra
743 dicetur suo loco; hæc. n. necessaria sunt † adhoc vt appellatio valida sit, additur aliud requisitum, quod appellatio interponatur corã Iudice, à quo Philip. in c. si iust us, col. 4. de appell. Marant. vbi supra, nu. 133. vbi limitat hoc non procedere, quãdo non potest haberi copia ipsius Iudicis, puta propter absentiã, vel iustũ metũ, nam tunc appellandũ est corã honestis psonis, & videas adhoc practicã, vt ibi per eũ, & quinq; remedia prodita sunt, vbi Iudex non reperitur, vel timet pars ad eũ accedere, quę tradit Rug. de app. in pręfation. nu. 43. & seq.
744 † Sed hic quæritur, an statutum nostrũ volens à sententia diffinitiua posse appellari, intelligatur de diffinitiua tantum, an verò de interlocutoria, siue mixta, & sic sententiæ appellatione in statuto facta, de qua intelligatur; & dic, quòd ex quo expressè loquitur statutum de diffinitiua, non comprænhenditur interlocutoria, Rebuff. in tract. de appell. in præfationib. nu. 11. & seq. Carp. ad stat. Mediol. cap. 131. nu. 22. loquens in proprijs terminis statuti Mediol. loquens per eadem verba, de quibus in nostro, sequitur Rugin. ad Const. Med. in tit. de appell. §. 1. c. 1 in fine, nu. 22. imò si statutum solũ loqueretur de sententia, tantũ comprænhenderet diffinitiuam, non autẽ interlocutoriam, cũ sententiæ appellatione propriè intelligatur de diffinitiua, l. quod iussit, vbi gl. ff. de re iudic. quod maxime procedit in statutis, Bal. in l. 1. §. 1. nu. 1. ff. de off. præfec. Prætor. cũ alijs de quibus per Alex. cons. 50. nu. 20. vbi appost. lib. 2. Dec. in c. super eo. in 4. not. n. 17. cũ seq. de appell. Abb. in c. pastoralis, nu. 6. de appell. Alex. in d. l. quod iussit, nu. 2. vbi Ias. nu. 16. gl. singularis in c. cum olim de testib. in verb. per exceptionẽ, vbi Zabar. Franc. in c. cũ appellationib. §. 1. nu. 3. de appell in 6. Alex. in rub. nu. 13. vbi Rip. nu. 4. ff. de re iud. Mathes. sing. 93. Dec. in l. fin nu. 35. C. de pac. Felin. in cap. causãq; num. 27. de rescript
745 † Fallit tamen, quoties interlocutoria haberet vim diffinitiuæ, nã tunc statutum prohibens appellationem à diffinitiua, comprænhendet etiã interlocutoriam habentẽ vim diffinitiuæ, Alex. dict. cons. 50. nu. 12. Feder. de senis cõs. 188. Ruin. cõs. 78. nu. 4. lib. 5. quod procedit etiam, si statutũ simpliciter loqueretur de sententia, nam nihilominus comprænhenderet interlocutoriã habentẽ vim diffinitiuæ, Alex. d. nu. 12. Dec in d. c. super eo nu. 19 & ratio est secundũ eos, quia quoties maior ratio est in interlocutoria, vel eadem, quæ in diffinitiua, semper statutum loquens de sententia, quod alias solum comprænhenderet diffinitiuã, comprænhendit pariter interlocutoriã habentem eadẽ, vel maiore rationem, idem tenet Franc. in c. pastoralis, nu. 23. vbi Crot. num. 17. de appell. Rebuff. in d. l. quod iussit num. 6. plures fallentias ad hanc regulam ponit Rugin. ad Const. Mediol. in tit. de adpell. §. primo, cap. 1. per totum, vbi latè circa hoc versatur; erit igitur conclusio, statutum nostrum loquens de sententia diffinitiua comprænhendere etiam interlocutoriam habentem vim
746 diffinitiuæ; † dicitur autem interlocutoria habere vim diffinitiuæ, quoties diffinit vnam partem substantialẽ iudicij, Rebuff. in præfat. de appell.
747 nu. 42. † quæ autem dicatur sententia interlocutoria, quæ diffinitiua, & quæ mixta, videas latè Marant. in suo speculò in verb. & demum fertur sententia nu. 24. Ias. in l. nec quicquã, §. vbi decretum, nu. 31. ff. de off procons. & leg. Lancil. in tract. attentat. 2. par. c. 12. de attent. appell. pend. limit. 1. nu. 4. latè Rebuff. in d. præfat. de appell. Pract. Pap. in forma sententiæ diffinitiuæ in gl. 1. nu. 3. Carp. ad stat. Med. c. 131. n. 16. latissimè Ruginell. ad Cæsareas Const. Med. in tit. de appell. §. 1. cap. 1. per totũ, quo loci lato folio enumerat omnes sententias, tàm diffinitiuas, quã interlocutorias, & mixtas, ad quẽ recurras, quoties scire cupis, quando pronuncia Iudicis super aliquo negotio possit dici diffinitiua, an vero interlocutoria, vel mixta, quo loci pariter nu. 9. vsq; ad nu. 17. tradit quatuordecim vtilitates resultantes ex cognitione, an sententia dicatur interlocutoria, an verò diffinitiua, post Marant. in suo speculo in d. verb. & demum fertur sententia nu. 3. vsq; ad nu. 23. vbi pariter tradit tredecim differentias.
748 Vnum tamen † non omitto, quòd à sententia interlocutoria de iure ciuili nõ potest appellari, l. ante sententiam, C. quorũ appell. non recip. Bar. in l. intra vtile in princ. ff. de minor. 25. ann. Marant. in suo specul. in verb. & quandoq; appellatur, nu. 303. & in verb. & demum fertur sententia num. 6. Bart. in l. quod iussit. num. 13. vbi Ias. nu. 36. & 38. ff. de re iud. idem Bar. in l. 2. C. de appell. recipien. Rip. auus meus maternus in l. admonendi. nu. 73. ff. de iureiur. latè Pet. Greg. Tholos. in suo tract. de appell. lib. 2. c. 4. in tit. de prohibitione appellationis à sententia interlocutoria, Rugin. de appell. §. 2. cap 3. nu 475, cum plurib. seqq.
749 † Hinc præcipuè infertur, quod à sententia interlocutoria Iudicis, per quã declarauit positiones haberi pro confessis, de iure ciuili appellari nõ potest, Dec. cõs. 34. nu. 2. post Ang. & alios, Asin. in sua praxi iud. §. 19. cap. 15. n. 6. vbi loquitur, qño adest statutũ, prout in nostra Ciuitate vts. eod. in verb. alioquin responsio. & inf. statat. 28. de responsionib. faciẽdis positionib. quòd nõ respõdens positionibus habeatur pro confesso, Bal. cõs. 269. nu. 1. ad finẽ, vol. 1. & hæç opinio est in praxi tenenda teste Carp. ad stat. Med. c. 83. nu. 175. quicquid in contrariũ voluerit, Rip. auus meus in l. 1. nu. 28. ff. de vulg. Cauagnol. ad 12. decret. montisferrat. §. 8. quæst. 2. vbi latè disserit.
750 † Fallit primo, hæc conclusio de iure canonico, quo iure ab omni grauamine illato appellari potest, cap. vt dilectus de appell. Marant. vbi supra.
751 † Fallit secũdo in interlocutoria lata super ętate à qua etiã de iure ciuili licet appellarę Contard. ad l. vnic. limit. 5. n. 14. C. si de mom. possess. fuer. app. plures alios fallentias ad hanc regulam, videas latè per Petr. Greg. dicto cap. 4. in d. tit. de prohibitione appellationis à sententia interlocutoria. item per Ant. Grauat. in appost. ad Vest. in pract. Roman. sub lib. 3. cap. 10. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 475. & seq.

Scias

752 † Scias tamen, quòd in omnibus casibus, in quibus permissum reperitur appellari à sententia interlocutoria requiritur, quod appellans exprimat causam grauaminis, cap. vt debitus de appell. vbi omnes tex. in c. pastoralis de off. deleg. gl. in cap. Romana, §. sin autem per illum tex. de appell. in 6. Alb. cōs. 447. lib. 3. & si plures causæ sunt, debent omnes exprimi in specie, nec sufficit, quod exprimantur in genere, etiam si essent notoriæ causæ grauaminis, & venirent exprimendæ corā Iudice, à quo, non autem coram Iudice, ad quem, vt latè per Marant. in suo speculo, in d. verbo, & quādoq; appellatur, nu. 153. cū duob. seqq. vbi limitat hoc, quod dicitur de expressione grauaminis quatuor modis, post Philip. in d. c. vt debitus, col. 10. in 4. quæst. videas etiam Pet. Greg. in d. tract. de appel. lib. 6. cap. 1. in tit de requisitis in appellat. nu. 2.
753 Rugin. de appellat. §. 2. c. 4. nu. 17. & seqq. † An autem sufficiat, si causæ exprimantur per relationem ad aliud, puta ad acta, aut refertur ad acta in genere, & nō valet, aut in specie ad talē actū, & te-
754 net sic Philip. in c. cōsuluit il 2. n. 3. de app. † hoc tamen, quod dicitur de expressione causarū grauaminis, facienda in appellatione à sententia interlocutoria, non procedit in appellatione facienda à sententia diffinitiua, in qua sufficit, quod appellans dicat se grauatum, vel dicat appello, Marant. & Petr. Gregor. supra allegati.
755 † Item sciendum est ab interlocutoria, semper esse appellandum in scriptis, non autem sufficit, quod appelletur viua voce, d. c. vt debitus iuncto c. cordi de appell. in 6. Guid. Pap. decis. 16. Ozas. decis. pedem. 6. Marant. in d. uerb. & demum fertur sententia, nu. 18. vbi dicit secus esse in appellatione à diffinitiua, quæ si interponatur statim lata sententia, sufficit, quòd fiat viua voce, si verò intra tempus datum ad appellandū, scilicet decē dierū de iure communi, & quatuor de iure nostro statutario, debet fieri in scriptis, Pract. Pap. in form. appell. à sententia diffinitiua, gl. 1. num. 12.
756 † In verbo, & quilibet alius, cui de iure licet appellare] † ex istis verbis intelligitur de tertio, qui, si ex lata sententia prætendat interesse, causa subsistēte etiā potest appellare, Didac. Coar. lib. prac. quæst. c. 15. nu. 1. qui in alijs etiam personis exemplificat, vt in venditore, ac tertio possessore, & similibus, latissimè etiam exemplificat Pet. Gregor. de appell. lib. 5. c. 1. per totum, latè etiam per Ruginell. ad Cæsareas Med. Const. in tit. de appell. §. 2. c. 1. scias tamen, quod nulli alij licet appellare, nisi illi, cuius interest, Dec. in rub. in 2. lect. nu. 15. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest proferuntur, tertius autē, quādo possit appellare, tradūt Honded. cons. 25. lib. primo, Ioseph. Ludouic. decis. 26. Rim. iun. cons. 692.
757 An autem liceret pro alio sine mandato appellare tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, Petr. Gregor. in tract. de appell. lib. 5. c. 1. nu. 8. cū seq. & affirmatiuè concluditur, modo is, cuius nomine appellatur intra decem dies de iure communi ratam habeat appellationem, l. 1. ff. de appell recip. Vrsil. ad Afflic. decis. 37. nu. 10. Ruginel. de appell. §. 2. cap. primo, nu. 81.

Et quod tertius, cuius interest appellare possit, est tex. in c cum super, vbi Abb. nu. primo, de sent. & re iud. Rip. resp. 4. in tit. de appell. Petr. Greg. d. cap. primo, lib. 5. nu. 2.
758 † Sed dubium est, an tertius teneatur exprimere causā sui interesse in appellatione; & dic, quod sic, per tex. in d. c. cūm super, vbi Abb. nu. 5. Bart. & Ang. in l. à sententia, ff. de appell. Bal. & Felin. in auth. hodie, C. de appel. Couar. prac. quest. d. c. 15. n. 1. Vant. de nullit. tit. quis possit dicere de null.
759 † Et, an iste tertius possit appellare à sñia, à qua victus nō potest appellare, puta quia sit lata tertia sententia, à qua de iure cōmuni non licet amplius appellare, vt toto tit. C. ne liceat tertio in vna eademq; causa prouocare, vel sit lata secunda sentētia cōformis, quo casu de iure nostro statutario, & etiā ex dispositione Nou. Const. amplius appellare non licet, an tunc istæ tertius post dictas tres, vel duas sententias admittatur ad appellandū pro suo interesse; & dic, quod si fuit sciens causam agi per victum ante sententiam, non poterit appellare, cū sibi imputandum sit, quare prius non prouocauerit, si verò fuit ignorans bene poterit, ex quo non debet damnum sentire absq; sua culpa, non tamen isto casu apppellatio proderit victo, ita distinguit Abb. in d. c cum super nu. 26. & cautela est, vt tertius appellans iuret se ignorasse, & causam agitari, & sententiam latam, Ruginell. de appellat. §. 2. c. 1. nu. 38. & quod aliquando tertius, & ignorans non possit appellare, quando principalis nō potest, tradit Couar. pract. quæst. c. 15. n. 2. & 3.
760 † Quæro modo, nunquid tertius pro suo interesse, potuerit prosequi appellationem interpositā per reū principalem; & dic, quod sic, adeo vt, si principalis trāsegerit cū actore, nihilominus dicta trāsactione nō obstante, quæ non potest præiudicare iuri iam quæsito tertio, possit ipse tertius respectu iuris sui d. appellationem prosequi, Bart. in l. à sententia, §. idem rescripsit cū seq. per illum tex. ff. de appell. Abb. in d. c. cū super nu. 27. Pet. Greg. in d. tract. de appell. lib. 5. cap. primo, num. 2.
761 † Sciendū tamen est, quod quoties iste tertius liti alienæ interuenit, tenetur litem acceptare in eo statu, in quo eā inuenerit c. fin. vt lit. pend. in 6. vbi gl. Anchar. & Philip. Franc. nu. 4. tex. in c. vt circa de elect. in 6. Bal. in l. si eo tēpore in fine. C. de remissione pignorū, cū alijs plurib. de quib. p Gail. lib. 1. obseru. 71. nu. 1. cū seq. vbi ex hoc infer. ad quatuor, habet tamen tertius comparens pro suo interesse nonnulla, quæ non habēt litigantes, de quibus videas per Felin. in c. super eo in princ. de off. deleg. vbi docet, quas exceptiones possit proponere, & quomodo probare debeat, quod dicit sua interesse, de quibus priuilegijs videas etiā p Gail. lib. 1. obseruat. 72. vbi adducit quinq; priuilegia, Ruginel. de appellat. §. 2. cap. 1. nu. 45. & seqq.
762 † Itē pariter sciendū est, tertiū non admitti, vt interueniat liti, vel appellationi, nisi prius de suo interesse, saltē summariè doceat, Bart. in l. à diuo Pio, §. si super rebus, n. 2. vbi Ias. n. 19. ff. de re iud. & sufficit isto casu semiplena probatio, ex cōi DD. sentētia, Bar in l. à sentētia. ff. de appell. cū alijs, de quibus per Gail. lib. 1. obseru. 69. nu. 4. & ratio est sm. eū, ne alias interuentio tertij malitiosè, & ad pcessū extrahēdū fiat l. si suspecta, ff. de inoff. test.
763 † Quando autem tertius possit pro suo interesse interuenire, & causæ vna cū principali adsistere, videas tex. in l. sæpe, ff. de re iud. vbi latè Alc. latissimè Gail. d. lib. 1. obseru. 70. vbi firmat regulā affirmatiuam cum ampliationibus sex, & tribus limitationibus, Ruginel. d. §. 2. c. primo, nu. 49. cū seqq.
764 In verbo appellare, vel nullam dicere] † nota, quod statutū loquens in appellatione, habet quoq; locum in nullitate, Alex. cons. 225. num. 3. ac 26. vol. 6. differunt tamen, nam appellatione remota,

nullitas remota non dicitur, Vant. de nullit. process. in tit. quis possit dicere de nullit. num. 36. Soc. sen. cons. 39. num. 34. vol. 4. & de hoc habetur etiam per Pract. Papien. in forma appellationis à sententia diffinitiua, in verbo, in quantum, num. 2. plura alia, quæ non refero in materia nullitatis, recenset Carpan. ad statuta Mediol. c. 116. nu. 166. & seqq. plurib. & nouissimè Ruginell. ad Const. Mediol. in tit. de appellat. §. 3. cap. primo, cum duob. seqq. omnium latissimè, Vant. in suo tract. de nullit. vbi nihil intactũ reliquit, quo ad materiã nullitatũ, ideo ad eum semper recurras.

765 In verbo, infra terminum quatuor dierum] † in hoc corrigit statutum nostrum ius commune, quo iure debet appellari intra decem dies, l. 1. §. biduum. vbi gl. ff. quand. appell. sit, auth. hodie, C. de appell. est tamen conforme nostrum statutum, cum Nou. Const. Mediol. in tit. de appell. in principio, dum pariter disponunt appellandum esse intra quattuor dies, licet in hoc non conueniant, quia statutum nostrum vult dies computari à die latæ sententiæ, Nouæ verò Const. à die intimationis sententię, quod est vtilius, vt inf. dicetur.

766 † Nota autem, quòd istud tempus quatuor dierum currit de momento ad momentũ, Orian. in cap. quoniam contra, in verbo interlocutiones, num. 18. extra de probat. gl. in clem. sicut de appell. Ang. cons. 404. Castr. cons. 117. num. 3. & 4. lib. primo, Alciat. resp. 381. Tiraq. de retr. lign. §. 11. num. 24. Roman. consil. 49. Milleus in repertorio, versic. appellatio debet interponi, fo. 12. Collegiũ Patauinũ inter consilia. Alex. cõs. 87. n. 1. lib. 6. testans de cõmuni. Mising. obseru. 2. cent. 2

767 † Amplia, vt iste terminus quatuor dierũ procedat, nedum in sententia diffinitiua, sed etiam interlocutoria, à qua appellatur, Orian. in d. cap. quoniam contra dicto verbo interlocutiones, col. 9. nu. 43. de probat. Ias. in auth. resque, nu. 19. C. comm. de leg. Alex. cons. 171. nu. 1. & seq. lib. 7.

768 † Sciendum est tamen, quòd licet istud staturũ, ac tempus in eo præfixum appositum videatur fauore litigantium, ambarum tamen partium consensu prorogari non potest, Alex. post Bald. Castr. & alios in l. properandum, nu. 16. C. de iud. Felin. in c. venerabilis, n. 14. de re iud. Lancel. de attent. par. 2. c. 20. tit. de attentat. pendente tempore ad appellandum, nu. 34. & seq. & cap. 12. limit. 50. nu.

769 72. cum pluribus seqq. † Idem est, vt nec etiam per Iudicem accedente partium consensu prorogari valeat, etiam in vim pacti, gl. communiter approbata, in cap. cum sit Romana de appell. vbi Franc. num. 7. & seq. Guid. Pap. decis. 115. Alex. cons. 87. nu. 2. lib. 2. Mandos. de commissione execut. in verb. nulla pronocatione, q. prima. Ant. à Gama decis. 317. & videas latè pluribus citatis, Ruginell. ad Const. Mediol. in tit. de appell. §. 10. gl. 1. c. 1. nu. 47. vbi refert, & reprobat opiniones Doctorum tenentium contrarium.

770 † Curritq; istud tempus quatuor dierum, etiã, quod intra illos quattuor dies fiat compromissũ. Ant. Gabr. recept. sent. in tit. de arbitr. concl. 4. ad finem, Guid. Pap. decis. 115. Mising. obseruat. 68. cent. 2. Asin. in sua praxi §. 2. cap. 9. in principio, Blanc de compromiss. 6. q. principali, sub nu. 27. vers. quarto intellige quicquid dicat in contrarũ fuisse obseruatum in Ciuitate Lucana.

771 † Istud autem tempus quatuor dierum in pluribus casibus non currit; primò, in causis pauperũ, quando causa appellandi ad eos spectat, & etiam sustinendi instantiam eorum interest, nam tunc nec instantia, nec fatalia currunt in eorum causis, tàm in causa principali, quam in causa appellationis, Ias. in l. inuitus, col. 2. in fin. nu. 8. vers. ex prima parte, & col. seq. C. de procurat. Bal. cons. 449. quæritur vol. 5. & cons. 5. vol. 1. Felin. & DD. in c. significasti, de off. delleg. cum alijs, de quibus per Plot. in repet. l. si quando in repertorio, in verbo decretum, sub tit. de appell. sed quia DD. prædicti loquuntur quo ad fatalia sustinendæ appellatio-

772 nis, † quæro, quid in fatali interponendæ appellationis, & sic in quatriduo, quod datur ad appellandum, an curat in pauperibus; Ias. in d. l. inuitus, nu. 8. indistinctè tenet pauperi decendium currere ad appellandum, in cuius locum successit quatriduum, eò quod minima sit illa impensa, quę necessaria sit ad appellationem interponendam, cuius opinionem approbatam fuisse per Cameram Imperialem testatur. Gail. lib. 1. obseru. 142. nu. 4. tu autem dic, quòd, aut appellatio est facienda in scriptis, in qua sumptus sunt faciendi pro rogatione instrumenti appellationis, & tunc isto casu non currit istud tempus, cum pauper excusetur, aut vero appellatio est interponenda viua voce, quod quãdo fiat, dixi supra, & tunc, cum nulla requiratur expensa, currit istud tempus quatuor dierum etiam pauperi, Guid. Pap. decis. 436. nu. 22. vbi ita distinguit, hanc etiam distinctionem sequuntur Mising. obseruat. 97. cent. 4. Lancelot. in tract. de attentat. 2. par. cap. 12. de attent. appell. pend. ampl. prima, nu. 55. & 56. & limit. 50. num 116. & 117. vide tamen Gail. d. obseru. 142. lib. 1. arbiter distinguentem, quis autem hoc in casu dicatur pauper; dic hoc relinqui arbitrio Iudicis, teste Menoch. de arb. iud. cas. 65.

773 † An autem excusentur maiores, vel legitimè impediti, vel qui ob iustũ metũ Iudicis, vel partis non potuerunt appellare; dic, q̃ sic, vt per Carp. ad stat. Med. c. 131. nu. 65. cũ seq. Lancel. vbi sup. nu. 55. cũ seq. licet hoc casu prodita sint remedia, primum, vt coram Notario Iudicis appelletur, Ias. in auth. q̃ supplicatio n. 3. C. de precib. imp. offer; secundo, vt appelletur coram Iudice, ad quẽ; lapus allegat. 39; tertiò appellabit corã honestis personis protestãdo de impedimẽto, vel Iudicis timore, alia etiã sequitur Rugin. de appel. in pref. nu. 43. & seq.

Et tunc nõ solũ eis, sed etiam ecclesijs, minoribus, hospitalibus, & vniuersitatibus, Ciuitatib. & Villis succurritur per restitutionem in integrum, quando est lapsũ d. tempus quatuor dierum, Alex. cons. 55. n. 14. vol. 5. Oldrad. cõs. 304. nu. 3. Afflict. decis. 175. Socin. cons. 299. num. 2. & 3 volum. 2. Plot. in repet. l. si quando, nu. 24. C. vnde vi.

774 † Sciendum tamen est, quòd aliquando etiam quis admittitur ad appellandum, etiam post lapsũ d. quatriduum, quando grauamen habet tractum, successiuum, Bal. in l. 2. nu. 7. C. de episc. audient. & potest exemplificari secundum Carp. ad d. stat. Med. c. 131. nu. 68. in carcerato, qui, ex quo detinetur in carceribus dicitur semper grauari, vt per DD. ibi per eum allegatos.

775 † Itẽ admittitur ad appellandũ post d. tempus Dñus, qui fuit absens à loco tempore sententiæ, & procurator non appellauit infra d. tẽpus, & tunc poterit ipse Dñus appellare infra alios quatuor dies à die notitiæ, Alex. cons. 45. col. 4. vol. 2.

776 † Tertio admittitur dñus remedio restitutionis vts. ad appellandũ post d. tẽpus, intra tamen quatuor dies à die scientiæ, quando fuit procurator negligens.

negligens in appellando, & sic non appellauit, & non potest esse consultum Dño contra procuratorem, eo quia ipse Procurator non sit soluendo; ita Vest. in sua praxi Rom. Curiæ, lib. 7. c. 3. num. 24. ante eum Bart. in l. 1. §. si aduersus, ff. quand. appell. sit Afflict. decis. 344. num. primo, Franc. in c. ex ratione, num. 40. de appell. Gail. lib. primo, obseruat. 143. nu. 6. alios dños casus speciales, in quibus dñus admittitur ad appellandũ post tempus hic præfixum, quando procurator eius non appellauit, ponit Bart. in d. §. si aduersus, quos refert Afflict. dicta decis. 344. nu. primo, vbi Vrsill. nonnullos addit; extra tamen omnes casus, scias, quòd regulariter dñus ob negligentiam procuratoris non admittitur ad appellandum post dictum tempus, etiã ope restitutionis in integrũ, ex quo sibi habet imputare, quod negligentem procuratorem elegerit, l. sed si. §. fin. ff. de inst. act. & l. cum mandato in fine, ff. de minor. & quia est consultum dño, vt agere possit ad damna, & interesse contra procuratorem, l. si remunerandi, §. 1. & l. si procuratorem, ff. mand. l. si procurator, C. de procurat. Gail. d. obseru. 143. num. 6. Afflict. vbi supra, cui addo Odd. de rest. in integ. quæst. 13. art. 9. nu. 47. cũ seq. & nu. 53. & quæst. 69. art. per totum.

777 † Restituitur pariter dñus, si decessit procurator, & propter eius obitum non fuit appellatum, Cassiod. decis. 6. de appell. nu. 5.

778 † Non est tamen omittendum, quòd dum statur ad committendam causam confidenti, nunquam currit fatale in causa appellationis, Marsil. sing. 423. in fine, Alex. cons. 19. lib. primo, videas tamen Carp. ad stat. Med. d. cap. 131. nu. 427. vbi vult istud fatale incipere currere à die interpositæ appellationis, ex Orian. Guid. Pap. Marant. Neuiz. per eum allegatis; vult tamen ibi, quod si propter impedimentum appellans, non potuit venire ad faciendam fieri commissionem, quod tunc fatale currat à die commissionis, vt per Lancell. in tract. de attentatis, secunda par. c. 13. de attent. appell. pend. nu. 46.

779 † In verbo, à die latæ sententiæ] Hoc nostrum statutum nimis latum est, dum vult tempus currere à die latæ sententiæ, cautius igitur prouisum est per Nou. Med. Const. in tit. de appell. in principio, dum volunt id tempus incipere à die intimationis

780 sententiæ, † quando autem dicatur legitima intimatio, Rom. cons. 6. Ias. in l. prima, ff. de eo, per quem factum erit, de quo vide etiam latè Carp. ad statuta Med. cap. 131. nu. 70. 71. cum seqq. plurib. Anchar. cons. 372. Nat. cons. 51. nu. primo, & cons. 358. col. pen. & 162. nu. 33. & 348. col. prima.

781 † Sed quæro stante dispositione Nouar. Const. Med. volentium tempus quatuor dierum currere à die intimationis sententiæ, an si sententia fuerit intimata ad domum; non tamen de ea habuerit scientiam succumbens, an nihilominus tempus præfixum currat à die intimationis; & dic, quod non, sed incipit currere à die quo habuit scientiã, & sic pòterit appellare etiam post quatuor, & post decem dies à die intimationis factæ prædictæ domui, infra tamen quatuor dies à die scientiæ, quibus iurauerit se habuisse notitiam scientiæ, & non ante, ita pluribus citatis, tenet Plot. in repet. l. si quando, in verbo decretum, sub materia appellationis in repertorio, C. vnde vi, quare cautela est, quod si possit sententia intimetur personaliter, illud enim tempus intimationis, de quibus in Nouis Const. intelligitur, idest à die scientiæ sententiæ, & non ante, ita Plot. in d. repet. l. si quando,

782 num. 526. † & ratio est, quia omne tempus præfixum à lege, vel à statuto ad aliquid faciendum non currit, nisi à die scientiæ, sic Ias. in l. 1. num. 13. ff. si quis caut. Bart. cons. 230. Roman. consil.

783 228. num. primo, Curt. iun. cons. 8. nu. 2. † quæ quidem scientia in dubio non præsumitur, Bursat. cons. 37. nu. 20. vol. primo, & cons. 160. num. 8. & cons. 174. vol. 2. Menoch. de arb. iud. casu 186. nec inducitur scientia ex eo, quod condemnatus viderit sententiam in forma authentica, vt volunt DD. in l. fin. ff. quemadm. testam. aper. Felin. in c. quòad consultationem de re iud. Anchar. cons. 372. Perusin. in cap. si iustus metus nu. 49. de ap-

784 pell. † sola enim visio scripturarum, non inducit plenam, & perfectam scientiam, vt per Dec. cons. 214. & DD. in l. 2. §. inspectio, ff. quemadm. testam. aper. sed requiritur plena scientia ipsius sententiæ, & omnium qualitatum suarum, ita Tiraq. tract. lignag. §. 36. gl. 2. nu. 30. Ozasch. decis. 176 nu. 4. ad inducendam verò scientiam requiritur intimatio, vt per Felin. in cap. quo ad consultationem col. 13. de re iud. Bal. in cap. 1. si de feud. vasall. & in l. si is, quem, C. de liberal. caus. Ang. in l. 2. §. biduum, ff. quand. appellan. Gozad. cons. 22. Ozasc. decis. 142. num. 36. quare merito per Nouas Const. in d. tit. de appell. constitutum est tempus ad appellandum incipere currere à die intimationis, & non vltra, consilium Alex. cons. 42. lib. 3. & consil. 114. lib. 5. & in l. gallus in principio, ff. de lib. & posthum. Bal cons. 457. lib. 1. & cons. 3. lib. 4. Tiraq. in tract. lignag. §. 1. gl. 11. num. 52. & iustam cautelam, Capic. decis. 139. nu. 4. Natt.

785 cons. 340. num. 1. † & in casu Nouarum Const. Mediolani, adeo necessaria est intimatio sententiæ, ad effectum, vt curat quatriduum ad appellandum assignatum, vt etiam fienda veniat dicta intimatio, vigore dictarum Nouarum Constitutionum, dato quod quis fuerit præsens recitationi sententiæ ad tradita per Tiraq. de retract. consang. §. 36. gl. 2. nu. 26.

786 In verbo, & non vltra] † Nota, quod licet non fuissent apposita hæc verba. [& non vltra] adhuc tamen post transactum tempus quattuor dierum diceretur exclusa appellatio, gl. in l. 1. & in §. biduum, ff. quand. appell. sit, quod tamen fusius operatur in casu nostro per dictionem negatiuam non, Alberic. in dictionario, in verbo non, hoc tamen fallit in multis casibus, quorum aliqui dicti sunt supra, in his enim admittitur appellatio, etiã post quatriduum, quorũ primus est, quando grauamen habet tractum successiuum exemplificando, vt in carcerato, prout supra, ex Bal. in l. 2. nu. 7. C. de episcop. audien. ex quo enim semper grauatur, dicitur licita appellatio, nisi Iudex sit interlocutus, Orian. in d. cap. quoniam contra, cap. 10. in tit. de interlocut. nu. 63. ad finem, Marant. in suo specul. in 6. par. principio, in vltima parte iudicij decisorij actu secundo nu. 205. latè declarando, tradit Lancellot. in tract. de attent. in secunda part. cap. 12. in tit. de attent. appellat. pendente, limit. 50. num. 131. & 137.

787 † Fallit etiam decem alijs modis, in quibus appellatio interposita post dictum tempus quatriduⁱ valet, & tenet, de quibus per Ruginell. ad Constit. Mediolani, in tit. de appellat. §. 4. cap. primo, nu. 49. cum infinitis sequen. qui hos casus ordinatim ponit, & ideo omitto, ne videar transcripsisse.

788 † An autem appellatio in dubio præsumatur interposita intra debitum tempus, & sic intra quatriduum, videas Francum in cap. bonæ, num. 20. & seq. de appell. Feret. cons. 93. lib. primo. Crot. cons. 7. num. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 95. & receptior est sententia, appellanti incumbere onus probandi appellasse intra quatriduum tamquam sit suæ intentioni s fundamentū, nec non extrinseca solennitas, quæ non præsumitur, sitq; de forma appellationis, quæ probanda, & nonnullis modis extendit Menoch. dicto loco ad quem me remitto.

In verbo diffinitione, seu terminatione appella-
789 re, † nota, quod appellatio potest etiam de nocte interponi, Bal. in auth. hodie, num. 6. C. de app. nec requiritur partis citatio, Tiraq. in tract. res inter alios acta limit. 33. plura etiam congerit Carpan. dicto cap. 131. num. 95. & seqq. pluribus. Alex. in l. non minorem, in fine, C. de transact.

790 † quod tamen secus est in sententia, quæ de nocte regulariter ferri non potest, vt in auth. de iudicibus, §. sedebunt, & in d. l. non minorem. glos. Bart. Castr. & Ias. in l. more, ff. de ferijs, Marant. in suo speculo, in verb. & demum fertur sententia, num. 92. vbi limitat, & ibi appost. ad eum Menoc. de arb. iud. quæst 62.

791 † Fallit tamen hæc regula nonnullis modis, de quibus per Por. & alios in §. omnis, inst. de verb. oblig. Menoch. d. quæst. 62. Socin. reg. 359.

792 † Potest etiam interponi appellatio die feriato, Bart. in l. prima, §. dies, ff. quand. appell. sit, & in l. si expressim, ff. de appell. Marant. in suo speculo, in dicto verbo, & quandoq; appellatur, num. 134. ratio est, quia appellatio est actus extraiudicialis, Bart. in d. l. si expressim, num. 5. quod procedit, vt etiam possit appellari die feriato in honorem Dei, Marant. vbi supra, nu. 217. Hostien. in summa de ferijs nu. 5. gl. in cap. fin. de ferijs, Bart. in l. diuus, ff. de ferijs.

793 † Est etiam notandum, quod causa appellationis assumit naturam principalis, & ijsdem modis regulatur Practic. Papien. in forma libelli in actione reali in gl. prima in fine, Plot. in repet. l. si quādo, num. 167. C. vnde vi.

794 † Quomodo autem sit interponenda appellatio, quando non potest haberi copia Iudicis, qui primo iudicauit, & à quo appellatur, dixi supra nunc addo Socin. sen. apud quem, & alia plura videre est cons. 45. per totum, lib. primo.

795 † Et quia supra dixi in verbo non vltra, quod si lapsi fuerint quatuor dies à statuto nostro, vel Constitutionibus præfixi, intra quod tempus non fuerit appellatum, quod amplius non potest appellari; quæro an post transactum dictum tempus, poterit nihilominus recipi, & proponi nullitas, quæ ex actis apparet puta ob omissam citationem, & similia, notat Alex. pleno cons. 225. vol. 6. Calcan. cons. 19. num. 44. & 104. Alciat. in l. alienationis verbum per illum tex. ff. de verb. signif. Perus. in cap. dilecto, quæst 6. de appell. vbi tenent, quod exceptio nullitatis resultās ex actis impedit executionem rei iudicatæ, etiam post tres sententias conformes, sic hanc opinionem magis communem asseuerat, Gabr. lib. 2. recept. sententiarum, tit. de except. concl. 4. per totū, idem si proponatur nullitas ex deffectu iurisdictionis, Dec. cons 360. Vant. de nullit in tit. quis possit dicere de nullit. num. 37. & seqq. plurib. vbi multa in proposito. Item de illegitimatione personarum, Rugin. de appellat. §. 2. cap. 1. num. 2. & 3.

796 † An autem à sententia Principis, & Senatus, liceat appellare, duplex est sententia: negatiua vna, affirmatiua altera: negatiuam probat tex. in l. 1. ff. quis, & à quo, Abb. in cap. intimasti, col. fin. vers. 3. actus, vbi Imol. colum. prima de appell. Aug. Aret. in l. 1. §. primo, in fine, ff. de appell. Rugin. alios referens de appellat. §. 2. cap. 2. nu. 2.

797 † Contrariam sententiā amplexi sunt Roman. cons. 21. vt scilicet, quando Princeps ad alterius relationem pronunciat appellari possit, Soc. cons. 195. col. 7. vers. postremo posito, Dec. in capit. intimasti, col. fin. versic. tertius casus, & ibi Philip. Franc. colum. 3. de appell. Rip. in cap. primo, colum. 3. de rescript. Petr. Rebuff. in l. quod iussit in 2. not. nu. 52. ff. de re iud. & hæc videtur magis communis, vt per Ant. Gab. lib. 2. recept. sententiarum, tit. de appell. col. prima, vbi etiam declarat post Rebuff. loco sup. citato, Rugin. d. loco.

798 † Quis autem probare, vel reprobare debeat acta in causa appellationis, est latus articulus, de quo per Ant. Gabr. loco mox citato, concl. 5. per tot. reliqua in proposito, videas latè apud Carp. dict. cap. 131. vers. ab ipsa sententia diffinitiua, nu. 93. & seqq. pluribus.

In verbo, ad vnum ex Iudicibus appellationum
799 deputandum, vel deputatum, † quis sit Iudex competens in causa appellationis, & an possit appellari ad superiorem, omisso medio, & quid in Papa, videas per Pract. Pap. in forma appellationis à sententia diffinitiua in glo. & ad quemcumq; Iudicem, vbi latè appost. ad eum Berous post Abb. in rubr. de appellat. vbi Dec. Proposit. & ceteri.

800 † non est tamen omittendum semper appellandum esse ad maiorem Iudicem, cap. si contra vnū in fine, de off. deleg. in sexto, Franc. Marc. decis. 270. & gradatim non omisso medio, cap. dilecti. de
801 appell. gl. in c. Romana de appell. in 6. † adeo vt, nec per pactū, vel consuetudinem induci possit, vt ad minorem, vel æqualem appellari possit DD. oēs in rub. extr. de appell Rebuff. in tract. de appell. in præfat. num. 4. Gozad. cons. 79. nu. 29. & cons. 73.
802 nu. 21. † de iure tamen canonico semper potest appellari ad Papā omisso medio, c. si duobus ext. de appell. Pract. Pap. in d. gl. & ad quemcunq; vbi dat cautellā ad hoc ne appellans erret appellando ad minorem, vel æqualem, vt dicat appello ad Iudicem competentem, nullo specialiter nominato, vt ibi per eum, de his omnibus videas latè per Pet. Gregor. Tholos. in suo tract. de appell. lib. 4. c. 1. cū cæteris capitibus d. libri, apud quē hæc omnia
803 diffuse, & plano folio videre licet, † vbi etiā c. 4. & seq. ponit quando liceat à Iudice seculari ad ecclesiast. appellare, & è cōtra, & p Rugi. d. §. 2. c. 2.

Et dum dicitur in statuto officio deputandum, nota quod hodie aliter proceditur, nam in Nouis Const. Med in tit. de appell. §. qua appellatione, vel nullitate nam petitur Iudex appellationis, seu nullitatis à Prætore, seu maiore Magistratu illius
804 Ciuitatis, vel terræ, vbi primo fuit iudicatū, † & nota, quod Iudex, à quo erit merus executor in committendo, Castr. cons. 23. viso puncto col. 1.

805 † Sed quæro, quid si Iudex, à quo lata est sententia, & fuit ab eo appellatum, non curet admittere nullitatem, & appellationem, quid faciendū erit, dic, quod appellanti sufficit apostolos, idest libellos dimissorios petere, sæpius, & instanter, ad quos recipiendos, si Iudex certum terminum statuat appellans illos non petens in termino ap-

pellationis

pellationis renunciasse censetur, idem dicitur, si iudex statuat terminum iuris incertum, vel appellans non curet oblatos apostolos recipere, c. quamuis rigor, in clem. de appell. vbi etiam enumerantur aliqui casus in quibus potest appellans prosequi appellationem etiam si Iudex ei non deferat d. c. quamuis rigor, & si Iudex nollit respondere non tenetur amplius comparere, & censetur appellatio admissa, Lancellot. de attentat. appell. pend. in præf. num. 53. Vestr. in praxi, c. 3. nu. 36. lib. 7. Lappus allegat. 124. Ruginel. de ap-
806 pellat. §. 6. glo. 2. cap. 1. num. 5. † Solent insuper appellantes habere recursum ad Excellentissimum Mediolani Senatum, qui solet dare litteras eidē Iudici à quo huius tenoris, videlicet si causa est appellabilis, & in ea de nullitate dici potuerit, fueritq; debito tempore appellatum, vel de nullitate dictum eam termino decem dierum admittat, & eodem termino committat alicui I. C. de Collegio eiusdem Ciuitatis partium confidenti, vel vnius in contumaciam, seu renitentiam alterius, qui de iuribus nullitatis, & appellationis cognoscat, & inter partes iustitiam faciat, & dubio emergente eodem termino decem dierum committat articulum intra decem dies omni appellatione remota decidendum, & quando (vt sæpe cōtingit) nullitas, & appellatio interponitur in precibus, vel supplicatione tunc Excellentiss. Med. Senatus in rescripto solet addere hanc clausulam, videlicet decernendo introclusam supplicationem tali die porrectam habere vim legitimæ dictionis, nullitatis, appellationis modo debito tempore porrecta sit, vel modo eo die subesset, vel duraret tempus ad appellandum, & de nullitate dicendum sæpæ etiam ad petitionem supplicantis solet Senatus in huiusmodi rescripto addere hanc clausulā, prouidendo interim ne quid noui fiat, & si quid contra ius innouatum est illud in pristinum iure medio restituatur.

807 Terminus autem dictorum dierum decem ad admittēdam nullitatem, & appellationem de quo in tali rescripto, an possit per Iudicem prorogari sæpius controuersum fuit, & tandem inoleuit consuetudo quod possit prorogari, & ita etiam in effectu quādo expedit prorogatur semper, quæ prorogatio sustinetur de stylo, ac consuetudine, & facit tex. in c. in causis de off. deleg. per quem sic tenet Marant. in suo Speculo, in tit. de appell. sub nu. 236. vers. quarto adduco.

808 † Demum quando causa est appellabilis solet Iudex admittere appellationem, sed quandoq; distinguit effectus, vt potè admittitur quo ad effectū deuolutiuum tantum non retardata executione, si natura causæ hoc dictat, secus quando committit in executione litterarum Senatus Excellentissimi, qui solet indistinctè eidem appellationi, & nullitati deferre.

809 † Scias tamen quod quoties appellatio simpliciter admittitur operatur duplicem effectum, scilicet suspensiuum, quia suspendit rem iudicatam, & deuolutiuum, vt deuoluat causam ad Iudicem ad quem, Abb. in rub. de appell. nu. 4.

810 † Fallit tamen hoc in viginti duobus casibus cōgestis per Marant. in d. verbo, & quandoq; appellatur, nu. 173. vsq; ad numerum 207. in his enim casibus iure speciali appellatio non operatur effectum suspensionis, videas etiam Abb. in d. rub. nu. 5. de appell.

811 † Si vero perplexus sit Iudex, an causa sit appellabilis necne committit articulum termino decē dierum decidendum, quos decem dies vbi non sufficiant aditur Senatus Excellentissimus qui solet prorogare per alios decem dies à die finis, & solet decernere nullum tempus præterijsse à die porrectæ supplicationis vsq; ad præsentationem rescripti faciendam termino sex dierum à die dati rescripti, qui si dandus est dari debet intra alios sex dies à die porrectæ supplicationis ex ordine Cancellariæ Senatus Excellentissimi, vnde protrahitur instantia ipsius causæ articuli per dies viginti duos, & quandoq; minus, si celerius præsente-
812 tur rescriptum, † nec plus quam semel, bisue ad summum solet Senatus Excellentissimus prorogare instantiam dicti articuli, nec nisi maxima ex causa, & quando prorogat vult quod in supplicatione fiat mentio quoties fuerit prorogatum, alioquin obtenta prorogatio nulla sit, & Iudex, qui declarauit super articulo non potest esse Iudex in causa principali nisi de partium consensu absque aliqua fraude causa committatur sic disponente Senatus Cōsulto ædito die 19. Augusti anni 1566.

Aliquando solet Senatus litteras dare super cōmissione appellationis absque aliqua conditione, sed simpliciter mandat Iudici à quo vt causam nullitatis, & appellationis committat I. C. de Collegio Papiæ partium confidenti, vel vnius in contumaciam, vel renitentiam qui inter partes iustitiā faciat, prouidendo interim, vt nihil noui fiat, & si quid nouatum est in pristinum restitui faciat.

In verbo saluo tamen, quod in causis, & casibus
813 specialibus &c.] † quamplurimi sunt isti casus quos longum esset referre, quamplurimos tamen tum ex dispositione Iuris communis, tum ex statutorum prouisione casus speciales, & prohibitos recenset Carpan. ad statuta Mediolani d. cap. 131. vers. cui de iure licet appellare, num. 38. & seqq. pluribus, & cap. 136. vers. vel ex forma præsentium statutorum, nu. 3. 4. & 5. ex Nou. etiam Mediolani Const. alij sunt casus in quibus appellatio est prohibita, puta à sententijs, vel ordinationibus Senatus, vt in tit. de Senatoribus, c. 1. §. à decretis; Itē à sententijs Quæstorum ordinariorum, quæ super calculo, aut circa bona, & peccunias Fisco spectātes ferruntur, vt in tit. de offitio Quæstorum ordinariorum, c. à sententia; Item appellari non potest nec peti restitutio in integrum nec de nullitate dici à sententia lata per Magistratum in causa cridarum, tit. de offitio Quæstorum extraordinariorum, c. horum omnium, §. à quorum; Itē nec ab arbitramentis, c. si contingit, §. à quorum de arbitris, & arbitrat. Item prohibetur nullitas, & appellatio à sententia lata in causa appellationis conformi primæ, vt in tit. de appellat. c. lata; Item cessat appellatio, & querela in causis cridarum, c. super deductis de bonis ad cridas ponendis; Itē appellatio nullitas, ac in integrum restitutio reijcitur à sententia lata in causa criminali mota, & criminaliter decisa etiam respectu interesse partis c. à sententia de accusat. & denunciat. Item à Mulctis licet à præcepto mulctæ valeat appellatio c. non possit de mulctis; A sententijs latis super liquidationibus bonorum debitorum Fisci, nec appellari, nec de nullitate dici, nec in integrum restitutio peti potest, c. statuto, §. his confectis de iure Fisci; A sententia lata per Vicarium Prouisionum denegatur appellatio, c. Vicarius, §. fin. de offitio Vicarij Prouis.

814 † An autem valeat statutum prohibens appellationem,

tionem, & nullitatem, & dic, quod sic maximè quando est à supperiore confirmatum, Bal. consil. 148. col. 3. lib. 1. Paris. cons. 46. lib. 1. cum pluribus citatis per Borgnin. decis. 10. num. 27. & decis. 12. 15 num. 1. & 2. part. prima. † Scias tamen quod quamuis statutum prohibet appellationem à sententia, intelligitur de valida, & non de nulla, & inualida lata contra formam statuti, l. si se non obtulit, §. condemnatum ubi Bar. in fine, ff. de re iud. Afflict. dec. 21. nu. 13. & decis. 283. nu. 1. Dec. cons. 360. nu. 2. cum alijs de quibus per eundem Borgnin. decis. 11 nu. 27. par. prima; operatur autem statutum remo
816 uens appellationem, † quod non potest appellari ad effectum retardandæ executionis, Crauet. cós. 103. nu. 1. lib. 1 Rot. Perus. decis. 72. nu. 24. par 2. item poterit peti executio ante quatuor dies datos ad appellandum alias enim statutum nihil operaretur, Crauet. d. cons. 103. num. 1. Rot. Perus. d. decis. 72. num. 24. Lancellot. de attentatis in secunda parte, cap. 12. limit. 53. Borgnin. decis.
817 10. nu. 11. & 13. part. prima, † Scias tamé quod statutum prohibens nullitatem, & appellationem non includit nullitaté ex defectu iurisdictionis, & solemnitatis non obseruatę, Cephal. cons. 708 nu. 2. & seq. vol. 5. Rimin. Iun. cons. 403. num. 17. & seq. vol. 4. Dec. cons. 8. nu. 7. quod procedit maximè quando appareret de nullitate euidenti, & notoria resultante ex actis, & de defectu citationis, falsitatis, solemnitatis, & formæ, ac iurisdictionis, & potestatis, Borgnin. decis. 5. nu. 29. par. prima, & decis. 19. nu. 5. part 3. quo loci vult hoc procedere dato, quod statutum prohiberet appellationem, per quæcunq; verba generalia, & vniuersalia, nisi in specie sit de iurisdictione facta métio, vt per Ce
818 phal. d. cons. 708. nu. 2. † Scias tamen quod huiusmodi statutum prohibens appellationem, & nullitatem, non comprendit tertium comparenté respectu sui interesse, potuit enim ipse comparere, dicere de nullitate, & appellare; Ioseph. Lud.
819 Rot. Lucen. decis. 56. † Sed quid si statutum prohibet, quod non possit appellari à sententijs alicuius Iudicis, vel de nullitate dici, de quibus sententijs intelligatur; & videtur dicendum solum de
820 sententijs diffinitiuis, quia appellatione sététiæ propriæ intelligitur de diffinitiua, l. quod iussit, vbi gl. ff. de re iud. quod maximè dicendum est in statutis, Bal. in l. 1. §. 1. nu. 1. ff. de off. præf. præt. cum alijs de quibus per Alex cons. 50. num. 2. vbi appost. lib. 2. Dec. in c. super eo, in 4. not. nu. 17. cum seq. vbi appost. de appellat. de quo videas etiam laté Carpan. ad statutum Mediolani, c. 131. nu. 17. cum seq. & latissimè Ruginell. ad Constitutiones Mediolani, in tit. de appellat. §. primo, c. 1. per totum, quo loci plures adducit declarationes; in casu tamen quod imo statutum prohibens non posse appellari à sententijs alicuius Iudicis, quando statutum loquitur de sententijs, & sic per numerum pluralem, quod intelligatur etiam prohibita appellatio à qualibet interlocutoria lata super incidenti, vel emergenti, pluribus ostendit Borgnin. decis. 10. num. 10. par. 1. quo loci vult etiam quod statutum prohibens appellationem à sententijs, interlocutorijs, intelligitur etiam de interlocutorijs habentibus vim diffinitiuę ad hoc vt statutum aliquid operetur allegat decis. Perus. 38 nu 6. in prima parte, Aret. cons. 20. col. prim. cum duabus sequentibus. Castr. in l. ante sententiá col. fin. de appellat
821 In verbo, & idem disponatur de nullitate, † limita istud statutum, non procedere in nullitate ex defectu iurisdictionis, quæ nec statuto, nec rescripto prohiberi potest, gl. & communiter scribentes in clem. 1. in fine de sequestr. possess. & fruct. Bal. in l. generaliter, col. 2. C. de Episcop. & Cler. Alex. cons. 79. in causa, & lite in fine lib. 7. quæ limitatio vera est etiam si latæ essent tres sententiæ conformes, vt per DD. citatos, & per Alex. consil. 77. in causa, col. 4. lib. 2. Dec. cons. 8. nu. 8. & cons. 38. nu. 7. Francus in c. dilecto, q. 52. & 56. de appellat. Vant. de nullit. processuum, tit. quis possit dicere de nullitate, nu. 37. & seqq. pluribus, Orian. in c. quoniam contra, vers. de executione sententiæ, col. 5. de probat. Ripa Auus meus maternus ampliando, & declarando in l. 4. §. condemnatú, num. 23. & seq. ff. de re iud. Alex. in l. in prouinciali, §. qui nunciat, ff. de oper. nou. nunt. Fulgos. cons. 151. col. fin. & in l. 2. §. prætor ait, ff. qui satisd. cog. & in l. ait prætor, §. dato, ff. de iureiur. & in l. cum seruus col. fin. ff. de cond. cau. dat. Idé Fulgos. cons. 148. & 150. & 167. num. 2. & 3. Dec. cons. 341. col. 2. & cons. 360. col. prima, & 373. nu. 5. & 681. nu. 24. Curt. Sen cons. 20. col. 4. vers. & si dicatur Franc. Marc. decis. 163. num. 2. Ant. Gabr. lib. 6. receptarum sententiarum, conclus. 3. sub tit. de statutis, Ruginell. de appellat. §. 12. glo. secunda, cap. 1. nu. 2. vbi idem ait in notoria iniquitate ex quamplurium Doctorum sententia.
822 † Secundò limita non procedere in euidenti nullitate, Alex. in l. 4. §. condemnatum, col. 3. & 4. vbi Rip. nu. 15. ff. de re iud. Practic. Papien. in forma libelli quo petitur executio sententiæ, in gl. prima, & in forma sententiæ diffinitiuæ super gl. 1. & dixi etiam supra in verbo diffinitiua, imo nullitas euidens non obstante desertione appellationis, & nullitatis poterit semper opponi, gl. in cap. licet in verbo excommunicationis, vbi Geminian. & Francus, nu. 3. de appellat. in 6. Abb. cons. 55. col. 2. Paris. cons. 95. num. 37. vol. primo, Ruginel. d. §. 12. gl. 2. cap. 1. num. 2.
823 † Tertiò declaratur hoc statutum procedere in nullitate de iure cói, secus in nullitate prouenien te de iure speciali, puta statutario, Vant. de nullit. in d. tit. quis possit dicere de nullitate, nu. 50. Lancellot. de attentat. par. 2. capit. 13 de attentatis nullitate pendente, num. 50. qui plures alias declarationes in proposito deseruientes tradit, vt per Perus. in c. dilecto, q. 52. & 56. de appell. quas reassumpsit Carp. ad statuta Mediolani, c. 116. in vers. nec de nullitate agi nu. 166. cum pluribus seqq.
824 In verbo qui fuerit aduocatus] † Idem procedit de iure communi. DD. in l. prætor, ff. de iur. om. iud. Marant. de ord. iud. par. 6. num. 42. Menoch. de arb. iud. q. 73. latę pleno cons. Bertazol. cons. crim. 550. vol. 2. alias causas recusandi Iudicem, tamquam suspectum, prosequitur Maran. loco proximè allegato, & de consanguineo, tradit ibi nu. 29. par. 6. art. 2. & dixi etiam supra.

In verbo qua appellatione, & nullitate interpo-
825 sita] † vide latissimè congesta per Carpan. circa hæc verba in eodem fere Mediolanensi statuto, c. 131. nu. 777. & seq. nota tamen præter ibi dicta æquipararі nullitatem, & appellationem, de quo vltra supra dicta, vide Practic. Papien. in formali libelli sententiæ diffinitiuæ super gl. prima, & in for
826 ma executionis sententiæ in prima gl. † notandú tamen, quòd de nullitate perpetuò semper dici potest vsq; ad triginta annos, gl. in c. vnde quæritur in fine gl. magnæ 35. q. 9. Bal. in l. scire oportet,

tet, §. fin. ff. de excus. tut. Alex. cons. 59. col. 4. lib. 4. Crau. cons. 108. circa finem, lib. 1. & cócordat statutum nostrum cum Nou. Mediol. Const. in tit. de appell. cap. qua appellatione.

827 † Item nota, quòd statim interposita appellatione tempus instantiarum appellationis currere incipit, non expectato lapsu quatridui, clem. sicut de appell. Marsil. sing. 51. Felin. in c. quoad consultationem num. 30. de re iud. attamen Orian. in tract. de arbitr. col. 16. tenet instantiam appellationis incipere à die porrecti libelli appellantis, & communis practicantium stylus est, quòd incipiat à die factæ commissionis ipsius appellationis, quæ commissio, vt fiat, peti debet, Alex. cons. 164. vol. 2. Neuizan. cons. 41.

828 In verbo hoc ordine] † plura tempora concedi, & considerari in appellatione recenset Carpan. d. cap. 131. nu. 362. & seqq. pluribus.

In verbo videlicet quòd statim post ipsam ap-
829 pellationem] † hæc, statim, particula nimis stricta visa est conditoribus sapientissimis Nouarum Mediolani Constitutionum, qui & appellanti, & appellato statuêre tres dies vtiles à die commissionis factæ incipientes, intra quos possit vterque petitionem suam facere, in scriptis porrigere, ac parti notificare, & personaliter intimare, vel ad domum, aut eius procuratori, qui confidentes in causa dederit, vt habetur in dictis Nou. Constit.
830 in tit. de appell. c. teneatur appellans, † & isti tres dies vtiles currunt à die factæ commissionis, & præsentatæ, vt in terminis Berret. cons. 45. nu. 9. ita tamen vt dies factæ commissionis non compre-
831 hendatur sub dicto triduo † propter illam dictionem, A, quæ denotat separationem ab eo, cui adiungitur, Bal. in l. scire oportet, §. illud, ff. de excus. tut. & in l. eos, §. sin autem, C. de appell. Oldrad. cons. 49. nu. 1. Franc. in c. super eo, il secúdo, nu. 22. vbi Alex. de neuo, num. 30. de appell.

832 † Sed dubium est, nunquid istud tempus istorũ trium dierum currat ignoranti, & impedito, & dic, quòd non, vt per Berret d. cons. 45. num. 9. quare practica est, quod quando, fit commissio in contumaciã appellantis, & de ea fiat intimatio, ad hoc, vt tempus prædictum currere possit, quia, si tunc appellans illud labi permittat, appellatio remaneat deserta, vt habetur in d. tit. de appell. §. teneatur appellans, & in his fere terminus, Castr. in l. 1. §. fin. nu. 6. ff. de appell. Alex. cons. 200. num. 7.

833 † In verbo petitionem suam in scriptis porrigere] de hac petitione agit Alex. cons. 33. in 2. dub, vel. primo, & est tex. in auth. offeratur C. de litis contest. Asin. in sua praxi §. 4. cap. 10. nu. 1. & seq.

834 † Sed dubium est, nunquid hæc petitio possit fieri sine scriptis, prout de iure communi fieri potest, Ias in §. tripli inst. de action. & dicas, quod non, cum hoc sit introductum pro forma, quæ ad
835 vnguem debet obseruari, Bal. in l. fin. col. 2. C. de sinis, & legit. facit tex. in l. contractus, & ibi Bal. C. de fid instr.

836 † In verbo, vel ad domum] circa hæc verba videas latè Asin in sua praxi §. 6. per totum, Carp. ad statuta Mediolani cap. 21. & cap. 131. sed quid si iste, cui est facienda notificatio domum non habeat, debet itaq; statutum interpretari, si commodè fieri potest, quoniam si domo careret, & nullum electum haberet domicilium, iudicis arbitrio habenda ratio esset ipsius temporis, sic declarat in puncto Innoc. de arb. iud. cas. 227. nu. 4. & 5.

837 † Item, quod si haberet duas domos] vide Alex. in l. 4. §. ait prætor nu. 1. 5. & 6. ff. de dam. inf. Asin.
838 vbi supra, & si quis habeat duo domicilia, vnum originale, alterum ratione dignitatis, an citatio valeat, & teneat facta ad domicilium originis, Borgnin. concludit, quod sic decis. 11. in ordine,
839 & quando personaliter sit faciẽda citatio, vel sufficiat fieri ad domum habitationis, tradit melius, quam alibi Francis. Marc. decis. 121. & 124. part.
840 prima, & in loco confinium qualiter sit facienda citatio, tradit idem Marc. decis. 349. in 2. parte, & statutum faciens mentionem de solita habitatione, in qua quis citari debeat, qualiter sit intelligendum, tradit Rom. cons. 146. per totum.

Quæ petitio qualiscumq; sit &c.] idem disponitur in Nouis Const. in d. tit. de appell. c. teneatur
841 † appellans, & nota, quod etiam de iure communi, parte non opponente, incertus, & generalis libellus procedit, Mars. sing. 348. Ias. in §. curare nu. 26. inst. de act. DD. in l. 2. & in l. edita C. de eden. Asin. latè ad declarationem horum verborũ in sua praxi, §. 4. cap. 2. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 21. in verbo qualiscumq; sit, imo in aliquibus etiam casibus admittitur, etiam opponente parte, vt per Asin. d. §. 4. c. 3. Ias. in d. §. curare n. 7. & 57. inst. de act. & in §. tripli nu. 38. & seq. eod. tit. quos non refero, videri enim possunt; clausulas autem salutares, quas in dicta petitione bonum est apponere, tradit Asin. d. §. 4. cap. 4. nu. 7. Ias. in §. omnium, nu. 147. inst. de action. Ant. Gab. lib. recept. sententiarum in tit. de clausulis concl. 4. & de his omnibus dictum est hoc eodem statuto supra.

842 † An hoc statutum valeat, tradit Practic. Pap. in form. lib. quo agitur ad ficti solutionem, in verbo florenos.

843 † Et licet statutum ita generaliter loquatur in qualicumq; petitione, tamen intelligi, ac formari debet secundum loci consuetudinem, vt indicare videtur, vers. 5. sequens ibi, dummodo tolerabile sit, Hieron. de monte in tract. finium ragundorũ, cap. 43. nu. 2. dicitur autem tolerabilis petitio, si ex ea colligi possit intentio agentis, saltem, vt possit scire reus, an debeat cedere, vel contendere, Ias. in l. vinum, nu. 35. ff. si cer. pet. & in l. non solũ §. morte, nu. 46. ff. de nou. op. nunt. Practic. Pap. in forma libelli in actione reali in verbo qualisqualis, vbi appost. alios citat Asin. d. §. 4. cap. 1. nu. 3. nos autem habemus hoc definitum per statutum primum sup. eod. in §. qui libellus, vel petitio, vbi cauetur, quòd petitio dicitur tolerabilis si contineat personam actoris, & rei, & Iudicis, & quantitatem, rem, seu ius, quæ petuntur, & causam petitionis, & ibi latè diximus.

In verbo, & iurare coram Iudice, ad quem]
844 † in iuramento præstando sunt adhibenda formalia verba hic à statuto expressa, alioquin nullũ esset, quod ageretur, nec sufficeret iurare per verba æquipollentia, aut relatiua ad statutum; in puncto, Socin. Sen. cons. 24. col. 3. & cons. 33. num. 6. vers. pro parte lib. 1. in terminis Const. Mediolani Plot. in repet. l. si quando, nu. 372. & 865. & in repertorio in verbo decretum, sub rub. de appellat. Marcobr. cons. 50. nu. 114. idemq; de hoc iuramento præstando cauetur de iure communi, c. 2. de iuram. calum. in 6. & idem approbatum fuit in Nouis Const. Mediolani, in tit. de appell. §. qua petitione, vers. quæ petitio.

845 † An autem huiusmodi iuramentũ debeat præ-

stari

stari per hæredem appellantis, & dic, quòd sic, licet secus sit in iudiciali, vel necessario iuramento,
846 ita Mysing. obseruat. 56. cent. 3. † Quod verum intelligo, quando hæres à principio litis, & causæ conuenitur, vt hæres; si verò conuenitur ob iudicium, & instantiam cum defuncto ceptam, tunc nō statim cogitur iurare, sed assignata illi aliquali dilatione ad deliberandum, vt per Anton. del Rè in suo vtili tract. de iuram. calumn. cap. 18. nu. 26. & seqq. & latè per illud capitulum agit de personis, quæ à tali iuramento excusantur, & cum sit plenissimus tract. omitto tractare ego nam iuramenti de calumnia.
847 In verbo, ac satisdare] † Intellige hoc procedere, si petatur à parte, alias, non, Marsil. in sua praxi crim. §. nunc videndum, nu. 5. & in l. vnius, §. cognitorum, ff. de quæst. Ias. in l. scimus in principio, ff. de inof. testam. & in l. iurisgentium, in principio, ff. de pact. Nat. cons. 685. & Rim. Iun. cons. 39. Ias. in l. vniuersa, C. de precib. imp. off. Cast. in l. peto, §. fratre, num. 3. ff. de leg. 2. Alex. consil. 17. lib. 4. Ruin. consil. 26. num. 8. libr. 4.
848 † hoc tamen procedit loquendo de iure communi, sed, ex statuto nostro, ac ex Nouis Mediolani Const. in tit. de appellat. d. §. petitione sic facta, hæc fideiussio præstanda est statim in ipso actu petitionis, seu libelli appellatorij, etiam si à parte pe
849 tita non sit, † tum ex stylo, & consuetudine, qui omnino in causis appellationum est attendendus secundum Ang. cons. 249. tum ex verbo huius nostri statuti, & Nouarum Const. hanc fideiussionē requirentium pro forma, ita in simili Surd. decis. 57. Felin. in simili in c. si ante, col. 4. de rescr. Ias.
850 cons. 191. nu. 2. vol. 2. † nec sufficit oblatio fideiussionis, sed realis exigitur fideiussio, Zabarel. cons. 67. nec admittitur iuratoria cautio, vbi potest fideiussio præstari, Auus meus Rip. in l. 2. in
851 principio, num. 60. & 61. ff. sol. matr. † Pauper tamen non tenetur, præstare hanc fideiussionem, quando non inuenit, sed sufficit iuratoria cautio, tex. & DD. in auth. offeratur, C. de lit. contest. Plot. in d. repet. l. si quando in repertorio in verb. decretum, sub tit. de appell. Marsil. in sua praxi crim. § diligenter, nu. 103. Ias. in auth. qui rem, in 7. col. vers. decimo, adde C. de Sac. Sant. Eccl.
852 † Idem est, quoties appellans esset externus, nā tunc, si fideiussionem non inueniret in loco Iudicij, remittitur ad eam præstandam in loco domicilij, l. si fideiussor, § si necessaria, & l. de his, §. qui tutor, ff. qui satisd. cogan. Iacob. de Sancto Georgio in d. §. si necessaria, num. 5. Ias. in l. 1. num. 23. in prima limit. ff. qui satisd. cog. & ita solet Excellentiss. Med. Senatus obseruare.
853 † Sed quid, si sit idoneus facultatib. an teneatur fideiubere, an vero sufficiat cautio, cum obligatione bonorum, Alex. cons. 37. n. 15. vol. 2. videtur tenere, quod sic, latè tamen discutit articulū, Ias. post Alex. in l. diuortio, §. interdum, nu. 10. & seq. ff. sol. matr. Honded. cons. 30. num. 33. lib. 1.
854 † An autem ista fideiussio sit prestanda per appellantem, quando fuit per eum in prima instantia præstita, & dic, quod de nouo est præstanda, cum prima præstita cum instantia perierit, gl. in §. primo, in verbo persona, in auth. de his, qui ingred. ad appell. Thesaur. decis. 202. Ludouic. Morot. cons. 49. nu. 4. qui articulū plenè examinant,
855 Marf. in rub. nu. 131. de fideiuss. † Sed quid, si fideiussor factus sit non soluendo, an iterum fideiubere teneatur appellans, dic, quòd non, Bal. in l. prætoria, ff. de pretor. stip. Afflict. decis. 172.
856 † An autem fideiussor semel approbatus, per superuenientiam nouæ calamitatis, & insignis inopiæ possit reprobari, vide Rim. in l. si ab arbitro, n. 2. & seq. ff. qui satisd. cog. & videtur quid sic, d. l. si
857 ab arbitro, §. fin. ff. qui satisd. cog. † quod verū intelligo in obligato iudicis officio, secus in obligato ex conuentione, cum ex primo actu conuētio sortita sit effectum. Ias. in d. l. si ab arbitro, nume. 11. Alexand. cons. 60. nume. 4. libr. 5. plenè Surd. cons. 18. per totum libr. j.
858 In verbo omnia damna, & expensas] † quæro ad quid teneatur fideiussor, de quo hic datus per appellantem, & dic, quòd tenetur restituere parti omnia damna, interesse, ac expensas litis, quæ passa fuerit, & taxata fuerint per Iudicem, item tenetur de expensis soluendis, si appellans ipsam appellationem prosequutus non fuerit, quod etiam procedit de iure communi, gl. Cyn. & Bal. in l. eos §. fin. in principio, C. de appell. & in auth. generaliter, col. 1. & 2. C. de Episc. & Cler. item tenetur de iudicio sisti, vt cauetur in hoc nostro statuto, & in dictis Nou. Const. Item tenebitur ad restitutionem salarij per appellatum datum Iudici appellationis, cum illud veniat appellatione expensarum, Marf. in rub. de fideiuss. num. 214.
859 † Si quis autem cupiat videre significationem horum verborum, scilicet damna, & expensas, videat Carpan. latissimè tradentem ad statuta Mediolani, cap. 55. victus victori, & in hac appellationis causa hoc verum est, tam de iure communi, quam consuetudinario, ac statutario, & tam in Curia sæculari, quam ecclesiastica, l. eos, §. cautione, vbi Bal. C. de appell. vt etiam paulo ante dictum est, & tam in appellante, quam in appellato, si succumbat, gl. & DD. in c. finem litibus, extra de dol. & contum. alia plura in materia condemnationis in causa appellationis, videre est apud Petr. Rebuff. in suis Commentarijs, ad Constitutiones Regias, in tit. de appell. art. 9. gl. vnica, nu. 20. & seq. tom. 3.
860 † Sed quæro, quid, si datus sit fideiussor, & pars aduersa neget eum esse idoneum facultatibus, cui incumbat onus probandi regulariter pars negans idoneum probare tenetur, Alex. cons. 37. num. 3. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 782. parte 2. videas gl. distinguentem, in l. si vero, §. qui pro rei qualitate, vbi Bart. ff. qui satisd. cog. Castr. in l. si vero, §. qui pro, in verbo si dubitetur, ff. qui satisd. cog. latè Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 44. nu. 17. & 18. & cap. 53. num. 2 & seq. Surd. decis. 320. Menoch. de præsumpt. lib. sexto, præsumpt. 51.
861 † Quomodo autem interesse peti possit, & quotuplex sit, præter tradita à scribentibus, in l. fin. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest, proferuntur, remitto ad Carpan. ad statuta Med. cap. 43. nu. 6. & seq. sub rub. de damn. & interesse.
862 In verbo, quæ taxata fuerint] † longa series verborum, latusq; posset fieri tractatus super materia damnorum, interesse, & expensarum, ideo his omissis, quæ dubia possint oriri circa taxationem, vel circa expensas, damna, & interesse, clarè per tractatum explanat, & breuiter Pet. Rebuf. in tractat. de expensis, damnis, & interesse, in suis Commentarijs super Const. Regni tom. 3. & in expensis litis, quæ enumerantur, tradit Plot. in repet. l. si quando, §. 37. nu. 6. & 7. C. vnde vi, & alia multa in proposito recenset, Carpan. ad statuta Med. cap.

cap.56. tit. de execut. expens. num.12. cum seqq. pluribus, Francis. Bursat. consil. 294. vbi magis clarè, & explicitè loquitur, & nullus est qui versatur in forensibus negotijs, qui non debeat habere illud consilium præmanibus, Grat. cons. 108. lib. primo. Carauit. super ritib. magn. cur. rit. 298.

In verbo, si ipse appellationem nullam dicens succubuerit, & non fuerit prosequutus vsq; ad fi-
862 nem] Nota ex hoc statuto paria esse non appellare, vel renunciare, & non prosequi, I ancell. de attent. in 2. par. cap. 12. tit. de attempt. pend. appell. ampl. 2. nu. 2. Rot. decis. 1. l. tempore, & l. per hãc, C. de temp. appell. Guid. Pap. cons. 124. circa principium, Afflict. decis. 78. num. 2.

863 † Et, nisi statutum prouideret fideiussorem teneri in omnibus de iure, teneretur tantum in casu succumbentiæ, non autem in casu desertionis, Bal. cons. 106. nu. primo, vol. 2. Ias. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 61. ff. de acq. poss. Rebuff. in dicto tract. de expens. tom. 3. art. primo, gl. vnic. num. 51. & 52.

864 † Quando appellatio dicatur deserta, Bursat. consil. 145. volum. 2. & plura tradit in proposito, Carpan. ad statuta Mediolani. cap. 131. num. 545. cum pluribus seqq.

In verbo alioquin ipsi appellationi renunciasse
865 intelligatur] Quot, & quibus modis quis appellationi renuntiasse dicatur, plenè discussum reliquit Carpan. ad statuta Mediolani, c. 131 num. 572. vsq; ad finem capituli, latè etiam Ruginel. ad Constitutiones Mediolani tit. de appellat. §. 9. gl. prima, cap. 1. per totum, vbi latè tradit, & quando appellationi renuntiatum dicatur, & ex quibus actibus inducatur, Petr. Greg. Tolosan. in tract. de appell. lib. 8. cap. 44. per totum, & duos casus etiã in quibus appellationi renuntiatum dicitur, ponit Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de appell. conclus. 2. & 3.

866 † Nota tamen ex his verbis alioquin &c. dici inductam formam à statuto nostro, ex quo statutum nostrum procedit actum annullando si supradicta de petitione coram Iudice, ad quem facienda, nec non fideiussione, & iuramento non seruentur, quibus casibus dicit forma introducta, Bart. in l. de his, ff. de trãsac. Ias. in l. prima, num. 7. ff. de lib. & posth. Dec. cons. 528. num. 11. Soc. Iun. cons. 71. nu. 23. lib. 1. Menoch. de arbitr. iud. q. 30 num. 5. lib. primo, & in terminis Constitutionum Mediolani, in tit. de appellat. quæ idem disponũt prout in statuto nostro, quod istud dicatur introductum pro forma, tenet Ruginel. ad dictas Constitutiones tit. de appellat. §. 8. gl. 4. num. 3. & 6.
867 cum seqq. † Quare fit, vt huiusmodi forma à statuto nostro, & à Nou. Constitutionibus inducta ad vnguem obseruanda veniat, Bald. in l. 2. col. fin. num. 10. C. quom. & quand. iud. Alex. consil. 42.
868 nu. 26. lib. 1. † nec possunt supradicta, cum pro forma dicantur introducta, partium consensu remitti, Doct. in l. 1. ff. de lib. & posth. Felin. in c. si diligenti, de for. competent. Ruin. cons. 258. nu. 1
869 & 2. lib. 4. Menoch. de arbitr. iud. d. q. 30. † nec sufficit, si per æquipollens adimpleatur, Boer. decis. prima, num. 41. & seqq. latissimè Peregr. Ianin. in tractat. de citat. reali, libr. 2. capit. primo, nu. 138. vsq; ad numerum 207. vbi plura in materia formæ, & per Rim. Iun. cons 759. Vinc. Honded. cons. 27. nu. 28 & seq. lib. 1.

870 In verbo, & executioni mandetur] vide, quæ dixi supra vers. & idem disponatur de nullitate, ad uerte tamen, quòd statutum nostrum prouidet, vt sententia exequatur, si supradicta non fuerint obseruata, cum parum esset sententiam ferri, nisi ea executioni mitteretur, cap. cum aliquibus de re iud. c. vbi periculum, §. præterea de elect. in 6. l. 2. §. post originem, ff. de origin. iur.

871 † Quod quæ per verba firma maneat, & executioni mittatur, videtur remota vlterius appellatio Ias. cons. 187. circa principium, col. 7. vers. similiter, lib. 2. Cumia in ritib. magn. cur. cap. 17. nu. 32. Anguiss. cons. 76. num. 6. & 9. Contard. ad l. vnic. nu. 20. C. si de moment. possess. fuer. appell. Ruginel de appell. §. nono, gl. 2. cap. vnic. n. 2. & 3.

In verbo postquam statim] conueniunt nouæ Constitut. in tit. de appellat. §. posthæc statim,
872 † quæ dictio statim idem est, ac si diceretur, ipso iure, Tiraq. in repet. l. si vnquam in verbo reuertatur, num. 116. & seq. cum ibi allegatis, C. de reuocan. donation, & num. 446. vbi ait, hæc verba nullum requirere Iudicis ministerium; alia etiam videre licet apud Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 22. nu. 32. cum seqq. pluribus.

In verbo probandi, producendi, & ostendendi]
873 † vide notata ad Carpan. dicto cap. 132. & c. 22. in verbo probandi, nu. 63. & seqq. ideo non refero cum statutum Mediolani conformet cum statuto nostro, & dicto cap. 131. & 132. & seq.

874 † Quæ autem exceptiones possunt opponi in causa adpellationis, vide Ruginel. ad Constitutiones Mediolani, tit. de appellat. §. 10. glos. 34. per totum.

875 In verbo successiuè verò] † conuenit statutum Mediolani, cap. 133. & vide ibi annotata per Carpan. conueniunt etiam Nou. Constitutiones Mediolani, tit. de appellat. §. posthæc statim, & §. successiuè verò, & in tit. de iudic. §. ne processus.

In verbo, & quòd omnes exceptiones sint saluæ
876 &c.] † dixi supra in principio huius statuti, sub rubr. de ordine causæ ciuilis, in verbo statuentes quoque, quod omnes exceptiones, quibus addo Doct. post gl. in c. ex parte, il primo, extra de testibus, Aret. cons. 98. prope finem.

877 In verbo postea teneatur] † notat amen, quòd pendenti causa commissionis, nihil est innouandum in causa appellationis, ex his, quæ tradit Bar. in l. prima, ff. nil nou. app. pend. Marc. decis. 380. in 2. part. Petr. Duen. reg. 42. Afflict. decis. 352. cum seq. Marc. decis. 43. in 2. part. Alex. cons. 99 col. 2. libr. 5. Didac. Coaruu. lib. 1. pract. quæst. cap. 23. cum seq. Dec. cons. 23. & in l. prima, C. de bon. possess. secundum tab. & cons. 97. Bursat. cons. 22.

878 In verbo, qui Commissarius] † conueniunt in hoc Nou. Constit. tit. de appellat. cap. primo. §. is confidens causæ, & statutum Mediolani, vbi Carpan. cap. 135.

In verbo, posteaquam verò lata fuerit dicta
879 sententia] † multa circa hæc scripsit Carpan. ad statutum Mediolani, cap. 136. & 137. præter tamẽ ea, quæ dicit ipse, an, & quando sententiæ dicantur conformes, ita, quòd appellare non liceat, vide Dec. cons. 385. per totum, Crau. pleno consil. 183. lib. 1. Pract. Pap. in form. execut. sententiæ diffinit. gl. 1. Soc. Iun. cons. 74. col. 2. volum. 2. vbi quomodo dicatur confirmari, si eiusdem sit iuris, licet verba diuersa, & consil. 18. col. prima, & 162 per totum, vol. primo, Franc. Marc. decis. 291. in 2. parte.

880 † Scias tamen, quod conformitas magis considera-

deratur

deratur in effectu, quam in verbis, Dec. cons. 385. num. 2. Anton. Gabr. in suis communibus, tit. de re iudic. concl. 1. nu. 34.

881 † Hinc est, quòd sententiæ dicuntur conformes, quæ in qualitate, & substantia conueniunt, Alex. cons. 77. num. 33. libr. 2. Menoc. cons. 509. num. 16. lib. 6.

882 † An autem sententiæ dicuntur conformes, si diuersæ sint in quantitate, vide Thesaur. decis. 122. per totam, latissimè Ruginel. ad Constitutiones Mediolani tit. de appellat. §. 12. gl. prima, cap. vnico per totum, vbi decem modis declarat, quando sententiæ dicantur conformes, & qñ non.

883 † Sed dubitatur num stante dicto statuto, possit peti restitutio in integrum, dic, quod non, ita Bald. in l. in causæ, ff. de minor. Aret. in l. si causa cognita, C. de transac. & ad idem facit statutum supra de regimin. potestatis in ord. 55. tit. de rigore statutorum communis Papiæ, dum disponitur, quòd verba debeant accipi, & intelligi, prout iacent, & infra statuto crimin. vlt. Abb. consil. 44. col 4. & vide Vitalin. in tract. clausularum in verbo nil nouari appellat. pendente, Socin. cons. 242. num. 290. Alex. cons. 114. col. 3. num. 11. libr. 5. hoc tamen, licet placeat Alex. & Socin. mihi tamen non arridet, per ea, quæ pleno consilio tendit Rimin. Iun. cons. 242. col. pen. & final. vbi rationes plures considerat, quæ iuditio meo præualere videntur adductis per dictos patres.

884 † Aduertendum quoq;, quòd vbi prima sententia esset confirmata per secundam, ex alia tamen causa, quàm ex qua motus fuerat primus Iudex, certè istæ sententiæ non dicerentur conformes, & propterea non caderent sub dispositionem istius statuti, ita Perusin. in cap. dilecto, q. 52. extra de appellat. refert, & sequitur Felin. in c. inter cæteras col. 4. circa medium de re iudic.

885 † Item fallit istud statutum; quando sententia esset euidenter nulla, & iniusta; vt iam dixi supra in verbo statuentes, Ias. in l. 1. in principio, col. 6. post Bart. ibi, ff. de op. nou. nuntiat. faciunt tradita per Aret. cons. 68. circa finem, & multo fortius procederet, data nullitate notoria, & ex actis resultante, Alex. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. & cons. 77. vol. 2.

886 † Item non obstante hoc statuto; posset opponi de iudicis incompetentia, Alex. cons. 113. nu. 6. vol. 1. Dec. cons. 8. col. final. cum declaratione tamen Felin. in dicto cap. inter ceteras, vers. sexta declaratio de re iudic. ad quod vide Vant. de nullit. process. tit. quis possit dicere de nullitate, nu. 37. & seqq. pluribus, Anton. Gabr. in suis communibus, tit. de statut. conclus. 3. per totam, vbi multas affert declarationes, Bero. cons. 85. lib. 3. Andr. Gail. lib. 2. pract. obseru. c. 93.

887 † An verò exceptio compensationis impediat, tradit Francisc. Marc. decis. 148. in 2. parte, Curt. Iun. consil. 136. nume. 21. Bertrand. consil. 84. lib. primo, Franc. Vegg. cons. 47. nu. 2. & 3. Hieron. Gabr. cons. 49.

888 † Nota vlterius mirabilem declarationem, quod etiam si statutum hoc tollit omnem exceptionem opponendam contra duas sententias conformes, eo tamen non attento, si reus fuerit condemnatus ad rem tradendam, ei tamen incumbere poterit loco pignoris, Boer. decis. 43. nu. 15. & 16.

Fallit etiam, quando dolus, & lata iudicis culpa interuenisset, Plot. in repet. l. si quando, §. 6. nu. 8. C. vnd. vi.

889 † Notandum etiam, quòd hoc statutum idem operatur, ac si latæ essent tres sententiæ conformes, & sic corrigit ipsum ius cōmune, volens tres conformes requiri, & bis appellari posse, Ant. Gab. in suis communibus, tit. de execut. rei iudic. conclus. prima. nu. 15. & quod idem operatur, quod ius commune tradit Paris. cons. 119. in fine vol. 4. estq; etiam conforme cum Nouis Mediolani Constitut. tit. de appell. c. lata sententia.

In verbo executioni mandetur omnibus iuris

890 remedijs] † apud quem autem iudicem petenda sit dicta executio, an apud iudicem appellationis, an vero apud iudicem, à quo; vide Bart. in l. eos in fine, & in l. papinianus, §. offitijs, C. de appellat. qui dicit iudicem appellationis executioni demandare debere, Doct. vbi Alex. communem dicit in l. à diuo pio, ff. de re iudic. secundum formam tamen horum statutorum quilibet Iudex requisitus exequitur, vt inf. rubr. 26. tit. de sententijs arbitris, & arbitramētis inter extraneas personas executioni mandandis, Marant. in suo Specul. iudic. part. 6. sub rub. de execut. sententiæ.

891 In verbo, aut aliter reformetur] † Intellige reformare sententiam non tantum circa quantitatem, sed etiam, si adijciatur aliqua qualitas, quæ non erat in prima sententia, Alex. cons. 77. col. 1. vol. 2. faciunt notata per Paris. cons. 95. num. 22. lib. 1. Soc. Iun. cons. 18. vol. 2. vbi declarat, vide etiam Bart. in l. ius ciuile, ff. de iust. & iur. cum quo tenet etiam Alex. in l. scire debemus, col. 1. ff. de verb. oblig. Dec. in l. edita, num. 18. & num. 37. C. de edend.

In verbo mutatis mutandis, & congrua con-

892 gruis] † hoc est, licet admittatur appellatio, intelligendum est in ea parte solum, quæ fuit reformata, vel reuocata, & de hac clausula in omnibus & per omnia quid importet, declarat Rimin. Iun. cons. 467. nu. 46. & magis clarè Dec. ante ipsum cons. 152. colum. 2. vbi dicit, quod est vniuersalis clausula omnia comprehendens, & clarius idem Dec. cons. 325. In casu proposito, col. 2. vers. in casu isto post Alex. & alios in l. prima, per illum tex. ff. de leg. primo.

In verbo, quod statutum omnibus iuris reme-

893 dijs] † vide Boss. in tit. de mulctis, ad fin. in sua praxi, vbi tradit, quæ sint hæc iuris remedia.

In verbo, item quòd omnes, & singuli Commis-

894 sarij] † vide circa hoc Castren. consilio 320. lib. 1. dum discrit, an in causa appellationis peti possit compromissum.

In verbo, ac sine vlla conditione, vel alternatio-

895 ne] † vide de iure communi Gabr. in suis communibus tit. de sententijs, concl. 1. nu. 17. & seq. Port. Imol. lib. 4. commun. opin. reg. 9. Alex. in l. à diuo pio, §. in venditione, nu. 15. cum seqq. pluribus, ff. de re iudic. Bursat. cons. 155. per totum, & communis est opinio, quòd sentētia sub conditione ferri non possit, l. 1. §. biduum, ff. quand. appel. sit, quem tex. ponderat Fulgos. cons. 217. vbi extendit ad delegatos, & arbitros: Ias. in l. admonendi, nu. 16. & seq. ff. de iur iur. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. process. nu. 107. Marant. de ord. iud. in verbo, & demum fertur sententia par. 6 quam regulam declarat gl. in l. non videtur C. de sententijs, & interloc. latè Socin. reg. 369.

In verbo, nisi fuerit de partium voluntate]

896 † nota, quòd partes possunt renuntiare causis, & casibus hic enumeratis, arg. l. si quis in conscribendo, C. de pactis.

In ver-

897 In verbo, nec etiam cōpromissis factis] † hæc statuti particula, videtur contrariari statut. 26. in ordine, sub tit. de sententijs arbitr. in fine vers. & in ipsis cōmissionib. nisi dicatur conciliando, hoc statut. loqui in causa principali, illud verò in causa appellationis.

898 In verbo, statuimus, & ordinamus] † videtur hæc statuti pars contrariari stat. 10. in ordine, sub rubr. de citationibus, dicam ibi ad formam, quoq; huius statuti editæ sunt Nouæ Mediolani Const.

899 tit. de Iudic. c. vbi contingat, † notandum tamē, quod Iudex ex suo arbitrio habita ratione sexus, ætatis, consuetudinis, ac valetudinis, & similium talē terminum extendere, & coarctare potest, Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. prima, cas. 2 nu. 12. & seq. Notandum pariter, quod, si Iudex alicui pro absente comparenti terminum assignauerit ad absentiam probandam, si intra terminum statutum ad vlteriora processerit, non valet sententia, Bart. in l. 5. in 5 not. ff. de re iudic.

900 In verbo, singulis diebus, pro singulis viginti miliaribus] † concordat cum iure communi, l. pri. vbi Doct. ff. si quis caution. Alex. cons. 22. vol. 4. & in l. stipulatio ista, §. in stipulationibus, col. 2. ff.
901 de verb. oblig. † non omittendum tamen, quod hoc statutum non modo videtur desumptū ex d. l. 1. ff. si quis cautioni, sed etiā à l. properandū, §. 1. & seqq. C. de iudic. & l. consentaneum cum auth. seq. C. quom. & quand. iud. licet dicta iura loquantur in diuersis temporibus, substantia tamen statuti in eo tempore desumpta est.

902 † In verbo item, quod si aliqua partium voluerit] † latè in materia huius statuti concordantis cum Nou. Const. Mediol. tit. de iudic. cap. & quia quandoq; contingit, vide Asin. in sua praxi, §. 21. c. 1. & seq. & c. 4. nu. 1. & 2. Ferrat. caut. 46. Cyn. & Bal. in l. 1. C. q accus. nō poss. Afflict. in const. regn. rub. 36. de off. magistratu, nu. 7. lib. 1. Lapp. alleg. 45. in principio.

903 In verbo, quibus semel nominatis nihil addi possit] † intellige hoc verum super ijsdem capitulis, sed forte super nouis capitulis deberet admitti nominatio noua, tum quia non additur per hoc aliquid nominationi prius factæ super alijs capitulis, §. quia verò in auth. de testibus cum ibi notatis, & per Bart. in auth. atqui semel, col. 6. vers.
904 quæro vtrum testes, nu. 24. C. de probat. † tum quia iuramentum, de quo in statuto purgat præsumptionem malitiæ protellandi litem, iuxta notata in d. auth. atqui semel, & in c. cōstitutus extra de fideiuss. & per scribentes in c. statutum de rescrip. in 6. & hoc magis in actore procederet, quia in eo cessat præsumptio, quod velit litem protella-
905 re, † his additur statutum, ita debere intelligi, vt minus lædat ius commune, quo fieri possit, cap. cū dilecti, vbi Doct. extr. de consuet. cum de iure cōmuni, plures nominationes, & testium productiones super eisdem capitulis, in eadē dilatione fieri possint, d. auth. atq; semel, cū etiam de iure communi fieri possit noua testiū productio super nouis capitulis etiā post didicita testificata super antiq. cap. d. auth. atq; semel, & in corpore vnde sumitur.

906 † Id tamen, quod dicitur de instrumentis extra terminum nominatis, vt nihil possit postea addi, facit, vt indistinctè intelligatur prohibere secundam nominationem in eadem causa, siue super eisdem, siue super diuersis capitulis fieri velit, cum ista consideratio diuersorum capitulorum, non possit adaptari ad instrumenta, & vna determinatio æqualiter determinat determinabilia, ad quæ refertur, l. iam hoc iure, ff. de vulg. faciunt notata per Abbat. in c. cum dilectus, col. 2. ad finem de consuet.

807 In verbo, & facta fide summatim] † nota, quòd si Iudex dubitaret, quod peteretur dilatio animo calumniandi, posset petenti facere præceptum, & imponere etiam mulctam, si reperiretur calumniosè fuisse petitum. Ias. in l. 1. post Alex. ibi. ff. si quis iusd. non obtemp. Ferrat. caut. 46. & dicit etiam Ias. allegatus, quòd pars potest petere expensas deponi, quando suspicatur, ne pars faciat cautelosam nominationē, & vide Canonist. in cap. cum causam extra de testib. volentes posse Iudicē refrenare numerum testium.

908 In verbo, & parte iurante] † hoc iuramētū debet formaliter præstari, vt dixi supra in verbo quibus visis, Ferrat. caut. 46. Pract. Pap. in form. product. instrumentorū prope finē principij, pri. glo. quia loquitur per ablatiuos absolutos, qui important conditionem, conditio formā, & forma punctualiter est seruanda, Ias. in l. admonēdi, nu. 296. vers. vigesimus nonus, ff. de iure iuran. Rip. auus mihi maternus in l. fin. vers. 57. C. de reuoc. donat. Dec. cons. 11. nu. 19. Soc. sen. reg. 104. restrict. 4. Idem auus meus Rip. in l. ait Prætor, colum. fin. ff. de re iudic.

907 In verbo, eo casu assignetur] † notandū tamen, quod dilatio data, nō poterit prorogari absq; causæ cognitione, sic Abb. cons. 64. volum. 2. Boer. decis. 294. & 352. Capic. decis. 81. Natt. cons. 335. Perpur. cōs. 90. an autē quando secunda dilatio sit concedēda, Rim. iun. cōs. 119. vbi agit de dilatione petita ad examinandos testes apud Turcas exi-
908 stentes, † & an post terminum datū ad opponendū dari debeat dilatio, tradit Bal. cons. 420. lib. 4. Benint. decis. 45. Francis. Marc. decis. 34. par. prima.

910 In verbo, & in eo termino assignando] † quæri potest, an, sicut currit tēpus datum ad probandū per testes præsentes, eodem modo currat tempus datū ad reprobandum; & videtur, quod sic; quia verbū probare cōtinet de sui natura, verbū reprobare, arg. eorū, quæ habentur in rub. ff. sol. matr. & in rub. ff. si cert. pet. vbi glo. in verbo petatur idest repetatur, & ibi omnes, & maximè quia sæpius in hoc eodem stat. sup. habetur, quod lapso termino dato ad probandū, immediatè currat terminus ad reprobādum, currente ergo termino probatorio, necesse est etiā currere terminum reprobatoriū, alioquin non verificaretur illa dictio immediatè.

911 † In contrarium facit, quia secundum propriā, & strictam significationē, quæ in stat. attenditur, aliud est probare, aliud reprobare, vt patet in præallegatis locis, vbi Alex. stante maximè statuto generali supra de regim. Potest. nu. 55. sub rubr. de vigore statutorum communis Papiæ, & statuto criminali vlt. infra, quod verba statutorum debeant intelligi, prout iacent ad litteram, vnde, cum statutum uelit omnia tempora stare in suspenso, excepto termino probatorio, dicendum est, non includi terminum reprobatorium; cum de eo non sit facta mentio aliqua in statuto; Accedit, quia, licet millies appellatione probationis cōtineretur reprobatio, ex quo tamen statuentes discretiuè, & separatim loquuntur de probatione, & reprobatione, & terminos diuersificant, prout habetur supra in hoc eodem statuto, dicendum est sub vno verbo aliud non comprehendi. & ad

Qui Consultor teneatur præstare consilium?

718 Quibus visis, & diligenter examinatis,† nota quod huiusmodi consilium debet præstari cum cognitione causæ,& adhibita deliberatione, non autem præcipitanter, & statim viso puncto debet consilium reddere Commissarius, alias enim sententia huiusmodi præcipitanter lata non valeret, Barbat. post Butr. in cap. si pro debilitate, nu. 43. extra de off. deleg. & ex pluribus firmat Asin. in sua praxi iud. d. §. 25. cap. 19. num. 2. cum se-
719 quenti,† celeritas enim iustitiam sæpe exorbitare facit, Bal. in l. 2. C. de sent. ex breuiloq. recitan. & propterea melius est peccare in tempore,
720 quam in sententia,† Nota etiam, quod hæc omnia, de quibus in hoc statuto fit mentio, sunt de forma specifica, adeo vt consilium manu propria subscriptum esse debeat, quòd si aliter fieret, consilium esset ipso iure nullum, nam forma inducta à statuto, dicitur substantialis, qua non seruata actus dicitur ipso iure nullus, Bal. in l. comparationes, C. de fid. instr. Dec. cons. 9. col. prima, ac cons. 110. col. prima, & 222. col. prima; Tiraq. de retr. lignag. §. 36. glos. 2. num. 29. & de hoc dicam latius infra cod. statuto 47. sub rubr. de modo dand. curat. bonis vacant. & vide plura in proposito conferentia tradita per Carp. ad statuta Mediolani cap. 27. 57. ac 131.

721 In verbo super quæstione sibi commissa] † ex hoc notandum, quod si consultor assumptus super alio articulo sibi non commisso consuleret, consilium nullum esset, Socin. Iun. cons. 67. prima allegatione, volum. 2. Asin. dicto §. 25. cap. 21.

In verbo ante finem dicti termini] vnde si fiat post finem dicti termini, nihil valet, Socin. iun. consil. 63. vol. primo qui plenè declarat, non omitto etiam famorigeratum consilium Paul. Castr. consil. 184. videtur dicendum, lib. primo, & cons. 91. in causa appellationis, vbi ponit pleraq; ad intelligentiam huius nostri statuti.

In verbo de manu Notarij causæ] nam, si per alium Notarium fieret, actus esset ipso iure nullus, vt in stat. inf. 34. sub rub. de Notarijs eligendis.

722 In verbo iuxta formã dicti consilij] † Hoc est correctorium iuris communis, quo iure Iudex nõ tenetur pronunciare iuxta formam consilij, nec illud sequi, Bart. in l. si conuenerit, ff. de re iud. Scala lib. 3. de cons. sap. cap. 25. Asin. dicto §. 25. cap. 10. versic. regula igitur, Menoch. de arb. iud. quæst. 23. nu. 5. quod adeo verum est secundum eum, vt hoc casu Iudex consiliũ imperiti sequens non excusetur, Butr. in cap. ex litteris de sponsal. Bart. in l. bonorum in fine, ff. de bon. poss. Ang. in l. filius familias in fine de iud. Bal. Castr. Salicet. & alij in l. iuris ignorantiam, C. qui admit.

723 † Fallit tamen hoc, quoties statutum, prout in casu nostro, & infra statuto 51. disponeret, quòd Iudex secundum consilium iudicare teneatur, nam tunc illud omnino sequi tenetur, Cyn. Bart. & alij in l. id quod pauperibus, C. de episc. & cler. Francus in cap. nullus, col. fin. de reg. iur. Cagn. in l. consilium. num. 11. ff. de reg. iur. Asin. d. §. 25. cap. 10. limit. 3. & tunc isto casu, sequendo malum consilium, excusaretur, vt per Menoch. de arb. iud. d. quæst. 23. num. 6. cum teneatur illud sequi, etiam, quòd sibi iniustum videatur vigore dicti statuti, ne lex statutaria elusoria reddatur, secundum Bart. Castr. & Alex. in l. si conuenerit, ff. de re iud. cuius tamen contrarium, nempe, quòd si iniustum arbitratur, sequi non teneatur, alias faciet litem suam, tenuit Socin. iun. cons. 63. num. 9. lib. primo, vbi testatur de magis communi, de quo tamen videas Scalam cap. 25. lib. 3. de cons. sap. & Asin. dicto §. 25. cap. 10. limit. 4. vbi DD. pro vtraq; opinione refert, & etiam §. 32. ampl. 39. num. 2. & 3. videas etiam Carp. ad statuta Mediolani stat. 29. num. 62. quo loco post Asin. dicto cap. 10 adducit alias quatuor fallentias ad regulam supra firmatam, quod Iudex de iure cõmuni consiliũ sapientis sequi non tenetur.

724 † Amplia hanc fallentiam, vt vigore huius nostri statuti Iudex sequi teneatur consilium, etiam si Consultor per verbum fortè, aut videtur, consilium reddidisset, vel etiam per dictionem prima facie, aut prima fronte, dummodo tamen contrarium manifestè non decidatur, ita Asin. d. §. 25. cap. 32. cum cap. seq. post Scalam in dicto tract. lib. 4. cap. 13.

In verbo teneatur, & debeat suam sententiam diffinitiuam proferre] & quid, si cessauerit, an incidat in pœnam, vide Abb. in cap. fin. de rescript. adde cautelas positas per Ias. in l. ait prætor, §. si
725 Iudex, num. 3. ff. de re iud. † Nota tamen plures casus, in quibus sententia lata secundum consiliũ sapientis non valet, puta quando fuisset pronunciatum iuxta consilium mittendum, nundum missum, & huiusmodi, de quibus latè per Carpan. ad dictum statutum 29. nu. 78. cum pluribus seqq.

726 In verbo infra terminum prædictum, † quid, si terminus esset transactus, an sententia exinde lata etiam de partium cõsensu valeat; & dic, quòd non, vide Alex. in l. properandum, num. 22. C. de iud. & cons. 82. volum. 3. & cons. 136. & seq. lib. 2. hoc tamen est superfluum, cum Iudice non pronunciante, intelligatur ipso iure facta pronunciatio, vt inf. hoc eodem statuto, in verb. quæ pronunciatio, & pariter habetur inf. eodem statuto 51. an autem sententia extra terminum lata valeat, diximus supra, credo in verb. quadraginta dierum, in prim. statuto, & potest videri per Carpan. ad d. cap. 29. num. 96. post Asin. in d. praxi, §. 2. cap. primo, nu. 5. & cap. 4. nu. 4.

727 In verbo quæ pronunciatio, & publicatio] † hoc est correctorium iuris communis, quo iure, nisi Iudex ferat sententiam super consilio, illud non deberet exequi, sed processus remaneret indecisus, prout animaduertit Carp. ad dictum statutum 29. num. 97. post Marant. in suo specul. part. 4. princ. dist. 16. num. 46. vide etiam de hoc Alex. cons. 24. vol. 6.

In verbo, possit tamen] idem cauetur in Non. Const. Mediolani, in tit. de iudic. cap. his peractis §. possunt tamen, & de hoc videas latè Carpan. ad statutum 31. per totum, vbi num. 4. ponit plura requisita ad validitatem sententiæ diffinitiuæ,
728 † quæstionis tamen est, si Iudex alteri committat causam consulendam, & ante consilium datũ procedat in ipsa causa, num valeant huiusmodi per eum actitata, distinguitur, Aut consultor assumptus fuit iuris necessitate, quia statutum sic disponit, vt in casu nostro, & tunc quia ligatæ statim sunt eius manus, petito consilio, acta nulla sunt ipso iure, Bart. in l. 1. §. si plures ff. de exercit. Archid. in cap. cum plures, de off. deleg. in sexto; Aut verò fuit assumptus ex sola partium, vel Iudicis voluntate, & tunc valent acta, Pract. Papien. in form.

form. libelli appell. à sententia diffinitiua, in gl. in verbo petens, num. 5. & in forma libelli sententiæ diffinitiuæ in prima gl. col. prima. ad finem.

729 † Notandum quoq; est, & obseruandum, quòd si consilium petitũ fuerit, Iudici ordinario allatũ, qui eo dissigillato, dicat, iudico, & pronuncio, prout in dicto consilio continetur, postea tradat illud cõsilium Notario banchi, qui in fine scribit, quòd Iudex pronunciauit, prout in dicto consilio continetur, sententia est ipso iure nulla, vt consuluit Ang. cons. 252. D. Liberina de Mantua. Alex. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. Ias. in l. nec quicquam, nu. 68. ff. de off. proconf. & ad eum me remitto, & ad Marant. de ord. iud. par. 4. princ. dist. 16. num. 46.

Quod à sentẽtia lata possit infra quatuor dies appellari.

730 LAta verò dicta sententia] † qualiter lata dicatur sententia, & an præsumatur rite lata, & quotuplex genus sententiarum in iure consideretur, tradit latè plura cumulando Carpan. ad stat. Mediol. cap. 131. nu. 1. 2. & 3. cum plur. seqq.

Et pro clariori intelligentia huius statuti præmitto tex. in auth. hodie, vbi gl. C. de appell. iuncto, §. fin. l. eos eod. tit. cum his, quæ scribit Nat. cons. 51. in princ. Hipp. Marsil. sing. 152. Franc. Purpur. cons. 178. And. Tiraq. in tract. lignag. §. 35. gl. 4. nu. 9. Marant in tract. de ordine iud. par. 6. sub tit. de appell. nu. 202. nempè, quòd de iure communi decem dies dantur ad appellandũ, quo stante, nunc facile est cognoscere, quid faciat statutum nostrũ iuris communis restringens tẽpus, Socin. regul. 397. vbi conclusionem regularẽ constituit, quòd tempus dierum decem datum ad appellandum currit à die sententiæ, & non ante.

731 † An autem huiusmodi statutum restringens tempus ad appellandum, valeat; Alex. in l. 2. nu. 11. vers. subdit tamen, ff. de re iud. tenet quòd statutũ valeat prorogare, vel abbreuiare tempora appellationis, sequitur Bal. in l. præscriptione, colum. 5. vers. ex prædictis, & ibi Ias. col. 6. nu. 8. in fine, C. si contra ius, vel vtil. pub. Bal. in l. pen. C. cõmin. epistol. &c. Alex. cons. 108. vol. 1. Lafranc. de Orian in c. quoniã contra, col. 19. nu. 86. extra de probat. vbi dicit, quòd legittimè statutum potuit abbreuiare tempus appellandi, & prosequendi appellationem, & sic instantiam appellationis. Alex. in l. qui pro tribunali, col. 4. & seq. ff. de re iud. vbi disputat etiam latissimè, an tale tempus concessũ ad appellandũ, & ad petendam restitutionem in integrum, possit abbreuiari, vel prorogari per Iudicem ex causa, & quòd tempus ad appellandũ, possit per statutum abbreuiari, tenet Franc. in c. Romana, nu. 7. in fine, & num. seq. de appell. Corn. cons. 37 nu. 4. lib. 2. Rebuff. in constitut. de appell. art. 4. gl. 1. n. 11. lib. 3. Mandos. de commiss. execut. in verb. nulla prouocatio in fine, q. fin. Lancillot. de attentatis 2. part. c. 12. de attentatis appellat. pendente, limit 50. nu. 164. & seq. Carp. ad d. stat. 131. nu. 52.

832 † Nota etiã, quod appellationi de iure potest renunciari, tã ante, quã post sententiã latam, Bal. in l. fin. C. de temp. appell. Ang. cons. 182. nu. 4. Felin. in c. si diligenti. nu. 2. & 22. de for. compet. dupliciter autem potest fieri renunciatio expresse, scilicet, & tacitè multisq; modis in vtroq; casu, quos lato calamo prosequitur Ruginell. de appellat. §. 9. gl. prima per totum.

733 † Sciendum est etiam, quod licet statutũ dicat, lata sententia, intelligitur tamen procedere à tempore scientiæ, & notitiæ, auth. hodie, vbi gl. C. de appell. Alex. in l. fin. C. de dolo. Plot. in reper. l. si quando, num. 526. C. vnde vi, & latè in repertorio in verb. decretum de appell. plurib. citatis, firmat Carp. ad d. stat. 131. nu. 71. vbi infinitos ad hoc allegat, Ruginell. de appell. §. 4. c. 1. nu. 20. & seqq. & qualis etiã debeat esse ista scientia, infra dicetur.

834 † Quando autẽ, & ad quos liceat appellare, vel nullam dicere, & de tempore præfixo ad dicendũ de nullitate, vide Castr. cons. 328. in 2. dub. Alex. cõs. 59. col. 3. vol. 4. & clarius Io. Antonin. de Sãcto Georgio, in c. dilecto, nu. 90. vers. sed nunquid, si statutũ est de appell. vbi quærit, an statutũ præfigens tẽpus ad appellandũ censeatur præfigere ad dicendũ de nullitate, & cõcludit, quod sic, secũdũ cõmunem, extendendo hanc ex præmissis ibidẽ per eum, & potest responderi ad dicta Alex. in cõs. 33. lib. 1. & 77. lib. 2. qui videtur oppositũ tenere, vide tamen latissimè, & ad partes enucleatũ articulũ per Rugin. de appell. §. 4. c. 2. per totũ, verũ contextus nostri statuti tollit dissentientes opiniones, quia dicit appellare, vel nullã dicere, etiã idem in Nouis Const. Med. in tit. de appell. in princ. illius tituli, & quid, si appellatum sit viua voce, cũ clausula, saluo iure ad appellandum in scriptis, quando tempus currat, tradit Paul. cons. 7. lib. 1. Brun. à Sole q. 24. nu. 22. Rugin. ad Cæsareas Const. de appell. § 4.

735 c. 1. nu. 17. † & ex hoc resultat vtilitas, quia alias, si statutũ non cõprehenderet nullitatẽ, illa posset proponi vsq; ad 30. annos, vt per Vant. in tit. de nullit. in tit. quoties, & intra quod tẽpus de nullit. agi possit, nu. 8. cum seq.

736 † An autẽ ex falsa Iudicis relatione possit appellari, distinguitur, aut pars consensit expressè relationi, & tunc non potest appellare, idẽ si tacitè, aut non contradixit, vel cõtradixit; & appellare potest. Præposit. in tit. de appell. c. intimasti, col. 2. num. 8. vbi col. 3. & 4. tradit an ea pendente possit ad vlteriora procedere, & affirmatiuã tenet quã exornat, Lancell. de attent. relation. pend. par. 2. c. 8. per tot.

737 † Appellationẽ autẽ potest exercere tã appellatus, quã appellans; Bar. in l. ampliorẽ, C. de appell. inuitoq; appellante potest appellatus inhærere appellationi appellantis. Roman Alex. Bal. Tiraq. Bursat. & alij, quos refert, & sequitur Ruginel. de appell. §. 6. c. 1. per totũ; hoc .n. beneficiũ cõsequitur adhæsionis appellatus ex appellatione appellãtis, Crau. cõs. 140. nu. 8. ad finẽ, Steph. Gratian. discept. foreus. c. 8. nu. 4. quã regulã declar. Ruginel. d. §. 6. c. 1. nu. 35. & seq. Surd. decis. 143.

738 † Itẽ dũ statutũ nostrũ dicit lata sententia posse appellari, hoc est conforme iuri communi, quo iure requiritur, quòd appellatio interponatur lata sententia, nõ autẽ ante, super quibus verbis versatur Ruginel. de appellat. §. 1. nu. 1. & seq. cum à futuro grauamine appellari non possit, de iure ciuili, l. nemo, C. de iurisd. omn. iud. DD. in l. 2. C. de

839 Episc. audient, † secus est de iure canonico, cap. super eo de appellat. & notat Galuan. in differentijs inter ius ciuile, & canonicum in princip. nisi in casibus, de quibus per Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 407. cum seqq. plurib. Itẽ requiritur, vt valida sit appellatio, quod appelletur à sentẽtia, à qua de Iure licet appellare, potest .n. esse, quòd à sententia non possit appellari, vel ratione ipsius Iu-

740 dicis, vel etiã ratione ipsius sentẽtiæ, † scias, tũ,

quod regulariter potest appellari ab omnibus Iudicibus, tam ordinarijs, quàm delegatis, Specul. in tit. de appell. §. videndũ in princ. videas tamẽ Marant. in suo speculo, in verb. & quãdoq; appellatur
741 nu. 246. cũ plurib. seq. vbi decem modis limitat † per Rugin. de appell. §. 2. c. 2. per totũ, regulariter potest appellari ab omnibus sententijs, & grauaminibus, gl. in l. qui restituere, ff. de re iud. Philip. in rub. de appell. quam tñ regulã limitat pluribus modis, Marant. vbi sup. nu. 278. cum infinitis seq. & latissimè post Bredrod. in suo tract. tradit Ruginell. de appell. §. 2. c. 3. per tot. vbi plenè tradit, à quibus sententijs, vel actibus, quibusue in causis
742 vel casibus appellare liceat, vel non. † Requiritur etiam, quod fiat intra quatuor dies, de quo infra
743 dicetur suo loco; hæc .n. necessaria sunt † ad hoc, vt appellatio valida sit, additur aliud requisitum, quod appellatio interponatur corã Iudice, à quo Philip. in c. si iust us, col. 4. de appell. Marant. vbi supra, nu. 133. vbi limitat hoc non procedere, quãdo non potest haberi copia ipsius Iudicis, puta propter absentiã, vel iustũ metũ, nam tunc appellandũ est corã honestis psonis, & videas ad hoc practicã, vt ibi per eũ, & quinq; remedia prodita sunt, vbi Iudex non reperitur, vel timet pars ad eũ accedere, quę tradit Rug. de app. in prefation. nu. 43. & seq.
744 † Sed hic quæritur, an statutum nostrũ volens à sententia diffinitiua posse appellari, intelligatur de diffinitiua tantum, an verò de interlocutoria, siue mixta, & sic sententiæ appellatione in statuto facta, de qua intelligatur; & dic, quòd ex quo expressè loquitur statutum de diffinitiua, non compræhenditur interlocutoria, Rebuff. in tract. de appell. in præfationib. nu. 11. & seq. Carp. ad stat. Mediol. cap. 131. nu. 22. loquens in proprijs terminis statuti Mediol. loquens per eadem verba, de quibus in nostro, sequitur Rugin. ad Const. Med. in tit. de appell. §. 1. c. 1 in fine, nu. 22. imò si statutum solũ loqueretur de sententia, tantũ compræhenderet diffinitiuam, non autẽ interlocutoriam, cũ sententiæ appellatione propriè intelligatur de diffinitiua, l. quod iussit, vbi gl. ff. de re iudic. quod maxime procedit in statutis, Bal. in l. 1. §. 1. nu. 1. ff. de off. præfec. Prætor. cũ alijs de quibus per Alex. cons. 50. nu. 20. vbi appost. lib. 2. Dec. in c. super eo. in 4. not. n. 17. cũ seq. de appell. Abb. in c. pastoralis, nu. 6. de appell. Alex. in d. l. quod iussit, nu. 2. vbi Ias. nu. 16. gl. singularis in c. cum olim de testib. in verb. per exceptionẽ, vbi Zabar. Franc. in c. cũ appellationib. §. 1. nu. 3. de appell. in 6. Alex. in rub. nu. 12. vbi Rip. nu. 4. ff. de re iud. Mathes. sing. 93. Dec. in l. fin. nu. 35. C. de pac. Felin. in cap. causãq; num. 27. de rescript.
745 † Fallit tamen, quoties interlocutoria haberet vim diffinitiuæ, nã tunc statutum prohibens appellationem à diffinitiua, compræhendet etiã interlocutoriam habentẽ vim diffinitiuæ, Alex. dict. cons. 50. nu. 12. Feder. de senis cõs. 188. Ruin. cõs. 78. nu. 4. lib. 5. quod procedit etiam, si statutũ simpliciter loqueretur de sententia, nam nihilominus compræhenderet interlocutoriã habentẽ vim diffinitiuæ, Alex. d. nu. 12. Dec in d. c. super eo nu. 19 & ratio est secundũ eos, quia quoties maior ratio est in interlocutoria, vel eadem, quæ in diffinitiua, semper statutum loquens de sententia, quod alias solum compræhenderet diffinitiuã, compræhendit pariter interlocutoriã habentem eadẽ, vel maiore rationem, idem tenet Franc. in c. pastoralis, nu. 13. vbi Crot. num. 17. de appell. Rebuff. in d. l. quod iussit num. 6. plures fallentias ad hanc regulam ponit Rugin. ad Const. Mediol. in tit. de adpell. §. primo, cap. 1. per totum, vbi latè circa hoc versatur; erit igitur conclusio, statutum nostrum loquens de sententia diffinitiua compræhendere etiam interlocutoriam habentem vim
746 diffinitiuæ; † dicitur autem interlocutoria habere vim diffinitiuæ, quoties diffinit vnam partem substantialẽ iudicij, Rebuff. in præfat. de appell.
747 nu. 42. † quæ autem dicatur sententia interlocutoria, quæ diffinitiua, & quæ mixta, videas latè Marant. in suo speculò in verb. & demum fertur sententia nu. 24. Ias. in l. nec quicquã, §. vbi decretum, nu. 21. ff. de off. procons. & leg. Lancil. in tract. attentat. 2. par. c. 12. de attent. appell. pend. limit. 1. nu. 4. latè Rebuff. in d. præfat. de appell. Pract. Pap. in forma sententiæ diffinitiuæ in gl. 1. nu. 3. Carp. ad stat. Med. c. 131. n. 16. latissimè Ruginell. ad Cæsareas Const. Med. in tit. de appell. §. 1. cap. 1. per totũ, quo loci lato folio enumerat omnes sententias, tàm diffinitiuas, quã interlocutorias, & mixtas, ad quẽ recurras, quoties scire cupis, quando pronuncia Iudicis super aliquo negotio possit dici diffinitiua, an vero interlocutoria, vel mixta, quo loci pariter nu. 9. vsq; ad nu. 17. tradit quatuordecim vtilitates resultantes ex cognitione, an sententia dicatur interlocutoria, an verò diffinitiua, post Marant. in suo speculo in d. verb. & demum fertur sententia nu. 3. vsq; ad nu. 23. vbi pariter tradit tredecim differentias.
748 Vnum tamen † non omitto, quòd à sententia interlocutoria de iure ciuili nõ potest appellari, l. ante sententiam, C. quorũ appell. non recip. Bar. in l. intra vtile in princ. ff. de minor. 25. ann. Marant. in suo specul. in verb. & quandoq; appellatur, nu. 303. & in verb. & demum fertur sententia num. 6. Bart. in l. quod iussit, num. 13. vbi Ias. nu. 36. & 38. ff. de re iud. idem Bar. in l. 2. C. de appell. recipien. Rip. auus meus maternus in l. admonendi, nu. 73. ff. de iureiur. latè Pet. Greg. Tholos. in suo tract. de appell. lib. 2. c. 4. in tit. de prohibitiońe appellationis à sententia interlocutoria, Rugin. de appell. §. 2. cap. 3. nu. 475. cum plurib. seqq.
749 † Hinc præcipuè infertur, quod à sententia interlocutoria Iudicis, per quã declarauit positiones haberi pro confessis, de iure ciuili appellari nõ potest, Dec. cõs. 34. nu. 2. post Ang. & alios, Asin. in sua praxi iud. §. 19. cap. 15. n. 6. vbi loquitur, qñõ adest statutũ, prout in nostra Ciuitate vts. cod. in verb. alioquin responsio, & inf. statat. 28. de responsionib. faciẽdis positionib. quòd nõ respõdens positionibus habeatur pro confesso, Bal. cõs. 269. nu. 1. ad finẽ, vol. 1. & hæc opinio est in praxi tenenda teste Carp. ad stat. Med. c. 83. nu. 175. quicquid in contrariũ voluerit, Rip. auus meus in l. 1. nu. 28. ff. de vulg. Cauagnol. ad 12. decret. montisferrat. §. 8. quæst. 2. vbi latè diserit.
750 † Fallit primo, hæc conclusio de iure canonico, quo iure ab omni grauamine illato appellari potest, cap. vt dilectus de appell. Marant. vbi supra.
751 † Fallit secũdo in interlocutoria lata super ętate à qua etiã de iure ciuili licet appellare Contard. ad l. vnic. limit. 5. n. 14. C. si de mom. possess. fuer. app. plures alios fallentias ad hanc regulam, videas latè per Petr. Greg. dicto cap. 4. in d. tit. de prohibitione appellationis à sententia interlocutoria. item per Ant. Grauat. in appost. ad Vest. in pract. Roman. sub lib. 3. cap. 10. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 475. & seq.

Scias

752 † Scias tamen, quòd in omnibus casibus, in quibus permissum reperitur appellari à sententia interlocutoria requiritur, quod appellans exprimat causam grauaminis, cap. vt debitus de appell. vbi omnes tex. in c. pastoralis de off. deleg. gl. in cap. Romana. §. sin autem per illum tex. de appell. in 6. Alb. cõs. 447. lib. 3. & si plures causæ sunt, debent omnes exprimi in specie, nec sufficit, quod exprimantur in genere, etiam si essent notoriæ causæ grauaminis, & venirent exprimendæ corã Iudice, à quo, non autem coram Iudice, ad quem, vt latè per Marant. in suo speculo, in d. verbo, & quãdoq; appellatur, nu. 153. cũ duob. seqq. vbi limitat hoc, quod dicitur de expressione grauaminis quatuor modis, post Philip. in d. c. vt debitus, col. 10. in 4. quæst. videas etiam Pet. Greg. in d. tract. de appel. lib. 6. cap. 1. in tit de requisitis in appellat. nu. 2.
753 Rugin. de appellat. §. 2. c. 4. nu. 17. & seqq. † An autem sufficiat, si causæ exprimantur per relationem ad aliud, puta ad acta, aut refertur ad acta in genere, & nõ valet, aut in specie ad talẽ actũ, & te-
754 net sic Philip. in c. cõsuluit il 2. n. 3. de app. † hoc tamen, quod dicitur de expressione causarũ grauaminis, facienda in appellatione à sententia interlocutoria, non procedit in appellatione facienda à sententia diffinitiua, in qua sufficit, quod appellans dicat se grauatum, vel dicat appello, Marant. & Petr. Gregor. supra allegati.
755 † Item sciendum est ab interlocutoria, semper esse appellandum in scriptis, non autem sufficit, quod appelletur viua voce, d. c. vt debitus iuncto c. cordi de appell. in 6. Guid. Pap. decis. 16. Ozas. decis. pedem. 6. Marant. in d. uerb. & demum fertur sententia, nu. 18. vbi dicit secus esse in appellatione à diffinitiua, quæ si interponatur statim lata sententia, sufficit, quòd fiat viua voce, si verò intra tempus datum ad appellandũ, scilicet decẽ dierũ de iure communi, & quatuor de iure nostro statutario, debet fieri in scriptis, Pract. Pap. in form. appell. à sententia diffinitiua, gl. 1. num. 12.
756 † In verbo, & quilibet alius, cui de iure licet appellare] † ex istis verbis intelligitur de tertio, qui, si ex lata sententia prætendat interesse, causa subsistẽte etiã potest appellare, Didac. Coar. lib. prac. quæst. c. 15. nu. 1. qui in alijs etiam personis exemplificat, vt in venditore, ac tertio possessore, & similibus, latissimè etiam exemplificat Pet. Gregor. de appell. lib. 5. c. 1. per totum, latè etiam per Ruginell. ad Cæsareas Med. Const. in tit. de appell. §. 2. c. 1. scias tamen, quod nulli alij licet appellare, nisi illi, cuius interest, Dec. in rub. in 2. lect. nu. 15. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest proferuntur, tertius autẽ, quãdo possit appellare, tradũt Honded. cons 25. lib. primo, Ioseph. Ludouic. decis. 26. Rim. iun. cons. 692.
757 An autem liceret pro alio sine mandato appellare tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, Petr. Gregor. in tract. de appell. lib. 5. c. 1. nu. 8. cũ seq. & affirmatiuè concluditur, modo is, cuius nomine appellatur intra decem dies de iure communi ratam habeat appellationem, l. 1. ff. de appell recip. Vrsil. ad Afflic. decis. 37. nu. 10. Ruginel. de appell. §. 2. cap. primo, nu. 81.

Et quod tertius, cuius interest appellare possit, est tex. in c. cum super, vbi Abb. nu. primo, de sent. & re iud. Rip. resp. 4. in tit. de appell. Petr. Greg. d. cap. primo, lib. 5. nu. 2.
758 † Sed dubium est, an tertius teneatur exprimere causã sui interesse in appellatione; & dic, quod sic, per tex. in d. c. cum super, vbi Abb. nu. 5. Bart. & Ang. in l. à sententia, ff. de appell. Bal. & Felin. in auth. hodie, C. de appel. Couar. prac. quæst. d. c. 15 n. 1. Vant. de nullit. tit. quis possit dicere de null.
759 † Et, an iste tertius possit appellare à sñia, à qua victus nõ potest appellare, puta, quia sit lata tertia sententia, à qua de iure cõmuni non licet amplius appellare, vt toto tit. C. ne liceat tertio in vna eademq; causa prouocare, vel sit lata secunda sentẽtia cõformis, quo casu de iure nostro statutario, & etiã ex dispositione Nou. Const. amplius appellare non licet, an tunc iste tertius post dictas tres vel duas sententias admittatur ad appellandũ pro suo interesse; & dic, quod si fuit sciens causam agi per victum ante sententiam, non poterit appellare, cũ sibi imputandum sit, quare prius non prouocauerit, si verò fuit ignorans bene poterit, ex quo non debet damnum sentire absq; sua culpa, non tamen isto casu apppellatio proderit victo, ita distinguit Abb. in d. c. cum super nu. 26. & cautela est, vt tertius appellans iuret se ignorasse, & causam agitari, & sententiam latam, Ruginell. de appellat. §. 2. c. 1. nu. 38. & quod aliquando tertius, & ignorans non possit appellare, quando principalis nõ potest, tradit Couar. pract. quæst. c. 15. n. 2. & 3.
760 † Quæro modo, nunquid tertius pro suo interesse, potuerit prosequi appellationem interpositã per reũ principalem; & dic, quod sic, adeo vt, si principalis trãsegerit cũ actore, nihilominus dicta trãsactione nõ obstante, quæ non potest præiudicare iuri iam quæsito tertio, possit ipse tertius respectu iuris sui d. appellationem prosequi, Bart. in l. à sententia, §. idem rescripsit cũ seq. per illum tex. ff. de appell. Abb. in d. c. cũ super nu. 27. Pet. Greg. in d. tract. de appell. lib. 5. cap. primo, num. 2.
761 † Sciendũ tamen est, quod quoties iste tertius liti alienæ interuenit, tenetur litem acceptare in eo statu, in quo eã inuenerit c. fin. vt lit. pend. in 6. vbi gl. Anchar. & Philip. Franc. nu. 4. tex. in c. vt circa de elect. in 6. Bal. in l. si eo tẽpore in fine C. de remissione pignorũ, cũ alijs plurib. de quib. p Gail. lib. 1. obseru. 71. nu. 1. cũ seq. vbi ex hoc infert 2. & quatuor, habet tamen tertius comparens pro suo interesse nonnulla, quæ non habẽt litigantes, de quibus videas per Felin. in c. super eo in princ. de off. deleg. vbi docet, quas exceptiones possit proponere, & quomodo probare debeat, quod dicit sua interesse, de quibus priuilegijs videas etiã p Gail. lib. 1. obseruat. 72. vbi adducit quinq; priuilegia, Ruginel. de appellat. §. 2. cap. 1. nu. 45. & seqq.
762 † Itẽ pariter sciendũ est, tertiũ non admitti, vt interueniat liti, vel appellationi, nisi prius de suo interesse, saltẽ summariè doceat, Bart. in l. à diuo Pio, §. si super rebus, n. 2. vbi Ias. n. 19. ff. de re iud. & sufficit isto casu semiplena probatio, ex cõi DD. sentẽtia, Bar in l. à sentẽtia. ff. de appell. cũ alijs, de quibus per Gail. lib. 1. obseru. 69. nu. 4. & ratio est sm. cũ, ne alias interuentio tertij malitiosè, & ad pcessũ extrahẽdũ fiat l. si suspecta, ff. de inoff. test.
763 † Quando autem tertius possit pro suo interesse interuenire, & causæ vna cũ principali adsistere, videas tex. in l. sæpe, ff. de re iud. vbi latè Ale. latissimè Gail. d. lib. 1. obseru. 70. vbi firmat regulã affirmatiuam cum ampliationibus sex, & tribus limitationibus, Ruginel. d. §. 2. c. primo, nu. 49. cũ seqq.
764 In verbo appellare, vel nullam dicere] † nota, quod statutũ loquens in appellatione, habet quoq; locum in nullitate, Alex. cons. 225. num. 3 ac 26. vol. 6. differunt tamen, nam appellatione remota

nullitas remota non dicitur, Vant. de nullit. process. in tit. quis possit dicere de nullit. num. 36. Soc. sen. cons. 39. num. 34. vol. 4. & de hoc habetur etiam per Pract. Papien. in forma appellationis à sententia diffinitiua, in verbo, in quantum, num. 2. plura alia, quæ non refero in materia nullitatis, recenset Carpan. ad statuta Mediol. c. 116. nu. 166. & seqq. plurib. & nouissimè Ruginell. ad Const. Mediol. in tit. de appellat. §. 3. cap. primo, cum duob. seqq. omnium latissimè, Vant. in suo tract. de nullit. vbi nihil intactũ reliquit, quo ad materiã nullitatũ, ideo ad eum semper recurras.

765 In verbo, infra terminum quatuor dierum] † in hoc corrigit statutum nostrum ius commune, quo iure debet appellari intra decem dies, l. 1. §. biduum, vbi gl. ff. quand. appell. sit, auth. hodie, C. de appell. est tamen conforme nostrum statutum, cum Nou. Const. Mediol. in tit. de appell. in principio, dum pariter disponunt appellandum esse intra quattuor dies, licet in hoc non conueniant, quia statutum nostrum vult dies computari à die latæ sententiæ, Nouæ verò Const. à die intimationis sententię, quod est vtilius, vt inf. dicetur.

766 † Nota autem, quòd istud tempus quatuor dierum currit de momento ad momentũ, Orian. in cap. quoniam contra, in verbo interlocutiones, num. 18. extra de probat. gl. in clem. sicut de appell. Ang. cons. 404. Castr. cons. 117. num. 3. & 4. lib. primo, Alciat. resp. 381. Tiraq. de retr. lign. §. 11. num. 24. Roman. consil. 49. Milleus in repertorio, versic. appellatio debet interponi, fo. 12. Collegiũ Patauinũ inter consilia, Alex. cõs. 87. n. 1. lib. 6. testans de cõmuni, Mising. obseru. 2. cent. 2

767 † Amplia, vt iste terminus quatuor dierũ procedat, nedum in sententia diffinitiua, sed etiam interlocutoria, à qua appellatur, Orian. in d. cap. quoniam contra dicto verbo interlocutiones, col. 9. nu. 43. de probat. Ias. in auth. resque, nu. 19. C. comm. de leg. Alex. cons. 171. nu. 1. & seq. lib. 7.

768 † Sciendum est tamen, quòd licet istud statutũ, ac tempus in eo præfixum appositum videatur fauore litigantium, ambarum tamen partium consensu prorogari non potest, Alex. post Bald. Castr. & alios in l. properandum, nu. 16. C. de iud. Felin. in c. venerabilis, n. 14. de re iud. Lancel. de attent. par. 2. c. 20. tit. de attentat. pendente tempore ad appellandum, nu. 34. & seq. & cap. 12. limit. 50. nu.

769 72. cum pluribus seqq. † Idem est, vt nec etiam per Iudicem accedente partium consensu prorogari valeat, etiam in vim pacti, gl. communiter approbata, in cap. cum sit Romana de appell. vbi Franc. num. 7. & seq. Guid. Pap. decis. 115. Alex. cons. 87. nu. 2. lib. 2. Mandos. de commissione execut. in verb. nulla prouocatione, q. prima, Ant. à Cama decis. 217. & videas latè pluribus citatis, Ruginell. ad Const. Mediol. in tit. de appell. §. 10. gl. 1. c. 1. nu. 47. vbi refert, & reprobat opiniones Doctorum tenentium contrarium.

770 † Currit q; istud tempus quatuor dierum, etiã, quod intra illos quattuor dies fiat compromissũ, Ant. Gabr. recept. sent. in tit. de arbitr. concl. 4. ad finem, Guid. Pap. decis. 115. Mising. obseruat. 68. cent. 2. Afin. in sua praxi §. 2. cap. 9. in principio, Blanc de compromiss. 6. q. principali, sub nu. 27. vers. quarto intellige quicquid dicat in contrariũ fuisse obseruatum in Ciuitate Lucana.

771 † Istud autem tempus quatuor dierum in pluribus casibus non currit; primò, in causis pauperũ, quando causa appellandi ad eos spectat, & etiam sustinendi instantiam eorum interest, nam tunc nec instantia, nec fatalia currunt in eorum causis tàm in causa principali, quam in causa appellationis, Ias. in l. inuitus, col. 2. in fin. nu. 8. vers. ex prima parte, & col. seq. C. de procurat. Bal. cons. 449. quæritur vol. 5. & cons. 5. vol. 1. Felin. & DD. in c. significasti, de off. deleg. cum alijs, de quibus per Plot. in repet. l. si quando in repertorio, in verbo decretum, sub tit. de appell. sed quia DD. prædicti loquuntur quo ad fatalia sustinendæ appellationis,

772 † quæro, quid in fatali interponendæ appellationis, & sic in quatriduo, quod datur ad appellandum, an curat in pauperibus; Ias. in d. l. inuitus, nu. 8. indistinctè tenet pauperi decendium currere ad appellandum, in cuius locum successit quatriduum, eò, quod minima sit illa impensa, quę necessaria sit ad appellationem interponendam, cuius opinionem approbatam fuisse per Cameram Imperialem testatur, Gail. lib. 1. obseru. 142. nu. 4. tu autem dic, quòd, aut appellatio est facienda in scriptis, in qua sumptus sunt faciendi pro rogatione instrumenti appellationis, & tunc isto casu non currit istud tempus, cum pauper excusetur, aut vero appellatio est interponenda viua voce, quod quãdo fiat, dixi supra, & tunc, cum nulla requiratur expensa, currit istud tempus quatuor dierum etiam pauperi, Guid. Pap. decis. 436. nu. 22. vbi ita distinguit, hanc etiam distinctionem sequuntur Mising. obseruat. 97. cent. 4. Lancelot. in tract. de attentat. 2. par. cap. 12. de attent. appell. pend. ampl. prima, nu. 55. & 56. & limit. 50. num. 116. & 117. vide tamen Gail. d. obseru. 142. lib. 1. arbiter distinguentem, quis autem hoc in casu dicatur pauper; dic hoc relinqui arbitrio Iudicis, teste Menoch. de arb. iud. cas. 65.

773 † An autem excusentur maiores, vel legitimè impediti, vel qui ob iustũ metũ Iudicis, vel partis non potuerunt appellare; dic, quod sic, vt per Carp. ad stat. Med. c. 131. nu. 65. cũ seq. Lancel. vbi sup. nu. 55. cũ seq. licet hoc casu prodita sint remedia, primum, vt coram Notario Iudicis appelletur, Ias. in auth. quod supplicatio n. 3. C. de precib. imp. offer; secundo, vt appelletur coram Iudice, ad quẽ; lapus allegat. 39; tertiò appellabit corã honestis personis protestãdo de impedimẽto, vel Iudicis timore, alia etiã sequitur Rugin. de appel. in pref. nu. 43. & seq.

Et tunc nõ solũ eis, sed etiam ecclesijs, minoribus, hospitalibus, & vniuersitatibus, Ciuitatib. & Villis succurritur per restitutionem in integrum, quando est lapsũ d. tempus quatuor dierum, Alex. cons. 55. n. 14. vol. 5. Oldrad. cõs. 304. nu. 3. Afflict. decis. 175. Socin. cons. 299. num. 2. & 3 volum. 2. Plot. in repet. l. si quando, nu. 24. C. vnde vi.

774 † Sciendum tamen est, quòd aliquando etiam quis admittitur ad appellandum, etiam post lapsũ d. quatriduum, quando grauamen habet tractum successiuum, Bal. in l. 2. nu. 7. C. de episc. audient. & potest exemplificari secundum Carp. ad d. stat. Med. c. 131. nu. 68. in carcerato, qui, ex quo detinetur in carceribus dicitur semper grauari, vt per DD. ibi per eum allegatos.

775 † Itẽ admittitur ad appellandũ post d. tempus Dñus, qui fuit absens à loco tempore sententiæ, & procurator non appellauit infra d. tẽpus, & tunc poterit ipse Dñus appellare infra alios quatuor dies à die notitiæ, Alex. cons. 45. col. 4. vol. 2.

776 † Tertio admittitur dñus remedio restitutionis vel. ad appellandũ post d. tẽpus, intra tamen quatuor dies à die scientiæ, quando fuit procurator negligens.

negligens in appellando, & sic non appellauit, & non potest esse consultum Dño contra procuratorem, eo quia ipse Procurator non sit soluendo; ita Vest. in sua praxi Rom. Curiæ, lib. 7. c. 3. num. 24. ante eum Bart. in l. 1. §. si aduersus, ff. quand. appell. sit Afflict. decis. 344. num. primo, Franc. in c. ex ratione, num. 40. de appell. Gail. lib. primo, obseruat. 143. nu. 6. alios dños casus speciales, in quibus dñus admittitur ad appellandū post tempus hic præfixum, quando procurator eius non appellauit, ponit Bart. in d. §. si aduersus, quos refert Afflict. dicta decis. 344. nu. primo, vbi Vrsill. nonnullos addit; extra tamen omnes casus, scias, quòd regulariter dñus ob negligentiam procuratoris non admittitur ad appellandum post dictum tempus, etiā ope restitutionis in integrū, ex quo sibi habet imputare, quod negligentem procuratorem elegerit, l. sed si. §. fin. ff. de inst. act. & l. cum mandato in fine, ff. de minor. & quia est consultum dño, vt agere possit ad damna, & interesse contra procuratorem, l. si remunerandi, §. 1. & l. si procuratorem, ff. mand. l. si procurator, C. de procurat. Gail. d. obseru. 143. num. 6. Afflict. vbi supra, cui addo Odd. de rest. in integ. quæst. 13. art. 9. nu. 47. cū seq. & nu. 53. & quæst. 69. art. per totum.

777 † Restituitur pariter dñus, si decessit procurator, & propter eius obitum non fuit appellatum, Cassiod. decis. 6. de appell. nu. 5.

778 † Non est tamen omittendum, quòd dum statur ad committendam causam confidenti, nunquam currit fatale in causa appellationis, Marsil. sing. 423. in fine, Alex. cons. 19. lib. primo, videas tamen Carp. ad stat. Med. d. cap. 131. nu. 427. vbi vult istud fatale incipere currere à die interpositæ appellationis, ex Orian. Guid. Pap. Marant. Neuiz. per eum allegatis; vult tamen ibi, quod si propter impedimentum appellans, non potuit venire ad faciendam fieri commissionem, quod tunc fatale currat à die commissionis, vt per Lancell. in tract. de attentatis, secunda par. c. 13. de attent. appell. pend. nu. 46.

779 † In verbo, à die latæ sententiæ] Hoc nostrum statutum nimis latum est, dum vult tempus currere à die latæ sententiæ, cautius igitur prouisum est per Nou. Med. Const. in tit. de appell. in principio, dum volunt id tempus incipere à die intimationis

780 sententiæ, † quando autem dicatur legitima intimatio, Rom. cons. 6. Ias. in l. prima, ff. de eo, per quem factum erit, de quo vide etiam latè Carp. ad statuta Med. cap. 131. nu. 70. 71. cum seqq. plurib. Anchar. cons. 372. Nat. cons. 51. nu. primo, & cons. 58. col. pen. & 162. nu. 33. & 348. col. prima.

781 † Sed quæro stante dispositione Nouar. Const. Med. volentium tempus quatuor dierum currere à die intimationis sententiæ, an si sententia fuerit intimata ad domum; non tamen de ea habuerit scientiam succumbens, an nihilominus tempus præfixum currat à die intimationis; & dic, quod non, sed incipit currere à die quo habuit scientiā, & sic pôterit appellare etiam post quatuor, & post decem dies à die intimationis factæ prædictæ domui, infra tamen quatuor dies à die scientiæ, quibus iurauerit se habuisse notitiam scientiæ, & non ante, ita pluribus citatis, tenet Plot. in repet. l. si quando, in verbo decretum, sub materia appellationis in repertorio, C. vnde vi, quare cautela est, quod si possit sententia intimetur personaliter, illud enim tempus intimationis, de quibus in Nouis Const. intelligitur, idest à die scientiæ sententiæ, & non ante, ita Plot. in d. repet. l. si quando,

782 num. 526. † & ratio est, quia omne tempus præfixum à lege, vel à statuto ad aliquid faciendum non currit, nisi à die scientiæ, sic Ias. in l. 1. num. 13. ff. si quis caut. Bart. cons. 230. Roman. consil.

783 228. num. primo, Curt. iun. cons. 8. nu. 2. † quæ quidem scientia in dubio non præsumitur, Bursat. cons. 37. nu. 20. vol. primo, & cons. 160. num. 8. & cons. 174. vol. 2. Menoch. de arb. iud. casu 186. nec inducitur scientia ex eo, quod condemnatus viderit sententiam in forma authentica, vt volunt DD. in l. fin. ff. quemadm. testam. aper. Felin. in c. quòad consultationem de re iud. Anchar. cons. 372. Perusin. in cap. si iustus metus nu. 49. de ap-

784 pell. † sola enim visio scripturarum, non inducit plenam, & perfectam scientiam, vt per Dec. cons. 214. & DD. in l. 2. §. inspecto, ff. quemadm. testam. aper. sed requiritur plena scientia ipsius sententiæ, & omnium qualitatum suarum, ita Tiraq. tract. lignag. §. 36. gl. 2. nu. 30. Ozasch. decis. 176 nu. 4. ad inducendam verò scientiam requiritur intimatio, vt per Felin. in cap. quo ad consultationem col. 13. de re iud. Bal. in cap. 1. si de feud. vasall. & in l. si is, quem, C. de liberal. caus. Ang. in l. 2. §. biduum, ff. quand. appellan. Gozad. cons. 22. Ozasc. decis. 142. num. 36. quare merito per Nouas Const. in d. tit. de appell. constitutum est tempus ad appellandum incipere currere à die intimationis, & non vltra, consilium Alex. cons. 42. lib. 3. & consil. 114. lib. 5. & in l. gallus in principio, ff. de lib. & posthum. Bal cons. 457. lib. 1. & cons. 3. lib. 4. Tiraq. in tract. lignag. §. 1. gl. 11. num. 52. & instam cautelam, Capic. decis. 139. nu. 4. Natt.

785 cons. 340. num. 1. † & in casu Nouarum Const. Mediolani, adeo necessaria est intimatio sententiæ, ad effectum, vt currat quatriduum ad appellandum assignatum, vt etiam fienda veniat dicta intimatio, vigore dictarum Nouarum Constitutionum, dato quod qui, fuerit præsens recitationi sententiæ ad tradita per Tiraq. de retract. consang. §. 36. gl. 2. nu. 26.

786 In verbo, & non vltra] † Nota, quod licet non fuissent apposita hæc verba. [& non vltra] adhuc tamen post transactum tempus quattuor dierum decerretur exclusa appellatio, gl. in l. 1. & in §. biduum, ff. quand. appell. sit, quod tamen iustius operatur in casu nostro per dictionem negatiuam non, Alberic. in dictionario, in verbo non, hoc tamen fallit in multis casibus, quorum aliqui dicti sunt supra, in his enim admittitur appellatio, etiā post quatriduum, quorū primus est, quando grauamen habet tractum successiuum exemplificando, vt in carcerato, prout supra, ex Bal. in l. 2. nu. 7. C. de episcop. audien. ex quo enim semper grauatur, dicitur licita appellatio, nisi Iudex sit interlocutus, Orian. in d. cap. quoniam contra, cap. 10. in tit. de interlocut. nu. 63. ad finem, Marant. in suo specul. in 6. par. principio, in vltima parte iudicij decisorij actu secundo nu. 205. latè declarando, tradit Lancellot. in tract. de attent. in secunda part. cap. 12. in tit. de attent. appellat. pendente, limit. 50. num. 131. & 137.

787 † Fallit etiam decem alijs modis, in quibus appellatio interposita post dictum tempus quatriduī valet, & tenet, de quibus per Rugnell. ad Constit. Mediolani, in tit. de appellat. §. 4. cap. primo, nu. 49. cum infinitis sequen. qui hos casus ordinatim ponit, & ideo omitto, ne videar transcripsisse.

788 † An autem appellatio in dubio præsumatur interposita intra debitum tempus, & sic intra quatriduum, videas Francum in cap. bonæ, num. 20. & seq. de appell. Feret. conf. 93. lib. primo. Crot. conf. 7. num. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 95. & receptior est sententia, appellanti incumbere onus probandi appellasse intra quatriduum tamquam sit suæ intentionis fundamentũ, nec non extrinseca solennitas, quæ non præsumitur, sitq; de forma appellationis, quæ probanda, & nonnullis modis extendit Menoch. dicto loco ad quem me remitto.

In verbo diffinitione, seu terminatione appella-
789 re, † nota, quod appellatio potest etiam de nocte interponi. Bal. in auth. hodie, num. 6. C. de app. nec requiritur partis citatio, Tiraq. in tract. res inter alios acta limit. 33. plura etiam congerit Carpan. dicto cap. 131. num. 95. & seqq. pluribus. Alex. in l. non minorem, in fine, C. de transact.

790 † quod tamen secus est in sententia, quæ de nocte regulariter ferri non potest, vt in auth. de iudicibus, §. sedebunt, & in d. l. non minorem. glos. Bart. Castr. & Ias. in l. more, ff. de ferijs, Marant. in suo speculo, in verb. & demum fertur sententia, num. 92. vbi limitat, & ibi appost. ad eum Menoc. de arb. iud. quæst. 62.

791 † Fallit tamen hæc regula nonnullis modis, de quibus per Por. & alios in §. omnis, inst. de verb. oblig. Menoch. d. quæst. 62. Socin. reg. 359.

792 † Potest etiam interponi appellatio die feriato, Bart. in l. prima, §. dies, ff. quand. appell. sit, & in l. si expressim, ff. de appell. Marant. in suo speculo, in dicto verbo, & quandoq; appellatur, num. 134. ratio est, quia appellatio est actus extraiudicialis, Bart. in d. l. si expressim, num. 5. quod procedit, vt etiam possit appellari die feriato in honorem Dei, Marant. vbi supra, nu. 217. Hostien. in summa de ferijs nu. 5. gl. in cap. fin. de ferijs, Bart. in l. diuus, ff. de ferijs.

793 † Est etiam notandum, quod causa appellationis assumit naturam principalis, & ijsdem modis regulatur Practic. Papien. in forma libelli in actione reali in gl. prima in fine, Plot. in repet. l. si quãdo, num. 167. C. vnde vi.

794 † Quomodo autem sit interponenda appellatio, quando non potest haberi copia Iudicis, qui primo iudicauit, & à quo appellatur, dixi supra nunc addo Socin. sen. apud quem, & alia plura videre est conf. 45. per totum, lib. primo.

795 † Et quia supra dixi in verbo non vltra, quod si lapsi fuerint quatuor dies à statuto nostro, vel Constitutionibus præfixi, intra quod tempus non fuerit appellatum, quod amplius non potest appellari; quæro an post transactum dictum tempus, poterit nihilominus recipi, & proponi nullitas, quæ ex actis apparet puta ob omissam citationem, & similia, notat Alex. pleno conf. 225. vol. 6. Calcan. conf. 19. num. 44. & 104. Alciat. in l. alienationis verbum per illum tex. ff. de verb. signif. Perus. in cap. dilecto, quæst. 6. de appell. vbi tenent, quod exceptio nullitatis resultãs ex actis impedit executionem rei iudicatæ, etiam post tres sententias conformes, sic hanc opinionem magis communem asseuerat, Gabr. lib. 2. recept. sententiarum, tit. de except. concl. 4. per totu, idem si proponatur nullitas ex deffectu iurisdictionis, Dec. conf. 360. Vant. de nullit. in tit. quis possit dicere de nullit. num. 37. & seqq. plurib. vbi multa in proposito, Item de illegitimatione personarum, Rugin. de appellat. §. 2. cap. 1. num. 2. & 3.

796 † An autem à sententia Principis, & Senatus, liceat appellare, duplex est sententia: negatiua vna, affirmatiua altera: negatiuam probat tex. in l. 1. ... quis, & à quo, Abb. in cap. intimasti, col. fin. vers. 3. actus, vbi Imol. colum. prima de appell. Ant. Aret. in l. 1. §. primo, in fine, ff. de appell. Rugin. alios referens de appellat. §. 2. cap. 2. nu. 3.

797 † Contrariam sententiã amplexi sunt Roman. conf. 21. vt scilicet, quando Princeps ad alterius relationem pronunciat appellari possit, Soc. conf. 195. col. 7. vers. postremo posito, Dec. in capit. intimasti, col. fin. versic. tertius casus, & ibi Philip. Franc. colum. 3. de appell. Rip. in cap. primo, colum. 3. de rescript. Petr. Rebuff. in l. quod iussit in 2. nor. nu. 52. ff. de re iud. & hæc videtur magis communis, vt per Ant. Gab. lib. 2. recept. sententiarum, tit. de appell. col. prima. vbi etiam declarat post Rebuff. loco sup. citato, Rugin. d. loco.

798 † Quis autem probare, vel reprobare debeat acta in causa appellationis, est latus articulus, de quo per Ant. Gabr. loco mox citato, concl. 5. per tot. reliqua in proposito, videas latè apud Carp. dict. cap. 131. vers. ab ipsa sententia diffinitiua, nu. 93. & seqq. pluribus.

In verbo, ad vnum ex Iudicibus appellationum
799 deputandum, vel deputatum, † quis sit Iudex competens in causa appellationis, & an possit appellari ad superiorem, omisso medio, & quid in Papa, videas per Pract. Pap. in forma appellationis à sententia diffinitiua in glo. & ad quemcumq; Iudicem, vbi latè appost. ad eum Berous post Abb. in rubr. de appellat. vbi Dec. Proposit. & ceteri,
800 † non est tamen omittendum semper appellandum esse ad maiorem Iudicem, cap. si contra vnũ in fine, de off. deleg. in sexto, Franc. Marc. decis. 270. & gradatim non omisso medio, cap. dilecti, de
801 appell. gl. in c. Romana de appell. in 6. † adeo vt, nec per pactũ, vel consuetudinem induci possit, vt ad minorem, vel æqualem appellari possit DD. oẽs in rub. extr. de appell. Rebuff. in tract. de appell. in præfat. num. 4. Gozad. conf. 79. nu. 29. & conf. 73.
802 nu. 21. † de iure tamen canonico semper potest appellari ad Papã omisso medio, c. si duobus ext. de appell. Pract. Pap. in d. gl. & ad quemcunq; vbi dat cautellã ad hoc ne appellans erret appellando ad minorem, vel æqualem, vt dicat appello ad Iudicem competentem, nullo specialiter nominato, vt ibi per eum, de his omnibus videas latè per Pet. Gregor. Tholos. in suo tract. de appell. lib. 4. c. 1. cũ cæteris capitibus d. libri, apud quẽ hæc omnia
803 diffuse, & plano folio videre licet, † vbi etiã c. 4. & seq. ponit quando liceat à Iudice seculari ad ecclesiast. appellare, & è cõtra, & per Rugi. d. §. 2. c. 2.

Et dum dicitur in statuto officio deputandum, nota quod hodie aliter proceditur, nam in Nouis Const. Med in tit. de appell. §. qua appellatione, vel nullitate nam petitur Iudex appellationis, seu nullitatis à Prætore, seu maiore Magistratu illius
804 Ciuitatis, vel terræ, vbi primo fuit iudicatũ, † & nota, quod Iudex, à quo erit merus executor in committendo, Castr. conf. 23. viso puncto col. 1.

805 † Sed quæro, quid si Iudex, à quo lata est sententia, & fuit ab eo appellatum, non curet admittere nullitatem, & appellationem, quid faciendũ erit, dic, quod appellanti sufficit apostolos, idest libellos dimissorios petere, sæpius, & instanter, ad quos recipiendos, si Iudex certum terminum statuat appellans illos non petens in termino appellationis

pellationis renunciasse censetur, idem dicitur, si Iudex statuat terminum iuris incertum, vel appellans non curet oblatos apostolos recipere, c. quamuis rigor, in clem. de appell. vbi etiam enumerantur aliqui casus in quibus potest appellans prosequi appellationem etiam si Iudex ei non deferat d. c. quamuis rigor, & si Iudex nollit respondere non tenetur amplius comparere, & censetur appellatio admissa, Lancellot. de attentat. appell. pend. in præf. num. 53. Vestr. in praxi, c. 3. nu. 36. lib. 7. Lappus allegat. 224. Ruginel. de ap-
806 pellat. §. 6. glo. 2. cap. 1. num. 5. † Solent insuper appellantes habere recursum ad Excellentissimum Mediolani Senatum, qui solet dare litteras eidē Iudici à quo huius tenoris, videlicet si causa est appellabilis, & in ea de nullitate dici potuerit, fueritq; debito tempore appellatum, vel de nullitate dictum eam termino decem dierum admittat, & eodem termino committat alicui I. C. de Collegio eiusdem Ciuitatis partium confidenti, vel vnius in contumaciam, seu renitentiam alterius, qui de iuribus nullitatis, & appellationis cognoscat, & inter partes iustitiam faciat, & dubio emergente eodem termino decem dierum committat articulum intra decem dies omni appellatione remota decidendum, & quando (vt sæpe cōtingit) nullitas, & appellatio interponitur in precibus, vel supplicatione tunc Excellentiss. Med. Senatus in rescripto solet addere hanc clausulam, videlicet decernendo introclusam supplicationem tali die porrectam habere vim legitimæ dictionis, nullitatis, appellationis modo debito tempore porrecta sit, vel modo eo die subesset, vel duraret tempus ad appellandum, & de nullitate dicendum sæpæ etiam ad petitionem supplicantis solet Senatus in huiusmodi rescripto addere hanc clausulā, prouidendo interim ne quid noui fiat, & si quid contra ius innouatum est illud in pristinum iure medio restituatur.

807 Terminus autem dictorum dierum decem ad admittēdam nullitatem, & appellationem de quo in tali rescripto, an possit per Iudicem prorogari sæpius controuersum fuit, & tandem inoleuit consuetudo quod possit prorogari, & ita etiam in effectu quādo expedit prorogatur semper, quæ prorogatio sustinetur de stylo, ac consuetudine, & facit tex. in c. in causis de off. deleg. per quem sic tenet Marant. in suo Speculo, in tit. de appell. sub nu. 236. vers. quarto adduco.

808 † Demum quando causa est appellabilis solet Iudex admittere appellationem, sed quandoq; distinguit effectus, vt potè admittitur quo ad effectū deuolutiuum tantum non retardata executione, si natura causæ hoc dictat, secus quando committit in executione litterarum Senatus Excellentissimi, qui solet indistinctè eidem appellationi, & nullitati deferre.

809 † Scias tamen quod quoties appellatio simpliciter admittitur operatur duplicem effectum, scilicet suspensiuum, quia suspendit rem iudicatam, & deuolutiuum, vt deuoluat causam ad Iudicem ad quem, Abb. in rub. de appell. nu. 4.

810 † Fallit tamen hoc in viginti duobus casibus cōgestis per Marant. in d. verbo, & quandoq; appellatur, nu. 173. vsq; ad numerum 207. in his enim casibus iure speciali appellatio non operatur effectum suspensionis, videas etiam Abb. in d. rub. nu. 5. de appell.

811 † Si vero perplexus sit Iudex, an causa sit appellabilis necne committit articulum termino decē dierum decidendum, quos decem dies vbi non sufficiant aditur Senatus Excellentissimus qui solet prorogare per alios decem dies à die finis, & solet decernere nullum tempus præterijsse à die porrectæ supplicationis vsq; ad præsentationem rescripti faciendam termino sex dierum à die dati rescripti, qui si dandus est dari debet intra alios sex dies à die porrectæ supplicationis ex ordine Cancellariæ Senatus Excellentissimi, vnde protrahitur instantia ipsius causæ articuli per dies viginti duos, & quandoq; minus, si celerius præsente-
812 tur rescriptum, † nec plus quam semel, bisue ad summum solet Senatus Excellentissimus prorogare instantiam dicti articuli, nec nisi maxima ex causa, & quando prorogat vult quod in supplicatione fiat mentio quoties fuerit prorogatum, alioquin obtenta prorogatio nulla sit, & Iudex, qui declarauit super articulo non potest esse Iudex in causa principali nisi de partium consensu absque aliqua fraude causa committatur sic disponente Senatus Cōsulto ædito die 17. Augusti anni 1566.

Aliquando solet Senatus litteras dare super cōmissione appellationis absque aliqua conditione, sed simpliciter mandat Iudici à quo vt causam nullitatis, & appellationis committat I. C. de Collegio Papiæ partium confidenti, vel vnius in contumaciam, vel renitentiam qui inter partes iustitiā faciat, prouidendo interim, vt nihil noui fiat, & si quid nouatum est in pristinum restitui faciat.

In verbo saluo tamen, quod in causis, & casibus
813 specialibus &c] † quamplurimi sunt isti casus quos longum esset referre, quamplurimos tamen tum ex dispositione Iuris communis, tum ex statutorum prouisione casus speciales, & prohibitos recenset Carpan. ad statuta Mediolani d. cap. 131. vers. cui de iure licet appellare, num. 38. & seqq. pluribus, & cap. 136. vers. vel ex forma præsentium statutorum, nu 3. 4. & 5 ex Nou. etiam Mediolani Const. alij sunt casus in quibus appellatio est prohibita, puta à sententijs, vel ordinationibus Senatus, vt in tit. de Senatoribus, c. 1. §. à decretis; Itē à sententijs Quæstorum ordinariorum, quæ super calculo, aut circa bona, & pecunias Fisco spectātes ferruntur, vt in tit. de offitio Quæstorum ordinariorum, c. à sententia; Item appellari non potest nec peti restitutio in integrum nec de nullitate dici à sententia lata per Magistratum in causa cridarum, tit. de offitio Quæstorum extraordinariorum, c. horum omnium, §. à quorum; Itē nec ab arbitramentis, c. si contingit, §. à quorum de arbitris, & arbitrat. Item prohibetur nullitas, & appellatio à sententia lata in causa appellationis conformi primæ, vt in tit. de appellat. c. lata; Item cessat appellatio, & querela in causis cridarum, c. super deductis de bonis ad cridas ponendis; Itē appellatio nullitas, ac in integrum restitutio reijcitur à sententia lata in causa criminali mota, & criminaliter decisa etiam respectu interesse partis c. à sententia de accusat. & denunciat. Item à Mulctis licet à præcepto mulctæ valeat appellatio c. non possit de mulctis; A sententijs latis super liquidationibus bonorum debitorum Fisci, nec appellari, nec de nullitate dici, nec in integrum restitutio peti potest, c. statuto, §. his confectis de iure Fisci; A sententia lata per Vicarium Prouisionum denegatur appellatio, c. Vicarius, §. fin. de offitio Vicarij Prouis.

814 † An autem valeat statutum prohibens appellationem,

tionem, & nullitatem, & dic, quod sic maximè quando est à supperiore confirmatum, Bal. consil. 148. col. 3. lib. 1. Paris. cons. 46. lib. 1. cum pluribus citatis per Borgnin. decis. 10. num. 27. & decis. 12.
815 num. 1. & 2. part. prima, † scias tamen quod quamuis statutum prohibet appellationem à sẽtentia, intelligitur de valida, & non de nulla, & inualida lata contra formam statuti, l. si se non obtulit, §. condemnatum vbi Bar. in fine, ff. de re iud. Afflict. dec. 21. nu. 13. & decis. 283. nu. 1. Dec. cons. 360. nu. 2. cum alijs de quibus per eundem Borgnin. decis. 11 nu. 27. par. prima; operatur autem statutum remo
816 uens appellationem, † quod non potest appellari ad effectum retardandæ executionis, Crauet. cõs. 103. nu. 1. lib. 1 Rot. Perus. decis. 72. nu. 24. par 2. item poterit peti executio ante quatuor dies datos ad appellandum alias enim statutum nihil operaretur, Crauet. d. consi. 103. num. 1. Rot. Perus. d. decis. 72. num. 24. Lancellot. de attentatis in secunda parte, cap. 12. limit. 53. Borgnin. decis.
817 10. nu. 11. & 13. part. prima, † Scias tamẽ quod statutum prohibens nullitatem, & appellationem non includit nullitatẽ ex defectu iurisdictionis, & solemnitatis non obseruatæ, Cephal. cons. 708 nu. 2. & seq. vol. 5. Rimin. Iun. cons. 403. num. 17. & seq. vol. 4. Dec. cons. 8. nu. 7. quod procedit maximè quando appareret de nullitate euidenti, & notoria resultante ex actis, & de defectu citationis, falsitatis, solemnitatis, & formæ, ac iurisdictionis, & potestatis, Borgnin. decis. 5. nu. 29. par. prima, & decis. 19. nu. 5. part 3. quo loci vult hoc procedere dato, quod statutum prohiberet appellationem, per quæcunq; verba generalia, & vniuersalia, nisi in specie sit de iurisdictione facta mẽtio, vt per Ce
818 phal. d. cons. 708. nu. 2. † Scias tamen quod huiusmodi statutum prohibens appellationem, & nullitatem, non comprendit tertium comparentẽ respectu sui interesse, potuit enim ipse comparere, dicere de nullitate, & appellare; Ioseph. Lud.
819 Rot. Lucen. decis. 56. † Sed quid si statutum prohibet, quod non possit appellari à sententijs alicuius Iudicis, vel de nullitate dici, de quibus sententijs intelligatur; & videtur dicendum solum de
820 sententijs diffinitiuis, quia appellatione sẽtẽtiæ propriæ intelligitur de diffinitiua, l. quod iussit, vbi gl. ff. de re iud. quod maximè dicendum est in statutis, Bal. in l. 1. §. 1. nu. 1. ff. de off. præf. præt. cum alijs de quibus per Alex cons. 50. num. 2. vbi appost. lib. 2. Dec. in c. super eo, in 4. not. nu. 17. cum seq. vbi appost. de appellat. de quo videas etiam latè Carpan. ad statutum Mediolani, c. 131. nu. 17. cum seq. & latissimè Ruginell. ad Constitutiones Mediolani, in tit. de appellat. §. primo, c. 1. per totum, quo loci plures adducit declarationes; in casu tamen quod imo statutum prohibens non posse appellari à sententijs alicuius Iudicis, quando statutum loquitur de sententijs, & sic per numerum pluralem, quod intelligatur etiam prohibita appellatio à qualibet interlocutoria lata super incidenti, vel emergenti, pluribus ostendit Borgnin. decis. 10. num. 10. par. 1. quo loci vult etiam quod statutum prohibens appellationem à sententijs, interlocutorijs, intelligitur etiam de interlocutorijs habentibus vim diffinitiuæ ad hoc vt statutum aliquid operetur allegat decis. Perus. 38 nu 6. in prima parte, Aret. cons. 20. col. prim. cum duabus sequentibus, Castr. in l. ante sententiã col. fin. de appellat.
821 In verbo, & idem disponatur de nullitate, † limita istud statutum, non procedere in nullitate ex defectu iurisdictionis, quæ nec statuto, nec rescripto prohiberi potest, gl. & communiter scribentes in clem. 1. in fine de sequestr. possess. & fruct. Bal. in l. generaliter, col. 2. C. de Episcop. & Cler. Alex. cons. 79. in causa, & lite in fine lib. 7. quæ limitatio vera est etiam si latæ essent tres sententiæ conformes, vt per DD. citatos, & per Alex. consil. 77. in causa, col. 4. lib. 2. Dec. cons. 8. nu. 8. & cons. 38. nu. 7. Francus in c. dilecto, q. 52. & 56. de appellat. Vant. de nullit. processuum, tit. quis possit dicere de nullitate, nu. 37. & seqq. pluribus, Orian. in c. quoniam contra, vers. de executione sententiæ, col. 5. de probat. Ripa Auus meus maternus ampliando, & declarando in l. 4. §. condemnatũ, num. 23. & seq. ff. de re iud. Alex. in l. in prouinciali, §. qui nunciat, ff. de oper. nou. nunt. Fulgos. cons. 151. col. fin. & in l. 2. §. prætor ait, ff. qui satisd. cog. & in l. ait prætor, §. dato, ff. de iureiur. & in l. cum seruus col. fin. ff. de cond. cau. dat. Idẽ Fulgos. cons. 148. & 150. & 167. num. 2. & 3. Dec. cons. 341. col. 2. & cons. 360. col. prima, & 373. nu. 5. & 681. nu. 24. Curt. Sen cons. 20. col. 4. vers. & si dicatur Franc. Marc. decis. 163. num. 2. Ant. Gabr. lib. 6. receptarum sententiarum, conclus. 3. sub tit. de statutis, Ruginell. de appellat. §. 12. glo. secunda, cap. 1. nu. 2. vbi idem ait in notoria iniquitate ex quamplurium Doctorum sententia.
822 † Secundò limita non procedere in euidenti nullitate, Alex. in l. 4. §. condemnatum, col. 3. & 4. vbi Rip. nu. 15. ff. de re iud. Practic. Papien. in forma libelli quo petitur executio sententiæ, in gl. prima, & in forma sententiæ diffinitiuæ super gl. 1. & dixi etiam supra in verbo diffinitiua, imo nullitas euidens non obstante desertione appellationis, & nullitatis poterit semper opponi, gl. in cap. licet in verbo excommunicationis, vbi Geminian. & Francus, nu. 3. de appellat. in 6. Abb. cons. 55. col. 2. Paris. cons. 95. num. 37. vol. primo, Ruginel. d. §. 12. gl. 2. cap. 1. num. 2.
823 † Tertiò declaratur hoc statutum procedere in nullitate de iure cõi, secus in nullitate prouenien te de iure speciali, puta statutario, Vant. de nullit. in d. tit. quis possit dicere de nullitate, nu. 50. Lancellot. de attentat. par. 2. capit. 13 de attentatis nullitate pendente, num. 50. qui plures alias declarationes in proposito deseruientes tradit, vt per Perus. in c. dilecto, q. 52. & 56. de appell. quas reassumpsit Carp. ad statuta Mediolani, c. 116. in vers. nec de nullitate agi nu. 166. cum pluribus seqq.
824 In verbo qui fuerit aduocatus] † Idem procedit de iure communi. DD. in l. prætor, ff. de iur. om. iud. Marant. de ord. iud. par. 6. num. 42. Menoch. de arb. iud. q. 73. latè pleno cons. Bertazol. cons. crim. 550. vol. 2. alias causas recusandi Iudicem, tamquam suspectum, prosequitur Maran. loco proximè allegato, & de consanguineo, tradit ibi nu. 29. par. 6. art. 2. & dixi etiam supra.

In verbo qua appellatione, & nullitate interpo-
825 sita] † vide latissimè congesta per Carpan. circa hæc verba in eodem fere Mediolanensi statuto, c. 131. nu. 777. & seq. nota tamen præter ibi dicta æquiparari nullitatem, & appellationem, de quo vltra supra dicta, vide Practic. Papien. in forma libelli sententiæ diffinitiuæ super gl. prima, & in for
826 ma executionis sententiæ in prima gl. † notandũ tamen, quòd de nullitate perpetuò semper dici potest vsq; ad triginta annos, gl. in c. vnde quæritur in fine gl. magnæ 35. q. 9. Bal. in l. scire oportet,

tet, §. fin. ff. de excus. tut. Alex. cons. 59. col. 4. lib. 4. Crau. cons. 108. circa finem, lib. 1. & cócordat statutum nostrum cum Nou. Mediol. Const. in tit. de appell. cap. qua appellatione.

827 † Item nota, quòd statim interposita appellatione tempus instantiarum appellationis currere incipit, non expectato lapsu quatridui, clem. sicut de appell. Marsil. sing. 51. Felin. in c. quoad consultationem num. 30. de re iud. attamen Orian. in tract. de arbitr. col. 16. tenet instantiam appellationis incipere à die porrecti libelli appellantis, & communis practicantium stylus est, quòd incipiat à die factæ commissionis ipsius appellationis, quæ commissio, vt fiat, peti debet, Alex. cons. 164. vol. 2. Neuizan. cons. 41.

828 In verbo hoc ordine] † plura tempora concedi, & considerari in appellatione recenset Carpan. d. cap. 131. nu. 362. & seqq. pluribus.

In verbo videlicet quòd statim post ipsam ap-
829 pellationem] † hæc, statim, particula nimis stricta visa est conditoribus sapientissimis Nouarum Mediolani Constitutionum, qui & appellanti, & appellato statuêre tres dies vtiles à die commissionis factæ incipientes, intra quos possit vterque petitionem suam facere, in scriptis porrigere, ac parti notificare, & personaliter intimare, vel ad domum, aut eius procuratori, qui confidentes in causa dederit, vt habetur in dictis Nou. Constit.
830 in tit. de appell. c. teneatur appellans, † & isti tres dies vtiles currunt à die factæ commissionis, & præsentatæ, vt in terminis Berret. cons. 45. nu. 9. ita tamen vt dies factæ commissionis non compre
831 hendatur sub dicto triduo † propter illam dictionem, A, quæ denotat separationem ab eo, cui adiungitur, Bal. in l. scire oportet, §. illud, ff. de excus. tut. & in l. eos, §. sin autem, C. de appell. Oldrad. cons. 49. nu. 1. Franc. in c. super eo, il secúdo, nu. 22. vbi Alex. de neuo, num. 30. de appell.

832 † Sed dubium est, nunquid istud tempus istorú trium dierum currat ignoranti, & impedito, & dic, quòd non, vt per Berret d. cons. 45. num. 9. quare practica est, quod quando, fit commissio in contumaciá appellantis, & de ea fiat intimatio, ad hoc, vt tempus prædictum currere possit, quia, si tunc appellans illud labi permittat, appellatio remaneat deserta, vt habetur in d. tit. de appell. §. teneatur appellans, & in his fere terminus, Castr. in l. 1. §. fin. nu. 6. ff. de appell. Alex. cons. 200. num. 7.

833 † In verbo petitionem suam in scriptis porrigere] de hac petitione agit Alex. cons. 33. in 2. dub. vel. primo, & est tex. in auth. offeratur C. de litis contest. Asin. in sua praxi §. 4. cap. 10. nu. 1. & seq.

834 † Sed dubium est, nunquid hæc petitio possit fieri sine scriptis, prout de iure communi fieri potest, Ias. in §. tripli inst. de action. & dicas, quod non, cum hoc sit introductum pro forma, quæ ad
835 vnguem debet obseruari, Bal. in l. fin. col. 2. C. de suis, & legit. facit tex. in l. contractus, & ibi Bal. C. de fid instr.

836 † In verbo, vel ad domum] circa hæc verba videas laté Asin in sua praxi §. 6. per totum, Carp. ad statuta Mediolani cap. 21. & cap. 131. sed quid si iste, cui est facienda notificatio domum non habeat, debet itaq; statutum interpretari, si commodè fieri potest, quoniam si domo careret, & nullum electum haberet domicilium, iudicis arbitrio habenda ratio esset ipsius temporis, sic declarat in puncto Menoc. de arb. iud. cas. 227. nu. 4. & 5.

837 † Item, quod si haberet duas domos] vide Alex. in l. 4. §. ait prætor nu. 1. 5. & 6. ff. de dam. inf. Asin.
838 vbi supra, & si quis habeat duo domicilia, vnum originale, alterum ratione dignitatis, an citatio valeat, & teneat facta ad domicilium originis, Borgnin. concludit, quod sic decis. 11. in ordine,
839 & quando personaliter sit faciéda citatio, vel sufficiat fieri ad domum habitationis, tradit melius, quam alibi Francis. Marc. decis. 121. & 124. part.
840 prima, & in loco confinium qualiter sit facienda citatio, tradit idem Marc. decis. 349. in 2. parte, & statutum faciens mentionem de solita habitatione, in qua quis citari debeat, qualiter sit intelligendum, tradit Rom. cons. 146. per totum.

Quæ petitio qualiscumq; sit &c.] idem disponitur in Nouis Const. in d. tit. de appell. c. teneatur
841 † appellans, & nota, quod etiam de iure communi, parte non opponente, incertus, & generalis libellus procedit, Mars. sing. 348. Ias. in §. curare nu. 26. inst. de act. DD. in l. 2. & in l. edita C. de eden. Asin. laté ad declarationem horum verború in sua praxi, §. 4. cap. 2. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 21. in verbo qualiscumq; sit, imo in aliquibus etiam casibus admittitur, etiam opponente parte, vt per Asin. d. §. 4. c. 3. Ias. in d. §. curare n. 7. & 57. inst. de act. & in §. tripli nu. 38. & seq. eod. tit. quos non refero, videri enim possunt; clausulas autem salutares, quas in dicta petitione bonum est apponere, tradit Asin. d. §. 4. cap. 4. nu. 7. Ias. in §. omnium, nu. 147. inst. de action. Ant. Gab. lib. recept. sententiarum in tit. de clausulis concl. 4. & de his omnibus dictum est hoc eodem statuto supra.

842 † An hoc statutum valeat, tradit Practic. Pap. in form. lib. quo agitur ad ficti solutionem, in verbo florenos.

843 † Et licet statutum ita generaliter loquatur in qualicumq; petitione, tamen intelligi, ac formari debet secundum loci consuetudinem, vt indicare videtur. vers. 5. sequens ibi, dummodo tolerabile sit, Hieron. de monte in tract. finium ragundorú, cap. 43. nu. 2. dicitur autem tolerabilis petitio, si ex ea colligi possit intentio agentis, saltem, vt possit scire reus, an debeat cedere, vel contendere, Ias. in l. vinum, nu. 35. ff. si cer. pet. & in l. non solú §. morte, nu. 46. ff. de nou. op. nunt. Practic. Pap. in forma libelli in actione reali in verbo qualisqualis, vbi appost. alios citat Asin. d. §. 4. cap. 1. nu. 3. nos autem habemus hoc definitum per statutum primum sup. eod. in §. qui libellus, vel petitio, vbi cauetur, quòd petitio dicitur tolerabilis si contineat personam actoris, & rei, & Iudicis, & quantitatem, rem, seu ius, quæ petuntur, & causam petitionis, & ibi laté diximus.

In verbo, & iurare coram Iudice, ad quem]
844 † in iuramento præstando sunt adhibenda formalia verba hic à statuto expressa, alioquin nullú esset, quod ageretur, nec sufficeret iurare per verba æquipollentia, aut relatiua ad statutum; in puncto, Socin. Sen. cons. 24. col. 3. & cons. 33. num. 6. vers. pro parte l ib. 1. in terminis Const. Mediolani Plot. in repet. l. si quando, nu. 372. & 865. & in repertorio in verbo decretum, sub rub. de appellat. Marcobr. cons. 50. nu. 114. idemq; de hoc iuramento præstando cauetur de iure communi, c. 2. de iuram. calum. in 6. & idem approbatum fuit in Nouis Const. Mediolani, in tit. de appell. §. qua petitione, vers. quæ petitio.

845 † An autem huiusmodi iuramentú debeat præstari

stari per hæredem appellantis, & dic, quòd sic, licet secus sit in iudiciali, vel necessario iuramento,
846 ita Mysing. obseruat.56. cent.3. † Quod verum intelligo, quando hæres à principio litis, & causæ conuenitur, vt hæres; si verò conuenitur ob iudicium, & instantiam cum defuncto ceptam, tunc nō statim cogitur iurare, sed assignata illi aliquali dilatione ad deliberandum, vt per Anton. del Rè in suo vtili tract. de iuram. calumn. cap.18. nu.26. & seqq. & latè per illud capitulum agit de personis, quæ à tali iuramento excusantur, & cum sit plenissimus tract. omitto tractare ego nam iuramenti de calumnia.
847 In verbo, ac satisdare] † Intellige hoc procedere, si petatur à parte, alias, non, Marsil. in sua praxi crim. §. nunc videndum, nu.5. & in l. vnius, §. cogniturum, ff. de quæst. Ias in l. scimus in principio, ff. de inof. testam. & in l. iurisgentium, in principio, ff de pact. Nat. conf. 685. & Rim. Iun. conf. 39. Ias. in l. vniuersa, C. de precib. imp. off. Cast. in l. peto, §. fratre, num.3. ff. de leg.2. Alex. consil. 17. lib. 4. Ruin. consil. 26. num. 8. libr. 4.
848 † hoc tamen procedit loquendo de iure communi, sed, ex statuto nostro, ac ex Nouis Mediolani Const. in tit. de appellat. d. §. petitione sic facta, hæc fideiussio præstanda est statim in ipso actu petitioni, seu libelli appellatorij, etiam si à parte pe
849 tita non sit, † tum ex stylo, & consuetudine, qui omnino in causis appellationum est attendendus secundum Ang. conf. 249. tum ex verbo huius nostri statuti, & Nouarum Const. hanc fideiussionē requirentium pro forma, ita in simili Surd. decis. 57. Felin. in simili in c. si ante, col.3. de rescr. Ias.
850 conf. 191. nu. 2. vol. 2. † nec sufficit oblatio fideiussionis, sed realis exigitur fideiussio, Zabarel. conf. 67. nec admittitur iuratoria cautio, vbi potest fideiussio præstari, Auus meus Rip. in l. 2. in
851 principio, num. 60. & 61. ff. sol. matr. † Pauper tamen non tenetur præstare hanc fideiussionem, quando non inuenit, sed sufficit iuratoria cautio, tex. & DD. in auth. offeratur, C. de lit. contest. Plot. in d. repet. l. si quando in repertorio in verb. decretum, sub tit. de appell. Marsil. in sua praxi crim. §. diligenter, nu. 103. Ias. in auth. qui rem, in 7. col. vers decimo, adde C. de Sac. Sant. Eccl.
852 † Idem est, quoties appellans esset externus, nā tunc, si fideiussionem non inueniret in loco Iudicij, remittitur ad eam præstandam in loco domicilij, l. si fideiussor, § si necessaria, & l. de his, §. qui tutor, ff. qui satisd. cogan. Iacob. de Sancto Georgio in d. §. si necessaria, num. 5. Ias. in l. 1. num. 23. in prima limit. ff. qui satisd. cog. & ita solet Excellentiss. Med. Senatus obseruare.
853 † Sed quid, si sit idoneus facultatib. an teneatur fideiubere, an vero sufficiat cautio, cum obligatione bonorum, Alex. conf. 37. n. 15. vol. 2. videtur tenere, quod sic, latè tamen discutit articulū, Ias. post Alex. in l. diuortio, §. interdum, nu. 10. & seq. ff. sol. matr. Honded. conf. 30. num. 33. lib. 1.
854 † An autem ista fideiussio sit præstanda per appellantem, quando fuit per eum in prima instantia præstita, & dic, quod de nouo est præstanda, cum prima præstita cum instantia perierit, gl. in §. primo, in verbo persona, in auth. de his, qui ingred. ad appell. Thesaur. decis. 202. Ludouic. Morot. conf. 49. nu. 4. qui articulū plenè examinant,
855 Marf. in rub. nu. 131. de fideiuss. † Sed quid, si fideiussor factus sit non soluendo, an iterum fideiubere teneatur appellans, dic, quòd non, Bal. in l. prætoria, ff. de pretor. stip. Afflict. decis. 172.
856 † An autem fideiussor semel approbatus, per superuenientiam nouæ calamitatis, & insignis inopiæ possit reprobari, vide Rim. in l. si ab arbitro, n. 2. & seq. ff. qui satisd. cog. & videtur quid sic, d. l. si
857 ab arbitro, §. fin. ff. qui satisd. cog. † quod verū intelligo in obligato iudicis offitio, secus in obligato ex conuentione, cum ex primo actu conuētio sortita sit effectum. Ias. in d. l. si ab arbitro, nume. 11. Alexand. conf. 60. nume. 4. libr. 5. plenè Surd. conf. 18. per totum libr. j.
858 In verbo omnia damna, & expensas] † quæro ad quid teneatur fideiussor, de quo hic datus per appellantem, & dic, quòd tenetur restituere parti omnia damna, interesse, ac expensas litis, quæ passa fuerit, & taxata fuerint per Iudicem, item tenetur de expensis soluendis, si appellans ipsam appellationem prosequutus non fuerit, quod etiam procedit de iure communi, gl. Cyn. & Bal. in l. eos §. fin. in principio, C. de appell. & in auth. generaliter, col. 1. & 2. C. de Episc. & Cler. item tenetur de iudicio sisti, vt cauetur in hoc nostro statuto, & in dictis Nou. Const. Item tenebitur ad restitutionem salarij per appellatum datum Iudici appellationis, cum illud veniat appellatione expensarum, Marf. in rub. de fideiuss. num. 214.
859 † Si quis autem cupiat videre significationem horum verborum, scilicet damna, & expensas, videat Carpan. latissimè tradentem ad statuta Mediolani, cap. 55. victus victori, & in hac appellationis causa hoc verum est, tam de iure communi, quam consuetudinario, ac statutario, & tam in Curia sæculari, quam ecclesiastica, l. eos, §. cautione, vbi Bal. C. de appell. vt etiam paulo ante dictum est, & tam in appellante, quam in appellato, si succumbat, gl. & DD. in c. finem litibus, extra de dol. & contum. alia plura in materia condemnationis in causa appellationis, videre est apud Petr. Rebuff. in suis Commentarijs, ad Constitutiones Regias, in tit. de appell. art. 9. gl. vnica, nu. 20. & seq. tom. 3.
860 † Sed quæro, quid, si datus sit fideiussor, & pars aduersa neget eum esse idoneum facultatibus, cui incumbat onus probandi regulariter, pars negans idoneum probare tenetur, Alex. conf. 37. num. 3. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 782. parte 2. videas gl. distinguentem, in l. si vero, §. qui pro rei qualitate, vbi Bart. ff. qui satisd. cog. Castr. in l. si vero. §. qui pro, in verbo si dubitetur, ff. qui satisd. cog. latè Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 44. nu. 17. & 18. & cap. 53. num. 2 & seq. Surd. decis. 320. Menoch. de præsumpt. lib. sexto, præsumpt. 51.
861 † Quomodo autem interesse peti possit, & quotuplex sit, præter tradita à scribentibus, in l. fin. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest, proferuntur, remitto ad Carpan. ad statuta Med. cap. 43. nu. 6. & seq. sub rub. de damn. & interesse.
862 In verbo, quæ taxata fuerint] † longa series verborum, latusq; posset fieri tractatus super materia damnorum, interesse, & expensarum, ideo his omissis, quæ dubia possint oriri circa taxationem, vel circa expensas, damna, & interesse, clarè per tractatum explanat, & breuiter Pet. Rebuf. in tractat. de expensis, damnis, & interesse, in suis Commentarijs super Const. Regni tom. 3. & in expensis litis, quæ enumerantur, tradit Plot. in repet. l. si quando, §. 37. nu. 6. & 7. C. vnde vi, & alia multa in proposito recenset, Carpan. ad statuta Med. cap.

cap.56. tit. de execut. expens. num.12. cum seqq. pluribus, Francis. Bursat. consil. 294. vbi magis clarè, & explicitè loquitur, & nullus est, qui versatur in forensibus negotijs, qui non debeat habere illud consilium præmanibus, Grat. cons. 108. lib. primo. Carauit. super ritib. magn. cur. rit. 298.

In verbo, si ipse appellationem nullam dicens succubuerit, & non fuerit prosequutus vsq; ad fi-
862 nem] Nota ex hoc statuto paria esse non appellare, vel renunciare, & non prosequi, Lancell. de attent. in 2. par. cap. 12. tit. de attent. pend. appell. ampl. 2. nu. 2. Rot. decis. 1. l. tempore, & l. per hãc, C. de temp. appell. Guid. Pap. cons. 124. circa principium, Afflict. decis. 78. num. 2.

863 † Et, nisi statutum prouideret fideiussorem teneri in omnibus de iure, teneretur tantum in casu succumbentię, non autem in casu desertionis, Bal. cons. 106. nu. primo, vol. 2. Ias. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 61. ff. de acq. poss. Rebuff. in dicto tract. de expens. tom. 3. art. primo, gl. vnic, num. 51. & 52.

864 † Quando appellatio dicatur deserta, Bursat. consil. 145. volum. 2. & plura tradit in proposito, Carpan. ad statuta Mediolani. cap. 131. num. 545. cum pluribus seqq.

In verbo alioquin ipsi appellationi renunciasse
865 intelligatur] Quot, & quibus modis quis appellationi renuntiasse dicatur, plenè discussum reliquit Carpan. ad statuta Mediolani, c. 131 num. 572. vsq; ad finem capituli, latè etiam Ruginel. ad Constitutiones Mediolani tit. de appellat. §. 9. gl. prima, cap. 1. per totum, vbi latè tradit, & quando appellationi renuntiatum dicatur, & ex quibus actibus inducatur, Petr. Greg. Tolosan. in tract. de appell. lib. 8. cap. 44. per totum, & duos casus etiã in quibus appellationi renuntiatum dicitur, ponit Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de appell. conclus. 2. & 3.

866 † Nota tamen ex his verbis alioquin &c. dici inductam formam à statuto nostro, ex quo statutum nostrum procedit actum annullando si supradicta de petitione coram Iudice, ad quem facienda, nec non fideiussione, & iuramento non seruentur, quibus casibus dicit forma introducta, Bart. in l. de his, ff. de trãsac. Ias. in l. prima, num. 7. ff. de lib. & posth. Dec. cons. 528. num. 11. Soc. Iun. cons. 71. nu. 23. lib. 1. Menoch. de arbitr. iud. q. 30 num. 5. lib. primo, & in terminis Constitutionum Mediolani, in tit. de appellat. quæ idem disponũt prout in statuto nostro, quod istud dicatur introductum pro forma, tenet Ruginel. ad dictas Constitutiones tit. de appellat. §. 8. gl. 4. num. 3. & 6.
867 cum seqq. † Quare fit, vt huiusmodi forma à statuto nostro, & à Nou. Constitutionibus inducta ad vnguem obseruanda veniat, Bald. in l. 2. col. fin. num. 10. C. quom. & quand. iud. Alex. consil. 42.
868 nu. 26. lib. 1. † nec possunt supradicta, cum pro forma dicantur introducta, partium consensu remitti, Doct. in l. 1. ff. de lib. & posth. Felin. in c. si diligenti. de for. competent. Ruin. cons. 258. nu. 1
869 & 2. lib. 4. Menoch. de arbitr. iud. d. q. 30. † nec sufficit, si per æquipollens adimpleatur, Boer. decis. prima, num. 44. & seqq. latissimè Peregr. Iannin. in tractat. de citat. reali, libr. 2. capit. primo, nu. 138. vsq; ad numerum 207. vbi plura in materia formæ, & per Rim. Iun. cons 759. Vinc. Honded. cons. 27. nu. 28 & seq. lib. 1.

870 In verbo, & executioni mandetur] vide, quæ dixi supra vers. & idem disponatur de nullitate, ad uerte tamen, quòd statutum nostrum prouidet, vt sententia exequatur, si supradicta non fuerint obseruata, cum parum esset sententiam ferri, nisi ea executioni mitteretur, cap. cum aliquibus de re iud. c. vbi periculum, §. præterea de elect. in 6. l. 2. §. post originem, ff. de origin. iur.

871 † Quod quæ per verba firma maneat, & executioni mittatur, videtur remota vlterius appellatio Ias. cons. 187. circa principium. col. 7. vers. similiter, lib. 2. Cumia in ritib. magn. cur. cap. 17. nu. 32. Anguiss. cons. 76. num. 6. & 9. Contard. ad l. vnic. nu. 20. C. si de moment. possess. fuer. appell. Ruginel de appell. §. nono, gl. 2. cap. vnic. n. 2. & 3.

In verbo postquam statim] conueniunt nouæ Constitut. in tit. de appellat. §. posthæc statim,
872 † quæ dictio statim idem est, ac si diceretur, ipso iure, Tiraq. in repet. l. si vnquam in verbo reuertatur, num. 116. & seq. cum ibi allegatis, C. de reuocan. donation. & num. 446. vbi ait, hæc verba nullum requirere Iudicis ministerium; alia etiam videre licet apud Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 22. nu. 32. cum seqq. pluribus.

In verbo probandi, producendi, & ostendendi]
873 † vide notata ad Carpan. dicto cap. 132. & c. 22. in verbo probandi, nu. 63. & seqq. ideo non refero cum statutum Mediolani conformet cum statuto nostro, & dicto cap. 131. & 132. & seq.

874 † Quæ autem exceptiones possunt opponi in causa appellationis, vide Ruginel. ad Constitutiones Mediolani, tit. de appellat. §. 10. glos. 34. per totum.

875 In verbo successiuè verò] † conuenit statutum Mediolani, cap. 133. & vide ibi annotata per Carpan. conueniunt etiam Nou. Constitutiones Mediolani, tit. de appellat. §. posthæc statim, & §. successiuè verò, & in tit. de iudic. §. ne processus.

In verbo, & quòd omnes exceptiones sint saluæ
876 &c.] † dixi supra in principio huius statuti, sub rubr. de ordine causæ ciuilis, in verbo statuentes quoque, quod omnes exceptiones, quibus addo Doct. post gl. in c. ex parte, il primo, extra de testibus, Aret. cons. 98. prope finem.

877 In verbo postea teneatur] † notat amen, quòd pendenti causa commissionis, nihil est innouandum in causa appellationis, ex his, quæ tradit Bar. in l. prima, ff. nil nou. app. pend. Marc. decis. 380. in 2. part. Petr. Duen. reg. 42. Afflict. decis. 352. cum seq. Marc. decis. 43. in 2. part. Alex. cons. 99 col. 2. libr. 5. Didac. Coaruu. lib. 1. pract. quæst. cap. 23. cum seq. Dec. cons. 23. & in l. prima, C. de bon. possess. secundum tab. & cons. 97. Bursat. cons. 22.

878 In verbo, qui Commissarius] † conueniunt in hoc Nou. Constit. tit. de appellat. cap. primo. §. is confidens causæ, & statutum Mediolani, vbi Carpan. cap. 135.

In verbo, posteaquam verò lata fuerit dicta
879 sententia] † multa circa hæc scripsit Carpan. ad statutum Mediolani, cap. 136. & 137. præter tamẽ ea, quæ dicit ipse, an, & quando sententiæ dicantur conformes, ita, quòd appellare non liceat, vide Dec. cons. 385. per totum, Crau. pleno consil. 183. lib. 1. Pract. Pap. in form. execut. sententiæ diffinit. gl. 1. Soc. Iun. cons. 74. col. 2. volum. 2. vbi quomodo dicatur confirmari, si eiusdem sit iuris, licet verba diuersa, & consil. 18. col. prima, & 162 per totum, vol. primo, Franc. Marc. decis. 291. in 2. parte.

880 † Scias tamen, quod conformitas magis consideratur

deratur

deratur in effectu, quam in verbis, Dec. conf. 385. num. 2. Anton. Gabr. in suis communibus, tit. de re iudic. concl. 1. nu. 34.

881 † Hinc est, quòd sententiæ dicuntur conformes, quæ in qualitate, & substantia conueniunt, Alex. conf. 77. num. 33. libr. 2. Menoc. conf. 509. num. 16. lib. 6.

882 † An autem sententiæ dicuntur conformes, si diuersæ sint in quantitate, vide Thesaur. decis. 222. per totam, latissimè Ruginel. ad Constitutiones Mediolani tit. de appellat. §. 12. gl. prima, cap. vnico per totum, vbi decem modis declarat, quando sententiæ dicantur conformes, & qñ non.

883 † Sed dubitatur num stante dicto statuto, possit peti restitutio in integrum, dic, quod non, ita Bald. in l. in causæ, ff. de minor. Aret. in l. si causa cognita, C. de transac. & ad idem facit statutum supra de regimin. potestatis in ord. 55. tit. de rigore statutorum communis Papiæ, dum disponitur, quòd verba debeant accipi, & intelligi, prout iacent, & infra statuto crimin. vlt. Abb. consil. 44. col. 4. & vide Vitalin. in tract. clausularum in verbo nil nouari appellat. pendente, Socin. conf. 242. num. 290. Alex. conf. 114. col. 3. num. 11. libr. 5. hoc tamen, licet placeat Alex. & Socin. mihi tamen non arridet, per ea, quæ pleno consilio tendit Rimin. Iun. conf. 242. col. pen. & final. vbi rationes plures considerat, quæ iuditio meo præualere videntur adductis per dictos patres.

884 † Aduertendum quoq; quòd vbi prima sententia esset confirmata per secundam, ex alia tamen causa, quàm ex qua motus fuerat primus Iudex, certè istæ sententiæ non dicerentur conformes, & propterea non caderent sub dispositionem istius statuti, ita Perusin. in cap. dilecto, q. 52. extra de appellat. refert, & sequitur Felin. in c. inter cęteras col. 4. circa medium de re iudic.

885 † Item fallit istud statutum; quando sententia esset euidenter nulla, & iniusta; vt iam dixi supra in verbo statuentes, Ias. in l. 1. in principio, col. 6. post Bart. ibi, ff. de op. nou. nuntiat. faciunt tradita per Aret. conf. 68. circa finem, & multo fortius procederet, data nullitate notoria, & ex actis resultante, Alex. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. & conf. 77. vol. 2.

886 † Item non obstante hoc statuto; posset opponi de iudicis incompetentia, Alex. conf. 113. nu. 6. vol. 1. Dec. conf. 8. col. final. cum declaratione tamen Felin. in dicto cap. inter cęteras, vers. sexta declaratio de re iudic. ad quod vide Vant. de nullit. process. tit. quis possit dicere de nullitate, nu. 37. & seqq. pluribus, Anton. Gabr. in suis communibus, tit. de statut. conclus. 3. per totam, vbi multas affert declarationes, Bero. conf. 85. lib. 3. Andr. Gail. lib. 2. pract. obseru. c. 93.

887 † An verò exceptio compensationis impediat, tradit Francis. Marc. decis. 148. in 2. parte, Curt. Iun. consil. 136. nume. 21. Bertrand. consil. 84. lib. primo, Franc. Vegg. conf. 47. nu. 2. & 3. Hieron. Gabr. conf. 49.

888 † Nota vlterius mirabilem declarationem, quòd etiam si statutum hoc tollit omnem exceptionem opponendam contra duas sententias conformes, eo tamen non attento, si reus fuerit condemnatus ad rem tradendam, ei tamen incumbere poterit loco pignoris, Boer. decis. 43. nu. 15. & 16.

Fallit etiam, quando dolus, & lata iudicis culpa interuenisset, Plot. in repet. l. si quando, §. 6. nu. 8. C. vnd. vi.

889 † Notandum etiam, quòd hoc statutum idem operatur, ac si latæ essent tres sententiæ conformes, & sic corrigit ipsum ius cõmune volens tres conformes requiri, & bis appellari posse, Ant. Gab. in suis communibus, tit. de execut. rei iudic. conclus. prima nu. 15. & quod idem operatur, quod ius commune tradit Paris. conf. 119. in fine vol. 4. estq; etiam conforme cum Nouis Mediolani Constitut. tit. de appell. c. lata sententia.

In verbo executioni mandetur omnibus iuris

890 remedijs] † apud quem autem iudicem petenda sit dicta executio, an apud iudicem appellationis, an vero apud iudicem, à quo; vide Bart. in l. eos in fine, & in l. papinianus, §. offitijs, C. de appellat. qui dicit iudicem appellationis executioni demandare debere, Dect. vbi Alex. communem dicit in l. à diuo pio, ff. de re iudic. secundum formam tamen horum statutorum quilibet Iudex requisitus exequitur, vt inf. rubr. 26. tit. de sententijs arbitris, & arbitramẽtis inter extraneas personas executioni mandandis, Marant. in suo Specul. iudic. part. 6. sub rub. de execut. sententiæ.

891 In verbo, aut aliter reformetur] † Intellige reformare sententiam non tantum circa quantitatem, sed etiam, si adijciatur aliqua qualitas, quæ non erat in prima sententia, Alex. conf. 77. col. 1. vol. 2. faciunt notata per Paris. conf. 95. num. 22. lib. 1. Soc. Iun. conf. 18. vol. 2. vbi declarat, vide etiam Bart. in l. ius ciuile, ff. de iust. & iur. cum quo tenet etiam Alex. in l. scire debemus, col. 1. ff. de verb. oblig. Dec. in l. edita, num. 18. & num. 37. C. de edend.

In verbo mutatis mutandis, & congrua con-

892 gruis] † hoc est, licet admittatur appellatio, intelligendum est in ea parte solum, quæ fuit reformata, vel reuocata, & de hac clausula in omnibus & per omnia quid importet, declarat Rimin. Iun. conf. 467. nu. 46. & magis clarè Dec. ante ipsum conf. 152. colum. 2. vbi dicit, quod est vniuersalis clausula omnia comprehendens, & clarius idem Dec. cõns. 325. In casu proposito, col. 2. vers. in casu isto post Alex. & alios in l. prima, per illum tex. ff. de leg. primo.

In verbo, quod statutum omnibus iuris reme-

893 dijs] † vide Boss. in tit. de mulctis, ad fin. in sua praxi, vbi tradit, quæ sint hæc iuris remedia.

In verbo, item quòd omnes, & singuli Commis-

894 sarij] † vide circa hoc Castren. consilio 320. lib. 1. dum diserit, an in causa appellationis peti possit compromissum.

In verbo, ac sine vlla conditione, vel alternatio-

895 ne] † vide de iure communi Gabr. in suis communibus tit. de sententijs, concl. 1. nu. 17. & seq. Port. Imol. lib. 4. commun. opin. reg. 9. Alex. in l. à diuo pio, §. in venditione, nu. 15. cum seqq. pluribus, ff. de re iudic. Bursat. conf. 155. per totum, & communis est opinio, quòd sentẽtia sub conditione ferri non possit, l. 1. §. biduum, ff. quand. appel. sit, quem tex. ponderat Fulgos. conf. 217. vbi extendit ad delegatos, & arbitros: Ias. in l. admonendi, nu. 16. & seq. ff. de iur iur. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. process. nu. 107. Marant. de ord. iud. in verbo, & demum fertur sententia par. 6 quam regulam declarat gl. in l. non videtur C. de sententijs, & interloc. latè Socin. reg. 369.

In verbo, nisi fuerit de partium voluntate]

896 † nota, quòd partes possunt renuntiare causis, & casibus hic enumeratis, arg. l. si quis in conscribendo, C. de pactis.

In ver-

897 In verbo, nec etiam cōpromissis factis] † hæc statuti particula, videtur contrariari statut. 26. in ordine, sub tit. de sententijs arbitr. in fine vers. & in ipsis cōmissionib. nisi dicatur conciliando, hoc statut. loqui in causa principali, illud verò in causa appellationis.

898 In verbo, statuimus, & ordinamus] † videtur hæc statuti pars contrariari stat. 10. in ordine, sub rubr. de citationibus, dicam ibi ad formam, quoq; huius statuti editæ sunt Nouæ Mediolani Const.

899 tit. de Iudic. c. vbi contingat, † notandum tamē, quod Iudex ex suo arbitrio habita ratione sexus, ætatis, consuetudinis, ac valetudinis, & similium talē terminum extendere, & coarctare potest, Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. prima, cas. 2 nu. 12. & seq. Notandum pariter, quod, si Iudex alicui pro absente comparenti terminum assignauerit ad absentiam probandam, si intra terminum statutum ad vlteriora processerit, non valet sententia, Bart. in l. 5. in 5 not. ff. de re iudic.

900 In verbo, singulis diebus, pro singulis viginti miliaribus] † concordat cum iure communi, l. pri. vbi Doct. ff. si quis caution. Alex. cons. 22. vol. 4. & in l. stipulatio ista, §. in stipulationibus, col. 2. ff.

901 de verb. oblig. † non omittendum tamen, quod hoc statutum non modo videtur desumptū ex d. l. 1. ff. si quis cautioni, sed etiā à l. properandū, §. 1. & seqq. C. de iudic. & l. consentaneum cum auth. seq. C. quom. & quand. iud. licet dicta iura loquantur in diuersis temporibus, substantia tamen statuti in eo tempore desumpta est.

902 † In verbo item, quod si aliqua partium voluerit] † latè in materia huius statuti concordantis cum Nou. Const. Mediol. tit. de iudic. cap. & quia quandoq; contingit, vide Asin. in sua praxi, §. 21. c. 1. & seq. & c. 4. nu. 1. & 2. Ferrat. caut. 46. Cyn. & Bal. in l. 1. C. q accus. nō poss. Afflict. in const. regn. rub. 36. de off. magistratu, nu. 7. lib. 1. L app. alleg. 45. in principio.

903 In verbo, quibus semel nominatis nihil addi possit] † intellige hoc verum super ijsdem capitulis, sed forte super nouis capitulis deberet admitti nominatio noua, tum quia non additur per hoc aliquid nominationi prius factæ super alijs capitulis, §. quia verò in auth. de testibus cum ibi notatis, & per Bart. in auth. atqui semel, col. 6. vers.

904 quæro vtrum testes, nu. 24. C. de probat. † tum quia iuramentum, de quo in statuto purgat præsumptionem malitiæ protellandi litem, iuxta notata in d. auth. atqui semel, & in c. cōstitutus extra de fideiuss. & per scribentes in c. statutum de rescrip. in 6. & hoc magis in actore procederet, quia in eo cessat præsumptio, quod velit litem protella-

905 re, † his additur statutum, ita debere intelligi, vt minus lædat ius commune, quo fieri possit, cap. cū dilecti, vbi Doct. extr. de consuet. cum de iure cōmuni, plures nominationes, & testium productiones super eisdem capitulis, in eadē dilatione fieri possint, d. auth. atq; semel, cū etiam de iure communi fieri possit noua testiū productio super nouis capitulis etiā post didicita testificata super antiq. cap. d. auth. atq; semel, & in corpore vnde sumitur.

906 † Id tamen, quod dicitur de instrumentis extra terminum nominatis, vt nihil possit postea addi, facit, vt indistinctè intelligatur prohibere secundam nominationem in eadem causa, siue super eisdem, siue super diuersis capitulis fieri velit, cum ista consideratio diuersorum capitulorum, non possit adaptari ad instrumenta, & vna determinatio æqualiter determinat determinabilia, ad quæ refertur, l. iam hoc iure, ff. de vulg. faciunt notata per Abbat. in c. cum dilectus, col. 2. ad finem de consuet.

807 In verbo, & facta fide summatim] † nota, quòd si Iudex dubitaret, quod peteretur dilatio animo calumniandi, posset petenti facere præceptum, & imponere etiam mulctam, si reperiretur calumniosè fuisse petitum. Ias. in l. 1. post Alex. ibi, ff. si quis iusd. non obtemp. Ferrat. caut. 46. & dicit etiam Ias. allegatus, quòd pars potest petere expensas deponi, quando suspicatur, ne pars faciat cautelosam nominationē, & vide Canonist. in cap. cum causam extra de testib. volentes posse Iudicē refrenare numerum testium.

908 In verbo, & parte iurante] † hoc iuramētū debet formaliter præstari, vt dixi supra in verbo quibus visis, Ferrat. caut. 46. Pract. Pap. in form. product. instrumentorū prope finē principij, pri. glo. quia loquitur per ablatiuos absolutos, qui important conditionem, conditio formā, & forma punctualiter est seruanda, Ias. in l. admonēdi, nu. 296. vers. vigesimus nonus, ff. de iure iuran. Rip. auus mihi maternus in l. fin. vers. 57. C. de reuoc. donat. Dec. cons. 11. nu. 19. Soc. sen. reg. 104. restrict. 4. Idem auus meus Rip. in l. ait Prætor, colum. fin. ff. de re iudic.

907 In verbo, eo casu assignetur] † notandū tamen, quod dilatio data, nō poterit prorogari absq; causæ cognitione, sic Abb. cons. 64. volum. 2. Boer. decis. 294. & 352. Capic. decis. 81. Natt. cons. 335. Perpur. cōs. 90. an autē quando secunda dilatio sit concedēda, Rim. iun. cōs. 119. vbi agit de dilatione petita ad examinandos testes apud Turcas exi-

908 stentes, † & an post terminum datū ad opponendū, dari debent dilatio, tradit Bal. cons. 420. lib. 4. Benint. decis. 45. Francis. Marc. decis. 34. par. prima.

910 In verbo, & in eo termino assignando] † quæri potest, an, sicut currit tēpus datum ad probandū per testes præsentes, eodem modo currat tempus datū ad reprobandum; & videtur, quod sic; quia verbū probare cōtinet de sui natura, verbū reprobare, arg. eorū, quæ habentur in rub. ff. sol. matr. & in rub. ff. si cert. pet. vbi glo. in verbo petatur idest repetatur, & ibi omnes, & maximè quia sæpius in hoc eodem stat. sup. habetur, quod lapso termino dato ad probandū, immediatè currat terminus ad reprobādum, currente ergo termino probatorio, necesse est etiā currere terminum reprobatoriū, alioquin non verificaretur illa dictio immediatè.

911 † In contrarium facit, quia secundum propriā, & strictam significationē, quæ in stat. attenditur, aliud est probare, aliud reprobare, vt patet in præallegatis locis, vbi Alex. stante maximè statuto generali supra de regim. Potest. nu. 55. sub rubr. de vigore statutorum communis Papiæ, & statuto criminali vlt. infra, quod verba statutorum debeant intelligi, prout iacent ad litteram, vnde, cum statutum uelit omnia tempora stare in suspenso, excepto termino probatorio, dicendum est, non includi terminum reprobatorium; cum de eo non sit facta mentio aliqua in statuto; Accedit, quia, licet millies appellatione probationis cōtineretur reprobatio, ex quo tamen statuentes discretiuè, & separatim loquuntur de probatione, & reprobatione, & terminos diuersificant, prout habetur supra in hoc eodem statuto, dicendum est sub vno verbo aliud non comprahendi. & ad

hoc bene facit decisio Bald. in l. in multis prope finem, vers. penultimo, ff. de stat. homin. vbi omnino videndum.

912 In verbo, quo termino pendente] † aduerte quòd non currit instantia; sic Pract. Pap. in forma product. instrumentorum in verbo, in termino, & per Abb. in cap. venerabilis, col. 4. extra de re iudic. Paris. de Puth. in tract. de syndic. in verbo instantia, vers. an si Prætor, & an teneatur deponere expensas, Ias. in l. 1. col. pen. num. 27. ff. si quis iusdic. non obtemp. Canonist. in cap. constitutus, & glos. in cap. statutum, §. fin. de rescript. in 6. & vide etiam, quæ notaui supra ...

In verbo, quod si deinceps contingat] simile statutum viget Mediolani, & ibi moderni Mediolanenses multis lucubrationibus illustrarunt. c. 34. sub rubr. de curat. dand. ad litem, & vide etiam, quæ dixi infra in rubr. 47. de modo dand. curat. bonis vacantibus.

913 † In verbo, aut simili personæ] † exemplificari potest in muto, surdo, prodigo, ac eo, cui bonis est interdictum, Vant. de nullit. process. sub rub. de nullit. ex defec. mand. nu. 15. & seq. quomodo autem quis furiosus probetur, Vant. ibi. num. 13.
914 Mascar. de probat. concl. 826. † & qualiter quis prodigus probari possit, idem Mascard. conclus.
915 1235. † probatur etiam furiosus ex iudicio, & relatione medicorum, ex sermonibus non conuenientibus, Doct. in §. furiosi, inst. quibus non est permissus fac. testam. & in l. furiosum, C. qui testam. fac. poss. Alex. in l. si cum dotem, §. si maritus, ff. sol. matr. d. prodigo habetur per Doc. in
916 l. is cui bonis, ff. de verb. oblig. † vnum tamen notandum, quòd pater potest filiũ prodigũ exhæredare, relictis solis alimẽtis, ne paternã hereditatẽ dissipet, Io. de Plat. in §. itẽ prodigus inst. eod.

917 In verbo, tutore, vel curatore] † quomodo autẽ citandus sit minor habens tutorem, tradit Neuiz. cons. 17. per totum, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 13. nu 14. & seqq. plurib.

918 Qui autem prohibeantur esse tutores, vel curatores, tradit Specul. in tit. de curatore, §. ait autẽ, Aret. in §. præterea, nu. 39. & seq. inst. de excep. Io. Gutierez. in tract. de tut. & curat. part. 1. cap. 20. per totum.

919 † Sed quid, si quis consequi quidpiam vellet contra infantẽ absentem, vide Bal. in tit. de milit. Vassal. qui contumax est in vsibus feudorũ. col. pen. volens, quòd si sit, infans, hæreditas iacens diceretur, & dandus esset curator hæreditati iacenti, de quo dicam in stat. 47.

920 † An autem vitricus possit esse tutor priuigni, Specul. in tit. de tutor. §. nunc dicendũ, vers. verũ tamen, tenet, quòd sic, licet pupillus apud eum ali non possit, Ruin. cons. 87. nu. 15. vol. 5. Crauet.
122 cons. 190. nu. 7. lib. 1. † apud quem autem ali debeat arbitrio Iudicis relinquitur, Fulgos. cõs. 196. vers. ad id, Bal. cons. 126. lib. primo, Crau. cons. 18. nu. 3. vers. 3. Bal. cons. 406. lib. 2. & 472. lib. 5. Gramat. decis. 77. Gutierez de tutel. & cur. lib. 2. c. 8.
923 † obseruent autẽ Iudices, ne filij educentur penes matrem, quę trãsiuit ad secunda vota, de quo latè per Menoch. de arbit. iud. cas. 168. lib. 2. vbi plene, l. 1. vbi Doct. C. vbi pupil. educ. deb. Bar. in l. ex facto, nu. 12. vbi Ias. n. 25. & Rip. auus meus nu. 65. ff. de vulg. Guid. Pap. q. 539. nu. 3. Borgn. de tutor. & curat. nu. 303. Surd. de aliment. tit. 4. q. 13. nu. 15. & per totam illam quæst.

923 In verbo remaneat indefensus] † quis dicatur indefensus, habetur in l. 1. ff. quib. ex caus. in possess. eat cæterum non modo indefensus dicitur, qui nullam fecit defensionem, sed etiã, qui personam minus legittimam defendit, Crau. cons. 285. col. 2. vers. indefensus, Ias. cons. 15. lib. 3. Crau. cõs.
925 905. & 908. lib. 5. † omnia autem agitata contra indefensũ sunt ipso iure nulla, Michael. Grass. in suis communibus, in verbo, sententia, q. 8. lib. 2. Natt. cons. 534. & 541. & seq. Francis. Mar decis. 241. in 2. part. Marant. in suo specul. part. 4. principali, distin. 16. nu. 25. cũ seqq. plurib. Pract. Papien. in form. lib. ad ration. reddendã in verbo, & curatore, nu. 3 imò, nec in eorum fauorem valet lata sententia, cũ non reperiatur persona, super qua possit substantiari, & radicari iudicium, Bart. Alex. Ias. & alij in l. furioso, ff. de re iud. in l non eo minus, C. de procur.

926 † Et nota, quòd tutor, vel curator, de quibus in præsenti statuto, non tenentur facere inuentariũ. Pract. Pap. in for. lib. quo agitur ad reddendã rationem, in verbo, & curator, Neuiz. cõs. 17. Ioseph Ludou. decis. Perus. 48. in prima parte, subdens Pract. Papien. qui supra, quod tutor, qui datur ad vnam causam, non facit inuentarium.

926 † In verbo, specialis ad litem prædictã] † de curatore ad litem, vide tex. in l. 1. de in lit. dand. tut. Soc. iun. cons. 46. vol. primo, Neuiz d. cons. 17. & dicam inf. stat. 47. de modo dand. curatorẽ bon. vaccan. & per Azonem in summ. C. de in lit. dand.
927 tutor. & hoc est obseruandũ, quòd puberes non coguntur inuiti curatorem accipere, præterquã ad lites, ne sint indefensi, & ne sententia contra eos lata sit ipso iure nulla, l. non eo minus, C. de procurat. ideo coguntur curatorẽ ad litẽ accipere cũ per se nõ habeant legittimã personã stãdi in iuditio, filio excepto, qui in iuditio ad patrẽ defendendum admittitur.

In verbo, si quis autẽ iusdicens] circa hoc statut. vide Doct. in l. 1. & per totũ tit. C. de pen. iud. qui mal. iudic. Bal. per illũ tex. in c. cum in iure, circa finem, de elect. Bart. & alij in l. pen. C. de pact.

In verb. si vero per imperitiã] latissimè per amplam quæstionẽ vide Bar. in q. incip. Iudex, qui per imperitiã, vbi ponuntur multæ declarationes ad hoc statutũ de seruientes, Alex. in l. 4. §. si tamen vicinũ, ff. de dam. infec. & in l. edi, §. 1. ff de eden. & in l. pen. C. de pac. & in l. commodis, ff. de re iudic. Dec. in l. 1. col. fin. ff. quod quisq; iur. & vide plura ad hoc propositum dicta supra in statut. de regim. Potest. statut. penult. de syndicat. D. Potestatis.

In verb. statuimus insuper] hoc statut. conuenit cũ Nou. Med. Const. tit. de iudic. cap. Iudices in eo solũ discrepat, nempè in pœna, p Nou. enim Cõst. imponitur pœna aureorũ decem, & plus, & minus.

In verbo, Notarij deputati] non seruatur hoc statutum, & vide inf. statut. 35. & 142.

In verb. Itẽ, quod quelibet partiũ] vide in Nou. Med. Const. tit. de iudic. c. si quis in causa, vbi plus generaliter loquitur in illis verbis, in eadẽ causa, vel ab inde dependenti, & latè ad declarationem, Marsil. singul. 61. Socin. in l. qui accusare, C. de eden. qui ait me non teneri producere instrumẽta meis expensis ad fundandam intentionem actoris.

In verbo, iterum, & de nouo producere] fallit; vbi pars iuraret dicta iura; seu instrumenta amisisse, Plot. in l. si quando, nu. 541. C. vnde vi.

In verbo, statuentes, & ordinantes, vide supra in statutis de regim. Potest. stat. 55. sub rub. de vigore statut. Pap. & quæ ibi dicta sunt ...

Rub.

Rubr. de Iudicibus appellationum postulandis, & de commissione de ipsis fiendis per Potestatem.

QVis sit Iudex cõpetens in causis appellationũ. vide Pract. Papien. in form. appellat. à sententia diffinit. in verbo, & ad quemcunq; Iudicem.

Item statuimus] ad idem vide Nou. Mediolani Constitutiones tit. de appellat. cap. primo, & latè scripsi supra ad hoc statut. primum de commissione causæ facienda consultori, & in rub. seq.
928 † an autem de iure appellans teneatur se præsentare coram Iudice, ad quem, Bart. in l. præses, & in l. quoniam, C. de appellat. & consult. tenet, quòd sic, dicens, quòd Iudex statuere debet terminum appellanti, intra quem se præsentet, Marant. de ord. iud. part. 6. tit. de appellat. num. 194. Rip. auus mihi maternus in l. a. col. prima ff. de re iudic. Pract. Pap. in form. appostol. in verbo infra decem dies, nu. primo, & seq. & nota quòd elapsis 30. diebus ut supra datis ad prosequendam appellationem; appellatio remanet deserta, Ang. cons. 140. quidam Matheus, Alex. cons. 164. lib. 2. sed quid faciendum, vbi dubium inter partes vertitur, an causa sit appellabilis, nec ne, dixi sup. & vide Flor. in l. si quando, §. 4. nu. 43. C. vnd. vi.
929 In verbo teneatur petere Iudicem] † intellige, quòd appellans tenetur petere Iudicem ap-
930 pellationis in iudicio, nõ extra, † licet enim verbum petere latissimam habeat significationem, & comprehendat petitionem tam in iuditio, quàm extra, l. actio in personam, ff. de act. & oblig. intelligi tamen debet propriè in iudicio. Rip. auus
931 mihi maternus in rubr. 27. ff. sol. matrim. † ratio autem est; quia, cum hoc tendat ad vtilitatem priuatam, Iudex non tenetur impertiri officium, nisi parte petente, & si imperiret in casibus, in quibus non requiratur, non valeret, l. 4. §. hoc autem iudicium, vbi Bart. & alij, ff. de dam. infec. & in specie ibi auus meus Rip. nu. 36. vers. circa secundum, facit, quod dicimus de appellante, qui tenetur petere apostolos, idest libellos dimissiuos à Iudice, à quo instanter, & instantiùs, imè sepe, an sępius, de quo per Pract. Pap. in form. appell. à sententia diffinit. in verbo petens, alia est ratio, quia commissio causæ semper venit facienda ad
932 instantiam partis, Ang. d. cons. 140. † adeo, vt si statutum imponeret pœnam Iudici nõ facienti commissionem infra certum tempus, non incideret in pœnam, nisi fuisset interpellatus, Abb. in c. pen. nu. 19. de iudic. Mars. sing. 341. in princip. Gail. lib. 1. obseruat. cap. 46.
933 † Sed dubitari contingit, qualiter facienda sit huiusmodi petitio; & dic, cum ea diligentia, qua petuntur apostoli, adeo, vt non sufficiat vnica petitio, sed pluries facienda sit, etiam protestando, vbi Iudex negligeret facere commissionem, vel recusaret, Imol. in c. cupientes, §. quod si pro vrgenti, in verbo propositum de elect. in 6. Bald. cons. 453. super facto, lib. 4. Alex. cons. 81. lib. 4. Iapp. alleg. 38. in princip. & num. 11. quod adeo verum est, vt, si appellans non sollicitaret sibi dari Iudicem, ad quem, causa remaneret deserta, vt notat Corr. in suis memorial. in verbo statuto Mediolani cautum est, quod appellans. Alciat. cons. 381. nu. 6. vers. circa secundum dubium.
934 † An autem in illa petitione facienda causam committi, requiratur partis citatio, dic, quod sic, Alciat. d. cons. 381. vers. sed an id tali petitioni, & notat Carp. ad stat. Mediol. cap. 131. nu. 410.
935 † In verbo, cum potestate] † de iure tamen, potestas non habet facultatem eligendi Iudicem appellationis, sed talis facultas spectat ad superiores inspecta diffinitione appellationis, quæ nihil aliud est, quàm prouocatio ab inferiori Iudice ad superiorem, sic Marant. de ord. iud. 6. part. principali actu 4. num. primo, cum seqq. sed quia sæpe numero recursus ad superiores affert maximum incommodum appellanti, & damnum absq; vtilitate appellati, ideo cautum, & prouisum est per hoc statutum, quod appellans teneatur petere Iudicẽ à potestate, est tamen etiam in facultate ipsius appellantis, si velit recursum habere ad superiores, propterea subdit statutum nostrum, vel alio superiori magistratu.
936 † In verbo, qui potestas] qualiter, & quomodo sint committendæ causæ appellationum, tradit Castr. cons. 123. & 29. & habetur in c. quoniam, §. si vero de appellat. in 6. si autem fuerit oppositum causam non esse committendam, non potest ille Potestas cognoscere super ista exceptione, vt per Castr. d. cons. 13. & dictum est supra de commissione causæ facienda consultori, vbi multa ad hoc propositum scripsi.
937 † An autem ista commissio fieri debeat infra primum fatale, an statim expectato fine anni, notat Abb. & ibi Perus. in c. oblatè de appellat. hodie seruatur bimestre ad cogendum appellantem prosequi appellationem.
938 † In verbo, statim teneatur, & debeat] † nota, quod d. verba important necessitatem, Ias. in l. finali, dictio, nu. 8. ff. de iurisd. omn. iud. Roll. à Vall. cons. 80. nu. 55. lib. 3. Tiraq. de retract. consang. §. 1. gl. 15. sub num. primo.
939 † In verbo, omnibus iuris remedijs] † quæro, an stantibus dictis verbis, quæ important, vt Iudex possit cogere partes per pœnas, & per detentionem personalem, vt per Boss. in sua praxi in tit. de mulctis in fine, possit Iudex, si pars noluerit dare suos confidentes, eum incarcerari facere; dic, quod non, alias verba sequentia statuti, & si altera partium nõ cõparuerit, & cætera, essent superflua, quæ disponunt, parte negligente, vel recusante dare suos confidentes, fieri commissionem in contumaciam, vt infra dicetur.

In verbo, non tamquam potestas, vel Iusdicens,
940 sed tamquam delegatus, † nota, quòd quando Prætor, seu Potestas deputat Iudicem appellationis, hoc facit, tamquam delegatus à Principe, non autẽ authoritate ordinaria, sic disponente hoc statuto, cũ quo concordant Nou. Med. Const. in tit. de appell. in princ. & hoc casu ille Prætor in datione Iudicis appellationis dicitur merus executor, & non Iudex causæ, sed solum ad commissionem faciendã, Bar. in l. fi. n. 3. ff. de publican. in terminis, Castr. cons. 194. nu. 1. ad finẽ, & nu. 2. vol. 2. quare sequitur, quod non poterit cognoscere, an causa sit appellabilis, vt supra dixi, Dec. cons. 13. ad
941 finẽ, & ratio est, quia merus executor nullã habet cognitionem, Abb. in c. de cætero de re iudic. Felin. in c. pastoralis, §. quia vero, nu. 17. vers. executor merus de offic. deleg. licet, vbi videret sententiã iniustam, melius facere merus executor abstinere ab illius executione, & vbi videret appellationẽ calumniosã, melius etiã faceret abstinere se à commissione, quàm contra propriã conscientiam concedere appellanti Iudicẽ appellationis,

vt pulcrè animaduertit Achil. person. in tract. de adipis. possess. nu. 102. & etiã in casibus, in quibus dãtur rescripta Iudicibus ordinarijs cõditionalia, vlz. si causa sit appellabilis, & debito tẽpore dictũ sit de nullitate, & appellatum committat causam Doctori de Collegio partiũ confidenti, adhuc ipsi Iudices non habent cognitionẽ, quando subest du biũ, sed tenẽtur cõmittere articulũ, & ita passim obseruari solet per Iudices peritos, Plot. in repet.
942 l. si quãdo. §. 4. n. 49. C. vnde vi. † Notandũ etiã, ꝙ dum Prætor facit commissionem, vti delegatus à Principe, non autem vti ordinarius, hoc ea ratione factum est, quia de iure communi, non ad Iudicem ordinarium, sed ad Principem spectet onus committendi appellationem, l. precipimus. C. de appell. gl. & DD. in l. 1. §. si quis in appellatione, ff. de appell. gl. in auth. sed, & is, C. de temp. appellat. quam communiter receptam firmat Alex.
943 cons. 164. sub num. 5. lib. 2. † ex quo sequitur, quod ab ipsa commissione facta per Prætorem tamquam delegatum Principis, non poterit appellari, eo quia, si Princeps ipse faceret commissionem reijceretur appellatio. Franc. in rub. num. de appell. Gabr. in suis communibus, tit. de appellat. concl. prima. Anguissol. consil. 86.
944 In verbo, ad dandos confidentes] † quis dicatur confidens de iure, notat Scall. in suo tract. de cõsilio Sapientis. Carpan. ad statuta Mediol. c. 29. lib. primo. Asin. in sua praxi in d. §. 15. ego dico illum dari confidentem, qui descriptus reperitur in cedula per ambas partes exhibita, & primus in ordine, vbi plures concurrunt, erit eligendus, qui in lista actoris, & rei erit descriptus, sic disponente Senatus Excell. decreto edito de anno 1566. die 14. Augusti, & inserto post volumen Nou. Const. pag. mihi 72. & ad dandos confidentes semper pars venit cittanda, vt per Franc. in simili, in cap.
945 cum speciali, nu. 40. de appell. † In datione autẽ confidentium adhuc est aduertendum, quod partes sæpe contendunt super suspicione in primis, & quia in aliquibus Ciuitatibus pauci sunt Doct. de Collegio, conuenit, vt tollatur occasio; propter quam causa committitur suspecto, & ideo in hac patria mea, vbi sumus Doctores de collegio DD. Iudicum plusquãquadraginta, in primis recusantur suspecti, vel ab alterutra, vel ab vtraq; parte respectiuè, & si Doctor aliquis sit vni parti suspectus, non potest dari confidens per alteram partẽ, ne præualeat in numero Doctorum, quo ad dationẽ, & hoc iuuat scire, nã, aut alter ex collitigantibus habet Iudicem suspectũ, aut confidentẽ, aut neutralem; primo casu recusat, & opponit, ne etiã detur per aliquã partẽ; secundo loco ipse exhibet primo loco scedulam sui Doctoris magis confidẽtis, & sic deinceps; tertio casu cauet, ne labatur, quamobrẽ, si impedit, ne altera pars det suspectũ, certus erit, quot supersint sibi, numero dandi, & facilius concordat in confidenti suo.
925 † Quo verò ad suspicionem Iudicis, debent deduci causæ, quarum vna legitima debet interuenire, saltem ex his, quas enumerat, Marant. de ord. iud. par. 6. tit. de appell. vers. & quandoq; recusetur, si tandem partes conueniant in vnum, tunc in eum fit per Iudicem cõmissio, si tamen altera pars fuerit contumax, & in eius contumaciam facta fuerit dicta commissio, tunc ex rationabili causa poterit appellare ab huiusmodi commissione, cui appellationi solet deferri, & illa retardat, quod si in causa appellationis contingat declarari commissionem legittimè fieri potuisse, tunc sibi imputet ille, qui à cõmissione appellauit, si neglexit intra triduum post primam commissionem transmittere libellum, & satisdare, nam tali casu supponitur primã appellationẽ remansisse desertam, & primam sententiam mandari debere executioni iuxta dispositionẽ Nou. Med. Const. tit. de appell. cap. teneatur appellans, vers. alioquin, & ita post longam disputationẽ causa cognita, & sæpius auditis partibus, iudicauit Excellentiss. & eruditiss. I.C. D. Homobonus Redenascus meritiss. Vicarius Prætorius Papiæ anno 1595. cauendum est igitur, ne quis calumniosè appellet.

De ordine mittendi in possessionem tædialem actorem in contumatiam rei non se defendentis. Rubr. 2.

ITem statuimus, & ordinauimus, quod si qua persona, Commune, Collegium, vel Vniuersitas citata, seu citatum fuerit secundum formam statutorum Communis Papiæ, ad suscipiendum libellum, seu petitionem, & contumax fuerit in veniendo ad suscipiendum dictum libellum, seu petitionem per se, vel legittimam personam: quod tunc, & eo casu actore per se, vel legitimã personã pro eo comparente, & accusante contumatiam dicti ita citati, & elapsis primis octo diebus à die accusationis contumaciæ, teneatur, & debeat dominus Potestas Papiæ, & quilibet eius iusdicens ad petitionem ipsius actoris, vel eius legittimi procuratoris decernere prædictum actorẽ fore mittendũ, & mittere in possessionem tedialem ex primo decreto rei petitæ, seu bonorum ipsius conuenti vsq; ad quantitatẽ debiti declaratim libelli, seu petitione absq; aliquo processu, seu citationibus fiendis. Qui reus taliter contumax si comparuerit subsequenter non audiatur, nec audiri debeat vlterius, nisi prius restitutis expensis, & purgata contumacia, & facta debita responsione libello, seu petitioni. Verum si actor, vel legittima persona pro eo malit id, quod petierit in petitione sua liquidare, possit actor per se, vel legittimã personã pro eo, citato tamen reo, procedere. Et quilibet iusdicens corã quo iudiciũ fuerit inchoatũ, teneatur, & debeat ad petitionẽ ipsius actoris, vel legittimæ personæ, pro eo in causa procedere vsq; ad sententiam diffinitiuã inclusiuè, seruato tamen ordine primi statuti antedicti. Quo casu propter secundam citationem

habeatur

habeatur ipso iure lis pro contestata legitime. ¶ Si vero reus comparuerit ad horam citationis per se, vel legitimam personam pro eo, & confessus fuerit contenta in ipso libello, seu petitione, vel illud quod requiretur, in toto, vel in parte, quod tunc, & eo casu eatenus quatenus fuerit confessus, Iudex ipsum condemnare teneatur, & ipsam condemnationem omnibus iuris remedijs exequutioni mandare.

Summarium statut. 2. in Ciuilibus.

1 *Possessio tedialis quid sit.*
2 *Possessio tedialis non dicitur proprie possessio.*
3 *Misso in possessionem ex primo decreto, non competit remedium retinendæ.*
4 *Item dicitur detentator, & num. 23.*
5 *Primum decretum vnde dicatur.*
6 *Missus in possessionem ex primo decreto in actione personali est detentor.*
7 *Amplia, siue fiat missio ex causa damni, siue ventris nomine.*
8 *Missus in possessionem ex primo decreto in actione personali, nõ potest expellere antiquum possessorẽ.*
9 *Non etiam habet interdictum vti possidetis.*
10 *Missus in possessionem ex primo decreto in actione reali efficitur possessor.*
11 *An possit percipere fructus.*
12 *Hæc missio facit rem litigiosam.*
13 *Limita non procedere, quando stetit in possessionẽ vltra annum.*
14 *Appellari non potest ab hac missione, nisi ratione excessus.*
16 *Limita secundo, quãdo missus esset dominus rei, vel deberet consequi vsumfructum.*
17 *Appellatio à sententia missionis, non datur etiam quando missus lucratur fructus.*
18 *Statutum, vel consuetudo quod missus in possessionem ex primo decreto lucretur fructus validum.*
19 *Pœna legalis debita etiam in foro conscientiæ.*
20 *Stante dicto statuto, missus dicitur possidere.*
21 *Missus in possessionem, an sibi præiudicet patiendo dominum fructus percipere.*
22 *Iudex pronuncians agentem reali, mittendum in possessionem causa custodiæ an preiudicet.*
23 *Magna contumacia quando dicatur.*
24 *Primum decretum, quando sit interponendum, & & de eius forma obseruanda.*
25 *Iuramentum calumniæ præstandum à petente, se mitti in possessionem.*
26 *Forma interlocutoriæ Iudicis declarantis aliquẽ mittendum in possessionem.*
27 *Libellus an necessarius in missione in possessionem.*
28 *Ex quibus causis fiet missio in possessionem, & quo ordine.*
29 *Executio rei iudicatæ quo ordine fiat.*
30 *Missio in possessionẽ nominũ debitorũ qualiter fiat.*
31 *Vndecim necessaria ad obtinendam missionem in possessionem.*
32 *Datio tenutæ contra reum non citatum an valida remissiuè.*
33 *Primi decreti, & in actione personali effectus, sex enumerantur.*
34 *In missione ex secundo decreto non admittitur cõcursus creditorum.*
35 *Primi decreti effectus in actione reali, quatuor.*
36 *Misso in possessionem ex primo decreto, & spoliato, non competit interdictum vti possidetis.*
37 *Missio ex primo decreto reuocatur refectis impẽsis, & data cautione de stando in iudicio intra annũ non post.*
38 *Quod secus est in reali, in qua fit reuocatio, vsque ad 30. annos.*
39 *Contra Reum comparentem, & recusantem soluere expensas, & se defendere deuenitur ad secundum decretum.*
40 *Praxis seruanda ad hoc, vt deueniatur ad secundum decretum.*
41 *Quid si reus protestatur nolle recuperare tenutã, sed velle litem contestari, an audiendus.*
42 *An sufficiat ad recuperandum tenutam si præstet cautionem de soluendis expensis.*
43 *Quas impensas teneatur reficere reus.*
44 *An autem teneatur etiam reficere damna.*
45 *Contumacia quid, & quotuplex, remissiue.*
46 *Contumacia est accusanda alias non nocet.*
47 *Decretum authoritas, consensus quid inter se differant.*
48 *Consensus, & auctoritas quid differant.*
49 *Decretum aliquando accipi pro auctoritate.*
50 *Auctoritas quot modis accipiatur.*
51 *Decretum proprie quid.*
52 *Quot modis capiatur decretũ, & quid differat à diffinitiua, remissiuè.*
53 *Quid sit primum, & secundum decretũ remissiuè.*
54 *Peremtorium, nec libellus requiritur in casu huius statuti.*
55 *Per hoc statutum derogatur Aut. quod semel. C. quomodo, & quando Iudex.*
56 *Confessio iudicialis habet vim sententiæ.*
57 *Confessione propria nulla maior probatio.*
58 *Contra confessum proceditur ad diffinitiuam ex Processu inordinato.* [toriam.
59 *Confessio dicitur probatio probata, & facit rem no-*
60 *Confessio non dicitur propriè probatio, quod deseruit ad statutum.* [valida.
61 *Confessio facta absente parte, & nõ acceptante in-*
62 *Cautela quod confessio semper acceptetur.*
63 *Confessio ante acceptationẽ reuocabilis post non, nisi docto de errore.*
64 *Confessio extraiudicialis parte absente probat de æquitate canonica, & in curia mercatorum.*
55 *Confessio procuratoris, an noceat domino.*
66 *Quid in confessione tutoris, & Curatoris.*
67 *Confessio tutoris de recepto, an præiudicet pupillo.*
68 *Quid in cõfessione Syndici an præiudicat Cõitati.*

AD clariorem huius statuti intelligentiã, præsciendum est. † Quid sit possessio
1 tedialis, colligi poterit ex lectura huius statuti. & diximus etiam supra in additionibus ad primum statutum num. 440. & seq. & declarat Menoch. in suo tract. retinendæ remedio 3. num. 168. & dic, quod est missio in possessioné ex primo decreto, vt etiam declarat D. Costa in suo tractatu de portione rat. quæst. 124. num. 13. & fit ista missio in possessionem tædialem rei seruandæ causa, & ad coercendam debitoris contumaciam, vt in tædio affectus ad Iudicium ve-

niat; vocatur tedialis, ad tædium, & molestiam, quam sustinet debitor, sic Menoch. supra citatus, & fit, siue creditor agat personali actione, siue reali, vt tenet specul. in tit. de primo, & secundo decreto, §. primo.

2 † Sed ista possessio, non dicitur vere, & propriè possessio, nam longe aliud est possidere, aliud in possessionem esse, vt nott. Specul in d. tit. de primo decreto, §. iam de effectu, nu. primo, l. si quis autem, ff. de acquir. possess. Tusch. pract. concl. iur. littera P. conclus. 404. vbi plenè.

3 † Nec per istam possessionẽ competit possidenti remedium retinendæ, non enim potest mitti creditor in possessionem personæ, in qua iure ordinario mitti deberet, cum illa sit obligata, sed quia liberæ personæ possideri non possunt, idcirco succurritur eidem creditori, vt in possessionem rerum mittatur, non vt possideat, sed vt detineat custodiæ causa, donec debitor tedio affectus ad Iudicium veniat, sic Menoch. loco supra

4 citato nu. 173. † Ista igitur missio in possessionem tædialem, dicitur detentatio propter custodiam rei, non autẽ dicitur vera possessio, quia iniquum esset propter solam contumatiam quempiam sua possessione priuari, quæ maximum commodum afferre solet, vnde Prætor existimauit sola detentatione debitorem contumacem coerceri posse, quod quidem dicitur magna molestia, & graue tedium quo afficitur is debitor, ex Menoc. loco supra citato, nu. 174. cum seq. porrò hæc missio in possessionem tedialẽ, & id quod dici. ur primum

5 decretum, † dicitur quasi primus iussus, Specul. in §. primo, de primo decreto, & per Mathiã Coler. in tract. de process. execut cap. 2. nu. 11. cũ. seqq. latè DD. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damno infect.

Quod verò dixi missum in possessione ex primo decreto nõ effici possessorem, sed nudum detentatorẽ,

6 † procedit in misso in possessionẽ ex primo decreto in actione personali, siuè immissio sit facta, vt reus tædio affectus comparcat ad respondendum, de quo loquitur hoc statutũ nostrum, †

7 siue facta sit ex causa damni, siue ventris nomine, vt de muliere pregnante in bonis mariti, in ijs. n. casibus talis immissus non dicitur possessor, sed custos, seu detentator, l. 3. §. fin. ff. de acq possess. Negus. latè de pignor in 2. memb. 3. part. num. 6. vers. quinto quæritur, vbi ampliat dupliciter, & tribus modis limitat, Menoch. dicto remed. 3. nu. 168. cum seq.

8 Hinc plures vtilitates insurgunt; prima est, quod huiusmodi detentatori vt supra dixi non competit

9 remedium retinendæ; secunda, quia non potest expellere antiquum possessorem, sed vterq; insistit rei, Negus. d. 2. memb. tertiæ part. nu. 6. vers. insuper aduerte; tertia est ex eodẽ Negus. vt tali immisso deuegetur remedium, vti possidetis, quod cõpetit possessori in possessione turbato, Menoch.

10 d. remed. 3. nu. 168. vers. secundus casus; † Sivero loquamur in actione reali, tunc missus in possessionem, dicitur verè possessor, verũ quidem est, quod ante annum dicitur possidere reuocabiliter, post annum vero irreuocabiliter, & hæc est cõis opinio, quicquid contrarium tenuerint canonistæ vt per Alex. & Ias. in l. 3. §. fin. ff. de acq. possess. Negus. d. 2. memb. nu. 6. in fine, Menoch. dicto remed. 3. nu. 208. vers quartus est casus, vbi magis communem asserit, licet nu. 215. contrariam sententiam veriorem esse credat, ego autem teneo cum priori opinione, quam tenuit Pract. Papien. in form. responsionis rei in verbo, in termino nu. 18. vbi appostil. D. Cost. collega olim meus in tract. de remed. subsid. remed. 32. nu. 6. vbi colli-

11 git tres effectus huius assertionis; † primus vt hæc

12 missio in possessionẽ rẽ efficiat litigiosa; † secundus est, quia vbi agitur de nudo detẽtore, is fructus

13 suos non facit; † tertius, quod ab ordinatione, quem mittendum in possessionem tedialam, tamquam sit mere interlocutoria, prohibita sit appellatio, nisi tamen Iudex excederet, nam ratione excessus, licet appellare, vt latè per eum.

14 Verum stante ista tædiali possessione, † non potest creditor habere commodum perceptionis fructuum, aliter diceretur verè possidere, Menoc. dicto loco, nu. 176. cum duobus seqq. Alex. cons. 70. In causa, & lite nu. 7. & seq. vers. nunc est videndum, lib. 7. Soc. regula 19. Missus in possessio-

15 nem, quod declara nõ procedere, † quando missus in possessionem vltra annum staret in possessione, quia tunc non solum lucratur fructus post annum, sed etiam perceptos infra annum, quos nõ fecerat suos, Zabarel. cons. 78. Amice optime circa finem, vers. sed ex quo intra biennium, quod procedit etiam in præiuditium minoris, & pupilli, nisi consuetudo, aut statutum aliter disponeret, Bald. cons. 57 par. 2. versic. fallit, lib. 4.

16 Secũdo declara non procedere, quando missus in possessionem esset dominus rei, vel consequi deberet rei vsumfructum, tunc enim fructus lu-

17 cratur, Ang. cons. 46. nu. 4. † & nota, quod in casibus, in quibus missus in possessionem lucratur fructus non datur appellatio à sententia super missione prætextu, quod habeat mixturam fructuum, Ang. dicto cons. 46. per totum.

18 Sed an valeat statut. vel cõsuetudo, quod missus in possessione m ex primo decreto lucretur fructus; & dic, quod sic, ita Alex. ad §. iulianus, nu. 106. quicquid voluerit Bartolus ibidem in con-

19 trarium, & mouetur, † quia pœna legalis de iure canonico, & etiam in foro conscientiæ retineri potest, etiam per ecclesiam, cap. fraternitatis id

20 gl. 22. quæst. 2. cum alijs ibi allegatis, † aduerte tñ quod in casu, in quo adesset dictum statutum, vel consuetudo, tunc missus in possessionem diceretur possidere, vt per eundem Alex. ibidem sequitur Menoch. dicto remedio 3. num. 179.

21 An autem missus in possessionem, † si patiatur dominum fructus percipere, faciat sibi præiuditium, respectu attentatorum; dic quod sic, vt per DD. in l. si finita, §. si quod metu, & ib. Appost. ad Bart. ff. de dam. infec. scribentes in l. prima, in vltima quæst. Bart. vbi Ias. nu. 53. ff. de acq. poss. auth. & qui iurat, C. de bon. auct. iudic. possid.

22 Rom. sing. 411. † Si enim Iudex pronunciat agẽtem reali actione esse mittendum in possessionem rei à se petitæ, & adijciat in sententia causa custodiæ, illa sententia non efficit, quin is sit possessor, cum imperitia Iudicis non possit immutare iuris communis dispositionẽ, vt tradit Specul. loco supra citato, §. sequitur, num. 6. per l. si filia, ff. fam. ercisc. & si pronunciat debitorem esse, valde contumacem, non videtur facere posse, quin creditor efficiatur possessor, sic Specul. loco citato. Menoch. supra citato, nu. 193. ait hoc dependere à voluntate Iudicis, non à legis necessitate.

23 † Nimia verò, seu magna contumacia est, quando citatus respondet, quod non vult venire, Specul. in d. tit. §. restat, num. 14. Menoch. alios referens

rens dicto remedio 3. retinendæ possessionis nu. 187. quæ contumacia propriè appellatur renitentia.

24 Quando autem, & qualiter sit interpretandum primum decretum, & facieda missio in possessionē tædialem, satis clarè colligitur ex lectura huius statuti; ex dispositione verò iuris communis, secundum Specul. §. 2. tit. de primo, & secundo decreto, & Menoch. iam allegatum, scilicet debere interponi, ac fieri ante litem contestatam, non tamen Iudex festinare debet ad interponendum primum decretum, aliter daretur restitutio in integrum, debet tamen peremptoriè citare, quod si citatus fuerit contumax, quia non vult venire, nec satisdare, & actor illius contumatiā accusauerit, tunc Iudex per suam interlocutoriam declarare debet, & reputare contumacem dictum citatum, deinde actor petat se mitti in possessionem rei petitæ propter rei contumatiam, tuncq; Iudex summariè actione personali, non tamen reali negotiū examinabit, & recipiendo ab actore iuramentum

25 calumniæ, quod iuramentum † præstandum etiā dato, quod antea iuratum sit, vt per Asin. in sua praxi, §. 4. cap. 3. casu 7. in fine, nu. 6. post Specul. in tit. de primo, & secundo decreto, §. sequitur, in principio. vbi Io. And. in addit. & videndo instrumenta, non tamen testes, cum lis non sit contestata, concedet ipsam missionem in possessionē, Specul. in d. §. sequitur in principio, tit. de primo,

26 & secundo decreto, vbi dat formam citandi, & similiter, qualis esse debeat talis interlocutoria, ac missio in possessionem, sequitur Menoch. citatus supra nu. 188. & 194.

27 † Scias tamen, quod in possessionem ex primo decreto non est necessarius libellus; sed sufficit quecunq; petitio, de qua in actis apparere debet, prout in causis summarijs requiritur, ita Asin. in sua praxi, §. 4. cap. 3. casu 7. nu. primo cum seq.

Præterea istud decretum, & ista missio in pos-

28 sessionem † fit in pluribus actionibus, & rebus, ac varijs ex causis, quandoq; enim fit propter legata, quandoq; causa damni infecti, quandoq; propter contumaciā conuenti in reali, vel personali actione, & quando agitur personali actione, primo mittitur actor in possessionem mobilium; secundo

29 immobilium; tertio nominum debitorum, † sicut fit in executione rei iudicatæ, iuxta tex. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. & latissime per Ant. Gabr. lib. 2. receptarum sententiarum, tit. de execut. rei iud. concl. 2. per totam, Specul. in d. tit. de primo decreto, §. restat in princ. vbi su-

30 pra, nu. 2. formam dat, † qualiter fit missio in possessionem respectu nominum debitorum, & infert ad plures alios casus incidentes, & huic statuto deseruientes, quos prætereo, cum ibi videri queant; aduerte, quòd hoc remedium solet etiam practicari contra tutores, vel agnatos citatos ad formā Nou. Const. Mediolani, in tit. de tutelis, si fuerint contumaces in non comparendo, vel defendēdo minorem, nam tunc in eorum odium proceditur ad hanc possessionem tædialem, iuxta ordinem, l. hæ autē, ff. ex quibus caus. in poss. eatur, ita D. Costa in d. remed. 32. nu. 4 de remed. subsid.

31 Quatuor autem esse necessaria ad hoc, vt quis hanc possessionem tedialem, seu ex primo decreto obtineat, tradit Bald. cons. 261. viso dicto puncto, lib. 5. primò, quod præcedat conuentio per libellum; secundò, quòd reus sit peremptoriè contumax; tertiò, quòd summatim constet de debito;

32 quartò, quòd sit verum debitum, † ibiq; disputat, num valeret datio tenutę contra reum non citatū; Idem autem Bald. cons. 57. ad hoc, vt missio lib. 4. sex ait requiri, & sic duo addit, nempè, quod causa intentetur; Item, quod liqueat iudici, Roman. cons. 69. nu. 9. & seq. alia etiam super addas requisita; septimo itaq; requiritur, quod si agatur contra non obligatum, sed tertium possessorem, requiritur discussio, & pronuntiatio super excussione facta contra principalem; Bald. cons. 296. præmittendum est, num. 2. vers. item contra non obligatum lib. 3. octauo si agatur contra hæredē, probandum est debitum esse contractum à defuncto, & quod is, à quo petitur sit hæres; Bald. cons. 259. viso dicto puncto, in principio, lib. 3. quod si ageretur, vel peteretur missio contra hæreditatē iacentem, debet dari curator, alias missio nulla esset; Angel. cons. 253. visis statutis in principio; si autem tertius contra quē petitur missio ex primo decreto præscripsisset, nō posset dari; Roman. cons. 69. viso nu. 9. & seq. vbi; nono, vult requiri libellum aptum; decimo, & quod executio fiat iuxta decretum Iudicis; vndecimo, quòd decretum de exequendo infra biennium exequatur, alias elapso biennio nullum erit, Ang. Aret. cons. 34. pro decisione in fin. nu. 33. per l. fin. C. de bon. auct. iud. possid.

33 Cæterum effectus primi decreti, † qui nam sint, idem Specul. d. tit. §. iam de effectu primi decreti, tradit, & in actione personali multiplex est: primò, quia per illud, is qui missus fuit in possessionem habet, & custodiam, & defensionem rerum; diciturq; iudiciale, vel prætorium pignus, videtur enim sibi constitutum postquam est in possessione; secundò, quia nisi debitor satisfaciat creditori misso in possessionem, poterit ipse creditor sine libello, petere à Iudice vendi bona, in quorum possessionē missus est, si debitor latitat; tertiò, pro illius possessione, & defensione competit interdictum, vti possidetis, ex quo competit ei actio in factum quanti ea res erit; quartò, vt eius possessionem, & fructus custodiat, & interdū eos vendat, & prætium seruet; quintò, vt ex illis rebus alatur; sextò, quia missus potior est alijs postea venientibus, qui nullam habent hypotecā, & etiam ijs qui postea similis Iudicis iussu capiunt, quia qui prior est tempore, potior est in iure, iuribus notis, quod intelligendum est de illis creditoribus, qui non sunt eiusdem tituli; si n. omnes essent eiusdem tituli, omnes concurrerent eodem iure, scilicet posteriores cum prioribus, Bald. cons. 84. præmittendum est, nu. 3. vers. se-

34 cundo est præmittendum lib. 3, † in missione autē ex secundo decreto non admittitur cōcursus creditorum, vt per Bald. ibi nu. 4. Negus. de Pignor. in 2. memb. 3. part. principali, nu. 10. vers. octauo quæritur, Bart. in l. cum vnus, ff. de bon. autor. iud. possid.

In reali autē actione similiter, multiplex est effectus primi decreti; primò, nam ei, qui missus est in possessionem quæritur actio ex illo edicto ne vis fiat ei, hoc enim edictum pertinet ad omnes missos in possessionem.

Secundò, quia statim incipit possidere.

Tertiò, circa fructus eodem modo vt supra in personali dictum est.

Quarto, quia fructus percipit, & custodit, & quandoq; vendit fructus, vt in personali, sed non contrahitur aliquod Prętorium pignus, quia in re sua

sua non potest quis obligationem habere, & portionem, ea ratione, quia sit missus in possessionem authoritate Iudicis, sed quia est rei dominus, res enim sua non potuit eo inscio ab alio obligari, alia plura tradit allegatus Specul. in d. §. iam de effectu, vbi multa vide in proposito.

36 † Nota tamen, quod si ille qui missus est in possessionem tædialem ex primo decreto spoliatur; non habet, nec sibi competit remedium interdicti vti possidetis, quia non dicitur possidere, cum sola rei custodia possideat; atq; ita detentatio mandata sit, sic Menoch. vbi latissimè plura ad statutum inferens dict. remedio 3. retinendæ possessionis, nu. 170. cum pluribus seqq. alia etiam pauca refert Carpan. ad statuta Mediol. cap. 14. & latè per DD. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. in-

37 fec. † Reuocatur autem talis missio in possessionem refectis impensis, vel præstita cautione de reficiendis, & de iudicio sisti. Bald. cons. 259. Viso dicto puncto lib. 3. Alex. cons. 205 Visa dicta facti nu. 3. vers. patet quia lib. 7. modo tamen intra annum compareat, non post; Bald. consil. 283.

38 Missionem passus in princip. lib. 5 † quod verum est in reali actione, secus in personali quæ vsq; ad 30. annos refectis impensis, & data cautione, potest reuocari, Alex. cons. 205. num. 3. vers. patet, quia dubitant lib. 7.

39 † Quid autem, si compareat, & non vellit restituere impensas, nec se defendere; & tunc dic, quod interponitur secundum decretum Bart. l. si finita, §. iulianus. nu. 35. vers. sed pone, ff. de dam.

40 infect. vbi dat praxim, quod contumax, quando venit interrogetur, si velit restituere impensas, & se defendere; nam si respondebit, quod sic, audietur si negabit, procedetur contra eum ad secundum decretum, sine nouo processu, sequitur Alex.

41 ibidem num. 74. cum seq. vbi vult, quod si contumax compareat, & dicat non curo recuperare tenutam, sed volo litem contestari, ad hoc vt deueniatur ad diffinitiuā, an tunc sit audiendus, & concludit, quod non, post Cyn. & Bald. in Auth. ei qui, C. de bonis auth. iud. posidend. & ita etiā cauetur hoc nostro statuto, il illis verbis, qui reus taliter contumax, si comparuerit subsequenter non audiatur, nec audiri debeat vlterius, nisi prius restitutis impensis &c. & ideo crediderim in casu nostro, minime sufficere, si reus præstet cautionē

42 de reficiendis impensis, † cum in statutis verba debeant intelligi proprie, l. 3. §. hæc verba, ff. de negotijs gestis, & per Bart. in l. omnes populi, in 3. quæst. princ. ff. de iust. & iure.

43 Sed quæro, an omnes impensas litis tenebitur reus reficere; & † dic, quod sic, adeout teneatur reficere etiam impensas in re factas, non vtiles, l. Prætor ait, §. quod ait Prętor, ff. de bonis auth. iud. posid. qui tamen tex. non procedit de iure canonico, vt per Io. And. in nouella in cap. cum venissent de eo qui mittitur in possess. causa rei seruand. Roman. singulari 413.

44 † Sed quæro, an etiam volens recuperare tenutam datam ex primo decreto, teneatur etiam reficere damna, & interesse; & dic, quod statutum nostrum solum loquitur de expensis; de iure autem communi an dicta damna sint soluenda, vide Alc. & Angel. in d. §. iulianus, nu. 80. post gl. ibi, vbi tenet solum restituenda damna passa per actorem, ratione contumatiæ, non autem damna extrinseca, de quo vide ibi per eum.

54 In verbo contumax fuit] † quid sit contumatia, & quotuplex sit non refero cum supra in primo statuto dixerim, & habetur per Bart. in l. fin. num. 11. ff. de in integr. rest. Ias. in l. prima, §. procurator, ff. si quis iusdic. non obtemp. & in l. sancimus, C. de Iudicijs, latè Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 10. num. 18. & seqq. plurib.

46 In verbo accusandi contumaciam dictis talis citati] ratio est, quia, nisi accusaretur contumatia, † non haberetur pro contumace nec noceret, DD. omnes in l. properandum, §. 1. per illum tex. C. de iud. & in allegato §. Iulianus, Asinius in sua praxi iudiciorū, §. 17. cap. 3. Marant. in suo speculo, in verbo, & aduertatur circa contumatiam, nu. primo, & 13. Vantius in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu citationis, nu. 111. & dictum est supra in primo statuto.

47 In glo. ex primo decreto] † quæro quid differant decretum, auctoritas, & consensus, vide Innoc. in cap. fin. num. 3. de reb. eccl. non alien.

48 Alex. cons. 106. nu. 2. vbi appostil. lib. 2. volentē † consensum posse præstari seorsum ab obligatione,

49 secus in auctoritate, aliquando tamen decretum accipitur pro auctoritate l. 1. C. de præd. min. Bertazol. de clausul. instrum. clausu l. 10. glos. 4.

50 † quot modis autem sumatur auctoritas, tradit

51 idem Bertazol. claus. 8. glos. 3. † quid autem sit propriæ decretum; dic, vt per Ias. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, num. primo, ff. de offic.

52 proconf. & legat. † & quot modis capiatur; &

53 quid differat à sententia diffinitiua, † quid autē sit primū decretum, & quid secundum, dictum est supra ex Practic. Pap. in forma respons. rei in gl. in termino, & alij.

54 In verbo absq; aliquo alio processu] & sic videtur † nullum requiri peremptorium, vt de iure requiritur, l. properandum. §. primo, C. de Iudicijs, l. contumatia, vbi Alex. ff. de re iud. nec nouus libellus, vt per Bart. in l. cum proponas, C. de bon. author. iud. possid. Alex. in l. si finita, §. Iulianus, nu. 37. ff. de damn. infec.

55 † In verbo, verum si actor, vel legitima persona] hoc statuto derogatur † auth. qui semel, vbi gl. C. quomodo, & quando Iudex, vbi proceditur ad diffinitiuam actore absente, non autem reo, hic autem secus.

56 In verbo, confessus fuerit] † nota quod huiusmodi confessio habet vim sententiæ, l. 1. C. de confess. Bart. in auth. hoc ita C. de duobus reis, nu. 27.

57 † & propria confessione nulla maior probatio, l. cum te, C. de probat. Menoch. consil. 13. nu. pri-

58 mo, lib. primo, † & contra confessum potest procedi etiam ex processu inordinato, Menoch. de recup. possess. remed. primo, nu. 219. vbi nu. 217.

59 vult, † quod confessio sit probatio probata, ac alijs potentior, l. fin. C. de fideic. & dicitur maior publico instrumento, adeout contra rem iudicatam admittatur probatio per confessionem, ac etiam contra præsumptionem iuris. & de iure, fa-

60 ciatq; notorium † Non autem confessio dicitur propriæ probatio, sed releuatio ab onere probandi, Dec. & DD. in rub. nu. 27. de probat. Anchar. iun. quæstion. familiar. lib. primo, quæst. prima num. 9. cum seq. quod notandum ad intelligentiā statutorum, in quibus verba propriè intelligi debent, si enim fiat mentio de probatione, non venit confessio, quæ propriè non dicitur probatio; Ad-

61 uerte † tamen, quod vt confessio uires sortiatur, fieri debet parte præsente, siue iudicialis sit, siue extraiudicialis, aliter facta absente parte, & nemine

nemine acceptante non valet, l. certum. §. si quis
absente. ff. de confess. latè declarans regulam, Ga-
briel. in suis communibus, tit. de confess. concl. 1.
62 & 2. Aduerteq; vt semper confessio acceptetur, †
63 nam ante acceptationem potest reuocari. Gabr.
64 de confess. concl. 6. num. 8. & seqq. † de æquita-
de tamen canonica confessio extraiudicialis facta
parte absente reuocari nequit, vt post Gabr. Ma-
scard. & alios firmat D. Cost. de retrotract. cap.
16. nu. 23.

Sed hic quæro cum statutum loquatur de con-
fessione facta per reum conuentum, sed etiam per
legitimam personam; an de iure confessio procu-
ratoris noceat dño, & distinguitur, aut procurator
habet speciale mandatum, & præiudicat, aut ge-
nerale, & subdistinguitur, aut loquimur in his,
quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, & non præiu-
dicant, aut sunt contentiosæ iurisdictionis, & præ-
iudicat, Bart. in d. §. sed an, & ipsos, afferens ra-
tionem diuersitatis, Alex. cons. 223. num. 16. vbi
appostil. lib. 4. Alb. cons. 162. num. 17. & ibi ad-
66 dition. † quod verò dicitur de confessione pro-
curatoris, idem est in confessione tutoris, & cu-
ratoris, Alex. & Bart. in locis supra citatis.
67 † Hinc dicimus confessionem tutoris de re ce-
pto non præiudicare pupillo, Alex. consil. 37. nu.
2. lib. 3. intelligendo tamen in confessione nuda,
secus quando coniuncta est cum actu dispositiuo,
vt in apocha, vel in venditione rerum mobilium,
68 per l. lucius, §. tutela, ff. de admin. tutorum. †
Syndici autem confessio, an obsit communitati,
distingue, vt diximus in procuratore, tutore, & cu-
ratore, Alb. cons 162. num. 17. Menoch. cons.
80. num. 64. & 65. lib. primo.

De quibus causis summariè cognoscatur, Rubr. 3.

Item statuimus, quod quilibet Iusdicens, & Magistratus Ciuitatis Papiæ possit, & valeat procedere, & procedat, cognoscat, & diffiniat summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, in & super qualibet causa, lite, & quæstione, quæ mouebitur de, & super qualibet quantitate, quæ sit librarum viginti quinq; Papien. & abinde infra in pecunia, vel alijs rebus. Et etiam à libris viginti quinq; supra de mercato rerum mobilium à duobus annis proximè à die petitionis retro, & citra factis, & de fictis, censibus, locationibus, conductionibus, ac massaritijs, commodatis, & precarijs, tam si agatur de mercede, seu parte, vel quantitate dominica, seu semine, vel aliquo alio debito, tàm in dando, quàm in faciendo consistente, quod debeatur per massarium domino, vel è conuerso, vel per emphyteotam domino, vel è conuerso soluendis, & dandis, siue præstandis, quam de rebus affictatis, locatis, commodatis, precario, vel ad massaritium concessis, & restituendis, dimittendis, & relaxandis, & quam de malo laborerio rusticorum, & quam de deteriorationibus rerum locatarum affictatarum, commodatarum, vel precario, vel ad massaritium datarum. Item, & de iudicijs familiæ herciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, & quolibet ipsorum, & de restitutione in integrum. Et de parietibus claudendis inter se per aliquos fiendis, vel admouendis, & de omni nouâ opere, & de noui operis nuntiatione, & de damno infecto, & de seruitutibus quibuscunq; vrbanis, & rusticis, & de relictis, & de relinquendis ad pias causas, & de quibuscunq; alijs legatis, & fideicommissis singularibus relictis, & relinquendis, & de vsufructibus, & de omni possessione plena vacuanda, & disbriganda creditori. Et quilibet habenti possessionem plenam pacto contrahentium, vel ficte secundum formam statutorum Communis Papiæ, vel iusdicentis auctoritate per quascunq; manus ipsa possessio ambulauerit, & de omni quæstione possessionis, seu de omni possessorio, vbi ciuiliter agatur, & de omni damno dato, & de causis carceratorum, & de omnibus quæ deberi dicantur, occasione cibi, & potus, vel laboris, & de dictis pensionibus, & fictis, & de instrumentorum editione, seu traditione, quæ petatur fieri à tabellione; qui ipsa confecerit, seu ab alio, & de exhibitione, quæ petitur fieri de quibuscunq; rebus mobilibus, & saximentis, & sequestrationibus, & de quolibet reddditu Communis Papiæ, inter emptores redditus, seu redditUum Communis Papiæ, & socios ipsorum, & inter Commune Papiæ, & emptores præsentes præteritos, & futuros ipsius redditus, & ipsorum redditUum. Item, & de omnibus instrumentis omnium debitorum factis, & fiendis manu publici Notarij de Collegio Notariorum Ciuitatis Papiæ in præsentia trium testium, vel scriptis per alium Notarium Collegij prædicti iussu illius Notarij de dicto Collegio, cui dicta instrumenta rogata fuerint, dummodo subscripta fuerint per eum,

cui

cui rogata extiterint. Et de omnibus instrumentis debitorum factis, & fiendis in præsentia iusdicentis, & duorum testium, etiam si facta fuerint in die feriata etiam in honorem Dei, & solemni, & etiam in Ecclesia: aliqua lege in contrarium non obstante. Item de omnibus instrumentis extractis de breuiarijs alicuius Notarij defuncti, siue sint scripta manu propria illius cui commissa fuerint, siue subscripta. Item, & de omnibus scriptis, & subscriptis manu alicuius debitoris scribentis, & se subscribentis, & de iuribus competentibus nutricibus, & in quacunque causa, lite, & quæstione, quam moueri contigerit per homines Papienses, seu terræ Papiæ, contra quemcunq; forensem. Et de quibuscunq; alijs rebus, et causis, de, et super quibus de iure cõmuni, vel municipali sũmariè cognoscatur.

Summarium statuti 3. in Ciuilibus.

1 CLausula summariè, de plano, simpliciter, quid importet remissiuè.
2 Verbum summariè operatur, vt possit decidi secundum ius gentium.
3 Iudex in causis summarijs potest dilationes abbreuiare.
4 Operatur hæc clausula, vt non admittatur exceptio, de cuius interesse non agitur.
5 An admittatur ex dicta clausula exceptio requirens altiorem indaginem.
6 Ordinarius an efficiatur delegatus, cui à Principe est commissum, vt procedat cum dicta clausula summariè &c.
7 Compensatio an admittatur in causis summarijs.
8 Et quid de reconuentione.
9 Litis contestatio an requiratur in summarijs.
10 Causæ summariæ quindecim modis dicuntur de iure communi.
11 Causa possessorij an sit summaria.
12 Causa Mercatorum an summaria.
13 In Curijs mercatorum proceditur de æquitate.
14 Causa vsuraria summaria.
15 Item causa alimentorum.
16 In causis alimentorum proceditur etiam die feriato.
17 Causa Monacatus summaria.
18 Causa Matrimonialis summaria.
19 Actio pro restitutione dotis pariter summaria.
20 Item, quando agitur de executione sententiæ.
21 Quando tertius venit pro suo interesse summariè agitur.
22 Causa summariè remissiuè.
23 Statutum potest facere causas summarias.
24 Causa quando est summaria, omnes articuli efficiuntur summarij.
25 De plano, dictio quid importet.
26 Idem importat, ac simpliciter.
27 Legatus de latere non vtitur clausula de plano.
28 Limita, interueniente iusta causa.
29 Inferior ex causa derrogat legi superioris.
30 Clausula (sine strepitu) quid importet.
31 Feria in honorem Dei an intelligantur sublata per clausulam sine strepitu.
32 Clausula (figura iudicij) importantia.
33 Legatus de latere an cõmittat causam, sine strepitu &c. parte inuita.
34 Ratio statuti nostri, vt lites abbreuientur, vbi ponuntur rationes singulorum verborum.
35 Commodatum quid?
36 Donatarius non potest cogere donantem, qui sibi reseruauit vsumfructum ad satisfaciendum de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.
37 Commodatario quo remedio consulatur pro recuperanda tenuta rei mobilis, à qua cecidit.
38 An autem ei competat remedium ex canone redintegranda.
39 An commodatario concedatur remedium ex l. vltima, C. vnde vi.
40 An competat remedium, l. si quis in tantam. C. vnde vi.
41 Commodatario datur actio commodati, contra commodantem non patientem, vti re commodata ad vsum destinatum.
42 Commodatum quid differat à precario.
43 Precarium quandocunq; reuocari potest, non obstante pacto in contrarium, etiam, quod sit ratio differentiæ.
44 Commodatarius an teneatur actione furti, si res commodata vtatur ad alium vsum, quàm fuerit commodata.
45 Conductor equi pro eundo Mediolanum, si conducat Cremonam, committit furtum, & tenetur ad restitutionem damni, & peccat mortaliter.
46 Quid, si res commodata casu fortuito perierit, an teneatur commodatarius, quãdo ad alium vsum vsus est re commodata.
47 Commodatarius vtens re commodata ad vsum destinatum non tenetur de deterioratione, nec de casu fortuito, quod intellige, vt ibi.
48 Rem cõmodatam missam per seruum fidelem, qui rem surripuit, & aufugit, an teneatur commodatarius.
49 Commodatum quando dicatur, & qualiter consistatur remissiuè.
50 Precarium differt à Precaria fœminei generis.
51 Precarium non potest reuocari sine causa in maximum damnum eius, cui concessum est.
52 Precarium finitur morte illius, cui conceditur, nõ morte concedentis, vbi ponitur ratio differentiæ.
53 Precarium concessum ad beneplacitum reuocatur morte concedentis.
54 Concessiones factæ ad beneplacitum an reuocentur per mortem concedentis.
55 Constituens se possidere precario post mortem, an operetur precarium.
56 Precarium an præsumatur in dubio, an donatio.
57 Precarium dicitur, quoties concessio est facta ad vsum determinatum.
58 De qua culpa teneatur recipiens precarium.
59 Constitutio precarij in instrumẽto facta quid operetur.
60 Possessio ciuilis, & naturalis transfertur per constitutum, per precarium sola ciuilis.
61 Quid, si conuentum sit, quod vtraq; possessio per precarium

precarium transferatur.
62 *Constitutum an prosit absenti.*
63 *Constitutum appositum contractui conditionali est conditionale.*
64 *Constitutũ colatum post mortem, quid operetur.*
65 *Operarijs an soluenda merces in fine operis, an in principio.*
66 *Merces soluenda pro rata temporis, & laboris.*
67 *Merces duplicata debetur pro duplicato labore.*
68 *Salarium augendum pro modo aucti laboris.*
69 *Constituto ad duo officia, debetur duplex salariũ.*
70 *Negotiatori præposito duplici negotiationi duplicatum debetur salarium.*
71 *Furnarius, qui promisit coquere panem pro familia certo pretio, an teneatur pro eodem pretio, si familia aucta sit.*
72 *Nomina vniuersalia recipiunt augmentum, & diminutionem.*
73 *Salarium quando augendum remissiuè.*
74 *Salarium diminuendum diminuto labore.*
75 *Operarius fideliter non laborans ad quid teneatur.*
76 *Famuli possunt licitè furari dominis, quando non possunt habere salarium, conicitur quinq; requisitis ibi enumeratis.*
77 *Amplia, vt hoc casu non teneatur reuelare, vigore litterarum monitorialium.*
78 *Famulus conductus per annum certa mercede, si expellatur, vel decedat ante annum, an ei debeatur salarium ad ratam temporis.*
69 *Salarium quando debeatur hæredibus officialis mortui ante finitum officium remissiuè.*
80 *Emphiteuta quis.*
81 *Colonus tenetur probare terras bene cultas.*
82 *Amplia procedere etiam, si colonus non promiserit terras bene colere.*
83 *Colonus ad massaritium an possit deducere expensas ex fructibus negatiuè resoluitur.*
84 *An teneatur suis vecturis conducere partem fructuum domini, & quis debeat soluere gabellam.*
85 *Colonus partiarius an teneatur ponere semen de suo.*
86 *Consuetudo circa semen in territorio Papiensi.*
87 *Partiarius an teneatur potius vendere fructus domino, quam alteri.*
88 *Conductor expellitur ob malam versionem in re conducta.*
89 *Amplia in vassallo, emphiteuta, fructuario, & inquilino.*
90 *qualis deterioratio hoc casu requiritur.*
91 *Quid, si arbores fructiferas inciderit, an possit expelli.*
92 *Quid, si dominus post malam versionem conductoris patiatur perseuerare, an censeatur remisisse caducitatem.*
93 *Colonus, qui promisit bene laborare, potest compelli, si hoc non fecit.*
94 *Colonus quando expelli possit propter incisionem arborum fructiferum.*
95 *Colonus colligens fructus immaturos an dicatur deteriorare.*
96 *Actiones familiæ hærciscundæ, cõmuni diuidundo, & finium regundorum.*
97 *Ætas minorum plurium fraudibus supposita.*
98 *Paries communis, quando dicatur, & ex quibus cognoscatur remissiuè.*
99 *Paries in dubio an præsumatur communis pro diuiso, an pro indiuiso.*
100 *Paries communis pro diuiso, potest inuito socio altius tolli, secus si communis pro indiuiso.*
101 *Socius quando possit inuito socio in pariete communi ædificare.*
102 *Secus, si vult, vti pariete eleuato per alterum socium, an teneatur pro rata muri.*
103 *Nuntiatio noui operis fit etiam ex causa damni.*
104 *Legatum quando dicatur, vel præsumatur factũ ad pias causas remissiuè.*
105 *Priuilegia piæ causæ remissiuè.*
106 *causa possessorij potest reparari in petitorio.*
107 *Statutum nostrum loquens in possessione, procedit etiam in quasi possessione.*
108 *Contractus an possint fieri in ecclesia.*
109 *Conregationes Villarũ an possint fieri in ecclesia.*
110 *Clausula, de quibuscunq; in hoc statuto quid importet.*
111 *Causa dotis an summaria.*
112 *Causa principalis quoties est summaria, debet etiam esse summaria causa reconuentionis.*

IN verbo, summariè de plano sine strepitu, ac figura iudicij] & si hæ clausulæ magnum comentum requirant, quam breuissimè potero aliqua subijciam, & circa vnamquamq; clau-
1 sulam, & in genere, † quid importet huiusmodi clausula sumariè, de plano simpliciter, sine figura &c. Pract. Papiens. in form. libelli, in actione reali, in glo. summariè, vbi latè appost. ad eum Asin. in sua prax. iudic. §. 3. cap. 3. 4. & 5. appost. ad Vestr. in sua prax. in Curia Roman. lib. 5. cap. 1. sub littera B. Carpan. ad statuta Mediolani, cap.
2 47. num. 9. cum infinitis seqq. † Verbum igitur summariè positũ in textu statuti nostri, remouet ordinem iudicij Iuris positiui, & causa potest decidi secundum ius gentium, Bart. in extrauag. ad reprim. in verb. summariè, Alex. cons. 6. lib. 3. Marant. in tract. de ordin. iudiciorum, par. 4. princip. distinct. 9. vers. quid autẽ, est plena decisio Osasc. Pedemontana in ordine prima, vbi satis abundè agit de omnibus clausulis statuti nostri summariè de plano, sine strepitu, & figura iudicij, Cardinalis Tusch. practic. conclus. littera S. conclus. 887. cum quinq; seqq. vbi plenissimè Rebuff. in tract. de sententijs executorial. art. 9. gl. 2. nu. 9. vsque ad finem, vbi lato calamo, Menoch. cons. 735. nu. 2. & seq. Mising. obseru. 44 cent. 2. Caroc. decis. 55. Laderch. cõs. 123. Cost. de fact. scient. & ignor. inspect. prima. nu. 18. & seq. nõ curo transcribere,
3 sed solum indicare locum, & in his causis, † Iudex potest dilationes abbreuiare cum sint illi contra-
4 riæ, Bart. cons. 97. & per hanc clausulam † admittitur exceptio, quam proponeret excipiens, cuius non interest, tex. & ibi Alex. in l. apud Iulianum, §. si de testamento, ff. ad trebell. & ibi etiam quærit,
5 † an exceptio requirens altiorem indaginem admittatur, de qua habetur per Osasc. alleg. decis. prima, insuper si Princeps rescribat alicui ordinario, quod procedat summariè, & de plano, talis or-
6 dinarius per hanc clausulã efficitur † delegatus, & sic nouus Iudex, non autem ordinarius, tex. in cap. licet vndiq; extra de officio ordin. & in cap. cum aliquibus de rescrip. in 6. Paul. & Alex. in l. prima, §. opus nouum, ff. de nou. oper. nunt. Ias. in l. ius autem ciuile, ff. de iust. & iur. & in l. & si prætor, ff. de officio eius.
7 Insuper in his causis summarijs admittitur † compensatio Osasc. dec. prima, supra citata, Soc. cons. 60. lib. primo, Purpur. cons. 46. de quo non meminit

meminit Osasc. cum compensatio, sit quædam de-
fensio, & ibi Purpur. concludit, quod in causis
9 summarijs improprijs, habet locum † reconuen-
tio, puta in his summarijs in quibus iudicij so-
lemnia excluduntur, secus verò in summarijs pro-
prijs, & simpliciter, quia tunc reconuentio nó ha-
bet locum, puta in his, in quibus plena probatio
non requiritur, sed sufficit læuior, puta per iura-
mentum, aut vnum testem, ita purpur. loco supra
citato, & per Socin. cons. 60. lib. primo, supra ci-
tato, & in his summarijs non requiritur litis con-
testatio, clem. sæpe de verb. signif. Marant. in
tract. de ord. iudic. parte 4. princip. distin. 9. vers.
ouero per illam, Alex. in l. à diuo pio, §. si super
rebus, col. prima, ff. de re iudic. vbi citat Bart. in
l. citra, ff. de re iudic. & in l. 3. §. summatim, ff. de
carb. edic. & in l. 1. §. fin. ff. de vent. in poss. mitt. &
in l. in leg. aquilia §. si deletum, ff. ad l. aquiliam.

Et pro introductione iuuenum præmitto, quòd
10 causæ sumariæ multipliciter dici possunt, † & pri-
mo quando Princeps committit, quod proceda-
tur summariè, de plano, sine strepitu, & figura iu-
dicij, & vello leuato, vel extraiudicialiter; secun-
do principaliter dicitur causa summaria quælibet
causa, vbi agitur de electione, præbenda, vel can-
nonicatu, nam in huiusmodi causis proceditur
summariè, & sine figura iudicij, tex. in clem. di-
spendiosam de iudic. vbi Cardinal. quæst. 36. &
intelligendo secundum Marant. loco supra citato
11 nu. 42. tertiò dicitur causa summaria, † quælibet
causa possessori, l. momentanea, vbi Bart C. vnde
vi, Rip. auus mihi maternus in l. naturaliter, §.
nihil commune, nu. 13. vers. ampl. primo, & num.
185. ff. de acquir. possess. nam causa possessorij di
citur minima, & sufficiunt in ea semiplenæ pro-
bationes, ex quo præiudicium potest reparari in
petitorio, Dec. cons. 28. col. 2. & 56. col. prima,
Bart. in d. verbo summariè, Alex. cons. 66. lib. 5.
& quia Marant. loco supra citato, mouet dubiũ,
& conciliat, ideo me remitto ad eum; quartò, di-
citur summaria quælibet causa, quæ ventilatur in
12 Curia mercatorum, † in qua proceditur de mera
æquitate omissis solemnitatibus, & apicibus iuris.
13 † Bart. in l. fideiussor, §. quædam, & in l. quin-
tus, ff. mand. sequitur Alex. in l. placuit, ff. de iu-
dic. & in l. militibus, C. de milit. test. & cons. 41. lib.
3. Dec. cons. 7. col. 2. & 48. col. pen. & in l. legem,
C. de pact. & cons. 421. ad finẽ, & 510. col. prima,
Ias. in l. iurisgentium, §. sed cum nulla, col. 3. ff.
de pact. Ias. in §. item si quis, num. 78. & in §. in
personam, num. 70. inst. de action. Curt. iun. in l.
bona fides. ff. depositi; quinto dicitur sommaria
14 causa vsurarum, † vt quando excipitur contra
creditorem, quod contractus est vsurarius, vel
quando agitur de compensatione vsurarum, vt si
dicatur testamentum vsurarij non valere; sextò,
15 dicitur summaria causa alimentorum, † quia ex-
peditur de plano; etiam die feriato, tex. in l. 2. ff.
16 de ferijs, DD. in l. de alimentis, C. de transact. †
septimò, causa, quæ agitur contra confessum;
octauo causa, in qua agitur contra religiosos, ma-
ximè per viam Inquisitionis; nono, vbi agitur de
17 monacatu, vt quando monacus † postulatur ab
alio prælato, seu Abbate alicuius monasterij; de-
18 cimo causa matrimonialis, † quia expeditur de
plano, sine strepitu, & figura Iudicij; vndecimo,
dicitur causa summaria, quando agitur de resti-
19 tutione dotis; duodecimò, quando agitur ad de-
cimas, vel quando oriatur differentia super deci-
20 mis; decimotertio, causa executiua, † vt, quando
sumus in executione sententiæ, l. à diuo pio, §. si
super rebus, ff. de re iud. decimoquartò, causa
dicitur summaria, quæ dirigitur contra absentẽ;
21 decimoquintò, quando tertius † venit pro suo in-
teresse ad impediendam executionem sententiæ,
nam summariè examinatur pro suo interesse, &
alios casus refert, Marant. loco præcitato, quos
non transcribo, & quę dicantur etiam causæ sum-
22 mariæ, † videas per Ias. in §. præterea, nu. 56. inst.
de actio. Tusch. in suis pract. conclus. littera S.
conclus. 887. & seq. melius per Sigismund. Scac.
de iudic. causarum, lib. primo, cap. 53. nu. 13. cum
seqq. plurib. considerans causam efficientem, &
formalem, addo, quod omnes causæ sunt summa-
23 riæ, quas statutum summarias facit, † vt in statu-
to nostro, & est notandum, quòd quoties causa est
24 summaria, vel executiua, tunc cæteri articuli †
omnes in ea emergentes debent summariè expe-
diri, Bart. in extrauag. ad reprim. in verbo sum-
mariè, col. 2. & in l. 3. in vltima col. ff. de ali. & cib.
leg. Ias. in rub. col. prima in fine, C. qui admitti.
& in l. 2. C. de edic. diu. Adr. toll.

His sic præmissis, nunc clarè resultat declara-
tio huius nostri statuti, si prius alia verba declara-
25 uerimus, in quantũ ergo dicitur, de plano, † ad
huius contextus declarationem, addo Bart. in ex-
trauag. ad reprim. in verb. de plano, Osasch. præ-
allegata decis. prima, Marant. loco præcitato, cui
annecto Bart. in l. nec quidquam, §. de plano, ff. de
officio proconf. & leg. Alex. in l. coheredi, §. cohe-
res, ff. de vulg. vbi dicit, quòd hæc clausula tantũ
26 importat, quantum simpliciter, † remittendo se
ad plures remissiones, Hippol. Marsil. in l. vnius, §.
custodiæ, ff. de quæstion. Dec. cons. 449. num. 15.
& seq. vers. & vlterius, vbi citat Roman. cons. 497.
27 & legatus de latere † non potest vti hac clausula,
Ias. in l. nemo potest. col. prima, nu. 6. ff. de leg. 1.
Alex. cons. 106. nu. 12. vers. & bene facit lib. 2. &
idem Alex in d. l. nemo potest, Natt. cons. 179.
Gabr. in suis commun. in tit. de clausulis, concl. 6.
28 quod verum esse intelligo, † nisi iusta causa inter-
ueniat, Afflict. in constitutione regni in princip.
prælud. quæst. 9. ratio esse potest, quia ex causa
recedimus à regulis iuris, iuribus communibus
notis; secunda ratio est, quia inferior ex causa
29 potest † derogare legi superioris, l. si hominem, ff.
mand. Alex. in l. nemo potest, col. 2. ff. de leg. pri-
mo, & in l. ex imperfecto. ff. de testam. & in l. 2. C.
de procurat. Felin. in cap. cum accessissent, col. 4.
num. 9. extra de constit. Dec. cons. 538. col. fin.
Nat. cons. 179. & 185. Alex. cons. 106. num. 6. &
11. lib. 2. Hipp. Marsil. in l. prima, § diuus Adria-
nus, ff. ad l. Corn. de sicarijs, & alibi sæpe, vt in
singul. 222. istaq; verba de plano varios effectus
secundum Doctores operantur, iuxta naturam,
& qualitatem causę, si namq; agitur de causa gra-
ui, possunt quidem breuiari dilationes, procedi
tempore feriato in honorem hominum, & iudica-
re extra residentiæ locum, aliæ tamen solemnita-
tes puta libelli, litis contestationis, & similes, sunt
necessariè Felin. in c. olim, nu. 5. de accusat. Bart.
in d. extrauag ad reprim. in verbo, de plano, nu. 2.
In causis verò modici momenti omnes solemnita-
tes iuris ciuilis cẽsentur remissæ, Sigismund. Scac.
post alios de iudic. caus. lib. primo, cap. 53. nu. 15.
30 In verbo sine strepitu] de hac clausula † habe-
tur per Bartol. in loco præallegato, in verbo sine
strepitu, ac alios præcitatos, Alex. in l. milites, col.
pen.

pen. & fin. ff. de milit. test. vbi concludit per hanc
verborum conceptioné sũmariè, scilicet de plano,
& sine strepitu, & figura Iudicij, nó censeantur sub
31 latæ feriæ in honorem Dei, † aduertendũ est etiã,
quod hæc duo verba sine figura Iudicij, & sine so-
lemnitate Iuris ęquiparantur, & plures effectus di-
ctę clausulę sine strepitu recẽset, Scac. d. c. 53. n. 13
In verbo, & figura Iudicij] hic contextus decla-
32 ratur † à Bar. & Scac. d. loco, q enumerat duodecim
effectus dictæ clausulę, & alijs in locis præallegatis
& ab Alex. in l. si ita stipulatus, §. grisogonus nu. 8.
ff. de verb. sign. & in l. ex duobus, §. fin. col. 2. ff de
33 vulg. vbi dicit, quòd legatus à latere † nó pót com-
mittere causã inuita parte sine strepitu, & figura
Iudicij in casibus, in quibus nó pót de Iure cõi, cũ
nó possit relaxare ordiné Iudiciariũ, qui tolleretur
si causa taliter cõmitteretur, clẽ. sæpe extra de ver.
sign. & supra dictũ est ex eodẽ Alex. in l. nemo pót;
Quæro, quæ pót esse rõ motiua statuentiũ ad hoc
34 statutũ cõdendũ, & respondeo, † vt lites abbreuien
tur; Quæro etiã rationẽ singulorũ casuũ hic à sta-
tuentibus enumeratorũ; & respõdeo in primo casu
paruitas, seu rei modicitas; in secundo casu pre-
tij rerum mobilium, quia pretia rerum mobilium
deberent exbursari tempore venditionis rerum, &
satis videtur morosus debitor per lapsum biennij,
& quia non est æquum, vt habeat rem, & pretium,
quæ ratio continet sub se casus sequentes; fictorũ,
censuum, locationis, & cõductionis, ac massaritij.
In verbo, commodatis] quæro, quæ sit ratio,
respondeo, ne liberalitas cõmodantis reflectatur
35 contra eum, est enim cõmodatũ † vnius rei ad ali-
quem spetialem vsũ gratuita facta concessio, vt
per Azon. in sum. C. cõmod. nu. 1. vt ergo inuitẽ-
tur homines ad huiusmodi gratuitas concessiones
faciendas in statuto, nam beneficium nostrum nó
debet contra nos flecti, vt in pulcherimo casu de-
cidit, Socin. sen. in l. omnes, ff. de except. rei iud.
36 † quod donatarius non potest cogere donantem,
qui sibi reseruauit vsumfructũ satisdare; de vten-
do, & fruẽdo arbitrio boni viri, quia esset flectere
liberalitatẽ nostram contra nos, sequitur, Dec. in l.
diuus pius, ff. de reg. iur. & cons. 365. colum. fin.
Goradin. cons. 91. & 95. Por. Imolens. reg. 18. vers.
secũdo limita, lib. 5. de cõmodato plura per Cagn.
& Doct. in l. cõtractus, ff. de reg. iur. nonnulla tamẽ
37 propono in proposito statuti; † primò, qua actio-
ne, & quo remedio consulatur commodatario pro
recuperanda tenuta, seu detentatione rei mobilis,
à qua cecidit; dic competere actionem in factum
vel officium Iudicis, Rip. auus meus in l. rem quę
38 nobis, nu. 18. post Bar. de acquir. poss. volens dari
etiã remediũ redintegrandæ, ex communi Doct.
sententia, licet ipse contrarium teneat, ibidẽ, & in
c. sæpe, nu. 24. de restit. spol. cũ quo tenet Menoch.
de recup. poss. remed 15. n. 49. cũ seq. vbi declarat.
39 † An autẽ cõmodatario concedatur remediũ ex
l. fin. C. vnd. vi, Menoch. negatiuè concludens d.
tract. remed. 13. nu. 94. post Rip. in dict. cap. sæpe
nu. 60. in fine.
40 † An autem eidem detur remediũ, l. si quis in
tantam, C. vnde vi; dic, quòd non, siue res com-
modata sit occupata, per dominum, siue per ex-
traneum; cũ dominus, non autem cõmodatarius
possidere dicatur, l. rei commodatæ, ff. de cõmod.
Menoch. dicto tract. remed. 9. nu. 184. post Rip.
41 in d. c. sæpe, nu. 77. † & aduerte quòd cõmodans,
si non patitur commodatarium, vti re commoda-
ta, datur contra eum actio cõmodati contraria,
Menoch. d. tract. remed. 9. nu. 185. non enim potest
commodatum ad libitum cõmodantis reuocari,
l. in cõmodato, §. sicut, ff. cõmod. Menoch. de
arb. iud. cas. 23. rationem subnectens differentiæ
42 † inter commodatum, & precarium, quod ad li-
43 bitum potest reuocari, adeo, quòd pactum in con-
trarium non valeat, l. cum precario, ff. de precar.
44 Didac. Coaruu. lib. 3. var. resol. c. 19. nu. 7. † Sed
iuxta hoc quæro, nũquid cõmodatarius teneatur
actione furti, si rẽ cõmodatã ad aliũ vsũ vtatur; dic
quod sic, l. si vt certo, §. planè, vbi gl. ff. cõmod. Menoc.
45 de arb. iud. cas. 298. num. primo; quod facit con-
tra conducentes æquos, pro eundo Mediolanum,
nã si vltra dictũ æquũ cõducerent, furti tenentur,
de quo fuit condemnatus Brutus, prout ex Vale-
rio Maximo refert Menoc. ibidem, Nauar. in suo
manual. confess. c. 17. nu. 183. vbi vult teneri etiã
46 ad damna, & interesse, † & si res cõducta deterior
casu fortuito facta fuisset, & peccare mortaliter,
nisi probabiliter credat cõmodantẽ fore contẽtũ,
sequitur Menoch. d. cas. 298. nu. 1. per tex. in l. in-
ter omnes, §. rectè, ff. de furt. arbitrioq; Iudicis
relinquitur, quãdo commodatarius ait, credidisse
dominũ concessurũ rem ad aliũ vsum, vel longiori
tempore, Tolet. in tract. de instruct. sacerd. lib. 5. c.
47 18. nu. 1. † Si tñ cõmodatarius vtatur ad vsũ cõ-
modatum, nó tenetur ẽt, si res deterior efficiatur, l.
fin. ff. cõmod. Dec. in l. contractus, num. 30. ff. de
reg. iur. nisi culpa, aut mora præcesserit, vel casum
fortuitũ in se suscepisset, vt ibi per Cagn. nu. 32. &
48 ibi post Dec. nu. 30 firmat, † quòd si rẽ cõmodatã
mihi, restitui fideli seruo, cõmuni opinione, sic ha-
bito, si seruus aufugiat, aut rẽ subijciat, nó teneor
49 vlterius; quando autẽ dicatur cõmodatum, & quę
requirantur ad hoc, vt sit cõmodatum, traditur à
D. Rip. auo meo in l. 2. in princ. nu. 17. & seq. ff. si
cert. petat.
In verbo, precario] ratio huius casus esse po-
test, quia, quod precariũ petenti vtendũ cõceditur
tamdiù is, qui processit, patitur; ne ergo quis co-
gatur contra voluntatem perseuerare in precario,
quod est absonũ, introductũ est, vt sumariè in eo
50 procedatur, & precarium differt à precaria, † &
alijs terminis, nã precariũ dicitur illud, quod supra
dictũ est; precaria est quando fit mẽtio causæ rei
immobilis, pro annua portione, de quinquennio
in quinquenniũ, ita Ias. in auth. ingressi, col. pen.
C. de sacros. eccl. Rip. auus meus maternus in l. ex
facto, §. fin. nu. 14. ff. ad trebell. & in l. 2. in princ.
nu. 18. ff. si cert. pet. & in his locis habetur, quid sit
libellarius, Valas. de iure emphit. q. 34. n. 9 cũ seq.
precariũ autem et si ad libitũ possit reuocari, fallit
tñ, si sine causa dominus id faceret, in maximum
damnũ eius, cui facta fuit cõcessio. Mars. sing. 363.
52 volo te scire, † precariũ autẽ morte eius, cui con-
cessum fuit reuocari licet, non finiri, morte tamen
concedentis non extinguitur, l. cum precario, §.
precarij, ff. de precar. Bartol. in §. emphyteusim,
in auth. de non alienan. aut permutan. Aluarus
Valas. de iur. emphit. quest. 34. num. 3. subdens
rationem, quia scilicet precarij concessio, quo ad
accipientem, si sit simpliciter facta, censetur per-
53 sonalis, secus autem, quo ad concedentem, † &
notat casum, quo morte concedentis expirat,
quando scilicet conceditur cum clausula, ad be-
neplacitum, ad voluntatem, vel quo ad volet, vel
ad libitum voluntatis, tunc enim egreditur suos
limites, & morte concedentis expirat; ex quo per
54 mortem cessat voluntas. † Hinc quærit, an con-

cessiones Regum, & Principum factæ ad beneplacitum, morte concedentis expirent, de qua quæstione ad eum me remitto, & per Caroc. decis. 18. Fab. Ann. cons. 14. Farinac. Fragment. crimin. par. prima, littera B. in verbo bannum, num. 74.
55 & seq. & num. 99. & seq. † quid, si quis constituat se precario possidere post mortem, an operetur præcarium; & dic, quod non, Alex. cons. 82. nu. 6. vbi latè Appostil. lib. 2. cōfertur, namq; in tempus mortis, quo possessio defuncti est extincta, l. qui vniuersas, §. qui per calumniam, ff. de acquir.
56 poss. † In dubio autem an præsumatur precariū, an donatio, tradit Rip. auus meus in l. 2. num. 20.
57 ff. si cert. pet. † Scias tamen, quòd, vbi concessio est facta ad vsum indeterminatum dicitur preca-
58 rium, Alex. cons. 53. col. prima, lib. primo; † de qua autem culpa teneatur recipiens precarium, tradūt Bart. in l. quod nerua, num. 36. ff. de posit. Dec. in l. contractus, num. 9. cum sequent. ff. de reg. iur. concludentes teneri de dolo, & lata culpa, non autem de leui, vel leuissima; sequitur Ca-
59 gnol. in d. l. contractus, nu. 21. † quid autem operetur clausula in instrumentis emptionum, quādo venditor constituit se nomine emptoris precario possidere; dic ex hac transferri ciuilem possessionem in emptorem, naturalis penes venditorem remanet, Pract. Pap. in form. posit. actor. in glo. item
60 quod præfatus, nu. 6. volens † vtilius esse emptori, si venditor simpliciter constituat, se eius nomine possidere, cum per constitutum transferatur ciuilis, & naturalis possessio; vel saltē apponatur constitutum, & precarium simul, nam tunc vtraq; possessio dicitur translata, non vigore precarij, sed constituti, Idem Pract. Pap. in form. libel. in caus. vendit. in gl. constituens, Ferrat. caut. 48. nu. 3. Tiraq. de iure constit. part. prima, num. 4. vbi num. 5. limitat, non procedere quando inter contrahentes conuentum esset, vt vtraque possessio ex precario transferatur, & ibi latè ponit quid
62 differant precarium, & constitutum, † Constituti autem virtus non prodest absenti, nisi secuta acceptatione, Dec. loquens in patre, & filia, cōs. 226.
63 nu. 4. Surd. cons. 351. num. 3. appositumq; contractui conditionali, dicitur conditionale, Tiraq. de constit. possess. part. 2. ampl. 15. num. 5. cum reguletur secundum naturam contractus, cui adijcitur, Curt. iun. cons. 131. nu. 12. Decian. respon-
64 so primo, nu. 60. lib. 3. † An autem colatum post tempus mortis valeat; regulariter dic, quod non, & viden. li pro declaratione Thesaur. decis. 38. Bursat. cons. 425. nu. 19. & seq. Honded. cons. 18. lib. 2. Cost. olim collega meus in tract. de remed. subsid. remed. primo, nu. 7. & seqq.

65 In verbo, tàm si agatur de mercede] † sed dubium, an merces debita operarijs soluenda sit, in principio operis, an verò in fine, distinguitur, aut operarius est pauper, & potest petere in principio; si verò non sit pauper finis operis expectandus, nisi aliter sit conuentum, Summa Angelic. in verbo locatio, Caballin. milleloq. 694 Caroc. de locat. & conduct. tit. causæ recusationis quatuor, quęst. 13. principali, num. 1. & seq. fol. mihi 194. à tergo,
66 † debet autem regulariter merces solui pro rata temporis. & laboris, Cost. de portion. rat. q. 13.
67 n. 4. 5. & volēs † pro labore aucto, & geminato duplicem deberi mercedem, Rim. iun. cons. 478. nu.
68 25. & seq. † idem in salario, quod auctis laboribus augendum est, Menoch de arb. iud. cas. 223.
69 nu. 7. inferens primo † constitutum ad duo officia ecclesiastica vtriusq; officij salarium consequi; simile negotiator, seu institor præpositus vni negotiationi cum certo salario, si aliæ negotiationi præponatur duplex consequetur salarium.

71 Hinc oritur quæstio molendinarius, vel furnarius promissit coquere panem pro tota familia; certa mercede; an aucta familia merces augeri debeat, Menoch. d. casu. 223. distinguit, aut promissio est facta nomine vniuersali, vel id minus, ex Cepol. de seruit. vrb. præd. tit. de furn. cap. 50. nu. 21.
72 volente nomina vniuersalia recipere augumentū & diminutionem † latè, quando augendū salariū,
73 Caroc. de locat. & conduc. tit. de remiss. merced.
74 quæst. 8. num. 123. & seq. † sicut autem aucto labore augetur salarium, sic diminuto minuitur, arbitrio Iudicis, Menoch. d. cas. 223. num. 11. Alex.
75 cons. 178. nu. 6. & seq. lib. 2. † Not. tamen, quod si operarius fideliter non laborauerit, ex quo conducens damnum senserit, obligatur ad damna, arbitrio boni viri, Nauar. in manual. confess. c. 17.
76 num. 197. versic. 77. † nota pariter famulis, & operarijs veris creditoribus pro mercede, si dn̄i negent soluere, licitū est pro summa debita furari, si adhibita omni diligentia illā consequi curarūt, Coaruu. var. resol. lib. 1 cap. 2 nu. 15. quinq; tamē debēt cōcurrere; primò, q̄ certus sit se esse creditorē; secundò, quòd omnē diligentiā adhibuerit pro consequenda mercede; tertiò, quòd illam consequi nō potuerit defectu iustitiæ, vel aduersarij potentia; quartò, quòd scandalū nō oriatur; ac quintò, quòd tantū furetur solum, quantū valet creditū, Caroc. de locat. & cond. tit. causæ recusat. q. 3. principali, n. 5. & seq. Tolet. in tract. de instruct. Sacer. lib. 5. c. 15. Nauar. in Manual. conf. c. 17. nu. 112.
77 cum seq. Hocq; adeo verū est, vt qui rem pro mercede subtraxit, se ipsum non teneatur reuelare in executione litterarum monitorialium; Menoc. de recup. poss. remed. 1. num. 31. Caroc. d. q. 13. nu. 5. vbi plura de priuilegijs mercedis.

78 † Vnum addo frequens, quod si famulus sit per annū conductus pro certa mercede, si recedat nō completo anno, vel cōpellatur per dominum, licet de vigore nullū debeat consequi salariū, de æquitate tamen, illi ad ratam temporis debetur, vt per Dec. & alios in l. diem functo, ff. de offic. assess. vbi
79 Ias. nu. 46. & ibi latè, † quādo heredibus officialis defuncti salarium pro toto tēpore debeatur, & per D. Cost. collegam meū in tract. de port. ratt. q. 93.

In tex. in verb. vel quantitate dominica seu seminē, vel aliquo alio debito, quòd debeatur per massarium dn̄o quā è conuerso] Quæro, quæ sit ratio huius casus, & respondeo, respectu patroni est duplex; prima est, vt possit agricolæ subuenire; alia assigatur ratio cum prior sit nimis generalis, ne agricola qui se, & familiam suam alimentauit, & ex præstatione facta à dn̄o soluit æs alienum, distrahat solutionem in præiuditium dn̄i respectu vero agricolæ contra dn̄um; hoc est, ne pauperes distrahantur cū dilapidatione, & dispendio à dn̄o, & sic alia ratio, potest considerari, ne cogatur deserere culturā in perniciem publicā, & ita Iudices obseruate, ius reddite, legem pręscriptam seruatę ne edificetis ad gehennam, & tenet Menoch. de arbitr. iud. casu 23. & dixi supra ad hoc statutū in verbo, commodatis.

80 In verbo, vel per emphyteotam dn̄um, vel è conuerso] emphyteota † est, qui conducit rem à directo dn̄o in perpetuum, & in recompensationem aliquē Canonem soluit, §. adeo, inst. locati, Ias.

in

in auth. ingressi, C. de sacros. eccles. & sunt plures loci noti, ideo non allego; hic modo quæritur, quæ sit ratio huius casus, & respondeo, ne emphyteota gaudeat re, & pretio, & sic habeat vtile cum perceptione fructuum, & retineat illud annuum penes se, quod est impium; sed, quæ est ratio in dño versus emphyteotam; ratio potest assignari, ne cõtractus claudicet, & vt iudicia seruentur æqualia, l. fin. C. de fruct. & lit. expen.

In verbo, quæ de malo laborerio rusticorum, & deteriorationibus] ratio huius casus est, vt inuitentur rustici ad agrum bene collendum, ne dñus iacturam patiatur propter negligentiam agricolæ, vel quia publice interest agros bene colli, respectu deteriorationis, ne sit in potestate rusticorum deteriorem præstare quam meliorem deberent reddere, & vt occurratur fraudibus illorum, l. in fundo ff. de rei vend. cum citatis per Alex. in l. ait Prætor la seconda. in principio, legis, col. pen. ff. de iur. iur. & in l. si plagij, ff. de verb. oblig. & in l. si tibi, §. nos autem, ff. de pact. Dec. in l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. & in l. vnica, col. 9 in 8. notab. in prima lect. C. de sent. quæ pro eo, quod interest proferuntur, Marsil. sing. 177. & 483. Alex. cons. 10. col. 1. lib. 1. & in l. traditionibus, col. 2. C. de pact.

81 Quero quid si dñus dicat terras male laboratas, massarius autẽ bene laboratas, quis teneatur probare; dic massario onus probandi incumbere, cum soleant promittere, bene collere terras, seminare &c. Caroc. de locat. part. 6. q. 17. pag. mihi 278. &
82 tit. de fideius. q. 6. num. 20. imo etiam si colonus nõ promitteret in spetie, adhuc tamẽ tenetur agrũ bene collere arbitrio boni viri, Caroc. d. tract. tit.
83 de socio. q. 2. nu. 5. † sed quid si colonus promisit dimidiã fructuum, & velit deducere expensas, an possit; dic quod non, Bart. in l. fructus, nu. 5. vers.
84 quæro, ff. sol. matr. vbi Ias. nu. 12. & nu 24. vult † huiusmodi colonũ partiarium teneri expensis suis conducere partem fructuum, quæ debetur dño; nõ
85 tamen tenetur ad gabellam, sed dñus; An autem partiarius teneatur ponere semen de suo, & dicitur, quod sic, nisi aliud sit conuentum, vel de more regionis, Appostil. ad Alex. cons. 99. sub nu. 6. in
86 verbo dñij, lib. 2. alias † consuetudo seruanda est;
87 sed quæritur, † an partiario volente vendere partem fructuum, teneatur præferre dñum emere volentẽ; dic quod sic, si iustũ pretium soluere velit, Caroc. de locat. & cõduc. ad l. inuitus, C. locat. q. 2.
88 pag. 152. † potest autem conductor ob malã versionem expelli, l. quero, §. inter locatorẽ, ff. locat. l. æde, C eod. auth. qui rem vbi omnes, C. de sac. san. eccles. Menoc. de arb. iud. casu 78. vbi vult †
89 idem esse in vassallo, emphyteuta, fructuario, &
90 inquilino; modo tamen deterioratio sit in proprietate, non in fructibus, sitq; facta per dolũ, vel culpam, itẽ tertiò, quod sit notabilis arbitrio Iudicis, Corbul. de caus. priuat. ob rei deteriorat. nu. 4. Aluar. Valasc. de iur. emphit. q. 38. nu. 22. Hinc
91 si arbores fructiferas, incidant, poterunt expelli, Bart. in l. diuortio, §. si fundum, vbi alij, ff. sol. mat. Clar. in §. emphyteusis, q. 26. Corbul. declarando
92 dicto tit. de caus. priuat. ob non deteriorat. † Si dñus tamen patiatur ipsum perseuerare in locatione, & pensiones recipiat, nulla facta protestatione, videtur caducitatem remittere, Caroc. de
93 locat. tit. de euictio, nu 58. † Item si colonus promiserit laborare arbitrio boni viri, si non coluerit, vt iura postulãt, potest expelli; Corbul. d. tit. nu. 12.
94 † quando autem ob arborum incisionem, possit colonus expelli, latè Caroc. d. quæst. 7. & 8.

In verbo, Item de iudicijs familiæ ercifcundæ cõmuni diuidundo finium regundorum] actio fa-
96 miliæ ercifcundæ † cõpetens heredibus pro hereditate diuidenda, cõmuni diuidundo competens pro re diuidenda, & actio finium regundorum competens pro finibus recuperandis, §. quædam, vbi Ias. inst. de actio. Quæro rationem in vtroque casu, ratio est, vt certum sit creditoribus, contra quos possint experiri, & pro qua parte, tex. vbi Bar. in l. 2. §. fin. ff. de præt. stipul. Ias. post alios in l. 2. §. & harum, ff. de verb. oblig. Alex. in l. Iulianus, ff de verb. oblig. Tiraq. in tract. lign. §. 32. gl. vnica, nu. 50. & seq. Dec. in l. pacto, col. prima, C. de pact. alia ratio est, quia nemo cogitur in cõmunione permanere, & ratio est, quia communio parit iurgia, & discordias; & facit ad casum sequentem hæc consideratio, & illum continet finiũ regundorum, ratio est propter lites sopiendas; ratio finium imponendorum, & propterea bonum est apponere terminos, vt lites tollantur; & de restitutione in integrum, ratio est, quia ætas mino-
97 rum † supposita est pluribus fraudibus eorum, qui cum minoribus agunt, l. prima, ff. de minorib. l. prima, ff. de in integr. rest. minorum.

In verbo, de parietibus claudendis] hic casus parietũ claudendorũ habet rationem tumultus, & rixæ euitandæ, ac honestatis conseruandæ, non .n. probabile, aut iustũ est, vt quis domos alienos ingredi possit, vbi adsunt matronæ honestæ, & eorum pudicitiã, ac honestatẽ tentare, est contra iuris precepta, §. iuris præcepta Inst. de iust. & iur. l. semper ff. de reg. iur. ubi semper in contractibus, nõ solum, quod licet considerandũ est, sed & quod honestum est, & quando dicatur paries commu-
98 nis, † & quando cognoscatur, vide latè Boerium cons. 5. per totum, Thesaur. pedem. decis. 219. latissime Menoch. in tract. de præsump. par. 2. lib. 6. præsumpt. 73. per tot. quo loci tradit. 13. signa.
99 An autẽ in dubio præsumatur paries cõmunis pro diuiso, vel indiuiso † dicas in dubio præsumi communẽ pro diuiso, Corn. cons. 184. nu. 9. lib. 1. cũ infinitis de quibus per Menoch. d. præsumpt. 73. nu. 26. Mascard. de probat. concl. 1149. Corn. cõs. 90. nu 16. lib. 2. ꝙ vtile est scire, quia paries cõ-
100 munis pro diuiso, potest inuito socio † altius tolli ꝙ secus est in pariete cõmuni pro indiuiso, qui regulariter nõ potest altius tolli socio inuito, vt latè per Boer. d. cõs. 5. & per Menoch. d. præsumpt. 73.
101 nu. 23. cũ duob. seq. & latè, ac plura de pariete † cõmuni, & quãdo vnus sociorum possit in pariete cõmuni aliquid facere inuito socio, ponit Cepola in suo tract. de seruitut. cap. 40. tit. de pariete, seu muro, vbi plenissimè hanc materiam tractat, sed
102 quero, quid si paries communis sit pro indiuiso eleuatus sumptibus vnius socij, alter vero eo vti velit refectis impensis pro parte sua, an teneatur pro rata muri, pro qua ipse socius intendit ędificare, an vero pro dimidia totius muri super ædificatiã Socio explicat Excell. D. Costa in suo tract. de portione rata, q. 50. ad quem vos remitto.

In verbo, noui operis nunciatione, & damno infecto] hi duo casus possunt habere rationem, quia celeritatem desiderant propter imminens periculum, l. 1. ff. de damn. infec. quem ponderat Alex. in l. naturaliter, §. nihil cõmune ff. de acquir. possess. col. fin. tex. in l. Prætor, cum aliquibus ll. seq. ff. de nou. oper. nunt. & circa hanc materiam noui operis, non late insisto cum habeatis latè declaratum

per Pract. Papiens. in forma libelli, in actione noui operis, per totum, & per DD. præsertim per auum maternum Rip. in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de oper. nou. nunci. vnum non prætermitto, quod nunciatio noui operis fit etiam ex causa
103 damni infecti † l. 1. §. nuciatio il 2. & l. de pupillo §. sextus, ff. de oper. nou. nunciat. Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium, nu. 12. ff. de damn. infecto.

In verbo de seruitutibus quibuscunq;] ratio est propter altercationes euitandas.

In verbo relinquendis ad pias causas] fauor pietatis, & animæ consideratio in hoc casu. latè quando legatum dicatur, vel præsumatur relictum ad
104 pias causas † tradit, latè Tiraq. in præfat. tract. piæ causæ, Menoch. præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. per totum, & latè de priuileg. piæ causæ, videas per eundem Tiraq. in d. tract. per totum vbi
105 plenissimè colligit ferè omnia priuilegia † piæ causæ, & enumerat centum sexaginta sex priuilegia piæ causæ.

In verbo, fideicommissis singularibus relictis] hæc potest esse ratio, vt voluntates defunctorum functionem habeant, & executionem, l. prima, ff. de sacr. sanct. eccles. l. fin. ff de edic. diu. Adr. toll.

In verbo de vsufructibus] si est constitutus in vltima voluntate, est ratio fauore vltimæ voluntatis, vt supra dictum est, & si est reseruatus vsusfructus in donatione, ratio est ne beneficium, quod quis habet ex persona nostra, contra nos reflectatur, vt ex Socin. & Dec. supra dictum est, si est vsusfructus constitutus alio actu, ratio est, ne, dum contenditur, ius vsusfructus reddatur inutile.

In verbo, de omni possessione plenè vacuanda, & disbriganda] ratio peti potest ex tex. vbi Bart. in l. creditores, C. de pignor. & ex §. Iulianus, l. si finita, ff. de damn. infecto, cum alijs iuribus, & hæc ratio casum sequentem complectitur.

106 In verbo, & de omni possessorio] ratio est, quia causa possessorij † potest reparari in petitorio, Bart. in l. prima col. 2. nu. 10. C. quorum bonorum, Alex. in l. fin. nu. 14. & ibi Dec. nu. 15. C. de edic. diu. Adr. toll. Alex. cons. 51. in primo dub. lib. 1. Dec. cons. 56. col 1. & 252. col. 2. 663. col. 1. Rip. auus mihi maternus in l. si constante in princ. legis nu. 17. ff. sol. matr. Natt. cons. 630. nu. 2. Marsil. singul. 433. trita, & vulgaris, & ideò appellatur summaria, vt per DD. loco supra citato, & intelligo in possessorio mero, secundū Socin. cons. 182.

In verbo, & de causis carceratorū] pium opus facit, qui causam carceratorum tuetur.

In verbo, cibi, & potus] ratio est, ne hæ causæ, quæ homines iuuant ad viuendū, dū alimenta prestantur sub iudiciorum clypeo in longum distrahantur, esset enim manifestæ ingratitudinis signū, l. vel necare ff. quemadmo. test. aper. Alex. in l. gallus, §. qui si is in 3. not. col. 2. ff. de liber. & posth. & in l. prima. col. fin. C. de testibus. Dec. in l. in testamento, circa princ. ff. de reg. iur.

Reliqui casus à statuto enumerati præferunt rationem; solum addo hic vnū, quia tex. statuti dicit, & cum quæstione possessionis, quæro, quid de
107 quasi possessione, & respondeo idem esse dicendum, † Bal. in c licet causā, in fine, ext. de probat. Ias. in l. si is, §. itē si iurauero, col fin. in 5. not. ff. de iur. iur. & in l. 3. in princ. legis, nu. 7. cum seq. ff. de acquir. poss. & in l. more, nu. 33. ff. de acquir. hered.

108 In verbo, & etiam in ecclesia] an contractus possint fieri in ecclesia; † dic, quod sic, si pietatem respiciunt, vel ille, qui contrahit, tuto non possit exire ecclesiam, Bart. in l. nemo Apostolorum, C. de sacr. san. eccl. Franc. Marc. dec. 381. in 2. par. idem dico de iudicijs, quia ea iudicia, quæ ecclesiastica sunt, vel sæcularia, sed voluntariā Iurisdictionem respiciūt, possunt fieri in ecclesia, secus verò in his iudicijs, quæ contentiosam Iurisdictionem respiciunt, vt per Bart. loco supra citato, Alex. in l. ius iurandi, §. qui iusiurandū, ff. de iur. iur. Fulgos. cōs. 98. tu scis, reliqua omitto, quę deduci possent à Bal. in d. l. nemo, vbi varias quæstiones annectit eorū actuum, qui fieri possunt, vel non in ecclesia, puta in constitutione syndici alicuius villæ, an va-
109 leat, si congregatio fiat in ecclesia, † & cōcludit, quod sic; quid de arbitramentis, testium examinatione, tutore, & curatore, & alijs pluribus, addo Ang. Aret. in §. multis Inst. de libertinis, vbi etiam Io. Platea idē Aret. in §. vnū, col. pen. inst. de pen. teme. litig. de hoc statuto per Bal. cons. 223. primo statuto, Natt cons. 143. col. pen. Purpur. cons. 46.

110 In verbo, & de quibuscunq; alijs rebus, & causis] hæc clausula venit ampliatiuè † ad omnes causas tàm statutarias, quàm enumeratas à iure communi, in quibus sūmariè proceditur, sed hic quęro
111 quid de causa dotis, † de qua plenè videas per Bart. & cæteros DD. in l. prima, ff. sol. matr.

Non etiam omittendū, quòd in omnibus causis in quibus ex hoc nostro statuto cautum est agi debere summariè, agatur etiā summariè in causa re-
112 cōuentionis, † ita in terminis huius nostri statuti tradit Menoch. de arb. iud. quæst. 44. nu. 9.

De modo, & forma procedendi in causis summarijs. Rubr. 4.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd in omni causa, de qua possit summariè cognosci, secundum formam iuris, & statutorum Communis Papiæ: item, & de omni causa etiam ordinaria, quæ non excedat summam librarum vigintiquinq; Papiæ: possit procedi in electione actoris per viam qualis qualis petitionis, & quòd ad eam litem contestari non expediat. Sed oblata petitione, & missa reo personaliter, vel ad domum habitationis eius, vel ad locum, vbi quis propter eius absentiam veniat citandus secundum formam statutorum Communis Papiæ, habeatur lis pro contestata ipso iure. Et possit quilibet iusdicens eius arbitrio dilationem statuere inspecta qualitate facti, & conditione personarum. Et per ipsum iusdicentem procedatur ad sententiam diffinitiuam cessantibus cauillationibus quibuscunque infra quindecim dies vtiles à tempore dictæ petitionis datæ, & porrectæ

vt supra numerandos, si etiam sit à libris centum Papiæ infra: Si verò ascenderet dictam summam quantæcunque quantitatis existat, teneatur eam diffinire infra triginta dies vtiles. Et tanto tempore duret instantia dictarum causarum. ¶ Et quod à sententijs latis in dictis causis summarijs, si quæstio fuerit à libris decem Papiæ supra, vsque in libris centum Papiæ, possit querelari, & de nullitate opponi semel tantum per utranque partium, & dictæ causæ appellationum, & nullitatum terminentur, & decidantur infra decem dies vtiles à die commissionis factæ computandos. ¶ Si verò fuerit causa à libris centum Papiensibus supra quælibet dictarum partium possit appellare, & de nullitate opponere semel tantum. Et dictæ causæ appellationum, & nullitatum terminentur infra quindecim dies vtiles. Quibus terminis elapsis primæ sententiæ firmæ maneant, & exequutioni mandentur. ¶ Declarantes quoque, & statuentes, quòd in causis, litibus, seu controuersijs, quarum quantitas, siue æstimatio non excedat libras decem Papien. Iudex pro suo libito voluntatis cognoscat, diffiniat, & terminet omni solemnitate omissa in scriptis, & sine scriptis etiam diebus feriatis: ita quòd à tali sententia non possit appellari, querelari, seu de nullitate opponi.

Summarium ad statutum 4. in ciuilibus.

1 Modus, & forma an sint idem.
2 Hoc statutum dans formam in procedẽdo, ligat clericos in foro seculari litigantes.
3 Statutum hoc an dicatur inducere modum iudicandi.
4 Pactum per partes, quod non seruentur ordines iudiciarij an validum.
5 Stylus obseruatur Papiæ, circa hoc statutum.
6 Si summa coacernata, excedant libras 25.
7 Coacernatio summarum, quando fiat remissiuè.
8 Libellus non requiritur in causis summarijs, etiam de iure communi.
9 Instantia huius statuti non currit durante disputatione alicuius articuli.
10 Causa possessorij, an habeat instantiam, de qua in hoc statuto.
11 Causa possessorij dicitur minima.
12 Hoc statutum præfigens instantiam non procedit in his quæ non habent æstimationem.
13 In causa possessorij proceditur sine libello, & petitione in scriptis ex statutis Papiensibus.
14 Possessorium duplex summarium, & plenarium.
15 Plenarium triplex adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ.
16 Iudex non potest sententiare post quindecim dies, datos pro instantia ex hoc statuto.
17 Statutum prohibens appellationem à diffinitiua an intelligatur prohibere ab interlocutoria habẽte vim diffinitiuæ.
18 Statutum nostrum permittens appellari procedit etiam in causa possessorij.
19 Appellatio possessorij an operetur vtrunq; effectũ, vel deuolutiuum tantum, vide nu. 20.
21 Appellatione prohibita censetur quo ad vtrunq; effectum.
22 Permissa appellatione intelligitur quo ad vtrunq; effectum.
23 Statutum interpretandum, vt aliquid addat iuri communi.
24 Appellatio in possessorio de iure communi operatur solum effectum deuolutiuum.
25 Auctor tenet in casu huius statuti appellationem in possessorio operari solum effectũ deuolutiuum.
26 Limita in possessorio summarissimo, in quo est prohibita appellatio, etiam quo ad vtrunq; effectum, etiam in casu huius statuti.
Idem à sententententia lata in possessorio pro vltimæ voluntatis executione.
27 Auctor aliquando consuluit appellationem in possessorio vtrunq; effectum operari in causa DD. Olenani, & Aliprandi, contra DD. Beccarias.
28 In possessorio mixto appellatio vtrunq; effectum operatur.
29 Possessorium iurisdictionis dicitur mixtum.
30 Appellatur in possessorio, quo ad vtrunq; effectum, quando damnum est irreparabile in petitorio.
31 Item quando subest iusta appellandi causa.
32 Præceptum inhibitorium quando sit contra ius.
33 Appellationem in causa possessorij operari solum effectum deuolutiuum, procedit in causis modici præiudicij, secus si sint maximi præiudicij.
34 Operatur etiam effectum deuolutiuum, quando in sententia fuit condemnatus ad rem restituendam.
35 Quando liceat appellare in possessorio, & quem effectum operetur remissiuè.
36 Appellatio an licita in summarissimo possessorio.
37 Quid de iure canonico.
38 Appellari an possit à pronuntia Iudicis pronuntiantis aliquem esse manutenendum.
39 Appellatione deserta an nullitas prosequi possit.
40 De nullitate potest dici vsque infra triginta annos.
41 Infra quantum tempus liceat appellare in causis summarijs ex hoc statuto.
42 Statutum procedens per modum regulæ intelligitur repetitum in sequentibus.
43 Statutum recipit declarationem ab alio.
44 Decem dies statuti nostri sunt subrogati in locum anni fatalis.
45 Statutum non potest exequi, nisi facta pronunciatione lapsam esse instantiam.
46 Dictiones à, ab, absque, & vsque quid importent remissiuè.
47 Notarius non redigens acta in scriptis ad quid teneatur.

Irca hanc rubricam, nota, quod modus, & forma, hic idem sunt, † vt per
1 Asin. in tract. prax. iudiciorum, rub. prima, de ordin. proced. nu. primo, post Innoc. in cap. dudum de elect. & in cap. si pro debilitate, de offic. deleg. & alios per eum allegatos.

2 Est autem sciendum, quod cum statutum nostrum formā det in procedendo, ligat etiam clericos, † Ruin. cons. 11. num. primo, vol. primo, Abb. in cap. quod clericis de for. compet. Petrus Duen. reg. 147. per totam, Ang. cons. 161. circa finem, cum infinitis alijs congestis per Carpan. in præludijs ad statuta Mediolani, nu. 600. cap. primo, num. 3. intelligendo, vt ibi per eum, dicto num. 600. quando clericus litigaret in seculari foro, secus autem si ecclesiastico, post Abb. in dicto capitulo, quod clericis, num. 2. & 6. cum addit. ibi Asin. in sua prax. iudiciorum, in princ. cap. 8. nu. 7. & 8. Cumia. in ritibus magnæ curiæ cap. 40. num. 281. quando autem sententiæ laicorum ligant clericos difusè tractatū reliquit, Carpan. in dictis præludijs, num. 563. cum infinitis sequentibus, & diximus supra in præludijs ad has nostras lucubrationes.

3 Sed dubium est nunquid statutum nostrum indicens formam procedendi in causis summarijs, dicatur arctare modum iudicandi in dictis causis, & dicas, quod non, † ita notat Roman. cons. 248. nu. 2. Dec. in l. si Prætor, nu. 2. ff. de officio eius, Asin. in d. rub. de modo procedendi in ciuilibus. sub nu. 3.

4 Nunquid etiam valeat pactum inter partes initum, vt non seruentur ordines iudiciorum, dic. † quod non, Matheus Brun. in tract. de cessio. bonorum, quæst. 21. in princ. nu. 16.

5 Item statuimus &c.] scias, quod præter illa quę traduntur à statuto nostro, seruatur etiam hic Papiæ, † vt requisitio in actis dimittatur, vt Notarius copiam citato ædat expensis actoris, & quandoq; fit citatio cum clausulis salutaribus, & addo, fit citatio cum clausulā, de qua in præmittuntur propter illam clausulā, de qua in præcedenti statuto, scilicet summariè &c. & vide etiā ad clariorem intelligentiam notata supra statuto tertio.

6 In verbo, nō excedat summam librarum viginti quinq;] quid si essent plures summæ ex diuersis causis, † vide Fulgos. cons. 110. idem Fulgos. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisd. omn. iud. Alex. in l. si plures, ff. de pact. & in l. si procuratori, col.
7 prima, & seq. ff. de verb. oblig. & cons. vltimo, lib. 4. in quibus locis habes quādo debeat fieri coaceruatio summarum.

In verbo, per viam qualis qualis petitionis] circa ista verba, vide Felin. in cap. quoniā contra super secunda, gl. vbi alij scribentes, col. 6. extra de probat. & deseruiunt etiā tradita supra in præcedenti statuto, concordatq; cum iure communi,
8 cum quo iure, in causis summarijs libellus, † non exigitur Pract. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in glo. prima in fine; sed dubium est, an stante, quod in summarijs requiritur qualis qualis petitio, vt hic, admittetur libellus obscurus, vagus. & generalis parte opponente, & communis est resolutio Doctorum admitti, Grauat. ad Vestr. lib. 5. cap. vltimo, num. 20. Asin. in praxi, §. 3. cap. 6. nu. 8. & §. 4. cap. 2. nu. 2. & seqq. Marant. de ord. iud. par. 4. distinct. 9. sub num. 13. respondens Alex. contrarium tenenti cons. 32. sub num. 7. lib. 4. & ratio est, quia vbi actus non est necessarius, processus propter illius ineptitudinem non vitiatur, Gail. lib. primo. obseruat. 66. num. 15. quod declara verum non esse, vbi obscuritas, & generalitas tanta, & talis esset, quæ auferret reo facultatem deliberandi, Afflict. in constit. regn. lib. 2. in verbo dilationes, sub num. 37. parte tamen opponente, alias secus, Asin. d. §. 3. cap. 6. num. 7. sicq; intelligitur Alex. d. cons. 32. lib. 4. vt per Marant. loco supra citato, Scaccia de iudic. causarum, lib. primo, cap. 50. nu 17.

An autē petitio inepta admittatur, dicas, quod vbi ineptitudo est in forma, aut materia, talem petitionem reijci; in forma puta, si deficeret nomen actoris, aut res petita; in materia, vt quia peteretur res sacra, Addit. ad Pract. Papien. in form. libel. in act. real. in verbo qualis qualis. Item dubitatur an talis petitio oretenus sine scriptura fieri possit, communis est posse, modo tamen & post
8 per Notarium causæ in scriptis redigatur, vt per Asin. in praxi, §. 4. cap. primo, num. 3. Pract. Papien. in form. lib. in act. real. in verbo summariæ num. 4. reo tamen petente in scriptis redigi, est redigenda, Grauat. ad Vestr. cap. 2. num. 10. lib. 5. stanteq; hoc statuto admittetur petitio absq; conclusione, vt per Pract. Papien. dicto loco, imo in istis summarijs agens ex vna causa, & probans ex alia admittitur, & obtinet, Marant. distinct. 9. num. 17.

9 In verbo infra quindecim dies vtiles] Instantia ista non currit, † durante disputatione alicuius articuli, Pract. Pap. in forma libelli in actione hipothec. in princ. faciunt tradita supra in primo statuto de ordine causæ ciuilis, §. instantiæ. isti autē dies vtiles stant exclusiue, non autem inclusiuè, gl. in clem. prima, de appellat.

10 An autem causa possessorij compræhendatur in instantia huius statuti; dic, quod sic, † cum & ipsa sit summaria, vt habetur in præcedenti statuto contra communem DD. opinionem, de qua latè Dec. cons. 28. verum in contrarium dici po-
11 test, quod cum causa possessorij † sit momentanea, & minima, vt per Bart. in l. admonendi col. pen. ff. de iur. iur. nec sit ad quantitatem reducibilis non compræhendatur in hoc statuto, quod
12 non procedit in his causis, quæ non recipiunt extimationem, Felin. in cap. quoniam contra col 7. extra, vt lit. non contest. faciunt tradita per Dec. in cap. cum dilecta, col. 3. circa medium, de confirm. vtil. vel inutil. vt in simili notat Alex. in l. 4. §. Prætor ait, ff. de damn. infect. Barb. cons. 44. col. 3. vol. 3. Ias. in l. prima, in 3. not. C. de bonoā
13 possess. secundum tab. facit etiam ratio, † quia in ea proceditur sine datione libell. & petionis in scriptis, vt infra statut. 55. de possessione violenta & clandestina. & tamen hic dicitur, quod instantia durat à die porrectæ petitionis in scriptis, quod tamen causa possessorij contineatur sub hoc statuto videtur tenere Pract. Pap. in forma libelli poss. turbatę, in glo. corā vobis in fine, vbi distinguit, & ibi latè videas additionatores distinguentes inter possessorium summarium, & plenarium; & scias pro intelligentia terminorū, quod posses-
14 sorium duplex est, † aliud plenarium, aliud summarijssimum, plenarium, est illud, quod diligenti ordine iudiciario tractari solet, & hoc triplex dicitur, adipiscendę, retinendę, & recuperan-
15 dæ; summarium † tractatur ex solo implorato Iudicis officio, vt in casu cum non discernitur.

quorum

quorũ alterum sit in possessione, & timetur ne deueniatur ad arma, nam tunc solent Iudices cognoscere statim, quis sit possessor, & illum tuetur donec plene fuerit cognitum, ità Menoch. in tract. recuperand. in præludijs. nu. 24. vsque ad nu. 35. & de hoc sumarijssimo, vide latè eundẽ Menoc. in tract. retinendæ remedio vltimo per totum.

In verbo teneatur tamen diffinire infra 15. dies vtiles) vide Cæsarẽ Contard. latè in repet. l. vnice, quæst. 7. C. si de moment. poss. fuerit appellatum Osasc. decis. 25. Brunorum à Sole conclus. 24. nu. 108. cum seq. An autem extra dictũ tempus pos-
16 sit proferre sententiam † Bart. & Bald. in l. scire oportet, §. consequenter, ff. de excus. tut. vbi Bal. concludit, statutum non valere, Dec. cons. 376. col. 2. vbi citat dicta Bald. in d. §. consequenter. & illa approbat.

In verbo, & quod à sententijs] an hoc statutum semel appellare, & de nullitate dicere permittens intelligatur etiã de interlocut. habente vim diffi-
17 nit. † Felin. in rubr. de re iudic. & DD. in rubr. ff. eod. tenent quod non.

18 An autem hoc statutum permittens semel, appellari procedat etiam in causa possessorij; & dic quod sic, † ita expressè disponente hoc statuto.

19 Sed dubium est nunquid huiusmodi appellatio operetur vtrunq; effectum, scilicet deuolutiuum, & suspensiuum, an verò deuolutiuum tantũ, † ex quo enim sæpe Papiæ contigit, super hoc dubitari, ideo declarandum putaui; & quod operetur tantum effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, tenet Bart. in l. 2. ff. de appell. Afflict. decis. 269. Viuius lib. primo commun. opinion. littera A. vers. appellatio admittenda non est, Marant. de ordin. iud. part. 6. nu. 294. & seq. Roll. à Val. alios allegans, & magis cõmunẽ asserens cõs. 17, nu. 25. vol. 2. Menoch. in tract. adipisc. remedio 4. nu. 833. loquens in terminis statuti nostri, vbi nonnullis fundamentis hanc probat, & in tract. recuperandæ remedio 9. num. 322. Rip. auus meus maternus in cap. sæpe, nu. 3. de rest. spoliatorum.

20 Contrariam opinionem, † nempe quod operetur vtrunq; effectum, scilicet suspensiuum, & deuolutiuum, tenet Grat. cons. vlt. nu. 16. 17. 18. & per totum, lib. 2. Bero. cons. 91. loquentes in terminis similis statuti Bononiæ existentis, Cæsar Contardus in l. vnica, limit. 22. C. si de moment. poss. & quæst. 7. vbi testatur omnes tenere contra Menoc. & ita fuisse iudicatum, à Rotta Rom. tradit, & Rebuff. in tract. de sent. execut. art 5. gl. 3. vers. vti si appelletur Gallia. cons. 7. Bero. cons. 126. num. 14. & seq. lib. 3. Fundatur autem hæc opinio viginti sex rationibus, de quibus latè per Gratum dicto cons. vlt. quibus Menoch. non omnibus respondet loco supra citato; præcipua autẽ fundamenta, quæ pro hac opinione afferri possunt
21 sunt infra, nã sicut prohibita appellatione † censetur prohibita, quo ad vtrunq; effectum, scilicet tam suspensiuum, quàm deuolutiuum, vt per Capic. decis. 34. num. 3. Bossium in tit. de Principe, num. 377. Roll. à Vall. cons. 77. num. 16. lib. 2. Lancellot. de attentat. appellat. pendente, limit. 25. num. 29. imò etiam si causa esset appellandi iusta, Surd. decis. 164. num 18. ita vbi à statuto, vt hic, vel lege permittitur, debet vtrunq; effectũ
22 operari, † Ias. cons. 187. col. 5. lib. 2. Menoch. in tract. adipisc. remedio 4. nu. 874. Bero. in rub. de appellat. num. 35. post Dec. ibi nu. 5. Peregr. de fideicom. art. 46. nu. 54.

23 Secundò, quia statutum † debet interpretari, vt aliquid addat iuri cõmuni, Bart. & alij in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. cum vulgaribus, at de iure communi, quo ad effectum deuolutiuum tan-
24 tum in causa possessorij permissa est appellatio, † l. prima, C. si de momen. poss. fuerit appell. vt igitur aliquid addat, & ne superfluum dicatur statutum, debet intelligi etiam quo ad effectum suspensiuum, sic in terminis Grat. cons. 110. nu. 14. lib. 2. vbi etiam aliam considerat pulcherimam rationem, nempe quando, lex, vel statutum loquitur permissiuè, debet intelligi quo ad vtrumq; effectum, quando enim vult operari solum effectum loquitur prohibitoriè, non potest appellari d. l. pri.

25 Quid tenendum, prima opinio mihi magis placet, nempè quod appellatio operetur solum effectũ deuolutiuum, quam pluribus rationibus defendit Menoch. in d. tract. adipisc. remed. 4. nu. 836. vers. ego tamen, vbi ad supradicta pene omnia fundamenta respondet; intelligerẽ tamen hoc statutũ pmittẽs appellationẽ à possessorio, vt operetur solum effectum deuolutiuum ex opinione supra deducta, & per me secuta; nõ procedere in possessorio retinendæ, vti summarijssimo, à quo de iure communi, cum ex magis cõmuni, DD. sentẽtia nõ datur appellatio, nec quo ad effectum deuolutiuum, nec suspensiuum, vt de magis communi & recepta testatur Honded. cons. 22. num. 45. lib. 2. quo loci refert plures Doct. testantes hanc esse magis communẽ, inter quos Eugen. cons. 71. nu. 23. & in num. 47. lib. primo, Turrer. cons. 2. num. 19. & 30. lib. 2. Peregr. de fideicomin. artic. 46. num. 44. & alios admittentes pariter, quod huiusmodi possessorium retinendæ, non comprahenditur sub hoc nostro statuto, adeo vt, nec ab eo licita sit appellatio, nec quo ad effectum deuolutiuum, nec suspensiuum, vt in terminis huius nostri statuti ex Honded. & alijs supra citatis tenet D. Costa in suo tract. de scientia, & ignorant. dist inc. 84. num. 7. cum duob. seqq. cent. 2. idem D. Costa cons. 23. num. 10. cum seq. limita secundo, vt non procedat statutum nostrum in appellatione à sententia lata in possessorio pro vltimæ voluntatis executione, nam statutum nostrum permittens appellationem in possessorio, hanc non cõprahendit, adeo ut nullum operetur effectum ità pluribus rationibus hanc defendit Excellentiss. D. Costa cons. 23. num. 3. cum seq. vbi latissimè circa intelligentiam statuti nostri.

Non sum tñ nescius, me aliquãdo contrarium cũ priori opinione, respõdisse, in fauorẽ DD. Oleuani, & Alliprandi cõtra DD. de Beccaria; nã cum dicti de Beccaria obtinuissent præceptũ inhibitorium cõtra dictos Oleuanum, & Alliprandum, sub prætextu, q essent in quasi possessione inhibendi, & prohibendi, ne quis alius, eis exceptis, vel ab ipsis deputatis, possit hospicium exercere in loco Zinaschi, à quo præcepto cum appellassent præfati DD. Oleuanus, & Aliprandus, respondi huiusmodi appellationi esse deferendũ, quo ad vtrunq; effectum; sed aduertendum est in dicto casu me ad ita tenendum plura alia fundamenta compulisse, quæ quia deseruiunt ad casum nostrum, & restringunt opinionem supra amplexam, placet hic adijcere; vltra .n. fundamenta supra adducta pro secunda opinione, mouebar, in primis rationibus; primò, quia in dicta causa negotium versabatur, non in simplici possessorio, sed in mixto,
28 nempe in possessorio iurisdictionis, † in quo vtriq; scilicet

scilicèt tàm actores, quàm rei iurisdictionem habere supponebant, quo casu stante quod ageretur de possessorio mixto iurisdictionis fatentur DD. licitam esse appellationem, quo ad vtrumq; effectum, prout in puncto. Osasc. decis. 25. sub num. 10. vers. item in possessorio Iurisdictionis, Decian. resp. 45. num. 7. cum seq. lib. primo, quod etiam DD. probant, nam vbi agitur de iurisdictione, di-
29 citur agi de possessorio mixto, prout, & probatur in l. pri. §. permittitur, ff. de aqua quot. & æstiu. quoties enim agitur de re, quam quis de iure possidere nequit, nisi præcedente Principis cócessione semper illa dicitur habere mixtam causam proprietatis, & datur appellatio, Peregr. de fideicom. artic. 45. & in possessorio mixto reperio etiam tenere D. Costam cons. 23. nu. 23.

Secundo mouebar, quia per huiusmodi præceptum latum, resultabat damnum irreparabile ipsis Dñis Oleuano, & Aliprando, cum per dictum præceptum videretur reiecta exceptio Dominij ipsorũ appellantiũ, adeout nihil alium prætendere & se tueri non possent, Contard. in d. l. prima, li-
30 mit. 2. §. 6. num. 5. quo casu quando sententia † lata in possessorio affert damnum irreparabile, per sententiam ferendam in petitorio licita est appellatio, quo ad vtrumq; effectum, Menoch. d. remedio 4. num. 863. cum seq. Contard. in d. l. vnica, limit. prima, C. si de moment. possess. cui addo D. Costam in d. cons. 23. num. 17.

Tertiò, quia ibi suberat iusta appellandi causa
31 in promptu, quo casu appellatio † vtrumq; effectum operarẽ debet; Bal. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando Iudex, Ias. cons. 187. cum dicatur iusta causa, quando est euidenter iniusta, Osasch. decis. 25. num. 13. de iniustitia autem dicti præcepti euidenter, dicebam constare ex eo,
32 quod huiusmodi inhibitio, seu præceptum † fuerat factum iuribus, & legibus resistentibus, ac prohibentibus tales inhibitiones, nisi fuerint ab eo, qui speciale habeat inhibendi priuilegium, vel ex contractu præambulo id sibi competat, Alex. loquens de molendino cons. 194. lib. 2. Afflict. decis. 388. Purpur in terminis cons. 174. in collatione eod. nu. 3. & seq. Ozasch. decis. 17. statuto sospitelli num. 3. & seq. Curt. sen. cons. 33. Bal. loquens in puncto de hospitio cons. 463. sub nu. 5. vers. & notandum lib. 4. vbi ait nonnullis competere ius prohibendi, nonnullis possidendi, si enim habeas hospitium, & multa lucraris, & ego facio aliud hospitium tuo vicinum, licet pauciores homines ad te veniẽt, habes ius possidendi, sed nõ prohibendi, & dicebatur non posse suffragari antiquitatem temporis ex Crau. de antiq. temp. par. 4. §. materia, num. 99 & per consequens, nec præscriptionem allegari posse in istis iuribus quasi incorporalibus, cum non adessent extrema ad id requisita, de quibus per Menoch. de arbitr. iud. casu 160. & 161. & per Mascard. de probat. concl. 1215. adducebam etiam plura alia in d. causa, quæ ex industria omitto, cum non faciant ad rem nostram.

Retinendo tamen priorem opinionem, nempe appellationem in possessorio permissam, solũ operari effectum deuolutiuum tantum; intelligerẽ illã
33 procedere in causis modici præiudicij † secus autem in causis in quibus vertitur maximum præiuditium, prout in casu, in quo mox consului, nam tunc appellatio operatur, quo ad vtrumq; effectũ. ita sentit Bart. in l. prima, ff. de appell. recipiend. Dec. cons. 28. Ang. & DD. in d. l. prima, C. si de moment. possess. fuerit appellatum, vbi communiter DD. fundant se in modicitate præiudicij super possessorio, & hanc opinionem æquissimam firmat Marant. in suo speculo in tit. de appellat. num. 301.

34 Posset etiam appellatio operari vtrumq; effectũ † quando in sententia lata in possessorio, quis fuit condemnatus vna cum possessione restituere rem, seu fructus, Menoch. in tract. adipisc. remed. 4. num. 870. idem Menoch. in tract. recup. remed. 9. num. 321. & seq. sed est aduertendum, prout idem Menoch. firmat in d. remedio 4. nu. 870. & tunc appellatio recipitur non ratione possessionis, sed ratione fructuum, ex Bald. in l. vnica, num. 6. vers. sed pone, quod in possessorio, C. si de mom. poss. fuer. appell. licet ibi in fine, Felin. allucinatus fuerit, tenendo ratione fructuum licere appellare, etiam à possessorio, & prout etiam visus est tenere idem Menoch. in d. tract. recup. remed. 9. nu. 321. d. remed. 4. num. 870. ita se declaret.

35 Ad hanc regulam, quando liceat appellare † in possessorio, & quem effectũ operetur, videas duas extensiones, & septem declarationes per Menoch. d. remed. 4. num. 826. vsque ad num. 873. & vide nu. 26. cum seq. duas limitationes, ac num. 29. & num. 30. vbi pariter duæ aliæ traduntur limitationes.

36 An autem procedat in summarijssimo possessorio † videas tenentes, quod non, Plot. in l. si quãdo. nu. 106. cum seq. C. vnde vi, Benintend. decis. 79. Cæsar Contard. in d. l. vnica limit. 3. num. 48. cum seq. dicitur enim possessorium extraordinarium, & parui præiudicij, & dictum est supra ad hoc cũ statutũ, num. 26.

37 De iure tamen canonico † est licita appellatio, Borgn. decis. 19. num. 4. part. 2. & decis. 23. per totam lib. 2. Gail. Pract. obseru. lib. 1. obseru. 2. per totam, & dum statutum in his causis permittit semel appellari, intelligitur ab vtraque parte, Contard. ad l. vnic. limit. 17. num 12.

38 An autem quando Iudex ordinat, quem manutenendum in possessione esse, possit appellari, † videtur, quod non, vbi non sit lata sententia diffinitiua, sed interlocutoria, secundum Paul. de Castr. cons. 3. col. 2. vol. 2. agitur enim tunc possessorio retinendæ, quo casu prohibita est appellatio, ne alias melioris conditionis esset victus, quã victor, Honded. latissimè. cons. 22. lib. 2. Bim. cons. 167. vol. 2 cum adductis per D. Costã de fact. scient. & ignor. cent. 2. distinc. 84. num. 7. cum seqq. & cons. 23. num. 10. & 12. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de appell. resolut. 15. num. 7. Rott. Rom. decis. 99. num. 2. part. prima in nouissimis, Contard. ad l. vnic. in intellectu, num. 4. & si dicatur, quid operabitur statutum loquens generaliter, quod in omni possessorio liceat semel appellare; Respondetur duo operabitur præ cæteris; primũ, minus corriget ius commune quam sit possibile, cum etenim iure communi, prohibita sit appellatio quoad vtrumq; effectum, vt latè prosequitur Fab. Turret. cons. 2. num. 19. Eugen. cons. 71. num. 22. Peregr. de fideic. artic. 46. nu. 44. & alij supra citati per Hond. maxime dicto cons. 22. nu. 45. & seq. admittendo eam, quo ad effectum deuolutiuum tantum, minus iuri communi derogabitur, cap. pastoralis, §. præterea de offic. deleg. quem sic exposuit, Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. num. 859. arguens à rescripto Principis

permittente appellationem in casu prohibito ad statutum, quotiens.n.statutum vnum, vel duo operari potest, satis est, quòd vnum operetur, cap.dilecti vbi Butr. de consuet. Rom. cons.180.& seqq. Contard. ad.l.vnic.limit. 7 num.6.

Secundũ operabitur satis, si pars ad huc velit super possessorio cognosci omissa causa plenarij iudicij, illud possit facere. Rol. à Valle cons.14. nu.5. lib. 2. & ita semper vidi seruari, & obtinui in hoc remedio retinendæ.

39 Si autem appellatio remaneat deserta, an nullitas prosequi poterit † hoc casu Pract. Papien. in forma appell. à sentet. diffinit. in verbo, & in quantũ sit aliqua; distinguit, aut causa, per quã remota est appellatio, respicit principaliter, tàm appellationem, quam nullitatem, exempli gratia, ex forma statuti dantur quatuor dies ad appellandum, & dicendum de nullitate, certè remota appellatione per fluxum temporis, remota est pariter ipsa nullitas, Aut causa non est pari formis circa vtrumq; vt patet de iure cõmuni, quo appellatur per decem dies, & dicitur de nullitate infra 30.
40 annos, † tunc aut nullitas venit incidenter ad ipsam appellationem, eoq; casu sublata appellatione tollitur nullitas; aut minimè venit incidenter ad ipsam appellationem, sed principaliter appellatio accessoriè, vel vtrumq; deducitur, vti principale, & tunc sublata appellatione remanet firma nullitatis causa, vt per Pract. Pap. ibi, qui citat Rom. in l. si expressim, ff. de appell. & in l Papinianus exuli. ff. de minoribus, Vant. tit. quot, & quibus mod. sententię null. repar. possint, num. 8. Ruin. cons. 37. sub nu.4. in fin. lib.5. Neuiz. alios adducens cons.41. num. 37. Lancellot. de attentat. nullit. pendent. num.71. Mising. cent. 2. obseruat.77. Io. de Amic. de communi cons.6. nu.9. Viu in suis communibus opin. 197 lib.2. in verbo nullitas, Crauet. cons.273. col.3 lib. 2. Grammat. ita obtinuisse testatur cons. 165. in ciuilibus, & ratio differentiæ est, quia nullitas per se principaliter deducta nullam habet connexitatem, nec mixturam cum appellatione, ideo de vna ad aliam, non infertur, Pract. Papien. in form. libell. appell. ab interlocutoria, vers. in his scriptis, & causa nullitatis per se expirat præscriptione temporis statuti, Soc. cons.10. ad finem, lib.4. secus si incidenter, & accessoriè ad appellationem veniat, tunc enim dicitur pars appellationis; Anchar. in clem, vt calumnijs, nu.3. de re iud. tutius itaq; est, vel de nullitate per se principaliter dicere, vel in appellatione reseruare ius dicendi de nullitate, tàm principaliter, quàm incidenter, vt docet Vestr. in praxi lib.8. cap. primo, Vant. quot, & quibus mod. sententiæ null. nu.10. & hæc vera de iure communi, vbi verò per statutum pręfigitur tempus ad appellandum, vel de nullitate dicendum, tunc deserta appellatione censetur deserta etiam nullitas, siue principaliter, siue incidenter cum appellatione interponatur, cum coram eodem Iudice vtraq; sit agitãda, & à statuto parificentur Franc. in cap. dilecto, num. 148. de appell. Lancellot. de attentat. nullit. pend. num. 71. Bursat. cons.455. nu.7. Ruginell. de appellat. §. 3. cap.2. num. 28. & seqq. an verò hoc verũ sit tàm excipiendo, quã agendo, latissimè discutit ipse Ruginell. §.4. cap. 2. per totum varijs distinctionibus concilians pugnantes inter se Doct. sententias, ad eum me remitto.

41 Sed cum statutum nostrum permittat appellari in causis summarijs, dubium est † intra quantum tempus debeat appellari, an scilicet intra quatuor dies iuxta statutum nostrum primum; an vero infra decem, secundum ius commune; & dic, quod appellandum est intra quatuor dies, secundum formam dicti statuti primi; ratio est, quia,
42 vbi † statutum procedit per modum regulæ, intelligitur repetitum in alio statuto, secundũ Bart. in l. Prætor, §. eritq; differentia, vers. secundo casu, ff. vi bonorum rapt. Ang. Aret. in §. capite tertio, Inst. de l. Aquilia, Alex. cons.50. in fin. lib. 2. Afflict. in const. regn. rub.19. de raptu, & violent. num.6. ad finem, lib. primo, Carpan. in præludio ad statuta Mediolani, nu.332. at statutum disponens appellandum intra quatuor dies procedit per modum regulæ, ergo; alia ratio est, quia vnum statu-
43 tum † declarationem recipit ab alio, iuribus notis.

44 In verbo decidantur infra decem dies vtiles à die commissionis] nota † quòd dicti decem dies vtiles, sunt subrogati in locum anni fatalis dati ad prosequendam appellationem de iure communi, sic Bald. cons. 20. vol. primo. Neuiz. consil. 42. Ruginell. de appell. §. 9. gl. prima, c. primo, nu. 16. Lancellot. de attentat. appell. pend. in præf. nu. 26. & seq. & licet isti decem dies vtiles fuerint
45 lapsi, † non posset tamen peti executio sententiæ Iudicis, à quo, nisi facta ipsius declaratione de sententia appellationis per Iudicem ad quẽ, sic Alex. cons.42. in princip. volum.5. Perusin. in cap. ex ratione, col. fin. de appellat.

46 In verbo, à die commissionis] de hac dictione † à, ab, absq;, & vsq; videas Pract. Pap. in forma capitulorum, ad eternam rei memoriam, in gl. in verbo, vsq; ad calendas; Tiraq. de retract. lignag. §. primo, gl. 11. num. 66. & seq. Caroc. decis.42. num.19. & seq.

47 In scriptis, & sine scriptis,] † hæc clausula operatur, quod Notarius si non redigat acta in scriptis teneatur, & vide distinctionem. Alex. cons.66. circa finem, vol. primo.

Quæ debita sint condemnata: & qualiter, & quomodo eorum occasione procedi debeat, & de banno dando. Rubr. 5.

Item statuimus, quòd omnia, & singula infrascripta debita sint condemnata, & pro condemnatis habeantur, & teneantur. Et perinde executioni mandentur realiter, ac si essent condemnata ac etiã possessio plena data per quemcunq; Iusdicentem, videlicet, instrumenta omnium debitorum facta, & facienda manu publici Notarij de Collegio Notariorũ Papiæ, in præsentia trium testium, vel plurium, vel scripta per alium Notarium Collegij prædicti, iussu illius Notarij de dicto Collegio, cui dicta instrumenta rogata fuerint,

dummodo

dummodo subscripta sint per eum, cui rogata extiterint. Et omnia instrumenta debitorum facta, & facienda in præsentia Iusdicentis, & duorum testium, etiam si facta fuerint in die feriato, etiam in honorem Dei, & solemni, & etiam in ecclesia, aliqua lege in contrarium faciente non obstante. Item ficta, pensiones, legata, fideicommissa, alimenta, denarij mercedis laboris, debita cibi, & potus, iura de nutricibus: & scripta, vel subscripta manu propria, in quibus contineatur scribentem, vel subscribentem aliquid dare, vel facere debere alicui, quantum est, & fuerit in odium, & præiuditium ipsius scribentis, & eius hæredum, & bonorum eius. Ita tamen, quòd dicta talis scriptura, & subscripta non præiudicet alicui alteri. In quibus omnibus, & singulis casibus possit, & valeat quilibet creditor, seu actor citari facere debitorem, seu reum ex parte Iusdicentis ad sui instantiam: etiam absq; aliqua impositione Iusdicentis. Quæ citatio fiat in scriptis, & aliter non valeat, vt compareat coram aliquo Iusdicente aliqua die, & hora, & facta relatione ipsius citationis per seruitorem Notario Communis Papiæ, ipse Notarius teneatur, & debeat ipsam citationem, vel citatum ponere, & scribere in libro bannorum in banno Communis Papiæ, ad petitionem actoris absque alia scriptura requisitionis fiendæ, aliter quàm faciendo mentionem de ipsa citatione in ipso banno. Quo banno sic scripto, si reus non comparuerit in hora citationis, sit ipso iure bannitus in ipso banno Communis Papiæ, & talis actus habeatur pro legitimo banno dato ipsi reo pro illa causa, pro qua scriptus erit in banno Communis Papiæ, absque alia licentia, vel publicatione ipsius banni, vel banniti. Qui reus si perseuerauerit in ipso banno, vel contumatia spatio octo dierum proximè continuorum reputetur, & habeatur ritè bannitus, & contra ipsum reum procedatur realiter ad petitionem actoris, omnibus iuris remedijs. De quo quidem banno non eximatur reus, nisi fuerit in concordia cum actore, vel creditore. Si verò comparuerit coram Iusdicente ad horam requisitionis ad dictam requisitionem, vel bannum, vel infra octo dies prædictos, & exceptiones proposuerit ponatur per dictum Notarium propendente, vel suspenso super ipso banno. Et tunc si in ipsis exceptionibus per ipsum reum infra dictum terminum octo dierum, vel per aliquam partium non fuerit petitum consilium Sapientis: Iusdicens super exceptionibus propositis, & ipsam causam, & quæstionem, prout sibi videbitur instante aliqua partium cognoscat, & diffiniat infra tempora statutorum, & decretorum super causis prosequendis limitata, à die banni dati in antea, nisi dictus Iusdicens eam quæstionem duxerit potius committendam. ¶ Si verò consilium Sapientis petitum fuerit per aliquam partium infra dictum terminum octo dierum, tunc dictus Iusdicens committat, procedat, & faciat, prout in statutis, & decretis antedictis fit mentio. Quo banno curso fiat exequutio debiti realiter omnibus iuris remedijs, nec eximatur reus de ipso banno, donec fuerit in concordia cum dicto creditore, & sufficiat bannum requisitionis, & talem actum, & prædicta facere per hunc modum. ¶ Talis Iudex posuit in banno Communis Papiæ .P. ad petitionem .M. pro condemnatione crediti, vel ficti, vel alterius talis causæ, specificando causam, seu titulum obligationis, & quantitatem debiti suæ obligationis ibi, ipso P. citato, & requisito per talem seruitorem, ad petitionem dicti M. prout retulit, & refert dictus seruitor. Et inde dicti Iudex, & M. hanc chartam fieri iusserunt, & præceperunt interfuere, &c.

Summarium ad statutum 5. in ciuilibus.

1 *HOC statutum, & si à iure communi exorbitans, laudabile tamen est, & quando possit Index procedere per præceptũ executiuum.*
2 *Ampliatur etiam in debito à debitore confessato.*
3 *Debitum confessatum, habet paratam executionẽ.*
4 *Intellige in debito confessato per instrumentum iuxta formam consuetudinis.*
5 *Ampliatur regula secundò, in debito confessato coram Notario.*
6 *Ampliatur tertiò, in testibus iuratis publicatis.*
7 *Ampliatur quartò, etiam respectu directè actionis, & vtilis dominij.*

8 *Ampliatur quinto in licentia personali.*
9 *Amplia sexto, vt priuilegium actori concessum, dicatur etiam concessum reo, & quomodo procedat.*
10 *Similiter procedit in debito ex vi sententia, qua transitum fecit in iudicatum.*
11 *Idem si inter partes, ita fuerit conuentum.*
12 *Hoc statutum an procedat etiam quoad tertium.*
13 *Limitatur secundo quando contractus negatur.*
14 *Causa de quibus in hoc statuto, an habeant instantiam.*
15 *Verba executioni mandentur, an prohibeant appellationem.*
16 *An autem habeant instantiam triennalem.*
17 *Statutum mandans exequi, intelligitur contra debitores, non contra singulares successores.*
18 *An autem executio possit fieri contra heredem non nominatum in instrumento.*
19 *Hoc statutum procedit in instrumentis liquidis secus in illiquidis.*
20 *An hoc statutum procedat quando extra forum Papia petitur executio instrumenti confecti per Notarium Papia, num. 18.*
21 *Instrumentum confectum per Notarium non Collegiatum an inducat probationem.*
22 *Petitio Consilij sapientis non habet locum, quando de debito constat per instrumentum.*
23 *Instrumentum alibi confectum an Papia habeat executionem paratam, ex hoc statuto.*
24 *Instrumentum debet exhiberi authenticum, non abolitum, nec cancellatum, vt possit mitti executioni vigore huius statuti.*
25 *Appellari an liceat ab executione instrumenti ad formam huius statuti.*
26 *Mandatum speciale an requiratur in appellatione interponenda in executiuis.*
27 *Quid si in mandato sit apposita clausula ad appellandum.*
28 *Instrumentum an possit exequi, tam respectu certi, quam incerti, & vide num. 27. & an respectu eorum, qua non leguntur in instrumento tacite tamen veniunt, & ibi ad plura infertur maxime obligationem marito, pro dotis restitutione.*
29 *An testes de quo in hoc statuto debeant esse rogati.*
30 *Paria sunt totam scripturam scribere, vel tantum subscribere etiam si à tertio de partium voluntate sit subscripta.*
31 *An hoc statutum procedat in libris rationum, & listis.*
32 *Clausula aliter non valeat, quid operetur, remissiuè.*
33 *An possit renuntiari citationi in scriptis.*
34 *Exceptiones expensarum, vel melioramentorum an admittenda in casu huius statuti.*
35 *Bannum datum debitori an possit remitti debitori per creditorem absque iudice.*
36 *Creditor recipiens satisdationem à debitore posito in banno ratione contumacia, an teneatur renuntiare banno.*
37 *Conuentus ex instrumento non liquido si sit contumax, agi poterit contra eum executiuè.*
38 *Quibus personis competat ius executiuè agendi an fideiussori heredi.*
39 *Ex computo seu saldo per partes firmato & recognito, siue in iudicio iudices, siue auctoritate confecto executiue agi potest, etiam si in contumaciâ factum sit partis non eligentis.*

1 T si hoc statutum sit exorbitans à iure communi, quo executiuum præceptum † non conceditur, nisi preuia sententia, iuxta Bart. & alios in l. 1. C. de execut. rei iud. Rebuf. de liter. oblig. in principio, est tamen laudabile Massa in sua praxi formæ Cameralis, prima part. quæst. 1 num. 18. Cumia super ritibus magn. cur. cap. 6. ad finem.

Item statuimus] ex dispositione huius statuti constituo regulam affirmatiuam, quæ est in omnibus casibus hic expressis à statuto, debita sunt condemnata, & executiua, quando autem, & quibus in casibus possit Iudex concedere præceptum executiuum, tradit Ias. in l. nec quiquam, § vbi decretum, ff. de off. proconsul. & leg. latè Math. coler. de process. execut. cap. 2, & seq.

2 Amplio præter casus à statuto enumeratos, primo procedere etiam in debito à debitore confes-
3 sato, quod pro condemnato habetur; † & sic confessio debiti habet paratam executionem, Rebuff. tom. primo, tit. de chirographo, num. 46, cui tamen non adheret, Hippol. Marsil. singul. 135. & malè, vt idem met Mars. mutato in melius iudicio sensit singul. 484. si vera loqui fas est, declarat tamen Marant. de ordin. Iud. part. 6. tit. de produc. instr. num. 13. circa medium, non habere locum, quando instrumentum debiti confessatum
4 factum non esset iuxta formam instrumentorum, & secundum loci consuetudinē, nam tale instrumentum robur non habet, nec firmitatem aliquā, sed remanet sola confessio, que non habet statim executionem paratam, licet habeat vim sententiæ & vide latè apud eum.

5 Secundo † procedit etiam statutum, si quis fateatur debitum coram Notario, qui de tali confessione conficiat instrumentum &c. talis namq; confessio habet paratam executionem, Menoch. in tract. adipis. remed. 4. num 104.

Tertiò idem dicendum si fuerint iurati, & exa-
6 minati testes, deinde publicati, † nam probatio per testes, habet executionem paratam, secundū Dec. in l. fin. num. 39. C. de edic. diu. Adr. toll. licet Ias. ibi nu. 20. teneat quod non; Felin. in cap. sicut de re iud. & opinio Dec. magis mihi placet per tex. in c. peruenit primo, de testib. cog. & l. 1. ff. de fid. instrum. sicut enim instrumentum, instruit mentem Iudicis; sic, & testes causam instruunt, Specul. de instrum. edit. §. instrumenta, l. notionem, §. instrumentorum, ff. de verb. signif. Mascard. de probat. in principio, quæst. 6. nu. 106. conuenitque hoc in casu mens, & verba statuti, Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. prima, cas. 63. nu. 5. & 6. qui ex multis probat instrumentorum appellatione venire testes publicatos, etiam ex proprietate sermonis, & communi vsu loquendi, contra Tiraq. ibi relatum, & à pari procedunt, probatio per instrumentum, & per testes Rom. sing. 305. num. 9. & sing. 749. & latè etiā hanc opinionem tuetur nouissime, Ruginel. lib. pract. quæst. cap. 8.

7 Quarto procedit statutum, nedum respectu directè actionis, sed etiam vtilis, hoc est, vt cogi possit debitor ad faciendum instrumentum, Ripanus meus maternus in l. 2. num. 49. ff. sol. matr. quod intelligitur de instrumento simplici, non autem guarentigiato, Tiraquel. de retract. lignag. § 39. num. 2. & seq.

8 Quinto procedit in licentia personali † vt per statutum

statutum infr. in ciuilibus 16. sub rubr. quod potestas teneatur dare baruarios, vbi dixi.

9 Sextò priuilegium actori concessum † reo quoque circa ordinem procedendi censetur concessum, secus tamen in decidendo, glo. in §. & ex contrario, in verb. siue Inst. quib. alien. licet vel non, Rebuff. in comment. ad consuet. regn. Gal. Tom. j. tit. de chirograf. in præfatione in fine.

10 Septimò, idem † in debito ex vi sententiæ, quæ transitum fecit in iudicatum, cap. quod ad consultationem, & c. cū aliquibus de re iud. late Matheus Coler. de process. execut. cap. 2. per totum.

11 Idem vbi ex conuentione † contrahentium contractus executionem paratam habet, quale est pactum in casu moræ, licere creditori propria auctoritate ingredi, vel aprehendere bona debitoris, de quo in l. creditores C. de pignor. vbi Bart. quæ licet loquatur in casu mutui, extenditur tamen ad pignus, venditionē omnesq; mundi contractus; Coler. late de hoc pacto de process. execut. part. 1. cap. 5. cum seq. Menoc. adipisc. possess. remed. 5. nu. 34. & seq. Tiraq. de iur. constit. part. 1. num. 37. & seqq.

Plura possem proseq. ad ampliandam dispositionem præsentis statuti, sed ommitto, cum plene sit examinata tota pene series huius nostri statuti, per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 42. per totum. vide ibi latissimè, cum ampliando, tum declarando, tum etiam ad plura inferendo; & infr. etiam num. 26. & seq & per Coler. de proces. execut. per totū, dum in prima part. tractat de causis habentibus executionem paratam; in secunda de personis nempe quibus personis, & contra quas ac coram quo iudice detur, & concedatur præceptum executiuum; & in 3. quomodo, & qua forma sit procedendum.

Nota tamen præsens statutum, non habere locum
12 quo † ad tertium, & personas, non nominatas in instrumento Alberic. in l. 3. num. 7. C. de pignor. Imol. in clem. 1. col. 5. de re Iudic. Alex. in l. à diuo Pio §. si super rebus ff. de re Iud. Felin. in c. exceptionem col. 7. in fine de except. Asyn. in praxi. §. 31. c. 2. limit. 25. nu. 3. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. nu. 848. ideo non dabitur contra patrem nec contra debitorim debitoris, minusq; contra singularem successorem, ex traditis per Carpan. ad statutum Mediolani 42. nu. 99. & seq.

Item quando super contractu est controuersia, &
13 contractus negatur; nam tunc † causa non dicitur executiua, quia omnis dispositio præsuponit substantiam actus, Crau. de antiquit. temp. §. 3. nu. 4.

Vtrum autem cognitio harum causarum habeat instantiam, videtur quod sic, per statutum tertium s.
14 de quibus causis summarie † cognoscatur; contrarium tenet Castr. in l. cum quędam puela §. fin. ff. de iur. om. Iud. vnde dici potest de iure communi non habere instantiam, secus ex dispositione statutorum nostrorum.

In verbo, & proinde executioni mandentur] per ista
15 verba † censetur prohibita appellatio Ias. consil. 187. num. 23. lib. 2. post Cuman. in l. 2. num. 31. ff. de appellat. recip. notandumq; quod omnis ille, contra quem reperitur parata executio, habetur pro condemnato Bald. in l. certum est C. famil. er-
16 cisc. quæritur an habeat instantiam triennalem † Pract. Pap. in forma execut. sent. glo. fin. Barto. & ibi Alex. in addit. in l. litibus C. de agric. & censi. lib. 11. Curt. in l. 1. col. 4. C. de iur. calum. Lanfrāc. de Oriano in clem. sepe col. 13. in princ. de verb. signif. & Ias. in l. properandū in princ. l. col. 3. C. de Iud. & Bero. cons. 38. nu. 7. lib. 3. concludunt quod tales causæ executiuæ habeant instantiam triennalem, & non possunt vltra durare, nisi per statuta locorum aliter sit prouisum.

Et dum dicit executioni mādentur, intellige contra
17 ipsos debitores, non autem † contra singularem successorem, Bald. in l. 1. col. 2. C. com. de leg. Ripauus mihi maternus in l. 1. §. si hæres, num. 2. ff. ad trebell. nisi tamen cessionem haberet à creditore, Neguſ de pignor part. 4. principali, nu. 31. Matt. Coler. de proces. execut. part. 2. cap. 2. num. 28. & seq. Carpan. ad Statutum Mediolani cap. 42. num. 84. & seq.

18 Poterit tamen hæc executio fieri † contra hæredem, licet non sit nominatus in Instrumento, Ias. in §. fuerat col. 14. Inst. de actio. DD. omnes in l. 1. §. si hæres. ff. ad sen. cons. trebel. & in l. postulante eod. tit. l. ex contractu l. miles §. fin. ff. de re iud. Math. Coler. de proces. execut. part. 1. cap. 10. nu. 274. & seq. vbi limitat octo modis, Carpan. ad statutū Mediolani c. 42. nu. 106. & seq. Anton. Canar. de execut. instrument. limit. 30. Bero. q. 57. Ias. in l. si cui legatur §. fin. nu. 6. ff. de leg. 1. Carpan. declarando d. cap. 42. nu. 106. cū seqq. licet contrarium tenuerint Ang. & Alex. in d. l. postulante, & Socin. in l. qui romæ §. augerius ff. de verb. oblig. & cons. 293. Dec. in l. heredem ff. de reg. iur. attamen vbi velimus conciliare vtramq; opin. possumus dicere, secundum aliquos, aut statutum, vel pactum concedit executionem instrumento, causæ, vel contractui; aut vero personis; primo casu heredis persona dicitur comprehensa ex legis natura & dispositione, & ideo venit etiā hæres, Alexan. consil. 95. In causa & lite ad finem lib. 1. Castren. cons. 301. Roman. cons. 38. In casu proposito col. 1. Soc. cons. 120. vers. quarto principalem; Aut vero concedit executionem contrahentibus, vel contra nominatos in instrumento, & tunc non venire heredis personam, tenuit Soc. d. cons. 120. tamquam heredis persona sit diuersa, saltim veritate, licet fictione sec^o, à persona defuncti Doct. in l. Gallus §. & quod si tantum, & §. quod si is ff. de lib. & posthum. mihi tamen non placet, quia etiam si statutum in personam loquatur, comprehendit etiam personam heredis, etiam si de captura disponit, Alex. cons. 88. nu. 2. lib. 2. vbi D. meus Rouesc. in add. & cōs. 18 n. 16. lib. 5. Cott. in memor. incip. heres censetur.

In verb. ac si essent condemnata] Bal. in l. 1. col. 3. C. de eden. & sic important. perinde ac si per sententiā in iudicatum transactam cōdemnatus esset, Doct. in l. quarta §. condemnatum ff. de re iud.

In verb. instrumenta omnium debitorū] vera est sta-
19 tuti dispositio stantibus Instrumentis liquidis, † si vero instrumenta non sint liquida, non habent paratam executionem, Alex. cons. 25. num. 8. col. 3. vol. 2. repetit cons 90. lib. 3. Castr. cons. 277. & 301. Bart. in l. 2. §. Prætor. ff. qui satisd. cogantur Rip. auus meus in l. ex facto §. fin. ff. ad Trebel. & in l. 4. §. condemnatū ff. de re iud. Dec. cons. 499. col. fin. nu. 14. Bal. in l. & si quidē C. de except. Barbat. cons. 15. nu. 7. & cons. 28. num. 7. lib. 1. Corn. cons. 221. col. 4. vol. 4. Aret. in §. curare num. 14. Inst. de act. Anton. Canar. de execut. Instrum. q. 14. nu. 3. liquidum autem quod dicatur tradit Menoc. cons. 458. nu. 7. & seq. lib. 9. & dicam infra statuto seq. & late per Grass. in tract. de except. cap. 36. per totum Surd. decis. 23. per totum.

Sed

Sed quid si de instrumento confecto per Notarium Collegij Papiæ, peto executioné alibi.† Ias. in l. cum quædam puella, in fine princ. ff. de iur. omn. iud. concludere videtur, quod non, possit cócedi executio, sequitur Marant in suo specul. aureo, tit. de execut. sententiæ, nu. 10. vers. item quando.

Sed contrarium verius est, quia in his, quæ respiciunt decisionem litis, sunt attendenda statuta loci, in quo celebratus est contractus, Ias. in l. prima, in prima lect. nu. 6. & 22. vers. tertium principale, C. de sum. trin. & fid. cath. Bal. in l. prima, in 5. q. C. ne filius pro patre, Alex. cons. 37. col. 3. vers. præterea, lib. 2. idem Alex. in l. à Diuo Pio, §. sententiam Romæ, num. 12. ff. de re iud. Ruin. cons. 69. nu. 5. lib. 4. vbi de communi; eandem communem asserit, Rol. à Vall. cons. 100. nu. 11. lib. 3. Decian. responso 11. num. 185. lib. 1. & 109. nu. 39. lib. 2. declarando procedere in his, quæ oriuntur circa naturam contractus tempore cótractus, secus in his quæ oriuntur post contractum perfectum, ob negligentiá, vel moram cómissam, in his etenim non attenditur locus contractus, sed locus in quo mora, vel negligentia est commissa; Bart. in l. cunctos populos nu. 19. & 20. C. de summ. trin. & fid. cathol. vbi Purpur num. 154. & 161. Alderan. Mascard. de generali statut. interpret. conclus. 7. nu. 75. vbi, nu. 76. declarat, quæ dicantur decisoria & quæ ordinatoria processus.

An autem Instrumenta confecta per alium notarium, qui nó sit de collegio, inducant saltem aliquá probationem, Soc. Sen. cós. 97. Dec. cons. 17.

21 col. fin. Bart. † qui tenet quòd sic, in l. vniuersos nu. 13. C. de decurion. lib. 10. Dec. cons. 169. col. 2. nu. 2. versic. non obstant, & Bart. in d. l. vniuersos ponit, quod etiam vbi est instrumentum, potest peti consilium sapientis, licet de iure communi sit contrarium; quod scilicet executio instrumenti habentis executionem paratam non cómittatur,

22 † idem Bart. in l. post rem vbi Ang. & Imol. ff. de transac. & in l. eleganter in princ. ff. de condit. indeb. Roman. cons. 504. nu. 6. Alex. consil. 62. nu. 8. vol. 2. loquentes in compromisso.

23 † An autem Instrumenta confecta in alia ciuitate, in qua non est simile statutum, si hic producantur, habeant executionem paratam; Ias. in l. cunctos populos C. de sum. trin. & fid. cath. & in l. cum quædam puela, ff. de iur. om. iud. vbi Cagnol. in simil. nu. 33. videntur tenere quod sic; quod verum teneo, quia quo ad executionem statutum loci iudicij seruandú est, cum executio dicatur concernere ordinem & non decisionem; Bald. in l. 1. q. 4. C. ne fil. pro patr. Bart. & Doct. in l. à diuo pio §. sententiam, ff. de re iud. Anchar. q. 3. nu. 3. Decia. responso 109. nu. 40. lib. 2. post Bart. in l. cunctos populos nu. 30. C. de sum. trin. & fid. cath. Borgn. decis. 10. nu. 31. part. 1. Prosper Carauit. in ritibus Magn curiæ rit. 28. nu. 7.

Sciendum est autem quòd ille qui vigore huius

24 statuti agere vult executiue, † debet ostendere instrumentum authenticum, non abolitú, neq; cancelatum, & de cuius fide nequeat dubitari; iuxta tradita à DD. in l. fin. C. de edic. Diu. Adr. toll. item quòd instrumentum sit confectum secundum consuetudinem loci, latè Petr. Rebuff. in tract. litt. obligat. art. 1. glo. 7. & 8. tom. 1. & dixi supra.

25 Nunquid autem † ab executione instrumentorum, quæ fit vigore istius statuti possit appellari, dic regulariter quòd non l. ab executione vbi glo. C. quorum appell. non recip. & Bart. in l. ab executore. ff. de appell. Ant. Gabr. lib. 2. recent. sententiarum tit. de appell. concl. 4. Ias. cons. 187. num. 23. lib. 2. si tamen appellari contingat, & appellationem admitti, tunc talis appellatio minime potest habere effectum suspensiuum, sed solum deuolutiuum; Marant. de ordin. Iud. tit. de appell. q. 7. num. 407. & latè per Ruginel. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 342. cum plurib. seqq.

Non sufficit autem ad appellandum in ijs cau-

26 sis executiuis mandatum generale, † Sed speciale requiritur, Vant. in tract. de nullit. in titul. de nullit. ex deffect. inhabilitatis seu mand. num. 95. circa finem.

27 † Si autem in mandato sit apposita clausula, item ad appellandum, tunc huiusmodi mandatum sufficit, Vant. vbi supra, num. 96.

Nota etiam, quòd instrumentum potest exequi

28 executiue † tam respectu incerti, quàm certi, & expressi, & respectu eius quod virtualiter continetur, Bal. in l. 1. in fine, ff. de leg. 2. & in l. 2. C. de sent. quæ sine cert. quant. & in l. 1. ff. de edendo; facit quòd notat Ias. in l. certi condictio, §. quoniam col. 3. nu. 9. & nu. 10. ff. si cer. pet. vbi idem dixit, de liquidandis per ipsum instrumentum; quàm deliquidatis, & in §. fuerat. nu. 3. post Aret. ibi Inst. de actio Cagn. in l. cum quid nu. 31. ff. si cert. petat. Gramatic. decis. 103. nu. 15. inferens ad maritum, qui fatetur per instrumentum simpliciter dotem recepisse, vt intelligatur, etiam obligatus restituere, & hypotheca subintelligatur; Crau. de antiq. temp. part. 1. versic ampliatur nu. 34. & 39. Roder. Suarez in l. post rem iudicatam versic. extende nu. 5. circa med. de re iud. fol. 563. Tiraq. de legib. connub. gl. 5. in principio Anton. Gama decis. 51. nu. 8. & 206. num. 3. & afferunt pro eorum sententia l. si duo patroni, §. marcellus, ff. de iur. iuran. vbi contra maritum iuranté dotem recepisse datur actio ex iuraméto ad illius restitutioné ad idem tex. in c. 1. de iur. iur. in c. cú olim de censib. l. cum quid ff. si cert. pet. l. prætor ait, §. interdictum, vbi gl. ff. de nou. op. nunt. l. quod ita scripsero ff. de condit. & demonst. l. si pactú vbi Doct. ff. de probat. l. si quis locuples, ff. de manum. vend. l. fin. ff. quod cum eo.

Contrarium tamé videtur tenere, Bart. in l. proinde, §. notandum, ff. ad l. Aquiliam, secundum tamen Rodericú Zuarez. in declaratione legis post rem iudicatam in declaratione l. regni limit. 4. nu. 5. & 6. Alex. in l. fin. §. titius nu. 5. ff. de vulg. in l. in illa nu. 7. ff. de verb. oblig. Dec. in c. translato nu. 4 vbi Fel nu. 3. & seq de constitut. Soc. Iun. cós. 136. nu. 4. lib. 2. Ozasch. decis. 129. nu. 3. late Cumia. super ritibus magn. cur. cap. 6. num. 59. & seqq.

Adfertur pro eorum sententia, lex. stipulationes non diuiduntur, §. celsus, ff. de verb. oblig. & l. 3. §. si quis nauem, ff. de exercit. act. l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. l. 1. ff. de his quæ in testam. delen. l. legem C. locat. l. quod certú. ff. eod. quia in statutis maxime correctorijs iuris communis stricta fit interpretatio Cattel. Cott. in verbo Instrumentum publicum, Ruin cons. 144. nu. 7. lib. 4. Ozasch. decis. 129. nu. 9. Distinguunt aliqui, aut statutum loquitur generaliter, & simpliciter; & tunc veniunt tacita, aut vero concedit executionem secundum tenorem instrumenti, & secus; Fel. in d. ca. translato nu. 5. Cagn. in l. cú quid nu. 30. Alij dicunt, aut tacitú venit de necessitate, & cóprehenditur in statuto; aut illatiue, & persuasiue, & secus; Cagn. ibi nu. 32. Cumia. super ritibus magn. curiæ c. 6. num. 8.

Alij, quibus assentio, dicunt, aut tacitum venit ex iuris interpretatione, aut non; primò casu comprehenditur in statuto, & habet executionem paratam; secundò vero casu nequaquam; sic, Gales. de oblig. in form. Cam. part. 3. consid. 2. nu. 12. & seqq. Mancin. de iuramento part. 4. effectu 96. nu. 5. Hinc ex tacita hypothec. dabitur executio, Asin. de execut. cap. 59. §. 3. Idem secundò, ex pacto nudo in instrumeto redacto, Asin. dicto loco nu. 56. & 57. quicquid dixerit Rim. cons. 277. nu. 23. lib. 2. Tertiò promittens per instrumentum restituere granum cum expensis, damnis, & interesse, tenetur etiam ad æstimum quanti plurimi, Ozas. decis. 129. Quartò, stante locatione tacita renouata, agi poterit executiuè, Cumia supra cit. loco, nu. 93. & 94. qui nu. 95. ait idem in casu ficto, qui sit expresso æquiparatus; Quinto idem in eo, qui tacitè ratificauit instrum. Crauet. cons. 101. nu. 3. & 158. nu. 1. videndus etiam M. Anton. var. resol. lib. 2. resol. 60. cas. 22. qui licet contrarium teneat, attamen intellectus vt supra, non repugnabit, accedat etiam Surd. decis. 254. nu. 39. Stefan. Gratian. disceptat. forens. cap. 37. nu. 45. & seq. Magon Rot. Lucens decis. 78. nu. 11. & seq.

29 In verbo, in præsentia trium testium] † dic, quod isti testes debent esse rogati, vt dictum est supra statuto tertio, & est gl. singularis in l. si nullum, in gl. prima, ff. de repud.

30 In verbo, & scripta, vel subscripta] dic quod † paria sunt totam scripturam scripsisse, vel illi tantum subscripsisse, Inst. de empt. & vend. in princ. in l. si quis ex argentarijs, §. cogentur in fine, ff. de edendo, Rebuff. d. tract. de chirogragho, vbi latissimè, Alex. in l. ita stipulatus, §. chrisogonus, col. 2. & 3. ff. de verb. oblig. Aret. in proem. instit. nu. 11. vers. sexto noto, Alex. cons. 147. nu. 4. lib. 2. vide latissimè ampliando, & declarando Anton. Gabr. lib. primo, recept. sente ntiarum, tit. de præsumpt. conclus. 3. Cæsar Barz. decis. Bonon. 21 nu. 7. & decis. 36. num. 14. cum sequentibus. Idemq; est si subscriptio facta sit à tertio de voluntate partiũ, Doct. in l. admonendi, ff. de iur. iuran. Crau. cons. 3. num. primo, talisq; subscriptio excludit ignorantiæ suspicionem, Crau. cons. 25. nu. 13. lib. 1. & cons. 73. nu. 40. latissimè Cardin. Tusch. in suis pract. conclus. littera S. conclus. 761. vbi plura deduci possunt.

31 An autẽ verificetur in libro rationum, vel lista, scripturaue alicuius, reperta in filcia instrumentorum Notarij, imperfecta tamen, an ex ea possit sumi publicum instrumentũ; habetur per Aret. cons. 51. quoniam non agatur, Menoch. cons. 42. per totum, Mising. singul. obseruat. cent. 6. obseruat. 73. latè alios referens, Honded. cons. 65. per tot. vol. primo, & dixi infra ad statutum 46. & quomodo intelligatur, Dec. cons. 37. col. prima, & 2. & cons. 40. col. 2.

In verbo absq; aliqua impositione] regulariter de iure, contra est, vt per Abb. & alios in c. primo, in 3. not. de iudicijs.

In verbo, quæ cittatio fiat in scriptis, & aliter non valeat] vide subsequens statutum 9. & duo seqq. & Nouas Mediolani Constit. in tit. de Iudicijs, cap. in citationibus, nota tamen, quod per

32 illam clausulam aliter non valeant, † tolluntur dicta, de quibus per Socin. iun. consil. 75. colum. 2. in fine volum. 2. nu. 4. & seq. dum supponit †

33 tacitè posse renunciari huic citationi in scriptis, parte non opponente, quia cum statutum procedat annullando, dicitur idne forma, quæ nec expresso, nec tacito partium consensu, potest tolli, Alex. consil. 36. num. 13. & seq. volum. 4. Dec. consil. 225. per totum, glos. in cap. statutum, in verbo, committantur de rescript. in sexto, Ias. in l. omnium, num. 8 C. de testam. cum vulgaribus; ego tamen adhererẽ sententiæ, Soc. iun. tenendo valere citationem absque scriptis, parte non opponente, ex his quæ cumulatè tradit Ias. in l. vniuersa, C. de precib. emp. off. Natt. cons. 685. vbi enim fauore alicuius lex actum annullat, intelligitur parte opponente, Rip. auus meus in l. 4. §. hoc autem iudicum, ff. de dam. infec. & quia cum fauorem priuatum hæc forma cõcernat illi renunciari potest, l. pen. vbi Dec. & alij, C. de pact.

34 Quid si aduersus citationem, & executionem, opponatur exceptio expensarũ, vel melioramentorum, an admittenda sit, † dic quod sic; quia nõ tollit executionem, sed modificat, & sic talis executio fieri non poterit, nisi liquidatis prius ipsis expensis, seu melioramentis, Ias. in l. prima, C. de iuris, & fact. ignor. num 11. & alij, Orian. in cap. quoniam contra, in verbo, attestationes, in principio, colum. 28. circa medium, extra de probat Bald. latè in l. peremptorias, C. sententiam resc. non poss. Garsia. de expen. & meliorat. cap. 6. nu. 15. Anton. Canar. de execut. instrum. q. 20.

35 In verbo, qui scriptus erit in banno]† an bannum datum per Iudicem debitori, ad instantiam creditoris Papiæ in contumatiam, possit, ab ipso creditore remitti sine Iudisis auctoritate, si partes fuerint concordes, Ias. in l. curatores, num. 12. ff. de officio procurat. cæsaris, videtur tenere, quod sic, attamen illud intelligitur, nisi aliquod ius esset Fisco quæsitum, vel quia respublica esset per hoc læsa, ex his quæ in simili de furto dicũtur, quando dominus post accusationem, & præceptũ formatum comparet, dicens rem de eius consensu fuisse captam, quia per hoc non tollitur ius Fisco quæsitum, Bart. in l. inter omnes, §. rectè, num. 2. ff. de furt. Pract. Papien. in forma inquisitionis, in verbo præter, & contra, num. 2. in praxi tamen seruatur, quod creditore comparente, & concorde remittitur bannum.

36 Sed, † quid si aliquis sit in banno, ratione contumatiæ, & postea creditor ab eo recipiat satisdationem, censetur renunciare præiudicio banni, † Bal. in l. cum venditor, §. eleganter, ff. de commissoria, & not. quod etiam si instrumentum non esset liquidum, reus tamen conuentus ex instrumento, sit cõtumax, agi poterit executiue, Marin. Frecc. de præsentat. instru. par. 3. nu. 26. & seq.

38 Non solum autem creditori, † sed, & fideiussori debitoris, & heredi vniuersali, legatarijs, fideicommissarijs, singulari successori, cessionem habenti, procuratorique conceditur, ex latè congestis per Mathiam Coler. de process. execut. part. 2. cap. 2.

39 ex cõputo pariter, seu, vt vocant saldo inter partes firmato, & à partibus recognito, executiue agi potest Boer. dec. 295. nu. 16. vel nisi apud acta fuerit gestum, tunc .n. æquiparatur confessioni, & ob fomentum iudicij habet executionem paratam, Surd. cons. 271. num. 45. in omni namq; contractu iudiciali, executiue procedi potest, Coler. de proces. execut. part. 3. cap. 2. nu. 23. & seq. Stefan. Gratian. latè discept. forens, cap. 183. col. 1. & seq. vbi non solum in computis, & actu iudiciali hoc firmat, sed etiam in qualibet scriptura recognita, ac in computis factis in deputato à Iudi-

cc

ce in contumatiam partis non eligentis, idemqꝫ in sigillo recognito, ex Coller. de processf. execut. part. 3. cap. primo, num. 101. & seq.

In verbo, si verò consilium] dixi supra statuto primo in ciuilibus, sub tit. de commissione causæ fienda Consultori

De exequutione instrumenti, & scripti manu debitoris facti, & subscripti. Rubr. 6.

ITem statuimus, & ordinamus, quod si quis prima facie apparuerit habere debere, per chartam, vel condemnationem, vel arbitria, vel arbitramenta, vel per scripturam propria manu debitoris factam, vel subscriptam. Et intelligatur prima facie, habere debere, si apparet instrumentum principalis debiti, de quo etiam haberet cessionem, vel si agens prætendat se heredem creditoris, vel petat contra eum quem prætendit heredem debitoris, ipso tamen probante infra tempus decem dierum infrascriptum prædicta vera esse. Et postulauerit exequutionem debiti fieri contra debitorem, vel fideiussorem. Teneatur, & debeat Iusdicens ei, seu eis præcipere, quòd infra decem dies vtiles soluat creditori, aut probet quicquid voluerit, quare soluere non teneatur. Quo termino elapso si non probauerit, compellatur omnibus iuris remedijs omni exceptione remota soluere, & satisfacere creditori, & exequutio fiat sine aliqua censura. ¶ Creditor tamen teneatur copiam facere debitori de instrumento obligationis, & condemnationis, vel scripturæ, quo, vel qua petit eadem die, qua petierit exequutionem fieri, vel se ad hoc offerre paratum, ipsumqꝫ instrumentum, & instrumenta penes Notarios officij dimittere toto tempore dictorum decem dierum. Et si per illum steterit, quo minus is, à quo petit copiam, habeat de prædictis, & non dimisserit ipsum instrumentum, & instrumenta vi supra, non computetur illud tempus debitori in prædictis diebus decem vtilibus, quibus steterit per ipsum creditorem, quominus ipsa fiat, & dimittantur vt supra. Si verò infra prædictum tempus facta fuerit aliqua probatio, vel aliquid aliud, quod videatur excludere intentionem actoris, tunc dictis decem diebus elapsis, currat tempus petenti exequutionem quinque dierum vtilium, & reprobandi, & infringendi, & annullandi producta, & probata per ipsum reum. Et quæ dilationes sint communes, tàm reo, quàm actori. Quibus dilationibus elapsis Iudex teneatur per se, vel de consilio alicuius Iurisperiti de Collegio Iudicum Ciuitatis Papiæ, terminare, & per sententiam declarare, infra decem dies vtiles proximos subsequentes, post dictos decem dies; si petitum non fuerit, teneatur idem Iudex diffinire infra dictos decem dies per se, & sine consilio, & infra tantũ tempus duret instantia dictæ causæ.

Summarium ad statutum 6. in ciuilibus.

1 *CIrca hanc materiam Doct. videndi.*

2 *Quibus personis competat beneficium huius statuti, an heredi, legatario, cessionario, non subditis.*

3 *Hoc statutum vti exorbitans, & corectorium iuris cõmunis, strictè intelligendum, & quibus in casibus instrumenta de iure communi habeãt paratã executionem.*

4 *Intelligitur de executione instrumenti liquidi, & vide etiam nũm 36. vbi remissiuè ponitur, quando instrumentum dicatur clarum.*

Quid si liquidatio sit in processu, an sufficiat, & an detur appellatio, cui accedat Rugineli. de appell. §. 2. cap. 3. nu. 549.

5 *Non procedit hoc statutum in contractu conditionali, & sic in venditione ad mensuram ante mensurationem, & quando contractus dicatur factus ad mensuram, vel corpus.*

6 *Contractus venditionis rei consistentis in mensura, sub conditione, quod mensuretur ante mensuram, periculum spectat ad venditorem, & quando dicatur contractus ad mensuram, vel ad corpus remissiuè.*

7 *Contractus perfecti periculum spectat ad emptorem.*

8 *Procedit hoc statutum in contractibus conditionalibus post purificatam conditionem.*

9 *Non procedit statutũ in contractu, vel instrumento imperfecto, vel non habente substantialia, vel etiã non solemnia.*

10 *Statutum loquens de instrumento, intelligitur de valido.*

11 *Quæ necessaria interuenire debeant in instrumento enumerantur, adeo vt eorum ommissio vitiet instrumentum, nu. 12.*

13 *Instrumentum carens aliquo ex substantialibus, non exequitur ex statuto, nec testibus potest comprobari.*

14 Hoc statutum an comprahendat forenses.
15 Contractus non annullatur si instrumentũ careat aliquo ex substantialibus.
16 Quid si expressè dictum sit per contrahentes, quod de contractu fiat instrumentum.
17 Contractus factus per cõtrahentes, cũ expressione, quod fiat instrumentum, an dicatur perfectus ante confectum instrumentum, adeout ante instrumentum licita sit pœnitentia, vide distinctionem communiter receptam.
18 An instrumentum continens quantitatem frumenti propter moram habeat executionem paratam.
19 An procedat in hypothecaria facta in instrumento debiti.
20 Non procedit statutum in instrumento debiti in diem, quando agitur ante diem.
21 Creditor agit ante diem, vt adueniente die debitor soluat.
22 Creditor agens ante diem punitur pœna duplicatarum induciarum.
23 Quid in legato annuo, an possit agi ante diem.
24 Quid si reus non opponat.
25 Non procedit statutum in instrumento confecto post centum annos.
26 Non etiam procedit, quando agitur contra tertiũ.
27 Tertius in instrumento non nominatus, an possit agere ex instrumento.
28 procedit hoc statutum, nedum contra debitorem, sed etiam contra eius hæredem.
29 Statutum disponens debitorem, posse capi, procedit etiam in eius herede, debet tamen in primis probare illum esse hæredem.
30 Statutum loquens super dispositione interpretata à iure cõmuni, illa dispositio recipit declarationẽ à iure communi.
31 Instrumentum alibi confectum, an habeat executionem paratam ex hoc statuto.
32 Hoc statutum an procedat etiam in debito, de quo constat ex testibus examinatis, & publicatis.
33 An statutum reiciens omnem exceptionem, intelligatur etiam de restitutione in integrum.
34 An intelligatur reijcere exceptiones limitantes executionem.
35 An intelligatur reijcere exceptionem, quod instrumentum non est instrumentum ratione alicuius nullitatis, & infra nu. 71.
37 Tertius comparens pro suo interesse, potest impedire executionem datam ex hoc statuto.
38 Non procedit hoc statutum, quando pars petens executionem, non adimplet ex suo latere, & vide nu. 76.
39 Item hoc statutum non excludit exceptiones intrinsecas prouenientes ex eodẽ fonte, contra exceptionem solutionis.
40 Non procedit hoc statutum quoad ea, de quibus non loquitur instrumentum.
41 Non procedit etiam in instrumentis simulatis, vide nu. 75.
42 Non procedit contra clericos.
43 Non intelligitur per hoc statutum reiecta exceptio procedens ex alio instrumento.
44 Non procedit hoc statutum in exceptionibus, vel contractibus vsurarijs.
45 An procedat hoc statutum in præsumpta stipulatione.
46 An procedat statutum in instrumento confecto Papiæ, producto in alia Ciuitate, in qua non adsit simile statutum.
47 An procedat hoc in fauorem heredis creditoris.
48 Quid in dispositione iurata contenta in instrumento.
49 An procedat hoc statutum in cessionario agente contra debitorem.
50 An stante hoc statuto, possit probari, quod Notarius qui fecit instrumentum non erat Notarius.
51 An ex hoc statuto possit opponi exceptio, quod instrumentum sit factum sine causa.
52 An valeat opponi exceptio rei non traditæ.
53 Quid in exceptionibus respicientibus inhabilitatem personæ agentis.
54 Quid in exceptione proueniente ex alio statuto.
55 Quid in instrumento dotis, an possit excipi, quod non sit contractum matrimonium.
56 Scriptura priuata, an habeat paratam executionem iure communi.
57 Statutum loquens de instrumento, an procedat in scriptura priuata.
58 Scriptura priuata non habens subscriptionem, quando probet.
59 Priuilegium huius statuti cessat, quando testes nescientes subscribere, signum, vel sigillum apponunt.
60 Remedium huius statuti non dicitur intentatum, quando eius qualitas est omissa in citatione.
61 Cessio bonorũ, potest fieri, non obstante hoc statuto, pro damnis, & interesse, an executiue agi possit.
62 Iudicium executiuum an habeat instantiam.
63 Debitor, vel creditor, quando prima facie apparere dicatur.
64 Citatio partis, an requiratur in productione laudi.
65 Dictio, si, quot modis sumatur.
67 Agens vti hæres debet se probare hæredem, etiam parte non opponente.
68 Statutum nostrum, dum præfigit decem dies, est correctum per Nouas Constitutiones Mediolani, ex quibus dantur quindecim dies.
69 An transacto termino à statuto, possit produci instrumentum.
70 Instantia an detur in causis executiuis, & quantũ duret.
71 Incidentia, & emergentia regulantur secundum causam principalem.
72 An stante hoc statuto, possit opponi, seu excipi de nullitate, & an talis exceptio nullitatis impediat executionem instrumenti.
73 An possit opponi exceptio conditionis, à qua dependet obligatio.
74 Quid in exceptione precij soluti.
75 An autem valeat opponi exceptio simulationis.
76 An possit opponi exceptio non adimplementi.
77 Ex contractu quis non potest agere, nisi prius probet ex latere suo adimpleuisse.
78 Contractum iuratum non adimplens priuatur commodo dicti contractus.
79 Pœna l. si quis maior. C. de transact. non est in vsu Papiæ.
80 Statutum prohibens omnem exceptionem qualiter intelligatur remissiue.
81 Quid si dicat, quod nulla possit opponi exceptio.
82 Nõ tamẽ intelligitur de exceptione contra tertiũ.
83 Quid si in instrumẽto adesset clausula constituti.
84 An hoc statutum intelligatur reijcere exceptionẽ euidentem, & notoriam.
85 Quid de exceptione contra præsumptionem, & solemnitatem.
86 Et quid de restitutione in integrum.

87 An

87 *An ex hoc statuto dicatur prohibitũ officiũ Iudicis.*
88 *Quid in exceptione ex statuto proueniente.*
89 *Quid in exceptione, quod instrumentum non est instrumentum, & careat solemnitate.*
90 *Quid in exceptione rei non traditæ.*
91 *Exceptiones, quæ possunt opponi, non obstante hoc statuto remissiuè.*
92 *Relatiuum ipsum, quid in hoc statuto importet.*
93 *Instantia in causis executiuis, quæ de iure cõmuni.*
94 *Articulus emergens regulatur secundum priuilegium causæ principalis.*
95 *An ex hoc statuto executiue agi possit pro interesse quanti plurimi ante liquidationem illius.*

1 AD idem videtur congruere † adnotata ad statutũ 34. supra, de regim. potest. sub rubr. quod fides adhibeatur instrumẽtis publicis subscriptis, congruit quoq; statutum præcedens, & statutum infra nu. 150. quod nullus Notarius &c. & 151. quod solutio, & extenuatio contra instrumentũ non possit probari; Ad huius autem rub. declarationem, vide Bart. in l. proinde 2. §. fin. ff. ad l. Aquiliam, & ibi Appost. tex. in l. quinquaginta, ff. de probatio. l. 2. vbi omnes, C. de edic. Diu. Adr. toll. Innoc. in cap. cum venissent, extr. de in integr. rest. Aret. cons. 66. col. pen. in fine, Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo, sũmariè, col. 3 nu. 9. & 10. Soc. sen. cons. 89. vers. tertio, & vltimo, lib. 3. Dec. pulcre cons. 439. sub nu. 3. Nata cons. 51. nu. 4. vol. primo, Ozas. decis. 129. nu. 2. & seq. Tusch. in suis Practic. conclusionibus, lib. 3. littera E. quæst. 490. incipiente executio sententiæ, vel instrumẽti, vbi latè Didac. Coaruu. lib. 2. var. resol. cap. 11. Carpan. ad statuta Med. cap. 42. per totum, Canar. in suo tract. de execut. instrum. Math. Coler. in tract. de processu execut. estq; hoc statutum correctorium iuris cõmunis, quo instrumenta non habent executionem paratam, Boer. decis. 295. nu. 5. Menoc. de arb. iud. cas. 17. nu. 1. etiam si sit iuratum, Surd. cons. 173. nu. 114. & seq. Boer. decis. 295. Ozas. decis. 129. Franch. decis. 118. Thesaur. decis. 26. Aresmin. Tepat. var. iur. sententiarũ, lib. 2. tit. de execut. instrumentorũ, competit autem huius statuti beneficium suppositis, non autem non subditis, cum respiciat tam decisoria, quàm ordinatoria iudicij; Anchar. iun. quæst. 63. nu. 2. & q. 3. nu. 2. & seq. nisi quis esset clericus, Georg. Natt. in tract. statut. fœmin. exclud. in 3. quæst. principali. vers. pro qua opinione. Alciat. in Auth. cassa
2 nu. 12. C. de sacros. eccles. † sicut, & laicus contra clericum, hoc statuto, vti potest, etiam in foro ecclesiastico, Lap. alleg. 81. nu. 2. post Bart. in l. cunctos populos, nu. 19. C. de sum. trin. & fid. cath. cuius opinio communiter reprobatur, vt per Abb. in c. quod clericis, nu. 18. de for. compet. Didac. Coaruu. pract. quæst. cap. 8. nu. 5. hæredi pariter creditoris hoc competit beneficium, Cumia super ritibus magn. cur. cap. 8. num. 2. & 3. Sicut, & legatario, vt per Ioseph. Ludou. decis. Perus. 23. per tot. vbi declarat, nec non cessionario Rom. cons. 38. in principio, Soc. sen. cons. 89. colum. 2. & 3. vol. 3. Mass. de oblig. in form. Camer. part. 3. vers. de persona petentis, Carpan. ad statut. Med. cap. 42. num. 85. & seq.
3 Hoc autem statutum exorbitat à iure communi, † ideo strictè intelligi debet, Calcan. cons. 17. Alex. cons. 42. nu. 3. vol. 4. Soc. sen. d. cons. 89. Carpan. ad statut. Mediolani, cap. 42. in præludijs & nu. 132. cum seqq. vbi enumerat casus, in quibus de iure communi instrumenta habent paratã executionem, vt in instrumento iurato, depositi, testamenti, vel si pactum intercessit, in sententia arbitri emologata, in promissione facta in iudicio, in fideiussorẽ, contra debitorem, in præcepto facto per Notarium parti, contra conductorem. Menoch. de arb. ind. casu 17. nu. 1. & 2. & debet intelligi de executione instrumenti liquidi, vel incontinenter liquidandi, Alex. cons. 188. col. 2. num. 5. vol. 2. & cons. 33. lib. 6. Dec. cons. 628. nu. 5. Soc. inn. cons. 181. num. 78. lib. 2. Bero. quæst. 57. Menoc. de arb. iud. d. casu 17. nu. 2. & seq. vbi nu. 4. remissiuè ex Soc. sen. cons. 51. col. 3. vers. septimo confirma, lib. primo, docet formã liquidationis; & de hoc dixi etiam supra statuto præcedenti, nunc addo D. Costam in tract. de retrotract. casu 9. cap. 8. num. 6. scias tamen, quod etiam instrumenti non liquidi peti executio potest, dũmodo in processu fiat liquidatio, & ideo si instrumentum continet promissionẽ, refectionis damnorum, & interesse potest peti executio, & sufficit, quod in processu fiat liquidatio damnorum, & interesse, Bart. in l. prima, num. 8. ff. de edend. cum Bal. Fulg. Cast. & Roman. idem Bar. in l. prima, vbi Alex. num. 17. ff. de leg. primo, Castr. cons. 165. num. 2. vol. 2. Coaruu. variar. resol. lib. 2. cap. 11. Surd. cons. 248. nu. 12. & 13. & an à sententia liquidationis detur appellatio, Cost. de retrotract. cap. 8. cas. 9. nu. 19. & seq.
5 † Ea propter si essemus in casu requirente mensuram, priusquam mensuratur, contractus perfectus non diceretur, Castr. in l. si seruum, §. si modus, ff. de actio empt. & quando dicatur facta ad mensuram, vel corpus, deillusq; effectu ex modernioribus videndi Fachin. controu. iur. lib. 2. c. 27. Borgnin. decis. 6. nu. 10. par. 2. Bertazol. de clausul. claus. 20. gl. 20. nu. 5. & seq. Surd. decis. 64. & 257. Laderch. cons. 130. D. Costa conciuis, & collega meus in tract. de portion. rat. quæst. 35. nec posset quis huiusce statuti intentare remediũ
6 ante secutam mensuram. † Hinc dicimus, quod si facta sit venditio rei consistentis in mensura, sub conditione, quod mensuretur, ante mensurationẽ periculum spectat ad venditorem; cũ hæc venditio dicatur cõditionalis, & nõ perfecta ante mensurãs Afflict. decis. 399. nu. 3. cum seq. vbi Vrsillus in addit. ad eũ nu. 1. Curt. iun. cons. 14. nu. 16. ac cõs. 76. nu. 7. & cons. 77. nu. 6. quando etiã contractus est perfectus, tunc periculum spectet ad emptorem, Alex. cons. 3. num. 1. lib. 2. & sic de similibus, puta consistentibus pondere, numero, & mensura, vel calculum requirentibus, Dec. cons. 618. nu. 5. & per Bart. in l. 1. col. 2. ff. iud. solui, Petr. Anchar. q. 18. Carpan. ad statut. Mediol. cap. 42. nu. 7. 8. & seq. Ozas. decis. 129. num. 5.
7 Procedit etiam hoc statutum, in instrumentis conditionalibus; post purificatam conditionem, vt per Ang. in l. fin. §. 1. ff de vulg. & pupil. Carpan. ad statutum Med. c. 42. nu. 24. & seq. & per Dec. cõs. 7. col. 3. nam statutũ dans instrumentis executionẽ paratam, intelligitur de puro, non autẽ de cõditionali, ante purificatã cõditionẽ, Bal. in l. si causam, circa finem, C. de execut. rei iud. Imol. in l. fin. col. 10. ff. de acq. poss. Alex. cons. 119. col. 2. vol. 1. & cõs. 20. vol. 6. Soc. cons. 85. vol. 3. Crauet. cons. 10. col. pen. Rim. iun. in cons. 139. nu. 22. lib. 2. Asin. de execut. § 2. cap. 26. num. primo.

Non solum aūt instrumētum debet esse liquidū vt supra dixi ex parte actoris, vt per Soc. d. cons. 89.
9 † Sed debet quoq; esse perfectum, & validum, factum per Notarium publicum, auctoritatem habentem, & quod habeat necessaria omnia requisita ad instrumentum publicum, aliter minime posset executionem habere; ita Afflic. decis. 283. nu. 1. Ruin. cons. 74. num. 4. & seq. vol. 4. Alex. cons. 166. vol. 6. Rimin. Iun. cons. 71. num. 7. vol. 1. Gramatic. decis. 103. nu. 195. & seq. & alia etiam ad declarationem vide, per Alex. cons. 191. vol. 2. & 101. vol. 4. Soc. Sen. cons. 51. nu. 7. lib. 1. Marsil. singul. 135. & 170. Bald. cons. 189. vol. 3. Statutum enim loquens de instrumento debet intelligi de valido
10 † non autem nullo, Bald. in l. fin. §. in computatione ad finem C. de iur. delib. Bart. in l. diuus ff. de testam. nulit. Ias. & Rip. in l. 4. §. condemnatum col. 1. ff. de re iud. Tiraq. de retract. §. 1. nu. 5. cū trib. seq. Rim. Iun. cons. 126. nu. 29. lib. 2. & cons. 269. num. 78. lib. 3.

Necessaria autem ad Instrumenta sunt quam-
11 plurima † primo diuini nominis inuocatio, per ea quæ tradita sunt supra in proemio statutorum de reg. potestatis, & habetur in auth. vt præferatur nomen imperator. §. si qua vero versic. incohetur mox, 2. requiritur annus domini. 3. mensis. 4. dies. 5. hora, 6. consul, vt disponitur in statuto ciuili 32. sub rub. de loco & hora apponendis in instrumentis, & statuto 151. quod omnia instrumēta edantur cum anno, die, mense hora, & consule & per Ang. Aret. in proemio Instit. Dec. in l. si librarius nu. 5. & 6. ff. de reg. iur. specul. in tit. de instrument. ædit. §. breuiter. 7. requiritur indictio, vt habetur 23. distinct. 8. nomen tabellionis, & signum eius l. generaliter C. de tabul. lib. 10. Felin. in c. 1. col 1. & seq. de fid. instrum. Crau. cons. 56. nu. 1. & 112. nu. 13. Didac. pract. quæst. cap. 20. per totum Rol. à Val. cons. 38. nu. 4. & seq. lib. 1. Marant. in sua praxi part. 6. in verbo & producuntur scripturæ nu. 39. & seq. Marin. Freccia in tract. de presentat. instrum. part. 1. c. 1. per totum, & hæc omnia sunt de necessitate instrumenti, ita vt si omittan-
12 tur † instrumentū vitiatur, Orian. in tit. de instrum. product. num. 16. & 18. & 19. & per supra citatos doctores, & latius plura colligi possunt, ex Mascard. lib. 2. de probat. cōcl. 905. cum pluribus seqq. & hæc omnia si in instrumēto interueniant, tale instrumentū vti perfectum, & validum, habet virtute huius statuti executionem paratam, alias secus; Affli. decis. 283. quod si in instrumētū sit nullum, vel careat aliquibus substantialibus vel vitio
13 visibili laboret, cessat executio † vigore statuti, Rimin. Iun. cons. 71. nu. 7. lib. 1. & 126. nu. 26. vol. 2. cum supra allegatis nec potest testibus comprobari, Menoc. de adipisc. possess. remed. 4. nu. 705. Surd. cons. 263. nu. 12. lib. 2.

14 An autem comprehendat forenses † vide Soc. Sen. cons. 130. nu. 12. vol. 1. latius dictum est supra in præludijs.

Aduertendum tñ est, quod si tale instrumētum careat inuocatione, die, & mense, vel aliquo alio
15 substantiali, adhuc tamen non annullatur † contractus, sed sustinetur, vt expresse tradit Dec. cōs. 17. nu. 3. cum seq. nam non omnes contractus de sui essentia requirūt, quod fiat instrumētū vel scri
16 ptura, nisi expresse inter † contrahentes dictum sit, quod fiat scriptura, & instrumentum vt habetur in §. 1. Inst. de empt. & vend. & l. cōtractus vbi Doct. C. de fide Instr. & coroboratur dispositio huius stat uti. in nouis Mediolani constit. in tit. de Iudicijs c. si p apparētem prima facie, vbi ex scriptura priuata recognita agi potest executiue; idem in cōputis etiam factis in cōtumaciam, Stefan. Gratian. discept. Forens. c. 183. per totum. Aduerte tamen quod si de contractu conuentum est, quod fiat instrumentum inter partes, nunquam dicit cōtractus pfectus, nisi pfecto & absoluto ipso instrō.
17 † & partibus lecto; alias antea nulli ius quæritur, l. contractus vbi Bar. C. de fid. instr. Ias. in §. item si quis il 2. nu. 87. inst. de act. cū alijs relatis per Thesaur. Pedem. dec. 197. num. 5. versic. 4. fuit opinio. Ibi tamen tenet contra, & eam reprobat, ea ratione, quia illa conuentio facta inter contrahentes, vt de contractu fiet scriptura], intelligitur secundum iuris dispositionem, scilicet vt scriptura fiat ad effectum perpetuæ probationis, non autem ad perfectionem contractus l. contrahitur. ff. de pignor. cum contractis perficiatur solo cōsensu absque scriptura, §. 1. inst. de empt. & vend.

Quare dicas distinguendo, cū Thes. d. dec. 197. quod aut versamur in contractu de sui substantia requirente scripturā, vt in empheut. vel si scriptura de substantia non requiritur, dictum est per cōtrahentes, quod fiat scriptura de cōtractu, aliter non valeat, & in his duobus casibus contractus nō dicitur perfectus, nisi perfecto, & absoluto instrumento; adeo vt ante confectioné instrumenti licita sit pænitentia; aut vero versamur in contractu non requirente scripturam, & dictum est per contrahentes, qd de cōtractu fiat instrumentū, & tūc dic qd cōtractus est pfectus ante instrumentū, nec est licita penitentia licet nōdum sit factum instru. & sic tenent coīter DD. & fuit distinctio Anchar. Iun. q. 21. prrt. 1. quem sequit Thesaur. post DD. dicta dec. 197. nume. 7. cum duobus seq. quo loci ampliat. & limitat. vnico modo, & cum Thesaur. contra opinionem Cast. in l. contractus tenet Morocius cons. 97. nu. 10. vbi hanc receptissimam testatur, cum hac opinione transit etiam Bertaz. de claus. instrum. clausa 30. gl. 3. nu. 10. versic. sed alia vbi post vtramq; opinionem cum hac distinctione transit; quibus accedat Decian. pleno cons. 64. lib. 3. Honded. consil. 52. libr. 1. vbi plura impropo sito desumi possunt.

An aūt Instrumentum continens quantitatem frumenti, vel olei super æstimatione propter mo-
18 ram habeat executionem paratam † Bart. in l. 2. §. in hac actione num. 10. vbi multa in proposito. ff. comod. tenet quod sic.

An aūt hoc statutū habeat locum super hypothecaria, quæ ratione debiti in instrumento con-
19 tenti mouetur, † & dic quòd sic, & ideo in ea pariter executiue procedendum erit secundum formam huius Statuti Bald. in l. 1. col. fin. C. com. de leg. in terminis huius Statuti Menoch. de arbitr. Iud. q. 45. num. 12.

Non tamen hoc Statutum habet locum in In-
20 strumento debiti in diē † quando debitor agit ante diem, ita expresse Alex. cons. 95. nu. 1. lib. 1. Dec. cons. 439. nu. 3. Osasc. decis. 130. num. 1. vsq; ad num. 9. declarando tamen, vt ibi per eum, scilicet,
21 vt possit creditor tunc agere, ante diem, † vt soluat adueniente die, Carpan. ad dicta statuta Mediolani cap. 42. num. 27. Afflict. decis. 279. vbi Vr-
22 sil. in addit. † Amplia vt creditor ante diem agens puniatur pena duplicatarum induciarum, §. temporales cum §. seq. Inst. de action. Alex. cons. 93.
23 nu. 3. lib. 1. † Fallit in legato annuo, nam tunc potest

test

test legatarius ius de futuro in iudicium deducere, ad hoc ne cogatur singulo anno de iure suo experiri l. 1. vbi Doct. C. de fideic. Bar. in l. 2. ad finem C. eod. & in l. de pupillo §. si in pluribus nu. 2. ff. de nou. op. nunt. Alex. cons. 95. nu. 3. vbi appostil. lib. 1. Vrsil. ad Aflic. dicta decis. 379. Grass. in tract. de
24 success. §. legatum q. 44. nu. 5. † Intelligitur secúdo procedere, reo nō opponente. alias fit condemnatio ante diem, Alex. d. cons. 95. nu. 3. versic. vnde videmus lib. 1.

Item non habet locum in instrumento cófecto
25 post centum annos† quod nō habet executionem paratam, Alex. cons. 60. nu. 3. vol. 1. Item non habet locum contra tertium si agatur hypothecaria
26 † Bar. in l. 1. C. com. de leg. Alex. in l. 1. §. si hæres ff. ad Trebell. Dec. cons. 198. nu. 5. Boer decis. 204. nu. 47. Neguz. de pign. in prima par. 8. q. pricipalis Ruin. cons. 209. nu. 21. lib. 1. in terminis huius nostri statuti Menoc. in tract. adipisc. remed. 4. num. 848. & seq. nisi tertius fateretur debitum Cost. de fact. scié. & ign. cent. 2. dist. 33. nu. 7. hinc est quod tertius non nominatus in instrumento non potest
27 prætendere executioné, † & hoc tam actiué, quā passiué, ex eo quod interesse prætendat, ita Marant. in suo specul. in verb. & post omnia aduertatur circa executionem num. 32. Asyn. in sua prax. Iudic. § 31. cap. 2. limit. 25 nu. 3.
28 Aduerte tamen, † quod remedium huius statuti dabitur contra heredem, etiam non descriptum in instruméto, Angel. in l. 1. ff. de his que in testam. delen. vbi Imol. Idem Angel. & Alex. in l. in ratione §. si filio ff. ad l. falcid. Rim. Iun. cons. 272. num. 12 & 14. lib. 3. Bertazol. de clausul. instrum. claus.
29 12. gl. 4. nu. 2. † volens, post Bart. in l. postuláte in principio, ff. ad trebell. quod statutum disponens debitorem posse capi, procedat etiam in hærede;
30 Alex. cons. 18. vol. 5. ratio est quia, † vbi statutum loquitur, super aliqua dispositione à iure communi interpretata, vt puta de debito, debitore, & creditore, quæ verba à iure communi interpretata important, nedum principalem debitorem, sed etiam eius successorem, semper interpretatur, vt etiam successorem comprehendat, Calcan. cons. 17. Alderan. Mascard. de generali statut. interpret. concl. 2. nu. 8. debet tamen in primis, per creditorem probari, illum contra quem agit esse hæredem, Alex. cons. 188. nu. 2. lib. 2. Rolan. à Val. plene consil. 20. volu. 1. qui respondet contrarijs, & non solum procedit contra primum hæredé, sed etiam vlteriorem, etiam si fiscus, Carpan. ad statuti Mediolani cap. 42. nu. 108. & seqq.

Plures alios casus in quibus non habet locum executio instrumenti vigore dicti statuti, videas late per Carpan. ad statuta Mediolani d. cap. 42. nu. 51. vsq; ad numerum 73. vbi etiam nu. 74. cum seq. ponit numquid instrumentum alibi confectū
31 habeat executionem paratam hic† & an è contra instrumentum Papiæ, confectum habeat executionem paratam alibi, in quo non adsit simile statutū, de quo hic.

32 † An autem hoc statutum tribuat executioné, credito, de quo constat per testes examinatos, & publicatos; dic quod sic, quia acta publica vim habent instrumenti Alex. cons. 36. lib. 6. Menoch. cons. 336 nu. 24. & dixi supra ad statutum præce-
33 dens num. 6. † per istud autem statutum reijciens omnes exceptiones, non comprehenditur restitutio in integrum, Odd. de restit. in integr. q. 42. nu. 32. Menoc. in terminis statuti cons 663. nu. 2. & 30
34 ac seq. lib. 3. † sicut nec comprehendit exceptiones, quæ executionem limitant, & restringūt, Soc. Sen. cons. 51. ante num. 7. versic. 6. lib. 1. Lancelot.
35 Galia cons. 118. nu. 11. † Item non excludit exceptionem qua dicitur, instrumentum non esse instrumentum, Bar. in l. diuus ff. de mil. testam. Alex. cons. 33. col. 1. lib. 1. Rim. Iun. cons. 215. num. 163.
36 lib. 2. † Intelligitur pariter de instrumentis liquidis & claris, vt dixi supra statuto præcedenti, addo Soc. Iun. cons. 187. nu. 78. lib. 2. Menoc. consil. 746. nu. 4. lib. 8. vbi declarat quando dicatur liqui
37 dum, † Tertius tamen pro suo interesse comparens, non obstante hoc statuto potest executioné impedire, Ruin. cons. 209. nu. 21. libr. 1. Menoc. d.
38 cōs. 746. nu. 11. † opponi pariter poterit exceptio in adimplementi, Alex. cons. 111. nu. 2. lib. 1. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. nu. 86. Menoc. dicto cons. 746. nu. 42. Alb. cōs. 591. nu. 3. inferens
39 ad † constitutiones Mediolani tit. de iudic. c. si per apparentem, vt non censeantur reiectæ exceptiones intrinsecæ, & ex eodem fonte prouenientes,
40 Dec. in l. non est nouum C. de eden. † similiter tale statutum tribuens executioné instrumentis, intelligitur quo ad nominatos in eo, secus quo ad alios, Imol. in l. fin. ff. qui & a quibus, Rimin. Iun.
41 cons. 577. nu. 19. lib. 5. † Item non procedit in instrumentis fictis & simulatis, ac falsis Bart. in l. 1. § & parui, ff. quod vi aut clam, & dixi supra statuto
42 præced. Non † pariter locum habet contra clericos, Bald in l. 1. C. de summ. trinit. & fid. cath. late Capr. reg. 15. n. 41. omnes Canon. in c. ecclesia San
43 ctæ Mariæ de constitut. † similiter non censetur exclusa exceptio, quæ oritur ex alio statuto, Rim. Iun. cons. 468. nu. 30. lib. 4.
44 † An autem hoc statutum concedens hoc remedium executiuum creditoribus habentibus publica instrumenta, procedat in exceptionibus vsurarijs, & in contractibus similiter vsurarijs, vide Petr. Anchar. Regiensem in suis q. famil. q. 55. per totam lib. 2. Rebuff. de litteris oblig. art. 2. glo. prima, num 22. Alexand. consil. 83. in fine vol. 1. tenentes quod non; sicut dicitur opposita simulatione impediri executionem, Cabalin. Milleloq. 626. Borg. decis. 2. de contract. part. 2. num. 27. pcedit etiam hoc statutum in tacita & præsum-
45 pta stipulatione vigore instruméti, † quia talis stipulatio habet executionem paratam, Gramat. decis. 103. num. 15.

Non procedit autem dispositio præsentis statuti; vt supra dixi, quando peteretur executio instrumenti in alia Ciuitate, quam hic Papiæ, & in di-
46 cta Ciuitate non esset simile statutum, † quia tūc non haberet executionem paratam, Ias. post alios in l. à diuo Pio post Bart. ibidem in vlt. col. ff. de re Iudic. Carpan. ad dictum statutum 42. nu. 74. & dictum est etiam supra statuto præcedenti; plura alia videas per Carpan. ad dictum cap. 42. vbi pene omnia verba huius statuti declarat cum dictum statutum 42. Mediolani videatur concordare cum præsenti nostro statuto.

47 An autem † agi possit executiue, quandò compromissum non militat, Capic. decis. 35. vbi vult etiam quod heredes agere possint executiue virtute huius statuti, licet de eis nulla sit facta mentio, de quo etiam per Dec. consil. 536. num. 2. sic etiam contra heredem agi posse, & quomodo vide Roland. à Vall. consil. 11. volum. 1. Carpan. ad statut. Mediolani d. cap. 42. num. 106. & 129. & seq. & diximus etiam supra statuto proximo.

An

An autem dispositio iurata in instrumento deducta habeat executionem paratam vigore huius
48 statuti videas, † distinguentẽ inter iuramentum nullum & validum, Ant. de Canar. in tract. de execut. instrumenti in 20. q. num. 45. & seq.

49 An † stante hoc statuto cessionarius poterit executiue agere, dic quod sic, Doct. in l. 1. ff. si cert. petat. Boer. in trac. de statut vrb. præscrip. tit. contra omnes creditores gl. 19. nu. 46. Stefan. Gratian. disceptat. Forens. cap. 37. nu. 44. Item & si statutum
50 reijciat omnes exceptiones † potest tamen probari contra præsumptionem vel solemnitatẽ instrumenti, vt si dicat eum qui fecit instrumentum non esse notarium Ias in l. iuris gentium, §. quod ferè,
51 ff. de pact. † sicut & opponi potest exceptio quę ex eodem instrumẽto patet, vt per Ias. ibidem nu. 14.
52 † item exceptio rei non traditæ vt dixi ad statu-
53 tum præcedens latè, † opponi quoq; pariter poterit exceptio inhabilitatis personæ, Bart. in l. 1. §. deniq; ff. quod vi aut clam, & dixi dicto statuto;
54 † sicut & exceptio ex alio statuto, vt supra dixi; similiter contra instrumentum dotis, potest opponi quod matrimonium non sit secutum Ias. in l. item quia num. 8. ff. de pactis, aliæ poterũt opponi exceptiones, de quibus in præcedenti Statuto, num. 81 & seqq. & per Grass. late de except.

55 † Respectu verò illorũ verborum in rubr. positorum, scilicet, & scripti manu debitoris facti, & subscripti, conferunt quæ tradit Alex. consil. 129. lib. 6. pluraq; tradit, & congerit Rebuff. in tract. de chirographis.

Sed quid de iure communi, an scriptura priua-
56 ta habeat executionem paratam; † dic quòd si fuerit recognita, habet executionem paratam, modo recognitio facta fuerit in iudicio; Boer. decis. 295. num. 15. & vide etiam per Carpan. d. cap. 42. num. 34. & seqq. pluribus, vbi ponit fuisse apposita cum ministerio, hæc verba, scilicet, scripta manu debitoris, nam nisi statutum hoc expræssisset, non
57 venisset scriptura priuata † Asin. in sua prax. Iud. §. 422. cap. 4. num. 4. post Soc. Sen. cons. 41. num. 11. vol. 1. & ibi Carpan. alia plura tradit ad declarationem. Stephan. Gratian. disceptat forens. ca. 283. num. 5. & seq.

Sed difficultas est, an, quando, & quomodo, scri-
58 ptura, seu apocha priuata faciat fidem, † vt si nõ habeat subscriptionem, nec descriptionem testiũ, & altera pars negat illam apocham scriptam esse manu debitoris, creditor dicit velle probare, tunc dic quod si dato termino ad probandum, super ista verificatione, examinati fuerint testes qui dicant non interfuisse, sed notam habere manum debitoris qui scripsit, & facta comparatione cũ alijs scripturis eiusdem debitoris, appareat de eius manu, hoc casu apocha non probat, nisi debitor recognoscat; sed si testes dicerent se fuisse præsentes subscriptioni, & quod notam habent manum debitoris, factaq; litterarum comparatione, appareat de similitudine, non semiplene tantum, sed etiam plene dicta apocha probaret, & executionẽ paratam haberet; ita disputando firmat Afflic. decis. 181. per totam DD. in l. admonendi, ff. de iur. iur. Menoc. de arbitr. Iud. casu 114. & plura per Granut. teorem. 15. per totum, & in materia apochæ, apodissæ, antapochæ, & huiusmodi vide late per Pet. Rebuff. in tract. de chirograph. recogn. in præfat. & per totum tract. tom. 1. Ioseph. Mascard. lib. 1. de probat. conclus. 509. & seqq. viso, & incip. Anton. Gabr. in suis cõmunibus tit. de probatio. concl. 9. per totam Rim. Iun. cons. 235. per totum & cons. 503. vbi agit de probanda scriptura per testes, dicentes notam habere manum, & quid de scriptura vnico teste subscripta, Crau. de antiq. temp. part. 1. section. incip. quæritur etiam num. 34. & seq. pluribus vbi plene de scriptura priuata, Tiraq. de retr. conuent. §. 1. glo. 7. nu. 43. & seq. Magon. Rott. Florent. decis. 122. vbi agit de prælatione inter debitorem chirografarium, & instrumentarium.

An autem statutum locum habeat si scriptura non sit à testibus subscripta, vt quia nesciunt scribere, signum tamen vel sigillum apponunt, nega-
59 tiue concludit † Surd. decis. 137. per totam, plura per Borgnin. decis. 27. part. 2. de recognitione de comparatione, & de fide scripturæ priuatæ Bursat. cons. 113. Menoc. cons. 809. lib. 9.

Huius autem statuti remedium, non potest dici intentatum, quando est omissa qualitas statuti
60 in citatione, † Alex. cons. 1. col. 8. vol. 1. & potest videri, Dec. cons. 262. nu. 4. & quæ dicam infr. statuto 47. de modo dandi curatorem bonis.

61 † Non excluditur autem per hoc statutũ, quin cessio bonorum fieri possit, Alciat. de verb. signfi. lib. 1. pag. 11. ex Bald. doctr. in l. 1. C. qui bon. ced. poss.

An possit autem creditor petere executionem pro damnis, & interesse, non liquidis Ias. quod sic in l. 1. col. 4. num. 31. ff. de edend. & dixi supra ad statutum præcedens nu. 26. & per Mar. Anton. Var. resol. lib. 2. resol. 60. cas. 27. Surd. decis. 254. num. 39. Petr. Cabal. cõs. 46. nu. 14. & seq. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 42. num. 29.

Nota tamen, quod licet iudicium executiuum sit summarium, nihilominus habet instantiam si-
62 cut ordinarium, † Castr. cons. 295. Bald. in l. 1. C. de Iuram. calum. vbi alia in proposito, Corneus cons. 159. num. 13. vol. 1. Marsil. sing. 168. vide Carpan. d. cap. 42. nu. 229. & seq. vbi disserit etiam, an actori an reo incumbat onus sustinendi instantiã.

In verb. quòd si quis prima facie apparuerit] vide Abb. in c. ad audiẽtiam col. 2. extra de rescript.
63 † quando autem prima facie dicatur quis apparere debitor, vel creditor, vide per Carpan. ad statuta Mediolani d. cap. 42. num. 3. & seq. vbi etiam versatur super sequentibus verbis, habere, debere, & in verb. per certam.

64 In verb. per chartam vel condemnationem] † an in productione istius chartæ, condemnationis, arbitrij, seu instrumenti, requiratur citatio partis, videtur quod non, Plot. in repet. l. si quando, §. 16. num. 14. C. vnde vi Bart. in l. 3. q. 3. nume. 14. & 15. C. de pignor. Aret. cons. 32. num. 2. Castr. consi. 91. nu. 6. vol. 1. accedat Carpan. ad statutum Mediolani c. 42. nu. 123. & 142.

In verb. & intelligatur prima facie apparere] vide ad clariorem intelligentiam Nouas Mediolani Const. in tit. de Iudicijs in §. si per apparentẽ, Soc. Sen. cons. 894. num. 3. & vltimo vol. 3. Natt. cons. 51. num. 4. lib. 1.

In verb. si apparet Instrumentum] hæc dictio,
65 si, simpliciter sumitur † primo causatiue, secundo pro quamuis, tertio conditionaliter sic Ias. in l. quæcunq; ff. de officio eius Vulp. c. de aduerb. & præpos. signific. in verbo, 51.

67 In verb. vel si agens pretendat se hæredem] † dic quod etiam parte non opponente, antequam vlterius procedatur, debet se hæredẽ dicere, Soc. Sen. cons. 89. vol. 3. Dec. cons. 61.

In verb.

In verb. vel petat contra eum quem prætendit hæredem]vide Castr. in l. ad probationem C. de probat. Roll. à Val. cons. 11. vol. 1. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 42. num. 116. & 129. & seq. dicens hoc probandum, etiam si agatur contra filiũ debitoris; disputans an idem si filius possideat bona paterna.

68 Infra decem dies] † hodie sunt statuti quindecim dies, ex Nouis Mediolani Const. in tit. de Iudiciis §. 1. si per apparentem, & vide aliqua in proposito per Carpan. d. cap. 42. nu. 147. & seq.

In verb. quo termino elapso] oritur tamẽ quæstio, si elapso, termino horum decem dierum, vel quindecim à Constitutionibus Statutorum debitori; cum eo termino aliquid probauerit, an post illum terminum, poterit creditor producere in-
69 strumentum, † & chirographum suum; & dici-
70 tur quod sic; † quia remedium istius statuti est executiuum, & ideo instantiam non habet limitatam, nisi dictorum quindecim dierum, in reliquis eius instantia remanet in dispositione iuris communis, tamquàm omissi, l. commodissime. ff. de liber. & posth. Marant. de ordin. Iud. part. 5.
71 num. 8. versic. 3. amplia, † idemq; est dicendum in articulo incidenti, vel emergenti, qui regulatur eodem modo, quo causa principalis, vt dixi statuto præcedenti, nunc addo Menoch. in tracta. adipiscendæ remedio 4. nume. 444. Asyn. in sua praxi Iudic. §. 3. cap. 30. num. 6. Corn. consil. 159. nume. 13. volum. primo, faciunt tradita per Bart. in l. prima, §. ait prætor, ff. de Iur. deliber. vbi vult, quod quando terminus non est à statuto, vel dispositione præfixus arbitrio Iudicis relinquitur, vel saltem æqualitas seruari debet, vt veritas habeatur; Marsil. singul. 168. & vide in proposito, Bald. in terminis statuti huius consil. 219. volum. primo, & circa hæc verba, quo termino elapso, vide Carpan. d. cap. 42. nu. 186. & seq. & in versiculis sequentibus, in quibus versatur etiã circa sequentia statuti nostri verba, compellatur omnibus iuris remedijs, & omni exceptione remota, circa quem versiculum aliqua adiungam.

72 In verb. & omnia exceptione remota] † nota itaq; ex hoc statuto, quod exceptio nullitatis ipsius contractus contra instrumentorũ opponi non poterit, nisi nullitas ipsa perueniat ex serie instrumenti, secundum Rip. auum meum post alios in l. 1. §. si quis ita col. pen. ff. de verborum oblig. nu. 38. & seq. & dixi supra num. 35. an autem talis exceptio nullitatis impediat executionẽ instrumẽti; anceps, & controuersa est quęstio, de qua per Lancelot. de attentat. nullit. pend. num. 150. & seqq. Bero. cons. 119. lib. 3. Bursat. cons. 74. num. 35. ea mihi arridet distinctio; aut est nullitas, quæ cognitionem requirit, aut vero euidens est, & ex facie & lectura instrumenti omnino patens; primo casu non retardat, ne detur executio sententiæ adhuc ferendæ, & nondum latæ, maximè quando quis est . i possessione vtẽdi instrum. Io. de Amic. consil. 150. & alij supra citati; secundo vero casu impeditur executio, maximè quando effectus instrumenti nunquam adhuc fuit in esse productus, vt per Cesar. Barz. decis. Bonon. 39. nu. 40. Bernardin. Pandin. de præsentat. instrumenti part. 3. declaration. 18. nu. 51. Asyn. de execut. §. 2. c. 13. Ruginel. de appellatio. §. 2. cap. 3. num. 146. Bec. cons. 104. num. 26. Mantua cons. 6. Crauet. cons. 158. num. 1.

73 † Opponi tamen poterit exceptio conditionis, à qua dependet obligatio, & impedit executionẽ Alex. in l. item quia ff. de pactis late Grass. de exception. cap. 33. conditionis non adimplætæ, & licet conditio non sit expressa, si tamen sit tacita resultans ex ipso instrumento, opponi quoq; pote-
74 rit, vt per Alex. ibi, † & ideo aduersus emptorem agentem ad præcium, opponi poterit exceptio soluti pretij, non obstante hoc statuto, iuxta ea quæ habentur in addit. ad Bart. in l. Iulianus, §. offerri ff. de act. empt. & dixi supra.

75 Item opponi poterit exceptio simulationis † & præter tradita per Carpan. d. cap. 42. nu. 172. probatur per Rip. auum meum in l. nemo potest, nu. 166. & seq. ff. de leg. 1. Osasc. decis. Pedem. 122. num. 2. Aret. in §. sequitur num. 45. Inst. de except. & in §. plane in princ. Inst. de milit. test. & dictũ est sup. ad nu. 41. & latè per Gras. de except. cap. 12. per tot.

An autem possit opponi exceptio non adimple-
76 menti; † Carpan. d. cap. 42. num. 181. firmat vnica Massæ allegatione in sua praxi oblig. ad formam Cameræ part 4 qu. 1. num. 7. quòd sic; tu vide tradita per Bursat. pleno cons. 194. vol. 2. Grass. d. except. cap. 13. num. 37. & seq. plurib. Vincent. Carot. in tract. locati, & conducti part. 2. tit. de euict. num. 3. & seq. & dictum est supra. eod. num. 38. & scias, quòd ad hoc, vt quis, ex contractu agere pos
77 sit, requiritur, quòd probet † per eum promissa
78 adimpleuisse Mascar. conclus. 1393. † Immo si iurasset, commodo contractus priuatur, Mascard.
79 d. loco, Gabr. de transact. concl. 1. num. 5. † Scias tamen quod pœnal. si quis maior; in hac ciuitate non est in vsu, vt testatur Costa consil. 52. num. 12.

Et qualiter sint intelligenda verba statuti, pro-
80 hibentis omnem exceptionẽ, tradit † Alex. cons. 83. vol. 3. & cons. 54. & 65. vol. 4.

81 † Quid si diceret, quòd nulla posset opponi exceptio, an idem esset, dic quod sic Alex. in l. ait pretor. §. datto. ff. de iur. iur. Ioseph. Ludouic. dec. Perus. 88. in 2. part. num. 1. & 2.

82 † Licet autem sit omnis exceptio remota, intelligitur contra illum, cum quo confectum est instrumentum, secus vero contra tertium possessorem, Alex. cons. 83. volum. 3. & in l. 1. §. si hæres. ff. ad trebel. Ias. in l. si vnus. § ante omnia, num. 4. ff. de pactis, & dixi sup. statuto præcedenti.

83 † Si tamen in instrumento, adesset clausula constituti, tunc Statutum procederet, etiam contra tertium possessorẽ per Marant. in tract. ord. Iud. vltima parte art. 3. in verbo, & quandoq; appellatur uersic. 3. & ult. actus, post Soc cons. 83. lib. 3. & hoc ait ualde notandum.

84 † Item non censetur sublata exceptio euidens, & notoria, ex Instrumenti inspectione resultans, Alex. cons. 77. col. pen. volum. 3. qualiter etiam intelligatur exceptio euidens, vide Bart. in l. defendente. ff. de auct. tut. Bald. in l. 1. C si de mom. possession. per appost. ad Bartol. in l. 1. §. & parui versic. & debet. ff. quod vi aut clam. Gras. d. except. cap. 5. intelligens nu 2. Si talis societas oriatur ex instrumento, ex quo actor se fundat.

Intelligitur pariter statutum procedere, & remouere exceptionem contra tenorem ipsius in-
85 strumenti, † secus si opponeretur contra præsumptionem, vel solemnitatem, vt esset quando vellet probare, quem non esse notarium, qui fecit tale instrumentum, vel quando. quis in continenti offert probare exceptionẽ legitimã, Ias. in l. iurisgentiũ. §. quòd ferè, nu. 12. & 15. ff. de pactis.

Item

86 Item non censetur exclusa restitutionis in integrum petitio, † vt per Carpan. dicto cap. 42. nu. 206 quibus addo rationem ex glo. in l. vnica, gl. penul. in verbo, potest, C. si de momen. poss. & per glo. in l. & si sine, §. fin. ff. de minorib. quod scilicet in generali exclusione, non veniet restitutio in integrum, Ias. in l. postquam liti, num. 18. C. de pactis, quibus addo in terminis Oddum in suo tract. de rest. in integr. quæst. 42. art 6. nu. 27. cum seq. & etiam clarius, num. 31. vbi testatur de communi, ac quæst. 15. art. 3. num 33. vbi post plures relatos pro vtraq; opinione testatur hanc magis communem, Grass. de exception. except. 34. restitutionis in integrum.

Item scias, quod per huiusmodi statutū prohibens omnes exceptiones opponi, non intelligitur
87 prohibitum officium Iudicis, † Bart. in l. si à domino, §. quo tempore, & in l. planè. in 2. notab, ff. de pet. hæred. Odd. qui supra dict. quæst. 42. art. 6. nu. 29. & ideo poterit debitor exclusus ab exceptionibus proponendis, officium Iudicis implorare, per quod venditor ab agendo, seu à petendo executionem prohibeatur; ex ratione, quia prohibitus excipere, non prohibetur Iudicis officium implorare, l. plane, ff. de pet. hæred. & l. 3. in fine, & l. fin. ff. naut. caup. & stab. Alex. consil. 113. num. 16. lib. primo, Paris. cons. 107. nu. 118. lib. 3 Honded. cons. 13. num. 40. lib. primo, Asin. in praxi iudic. §. 31. cap. 33. & seq. quod procedit & intelligo verum, quando statutum simpliciter excluderet omnes exceptiones, prout in casu nostro, secus si statutum diceret, quod nulla exceptio, neq; defensio admittatur, nam tunc hoc casu nedum officium Iudicis implorari prohibetur, v. per Bart. in l. plane, ff. de pet. hæred. sed nec etiā iustæ exceptiones proponi, Specul. in tit. de obligā & solut §. primo, vers. instrumentum super verbo, nulla alia, ita in terminis, Ant. à Canario in suo tract. de execut. instrumenti, quæst. 53. num. 92. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. nu. 28. Grass. de except. cap. 21. nu. 13. & seq.

88 Item per hoc statutum, non intelligitur prohibita exceptio, quam debitor incontinenti, vult probare, † Dec. in l. vltima, num. 43. C. de edic. diu. Adr. toll. & in cap. ex parte il 2. num. 6. vers. septimo fallit, de officio deleg. & in cap. an sit in tertio not. de appell. idem Dec. cons. 466. in fine, Ias. in l. iurisgentiū, §. quod ferè, nu. 13. ff. de pactis, Menoch. de arbitr. iud. casu 17. nu. 7. Grass. de excep. cap. 7. per totum.

89 Item non intelligitur tollere exceptionē, quæ dicit instrumentū nō est instrumentū, & quod careat solemnitatibus requisitis, † l. diuus Traianus, vbi Bart. ff. de mil. test. Alex. cons. 3. nu. 3. & cons. 60. num. 17. lib. 2. sequitur Menoch. cons. 134. num. 28. lib. 2.

90 Item non obstante hoc statuto, poterit opponi exceptio rei non traditæ, Alex. cons. 119. num. 2. vbi appost. lib. primo, Grass. de except. cap. 13. vbi plenissimè.

91 Verum de alijs exceptionibus, quæ contra instrumentum opponi possint statuto præsenti minime suffragante, † videas plenissimè Felin. cap. ex parte, colum. 2. num. 6. & seq. extr. de officio deleg. latissime etiam per Ant. à Canario in suo tract. de execut. instr. per totum, Asin. in sua praxi iudiciorum, §. 31. cap. 22. latè Carpan. dicto cap. 42. num. 174. & pluribus seqq. videas etiam Guid. de Susar. de instr. guarentigiato per totū, & Grass. de except. vbi plenissimus tractatus enumerans quadraginta tres exceptiones.

In verbo, & executio fiat sine aliqua censura] vide ad horum verborum declarationem, Carpan. d. cap. 42. num. 214. & seq.

In verbo teneatur copiam facere debitori] an autem requiratur partis citatio, in Nouis Med. Const. in tit. de iudicijs, cap. si per apparentem, versic. cogatur debitor, absq; aliqua monitione, dicitur quod sic, & hoc verum est, elapso termino ipsi debitori assignato, & diximus etiam supra, & per Carpan. d. cap. 42. nu. 215.

92 In verbo non dimisserit ipsum instrumentum] nota quod hoc relatiuum ipsum, † debet referri ad id, quod de copia dicit, quia creditor authenticum instrumentum dimittere non tenetur, ne forte pereat, vt per Abb. in cap. contingit de fide instr. & vide supra de reg. Potest. cap. 41.

In verbo, non computetur illud tempus] vide Asin. in sua praxi iud. §. 2. cap. 21. nu. 13. & seq.

In verbo, vel de Consilio alicuius Iurisperiti] vide supra dicta ad statut. ciuile primum, sub tit. de commissione causę fiendę consultori, & quę ibi scripsi.

93 In verbo, & infra tantum tempus duret instantia] si autem nulla instantia præfigeretur, prout in Nouis Mediolani Const. tunc remaneret instantia in dispositione iuris communis, vt supra dictū est, † & licet in statuto præcedenti in causis summarijs, prefigatur instantia, illa tamen, non habet locum in causis instrumenti executiuis, quia non datur extensio, de causa, ad causam, præcipuè in statuto correctorio iuris communis, Bart. & alij in l. omnes populi, ff. de Iust. & iure, sic Curt. in tract. de iuram. propter calum. præcipuè si petatur executio Iudicis officio, Bal. in l. prima, §. is videtur, ff. si quis Iusdicenti non obtemp. Afflict. decis. 346. & quod causa executiua non regulatur cum instantia statutaria, tradit Anton. à Canario in tract. de execut. instr. q. 33. Asin. in sua prax. iud. §. 31. cap. 59. & cap. 12. & cap. 3. num. 46. & seq. & vbi daretur instantia, esset triennalis; Marant. de ord. Iud. part. 5. num. 8. versic. tertio am-
94 plia, † & idem seruandum est in emergentibus, & incidentibus ipsius causæ executiuæ, Ias. in l. prima, C. de edic. Adr. toll. vbi citat, & sequitur Bart. in extrauag. ad reprim. in verbo sumariè, ea ratione, quia articulus emergens regulatur secundū priuilegium causæ principalis, Castr. in l. cum hij, nu. 5. C. de transac. Menoc. de adipis. poss. remed. 4. num. 444. Asin. in sua praxi, cap. 30. num. 6. & licet statutum nostrum videatur instantiam præfigere, praxis tamen, stylus, & cōsuetudo seruat, vt causæ summariæ instantiam non habeant, nisi triennalem, & ex ordinibus Venet. Collegij DD. No-
95 tariorū Pap. cauetur; † Sed quæstio est, an ex hoc statuto executiuè agi possit, p damnis, & interesse, quāti plurimi, adhuc nō liquidatis, Ozas. dec. 129. nu. 3. & seq. tenuit, quod non, tamquā illud veniat ex mora, & negligentia debitoris, de qua statutum non loquitur, contrarium tamen tenuit Magon. Rott. Lucens. decis. 78. nu. 11. & seq, vbi tandem distinguit, vt per eum, & vide quæ dixi supra ad statutum præcedens quintum, nu. 26.

De

De Saximentis fiendis, & de effectu ipsorum. Rubr. 7.

Item statuimus, quòd in omni casu, in quo sequestratio est concessa de iure communi, fiat, & fieri possit sequestratio, & saximentum. Et vltra fiat, & fieri possit sequestratio, & saximentum de bonis debitorum, qui sint debitores per publicum instrumentum scriptum, vel subscriptum manu Notarij de Collegio Notariorum Ciuitatis Papiæ, vel etiam cui breuiaria defuncti essent commissa, vel per scripturam scriptam manu propria debitoris. Item, & de bonis cuiuslibet debitoris, qui sit suspecta, vel fugitiua persona, vel forensis persona, quam quis iurauerit de proximo se credere recessuram. Item si sit aliqua res mobilis, quam aliquis ad se pertinere prætendat penes aliquem qui sit suspecta, vel fugitiua persona, vel illa persona, quæ postulans saximentum fieri iurauerit esse suspectam, vel fugitiuam personam, & se saximentum fieri non pustulare animo calumniandi. Qui si in iuris sui probatione defecerit, puniatur in refectione, & restitutione damni, & interesse, quæ prædicta persona de cuius bonis saximentum factum fuerit passa fuerit, & expensarum per eum propterea factarum. De quo damno, interesse, & expensis, stetur sacramento prædictæ talis personæ, de cuius bonis factum fuerit dictum saximentum, facta prius taxatione ipsius damni, interesse, & expensarum per Iusdicentem, ex cuius parte fuerit factum prædictum saximentum, quæ pœna sit personæ de cuius bonis facta fuerit sequestratio. Et si de bonis debitoris per publicum instrumentum, vt supra dictum est, vel per scripturam priuatam, vt supra fieri petatur sequestratio, non fiat, nisi prius constet de debito. ¶ Et in faciendo fieri sequestrationem, seu saximentum procedatur hoc modo, videlicet, quod mittatur, & dimittatur impositio præcepti, & saximenti fiendi in scriptis per seruitorem Communis Papiæ, illi penes quos ipsa sequestratio, & saximentum fiet, nisi res, seu casus celeritatem desideret, eo quia persona penes se habens res de quibus postuletur sequestratio fieri sit suspecta, vel fugitiua, vel de proximo recessura, vel res ipsa transitura extra districtum Papiæ, vel res ipsa cum alijs rebus misturari de facili posset, à quibus difficilis esset separatio earum rerum, de quibus sequestratio fieri petitur. Et rem, seu causam celeritatem desiderare intelligatur, si petens sequestrationem fieri hoc iurauerit. Quo casu seruitor oretenus, & sine scriptis sequestrationem, sine alia demonstratione, & ostensione sibi fienda de ipsis rebus facere possit penes illam personam, & ille retinere debeat, & teneatur, & vltra penes se illas habere, & quot quantas, & quas, & cuius valoris fuerint confiteri, & exprimere teneatur seruitori recipienti nomine, & à parte eius, ad cuius petitionem dicta sequestratio facta fuerit, si hoc petierit idem seruitor. Et quod ex, & de tali confessione, & huiusmodi expressione stetur, & credatur, quòd facta fuerit in præiuditium illorum, penes quos illa sequestratio facta fuerit relationi seruitoris. Et ex ipsa ipsius relatione seruitoris ius acquiratur illi, ad cuius petitionem facta fuerit sequestratio prædicta. Et quam confessionem si non fecerint dicto seruitori, illi penes quos dicta sequestratio fuerit facta, tunc teneantur ei ad cuius petitionem dicta sequestratio fuerit facta, ad æstimationem rerum, de quibus ipsa sequestratio facta fuerit; si, & in quantum tempore ipsius sequestrationis habuisse penes se postmodum apparuerit. Et quodlibet Commune, Collegium, vel Vniuersitas alicuius Burgi, vel loci, seu officialis ipsius Communis, vel Vniuersitatis Burgi, vel loci, penes quod, vel quem, seu quam, vel quos dicta sequestratio, seu saximentum factum fuerit, ipsam sequestrationem, vel saximentum acceptare, vel adimplere teneatur, etiam fructus, & redditus colligendo, vindimiando, custodiendo, & acconditionando, & soluendo, dummodo ipsi fructus, & redditus sint in Territorio dicti loci, vel Burgi. Et siquidem res, de quibus saximentum postulatur fieri non sint penes aliquam priuatam personam, siue in Territorio, loci, vel Burgi,

seu

seu Vniuersitatis, qui, seu quæ Commune sit habens receptatorem, tunc Iusdicens, siue Magistratus Ciuitatis Papiæ, à quo saximentum prædictum postulabitur, teneatur, & debeat mittere de baruarijs, & seruitoribus Communis Papiæ, in dispositione Iusdicentis. Qui baruarij, & seruitores ipsum saximentum acceptare, & adimplere teneantur, & dicta sequestratione sic facta. ¶ Et elapsis octo diebus, citetur ille in cuius præiuditium factum fuerit, ut infra octo dies à die ipsius citationis numerandos, compareat coram dicto Iusdicente, qui dictam sequestrationem fieri iussit. Si ipsi sequestrationi, & saximento contradicere velit. Et siquidem aliquis comparuerit contradicens, vel ius in rebus sequestratis se habere prætendens, de iuribus partium cognoscatur, procedatur, diffiniatur, & exequatur, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iuditij, infra tempus statutum ad summariarum causarum decisionem, & sub penis ibidem contentis. Si autē nemo comparuerit contradicens, tunc elapsis dictis duobus terminis, creditore docente de iure suo, res sequestratas prius estimatas per Iusdicentem de consilio duorum bonorum virorum, per ipsum iusdicentem electorum, præstito per eum sacramento, de ipsis legaliter estimandis dari, & tradi faciat ipsi creditori iusdicens, per illos penes quos dicta sequestratio facta fuerit, per modum præcepti, & quibuscunque iuris remedijs. Quæ res sic creditori datæ, & traditæ cedant, & transeant ipsius creditoris dominio in solutum, & pro solutione tantæ quantitatis de debito suo, quanta fuerit ipsarum rerum æstimatio, sic, ut præmittitur, facta. Si vero alia causa, quam pro debito sequestratio facta fuisset, & nemo comparuisset, tunc Iudex illi, qui dictam sequestrationem facere impetrauerit de iure suo docenti, dari, & tradi faciat, vel aliter ei super hoc iustitiam faciat debitam. Sanè si saximentum factum fuerit penes Consules, vel Vicarios, vel Rectores, alicuius Terræ Territorij districtus Papiæ, vel in ipsa Terra eorum nomine, & nomine Communis eorum quod ipsi Communi factum intelligatur. Et eodem modo intelligantur cætera præcepta processus, & sententiæ, qui, & quæ fierent occasione ipsius saximenti, & teneatur dictum Commune ad obseruaoionem ipsius saximenti processuum, & præceptorum, & sententiarum, & ad consignandum in præsentia Iusdicentis res saxitas, vel earum estimationem. Et si non obseruauerint, teneantur ad pœnam, & ad pœnas, quas incurret priuata persona inobediens. Quæ pœnæ factis prædictis, & res saxitæ, vel earum æstimatio ab ipso Communi, & qualibet singulari persona dicti Communis, exigantur. Capiendo, pignorando, & detinendo, si dicti Officiales dictis saximento, & præcepto non paruerint. Reseruatio tamen dicto Communi ob hoc molestato, contra dictos Officiales, & eorum bona regressu in omni damno, quod passum fuerit propter eorum Officialium negligentiam. Teneatur tamen ille, ad cuius petitionem dictum saximentum secundum fuerit, habita solutione de prædictis, vel parte ipsorum, illi à quo dictam solutionem habuerit, cedere iura sua in tanta quantitate, quantam receperit contra suum debitorem, & eius bona. Et aliqua sequestratio, quæ fiat non relaxetur ob aliquam satisdationem, quæ fiat. Et si fortè de eisdem rebus per diuersos Magistratus sequestrationes fierent ad petionem diuersarum personarum penes eosdem, tunc illi penes quos prima sequestratio facta fuisset aliam, vel alias, quæ post fierent notificare teneantur, & debeant illi, ad cuius petitionem prima sequestratio facta fuerat, expensis rerum saxitarum, sub pœna restitutionis damnorum, & interesse, quæ pateretur, ipse ad cuius petitionem prima sequestratio facta fuerit, ex eo quia ignorauerit alias sequestrationes, postea factas fuisse, si res saxitæ auferrerentur ab ipso, penes quem saximentum factum fuerit, propter sequutas sequestrationes. Quæ pœna cedat, & soluatur ipsi damnum passo. Et facta, vel non facta notificatione prædicta per illum ad cuius petitionem prima sequestratio facta fuerit, ipsa notificata Iusdicenti, vel Iusdicentibus, qui alias sequestrationes postea fieri fecissent, de ipsis sequestrationibus, postea factis idem Iusdicens, seu Iusdicentes non se amplius intromittant. Sed ipsis postea

factis sequestrationibus de iuribus omnium partium cognitio deuoluatur ad primum Iusdicentem: qui Iusdicens inter ipsas partes cognoscat, diffiniat, & exequatur, prout iustitia suadebit. Quæ saximenta fiant, custodiantur, & exequantur, & consignentur expensis rerum saxitarum, taxatione per Iusdicentem facta, de cuius impositione facta fuerint dicta saximenta. Quas expensas postmodum pars, quæ saximentum calumniose impetrauerit illi, de cuius bonis factum fuerit restituere teneatur, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij.

Summarium ad statutnm 7. in ciuilibus.

N hac sequestrorum, seu saximentorũ
1 materia, multa cumulari, ac tradi possent, latè congesta † per Ias. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogantur; pene omnia, recollegit, Carp. ad stat. Mediol. cap. 111. per totum, & nouissimè Foian. in tract. de sequestr. post Curt. in eod. tract. de sequestr. Caroc. pariter in suo tract. de sequestro apud quos, cum omnia fere ad materiã sequestri pertinentia, tradantur, paucis agendum erit; in ijs enim locis videri potest; primò, quid sit sequestrum; secundo, quotuplex; tertio, à quo concedatur; quartò, ad cuius instantiã; quintò, in præiuditium cuius; sextò pœnes quem; septimò, in quibus casibus; octauò, de quibus rebus; nonò, quandò; decimò, ad quem effectum; vndecimò, quomodo fiat; duodecimò, quomodo procedendum; decimo tertiò, quanto tempore duret; decimo quartò, quomodo prohibeatur; decimo quintò, quando tollatur; decimo sextò, quid seruandum, quando concurrunt plures sequestrantes; decimoseptimò, ad quid teneatur Iudex indebitè sequestrans, decimooctauò, an indebitè concessum possit ex bono iure de nouo confirmari; de quibus aliqua etiam infra nos attingemus & conferunt etiam statuta infra, nempè octauũ, sub rubr. quod facto saximento, & infra statuto 104. sub rub. quæ res non possint saxiri, seu derobari; cum alijs omnibus sequentibus statutis in ciuilibus, & in statuto criminali 80. tit. quod carcerati pro debito publico, est videndus etiã Paul. de Monte Pic. cons. 64. qui latè hanc quoq; materiam examinat, Card. Tusch. pract. concl. littera S. concl. 201. cum seqq. pluribus, multos etiam casus, in quibus non tenet sequestrum, recenset
3 Borgninus decis. 3. num. 34. part. prima, nẽpe quando mercator, † vendidit pannũ, aut merces alicui, & emptor alteri dict. merces tradidit, donauit, vel in dotem dedit, nam tunc non poterit mercator, ratione crediti sui dictas merces sequestrare, imo tenet', quod si sequestrum faciat, tenetur sequestrans ad omnia damna, interesse, &
4 expensas, subdens alios casus; † ac quod in dubio præsumitur, quis esse soluendo, ad effectum, vt sequestrum, vel captura euitetur, sequestrumq ue
5 præsumi ex iuxta causa factum, † plures etiam casus, in quibus non tenet sequestrum iudiciale,
6 declarando regulam, l. vnicæ, C. de prohib. sequestr. pecun. recenset Pract. Papiens. in summa sequestri, seu saximenti, in glos. prima, vbi latè appost. ad eum, Curt. & alij in locis supra citatis.
7 Quomodo autem saximentum valeat fieri † in persona; & sic persona ipsa detineri, habetur infra statuto 154. sub rubr. quod nemo possit capi personaliter pro debito, & diximus etiam plura supra ad statut. 43. de regim. Potest.
8 Potest quoq; sequestrum fieri penes Sacerdotẽ, & personam ecclesiasticã, † à suo Iudice ecclesiastico, Anchar. cons. 248. vbi ponit etiam an clerici res, possint sequestrari penes laicum, per Iudicem secularẽ, per l. fin. §. pen. C. de bon. auct. iud.
9 possid. & potest Iudex competens ei præcipere, † vt sequestrum relaxet, Ias. in l. si fideiussor, §. fin. num. 6. ff. qui satisd. coga. & faciunt tradita per Appost. ad Bart. in l. consentaneum, colum. pen.
10 C. quomodo, & quando Iudex, † quando obtinens sequestrum, possit etiam aduersus debitorẽ alijs vti remedijs competentibus, & habens bona debitori; sequestrata, potest nihilominus crediũ suum petere, Asin. de execut. instrum. §. 2. cap.
11 3. vbi etiam concludit, quod creditor, † qui fecit debitorem carcerare, potest agere etiam ad
12 bona hypothecata, sicut etiam creditor † qui accepit pignus non prohibetur agere ad quantitatem debitam, Alex. consil. 170. num. 10. lib. 2. Asin. dicto §. 2. capit. 3. nume. 11. An autem creditor, qui accepit pignus, & fideiussorem, possit nihilominus carcerari facere debitorem, Alex. in l. si se nõ obtulit, §. si ex conuentione, num. 3. ff. de re iud. tenet, quod sic, est tamen videndus Carpan. ad stat. Mediol. cap. 167. nu. 31. nisi tamen pignora essent sufficientia pro toto debito, & facta fuisset electio certorum bonorum. & super re electa Iudex pronuntiasset fiendam exequutionem, Capic. decis. 33. 46. 80. & 119. Franch. decis. 200. Surd. cons. 98. num. 4. & seq.
14 Penes autem quas personas prohibeatur fieri sequestrum, tradit † Carpan. ad statuta Mediol. cap. 111. num. 34. & seq.
15 † Nota quod super fructibus proprietatis, super qua litigatur inter partes, non potest fieri sequestrum in causa principali, regulariter, secus in causa appellationis, nam pars, quæ sententiam obtinuit, potest illos sequestrari facere, sic notanter tradit Alex. cons. 163. nu. primo, vol. 6. Foian. de sequestr. par. prima, reg. octaua, per totum, & regula præcedenti, vbi declarat.
17 In verbo, est concessa de iure communi] dic, quod regulariter de iure communi prohibita est omnis sequestratio, † vt toto tit. C. de prohib. sequestr. pecun. Fallit in pluribus casibus, de quibus habetur per Pract. Papiens. in forma sequestris seu saximenti. Curt. in l. 1 C. de proh. sequ. pecuniæ, Abb. in c. 2. nu. 6. de sequest. poss. Foian. in tract. de sequestr. par. 2. reg. 2. 3. & 4. cum plur. seqq. vbi plenè quæ sequestrari possint, & quæ nõ & pœnas Caroc. de sequestr. part. 1. q. 2. 3. & seq. & par. 2. q. 1. & plurib. seq. item scias, quod de
18 iure cõmuni, nõ possunt sequestrari pecuniæ, † vel aliæ res depositæ, pensiones domorum, nec bona militum, bona vxoris pro debito mariti; Foian. de sequestr. part. 2. reg. 10. & 13. salaria publica. auth. sed. iam cautum. C. depositi, Ias. in l. si fideiussor, §. fin. nu. 16. ff. qui satisd. cog. Caroc. de locato, & cõducto, tit. de sequest. q. 3. vbi testatur contrariũ de consuetudine seruari, hoc tamen in salarijs Doctorũ profitentiũ verum est, Borgnin. alios casus considerans decis. 3. nu. 34 par. prima.

In verbo, vel forensis persona] sequestrũ factũ à Iudice incompetenti contra forensem, puta quando contractus nõ fuit celebratus in loco Iudicis sequestrantis, est nullum, Caroc. alios allegans in tract. de sequest. par. 3. quæst. 40. Francis. Milan. decis. 11. num. 22. lib. 1. Carpan. ad statut. Med. c. 111. nu. 94. par. prima, & latius Curt. sen. tract. de sequestr. q. 17. nu. 62. & sufficit, si satisd. & de iudicio Sisti corã Iudice competenti, Foian. de sequestr. reg. 2. nu. 8. Borgn. decis. prima, nu. 13
19 In verbo, per scripturam priuatam, † quid si talis scriptura non sit scripta manu propria debitoris, vt ait statutum, sed aliena manu scripta, & ab ipso debitore subscripta, an nihilominus valeat, vt possit fieri sequestrum; dic quod sic, Felin. in cap. quoniam contra col. 21. versic. quartò quæro ex-
20 tra de probat. ratio est, † nam subscribens censetur proprie scribere, Ias. in l. si ita stipulatus, §. grisogonus. num. 3. ff. de verb. oblig. Natt. cons. 287. nu. 4. Ofasch. de cõmuni dec. pedem. 36. nu. 3. Burs.

3. Burſ.conſ.24.nu.2. & 253.nu.4.vol.3. & conſ.
39. nu. 24. vol.1. vbi de magis communi teſtatur.
Dec.in auth.ſi quis in aliquo vbi late nu. 17. C.de
21 edendo, † & ſubſcribens cenſetur fateri, & ap-
probare omnia in ſcriptura contenta, l. emptor,
§. lucius, ff. de pact. l. ſi ita ſtipulatus, §. griſogo-
nus, ff. de verb. oblig. l. fideiuſſor, §. 1 ff. de pignor.
Dec. in cap. quoniam contra nu. 43. verſ. habes er-
go de probat. & conſ. 115. col. 2. verſ. comproba-
tur, Natt. conſ. 287. nu. 4. vol. 2. Roll. à Vall. conſil.
44. nu. 30. vol. 1. Aſſlict. deciſio. 104. num. 3. Crau.
conſ. 73. nu. 4. Gabr. lib. 1. recept. ſententiarũ, tit.
de præſumpt. conclu. 3. in princip. latiſſime Meno-
ch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 66. per totum, ſed
22 hic contigit dubitari, † quid ſi de debito conſtet
per ſcripturam manu debitoris non ſcriptam, ſed
tertij, an poſſit fieri ſequeſtrum; & dic, quod nõ;
tùm ex diſpoſitione iuris communis, quo iure, ad
hoc, vt poſſit fieri ſequeſtrum, requiritur, quod
ſaltim de debito ſemiplene probetur, quicquid in
contrarium voluerit, Bald. in l. litib. in fine, C. de
23 agricol. & cenſit. lib. 11. volentis, † non poſſe fie-
ri ſequeſtrum, niſi de debito conſtet per publicum
inſtrumentum, cuius opinio eſt cõmuniter dam-
nata, teſte Alex. in l. ſi fideiuſſor, §. ſi ſatiſdatũ, nu.
8. vbi Iaſ. nu. 12. cum ſeq. ff. qui ſatiſd. cogatur;
Curt. ſen. in tract. de ſequeſtr. quæſt. 12. ſcrip-
tura autem manu tertij ſcripta, non ſubſcripta à
partibus, nec recognita, nullam facit probatio-
24 nem, † Bald. in l. in bonæ fidei, num. 6. C. de re-
bus credit. Rip. in l. admonendi, num. 96. & 102.
cum ſeq. ff. de iureiur. tùm etiam ex diſpoſitione
huius noſtri ſtatuti, minime poteſt fieri ſequeſtrũ,
nam cum ſcriptura, non ſit ſubſcripta manu debi-
toris, & ſic non verificetur qualitas à ſtatuto re-
25 quiſita, non poteſt habere locum ſtatutũ, † Alex.
conſ. 100. num 3. lib. primo, Maſcard. de probat.
concluſ. 1254. nu. 9.

Solo etiam iuramento, vbi periculum eſſet in
mora, conceditur ſequeſtrum, Foian. dicto tract.
de ſequeſtr. reg. 2. num. 2. & 3.

26 In verbo, qui ſit ſuſpectus] ſuſpectus] dicitur,
qui non eſt idoneus, † glo. in l. ſi creditores, ff. de
priuil. cred. & facit glo. in l. ſi fideiuſſor, §. ſatiſ-
datum, ff. qui ſatiſd. cog. quatuor autem modis
de iure communi, perſona dicitur ſuſpecta, vt
per Boer. in comen. ad conſuetud. gallican. lib. 6.
del conſtitutiones de tourſit, artic. 18. verſic. &
dicitur ſuſpectus, Foian. in tract. de ſequeſtr. reg.
2. num. 3. Curt. dicto tract. quæſt. 6. num. 33.
Cardin. Tuſch. Practic. concluſ. litera F. concl.
524. per totum, maxime num. 5. & ſeqq. Maſcar.
de probat. concluſ. 455. & 478. & præced. an autẽ
27 quis dici poſſit ſuſpectus † ob modicum æs alie-
num, tradit Cotta in memor. in verbo ſuſpectus;
minus quis poteſt allegari debitor ſuſpectus à cre
28 ditore, ſi pignus debitoris præ manibus habet, †
Cott. in verb. debitor non poteſt.

29 Item ſuſpectus dici non poteſt, ſi ante debitum
contractum, eadem pariter vigebat ſuſpicio † Iaſ.
in §. ſuſpecti, num. 82. circa finem, inſt. de actio.
& vide Marſil. ſing. 284. tolle moras, & ſing. 282.
cauſa namq; noua debet ſuperueniſſe, Menoch.
de arbitr. iud. caſ. 87. num. 16. cum allegatis per
Surd. conſ. 68. num. 5. qui conſiderat deteriora-
tionem debitoris conſiderari, non reſpectu fidei,
& morum, vt quia tempore conuento non ſolue-
rit, ſed reſpectu diuitiarum, & facultatum, quæ
poſt contractum diminutæ fuerint, licet num. 15.
& 16. videatur contrarium tenere.

30 In verbo, vel fugitiua perſona] quis, & quando
debitor dicatur fugitiuus † latiſſimè explicat Me-
noch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. prima, caſu 87.
per totum, ad quem me remitto, & per Marſil. ſin-
gul. 282. & per Maſcard. lib. 2. de probat. concl.
823. per totam.

31 An autem iſtæ perſonæ fugitiuæ poſſint † alle-
gare Iudicis incompetentiam, Felin. tenet, quod
non, in cap. ſi vero, num. 2. de ſent. excom. Iaſ.
in principio, inſtit. de action. num. 95. hinc eſt
32 quod † huiuſmodi debitor fugitiuus poterit vbiq;
conueniri, l. prima, vbi glo. & Bald. C. vbi quis
de curial. ſeu cohor. l. prima, C. vbi cauſa ſtatus
agi debeat, Iaſ. in l. prima, col. fin. ff. de eo, quod
certo loco, poteſt etiam debitor fugitiuus capi
33 propria auctoritate, † glo. inſt. de act. in princ.
vbi Iaſ. latiſſime Ampl. & limitat, num. 72. & ibi
34 Gomez. num. 59. cum ſeq. † ad hoc autem, vt
debitor poſſit capi, vt ſuſpectus de fuga, quinq;
ſunt neceſſaria; de quibus per Rip. auum meum
in l. 2. nu. 56. & ſeq. ff. ſol. matrim. Gramat. conſ.
17. nu. 14. & 15. inter conſilia ciuil. an autem †
35 ſuſpicio fugæ, poſſit probari per iuramentũ, po-
nit Rip. in d. l. 2. nu. 56. cum ſeq. & vide Menoc.
d. caſu 87. vbi ponit qualiter probetur ſuſpicio
de fuga.

36 An autem debitor fugitiuus, poſſit capi extra
territorium dicerem, quod non; Rip. auus mihi
maternus reſponſo 13. tit. de ſtatutis, lib. primo,
num. 3. & ſeq. iura .n. permittunt capi debitorẽ,
aut ſuſpectum de fuga, aut fugitiuum, dum eſt in
actu fugæ, ac ſe transferat, ad alienum territo-
rium, & tutus ibi ſit; ergo capi debet in territorio
fugientis; bene quidem verum eſt, quod ſi credi-
tor à Iudice loci, vbi debitor aufugit capturam
obtinuiſſet, illa valida eſſet, quia fugitiuus etiam
ab incompetenti Iudice capi poteſt; ex his quæ
tradit Soc. ſen. conſ. 99. circa primam, ſub nu. 6.
verſ. quia ſi licet priuato lib. 4. & licet Dec. conſ.
75. & pro tenui facultate, & Rip. dict. conſ. 13. tit.
de ſtatut. num. 3. & ſeq. contrarium videatur te-
nere, intelligitur tamen, quando creditor non
probauit legitime creditum, vel fugæ ſuſpitionẽ
cum ſuis requiſitis, vt ibi eſt videre, ſimiliter bona
extra territoriũ ſequeſtrari potuerũt, ratione hy-
pothecæ, quæ extenditur ad bona, vbiq; exiſten-
tia, Anchar. conſ. 140. maxime vbi adeſſet clau-
ſula, poſſe conueniri, vbiq; locorum, Caroc. de
ſequeſtr. part. 3. quæſt. 29. an poſſit capi in do-
37 mo propria, vide Bald. in l. cunctos populos, circa
medium, C. de ſacr. ſan. Eccleſ. DD. & præcipuè
Iaſ. in l. pleriq; nu. 26. ff. de in ius voc. tenentes,
quod ſic; Dec. in l. vinum, nu. 8. vbi Curt. iun. nu.
12. Cagn. nu. 49. ff. ſi cert. petat. arguentes de
tempore ad locum, quia ſi poteſt capi tempore
feriato, etiam in honorem Dei, ergo etiam in do-
mo propria, Cardin. Tuſch. pract. concl. littera
F, concl. 524. nu. 82.

38 In verbo, vel illa perſona quæ poſtul.] ſicq; col-
ligi poteſt, ad hoc, vt † teneat ſequeſtrum, fieri
debere parte inſtante, Rebuff. in tract. de ſequeſt.
artic. primo, gl. prima, nu. 10. item debet fieri de
39 iure cõmuni parte citata † alias non tenet. Alex.
conſ. 163. num. 3. vol. 6. vbi ait, etiam, an ſeque-
ſtrum poſſit fieri per alium Iudicem, Poteſtatem,
& eius Vicariũ ſeu Locumtenentem, & quod non
teneat ſequeſtrũ parte de cuius præiudicio agitur
nõ citata, tenet idem Alex. conſ. 6. nu. 9. vol. 4.

Iaſ. in l. ſi fideiuſſor, §. fin ff. qui ſatiſd. cogan, Apoſt. ad Pract. Pap. in forma ſequeſtri, ſeu ſaximenti. in glo. ſapiens, ſub nu. primo.

40 Et ſcias quod adhoc, vt ſequeſtrũ concedi poſſit, quatuor copulatiuè requiruntur. Primo quod ſaltem ſummariè conſtet iudici de credito. Secũdo quod debitor in cuius præiuditium ſit ſequeſtrum citetur, Alexã. conſil. 6. num. 9. lib. 4. Pariſi. conſil. 41. num. 23. lib. j Coſt. de remed. ſubſid. remed. 106. num. 7. Tertio quod iuret ſe petere ſequeſtrum pro conſeruatione iuris ſui, non animo calumniandi. Quarto quod appareat de ſuſpicione debitoris, Guid. Pap. q. 246. Myſing. lib. 2. obſeru. 11. num. 5. Foian. de ſequeſt. reg. 2. num. 3. Tuſch. concluſ. 524. littera F. Maſcar. concluſ. 477.

Vbi tamen adeſt ſuſpitio, vel timor fugæ, nulla 41 requiritur citatio, † ſed aliqua cauſæ cognitio ipſius fugæ, vel ſuſpicionis ſufficit, ſaltem per iuramentum creditoris, Alex. conſil. 6. num. 10. vol. 4. Iaſ. in d. l. ſi fideiuſſor, §. fin. num. 9. & in l. apertiſſimi, nu. 22. C. de iudicijs, Marſil. ſingul. 282. Pariſi. conſil. 41. nume. 10. & ſeq. libr. 2. Decian. reſponſo 37. nu. 34. & ſeq. lib. 3. Ruin. conſ. 173. num. 16. volum. j. Ant. Gabr. lib. 1. recept. ſent. tit. de citat. conclu. 1. num. 442. & ſeq. & ex praxi fori Papien. comprobata etiam ex ordinib. Excellentiſſimi Senatus, poteſt debitor ſuſpectus de fuga ad inſtantiam creditoris iurantis capi, & eo detento dantur quatuor dies pro termino ipſi creditori, ad probandam ipſam fugæ ſuſpitionem.

In verbo, puniatur in refectione] de Iure com-42 muni datur etiam † actio de dolo, vbi ſequeſtrum indebite factum fuit, Bart. in l. ſi oleum, vbi alia in propoſito, ff. de dolo malo, & vide circa iſtam refectionem, & reſtitutionem damnorum, & intereſſe, Nattam conſil. 29. colum. 2. Borgnin. deciſ. 1. & 3. part 1. Lancell. de attent. cap. 4. tit. de attent. lit. pend. limit. 9. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 111 num. 107. Cardin. Tuſch. practi. concluſ. littera S. concluſ. 210.

In verbo, niſi prius conſtet de debito] hoc dicit ſtatutum, quia ſi à principio non conſtaret de de-43 bito, † licet ex poſt facto poſtea conſtet, illud nõ habet conualidare ſequeſtrationem factam, Caſtr. conſil. 299. incipiente, quod dictum prǽce-44 ptum, colum. 2. & aduertatur, † nam licet ſtatutum non appoſuerit clauſulam decreti annullatiuam, ex quo tamen actum fieri prohibet, ſatis dicitur habere clauſulam annullatiuam ſi cõtrafiat, Iaſo in l. non dubium in 8. not. C. de legibus, & quomodo conſtare debeat de debito, vide Caſtr. conſil. 300. in prima ratione, & hac forma a ſtatuto tradita non ſeruata, ſequeſtratio eſt nul-45 la, † l. cum hij, §. ſi prætor, cum ſimilibus, ff. de tranſact. cum vulgarib.

46 † Eſſet etiam nulla ob deffectum cõditionis importatæ, per dictionem, niſi, hic poſitam, iuxta notata in l. ſi cum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cauc. & tanto magis iſta dictio niſi, importat hic conditionem, quia vult quod prius de debito conſtare debeat, facit ꝙ notat Bart. in l. quibus diebus, §. termilius, ff. de cond. & demonſtr. cũ ibi traditis, & dictio niſi, adiecta verbo futuri temporis facit conditionem, Surd. deciſio. 264. ſub nume. 16. & 17. Galganet. in tract. de condit. part. 2. c. j. q. 3.

Et forte etiam requiritur citatio debitoris, ad hoc vt dicatur conſtare de debito, etiã ſi extet pu-47 blicum Inſtrumentum † per notata à Bart. in l. 3. in 5. quæſt. col. 13. C. de pignor. circa hoc tamen, vide quæ dixi ſupra in appoſt. in verbo, vel illa perſona, & in contrarium, quod propter hoc, non reddatur inualida ſequeſtratio, faciunt verba ſtatuti, in verbo, ſi nemo autem comparuerit, ibi creditore docente de Iure ſuo, vbi præſumitur non requiri, quod de Iure ſuo docuerit ante ſequeſtrationẽ, ſed ſufficiat conſtare facto ſequeſtro, & ita ſeruatur in practica, vide tamen Alex. conſ. 56. col. 1. ad finem vol. 4. Felin. in cap. cum dilecta, in ſecundo ſigno cognoſcendi formam, extra de reſcript. Bart. in l. multum col. 1. ad finem cum ibi dictis, ff. de condit. & demonſtr.

In verbo, & ſi quidem aliquis,] faciunt tradita per text. vbi Doct. in l. à diuo, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic. & per Purpur. conſil. 26. nu. 37. lib. j. vbi quærit, an diſpoſitio dictę legis, locum habeat etiam in clerico, & an creditores habentes nomen hypothecatum, poſſint impedire executionem ſententiæ latæ in fauorem ceſſionarij debitoris, conſuluit Alexãd. conſil. 17. requiſitus lib. 1. nec priuare priorem poſſeſſorem poſſeſſione ſua p ſequeſtrum, tradit Gramat. deciſ. 51. Capic. deciſ. 107. vbi diſſerit an ſententia lata contra principalem debitorem in actione perſonali, præiudicet tertijs poſſeſſoribus, Natt. conſ. 327. 412. 552. qui loquitur de muliere impediente executionem in rebus mariti ratione anterioris hypothecæ, Socin. Iun. conſil. 66. & ſeq. lib. j. Rimin. Iun. conſil. 445. Burſat. conſ. 362. num. 20. & ſeq. Rolãd. à Val. conſil. 5. lib. 2.

In verbo, & ſub pænis ibidem contentis] aduertc, quia ibi nullæ pænæ continentur; ſed bene cõtinentur in principio Statutorum de ordin. cauſæ ciuilis, quæ locum habent quando proceditur ordinariè per viam libelli.

In verbo, prius æſtimatis per Iuſdicentẽ] dic Statutũ hoc caſu loqui de æſtimatione fortè, quia res quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, tunc alienari valent, & prætia rerũ earũ ſuccedit loco ipſarum 48 rerum, † vt habetur in addit. ad Bart. in l. 1. C. de litigioſis, & vide infr. Statutum 157. ſub rubr. de bonis mobilibus dand. in ſolutum.

In verbo, & aliqua ſequeſtratio quæ fiat non relaxetur] dum Statutũ diſponit non poſſe relaxari 49 ſequeſtrum etiam præſtita ſatiſdatione; † dic ꝙ de Iure cõi ſatiſdatio eſt remediũ, & medicina tollendi ſequeſtrũ, Iaſ. in l. ſi. ſi fideiuſſor, §. fin. nu. 17. ff. qui ſatiſd. cog. Rebuf. in tract. ſequeſtri art. 2. gl. vnica nu. 7. Diaz. reg. 685. ſequeſtrũ, Pract. Pap. in forma ſequeſtri, ſeu ſaximenti in gl. 1. nu. 5. vbi appoſt. ad eũ; quantũ aũt duret huiuſmodi ſatiſ-50 datio, † vide Iaſ. in d. l. ſi fideiuſſor, §. fin. num. 21. imo ſi perſona ſit honeſta tollitur per iuratoriam 51 cautionẽ, † gl. in l. j. §. ſi ſuper peculio, in verbo Iuratorię, C. de aſſert. toll. Miſing. obſer. 10. cẽt. 2. de quo vide Iaſ. in l. j. ff. qui ſatiſd. cog. Alb in l. ſi fideiuſſor, vbi Iaſ. nu 18. ſunt autem multi caſus, in quibus nec etiam de Iure cõi, per ſatiſdationem tolli poteſt ſequeſtrum, quos proſequitur Carp. ad ſtat. Mediol. cap. 111. nu. 68. cum ſeq. quæ ſatiſdatio quoties ſequeſtrum factũ fuit contra foreníem ſuſpectum de fuga à Iudice incõpetente, debet tantummodo dari de iudicio ſiſtendo in foro, & curia ſua, Bald. in l. fin. verſ. in contrarium videtur, ff. vbi in rem act. exerc. deb. Curt. ſen. de ſequeſtr. num. 64. verſ. quia modo, Caballin. in ſuo milleloq. iur. par. 2. milleloq. 643. cum alijs per Borgnin. adductis deciſ. prima, num. 13. par. prima.

Si

Si cui autem vellit videre remedia opportuna ad revocandum sequestrum, videat Borell plenè tractantem cons. 8. quem refert D. Costa in d. tract. de remed. subsid. remed. 106. in fine, nu. 8. illat. 4.

Et licet statutum nostrum prouideat per satisdationem minime posse tolli sequestrum; tamen ipsius nostræ Ciuitatis praxis, & ordinatio ac prouisio vtriusq; Collegij Venerandi contrarium obseruat: & sic dispositum fuit habita tamen priùs ratione, & descriptione, seu propalatione quantitatis bonorum sequestratorum; quæ prouisio, & ordinatio edita fuit die octaua mensis Octobris, anno à Virginis partu 1575. & sic statutum in hac particula non afficit, nec seruatur.

Notandu nonoq; sequestrum fieri nō debere cum damno ipsius depositarij, & sufficit depositario restituere de mandato Iudicis, † & cui Iudex
54 percipit, caueat tamen sibi, ne recipiat depositum ad partis petitionem, vt per Bald. in l. cum apud veteres, C. de bon. auth. iud. possid.

55 Nota etiam, quod talis satisdatio de restituendo rem sequestratam durat triennio tantum, † Bart. in l. litibus. C. de Agric. & cens. lib. 11. Alex. in l. si fideiussor, vbi Ias. nu. 21. ff. qui satisd. cog. Curt. distinguens in tract. de sequestr. quæst. 14. sequestrum autem ipsum durat quandiù non fuerit sublatum, Foian. de sequest. reg. prima, nu. 16 qui aliter distinguit, nec per sequestrum inducitur litis pendētia, ex mente Caccialup. in tract. de debit. susp. quæst. 15. num. 2. & seqq. contrariū tamen verius est, sicut enim per cautionem verbalem inducitur litis pendentia, ac per citationem, §. fin. inst. de pen. tem. litig. multo fortius per sequestrationem, Foian. dicto tract. de sequest. reg. prima. nu. 17. & ibi nu. 18. disputat, an satisdatio data in causa principali, duret etiam in causa appellationis, affirmatiuam tenens opinionem.

56 Est etiam sciendum, quod in reuocatione sequestri seruatur, quod Iudex statuat terminum parti, quę fecit fieri sequestrum, & hæc ad instantiam illius, in cuius præiudicium factum est sequestrum ad agendum de iure suo, quo termino tran-
57 sacto absque eo, quod egerit, poterit reuocari, † l. si oleum, ff. de dolo, Salic. in l. prima, vers. quæro septimo, C. de prohib. seq. pecun. Cataldin. in suo tract. de syn. l. quæst. 214. Pract. Papiens. in forma sequestr. seu saxim. in gl. audeat, vel præsumat, num. 6.

58 Quid autem sit sequestrum, & quotuplex sit † latè tradit Rebuff. in tract. de sequestro, art. 4. gl. 2. Curt. pariter in tract. de sequestro, Caroc. pariter in tract. de sequestro in princip. Ias. in l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satisd. cog. Abb. latè in cap. primo, de sequestr. poss. & fruct. Foian. in tract. de sequestr. nu. primo, & seq. reg. prima, quando autem sequestratio fructuum, vel possessionis fieri possit, late docet Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 13. vbi latissimè, DD. in rub. & tot.
59 tit. de sequestrat. poss. & fructuum, † & nota casum, in quo fit relaxatio sequestri facti in præiudicium domini; scilicet quando, aliunde non habet, vnde se alat; vt ex sequestro, vel eius fructibus alatur, iuxta tex. in l vltim. §. quod si ei, C. de ordin. cognit. de quo vide latè D. Costa in suo tract. de remed. subsid. remed. 106. per totū, illation. 4. vbi limitat, hoc non procedere in tribus
60 casibus, de quibus ibi per eum, docens pariter nu. 4. quod vbi non potest dari sequestrum, conceditur descriptio bonorum mobilium, vel fructuū; etiam in principali causa, ad releuandum actorē ab onere quantitatem probandi, & aliquando etiā repositio, vt in executiuis, ex Petr. Anchar. q. 47. nu. 16. & per Carpan ad statuta Mediol. cap 111.
61 num. 26. & seq. Dubitatur autem an si sequester iussus sit propalare debitum, vel creditum, quod habet, si minorem quantitatem, quam sit debitū exprimat, sibi in vero credito præiudicet, & dicitur quod non, Ias. in §. si minus, num. 2. Instit. de actio. sequitur Carpan. dict. cap. 111. num. 102.
62 † si autem fructus, vel res alia, tempore peritura, fuerit sequestrata, debet iudicis auctoritate vendi, ne pereat, Innoc. in cap. fin. de sequestr. poss. & fruct. Pract. Papiens. in form. sequestr. in glo. prim. nu. 6. vbi additio, vnde imputaretur sequestro, si perirent Curt. de sequestr. quæst. 13. nu. 77. Foian. de sequestr. part. 2. reg. 3. nu. 15.

Quod facto saximento alicuius rei non possit fieri alienatio. Rubr. 8.

ITem statuimus, quod facto saximento de aliqua re, vel iure ad petitionem alicuius, quod post factum saximentum, nihil possit fieri de re, vel iuribus saxitis, scilicet alienatio, vel aliquid aliud in præiudicium illius, ad cuius petitionem fuerit res saxita, vel ius saxitum, nisi prius res, vel ius saxita, fuerit desaxita.

Summarium ad statutum &. in ciuilibus.

1 *Sequestrum reuocatur solutione eius, quod debetur, quod intellige, vt ibi.*
2 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
3 *Amplia etiam, si talis solutio fiat ab aliquo penitus extraneo.*
4 *Amplia, vt facta solutione actio amplius oriri nō possit.*
5 *Emphyteuta non cadit ab emphyteusi ob solutionē ommissam, quando alius etiam extraneus soluit pro eo.*
6 *Sequestrum tollitur Iudicis mandato.*
7 *An Iudex possit reuocare sequestrum parte non citata.*
8 *Sequestratarius potest rem, quæ seruando seruari non potest vendere.*
9 *Quæ dicantur res quæ seruando seruari nō possūt.*
10 *Res litigiosa alienari non potest.*
11 *Vitium litigiosi non inducitur ob litem iniustam, & calumniosam.*

12 Item quando agitur actione personali.
13 Beneficium litigiosum facilius admittit derogationem.
14 Fundus litigiosus minus estimatur.
15 Vitium litigiosi non contrahitur in alienatione per confiscationem
16 Item quando venditur res litigiosa sub conditione quando res desierit esse litigiosa. Idem.
17 Quando soror dat in dotem partem suam. Idem.
18 In alienatione necessaria.
19 Item per litis pendentiã in causa matrimoniali.
20 Item non inducitur litigiosi vitiũ coram arbitro.
21 Item per litem extraiudicialem.
22 Item perempta instantia.
23 Item quando interuenit simplex denuntiatio iudicialis absq; citatione.
24 Item quando agitur offitio iudicis.
25 Item in supplicatione.
26 Vitium litigiosi plures operatur effectus remissiue.
27 Vitium litigiosi tribus modis finitur, perempta instantia, per transactionem, ac per absolutionem rei.
28 Vitium litigiosi non contrahitur super proprietate, si lis extet super possessione.
29 Item quæstio super proprietate non facit possessionem litigiosam.
30 Res quæ propriè litigiosa dicatur remissiue.

1 IN verbo, † item statuimus.] Scias, quod res sequestrata reuocatur, facta solutione debiti, pro quo est obtentum, idem si adimpletur, illud ob quod fuit obtentum sequestrum, Felin. in cap. examinata num. 11. versic. 4. limit. de judic. intelligendo, vt ibi per eum, quando sequestrum factum est, vt debitor soluat, secus si factum sit ob litem agitatam; & ibi late etiam qñ sequestrum satisdatione tollatur; solutione au-
2 tem tollitur, per regulã † solutione debiti tollitur obligatio, §. primo. Instit. quib. mod. toll. oblig.
3 † quod procedit etiam si solutio fiat ab alio penitus extraneo, Ias. in l. si res obligata num. 44. ff. de leg. primo, l. soluendo, ff. de neg. gest. Alexã.
4 consil. 37. num. 3. lib. 3 volens ideo † nullam amplius obligationem, nec repetitionem quantita-
5 tis oriri posse; † Hinc emphiteota, extraneo etiã soluente euitat caducitatem ob non solutum canonem; Bart. in auth. qui rem num. 10. C. de sacr. san. eccl. Alex. cons. 51. nume 8. lib. 1. late Corbul. de causa priuat. ob non solut. canon. limit. 7. vbi
6 declarat; † tollitur etiam sequestrum mandato;
7 † An autem sequestratarius ex solo iudicis mandato teneatur relaxare rem sequestratam; dic qđ si sequestrum est factum partibus cõsentientibus, non nisi causa cognita, & parte citata relaxari potest; secus si solo iudicis mandato sit factum, Bald. in l. fin. C. de bon. auct. iud. possid. Curt. in repet. l. vnic. q. 26. nu. 81. C. de prohib. sequestr. pec. & di-
8 xi supra ad statutum præcedens; † Aduertendum tamen est, quod si res est tempore peritura, & de his quæ seruando seruari non possunt, tunc vendi potest per sequestrantem, vt dixi statuto præcedenti, addo pract. Papien. in form. sequestr. in glo. penul. Iacob. de Aren. in tract. de sequestr. num. 19.
9 versicul. Quæro an si res sequestrata; † res autem quæ seruando seruari non possunt, dicuntur vestimenta, fructus, & similia, quæ vltra triennium seruari nequeunt, Menoc. de arbitr. iudic. cas. 49.
10 nume. 4. † Quid de re litigiosa, an sequestrari & alienari possit, præter iam dicta supra vide Folan. in tract. de sequestr. reg. 27. part. 2. Lanceloт. de attentat. lit. pend. in præfat. nume. 451. cum seqq. vbi latissime quando alienari possit. Carpan. ad statuta Mediolani, capit. 68. per totum; regula est negatiua, rem litigiosam non posse alienari, l. fi. C.
11 de litigios. fallit † Primo quando lis est iniusta &
12 calumniosa, † Secundo quando agitur actione personali, vt comprobat has duas fallentias Mar.
13 Anton. var. resol. lib. 1. resol. 23. num. 2. & 4. † ibique, tradit an ius patronatus cadat sub vitio litigiosi; & scias quod benefitium litigiosum, multo facilius admittit derogationem, etiam si sit de iure patron. laycorum, Paris. cons. 94. vol. 2. Cost. de
14 remed. subsid. remed. 50. nu. 9. volens † fundum
15 litigiosum minoris æstimari; † Tertiò fallit in alienatione quæ fit per confiscationem l. si constante
16 §. fin. ff. sol. matr. Balb. decis. 86. † Quarto fal. quando alienatur sub conditione, quando desierit es-
17 se litigiosa, Guid. Pap. cons. 82. † Quinto quando soror litigans cum fratre, lite pendente, dat in dotem bona sub lite, gl. & Bald. in l. ante diuisionem.
18 C. de iur. dot. † Sexto fal. in alienatione necessaria Bald. in l. alienationes, ff. famil. ercisc. Alexan. in l. quamquam, §. 1. ff. de aq. pluu. arcend.
19 † Septimo fal. in causa matrimoniali, quæ vitiũ
20 litigiosi nõ causat Barbat. cõs. 46. lib. 2. † Oct. fal. in causa corã arbitro pẽdẽte, Ias. in l. 2. C. de eden.
21 † Nono fal. si lis sit extraiuditialis puta bellum,
22 Castr. consil. 298. col 4. versic. sed contra vol. 2. † Decimo, fal. vbi instantia causæ perempta esset, Felin. in c. causamquæ col. fin. versic. item declara de testibus; Ias. in l. cum mota col. 4. C de transact.
23 † Vndecimo, fal. quando simplex denuntiatio iuditialis facta fuisset, absq; citatione, l. 1. in prin. ff. de litigios. Pereg. de iur. fisc. libr. 4. tit. 6. de litigios, num. 2.
24 † Duodecimo fallit quando agitur offitio iudicis, R p. auus meus in c. cum M. Ferrariensis nu. 192 de constitut. Peregr. dicto tit 6. nu. 13. & seq.
25 † Decimotertio, fal. vbi simplex, suplicatio intercessisset, Peregr. dicto loco nu. 17. inf. Aduerte tamen quod vitium litigiosi, præter id quod alie-
26 nationem fieri prohibet, † plures alios operatur effectus; de quibus per Peregr. dicto tit. 6. nu. 29. cum seqq. pluribus, & nu. 39. recenset tres modos,
27 quibus litigiosi vitium finitur; † Primus quando perempta est instantia; vt supra dixi, rationem subdens quia finita instantia non est amplius lis, secundus per recessum partium, vt puta per transactionem; Tertius quando fertur absolutoria pro reo, modo ab ea non sit appellatum.

Quid autem si sit quæstio super possessione, an
28 proprietas dicatur effecta litigiosa, † ita vt non possit alienari gl. in c. 1. de litigios. tenet quod nõ, vbi Abb. nu. 1. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune num. 20. ff. de acquir. poss. Menoch. de arb. Iud. casu 202. num. 17. cum seq. Lancelo. dicto tit. de attent. app. pendent. num. 464.

An è contra quæstio super proprietate, faciat
29 possessionem litigiosam, dic quòd non, † Ioseph. Ludouic. dec. Perus. 68. num. 9.

30 Quæ autem dicatur propriè res litigiosa, † DD. in aut. litigiosa res, C. de litigiosis gl. in c. 1. de cõs. vtil. vel inutil.

In verbo nisi prius res, vel ius taxita fuerit de taxita] pluribus autem modis tollitur sequestrum, primo per solutionem, vt dixi supra in principio. Secundo fideiussione, Alex. & Ias. in l. si fideiussor. §. fin.

§ fin. ff. qui satisd. cog. Curt. de sequestr. part. 14. num. 55. quæ satisd. specifica esse debet de re sequestrata exhibenda, aut soluendo, Foian. de sequestr. reg. 4. nu. 3. part. 2. Caroc. de sequestr. par. 4. nu. 2. vbi nonnullis modis declarant; 3. cessat sequestrum lite finita, Foian. d. tract. part. 2. reg. 4. num. 6. Quartò ob moram sequestrantis in prosequendo ius suum, Foian. d. loco num. 7. Quintò per dationē pignorum glo. in l. 1. vbi DD. ff. qui satisd. cog. Sextò per delegationem consentiente creditore factam, Foian. d. tract. reg. 4. num. 10. Septimò si dilationem ad soluendum à parte, vel Principe, aut superiore obtinuerit Petr. Pecch. de iur. sist. cap. 31. num. 9. Octauò si res sequestrata esset prohibita sequestrari, comparente nempe eo in cuius præiuditium factum fuit sequestrum, & priuilegium allegante, Foian. d. loco num. 13. vbi etiam num. sequentibus declarat dict. modos tollendi sequestrum. Quos non refero cum videri possunt.

De quibus ambasciatis fieri debeat impositio. Rubr. 9.

Item statuimus, quòd in saximentis fiendis, & in præceptis fiendis decem dierum vtilium, & de mittendo aliquem in possessionem in rebus, & de rebus immobilibus, & de dando curatorem bonis vacantibus, & non defensis, & de citando aliquem ad respondendum positionibus, & ad sententiam audiendam, fiat impositio seruitori, & in scriptis portetur dicta ambasciata citandis, vel citando, ad locum vbi quis propter absentiam veniat citandus, secundum formam statutorum Communis Papiæ. Et non fiat impositio, nec relatio illa hora ad quam citatur, sed de mane pro vesperis, vel de vesperis pro mane, seu de vno mane ad aliud mane, vel de vno vespere ad aliud vespere, alioquin dicta ambasiata, vel præceptum, non valeat, nec teneat ipso iure. ¶ In alijs verò casibus quàm in casibus suprascriptis, credatur seruitori, tàm de commissione sibi facta, quàm de citatione facta per eum, dummodo ipsa citatio fiat, & dimittatur in scriptis, citato seu requisito, si causa propter quam citatur excedat summam librarum decem Papiæ, & aliter non valeat. ¶ Abinde verò infra possit fieri in scriptis, & sine scriptis. Et quòd in omni actu exequutorio, qui petatur fieri coram quocunque Iudice, vel Magistratu Ciuitatis Papiæ: ille Iudex vel Magistratus, qui dictum actum fieri iussit, teneatur subscribere in fine dicti actus nomen proprium ipsius iudicis, officialis, vel magistratus: & aliter facta non valeat ipso iure.

Summarium ad statutnm 9. in ciuilibus.

1 Quid seruetur circa hoc statutum.
2 Heredi datur tempus ad deliberandum an velit adire, & quantum tempus.
3 Iudex an tempus ad deliberandum datum à lege possit minuere.
4 Et an possit minuere ad effectum dandi curatorem bonis vide num. seq.
6 Heres non repudians intra tempus ad deliberandum, & nihil dicens præsumitur adiuisse.
7 Quid in substituto instante, & tunc heres intra terminum non respondens dicitur repudiare.
8 Herede nolente adire datur curator hæreditati, ad instantiam creditorum.
9 Curator datus hæreditati iacenti, quas actiones possit intentare.
10 De curatore dando bonis iacentibus absentis ac vagabundi remissiue.
11 Statutum volens dari curatorem bonis vacantibus, loquitur impropriè pro bonis iacentibus.
12 Curator non datur bonis vacantibus, sed procurator Fisci suscipit administrationem.
13 Citatio an de iure debeat fieri in scriptis.
14 Citatio verbalis potest fieri in ecclesia, secus in reali.
15 In citatione debet apponi congruum tempus, alias non valet.
16 Citatio absq; præfixione termini an valida. & quo modo intelligatur.
17 Citatio debet fieri de commissione iudicis, tam in ciuilibus quam in criminalibus.
18 An in dubio præsumatur facta de commissione Iudicis, & distingue, num. 19.
20 Citatio realis idest apprehensio seu carceratio, an præsumatur facta de iudicis commissione.
21 Citatio debet fieri ad instantiam partis.
22 Amplia etiam in citatione peremptoria.
23 Citatio peremptoria quando dicatur.
24 An dicatur peremptoria, quando dicitur hac vna pro omnibus. & dic quod sic.
25 Limita stante statuto requirente trinā citationē.
26 Citatio in dubio an præsumatur facta ad instantiam partis.
27 Quid in causa summaria, & leuis præiudicij, vel quando interuenit diuturnitas temporis.
28 Pars an possit portare litteras citatorias.
29 Parte negante se citatā, statur sacramēto actoris.
30 Citatio facta mortuo Iudice an valida.
31 Iudex nouus quando teneatur dare nouam dilationem.
32 Nuntius si quem immittat in possessionem post mortem iudicis, an valeat immissio.
33 Citatio an possit fieri à Notario.

Item

Tem statuimus vide † in simili. sup. de reg. potest. statuto duodecimo sub rub. de electione seruitorum Cõmunis Pap. & inf. statuto 51. tit. de assumptione sapientis. Praeterea in praxi nota, quod
1 hoc statutum sic seruatur, † quia in casibus non comprehensis in statuto praecepta fiunt per Praetorem, vt potẽ ex parte, & mandato D. Praetoris, & ad instantiam N. per publicum seruitorẽ Communis Papiae, dicatur, praecipiatur, & in scriptis dimittatur D.

Sed in casibus comprehensis in hoc statuto, dicitur Illust. D. Praetor Papiae, ad instantiam N. imposuit, comisit, & mandauit, dedit, ac dat publico seruitori Cõmunis Papiae, quatenus vadat, dicat, praecipiat, & in scriptis dimittat, & si aliter fiat, non valeat.

In verbo de dando curatore bonis vacantibus] pro intelligentia terminorum, sciendum, quod decedente aliquo ab intestato relicto aere alieno,
2 vel condito testamento, † & dubitatur, an haeres adire velit haereditatem, vel ne, tunc solet interrogari ad creditorum instantiam, an velit adire, quod si petat terminum ad deliberandum, si sit suus haeres, anni tempus conceditur, si extraneus centum dies; Castr. & Ias. in l. si curatoris, C. de iur. delib. Capic. decis. 87. nu. primo, vel melius, arbitrio Iudicis datur terminus, Menoc de arbitr.
3 iud. lib. 2. cent. prima, cas. primo, per totũ; † tale autem tempus a iure statutũ, à Iudice minui nequit, ad effectum, vt qui tempus petijt excludatur à facultate adeundi; Menoch. d. cas. primo, nu. 8. nisi iusta coarctationis causa subesset, vt ibi nu. 9.
4 Quo autem ad effectum, vt creditores agere possint, an tale tempus minui possit, variarunt Doctores; quidam enim tenuerunt, quod sic, etiam absq; causa, Ias. in d. l. si curatoris, num. 3. & in rubr. num. 3. C. de success. edic. Capic. decis. 87. num. 3. & 9. cum alijs de quibus per Menoch.
5 dicto casu primo, num. 12. & sequen. † Contrariam tamen opinionem, quod Iudex sine causa, minuere non possit, plures amplexi sunt, relati à Menoch. ibidem num. 16. quos, & ipse sequitur, hancq; veriorem, & receptiorem testatur Rim. in rub. C. de success. edict. quae mihi magis placet; quae autem dicatur iusta causa, traditur ibi
6 a Menoch. † Elapso autem termino haeredi dato ad deliberandum, si haeres dicto in termino non repudiauerit, vel nihil dixit, eo casu praesumitur adire; l. fin. §. si autem hoc, & §. si quis autem, C. de iur. delib. Bart. in l. gerit, col. pen. nu. 18. ff. de acquir. haered. & in l. quandiu, nu. 5. ff. eod. nisi tamen terminus fuisset statutus, à substituto,
7 † tunc enim si haeres nihil respondeat, praesumitur repudiasse, vt per Bart. ibi rationem differentiae assignans, sequitur Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 102. in fine nu. 19. Si autem haeres
8 in termino statuto nolet adire, † datur tunc curator haereditati, de quo loquitur hoc statutum, & aliud statutũ infra nu. 47. & contra ipsum agunt creditores, executio autem fit in bonis haereditarijs, Castr. in d. l. si curatoris, nu. 2. Alex. in rub.
9 num. 2. C. de success. edic. † qui curator potest intentare omnes actiones, tempore non perituras, Alex. cons. 4. nu. 5. vbi addit. lib. 2. Menoch. de arbitr. iud. cas. 150. nu. 8. vbi plene, de curatore
10 simili, † ac bonis absentis, & vagabundi, & dixi infra statut. 47. & per D. Costam olim Collegam meum in tract. de remed. subsid. remed. 58. nu. 7.
11 licet autem statutum loquatur de curatore bonis vacantibus dando, loquitur impropriè, cum deberet dicere bonis iacentibus, vt aduertit Menoc.
12 d. casu 150. nu. 3. † cum bona vacare dicantur quando nullus est, nec speratur haeres, quo casu Procurator Fisci administrat, & cum eo agunt creditores, vt per Peregr. de iur. Fisc. lib. 4. tit. 3. secus autem vbi bona iacent, cum scilicet nullus de praesenti reperitur, qui velit esse haeres, licet possit, vt ibi per eum.

13 In verbo admittatur in scriptis] quaero † quid de iure cõmuni, an citatio in scriptis fieri debeat, dic hoc esse Iudicis arbitrio positum; est tamen citatio in actis scribenda, vt de ea appareat; Duen. reg. 93. vbi declarat, & per Marant de ord. iud. in verbo, rectè concipiatur citatio, nu. 74. Asin. in praxi, §. 6. cap. 7. per totum, vbi plura afferun-
14 tur, declarando; nota tamen, † quod citatio verbalis, potest fieri in ecclesia, secus in reali; Marant. dicto loco num. 129.

15 In verbo, illa hora ad quam citatur, sed de mane pro vesperis] † de iure communi, pariter in citatione tempus congruum ad comparendum apponi debet, alias citatio nõ valet, Specul. de citat. §. primo, nu. 12. vers. item, quod facta est, Afflict. decis. 124. num. 3. Ias. distinguens inter citationem generalem ad causam, vel particularem ad aliquem actum, in l. liber homo, §. decem, ff. de verb. oblig. Pract. Pap. in form. responsionis rei, in verbo in termino.

16 Vbi vero terminus in citatione non est appositus, tacitè intelligitur de congruo, Felin. in cap. cõsuluit de offic. deleg. Alex. in d. l. liber homo, §. primo, ff. de verb. oblig. Boer. decis. 235. sicut si citatio horam non contineat, intelligitur de consueta. Addit. ad Bart. in procem. ff. vet. sub nu. 4. vers. in scriptura.

17 In verbo, teneatur subscribere] † ratio est, quia citatio à Iudice non subscripta, non valet etiam in criminalibus, Ias. in §. quadrupli, num. 11. Inst. de act. Rip. auus meus in cap. primo, num. 86. de iud. Clar. in praxi, §. fin. quaest. 31. vers. vnum autem; quod procedit, vt in dubio non praesumatur citatio facta de Iudicis cõmissione, Aret. cons. 33. Menoc. de praesumpt lib. 2. praesumpt. 24. vbi duos constituit casus; Primus, si agitur de citatione verbali, seu personali, quo casu Iudicis mandatum praesumitur, ampliando, & declarando, vt per eum; Secundus, si agitur de citatione reali, vt de apprehensione, seu carceratione, & tunc non praesumitur mandatum Iudicis, & latè per Tusch. Pract. conclus. tom. primo, littera C.
21 conclus. 230. † Sed dubium est, an citatio fieri debeat de mandato Iudicis, ad instantiam partis; dic quod sic, Abb. Felin. & alij in d. c. 1. de iudic.
22 Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 44. & seq. † maxime in citatione peremptoria, l. ad peremptorium, C. de iud. Bart. in l. si finita, §. Iulianus, nu. 3. ff. de damn. infec. & in l. cessante, in fin. C. quõ.
23 & quando iud. † dicitur autem peremptoria, quãdo in ea, cõminatur ad diffinitionem, & pronuntiationem sententiae, etiam si non dicatur peremptoriè, Vant. tit. de nullit. ex defec. citat. nu. 101.
24 vel † quando dicitur, hac vna citatione pro om-
25 nibus, Bar. in d. §. Iulianus, num. 4. † quod tamen non procedit, si statutum requireret trinam citationem, Alex. consil. 137. num. 10. lib. 2. Alderan. Mascar. de generali statut. interpret.
26 concl. 9. num. 59. † praesumiturq; citatio facta ad

ad instantiam partis, si nuntius sic referat Menoc. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 23. vbi num. 13.
27 cum seq. vult † multo magis procedere in causis summarijs, vel quando concurrit temporis diuturnitas, Rip. auus meus in dicto cap. 1. nu. 10. & 20. extra de iudic.

In verbo, de citatione facta per eum, dummodo ipsa citatio] sed an pars ipsa possit portare lit-
28 teras citatorias, eiq; sit credendum † Abb. in cap. cum sit Romana, nu. 25. de appellat. tenet quod non, contrarium autem tenet, Bart. in tract. ad reprimendum, in verbo, per litteras sigillatas, & tradit formam, vt scilicet eas tradat coram Notario, & testibus, imò vult idem Bart. in l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excus. tut. quòd si pars negat se fuisse citatam, stari debeat sacramento
29 actoris, † vide tamen Bald. in l. vt perfectius, C. de ann. except. Appost. in cap. cum parati, vers. cautela de appellat.

30 Quid si Iudex imposuit citationem, & moritur, vtrum talis citatio mortuo dicto Iudice valeat, † notat Alex. in l. fundi, ff. de acquir. possess. vbi tenet, quod cõ missio citationis Iudice mortuo, vel finito officio nõ durat, & vide eundem Alex. in d. l. fundi, num. 5. post Bald. ibi vult, quod si Iudex
32 causa cognita commisit nuntio, † quod actorem in possessionem inducat, quod valebit immissio dato, quod nuntius eum induceret finito officio Iudicis, vide tamen Carpan. ad statut. Mediolani, cap. primo, nu. 36. vbi alios etiam citat, & quan-
31 do nouus Iudex teneatur dare dilationes, † vide Castr. post alios in l. edictũ quod ff. de Iudicijs, vbi vult, quod nouus Iudex possit dare nouam dilationem expectatoriam.
33 De iure communi, etiam iusta citatio fieri potest à Notario † Bal. in l. cessante in addit. C. quomodo, & quando Iudex allegat, Bart. & Ang. in l. 2. col. vlt. C. de annal. excep.

De citationibus fiendis in ciuibus, & districtualibus Papiæ. Rub. 10.

ITem statuimus, quod citationes fieri possint, & debeant in Ciuibus personaliter, vel ad domum habitationis de Ciuitate, seu de Comitatu Papiæ, & vbilibet infra confinia Ciuitatis, & districtus Papiæ, Et si habitationem certam non habent, citationes fieri possint, & debeant in loco vbi habitare consueuit. Et si contingat aliquem Ciuitatis, & districtus Papiæ, vel Comitatus se absentare à Ciuitate Papiæ, & districtu, vel habitare, sed habitare in tali loco, in quo duo seruitores iurauerint coram Iusdicente, quòd non auderent ire absque periculo personæ, sufficiat citationem fieri in Curia Communis Papiæ, vel ad arengheriam dicti Communis publicè, & alta voce, & etiam ad domum in qua consueuit habitare citandus, & etiam in publica platea contratæ dictæ domus, in casu dictæ absentiæ, & sic facta valeat cum effectu; & contra citatum procedi possit perinde, ac si esset legitimè citatus, idem seruetur in denuntiationibus, oblationibus, & similibus actibus quibuscunque fiendis.

Summarium ad Statut. 10. in Ciuilib.

1 *DE citatione apud quos latè habeatur, & quæ sint eius partes.*
2 *Citatio an debeat fieri primo personaliter, postmodum si non potest, ad domum.*
3 *Casus in quibus de iure cõmuni quis potest à principio citari ad domum remissiuè.*
4 *Habitans in duabus domibus, vnam hieme alterã æstate, ad quam veniat citandus.*
5 *Citatio ex hoc statuto potest fieri ad domum, absq; perquisitione personæ.*
6 *Vel, alternatiua importat electionem.*
7 *Citatus extra Ciuitatem, potest cogi eligere domicilium in Ciuitate.*
8 *Quid si eligat domũ Causidici, an valeat electio.*
9 *Domus habitationis, quæ dicatur.*
10 *Viator qualiter citari possit, & an ad hospitium.*
11 *Citari an quis possit ad tabernam, seu apotecam, in qua artem exercet.*
12 *Monachus, Clericus, carceratus, Scolaris, vbi citandi remissiuè.*
13 *Quid si quis habeat domum in confinio duarum Parochiarum, vel duas domos in diuersis Parochijs, vel domus habeat duas partes.*
14 *Citatio regulariter requiritur in quolibet actu.*
15 *Fallit hæc regula pluribus modis, de quibus remissiuè.*
16 *Citatio an generaliter fieri possit.*
17 *Citatio per edictum quomodo debeat fieri.*
18 *Citatio per edictum, vel per proclama regulariter non potest fieri.*
19 *Fallit pluribus modis remissiuè.*
20 *Citatio per edictum debet esse trina.*
21 *Citatio vnica peremptoria per edictum non sufficit.*
22 *Amplia maxime quãdo fieret ad finem pœnæ imponendæ.*
23 *Mulctandus si non habet domicilium, citatur per literas subsidiales, non per edictum.*
24 *Citatio per edictum, remedium subsidiarium.*
25 *Citationis per edictum requisita, ac eius effectus, & quid operetur in materia iuris patronatus remissiuè.*
26 *Citatio non exercetur in loco non subdito, quando territoria subsunt diuersis principibus.*
27 *Fallit, quando territoria subsunt eodem Principi, quod tamen de consuetudine non seruatur.*
28 *Iudex quando citari possit per nuntiũ suum absq; litteris subsidialibus, extra territorium, quando*

quis

quis sortitur forum ratione domicilij.
29 *Item quando Papa, vel Legatus vult aliquem citare in terris Imperij.*
30 *Existens extra territorium citatur per literas subsidiales.*
31 *Litera subsidiales, ad quem Iudicem sint dirigenda.*
32 *Quid si citandi non habent Iudicem, nisi Papam, vel Imperatorem.*
33 *Litera subsidiales septem continere debent.*
34 *Iudex recusans exequi literas subsidiales, ad quid teneatur.*
35 *Litera subsidiales dantur pro executione iudicati in alieno territorio.*
36 *An autem dentur in causis criminalibus, & quid de consuetudine.*
37 *Citatio ad totam causam an sufficiat.*
38 *An inducat litis pendentiam.*
39 *Citatio quid remissiuè.*
40 *An inducat perpetuationem iurisdictionis.*
41 *Iudex an possit incipere à praeceptis executiuis.*
42 *Terminus ad certiorandum absentem qualis detur.*
43 *Quid si procurator dicat nescire, vbi sit citatus, & petit tempus ad certiorandum, quale detur.*

1
Itationum materiam ponit latè† Bar. in l. 4. §. Prætor, ff. de damn. infec. latissimè Asin. in sua praxi Iudic. §. 7. cap. 2. Ant. Gabr. in suis comm. in tit. de citatio, concl. prima, Marant. in suo specul. iudic. part. 6. in verbo, rectè concipiatur citatio, Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. citationis; Marian. Soci. in suo tract. de citatio. concl. prima, Post Imol. in tract. communium, reg. 43. lib. primo, Carpan. ad statuta Mediolani, cap. primo. Citationis autem tres
2 sunt partes;† primo, commissio Iudicis; secundo, executio nuntij; tertio, relatio; Maranr. de ord. iudic. in verbo citatio, num. 51. Caroc. decis. 79. num. 16. & seqq. Cardin. Tusch. in suis Practic. conclus. tom. primo, litera E. conclus. 230. nu. 15.

Aduerte, quod istud statutum, videtur contrariari supra statuto primo, in vers. præterea statuimus, vbi scripsi.

3 In verbo, personaliter, vel ad domum] huiusmodi clausula de iure communi non denotat electionem, sed ordinem,† vt primo citetur personaliter, & si personaliter non reperiatur, ad domum, l. 4. §. Prætor ait, vbi Alex. ff. de dam. infec. Marsil. sing. 85. tex. in l. prima, §. primo, ff. de liber. agnos. & quod primo quis veniat de iure communi citandus personaliter, & si, diligenter perquisitus non inueniatur, possit post modum citari ad domum, dicit magis communem pluribus citatis, Asin. d. §. 6. cap. primo, quamquam in contrarium voluerint nonnulli per eum relati, nempe citationem posse fieri ad domum absque aliqua perquisitione personæ; sunt tamen multi casus, in quibus quis à principio citari potest ad domum
4 † de iure communi, nulla præcedente perquisitione, quorum decem recenset, Asin. loco supra citato, d. cap. 2. per totum, & quando personaliter, vel ad domum habitationis quis sit citandus, tradit Pract. Papien. in forma responsionis rei, in verbo, in termino, vbi addition. plura, num. 2. & seq.

5 Sed in casu, in quo citatio potest fieri ad domũ, quæro, quid si quis habeat duas domos, vnam, in qua habitat hyeme, alteram æstate, qualiter, & ad quem locum veniat citandus; † & dic, quod inspicitur locus, in quo habitat tempore citationis, adeò, vt in eo loco veniat citandus, in quo tempore citationis certum est habitare, Raphael. Cum. cons. 146. nu. 2. Paris. cons. 45. num 17. lib. primo, quod procedit etiam, si æqualiter, aut maiori parte anni consueuerit alibi habitare, Bar. in l. 4. §. Prætor ait, col. prima, versic. sed quid si maior, vbi Ang. circa medium, & Castr. ff. de damn. insec. sequitur Asin. d. §. 6. cap. 4. num. 3. & 4

Veniendo tamen ad materiam huius nostri statuti, dicas, quod stante, quod statutum nostrum loquitur alternatiue, scilicet personaliter, vel ad domum, tunc ex magis communi DD. sententia citatio poterit fieri ad domum, nulla facta prius
6 perquisitione personæ,† prout de hac magis communi testatur, Asin. loquendo in terminis statuti florentini loquentis, pariter alternatiuè, prout præsens nostrum statutum in sua prax. iudic. d. §. 6 cap. 3. vbi plures allegat pro vtraq; opinione, & ratio est, quia alternatiua, vel, in casu huius statuti stat in proprijs terminis, vt denotet electionem,
7 Bart. in l. scire oportet, ff. de excus. Lafranc. de Orian. in cap. quoniam contra, in vers. citationes, colum. 4. num. 9. Corneus cons. 52. vol. primo. plures alios refert Asin. loco supra citato.

8 Sed vos scitis, quod citatus, quando est extra Ciuitatem, potest cogi eligere domicilium in Ciuitate, in qua citatus fuit, † ad effectum, vt ibidẽ possit in cæteris actibus citari, Bald. Ang. Imol. & Rom. in l. qui ante calendas, ff. de verb. oblig. modo quæro, citatus fuit iussus eligere domicilium, ad quod citari possit ad omnes, & quoscunque actus de cætero faciendos vsque ad expeditionem causæ appellationis inclusiuè; ipse citatus respondit non teneri ad ipsam electionem, & quatenus teneatur, illud eligit ad domum habitationis sui Causidici, prout solet, vt plurimum fieri Papiæ, vtrum talis electio, stante hoc statuto, per quod disponitur, quod debeat citari personaliter, vel ad domum habitationis, valeat talis citatio, vel intimatio facta ad locum domicilij, responde vt in statuto subsequenti de citationibus faciendis forensibus, & vide Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu citationis, & teneo valere.

10 Domus autem habitationis, quæ dicatur, tradit Bald. in l. 2. ff. de statu hom. Afflict. decis. 384. nu. 14. & seq. & cũ statutum dicat, citandum ad locum, vbi habitare consueuit; aduertendum est, quod non sufficit citare ad domum, sed dici debet in relatione, & citatione ad domum solitæ habitationis, Cuman. cons. 146. habitatio autem in aliquo loco facta, in qua habitans nõ habeat permanendi animum, non dicitur habitatio, etiam si cum tota familia habitaret, Bertrand. cons. 75. num. 1. 2. & seq. volum. 2. cons 167. volum. 3. Gramat. decis. 87. num. 5. Bertazzol. cons. ciuil. 88. num. 10. Felin. in proem. Rex pacificus, nu. 4. Rim. iun. cons. 113. num. & seq. lib. 2. Roman. cons. 264. vbi plura Mandos. in addit. ad eum. & dicam infra statuto 129. tit. quod Ciues debeãt venire ad habitandum in Ciuitate Papiæ.

11 An autem viator ad hospitium, vel qualiter citari possit, † & de alijs multis, vide And. Barbat. super clem. prima, & seq. de elect. & Asin. in d. §. 6. cap. 5. num. 2. vbi num. 5. quærit, nunquid quis citari possit ad tabernam, seu apothecam, in qua

qua citandus artem suam exercere consueuerit,
13 † & ibi etiam ponit, qualiter citandus veniat Monacus, Clericus, & carceratus, & an scolaris possit citari ad eam domum, in qua habitat tempore studij, vt ibi latè per eum, non refero cum facillimè ex Asin. relato videri possit.
14 † Quid si domus habitationis sit in confinio duarum Parochiarum, vel citandus habeat duos domos in diuersis Parochijs, vel domus, in qua habitat citandus, duas habeat portas, vnam in vna Parochia, alteram in altera, dic, quod est in electione citantis, vel Iudicis, vel Nuncij, vbi magis placuerit citare, nisi quando domus duas habet portas, nam in illa est citandus, quæ est altera frequentior; Afflic. in tract. feud. tit. quæ sint regalia vers. via publica, nu. 6. Asin. d. §. 6. cap. 5. nu. 7. & seq. Ruin. cons. 59. num. 10. vol. 1. Carpan. ad statut. Mediolani, cap. 2. num. 28.

Sed quia statutum loquitur de citatione, quæ-
15 ro, in quibus casibus requiratur citatio, † & dic, quod regulariter citatio in quolibet actu necessario facienda est, l. nam ita diuus, ff. de adopt. cum pluribus adductis per Asin. in sua praxi iud. §. 7. cap. 5. latè Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de citationibus concl. prima, per totam.

Fallit hæc regula pluribus modis, de quibus per
16 eundem Gabr. loco mox citato, & per Ias. † qui affert decem, & nouem limitationes ad hanc regulam, in l. nec quicquam, § vbi decretum num. 23. vsq; ad numerum 49. ff. de off. proconf. vide latè Asin. d. cap. 5. vbi ponit centum, & quadraginta quinq; limitationes ad hanc regulam, & vide etiã Menoch. de arbitr. iud. q. 17. vbi ponit plures casus, in quibus sit necessaria citatio, & in quibus non. Port. Imol. in suis comm. reg. 43. lib. primo, Carpan. ad statut. Mediol. cap. 1. num. 7.

An autem in casibus, in quibus requiritur citatio, debeat fieri specialiter, an vero sufficit ge-
17 neralis per edictum, & dic, quod, quando citandus est certus, requiritur specialis citatio; quando vero est incertus, sufficit per edictum, vel per præconem; Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo per edicta nu. 14. & seq. Rip. in l. remq; nobis,
18 nu. 44. ff. de acquir. poss. † & quando citatio per edictum fieri debeat, latè tradit Ioseph. Ludouic. in suis communibus, concl. 5. nu. 2. vbi appost. ad eum lib. 2. & vide Marant. de ord. iud. in verbo
19 rectè concipiatur citatio, nu. 97. vbi firmat † regulariter citationem per proclama fieri non posse,
20 & tredecim fallentias adducit, † & nota, quod in casibus in quibus potest fieri citatio per edictum, vel per præconem, procedit in casibus à iure ex-
21 pressis, vt notatur in clem. 1. de iudic. † debet huiusmodi citatio esse trina, gl. in c. de illicita 23. q. 4. l. tres denuntiationes, C. quom. & quand. iud.
22 † & hoc casu non sufficeret vnica peremptoria, Doct. in c. ex tua, de cleric. non resid. Capr. reg.
23 91. nu. 33. † quod maximè procedit quando citatio per edictum fieret ad finem, pœnæ imponendæ, gl. in clem. 1. in verbo tutor. de vit. & honest. Cler. Imol. in d. c. ex tua. Capr. reg. 96. num. 81.
24 & not. † quod quando quis est mulctandus, si alibi habet domicilium, non potest per edictum citari, sed debet citari per litteras subsidiales, latè Alciat. cons. 13. nu. 13. lib. 7. plenius de tali citatione D. Cost. olim ciuis, & collega meus, in tract. de remed. subsid. remed. 13. num. 1. & seq. con-
25 cludens, † huiusmodi citationem esse remedium
26 subsidiarium, & num. 4. ponit † requisita ad hanc citationem, & quos effectus operetur, & quid in materia iuris patronatus, ad eum me remitto.
27 Non est tamen omittendum, quod, † citatio non potest exerceri in loco non subdito, c. 2. de constit. in 6. l. fin. ff. de iuris. om. iud. Alex. cons. 67. nu.
28 8. libr. 1. Aduerte tamen quod vbi † agitur de territorio vel locis, qui subsunt eidem principi, potest fieri citatio, absq; literis subsidialibus de iure, Bart. in l. prima, §. præsides, ff. de requir. reis, Boss. in praxi tit. de citat. nu. 26. licet de generali consuetudine hoc non seruetur, cum nullus Iudex, extra suum territorium possit citare, nisi per literas subsidiales, Cost. de remed. subsid. remed. 16. nu. 1. & 2. & ita in hoc dominio seruatur; Alb. cons. 208. num. 13. sunt tamen nonnulli casus, in qui-
29 bus † Iudex, per Nuntium suum absq; litteris subsidialibus, subditum suum, extra territorium citare potest; quorum primus est, quando quis sortitur forum ratione domicilij, quo casu potest Iudex, eum etiam absentem in aliena iurisdictione
30 per Nuncium citare; Secundus casus est, quando Papa, eiusuè Legatus, aliquem in terris Imperij vult citare, tunc enim sufficit si Nuntium suum mittat; & hos duos casus ponit Boss. in praxi, tit. de citat. nu. 20. & 24. & nu. 25. & seq. alios casus
31 prosequitur; vbi autem † citatur quis in aliena iurisdictione solent mitti litteræ ad Iudicem illius loci in quo citandus commoratur, quæ dicuntur subsidiales, rogando illum vt in iuris subsidium, intimari faciat, citationem N. in sua iurisdictione commoranti, & de huiusmodi citatione facienda,
32 vide Asin. in praxi, §. 7. cap. 3. & 4. † Quæro autẽ ad quem Iudicem tales literæ sint dirigendæ, respondeo ad Iudicem competentem, illius qui citatur, Alb. cons. 208. num. 14. vbi ponit quid si ci-
33 tandus, † habet solum Papam Iudicem competentem, vel Imperatorem, qui sint valde remoti, nec eorum copia haberi potest, nisi cum longo tẽporis interuallo, & concludit, tunc literas destinandas esse, illi iudici ordinario, in cuius territorio habitat citandus, Bursat. cons. 74. num. 102. & seq. Borgnin. decis. 3. num. 25. part. prima.
34 † Quid autem continere debeant dictæ literæ subsidiales; dic septem esse necessaria, primò requisitionem; secundò causam expressam; tertiò quod sint publicæ; quartò sint sigillatæ sigillo Iudicis mittentis; quintò quod Iudex qui dirigit eas sit Iudex rei conuenti ratione domicilij, aut rei sitæ, vel alio modo; sextò quod actus sit contentiosus; septimò quòd Iudex requisitus consentiat & permittat citari, prout hæc septem enumerat D. Cost. de remed. subsid. remed. 16. num. 10. &
35 nu. 12. ponit † ad quid teneatur Iudex requisitus, si sine causa recuset exequi dictas literas subsidiales, de quo etiam, vide Boss. tit. de citation. n. 23. Alb. d. cons. 208. Carpan. ad statut. Mediolani,
36 cap. 5. † danturq; dictæ literæ subsidiales, etiam pro executione iudicati, in alterius territorio, idẽ D. Cost. d. remed. 16. nu. 9. & num. 14. ponit remissiuè, an literæ subsidiales, in criminalibus admittantur ex Farinac. in prax. crimin. q. 11. nu. 43. concludente de iure non posse dari, secus de generali consuetudine totius Italiæ.

An autem sufficiat citatio ad totam causam,
37 vsq; ad sententiam inclusiuè, † vide Asin. d. §. 7. cap. 2. per totum.

An autem citatio inducat litis pendentiam,
38 † quantum ad effectum, vt nihil interim sit innouandum dic quod sic, Clem. 2. vt lite pend. Rip. respons.

respons. 2. tit. de constit. & statutis. Dec. in l. more, nu. 46. ff. de Iur. om. iud. Felin. in c. super literis. nu. 14. de rescript. latissimè Lancell. de attentatis parte 2. cap. 4. nu. 30. cum seqq. pluribus, vbi late hoc declarat Mysing. obseru. 26. cent. 4. Menoch. de arb. iud. casu 202. nu. 7. Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de iud. concl. prima, nu. 2. cum seq.

39 Quid autem sit citatio, † vide latissimè Lancel. loco mox relato, nu. 82. Afflict. decis. 336. nu. 14. Tiraq. de vtroq; retract. §. 8. gl. 2. cum seq. Dec. cons. 460. nu. 28. Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de citat. concl. 3. nu. 4.

An autem citatio inducat perpetuationem iu-
40 risdictionis in delegato, † vide Gabr. vbi supra, in d. tit. de citat. concl. 2. vbi concludit necessariam non esse citationem ad perpetuandam iurisdictionem, ex magis communi DD. sententia de quo vide ibi latè per eum.

An autem Iudex possit à præceptis executiuis
41 incipere, † vide Ias. in l. nec quidquam, §. vbi decretum, ff. de off. procons. & leg. nu. 5. declarans.

In verbo, & si contingat aliquē Ciuitatis] quod si aliquis nomine absentis compareat, & eius ab-
42 sentiam alleget † dic, quod terminus est statuendus ad eum certiorandum scilicet vnius diei pro singulis viginti miliaribus, & si ignoratur, quo in loco reperiatur statuitur terminus Iudicis arbitrio, vt ex nouis Mediolani Const. cauetur in tit. de Iudicijs, §. vbi contingat, & tradit Menoc. de arb. Iud. lib. 2. cent. 2. casu 227. nu. 6. cum seq.

43 Quid autem si procuratores, vel excusatores comparcant, & dicant citatum abesse & illis recedendo dixisse, se peregre esse profectum, affirmantes se nescire quo in loco citatus comoretur, & petant terminum ad eum inueniendum, & perquirendum, an dandus sit, & dic quod sic, arbitrio Iudicis, ita Menoch. de arb. iud. cas. 40. num. 7.

De citationibus fiendis forensibus. Rubr. 11.

ITem statuimus, quòd si contingat aliquem forensem esse obligatum alicui habitatori Ciuitatis, vel territorij Papiæ ratione contractus, vel quasi initi in Ciuitate, vel territorio Papiæ, vel etiam contingeret aliquem forensem possidere, vel tenere aliquam rem immobilem in Ciuitate, vel districtu Papiæ, pro quibus obligationibus, vel possessionibus posset conueniri in Ciuitate Papiæ si ibi reperiretur, & dictus forensis non reperiatur ibi: quod nihilominus possit conueniri rationibus antedictis. Fiat tamen notificatio, & citatio hoc modo, videlicet quod per Potestatem, vel Iusdicentem Papiæ, ad instantiam actoris, scribatur litera Potestati, vel Officiali illius Ciuitatis, vel loci, vbi habitat conueniendus, cum libello, vel petitione introclusa, in qua litera contineatur, quomodo notificatur potestati, vel rectori, vel officiali prædicto, sicut talis persona conqueritur de tali persona coram eo, & porrexit petitionem præsentibus introclusam, & quod placeat potestati, vel rectori, vel officiali prædicto notificare prædicta dicto tali conuento, & ipsum citare, vel citari facere, vt compareat coram dicto potestate, vel Iudice Ciuitatis Papiæ, infra tempus octo dierum ad se præsentandum à tempore præsentationis literarum, de qua præsentatione stetur sacramento Nuntij, qui portauerit dictas literas, alias procedetur contra eum, eius absentia non obstante. Et si quidem comparuerit infra tempus prædictum, eligat locum vbi veniat amodo citandus in Ciuitate Papiæ, & procedatur vlterius in dicta causa secundum formam iuris, & statutorum Ciuitatis Papiæ. Si verò non comparuerit, vel comparuerit, & non elegerit locum, contra eum procedi possit, tanquam contra contumacem. Et vlterius fieri possit omnis citatio, monitio, & præceptum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue super lapidem altiorem curiæ Communis Papiæ, vel ad arengheriam, ipso amplius aliter non citato. Idem intelligatur de denuntiationibus, oblationibus, & alijs similibus actibus fiendis.

Summarium ad Statut. 11. in Ciuilib.

1 FOrensis vbi, & quando conueniri possit rem sitam.
2 Forensis non subditus, & suppositus differunt.
3 Forensis quis dicatur.
4 Scriptus in aliquo actu tamquam forensis, habetur pro forensi.
5 Forensis qui fuit olim, præsumitur & hodie.
6 Ex præterito præsumitur circa præsens.
7 An ex præsenti præsumatur in præteritum.
8 Non subditus quis.
9 Clericus dicitur non suppositus.
10 Hoc statutum loquens de forense intelligitur de non subdito.
11 Forensis ligatur dispositione huius statuti.
12 Statutum disponens circa ordinem iudiciarium, ligat forensem, & clericum.
13 Statutum loquens de contractu, an intelligatur de quasi contractu.

14 Fo-

14 *Forensis, quando ratione contractus, vel quasi possit conueniri.*
15 *An hoc statutum habeat locum in distractu.*
16 *Statutum loquens de forense possidente mobilia extenditur, etiam ad eum, qui possidet bona Ciuis, vel subditi.*
Quid in causa sequestri, aut hypotheca.
17 *Litteræ subsidiales, an requirantur, quando de loco in territorio Papiensi, quis iuit ad alium locum ad habitandum.*
18 *Qualiter procedatur contra se occultantem, vt non possit citari.*
19 *Vagabundi, & errones qualiter citandi de iure communi.*
20 *Litteræ subsidiales an concedantur pro examine testium.*
21 *Instantia in casu huius statuti, quando incipiat.*
22 *Absens qualiter citetur.*
23 *Citatio qualis esse debeat.*
24 *Iudex recusans exequi litteras subsidiales, quid faciendum.*
25 *Tempus octo dierum à statuto datum, an possit abbreuiari.*
26 *Domicilium, in quo loco eligendum.*
27 *An electum in causa principali, duret etiam in causa appellationis.*

Irca contractum præsentis rub. ac nigri, vide decretum de ordine causæ ciuilis, cap. 25. & statutũ præcedens, & vbi, ac quando forensis possit conueniri,
1 ri, † vide Rebuff. in tract. de litteris requis. glo. 3. nu. 11. Bart. & DD. in l. hæres absens, §. fin. ff. de Iudicijs, Ias. & alij in l. si conuenerit, ff. de iur. omn. iud. Ias. in §. plus autem, num. 17. cum multis sequentibus, Inst. de actio. Aret. in §. prętera, nu. 46. & seq. eod. tit. Bal. in l. archimedorã nu. 7. & seq. C. vt in poss. leg. Coaruu. practic. quæstion. cap. 10. per totum, Borgnin. decis. pri. nu. 2. & decis. 2. nu. 7. & seq. par. prima Anchar. quæst. 10. lib. primo, vide etiã plenè in consimili statuto omnia declaranté, Carp. ad stat. Mediol. c. 2. & c. seq. ad ibi dicta me refero. Mar. Anton. variar. resolut. lib. 2. resolut. 59. cas. 10. & resolut. 60. casu 28.

In verbo, si contingat aliquem forensem] fo-
2 rensis differt à non supposito, nam forensis est ille,
3 qui non habet, nec domicilium, nec originem, † vt notat Cephal. cons. 706. nu. 28. Carp. ad statut. Mediolani, cap. 44. nu. 3. Menoch. cons. 74. vol. primo, diciturq; forensis, qui non est natus in loco Castrens. cons. 89. num. 3. lib. 2. Soc. iun. cons. 49. nu. 3. & cons. 37. nu. 8. lib. 1. Cephal. cons. 205. nu. 12. etiam si bona habent in territorio, l. Ciues, C. de incol. lib. 10. diciturq; forensis, qui de foris venit, §. si verò aliqui in auth. de quæstor. Alex. cõs. 34. lib. 5. Surd. dec. 330. part. 2. imò forensis etiã dicitur, qui est originarius alicuius loci, & reliquit locum originis voluntariè alibi domiciliũ assumendo, vbi onera, & functiones, saltẽ personales subit, Bursat. cõs. 36. nu. 10. vol. 1. vbi etiã subdit, q̃ si aliquis in aliquo actu sit scriptus tanquã
4 forensis, habetur pro forensi, † &, si quis alias fuit
5 forensis, etiam hodie præsumitur talis, † nisi con-
6 trarium probetur, ratio potest esse, quia † ex præterito præsumitur circa in præsens, vt p Abb. in cap. scribam, nu primo, & 2. de presumpt. vbi latè Felyn. inferendo ad plura, post Bald. in l. ex persona. C. de probat. Alciat. reg. 2. presumpt. 27. num. 3. & latè docet Menoch. in tract. de præsumpt. lib. primo, quæst. 21. num. 8. cum seq. vbi plura adducit exempla, post Euerard. in sua topica in loco à tempore ad tempus, num. 4. an au-
7 tem præsumatur ex præsenti in præteritũ; † dic regulariter, quod non, vt latè per Alciat. d. reg. 2. præsumpt. 26. per totam, & vide Menoch. quæst. 24. num. 37. cum sequentibus plurib. apud quos videre est, quando de tempore ad tempus præsumatur.

8 Non subditus est, quod habuit originem, sed non domicilium, † vt in muliere nata in hoc territorio, & alibi extra territorium nupta, & traducta, quæ dicitur non subdita, & similiter dicitur, de non supposito, vt in clerico, qui non potest dici forensis, cum sustineat onera spiritualia, & ve-
9 niat appellatione districtualiũ, † Alex. cons. 34. num. 5. volum. 5. Dec. cons. 150. num. 8. & 661. num. 6. Roman. sing. 446. num. 2. & 3. Alex. cõs. 4. nu. 5. vol. 7. Bossius in pract. crim. in tit. de pęnis, num. 43. Plot. in l. si quando, num. 854. C. vnde vi. vide Carpan. ad statuta Mediol. cap. 44. num. 3. cum seq. & cap. 311. num. 7. vbi infert ad casum successionis, & quærit, quid in matris, & auiæ successione, vel in nupta extra territorium, vt latius infra suo loco dicetur statuto ciuili 147. & quod statutum hoc propriè loquẽdo de forensi
10 intelligatur de nõ subdito, † tenet Dec. cons. 550. num. 8. & cons. 661. num. 6. & 7. ligaturq; forensis dispositione huius statuti, si litigat in foro
11 sæculari, † & ligatur eisdem qualitatibus statuti, statutum enim respicit ordinem Iudiciarium, &
12 ligat forenses, & etiam clericos, † Decius consilio 114. colum. 3. Ias. in l. de quibus numero 12. ff. de legibus, Carpanus ad dictum capitulum 44. num. 6.

In verbo, ratione contractus, vel quasi] superfluum fuit dicere, vel quasi, eò, quia statutum loquens de contractu, intelligitur etiam de quasi
13 contractu, † sic Alberic. tract. statutorum prima part. quæst. 110. vbi autem, & quando ratione contractus, vel quasi, possit, & debeat forensis cõ-
14 ueniri, habetur, † in l. hæres absens, §. fin. ff. de iudic. vbi Bart. & DD. plenè agunt, & Ias. & alij in l. si conuenerit, ff. de iur. omn. iud. Ias. in §. plus autem, num. 17. cum pluribus sequentibus, inst. de actio. cum cæteris supra citatis, in princ. huis statuti, sed an id verum sit, vbi agitur de di-
15 stractu, dicerem, quod non, ex his, quæ tradit Rebuff. tom. 2. tit. de resciss. contract. artic. vnic. glos. 6. in verbo, distract. Curt. iun. cons. 121. nu. 3. licet Tiraq. teneat venire etiam distractum, in tract. de legibus connub. glos. 5. in verbo contractor, colum. prima, & seq. in casu tamen nostri statuti dicerem non venire distractum, cum statuta Papiæ debeant intelligi ad litteram, & prout littera sonat, vt ita etiam tenuit in alio statuto Carpan. in suis lucubr. ad statuta Mediolani, capit. 328. num. 186. cum sequentibus pluribus.

16 In verbo, forensem possidere bona immobilia] amplia etiam in eo, qui tenet, & possidet de bonis cuiusque Ciuis, aut subditi, quia post debita contracta, non potest declinare forum, vel Iurisdictionẽ laicorũ, etiã si superueniat occasio alicuius ordinis, vel dignitatis, aut status, & priuilegij de nouo acquisiti, vel acquirendi, & tenetur respõdere, & subijcietur in omnib. & per oĩa, prout ante

acquisitionem dicti ordinis, vel dignitatis, sic disponit decretum 21. Idem si agatur per uiam sequestri, Borgnin. decis. 3. num. 16. vel ratione hypothecæ, vt ibi nu. 25.

17 Limita istud statutum, vt non sit opus litteris subsidialibus; † quando aliquis de vno loco territorij Papiæ iuit ad alium locum ad habitandum postquam factum est instrumentum debiti, quia tunc poterit citari in eo loco, in quo prius habitabat tempore contracti debiti, sic disponit statutũ ciuile 82. vide Carp. ad statut. Med. cap. 5. nu. 61. de validitate autem citationis per litteras subsidiales, & qualiter fieri debeant, illisq; parendum sit, videas auum mihi maternum, Rip. in c. 1. nu. 66. de iudic. Bursat. cons. 74. num. 96. & 102. ac seqq. Borgn. decis. 3. nu. 25. par. prima, & dixi supra ad statut. præced. decimum.

In verbo, si ibi reperiatur] concordat l. fin. C. vbi in rem actio, vbi Paul. Castr. in princ. idem si agatur de petitione hæreditatis, l. vnica, vbi gl. & DD. C. vbi de possess. agatur, sed, si se occultat, ne

18 possit citari, † dic, quod fit missio in possessionem bonorum eius, c. Romana, §. contrahẽtes, de foro compet.

19 Qualiter autem veniant citandi de iure vagabundi, & errones, † ponit Clar. in §. fin. prax. crim. q. 31. nu. 20. vbi tamen dicit hoc non obseruari de consuetudine, cũ citentur ad form. Nou. Constit. Mediol. sequitur Costa de remed. sub. rem. 16. & qualiter veniat citandus vagabundus, ponit, Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. nono, nu. 34. vbi nu. 35. cũ seq. quærit, vbi veniant citandi exules, & banniti.

20 In verbo, hoc modo] quid de litteris subsidialibus pro examinatione testium, † vide Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 66. vbi latè.

21 In verbo, & porrexit petitionem] an autem in istis causis incipiat instantia à die petitionis porrectæ, † vt supra in statuto, de modo, & forma procedendi summariè, quod est statut. 4. an vero post octo dies, de quibus in præsenti statuto; & dic, quod non incipit currere, nisi post lapsos octo dies à tempore præsentationis litterarũ responsiuarũ ad subsidiales, quia alias instãtia laberet, & ita seruat.

Item modus citãdi diuersus est ab altero modo dato sup. stat. 1. č. præterea, in his stat. ciuilibus, & in Nou. Med. Const. in tit. de iudic. c. vbi côcin-

22 gat, in hoc .n. statuto agitur † de modo citandi forensẽ, in alijs verò locis sup. citatis agitur de citando absentem, qui sit nostratis, quæ personæ licet forensis, & absens nostratis diuerso iure censentur, nimirũ ẽt, si datur diuersus modus citandi.

23 In verbo, prædicta dicto tali conuento] dic, quod citatio debet esse certa, † clara, & aperta: Ang. in l. inter stipulantẽ, §. 1. col. 2. ff. de verb. oblig. ideo, si dicatur p nuntiũ, quod citauit ad domũ, & nõ dicitur solitæ habitationis, dicitur incerta, Alex. cõs. 2. cõsideratis nu. 8. lib. 3. & latè de citatione inserta, Tusch. suis pract. concl. tom. 1. lit. C. concl. 292. Tiraq. de retract. lignag. §. 9. gl. 2. nu. 15. Carpan. ad statut. Mediol. cap. 205. num 8. & 9.

24 In verbo, compareat coram d. Potestate] quid si ista Potestas non vult eisdem notificare; dic, quod habetur pro legitimè citato, † vt notat Bart. in extrau. ad reprimendum, vers. quid si ille, & potest querelans corã Superiore cõtra recusantẽ exequi litteras subsidiales, & incurrit multas pœnas, & vlterius eo casu poterit debitor citari per edictũ, vel per nuntium sine litteris subsidialibus, vt tradit Carp. ad stat. Mediol. cap. 5. num. 61. & seqq. de quo vide sup. ad statutum 10. num. 34.

25 In verb. inf. tẽpus octo dierũ ad se presentandũ] quid si in citatione apponatur terminus breuior ad cõparendũ, tunc dic, quod valet † ad hoc, vt puniatur tamquam contumax, secus, vt procedatur ad vlteriora, Orian. in dict. cap. quoniam contra, in verbo, citationis, nu. 19.

In verbo, absentia nõ obstante] in hoc concordat cum dispositione iuris cõmunis, vt per Rebuf. de litteris requisit. glos. 2. in fine.

26 In verbo, elegit domiciliũ] dic secundũ Carp. ad stat. Med. c. 38. quod debet eligi in loco honesto, † in quo possit ingredi, & vno electo, non licet ãplius variari, nisi ex causa, & electũ in causa principali

27 censetur electũ in causa appellationis, † & in causa executionis, & vt ibi latius per eum, & etiã c. 77. nu. 5. & 6. sed vigore huius statuti electio domicilij extenditur vsq; ad sentẽtiã inclusiuè: vide etiã Carp. ad stat. Mediol. cap. 5. nu. 8. cum seq. & de domicilio vide quæ dixi sup. ad stat. 10. nu. 7. & 8.

In verbo, super lapide altiorem] quomodo hoc statut. intelligatur, vide Alex. cõs. 137. & seq. vol. 5.

De Parochia, seu Contrata domus ponenda in relatione. Rub. 12.

IN omni relatione seruitoris, quæ facta fuerit in causa ciuili, vel criminali contineri debeat nomen Parochiæ, vel Contratæ, si fuerint in Ciuitate, vel Burgis adhærentibus Ciuitati: & si alibi, nomen terræ, in qua ipsa citatio facta fuerit, & aliter ipsa citatio, seu relatio non valeat, nec teneat.

Summarium ad Statut. 12. in Ciuilib.

1 *QVid videndum ad materiam huius statuti.*
2 *Hoc statut. nõ potest tolli per desuetudinẽ.*
3 *Obligat semper, & ad semper.*
4 *Forma dicitur inducta, quando statutum vlterius procedit actum annullando.*
5 *Forma statuti citationis obseruanda.*
6 *Minor, nec priuilegiatus excusatur ab obseruanda forma.*
7 *Statut. hoc loquens de Parochia, de qua intelligatur.*
8 *Ciuitatis appellatione an veniãt suburbia, nu. 12.*
9 *Quid stãte statuto, quod statuta intelligãtur ad literã.*
10 *Casus à statuto omissus, remanet sub dispositione Iuris communis.*
11 *Relatio an possit fieri die feriata.*
12 *Citatio an possit fieri die feriata, ad diẽ nõ feriatã.*
13 *Nuntius, si moriatur ante relationẽ factam, quid agendum.*
14 *Iudici debet constare de relatione in actis ante que sententiet, alias est nulla.*
15 *Relatio citationis an possit fieri per alium, quam per eum, qui citauit.*
16 *Factum contra statutum est nullum, dato, quod statutum vlterius non procedat annullando.*

Vide

1 Vide circa hoc statutum repetentes † in cap. quoniam contra, col. fin. extra de probat. & simile statutum est inf. in criminalibus, nu. 12. quod in dilationibus &c id q est de iure cõi. Bal. in l. si ea, col. 3. vers. & si dies, C. qui accusare non possunt, Specul. distinguens, in tit. de dilatio. in princ. col. 3. Carp. ad stat. Mediol. cap. 205.

2 Hoc statutum per desuetudinem tolli nequit, † quia est conceptum verbis negatiuis, & obligat

3 semper, & ad semper, † Nauar. in tract. de peccato mortali, tit. non furtum facies, item quia cum statutum annullet actum, formã dicitur inducere

4 † Borgnin. decis. 23. nu. 71. quæ, & si læuis, debet

5 obseruari, † nec minor, nec priuilegiatus ab ea

6 excusatur, † Borgn. d. decis. 23. nu. 8. & in tract. de tut. & cura. nu. 132. & in tract. de vsufruct. nu. 89. & 130.

7 In verb. nomen Parochię] hoc seruatur, sæpe etiã in criminalibus, & intelligitur de Parochia, in qua citandus habitat pro maiori parte anni † cum tota familia, vt supra statut. 35. de Reg. Potest. & vide dicta supra ad statut. ciuile decimum.

8 In verbo, vel Burgis adhærentibus Ciuitati] appellatione Ciuitatis veniunt suburbia, † Hiero. de Monte in tract. finium Reg. cap. 5. nu. 4. Carp. ad statut. Med. cap. 46. nu. 2. vbi tenet contrariũ in terris Ducatus, sed quod suburbia non cõtineantur appellatione Ciuitatis, in hoc statuto teneo, stante statuto sup. de Reg. Potest. §. vbi statutum

9 intelligi debet simpliciter, prout littera sonat, † & tanquam casus omissus à statuto remanet sub di-

10 spositione Iuris cõmunis, † quo iure simpliciter loquendo appellatione Ciuitatis propriè intelligitur, quod continetur intra muros Ciuitatis, sic Hieron. de Monte loco sup. citat. cap. 5. in princ. & cap. 90. num. 2.

11 An autem veniant suburbia, † discutit Rebuff. & Goradin. relati per Carp. loco supra citato, statutum autẽ hoc, clarum est, ob illa verba Burgis.

12 In verbo, ipsa citatio, seu relatio] relatio die feriata non potest fieri, † Dec. in c. quoniã contra, nu. 22. de proba. Philip. Franc. in c. cũ parati, nu. 49. de appell. licet Lafranc. de Orian. ibi in vers. citationes ad finem contrarium teneat, tu distingue, aut loquimur de die feriato in honorem hominum, & possunt fieri relationes, Soc. in tract. de citatio, artic. 19 num. 12. secus tamen in die-

13 bus feriatis in honorem Dei, Gram. sing. 21. † potest autem citatio fieri die feriato ad diem non feriatum, Tiraq. de retract lignag. ad finem tit. nu. 79. cũ seq. & nu. 81. ait ita obseruari de cõsuetud.

14 Quid, si nuncius mortuus fuerit ante relationẽ factam, vide † Bal. in l. consentaneum, num. 18. C. quomodo, & quando Iudex, quod est notandum, nam si Iudex non constito de relatione, sententiã proferat, sententia nulla esset, etiam si verè pars citata fuisset, & postea Iudici constaret, Bal in l. 2. C. de sportulis, Philip. Franc. in cap. cũ parati, nu. 34. de appellat. vbi limitat quatuor modis; Vant. de nullit. ex defect. citat. consulens, vt in sententia dicatur, visa citatione, a lens posse probari per testes, vel instrumenta.

15 Quid, si fuerit nuncius impeditus, an possit facere relationem per alium; dic, quod non: † Abb. & ibi appost. in c. cum ex parte extra de appell. & alia multa in materia relationis, vide apud Carp. ad statut. Mediol. capit. 205. per totum, Philip. Franc. in c. cum parati, nu. 51. de appellat.

16 In verb. & aliter, facta non valeat] hæc clausula exprimit illud, quod tacitè inhęret, † quia etiam si non fuisset apposita; adhuc tamen sic intelligi deberet, Carpan. ad statut. Mediol. cap. ptimo, nu. 175. vide Ias. in l. non dubiũ, vbi DD. C. de legib.

Quod in qualibet dilatione dies termini minime computetur. Rub. 13.

Item statuimus, quod in qualibet dilatione, siue fuerit data per Iudicem, siue aliter, dies termini minime computetur, & si dies termini inciderit in die feriato, sequens dies pro illo computetur, & si contigerit terminum prorogari, terminus assignatus in prorogatione, tunc demum incipiat currere, finito primo termino, nisi aliquo statuto in aliquo prædictorum casuum contrarium aliter caueatur.

Summarium ad statutum 13. in ciuilibus.

1 *Dies termini non computatur in termino.*
2 *Dilatio secunda, an possit dari prima pendente, & quid seruandum, ut secunda dari possit.*
3 *Quid si dies termini vltimus sit feriatus.*
4 *Statutum nostrum an debeat intelligi de ferijs in honorem Dei.*
5 *An hoc statutum procedat in dilatione dierum quatuor datorum ad appellandum.*
6 *Dies vtilis intercalaris an reputetur pro vnica die*
7 *Citandus quis non venit, quãdo aliquid fit in termino assignato.*
8 *Cautela pro obtinenda quinta dilatione.*
9 *Dilatio incipit à die notificationis, & insinuationis.*
10 *Dilatio absenti data non arctat, nisi notificetur.*
11 *Dilatio finitur finita causa dilationis.*
12 *Dilationes probatoriæ sunt communes.*
13 *Amplia etiam in criminalibus.*
14 *Dilatione durante Iudex aliquid faciendo nulliter facit.*
15 *Sententia lata dilatione pendente ipso iure nulla, & vide plures limitationes, remissiuè.*
16 *Probationes possunt fieri nulla data dilatione.*
17 *Iudex an valeat abbreuiare dilationes datas à lege.*
18 *Quid in criminalibus, & regula est, quod non limitatur tribus modis, remissiuè.*
19 *In pecuniarijs causis vnica tantum datur dilatio, & vide plures limitationes remissiuè.*
20 *Doctores loquentes circa materiam dilationum.*

1 Circa huius statuti intelligentiã accedãt tradita † per Orian. in cap. quoniam contra. col. fin. extr. de probat. estque simile stat. 12. in crim sub rubr. quod in dilationibus non computetur dies termini; id, quod est, etiam de iure communi, Bald. in l. si ea, colum. 3. versic. & si dies, Cod. qui accus. non

possunt Specul. distinguendo, in tit. de dilation. col. 3. & vide DD. in l. prima, ff. si quis caut vbi Alex. num. 14. Duen. reg. 197. dies termini. Soc. reg. 124. dies termini. Tiraq. de retract. lignag. §. primo, glos. 11. num. 17. & seq. vbi quindecim adducit limitationes ad hanc regulam, Boss. in sua prax. crimin. tit. quomodo procedatur per actionem. num. 26.

1 An autem vna dilatio, possit dari alia pendente, Ias. in rub. C. de success. edict. nu. 2. vbi distinguit, quod aut intelligimus, respectu diuersarum personarum, & potest, aut respectu eiusdem personę, & tunc circa idem capitulum, non potest circa diuersa sic, & dilatione prima finita, non debet à Iudice dari secunda, nisi petens dicat, & probet, quod in prima dilatione fuit impeditus, l. fin. ff. de fer. vbi Doct. Alex. cons. 101. visis omnibus, num. 2. vol. 5. debetq; saltem iurare, se id petere non animo calumniandi, aut litem protelādi, sed quia arbitratur, quod id, propter quod petitur dilatio, faciat ad corroborationem iuriū suorum, Pract. Papien. in form. produc. instr. in verbó. termino, & quales esse debeant dilationes, tradit Euerard. iun. cons. 5. num. 17. lib. primo.

In verbo, & si dies termini inciderit in die feriata] aduerte, quod istud statutum loquitur in dilatione, & intelligitur in ea, in qua adsint plures dies, quorum vltimus sit dies feriata, tunc vendicat sibi locum istud statutum, vt talis vltima dies non attendatur, sed sequens dies vltimus pro

3 illa feriata computetur; † verum quando esset vna dies tantum apposita in dilatione, tunc hic casus remanet in dispositione iuris cōmunis, l. commodissimè, ff. de lib. & posth. quo casu, quid Iuris sit, videndus est Bart. in l. prima, & ibi Castr. C. de tēmp. appell. idem Bart. Imol. & Alex. in l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. oper. nunt. Carpan. ad statut. Mediol. cap. 104.

4 Sed an intelligi debeat de ferijs in honorē Dei, & Sanctorum, † an verò etiam de ferijs ob necessitates hominum; dic indistinctè, quod intelligitur de ijs omnibus, iuxta disposita in statuto ciuili 27.

5 Præterea quæro, an vendicat sibi locum hoc statutum etiam in dilatione dierum quatuor, quę datur ad appellandum; † dic, quod considerata dispositione huius statuti, talis dilatio debet esse vtilis in vltima die, verum considerata dispositione statuti primi in ciuilibus, sub rubr. quod à sententia lata, & Nouarum Mediol. Const. in tit. de appell. in princ. aliter disponitur, volunt enim, quod dilatio sit continua, & ita attendi, & obseruari debet, etiam secundum mentem huius statuti 13. in finalibus verbis.

6 Adhuc quæritur, si talis vltima dies vtilis sit intercalaris, an reputetur pro vna die, † & dic, quod quando dilatio est plurium dierum, talis dies intercalaris accipitur pro vna die, Tiraq. in retract. lignag. §. 3. gl. 2. num. 6.

7 In verbo, assignatus] vide Pract. Papiens. in form. resp. rei. in glos. in termino ibi assignato, vbi quærit, num. 3. an termino assignato per Iudicem, vlterius citari debeat pars, & tenet, quod non.

8 In verbo, incipiat currere finito primo termino] dic, quod pro cautela tradit Cepol. ei, qui per indirectum nititur habere quintam dilationem, † quæ non datur, vt tali casu faciat prorogare quartam, quia talis prorogatio succedit pro quinta.

9 Aduerte etiam, quod dilatio incipit à die notificationis, & intimationis, † vt habetur in addit. ad Bart. in l. labeo, ff. de iur. iur. & ideo casu, in quo dilatio potest dari absenti, & ignoranti non arctat. nisi absenti notificetur, l. 2. vbi Bald. nu. 6. C. vbi in rem act. Alex. cons. 34. nu. 6. lib. primo.

11 & quod finita causa dilationis, finitur dilatio, † l. si quis hæres. ff. de acquir. hæred. vnde, si Iudex alicui assignat terminum trium dierum ad respondendum petitionibus, potest statim Iudex procedere non expectato fine primæ dilationis, vt notat Bart. in l. si quis, & Boer. in sing. in verbo.

12 dilatio, num. 8. † & scias, quod dilationes datæ ad probandum, debent esse communes, l. petendæ, C. de temp. in integr. restit. Rip. auus meus in l. admonendi, num. 79. ff. de iur. iur. vbi limi-

13 tat nonnullis modis, † & procedit nedum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, Clarus in §. fin. prax. crimin. quæst. 48 num. 8. vbi Baiar.

14 in addit. num. 8. † & dilatione durante, non potest Iudex ad aliquid deuenire contra eum, cui fuit data dilatio, nisi totum tempus dilationis sit transactum, l. 3. vbi Bar. C. de dilat. alias quod fit per Iudicem, est ipso iure nullum, Bal. in d. l. 3. gl. in l. prima, vbi Dyn. ff. de dilat. & processus etiam est ipso iure nullus, Castr. in l. 3. Ias. in l. 2. num. 37. & seq. ff. de re iud. hinc dicimus, quod sententia lata pendente dilatione, non valet

15 Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. iurisd. & vnde, ac quibus mod. nu. 157. hæc regula plures patitur restrictiones, de quibus latè per Lancelot. de attentat. dilatione pendente, & per Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de dilat. concl. prima per totam, & vide Alex. duobus modis li-

16 mitantem in l. 2. num. 21. ff. de re iudic. † Aduerte tamen, quod probationes possunt etiā fieri, nulla data dilatione ad probandum, l. vnius, §. cogniturum. ff. de quæstionibus, Bart. in l. in pecuniarijs, nu. 14. vbi Alex. num. 54. & Ias. num. 52. ff. de ferijs.

17 An autem Iudex possit dilationem a lege datā abbreuiare, vide latè Menoch. de arbitr. iud. cas. 52. & distinguit, quod aut dilatio est data cum ministerio Iudicis, & potest à Iudice abbreuiari, gl. in l. prima, C. de requi. reis; aut dilatio est data à lege sine ministerio Iudicis, & non potest abbreuiari, d. l. prima.

18 In criminalibus autem dilatio legalis abbreuiari non potest, d. l. prima, Socin. in tract. fallentiarum, reg. 126. in verbo, dilatio, vbi tripliciter limitat.

19 Quot autē dilationes possint dari in causis pecuniarijs; dic, † quod vnica tantum dari potest, & si altera daretur esset ipso iure nulla, & appellatur hæc vnica dilatio peremptoria, ex quo perimit totam probationem, l. in pecuniarijs, vbi Bart. num. primo, & Ias. nu. 6. latè amplians, & limitans vsq; ad nu. 23. de ferijs, Marant. latè in sua praxi iud. in 6. part. in tit. de dilat. num. 5. cætera ad

20 materiam dilationum pertinentia, † vide supra ad statutum primum, & per Ias. in l. in pecuniarijs, Alba cons. 197. vbi plene Lancelot. de attent. sub rubr. de attentat. dilatione pendente. capit. 7. Cardin. Tusch. Pract. conclus. tom. 2. littera D. conclus. 436. cum seqq. pluribus.

De iuramento dando à parte parti. Rubr. 14.

STatuitur, quod in qualibet causa ciuili, in qua à parte parti ius iurandum defertur, siue ante, siue post libellum, teneatur pars ipsa, cui defertur sacramentum, iurare ad terminum per Iudicem statuendum ad iurandum, qui terminus non sit minor tribus diebus, vel iusiurandum deferre, dum dictum sacramentum deferatur in facto proprio eius, cui defertur, in omnibus, & per omnia, tam super forma sacramenti, quàm super quibuslibet alijs dependentibus, vel facientibus ad negotium, de quo quæritur, & in sacramento fit mentio, quo ad excludendum, vel includendum intentionem deferentis sacramentum: & si ille cui delatum fuerit sacramentum ipsum non præstiterit in dicto termino, ipso iure habeatur pro relato ipsi deferenti, quo casu sufficiat iurare de credulitate per eum, cui habetur pro relato. Qui deferens sacramentum, & cui fuerit relatum, vel pro relato habitum, vt supra, iurare possit super ea forma infra terminum similem, quo prius iurare, vel referre debebat. Et si iurauerit ad dictum terminum, stetur eius sacramento, tàm pro se, quàm contra se, & si non iurauerit vt supra, habeatur illud sacramentum pro non delato, & pro non relato, nec possit post hæc dari forma sacramenti super his, de quibus alias fuerit delatum sacramentum, & hoc statutum seruetur, & seruari debeat per quemlibet Iusdicentem præcisè, non obstante statuto, de sapientibus dandis, nec aliqua alia exceptione, vel oppositione.

Summariu m ad Statut. 14. in Ciuil.

1 *DOctores tractantes de materia iuramenti decisiui.*
2 *Iuramentum decisiuum est deferendum in facto proprio.*
3 *Ille cui defertur, debet iurare, iuxta formam aliter habetur pro non iurante.*
4 *Is cui delatum est iuramentum, non potest alia extranea interserere, vel implicare ea quæ non veniunt ex natura rei, neque præsumuntur.*
5 *Appellari potest à declaratoria Iudicis pronunciantis formiter iuratum.*
6 *Appellatio non datur à sententia lata post iuramentum decisiuum.*
7 *Forma est indiuidua, nec potest impleri per æquipollens.*
8 *Non entis nulla qualitates.*
9 *Responsio debet esse similis interrogationi.*
10 *Iuramentum fundatum super aliquo non probante, nihil probat.*
11 *Confessio relatiua ad instrumētū nullum non probat.*
12 *Iuramentum decisiuum habet vim probationis.*
13 *Sententia debet esse conformis petitioni.*
14 *Iuramentum decisiuum an deferatur habenti intentionem fundatam per instrumentum.*
15 *Iuramentum hoc defertur, etiam in causa criminali de iure communi, secus ex hoc statuto.*
16 *Fallit in iuramento suppletiuo, quod non defertur in causa criminali, vel spirituali.*
17 *Quid si ageretur de causa criminali, pro qua veniret solum imponenda pœna pecuniaria.*
18 *Iuramentum purgationis an deferatur reo in criminalibus.*
19 *Iuramento decisiuo, vt locus sit duodecim requiruntur remissiue.*
20 *Iuramentum hoc defertur in causa ciuili, siue agatur in rem, siue in personam, & ex contractu, vel quasi etiam pro re mobili.*
21 *Iudicis auctoritas est necessaria ad delationem iuramenti decisiui.*
22 *Iuramento decisiuo, vt locus sit nouem enumerantur requisita.*
23 *An hoc iuramētum possit deferri procuratori, vel deferre.*
24 *Tutores, & Curatores an possint deferre hoc iuramentum.*
25 *Non defertur hoc iuramentum, quoties deferens suspicatur de periurio.*
26 *Iuramentum hoc an reuocari possit per deferentem.*
27 *Quo tempore deferatur hoc iuramentum.*
28 *An possit deferri post lapsa tempora probatoria.*
29 *Quid post terminum datum ad probandū, & probatum habendum.*
30 *Iuramentum necessarium reo nihil probāte licitè recusatur.*
31 *Iuramentum decisiuum licitè recusatur ex iusta causa.*
32 *Hoc statutum non procedit in casibus, in quibus de iure communi iuramentum potest recusari.*
33 *Statutum hoc recipit interpretationem passiuam à iure communi.*
34 *Recusans iurare sine causa habetur pro confesso.*
35 *An autem prius debeat præcedere declaratoria Iudicis, quod habeatur pro confesso.*
36 *Iuramentum decisiuum ex pluribus causis potest recusari.*
37 *Prima causa est, si cui defertur dubitet, ne aliò agente detegatur eius periurium.*
38 *Secunda causa, quoties competit exceptio impediens litis ingressum.*

39 *Tertia causa si sit pupillus, procurator, vel defensor.*
40 *Quarta causa, qui habet declinatoriam fori.*
41 *Quinta causa, quando verisimiliter ignorat veritatem.*
42 *Sexta causa, quando ille, cui defertur se defendit, vt paret sibi actionem de euictione.*
43 *Septima causa est, quando defertur actori, qui plene probauit intentionem suam.*
44 *Amplia, vt nec valeat consuetudo in contrarium.*
45 *Iuramentum hoc, an deferatur habenti instruinstrumentum obligationis, vel intentionem fundatam testibus, vel alijs legitimis scripturis, vel illi, qui semiplene probauit.*
46 *Octaua causa, est in casibus, in quibus non potest fieri probatio, nisi per instrumentum.*
47 *Nona causa, quando deferens iuramentum reuocauit, dicens, se velle probare.*
48 *Decima causa, quando dictum, de quo quaeritur, non cadit in scientiam deferentis, vel eius, cui defertur.*
49 *Vndecima, si post biennium opponatur exceptio non numeratae pecuniae.*
50 *Duodecima causa in recipiente mutuum, quia nō cogitur iurare super mutuo, nisi etiam iuret super solutione, & vide etiam nu. 86.*
51 *Decimatertia, quando defertur habenti praesumptionem Iuris, & de Iure.*
52 *Decima quarta, in minore decem octo annis, ex statuto Papiae, de quo vide nu. 53.*
54 *Plures casus recusandi iuramentum decisiuum, rem ipsius.*
55 *Deferens iuramentum sub aliqua formula verborum tenetur, & ipse sub dicta formula iurare si ei defertur.*
56 *Deferens iuramentum hoc, cogitur prius iurare de calumnia.*
57 *Amplia vt si nolit iurare, iuramentum intelligatur rem ipsam.*
58 *Iudex an possit terminum à statuto praefixum porrogare.*
59 *An etiam possit abbreuiare.*
60 *Tempus appositum in aliqua dispositione formam importat.*
61 *Haeres eius, cui fuit delatum, non cogitur iurare, si eius principalis sit mortuus antequam iurauerit.*
62 *Terminus dierum trium, de quo in hoc statuto, an sit de forma substantiali, & an possit ommitti partium consensu.*
63 *Filius tenetur iurare super facto patris.*
64 *Amplia, vt quis teneatur iurare super facto praedecessoris, & quando, vide num. 66.*
65 *Limita in facto alieno.*
67 *Iurare quis non tenetur in facto proprio, quando post factum effluxit decennium.*
68 *Amplia, vt hoc casu iurans falsum excusetur.*
69 *Amplia, vt etiam excusetur Notarius a falso si iuret, se non esse rogatum de instrumento, quando effluxit decennium.*
70 *Notarius falso negans se esse rogatum de instrumento, an puniatur poena, falsi, vide nu. seq.*
72 *Senex, qui dixit, se recordari, & postea negat nō dicitur varius.*
73 *Clausula in omnibus, & per omnia, tollit facultatem probandi contrarium.*
74 *Iuramento decisiuo creditur tam pro se, quam contra se.*
75 *Iurās an de iure cōmuni possit de periurio puniri.*
76 *Punitur tamen erga Fiscum poena arbitraria.*
77 *Et potest puniri criminaliter, si querela falsi porrigatur infra mensem, ex dispositione Nouarum Constit. Mediol.*
78 *Iuramentum hoc habetur pro veritate, nec admittit in contrarium probationem.*
79 *Fallit, vt possit probari contrarium per partis confessionem, vel per instrumentum de nouo repertum.*
80 *Dictio, alius, repetitiua similium, vide etiam num. 81.*
82 *An dictio alius adaptetur ad controuersiam diuersam.*
83 *Quae dicantur dependentia.*
84 *Quid dependens, emergens, & connexum.*
85 *Dependens, an differat ab incidenti, & emergēti.*
87 *Ille cui defertur iuramentum, an possit abundantius iurare, vide num. 90.*
88 *Forma ad vnguem obseruanda.*
89 *Responsio debet esse similis interrogationi.*
91 *Partem non petere, vel minus legitimè.*
92 *Clausularum ipso iure, & ipso facto importantia.*
93 *In his tamen requiritur sententia Iudicis declaratoria.*
94 *Iuramentum non habetur pro relato ex hoc statuto, quando forma iuramenti est inepta, vel non concludens.*
95 *Iuramentum personale non transitorium ad heredes.*
96 *Mulier egregia non venit ad iudicium ad iurandum, sed ad eam transmittitur Notarius.*
97 *Iurari de credulitate, quando, & an iurans falsū incidat in periurium.*

Consimile etiam videtur statutum infra in decreto num. 37. tit. quod non procedatur, contra aliquem, virtute iuramenti, & in statut. 24. quod sacramentum nō deferatur minoribus, & de materia huius
1 iuramenti decisiui agit, tex. vbi DD. in l. manifestae turpitudinis, ff. de iur. iur. & late per Carp. ad statut. Med. cap. 100. per totum, & cap. 453. in princ. nu. primo, cum innumeris sequentibus, praeter tamen ea, quae ibi traduntur, vide Pract. Pap. in forma iuramenti, quod praestatur à parte super gl. in verbo, dicit, & in materia statuti, Signorol. cons. 222. vbi in terminis statuti versatur, Marsil. sing 83. Socin. reg. 255 Crau. cons. 203. lib. 2. & vide etiam Excellentiss. D. Costā in suo tract. de remed. subsid. remed. 96. per totum, vbi agit de hoc iuramento; vltra eos, vide Ieremiam Setserium in suo tract de iuram. post Caroc. in eod. tract. Mancin. in tract. de iuram. part. 2. art. 5. Abb. & alij in cap. fin de iur. iur. Granut. Theorem. 10.

Nota tamen, quod iuramentum est deferendū in facto proprio, & ille, cui defertur, debet respon-
2 dere,† iuxta formam eiusdē, aliter, forma ipsa nō seruata, responsio perinde habetur, ac si facta nō
3 esset, † l. cum ij, §. si Praetor. ff. de transact. Roll. à Vall. cons. 60. num. 24. 28. vol. 4. & nota quod per hoc statutum conceditur parti iuramentum deferenti conficere certam formam, super qua iuratur, & super quibuscunq; alijs dependentibus, vel facientibus ad negotium, de quo quaeritur, no. tamen permittitur, ei cui defertur interserere cōtraria, vel implicare ea quae non veniunt in natura
4 rei, neque praesumuntur, vt ex Afflic. Alex. & Borgnin firmat D. Costa de remed. subsid. remed. 96. nu. 12. vbi nu. seq. quaerit quid si controuersia est super

super hoc nunquid formiter sit iuratum nec ne, & probabilis sit dubitatio, & Iudex pronunciauerit
5 formiter iuratũ poterit appellari, † licet à sententia declaratoria lata post iuramentum decisorium
6 non detur appellatio instar rei iudicatæ, † D. Costa loco mox relato post Menoch. cons. 217. Ozasc. decis. 61. & Solam ad nouos ordines Fedem. gl. 11. in fin. nec potest per æquipollens adimpleri, vt per eum ibi, & cons. 63. num. 40. eod.
7 volum. ratio est quia forma est indiuidua † vt ibi nu. 41. cum seq. & inf. dicemus statuto 45. Item,
8 quia non entis nullæ sunt qualitates † l. eius, qui in prouincia, ff. si cert. pet. Insuper responsio de-
9 bet esse similis interrogationi † l. vt responsum, C. de transac. l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. eod. tit. & debet adaptari ad petitionem, §. præterea Instit. de inut. stipul. Alex. in l. si seruus, §. si à filio, ff. de leg. primo, Ias. in l. Iustitia, col. 2. nu. 11. ff. de iust. & iur.

Vnde si Iuramentum fundetur super aliquibus calculis, vel super aliquo actu, quod nihil proba-
10 ret, † ipsum pariter iuramentum nihil probaret, gl. pen. in c. si Romana 19. distinct. Rol. a Vall. cons. 8. nu. 20. vol. 3. sicut dicitur de confessione
11 relatiua ad instrumentum nullum, † Rom. latè cõsilio 294.

In verbo statuimus, quod in qualibet caussa] intellige, idest in qua apparet de intentione deferentis, vt inf. proximè, ibi quò ad excludendum, & etiam in qua appareat de quæstione, & illud
12 Iuramentum habet vim probationis † l. non erit, §. dato, vbi notatur, ff. de Iur. Iur. an autem iuramentum sit propriè probatio dictum est ad statut.

Probatio autem. & sententia debent esse con-
13 formes petitioni † l. vt fundus, ff. cõmuni diuid. l. fin. C. de fideic. lib. facit, quod notat Bal. in l. 2. §. obseruari, col. 5. vers. quæritur, C. de Iur. calum. Felin. latè in c. licet Heli de Simon. Gramatic. declarando decis. 19. Veg. cons. 47.

14 † Quid si aliquis habeat intentionem fundatam super instrumento, ac peteret illius executionem, & pars opponeret, quod vult stare Iuramento eius super petitis, vel super solutione, an actor iurare teneatur, dixi inf. statuto 151. in rub. quod solutio, vel extenuatio contra instrumentum probari non possit.

In verbo in qualibet caussa ciuili] nota, quod excludit caussam criminalem, argumento sumpto à §. primo, Inst. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris, & nisi exprimeretur solum caussa ciuilis, vtiq; posset etiam compræhendi criminalis, de iure communi enim potest defferri iuramentum à parte par
15 ti in causa criminali † l. eum qui, §. in popularibus, ff. de iur. iur. Abb. & alij in c. final. de iureiur. Granut. Theorem. 10. num. 27. secus stante hoc statuto includente causam ciuilem, quod est exclusiuum causæ criminalis per ea, quæ tradit Bal. cons. 205. nu. 1. lib. 4. Aduerte, quod secus est de iure cõmuni, cum in iuramento suppletiuo, quod de iure defertur solum in causa ciuili, non autem
16 criminali, vel spirituali † Asin. in sua praxi iudic. in princ. cap. 6. nu. 25. Clar. in §. fin. praxis crimin. q. 63. vbi Baiard. in addit. pariter nu. 1. cum seq. Si tamen esset causa criminalis pro qua veniret imponenda solum pœna peccuniaria, bene posset
17 deferri reo iuramentum, † Alex. cons. 66. num. 1. vbi Appostil. ad eum lib. 1. Clar. d. quæst. 63. nu. 3. vbi nu. 4. ponit an in causis criminalibus deferra-
18 tur reo iuramentum purgationis, † & quod in causa criminali non deferatur iuramentum suppletiuum, tenet etiam Excell. D. Costa in suo tractat. de remed. subsidiarijs, remed. 97. nu. 3. apud quem videre licet duodecim requisita ad hoc vt
19 huiusmodi iuramentum deferri possit, † & ibi plenè habetur de huiusmodi iuramento, de quo plenissimè per DD. in l. admonẽdi, vbi in specie Auus maternus Ripa, ff. de iureiur. & vide etiam Menoch. de arb. iud. cas. 190. vbi ponit quinq; requisita ad effectum vt possit deferri iuramentum necessarium, siue suppletiuum.

Et dum agitur de causa ciuili, intellige, siue agatur in rem, siue in personam, siue ex contractu, siue ex quasi contractu, vel pro re mobili, vel immobili potest deferri iuramentum Iudiciale alio
20 nomine litis decisorium, † l. prima, §. quacunq; autem actione, ff. de Iur. iur. l. prima, §. si petitur ff. quarum rerum actio non datur, Pract. Papiens. in forma iuramenti, quod præstatur à parte parti in gl. prima iuret.

21 In verbo à parte parti] † & nota quod licet huiusmodi iuramentum deferatur à parte parti, requiritur, quod interueniat Iudicis auctoritas, siue approbatio, l. prima, vbi gl. final. ff. de iur. iur. Alex. cons. 128 nu. 5. lib. 2. & per D. Costam de remed. subsid. remed. 96. nu. 5. vbi adducit nouem requisita adhoc vt huiusmodi iuramento locus sit,
22 † scilicet primò auctoritas Iudicis; secundò quod versemur super dubijs, & necessarijs, de quibus aliter veritas haberi non possit, tertiò præsentia, vel vocatio partis; quarto, quod deferatur domino non procuratori intelligendo, vt ibi per eum; quintò, quod deferens iuret de calumnia; sextò, quod deferatur intra tempus probationis; septimò tactus scripturarum; octauò, quod deferatur habenti certam notitiam, vel in facto proprio; nonò, & vltimò, quod formiter iuretur, hæc nouem requi-
23 sita latius explicat D. Costa dict. remed 96. † Amplia in procuratore speciali, vel habente mandatum cum libera, secus autem in procuratore ad lites, & causas, l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. fin. & l. seq. & l. iusiurandum, ff. de iur. iur. Masuer. in addit. ad Pract. Pap. loco citato, in gl. simoninus in princ. limita in tutore, & curatore, qui non possunt deferre hoc iuramentum, nisi in casibus, in quibus non possunt aliter probare de
24 Iuribus minorum, † l. tutor in princ. vbi scribentes ff. de Iur. iur. & scias, quod huiusmodi iuramentum potest deferri etiam quando vertitur quæstio maioris partis bonorum, Alex. cons. 47. num. 16. lib. 1.

In verbo ius iurandum] hoc iuramentum veritatis, & iudiciale deferri non debet. vbi deferens suspicatur de periurio partis, alioquin peccaret
25 † c. & si Christus de iur. iur. Mant. sing. 268.

An autem huiusmodi iuramentum reuocari
26 per deferentem possit, † vide Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 100. nu. 14. & seq. & dic frequentius in eo itum esse, posse per eum, qui detulit hoc iuramentum, antequam fuerit ab altera parte acceptatum, pœnitere, & illud reuocare, l. si quis iusiurandum, C. de reb. cred. gl. in l. manifestæ turpitudinis; secus postquam fuerit acceptatum à parte, nam tunc nõ potest reuocari, nisi iusta causa superueniente, putà, quia facultas probandi, quæ tempore delationis defuit, de nouo superuenit, ita tenet Bart. in l. non erit, §. fin. ff. de iur. iur. quem ibi sequitur Salic. & communiter DD. vt firmat Ias. in l. iusiurandum, num. 6. circa finẽ, ff. eod.

ff. cod. Aret. & Ias. in §. item si quis, Instit. de action. & præsertim Ias. nu. 31. & ibi Zasius num. 13. Ozasch. plena decis. 8. & 97.

In verbo siue ante, siue post libellum] quæro, an procedat immediate, vel intra tempora probatoria, an verò etiam vsq; ad sententiam, † & videtur dicendum solum intra tempora probatoria à lege, vel ab homine data, quia si voluisset statutū intelligi etiam post conclusionem in causa vsque ad sententiam, sciuissent statuentes exprimere, & prout responderunt in casu responsionis ad positiones inf. statuto ciuili 28. in princ. cum igitur non fuerit determinatum tempus, remanet in dispositione iuris communis, quo iure casus est controuersus, sed post longam disputationem tenent DD. quod possit deferri etiam post lapsa tempora probatoria, † sic Ias. in l. 2. §. iurari, nu. 7. & seq. ff. de iur. iur. & in l. admonendi, in 2. lect. nu. 266. vbi Rip. Auus meus, nu. 65. concordat opiniones ff. de iur. iur. Boer. decis. 95. nu. 6. Ozasch. decis. 20. nu. 2. & decis. 97. nu. 7. Marsil. sing. 83.

27

28

Fallit tamen, vbi datus esset terminus ad probandum, & probatum habendum, quia tunc non
29 potest deferri hoc iuramentum, † saluo in curia mercatorum, Carpan. ad statuta Mediol. cap. 100 nu. 22. & Ias. in l. admonendi, nu. 266. Crau. cons. 207. nu. 6. Afin. in sua prax. Iud. §. 22. cap. 3. nu. 3. vbi latè quibus addo Costam de remed. subsid. remed. 96. nu. 8.

30 Fallit secundò in Iuramento necessariò, † quod actore nihil probante à reo recusari potest, c. fin. vbi DD. de iur. iur. Rip. in l. admonendi, nu. 66.

Fallit tertiò, vt huiusmodi iuramentum decisorium possit recusari, quando adesset iusta causa
31 recusandi, † vt latè per Bart. & Ias. in l. manifestæ turpitudinis, ff de iur. iur. de quo videas Menoc. de arb. iud. casu 185. per totum, & inf. hoc codē statuto fusius dicetur.

In verbo pars ipsa, cui defertur iurare] dic autē quod istud statutum non habet locum in casibus, in quibus de iure communi ob iustam causam li-
32 cet huiusmodi iuramentū recusare licet † cū statutum recipiat interpretationem passiuam à Iure
33 communi † gl. in l. serui vestri, C. de noxal. tex. in l. prima. §. lex falcidia, vbi Bart. & Alex. ff. ad l. falcid. Alex cons. 158. num. 7. lib. 5. & cons. 119. num. lib. 6. & cons. 36. nu. 7. & 37. nu. 18. lib. 7. & cons. 60. nu. 7. eod. lib. 2. post Bal. in l. eam quā, nu. 26. vers. item fuit quæsitum à me, C. de fideic. Curt. Sen. loquens in statuto Pap. cons. 77. nu. 5.
34 Curt. Iun. cons. 143. nu 3. † Et aduerte, quod hoc iuramentum sine causa recusari non potest, alias recusans de iure habetur pro confesso, d. l. manifestæ turpitudinis, requiritur tamen quod prius præcedat sententia Iudicis declaratoria, per quam
35 declaretur recusantem haberi pro confesso, † l. eius qui debitorem in princ. ff. de iur. fisc. Bart. in d. l. manifestæ, nu. 7. Alex. cons. 128. num. 6. lib. 2

Causæ autem iustæ, ex quibus huiusmodi iura-
36 mentum potest recusari, plures sunt, † de quibus in l. generaliter, C. de iur. iur. & per Bart. & DD. in l. manifestæ turpitudinis, quorum aliquas recensebo.

Prima igitur causa, quæ potest recusari est, si ille, cui defertur, dubitat, ne alio postea agente
37 eius detegatur periurium, † secundum Bart. in d. l. manifestæ, de quo videas Alex. & Ias. in l. iusiurandum, §. procurator in 8. col. ff. eod. tit. de iur. iur. Ozasc. decis. 11. num. 3. Mancin. de iuramento part. 2. artic. 5. num. 13.

Secunda est, vbicumq; competit exceptio im-
38 pediens litis ingressum; † nam tunc non cogitur pars iuramentum subire. l. si patronus, vbi Alex. ff. eod. tit. & l. in contractibus, §. illo, C. de non numer. pecc. exemplum in excipiente de præscriptione, Mancin. de iuramento, part. 2. artic. 5. numero 11.

Tertia est iusta causa recusandi iuramentum
39 ratione personæ, † putà, quod sit pupillus, procurator, & defensor, hij enim possunt licitè huiusmodi iuramentum recusare, l. iusiurandum, & ad pecunias, §. pupillus, ff. eod. Ias. in l. videamus, nu. 15. ff. de in lit. iurand.

Quarta est in eo, qui habet declinatoriam fori,
40 † qui non tenetur iurare, Ias. in l. tutor, ff. eod.

Quinta in eo, qui verisimiliter ignorat verita-
41 tem, qui pariter non tenetur iurare, † Ias. in l. manifestæ in 4. col. nu. 3. vers. istam legem, Natt. cons. 35. nu. 1. Crau. cons. 157. num. 17. Granut. Theorem. 10. nu. 24. Decian. resp. 20. num. 31. l. 1. debetq; is, cui iuramentum defertur, vel contractui interuenisse, vel scientiam habere per sensum corporis, Bald. cons. 401. in fin. lib. 3. nec sufficit scientiam habere per famam, vel confessionem partis, Soc Sen. cons. 194. col. 2. volum. 1. Roll. à Vall. latè cons. 52. lib. 1. Plot. de in lit. iur. §. 29. nu. 4. & seqq. Surd. cons. 449. nu. 2. lib. 3.

Sexta, si iuramentum deferatur reo, qui se de-
42 fendit, vt paret actionem de euictione; † ita Bart. & Alex. in d. l. manifestæ, Aret. in d. §. item si quis il 2. in 5. col. Inst. de action. Corn. cons. 50. in fin. lib. 2. Mancin. d. art. 5. num. 15.

Septima iusta causa recusandi huiusmodi iuramentum est si actori, qui iam plenè probauerit
43 intentionem suam, deferatur iuramentum, † nec valet consuetudo in contrarium, c. 2. de probat. Alex. in d. l. manifestæ, in 2. col. Ias. in d. §. item si quis Instit. de action. nu. 17. Ozasc. plena decis. 11. est enim introductum huiusmodi iuramentū
44 in subsidium, vt deferatur in dubijs, & necessarijs, quando aliter nō potest ad veritatem eius de quo quæritur deueniri vt per D. Costam d. remed. 96. nume. 4. ubi per hoc infert, quod habens in-
45 strumentum obligationis † non tenetur iurare nisi super solutione, vel si habeat intentionem fundatam testibus, vel alijs scripturis legitimis, vel quando semiplenè tantum est probatū, vt ibi latius per eum ad quem lectorem remitto.

Octaua erit in casibus, in quibus nō poterit fieri
46 probatio, nisi per instrumentum, † Ias. in d. §. itē si quis, & allegat Bald. in auth. sed nouo iure in vlt. col. vers. sed nunquid in hoc casu poterit, C. si cert. pet. idem Ias. in d l. manifestæ, in 6. col.

Nona, quando deferens iuramentum ante acceptationem reuocauit offerens se velle probare, nam si defecerit in probatione, non poterit postea
47 iterum deferre: † Ias. in d. §. item si quis, & in d. l. manifestæ in 6. col. Caroc. de iuramento decis. in 3. q. septimæ, quæst. principalis, Granut. Theorem. 10. num. 14.

Decima, vbi dictum, de quo quæritur, non cadit in scientiam eius, cui defertur, sicut in scientiam eius, qui defert, nam tunc est iusta causa
48 recusandi, † putà si agam contra te actione furti asserens te furtum commisisse, & tu defers mihi iuramentum, tunc possum iuste recusare, quod secus esset si scientia caderet in vtroq; Ias. in l. manifestæ, in 17. col. latè Crau. cons. 203.

Vnde-

Vndecima, si post biennium opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ, & offertur iuramen-
49 tum, licitè recusatur: † Bart. in d. l. manifestæ, vbi latè Ias. col. 5. & 6.

Duodecima est, si mutuaui tibi decem ducatos, & eos restituisti, (vt solet fieri inter amicos) secre-
50 tè, † nam tunc, si defero iuramentum, an mutuauerim, non cogeris iurare, nisi etiam possit iurare quod si mutuaui, tu restituisti, ita Ias. d. l. manifestæ in 6. col. nu. 7. & in l. iusiurandum ad pecunias, §. ait Prætor, ff. eod. tit. dubitatur autem quomodo consulatur ei, qui cogitur iurare, ne ex suo iuramento damnum sibi paret, Ias. in d. l. manifestæ nu. 7. vbi Purpur. nu. 34. & seq. & D. Auus mihi maternus Ripa; in l. hæredes, num. 31. ff. de vulg. duas docent respondendi formulas; primò, vt dicatur si quid mutuatum est, restitui; secundò nil fuisse mutuatum, ex quo sim debitor, Coaruu. autem var resol. lib. 1. c. 2. nu. 3. ait posse responderi, nego contenta in iuramento delato esse vera eo modo, quo continentur, Alciat. in l. 1. §. si quis simpliciter, nu. 74. ff. de verb. oblig. consulit confugiendum ad Iudicem, vt delationem reformet, Mancin. de iuramento, part. 2. art. 5. num. 3. ait respondendum iuro contenta in partito ad finem, & effectum, de quo ponuntur non esse vera, & nil amplius ex ea causa deberi. Surd. vero decis. 258. ait Senatum Taurinensem iudicasse primam responsionem allatam nempe, accepi, sed restitui fuisse approbatam, ego cautius agendo, vbi certus essem me non esse debitorem, vel prædictas omnes responsiones cumulatiuè, & subordinatè afferrem, vel negarem narrata, vt narrantur multa etiam in proposito tradit Scacc. de iudic. caus. lib. 2. cap. 11. nu. 332. cum seqq. pluribus.

Decima tertia est, quando quis habet præsumptionem Iuris, & de Iure pro se, nam tunc non te-
51 netur iurare. † Bal. in repet. l. 2. in 18. col. ff. de iureiur. sicut non est deferendum ei contra quem vrgent vehementes præsumptiones, Menoch. de recup. poss. remed. 16. nu. 36. Surd. cons. 135. num. 80. & seqq.

Decimaquarta est in minore 18. annis, cui Papiæ non defertur iuramentum, obstante statuto 24. in
52 ciuilibus, † quod remouet dispositionem auth. sacramenta puberum, C. si aduersus vend. & licet memoratum statutum 24. videatur expressum in contractibus, tamen extenditur etiam ad Iudicia, cum militet eadem ratio, & sit fauorabile ipsi minori, & si statuentes de hoc fuissent interrogati verisimiliter ita disposuissent in hoc casu; ita Carp. per plura in præludijs ad statuta Mediol. nu. 363. cum seqq. pluribus, considera tamen, an hoc sit verum, stante, quod habemus statutum, quod nostra statuta debeant intelligi strictè, prout iacent
53 ad litteram; † plures alias causas recusandi iura-
54 mentum istud iudiciale vide per DD. in d. l. manifestæ, & per DD. in d. §. item si quis, Instit. de actio. vide etiam Menoch. cons. 47. lib. primo, latè Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 100. num. 42. cum seq. pluribus, vbi plures casus enumerat, quibus ille additur, quando actor nihil probauit, tunc enim reus non cogitur iurare, vt de magis communi opinione post multos testatur Menoch de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 71.

An autem deferens iuramentum sub aliqua formula verborum, si ei per aduersarium referatur, teneatur iurare sub eadem formula verborum,
55 qua ipse detulit, † vide Menoch. de arb. iud. casu 189. per totum, examinans duo consilia Natt. & Crauett. inter se diuersa, & exempla adducens.

Scias tamen, quod in casibus, in quibus quis nō potest recusare iuramentum sibi delatum, potest tamen petere, vt in primis deferens cogatur iura-
56 re de calumnia, † sic Pract. Papiens. in forma iuramenti, quod præstatur in gl. dicit, & protestatur Boer. decis. 339. num. primo, Grauet. Theorem. 10. nu. 10. Caroc. de iuramento, decis. q. 13. Ias. in l. iusiurandum, §. ait Prætor, ff. de iur. iur. adeo vt si deferens iuramentum non vellit iurare de calumnia, censetur iuramentum remissum, l. si non
57 fuerit quam Ias. legit cum l. si actor, ff. de iureiur. ille tamen, cui fuit delatum nō tenetur de calumnia iurare, l. iusiurandum, § ait prætor, ff. de iur. iurand.

In verbo ad terminum per Iudicem statuendū]
58 adde, vt possit etiam prorogare, † vt notat Imol. cons. 86. num. 8. Ruin. cons. 86. nu. 7. vol. 4. & ita practicari attestatur Carpan. ad statuta Mediol. cap. 100. nu. 24. vbi nu. 25. subdit, quod non po-
59 test Iudex abbreuiare, † ex Bal. in auth. iubemus nu. 10. C. de Iudicijs, & videtur esse ratio, quia tempus oppositum in aliqua dispositione importat formam, vt voluit Castr. & etiam Ias. in auth. quæ supplicatio, C. de precibus Imp. offer. & si isto termino pendente moriatur ille, cui fuit oblatum non poterit postea hæredes eius cogi ad iu-
60 randum, † Ias. in l. ait prætor, §. iureiurando. nu. 4. ff. de iureiur.

In verbo, qui terminus non sit minor tribus diebus,] an iste terminus sit de forma substantiali,
61 & possit consensu partium omitti: † vide Felin. in c. cum dilecta, nu. 6. & seq. de rescriptis.

In verbo in facto proprio] amplia, vt etiam te-
63 neatur iurare filius super facto patris. † vt notat Soc. Sen. cons. 264. nu. 9. vol. 2. item amplia etiam in facto prædecessoris sui, dum tamen ille sit in-
64 formatus, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2 cent. 2. casu 190. num. 9. limita tamen in facto alieno, in
65 quo quis non tenetur iurare. † l. marcellus, §. qui rerum, ff. rerum actorum, l. videamus in princ. ff. de in lit. iur. Alex. cons. 71. nu. 13. vol. 3. Alciat. cons. 447. nu. 2. Natta cons. 35. nu. 4. vol. primo, Surd. cons. 449. nu. 2. lib. 3. Plot. d. in lit. iuran. §. 29. num. 4. & seqq.

Item limita in eo, qui est informatus de facto prædecessoris sui, quando tamen habuit scien-
66 tiam ab eo, qui interfuit in facto, † etiam si probaretur habuisse scientiam ab aliquibus per famā, sic Alex. cons. 71. nu. 13. vol. 3. vbi Excellentiss. & Sapientissimus Dominus olim præceptor meus Rouescalla in suis doctissimis lucubrationibus, Rol. à Val. cons. 52. lib. 1. Surd. d. cons. 449. nu. 2.

Prætera limita, vt nec etiam in facto proprio, quis possit cogi ad iurandum, quando ab eo facto
67 citra, excessit decennium, † quia præsumitur obliuio memoriæ, iuxta l. peregre in princ. ff. de acquir. poss. Bart. in l. non fatetur, nu. 1. ff. de confessis, idem in sene, & infirmo, l. senium, & l. hac consultissima; vbi Dec. num. 31. & 34. C. qui test. fac. poss. Aret. in l. qui potest, col. 2. ff. de acquir. hæred. Boer. decis. 155. nu. 23. & dec. 292. nu. 5. Mascar. de probat. conclus. 1112. nu. 3. & in his casibus, qui iurat falsum, excusatur à periurio,
68 † secundum Bart. in l. non fatetur, num. 7. ff. de confessis, Rip. Auus meus, in l. admonendi, nu. 6. ff. de iur. iur. Ias. in l. error nu. 2. C. de iuris, & fact. igno. & in §. si quis agens, nu. 9. Instit. de action. & sim-

Dic quod sic nisi [illegible]
alia formula concepta

& similiter excusatur Notarius, si negat veritaté, se esse rogatum de instrumento, non puniretur de
69 falso † propter longam diuturnitatem temporis, quando autem Notarius negans se esse rogatum de Instrumento, de quo re vera fuit rogatus, pos-
70 sit puniri pœna falsi, † vide Iulium Clarum recep. sententiarum, §. falsum, nu. 24. vbi Baiard. in addit. ad eum, nu. 162. Bal. in l. eos, C. ad l. Cornel. de falsis, Alex. cons. 74. nu. 12. lib. primo, Menoc. de arb. iud, cas. 311. num. 2. vbi limitat, idem in
71 sene, si iurasset ꝑpter istam rationem, † Gramat. vot. 36. vbi etiam in teste, & dec. 60. nu. 8. Idem, quando agitur de facto proprio, de longinquo, Alex. cons. 7. nu. 9. vol. 4. Tiraq. de præscript. gl. 4. nu. 42. & senex, qui dixit se recordari, & postea
72 dicit se non recordari, non dicitur varius, † Rip. Auus maternus, respons. 3. in tit. de probat. & rescript. & in l. quod Iussit, nu. 47. ff. de re iud. Mascard de probat. concl. 1122. vol. 3.

In verbo in omnibus, & per omnia] generalitas horum verborum remouet facultatem probandi
73 contrarium, † Ias. in l. si quando, num. 37. & seq. C. vnde vi, & in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, nu. 11. ff. de iur. iur. Tiraq. in tract. lignag. §. 4. gl. 1. nu. 14. statur enim tali iuramento, tam pro se, quam contra se, & tam ad includendum, quam excludendum intentionem deferentis iuramentũ,
74 † vt inf. disponit statutum, & ita etiam considerat Carpan. ad statuta Med. cap. 100. nu 65. & seq.

An autem de Iure communi, pars iurans, de periurio iudicialiter puniri possit, & dic, quod
75 non † & est communis teste Boer. decis. 305. post numerum 4. vers. quid dicendum, quem refert, & sequitur Clarus in sua praxi criminali, §. periuriũ in fine, §. nu. 11. vide tamen Baiard. ibi in addit. nu. 16. vbi dicit contrarium verius esse, vt punia-
76 tur erga Fiscum pœna arbitraria † Menoch. de arb. Iud. cas. 319. nu. 9. cum seq. dic etiam, quod
77 potest criminaliter iurans de periurio puniri, si scienter, & dolose peierauerit, modo tamen in hoc dominio querela falsi porrigatur infra mensem, ita disponentibus Nou. Mediolani Constitut. tit. de accusat. & animaduertit D. Costa de remedijs subsid. remed. 96. nu. 2. cum seq. Item scias quod huiusmodi iuramentum præstitum habetur pro veritate adeo, vt non admittat probationem in contrarium, nisi per partis confessionem, vel per
79 instrumenta de nouo reperta † præuia restitutione in integrum, vt post Boerium dec. 305. cum seq. & Thesaur. dec. 240. firmat D. Costa in suo tract. de remed. subsid. remed. 96. num. 2.

In verbo quã super quibus alijs dependentibus]
80 nota, quod dictio, alius, est repetitiua similiũ † l. si fugitiui, C. de seru. fugit. l. fin. §. cui dubium, ff. de vin. tritic. & oleo leg c. sedes de rescript. Boer. decis. 385. col. pen. & ideo non potest fieri diuersa illatio, Alex. cons. 204. col. 1. & 2. lib. 7.

Contrarium tamen tenet gl. in l. non solum, §. quæritur in verbo creditores, ff. de procurat., & in auth. vt defuncti, seu funera eorum in princ. vbi
81 dictio, alijs, debet ad dissimilia inferri, † Cepol. in repet. l. si fugitiui, col. 3. C. de seru. fugit. Bart. in l. pater filium, §. quindecim in princ. ff. de leg. 3. tex. cum gl. in c. si tibi absenti in verbo quicũq; alius de præbend. in 6. & in l. 1. §. debitum, ff. de constit. pecun. Ias. in l. si quis posthumus, §. si filium, nu. 2. ff. de lib & posth. & ista dictio, alijs, debet adaptari ad controuersiam penitus diuersam
82 & extraneam, † alias nihil operaretur, vbi ad iam expressa solum adaptaretur, l. si quando, ff. de leg. primo, c. si Papa de priuileg. in 6. & de eius natura videndi Bursat. cons. 250. nu. 7. & seq. Petra de fideicom. q. 11. nu. 543. & seq. Surd. cons. 303 nu. 33. & cons. 151. num. 92.

83 Quæ autem dicantur dependentia, † vide Signorol. consilium, post tractatum Cepol. de seruitutibus positum, Alex. cons. 58. nu. 7. volum. primo, Boer. decis. 243. nu. 1. cum seq. Menoch. de arb. Iud. lib. primo, q. 45. nu. 6. & seq. & cent. 2. casu 95. vide etiam Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 100. num. 72. cum seq. vbi declarat quid dicatur dependens, emergens, & connexum.

Qualiter autem differat ab incidenti, & emer-
85 genti, recenset † Menoch. d. q. 45. nu. 6. & seq. & Carpan. supra citat.

An autem debitor possit iurare, quod si aliquid
76 mutuo accepit, illud restituit, vide Cepol. concludentem, quod sic, caut. 136. & caut. 60. & dictum est supra in 12. causa qua potest recusari iuramentum, num. 50.

Sed dubium est, quando defertur forma iuramenti alicui vigore huius statuti, an possit ille, cui
87 defertur abondantius iurare, † videtur dicendum quod non, quia formæ sicut nihil detrahi, ita nihil
88 addi potest, sed debet obseruari ad vnguem, † l. Iulianus, §. si rem, & §. sed si quis, ff. ad exhib. Felin. laté in c. cum dilecta de rescrip. l. de ijs, ff. de transact. latissimé Lancellot. Gal. plenissimé cons. 31. Asin. in praxi, §. 3. cap. 37. & seq. & si excederet formam iuramenti in iurando, non tenet iuramentum, sed corruit in id, quod excedit, ita Signorol. cons. 223. num. primo, & facit ratio, quia
89 responsio debet esse similis interrogationi, † l. vt responsum, C. de transact. l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. eod. tit. §. præterea, Instit. de Inutil. stipul. Alex. in l. si seruus, §. si à filio, ff. de leg. primo, & in l. 3. §. iurari, col. 1. ff. de Iur. iur. & cons. 75. lib. 5. Ias. in l. iustitia, col. 2. num. 11. ff. de Iust. & Iure.

90 Contrarium tamé defendi posse videtur, † quia statutum hoc adhibet illam dictionem, alijs, quã licet alij teneant esse repetitiuam similium, vt per DD. quos supra retuli, & ideo non possit fieri diuersa responsio, tamen quod possit, & debeat ad dissimilia referri, dicit gl. in l. non solum, §. si quæritur, in verb. creditores de procuratoribus, & multis alijs supra relatis in hoc eod. verb. probaui, licet re vera, vbi id in quo exceditur diuersificat interrogationem, ego non admitterem responsioné ex natura formæ, vt dixi.

In verbo non præstiterit] dic idem, si præstiterit, sed minus legitimé, paria enim sunt aliquid
91 non fieri, vel minus legitimé fieri, † arg. l. primæ, in princ. ff. de suis, & legit. hæred. Bertr. cons. 88. nu. 6. vol. 3. Paris. cons. 83. nu. 12. volum. primo, Roll. à Vall. cons. 8. num. 28. & cons. 42. num. 21. vol. 3. & stante hoc statuto, non poterit amplius iurare, licet secus de iure communi, vt tenet Carpan. ad statuta Mediolani, d. cap. 100. nu. 81.

In verbo ipso iure] dic, quod hæc clausula, ipso
92 iure, & clausula ipso facto, idem important, † & quid operentur, videas Pract. Papien. in forma libelli in causa spol. possess. vers. ipso facto, Bursat. cons. 37. ad finem, vol. primo, laté Tiraq. in repet. l. si vnquam in verbo reuertatur, num. 143. & 168. vbi adducit 10. effectus, C. de reuoc. donat. & ꝙ nihilominus requiratur sententia Iudicis declara-
93 toria super facto, † si tractetur de damno inferendo,

do, secus in notorijs, & alijs pluribus casibus, quos refert Carpan. ad statuta Mediolani, cap. primo, num. 184. cum seq.

In verbo habeatur pro relato] limita, si forma iuramenti esset inepta, vel non concludens, vt per
94 † Cottam in memorab. in verbo mendax vers. & ideo, limitatur etiam in hærede, quia iuramentum est personale, nec est transitorium ad hære-
95 des. † Bal. in l. generaliter, C. de rebus cred. l. ait. in fine, ff. de iur. iur. l. cuius, C. de Curat. furios. vbi, alia est conscientia defuncti, alia hæredis, tex. in c. veritatis extra de iur. iur. latè Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de iur. iur. conclus. 6. per totam.

Limita etiam, quando is, cui defertur, est mulier egregia, vel aliquis absens, quia non tenetur comparere, sed debet illuc transmitti Notarius,
96 ad deferendum iuramentum eius expensis, † sic Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. centur. 3. casu 128. nu. 4. quæ autem dicatur persona egregia, vide Menoch. vbi supra casu 70.

In verb. sufficit iurare de credulitate] an autē
97 possit in aliquibus casibus iurare, † dic, quod relinquitur arbitrio Iudicis, vt per Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 189. num. 7. &, licet igno-
98 ret factum, non potest hoc modo iurare, † & non cadit in periuriū, etiam si falsum iuret, vide Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 100. num. 87. vbi plures citat.

Qui autem plura in proposito huius Statuti videre cupit, adeat Carpan. ad Statut. Mediol. d. cap. 100. vbi latissimè versatur, & ibi reperitur ferè in omnibus etiam simile Statut.

De qua licentia capiendi, pignorandi, vel derobandi alicui per aliquem iusdicentem data potest fieri exequutio, & aliter facta annulletur, & de officio iusdicentis in prædictis, & quanto tempore durent licentiæ. Rubr. 15.

ITem statuimus, quòd de cætero quilibet, qui habuerit ab aliquo iusdicente aliquam licentiam capiendi, derobandi, vel pignorandi aliquem, antequam de ipsa licentia exequutionem faciat, vel incipiat, vel fieri faciat, vel ipsa licentia vtatur, teneatur, & debeat ipsam licentiam scribi facere in actis ipsius iusdicentis, qui eam dederit, quam licentiam dictus notarius dicti iusdicentis antequàm dictam licentiam det, scribere teneatur in libro actorum dicti iusdicentis, sub pæna solidorum viginti Papiæ. Et si non taliter scripta impetrans vsus fuerit ipsa, vel exequutus fuerit, in aliquo non valeat, nec teneat ipso iure quicquid ex ea factum fuerit: Et dictus iusdicens teneatur ad postulationē capti, pignorati, vel derobati, quicquid contra factum fuerit ex prædictis cassari, & in pristinum statum reduci facere, sine expensis capti pignorati, vel derobati, perinde ac si dicta licentia numquam data, vel facta fuisset, nec in aliqua ex prædictis ad petitionem illius qui habuerit licētiam habeat locum statutum aliquod in contrarium faciens, nec etiam possit appellare, vel annullare, non obstante aliquo statuto, vel iure in contrarium faciente generali, vel speciali. Terminus autem cuiuslibet licentiæ datæ per iusdicentem, de capiendo, pignorando, vel derobando aliquem debitorem condemnatum, vel pro condemnato habitum, duret, & durare debeat arbitrio iusdicentis, hoc addito, quòd licentia pignorandi, capiendi, vel derobandi, debeat tradi seruitori, & non baruarijs. Et quòd in ea licentia ponatur nomen seruitoris, & quòd illa licentia non vti possit nisi semel, nec possit tradi alicui seruitori, vel baruario, sub pæna notario contrafacienti solidorum quadraginta Papiæ, & seruitori contrafacienti librarum quinque Papiæ, & standi ad catenam per vnam diem, quarum pænarum medietas applicetur Communi Papiæ: & alia medietas accusatori: & Potestas Papiæ, eiusq; Vicarij, & Iudices teneantur, & debeant exequi prædicta, postquam fuerit eis denuntiatum, sub pæna periurij, damni, & interesse. Et habeat creditor facultatem faciendi reficere licentiam sæpe, & sæpius, quotiens opus fuerit.

Summarium statuti 15. in Ciuilibus.

5 *Licentia concessa per iudicem an finito eius officio possit exequi.*
6 *Licentia intrandi possessionem durat solum biennio.*
7 *Noua Mediol. Constitutiones in tit. de execut. familia iurisd. prouident pinguius, quàm hoc statutum.*
8 *Actuarij hodie de consuetudine solent assistere iudices sedenti pro tribunali, & scribere ordinationes.*

CIrca materiam huius statuti, vide infra statutū 144. sub rub. quod non detur licentia pignorandi, nisi certa forma.

An autem licentiæ de capiendo, durent temporibus successorum, Bald. in
1 l. prima, C. de postul. Ias. in l. more, ff. de iur. om. iud. nu. 62. vbi vult post Bart. ibidem, quod præceptum Iudicis, seu licentiæ ab eo concessæ capiendi, vel mittendi in possessionem, qui non sunt factæ à Iudice cuassa cognita, durant perpetuo, &
2 sic etiam post mortem ipsius Iudicis, † in hac tamen Papiensi curia seruatur, vt post recessum alicuius ius dicentis, qui concessit talem licentiam, si prius non fuit executa, citatur pars iterum mandato successoris, seu moderni iusdicentis ad videndum ipsam licentiam refici, seu de nouo concedi, de hac praxi meminit Bald. in l. more maiorum, & ibi Ias. nu. 62. ff. de iurisd. om. iud. & pluries super ista refectione disputatū est, sed per
3 aduentum Syndicatoris † non seruatur, vt reficiantur de nouo, sed mittuntur executioni etiam absq; refectione.

An autem Iudex possit concedere licentiam alicui de carcerando aliquem, tamquam de fuga
4 suspectum, eo non citato † vide Auum maternum Rip. resp. 13. lib. primo, tit. de iure gent. siue statuti, & dictum est supra ad statutum septimum de saximent. fiend. nu. 40. & seq. vbi conclusum fuit citationem non esse necessariam.

Quid de licentia concessa per Iudicem, vtrum
5 functo eius officio possit exequi, † notat Bart. in l. fundi, vbi etiam per Alex. qui tenet, quod sic, ff. de acquir. poss. Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 6. in princ. & vide Ias. in l. more maiorum, num.
6 62. ff. de iurisd. om. iud. & vide nu. 6. vbi vult † quod si Iudex concedit executori licentiam intrandi possessionem illa licentia tantum durat biennium post Bart. in l. si finita, §. si quis metum in fine, ff. de damn. infect.

Per istud autem statutum, satis non est proui-
7 sum indemnitati subditorum, † & ideò ad tollendas extorsiones, & conuersiones, quas faciunt executores, & famuli iusdicentium, magis abundè prouisum est ex dispositione Nouarum Constit. Mediolani, in tit. de execut. & famil. iusdicent. quæ erunt videndæ simul cum statuto ciuili 105. cum seq. & de reg. pot. statut. 12. vbi dixi, & statuto ciuili 40. & 41. & infr. decret. 11. 14. & 17.

In verbo in libro actorum] aduerte, quod à cer-
8 tis annis citra, solent actuarij † adsistere tempore quo Iusdicētes sedent pro tribunali, & super libro solent notare, sicuti iusdicens dixit, quod detur licentia, vel fiat expeditio, vel prorogatio, prout contingit, sic generaliter postea pars, quę instat expeditionem, illam defert scriptam, & subscriptā, quàm Notarius ponit in filo actorum, & contingit sæpenumero quod fiunt expeditiones, & conceduntur licentiæ extra tempus publicæ audientiæ, & hæc minimè registrantur in libro modo prædicto, & in ijs statutum hoc procedit annullando, sed pauci animaduertunt, & si quis diceret, quod hoc statutum non sit in vsu, responde, quod non potest tolli per non vsum, stante diuersitate styli prædicti, quo circa vide, quod notat Carpan. in præludijs statutorum Mediol. & hæc dicta sufficiant pro declaratione huius statuti.

Quod Potestas teneatur dare baruarios ad voluntatem creditorum in Ciuitate Papiæ, & extra, & de eo quod habere debent pro pignorato, vel capto. Rubrica 16.

ITem statuimus, quòd dominus Potestas Papiæ, & quilibet suorum iudicum teneantur, & debeant dare de suis baruarijs, & seruitoribus Communis Papiæ, ad voluntatem creditorum omnium, ad exigendum, & pro exigendo sibi in Ciuitate Papiæ, & eius districtu debita quęcunque condemnata realiter, & personaliter, cum effectu, & ad dandū possessionem plenam, de quibus per formam statutorum, vel pacto contrahentium possessio plena danda est, non obstantibus aliquibus statutis Communis Papiæ generalibus, vel specialibus in contrarium facientibus: Et ipsi baruarij, vel seruitores quando ibit, vel ibunt ad pignorandum in Ciuitate, vel burgis Papiæ, ad petitionem alicuius, habeant, & habere debeant solidos imper. 12. Papiæ, pro ipso pignore, & si debitores ceperint in Ciuitate, vel burgis, habeant solidos tres Papiæ, pro quolibet ipsorum. Et si extra Ciuitatem, vel burgos pignorauerint debitorem, habeant & habere debeant pro quolibet pignore solidos duodecim Papienses computata licentia, quotquot fuerint ipsi seruitores, vel baruarij tali modo, & tenore, videlicet, quod si in aliqua terra, vel villa contingat fieri plura pignora in vna andata, si quidem pignoratum fuerit commune dictæ terræ, siue plures singulares personæ, pro dicto communi, non recipiant solutionem, nisi pro vno pignore, videlicet ad rationem solidorum duodecim Papiensiū, pro pignore. Si verò pignorauerint singulares per-

personas, pro debito singularum personarum, si quidem fuerit vsq; ad numerum quatuor pignorum, habeant solutionem debitam ad solidorum duodecim Papiæ rationem pro pignore: Abindè verò suprà quotquot fuerint, habeant vltra dicta pignora, solidos quatuor Papienses pro quolibet pignore. Et nè seruitores possint in hoc fraudem committere, & graffignare plus vni, quam alteri. Statuimus, quòd dicti debitores eiusdem terræ, vel loci pignorati, debeant inter se solutionem dictorum pignorum compartire ad rationem pignoris pro pignore. ¶ Et quòd quilibet, qui iuerit ad pignorandum aliquam singularem personam, Commune, vel Vniuersitatem, si quidem sit licentia continens vnum pignus fieri debere à persona singulari, Collegio, vel Vniuersitate, teneatur dictam licentiam dimittere vni ex ipsis pignoratis, & sufficiat. Et hoc ad pœnam librarum decem Papiensium qualibet vice, & credatur sacramento pignorati, vtrum ipsam licentiam dimiserit, an nè. Et quòd idem seruitor non possit redire ad dictum locum ad pignorandum vsque ad octo dies proximè sequentes, post recessum suum, sub dicta pœna. Et si ceperint debitores extra Ciuitatem, & Burgos, habeant, & habere debeant pro quolibet ipsorum solidos octo Papienses, siue propè, siue longè extra Ciuitatem, & habeant, & habere debeant pro saximentis fiendis de rebus debitorum pro custodia ipsarum rerum, & fructuum, & redituum earundem, & pro stando in possessione ipsorum pro quolibet die solidos decem Papiæ. Pro consignatione verò cuiuslibet capti factà ad carceres Communis, habeant, & habere debeant pro quolibet eorum, sic consignato à Custode carcerum dicto nomine in summa solidos quattuor Papienses.

Summarium statuti 16. in Ciuilibus.

1 DE mercede birrariorum, vbi agatur.
2 Debita condemnata quæ dicantur.
3 An pro debito condemnato quis possit personaliter capi, & quid ex Nouis Mediol. Constitut.
4 Statutum vnum per aliud est intelligendum, & ab eo recipit declarationem.
5 Statutum speciale derogat generali.
6 Species derogat generi, etiam in statutis.
7 Plena possessio, quæ dicatur.
8 Debitor quando possit, vti pacto de intrando possessionem propria auctoritate remissiuè.
9 Pars, quæ soluit plus birrarijs, an possit renunciare illi supra pluri soluto.
10 Licentia, pignoratis per Executores est dimittenda.

1 DE mercede istorum baruariorum,† videndum decretum 54. tit. taxa super mercede baruariorum, vbi clarius ponitur, & nouissimè ordines Senatus Excellentissimi, æditi, & inserti post Nouas Constit. Mediolani, de mercede debita, pro executionibus realibus.
2 In verbo, debita quæcunq; condemnata] quæ
dicantur debita condemnata, † dixi supra statuto
5. sub rub. quæ debita sint condemnata, & qualiter, & infra statut. 41. quod aliquis pro debito
priuato non possit capi in domo, in qua habitat
cum familia, & statuto 154. quod nemo possit capi personaliter pro debito priuato.
In verbo realiter, & personaliter] hæc dictio
personaliter, non est in statuto ciuili quinto, in
3 quo exprimuntur, quæ debita sint condemnata,
sed ibidem propè finem, in verbo, quo banno curso, vtitur tantum, hoc nomine], & dictione realiter, & quid in hac varietate seruandum sit, an licet pro ipsis debitis condemnatis, de quibus in d.
statuto quinto, danda sit captura, vel tantum licentia capiendi bona, videtur dicendum, quod
etiam dari debeat captura, quia statutum vnum
4 secundum aliud est intelligendum, & vnum statuutum recipit interprætationem ab altero, vt
per plura tradit Carpan. in præludijs ad statuta
Mediolani, num. 326. & 330. ideò illud primum
videtur intelligendum secundum hoc posterius,
sed tamen est aduertendum, quod Nouæ Constitutiones Mediolani, in tit. de concess. execut. declarant aliquos casus, in quibus datur captura, &
quando vnum statutum est generale, & aliud spe-
5 ciale contrarium, attenditur speciale; siue præcedat, siue sequatur, & vtrumq; seruatur in suo ca-
6 su, ea ratione, † quia speciei per genus non derogatur etiam in statutis. Bart. in l. sed & posteriores per illum tex. ff. de legibus, & in l. sciendum,
in principio, ff. qui satisd. cog. ità Borgnin. in
tract. de tutor, & curator. num. 98. Surd. decis.
49. num. 6. cum seq. Alex. consil. 19. nu. primo,
vbi Appost. ad eum, lib. primo. Menoch. de arb.
iudic. quæst. 97. per totam. latè Carpan. in prælud. ad statuta Mediolani, num. 321.
7 In verbo, ad dandam possessionem plenam] quę
dicatur plena possessio, † dic, vt in statuto Ciuili, 55. & per Tiraq. in tractat. le mort, saisit le
vif. in præfatione.
In verbo, vel pacto contrahentium] declara,
vt infra statuto 58. in ciuili, & statuto 131. vbi
8 agitur, quando, & in quibus casibus creditor possit vti pacto intrandi possessionem sua auctoritate, & quando tale pactum locum non habeat, vide
ad hoc Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 173.
In uerbo, non recipiant solutionem] per hæc
uerba negatiua, tollitur facultas parti renuncian-

Ide supra de Reg. Potest. statuto 4. quod pignora accepta per Iudicē &c.
1 & statutum quintum, † quod pignora vendita ad incantum, & statutum 6. & 7. & statutum 62. de pignoribus consignandis &c. & infra statuto 157. de bonis mobilibus dandis insolutum, & quæ in dictis locis scripta sunt.

In verbo, sub pœna, & banno] cum dispositio huius statuti non reperiatur prohibita à iure com-
3 muni, licèt hoc statutum præscribat † tempus, & det normam, videtur dicendum, quod tali pœna soluta, in casu contrauentionis nō irritatur actus, ita Tiraq. in tract. de nobil. cap. 35. num. 478. declarat Bonacoss. in verbo, statutum, versic. statutum imponens, nimirum si hoc statutum spernitur, quia pœna est minima, nempe librarum trium Papiæ, quæ faciunt solidos 30. imperiales, & dimidia tantum applicatur pignorato, seu derobato, & ideo pauci sunt, qui pro solidis 15. velint agere remedio huius statuti, cum maior impensa requiratur in agendo, quam sit emolumentum, & multi etiam non aduertunt ad hoc statutum.

4 In verbo, teneatur &c.] pro prima vice, apparitores solent consignare depositario, † etiam si agatur de pignoribus captis in Ciuitate Papiæ, si autem fiat executio contra depositariū, tunc consignantur pignora in mobilibus existentibus apud officium Refferendariæ Papiæ, postea licitantur per Tubicinem ante portam Palatij.

5 In verbo sit vsurarius] dic, quod vsura † est lucrum accedens ex mutuo, vel pacto, vel intentione principali, vt per omnes in rubr de vsur. mutuū
6 verò non habet locum, nisi in rebus, † quæ suo vsu distrahuntur, vel omninò consumuntur, intentio autem principalis est, qua quis maximè mouetur ad mutuandum, sub spe lucri, vt habetur apud summam Siluestr. in verbo, vsura, in princ. & in §. 3. in princ. tenet, quod vti pignore, & non cō-
7 putare fructus in sortem, vsura est, † vide tamen pleniorem diffinitionem traditam per Nauar. in suo comentario de vsuris in 5. not. num. 6. vbi ita
8 diffinit, † vsura est lucrum pecunia estimabile suaptæ natura principaliter in mutui veri, vel palliati quæsitum, & ibidem omnia verba ipsius diffinitionis declarat; aliam diffinitionem, tradit Iulius Clar. in sua prax. crim. in §. vsura. nu. primo, vbi Baiard. in addit. ad eum, vbi adducit plures diffinitiones, & eas periculosas asserit, & vide latè Alfonf. Vilagut. in suo tract. de vsuris quæst. prima, num. 24. cum sequentibus, vbi post plures
9 aliorum diffinitiones ait, quod vsura est pretium vsus rei mutuatæ principaliter speratum, seu intentum, quæ tamen diffinitio iuditio meo, non videtur congrua, cum solum contineat vsuram, quę
10 nascitur † ex mutuo, in quo proprie cadit vsura, Abb. cons. 22. lib. primo, Dec. consil. 111. & in l. rogasti, §. primo, ff. si cert. petat. non etiā vsuram nascentem ex alijs contractibus, in quibus impropriè vsura committitur, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 123. non in illo tamen super istis diffinitionibus, quæ in iure periculosę sunt, l. omnes diffinitio, ff. de reg. iur. & de quibus agit pariter Io. Lup. in tract. de vsur. ad l. curabit, coment. primo, §. primo.

11 Pœna autem talis vsurarij multiplex est; † pri-
12 mò, quia efficitur infamis ipso iure, † intellige, quando est vsurarius publicus, & manifestus, Clar. in d. §. vsura, in fin. vbi Baiard. quod intelligitur de laicis, cap. infames, §. fin. 3. quæst. 7. alias si sit occultus, requiritur sententia Iudicis, Vilagut. in tract. de vsur. quæst. 35. num. 5. cum seq. & ibi
13 nu. primo, declarat, quis dicatur usurarius manifestus, scilicet, primò, qui palam, & publicè fœneratur, secundò, qui confessus est in iudicio; tertiò, qui confessus est extra iuditium coram Sacerdote, & testibus; quartò, qui de usurario crimine per sententiam damnatus est, ut ibi latè; secundò,
14 non admittitur ad communionem; † tertiò non
15 admittitur ad oblationem † offerendam; † quartò, nisi satisfecerit, nō sepelitur in ecclesiastica sepul-
16 tura; † quintò, quia eius testamentum non ualet,
17 † & nemo potest, nec debet testis interuenire suo
18 testamento, nisi satisfaciat; † sextò, quia, si ipse soluerit vsuras alteri, non repetit, nisi prius ipse
19 restituerit; septimò, non admittitur ad cessionem bonorum, nec habetur respectus, ne egeat; octa-
20 uo tenetur † restituere, non solum rem acceptā pro vsuris, sed etiam fructus perceptos, & qui percipi potuerunt à vero Domino, prout hos, & alios casus adducit summa Syluestr. in verbo, vsura, §. 9. num. 4 cum sequent. & quod vsurarius non gaudeat beneficio cessionis in foro conten-
21 tioso, † quinimo si acquirat bona, teneatur in foro contentioso in quantum facere potest, in foro verò penitentiali in solidum, tenet Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 408. num. 22. cum seq. vide etiam Clar. in dicto §. vsura, num. 10. vsque ad finem, qui partem harum pœnarum, quibus affi-
22 citur vsurarius † recenset, vbi latè Baiard. in addition. ad eum num. 27. cum seq. plurib. & uide Vilagut. in tractatu de usur. quæst. 35. cum sequentibus pluribus, ubi plures alias pœnas usurarijs infligēdas, sequitur Io. Baptista Lup. in tract. de usuris comment. 4. cap. quamquam à nu. 2. usque ad num. 18. & quibus pœnis clarius usura-
23 rius † puniatur de iure canonico, ponit Didac. Coaruu. uariarum resolutionum, lib. 3. capit. 3. num. 3.

24 Quis autem dicatur vsurarius manifestus, &

 qualiter

qualiter probetur, vide Menoch. de arbitr. Iudic. casu 235. per totum, Mascard. de probat. concl. 1418. & vide supra num. 13.

25 Quibus autem modis committatur vsura; dic pluribus modis, de quibus per † Appost. ad Iulium Clar. in dicto §. vsura, vbi Baiard. num 2. & latè notat Nauar. in suo cōment. de vsuris, & inter alios modos, scias, quod vsura committitur ven-
26 dendo frumentum carius ad tempus, cap. in Ciuitate, cap. consuluit, & cap. nauiganti de vsuris, quod multò magis procedit, quando fit pactum, quod si frumentum valeat de mense Maij plus, quod illud soluatur; si verò minus soluatur prætium, quod valebat tempore venditionis, Alex. cons. 72. ante num. primum, lib. primo, declarando, vt per Lup. in tract. de vsur. in cap. nauiganti coment. 3. §. 5. num. 127. & seqq.

27 An autem committatur vsura, si fiat taxatio, seu conuentio à principio, de certa quantitate loco interesse, puta de quinq; pro quolibet centenario; † dic, quod sic; Bald. in l. rogasti, §. si tibi, versic. quid ergo, ff. si cert. pet. Alex. consil. 61. num. 12. lib. 2. Dec. in cap. cum venerabilis, num. 64. cum seq. de except. idem Dec. consil. 116. nu. 2. versic. circa secundum dubium, & consil. 119. num. 3. Rott. Roman. decis. 315. nu. 7. part. 2. in nouissimis.

28 Scias etiam, quod vsura prohibetur tàm de iure naturali, quàm diuino, & canonico, Clar. in d. §. vsura, num. 3. vbi Baiard. in addit. num. 11. tex. in cap. quia in omnibus de vsur. Alex. consil. primo, num. primo, lib. 2.

29 Amplia, vt etiam dicatur prohibita de iure ciuili, † ex magis communi DD. opinione, quam testatur Clar. in d. §. vsura, num. 4. Lup. de vsur. ad l. curabit, coment. primo, §. 2. num. 37. sunt tamen multi casus, in quibus permittitur vsura,
30 tàm de iure ciuili, quàm canonico; † quos remissiuè ponit Baiard. in addit. ad eundem Clar. in d. §. vsura, num. 18. vbi enumerat duos casus præcipuè notandos; primus est, quando subditi inuiti coguntur mutuare pecuniā Reipublicæ, vel Prin-
31 cipi; † nam tunc, vtroque iure permittente possunt licitè vltra sortē, aliquid nomine vsurarū recipere, allegat Paul. Castr. in l. si quis, nec causam in fine princ. ff. si cert. pet. & in cons. 19. Crot. in l. nemo potest, num. 3. ff. de leg. primo, Vasq; de success. creat. lib. primo, §. 6. secundus est casus, in mon-
32 te pietatis, † qui à Ciuitate constituitur in subuentionem pauperum, qui potest licitè pro constituendo salario Officialibus, vltra pecuniam mutuatam aliquid recipere Anton. Corset. cons. 75. per totum, inter consilia criminalia diuersorum, tom. 2. & ita Papiæ, & alibi obseruatur Lup. in tract. de vsur. in cap. nauiganti, coment. 3. §. 3.

33 An autem Iudęis dicatur permissa vsura, † Alex. consil. 57. num. 2. lib. primo, Clar. dicto §. vsura, num. 7. vbi Baiard. in addit. ad eum, num. 20. ex alijs concludunt, de iure hæbreis prohiberi committere vsuras; tamen ex permissione, & auctoritate Appostolica hoc sibi licitum; an autem Papa
34 possit permittere Iudæis † ratione publicæ vtilitatis vsuras exercere, vide Alex. consil. primo, nu. 2. cum sequentib. plurib. lib. 2. vbi D. meus Rouescala in suis doctissimis additionibus, & an Princeps possit permittere Iudæis in suo dominio exercere vsuras, vide latè Thesaur. pedem. decis. 57. per totum.

35 Qualiter autem probatur vsura, † & per quot testes, vide Clar. in d. §. vsura, num. 9. vbi latius Baiard. num. 22. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1419. Menoch. cons. 109. per totum, lib. 2. vbi plures coniecturas, vsuram inducentes congerit, vnum tamen scias, quod si testes deponerent aliquē esse vsurarium, eo quia eis mutua ue-
36 rit sub vsuris, non probant, † eò, quia agitur de eorum commodo, nisi protestentur se non intendere aliquod commodum sentire, ex dicta depositione, Bald. in l. dicantibus, C. de testam. Alex. consilio 72. numero 7. vbi Appostil. ad eum, lib. primo.

37 An autem & quando vsura possit peti, tamquā interesse, vide glos. & DD. in cap. conquestus de vsuris, tex. in l. socium, qui in eo, vbi glo. ff. pro socio; interesse autem debetur, tàm de iure ciuili,
38 quàm canonico, † Dec. in rubr. num. 7. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, proferuntur, Abb. in capit. P. & G. de officio deleg. quod tamen fallit nonnullis modis, de quibus per Felin. in capitulo cum venerabilis, nume. 7. extra de except. latissimè Ioan. Lup. ad l. curabit, comment. primo, §. 6. num. 101. & seq. Cod. de act. empt. Sott. de iust. & iur. lib. 6. artic. 3. & passim summistæ omnes.

39 Hoc autem interesse, aliud dicitur damni emergentis, aliud lucri cessantis, † interesse damni
40 emergentis debetur cuilibet creditori, † & dicitur illud damnum, quod passus est creditor, eò, quod pecunia sibi non fuit restituta debito tempore, non tamen debetur, nisi à die moræ, Dec. consil. 116. in fine, & in dicto cap. cum venerabilis, num. 61. de except Plot. in repet. l. si quando, num. 451. & 460. vbi testatur de communi, Cod. vnde vi, Alciat. respons. 108. numer. 7. Crauet. consil. 320. nu. 2. Mascard. conclus. 933. nu. 34. Lup. dicto comment. primo, §. 6. de vsur. nu. 109. & seq.

41 Interesse verò lucri cessantis, non debetur nisi mercatori, vel solito negotiari, † & est illud, quod lucratus fuisset creditor, si pecunia fuisset debito tempore data, & hoc pariter non debetur, nisi præcedente mora debitoris, de quo vide latissimè per Anton. Gabr. in suis communibus, in tit. de solut. conclus. 10. per totam, & de isto interesse
42 damni emergentis, & lucri cessantis, † vide latè Nauar. in suo Comen. extra de vsuris, in decimo quinto not. ibi per totum, cum quinque notab. sequentib. vbi latè tractat, quando istud interesse licitè possit peti per creditorem, ad quem me remitto, per Caroc. in tractat. de locat. & conduc. tit. de lucr. cessan. Honded. consil. 50. per totum, lib. primo, & consil. 36. lib. 2. Ludouic. Morot. consil. 65. Ioan. de Castil nouissimè controuers. iur. par. 2. capit. primo, vbi vberrimè, & pulcherrimè vniuersam materiam lucri cessantis, & damni emergentis complectitur, tàm ex mente Theologorum, quàm Canonistarum, & Legistarum.

43 Qualiter autem interesse damni emergentis, & lucri cessantis, probetur; † vide Abb. in cap. dilecti filij, nu. 12. de foro competenti, vbi Appost. Alex. consil. 41. viso themate, vbi latè honorandus præceptor meus Dominus Rouescala, plures ad hoc allegat, Menochius de arbitrar. Iudicum casu 119. cum seq. Dec. in cap. cum venerabilis, num. 58. & 61. de except. Ias. in l. 3. §. finali, num. 6. & sequentib. ff. de eo quod certo loco: Crauet. dicto consil. 320. Mascard. de probation. concl. 934. per totam, cum concl. 935. vbi docet, quando

quando valeant huiusmodi interesse probari iuramento, Honded. Io. de Castil. & alij supra citati.

Hæc pauca circa materiam vsurarum tangere volui, ad vtilitatem multorum, quia vidi sæpissi-
44 mè circa hoc grauiter errari, † à plebe, vt plurimum, quando quis petit interesse, dicunt eũ vsurarium, cum velit se intromittere in rebus ad se non spectantibus, quod rectè demonstrauit Ludouicus Ariostus in suo poemate Orlandi furiosi, ibi.

Lingua si vil, & sia l'vsanza vecchia,
Ch'il volgo ignorante ogn'vn riprenda.
Et parli più di quel, che meno intenda.

In reliquis me ad auctores christianæ fidei mate-
45 riam hanc pertractantes remitto. Et sciendum est, quod in materia vsurarum standum est potius Doctoribus Iuris Canonici, quam Theologis, vt per Alex. consil. primo, num. 10. & 34. & seq. lib. 2. Dec. consil. 111. nu. 5. Rimin. iun. consil. 177. num. 25. & ratio secundum Alex. vbi supra est, quia ad Doctores Canonistas spectat interpretari ius diuinum in dubijs casibus pertinentibus ad moralem philosophiam, vt patet in principio decretalium, ad Theologos verò pertinet interpretari ius diuinum, quò ad opera D.N. Iesu Christi; cum igitur materia vsurarum spectet ad moralitatem, illius interpretatio spectare debet ad Decretistas, sequitur Io. Lup. in tract. de vsur. ad c. quamquam coment. 4. §. 2. nu. 63.

46 An autem in contractu dotis, vsuræ licitè debeantur loco alimentorum, distingue, vt per Surd. de alim. tit. primo, quæst. 42. num. 51. & per totam, aut maritus socero dilationem concessit ad soluendum dotem, & durante dilatione vsuras nequit petere, siue alimenta, Butr. & Abb. in cap. salubriter de vsur. Campeg. de dot. part. 2. quæst. 6 num. 2. Vilagut. de vsur. quæst. 22. nisi tamen ab initio de soluendo quid annuum durante dilatione conuentum fuisset: Alex. consil. 221. num. 7. & seq. lib. 2. Lup. ad l. curabit, C. de act. empt. co-
47 ment. primo, §. 4. nu. 75. † quæ conuentio valet so-
48 lum durante matrimonio ob onera ipsius, † secus vxore defuncta, cum cesseut onera, Vilagut. d. q. 22. num. 5. concl. 4. Mar. Anton. variar. resolut.
49 lib. primo, resol. 19. nu. 6. † Hinc etiam dicimus, quòd filius repetens dotem maternam, non potest aliquid petere alimentorum loco, pro annis præ-
50 teritis, Alb. cons. 699. † An autem vsuram committat conducens fundum viliori pretio, ob pecuniam anticipatam locatori datam; dic, quod sic; Nauar. de vsur. notab. 12. nu. 20. D. Cost. de remed.
51 subsid. prælud. 1. nu. 6. † Dans autem pecuniam mercatori ad negotiandum, vsuram non commit-
52 tit c. per vestras de donat. inter vir. & vx. † Quid si à principio fiat pactum de certo lucro recipiendo; dic valere, Alex. cons. 80. num. 2. lib. 3. nisi esset adiectum aliud pactum, quòd dans pecuniã nullum damnum sentiat, tunc enim vsura esset, gl. in cap. placuit 14. q. 3. Alex. dicto cons. 80. nu. 3, & seq. Dec. latè consil. 116. valet tamen pactum, vt ponens totum capitale pecuniæ, illud integrũ, & illæsum habeat, & recipiens certum quid ratione lucri, puta quinq; aut sex, pro centenario persoluat Nauar. in manual. confess. cap. 17. num. 254. & seq. Molin. de iust. & iur. tom. 2. disput. 417. Corrad. de contract. quæst. 97. quos tamen improbare videtur Hector. Felic. in tractatu de societ. cap. 19. per totum, Sott. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 6. art. 2. Borell. pleno cons. 65. quibus adstipulatur Bulla Sixti Quinti Pont. Max. anni 1586. cal. Nouembris, disponens, & improbans pactiones sub societatis titulo, quibus conuentum est, vt sors, seu capitale sit saluum, & integrum à socio recipiente restituendum, vel vt de certa quantitate in singulos annos respondeatur, de qua bulla agit Graff. decis. aurearum part. prima, lib. 2. cap. 119. num. 36. & seq. Gregor. à Valent. tom. 3. disput. 5. quæst. 24. punc. 2. & quæst. 25. punc. 2.

53 † vsurãm pariter committit, vendens domum solitam locari quotannis aureis viginti quinq; pro mille aureis, adiecto pacto, quod donec soluatur pretium, teneatur emptor singulis annis, ad computum quinque pro quolibet centenario, Alex. consil. 121. lib. 5. Cagn. ex pluribus in l. curabit, num. 62. C. de act. empt. Dec. consil. 119. num. 2. ratio est, quia vsuræ debentur solum vsquè ad quantitatem fructuum, non vltra, Gabr. in suis communibus, tit. de empt. & vendit. conclus. 4. Contrarium tamen ex pluribus tenet Ioan. Lup. ad d. l. curabit, coment. primo, §. 4. num. 143. & seq. volens tale pactum valere, dummodò vsura commensuretur ad quantitatem fructuum. †
54 Non pariter committit vsuram venditor retinens sibi Dominium rei uenditæ, donec soluatur pretium, & interim locans emptori certis fictis soluendis, donec soluerit prætium; Alexand. & Ca-
55 gnol. in locis mox citatis; † Depositarius autem quid soluens ultra sortem deponenti, usuram in deponente committit, Nauar. de depos. cons. 3.
56 Alex. consil. 80. lib. 3. Dec. consil. 116. † Fallit, si depositarius spontè aliquid daret, Nauar. de depos. consil. 4. nu. 3. Bald. in l. prima, quæst. 10. num. 12. Cod. pro soc. & in rubr. num. primo, C.
57 de usur. † An autem sit usura dare alicui puta ducentum irreuocabiliter, ut quid annuum mihi præstet, donec uixero, etiam si excedat quinque, sex, & plurimum, pacto adiecto quod secuta morte mea, capitale sit extinctum, dic non esse usurã. Bald. consil. 154. lib. 2. Nauar. de empt. & uend. lib. 3. cons. 20. per totum, & titulo de donatione, cons. primo, Oldrad. cons. 207. Gail. singul. obser. lib. 2. obseru. 7. & 8.

De fatigato indebitè exonerando. Rubr. 18.

ITem statuimus, quod si quis Papiensis, vel terræ Papiæ citari fecerit aliquem habitantem in Ciuitate, vel districtu Papiæ, & citatus coram Iusdicente, coram quo citatus fuerit comparuerit per se, vel legitimam personam, & in dicta causa citari faciens non processerit instanter, vt videbitur ipsi Iusdicenti, ità quòd velit dictum citatum fatigare laboribus, & expensis, vel ipsum suis remouere negotijs; debeat Iusdicens prædictus

restaurari facere expensas taliter fatigato cum damno, & interesse ab ipso conquærente, facta prius taxatione per Iusdicentem de prædictis, & insuper eum mulctare ad suum arbitrium pro qualitate malitiæ, & personæ.

Irca hanc rubr. & totum statutum, videndi sunt scribentes omnes in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit, & videtur statutum hoc quodammodo superfluum, cum pro statuto præcedenti, causis cuiusuis generis breuis sit præfixa instantia, qua lapsa, obstat ipso iure expensarum refectio, rectè tamen intuenti potest hoc statutum firmari, ex eo præcipuè, quòd ex huiusce statuti dispositione valeant tales expensæ etiam antè lapsam instantiam exigi, si Iudici videbitur citatum indebitè fatigatum laboribus, & expensis, eundem remouendo à negotijs, & ex illis statuti verbis, si Iudici videbitur, quæ boni viri arbitrium præseferunt, l. si fideicommissaria libertas 2. in princ. ff. de fid. lib. Rom. consil. 55. colum. 2. Alex. consil. 82. in fine lib. 5. & 183. num. 4. lib. 6. Ruin. cons. 24. nu. 9. lib. 2. cum alijs allegatis per Menoch. de arb. Iud. lib. primo, quæst. 8. num. 1. & seq.

Qualiter debet reddi ratio clericis forensibus. Rubr. 19.

ITem statuimus, quòd secundum formam statutorum Communis Papiæ, ius debeat reddi clericis, & locis religiosis conquærentibus de laycis Ciuitatis, & districtus Papiæ, si ipsi clerici in eorum foro religioso, & expressum Dominus Episcopus, & eius Vicarius in suo foro obseruauerit modum prædictorum statutorum, & eodem modo ius redditum fuerit laycis de clericis, & religiosis conquærentibus coram Iudicibus ipsorum clericorum, & religiosorum. Alioquin beneficio dictorum statutorum, nec alicuius ipsorum non gaudeant Clerici, & Religiosi.

Summarium statuti 19. in Ciuilibus.

1 *HOC Statutum non dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, & vide num. 8.*
2 *Cur verbis affirmatiuis conceptum.*
3 *Statutum quod Clerici in iudicio satisdent, an iustum sit.*
4 *Clerici, an statutis laicorum vti possint remissiuè.*
5 *Statuta laicorum, quando ligent personas Ecclesiasticas.*
6 *Laici possunt beneficium suorum statutorum denegare Clericis.*
7 *Validum est statutum auferens Clericis beneficiū suorum statutorum, non autem iuris communis, & vide num. 13.*
9 *Clerici, etiam volentes non possunt gaudere beneficio laycorum statutorum, quando statutum eis denegat beneficium.*
10 *Statuta laycorum, quando comprahendant personas Ecclesiasticas.*
11 *Noua Mediolani Constitutiones, in tit. de aquis, §. omnibus, comprahendunt personas Ecclesiasticas.*
12 *Dicta Constitutiones dicuntur fauorabiles, vti respicientes publicam vtilitatem.*
14 *Statutum repellens Religiosos à Collegio Aduocatorum, validum.*
15 *Papiæ non admittuntur amplius Religiosi in Collegium Iudicum.*
16 *An Collegium Vniuersitatis Aulæ, vbi laurea confertur, possit Clericos non admittere.*
17 *Statutum quod attendi debeat in quæstione inter Clericum, & Laycum.*
18 *Forensis an possit gaudere beneficio statuti volentis damnum emendari, si non adsit statutum simile in loco domicilij.*
19 *Hoc statutum qualiter intelligendum.*

1 NOtandum, non posse dici hoc statutum factum contra libertatem ecclesiasticā, ex traditis per Ias. in l. de quibus col. 13. ff. de legibus, & vide infra eodem num. 8. summaq; cum ratione, & matura, hoc statu-
2 tum conceptum fuit † per verba affirmatiua, nam alioqui videretur odiosum, & exclusiuum clericorum odio irrationabili, nec valeret, Bald. in tract. statutorum in verbo Clericus, num. 4. & 5. Alex. cons. 210. nu. 9. vol. 2. Bursat. cons. 50. nu. 20.

Et dum hoc statutum disponit, quod tale ius reddatur Clericis per Iudices laicos, quale redditur laicis per Iudices Ecclesiasticos in foro Ecclesiæ, non dicitur contra libertatem Ecclesiæ, cum non tollat Clericis, quod eis conceditur de iure communi, nec tollit priuilegia eis ab Imperatore, vel summo Pontifice concessa, quinimò nec denegat eis ius statutarium, quod possit, sed concedit secundum mensuram, & æqualitatem iuxtà rub. ff. quod quisq; iur. in alterum statuerit, vndè dicitur honestum, & eos afficit, sic Carpan. plura adducens in prælud. ad statuta Mediolani, num. 586. cum seqq. pluribus: sed vnum videtur obstare, quia ex statuto infr. nu. 37. sub rubr. de sa-
3 tisdatione præstanda, † Clerici tamquam non suppositi iurisdictioni nōn possunt audiri, nisi satisdederint de restituendis impensis in casu succumbentiæ, & tamen Iudices ecclesiastici non denegāt audientiam sæcularibus contra Clericos, etiam, si non satisdederint, cum itaq; laicis hoc ius reddatur per ecclesiasticos; idem videretur dicendum è conuerso: Huic difficultati respondetur, quod statutum infr. 37. loquitur spetialiter respectu fideiussionis, vel satisdationis præstandæ, non autē respectu omnium actuum iudicij, tàm ordinato-

riorum

riorum, quam decisiuorum, hoc autem statutum loquitur indefinitè, & æquipollet vniuersalibus ex identitate rationis, Bart. in l. 1. §. si pluribus, ff. de leg. 2. Rim. iun. conf. 15. nu. 52. Didac. lib. 1. var. resol. cap. 13. nu. 8. ideò hoc statutum non tollit disposita infr. d. statuto 37. imò per illud speciale declaratur hoc generale, Ozasch. decis. 6. nu. 11. & decis. 167. nu. 15.

An autem Clerici laicorum statutis, vti possint,
4 tradunt DD. omnes in c. Ecclesia S. Mariæ extra de constitut. & optimè in proposito deseruiunt, tradita per Didac. lib. 1. pract. quæst. cap. 8. per totum, dixi supra in præludijs ad ista statuta latè col. 1. & seq. ad ibi dicta me refero.

Et nota præcipuè, quod, vbi Iura, & statuta laicorum, simpliciter loquuntur, nec mentionem fa-
5 ciunt de Clericis, † suntq; in fauorem humani cõmercij, & publicæ vtilitatis introducta, quo facilius, & commodius suum sortiantur effectum, possuntq, tàm ad commodum, quàm incommodum referri, etiam Ecclesiasticas personas afficiunt, Alex. conf. 122. vol. 2. & id maximè est indubitatum, quando Clerici id statutum amplexi forent, contrahendo, & eius formam seruãdo, Grat. conf. 162. num. 5. vol. 2. qui id num. 6. aliter declarat, & dixi in dictis præludijs.

Item est notandum, quod licet Clerici non pos-
6 sint laicorum statutis ligari, † possunt nihilominus laici statutorum suorum beneficia eis denega-
7 re. † Ex quo aufertur Clericis non ius commune, sed solum priuilegium statuti, l. si quis curialis, vbi Bald. C. de Episc. & cleric. ita in simili statuto Bononiensi firmat Alex. conf. 209. num. 13. lib. 2.
8 † volens tale statutum dici non posse contra libertatem ecclesiasticam, & conf. 115. num. 8. lib. 7. Dec. conf. 275 nu. 3. & 114. Alderan. Mascard. de gener. statut. interpret. concl. 1. num. 194. vers. sublimita, vbi ex Roch. de Curt. in tract. statut.
9 sect. 8. nu. 73. & 85. tenet † stante hoc statuto non posse Clericos etiam volentes statutis laycorum vti, Grat. conf. 162. nume. 11. lib. 2. Plot. in repet. l. si quando, num. 814. C. vnd. vi. Carpan. ad statuta Mediolani in præludijs, nu. 585. cum seq.
10 disputans, quando statuta laicorum afficiant personas ecclesiasticas.
11 † An autem Nou. Mediol. Constitutiones, tit. de aquis, §. omnibus habentibus, permittentes posse quempiam conducere aquas per alienos fundos ad minus damnum, dummodo soluatur domino prætium terræ, & quartum plus, compræhendant personas ecclesiasticas, adeò, vt teneantur dare transitum per eorum fundos ad dictam formam constitutionum, multi tenent quod sic, cum sint communes omnibus, & publicam respiciant vtilitatem, cap. non minus, vbi Anchar. nu. 8. de immun. eccles. Surd. conf. 130. nu. 6. & 7. & ita fuisse iudicatum, testatur Borgnin. decis. 6. nu.
12 56. part. 5. & tales † Constitutiones dici fauorabiles, & publicam vtilitatem respicere, firmat Rub. conf. 92. Cepol. de seruit. rust. præd. c. 4. de aquæduct. q. 6. nu. 28. & 69. & in punctualibus terminis. Menoch. de arb. iudic. cas. 463. num. 11. cent. 5.
13 † & posse statutum denegare eius benefitium Clericis, & Religiosis, præter ius commune, firmat Borgn. decis. 33. nu. 15. part. 3. & decis. 20. nu. 5. part. 4. loquens in puncto istius statuti, Alciat. cõs. 193. nu. 3. lib. 9. tom. 2. Rimin. sen. conf. 268. nu. 48. & seq. vol. 2. Borgnin. decis. 18. nu. 50. part. 3. Ego sum opinionis clericos non ligari, nisi quatenus, per eorum Iudices Ecclesiasticos, ita esset iudicatum Salicet. in auth. cassa nu. 12. C. de sacros.
14 Eccles. † An autem valeat statutum Clericos à Collegio Iudicum, Aduocatorumq; laicorum repellens; dic quod sic, Alciat. in l. Collegarum, ff. de verb. signif. & conf. 707. num. 2. Borgn. dicta
15 decis. 18. num. 51. part. 3. † quod statutum est in Vener. meo Collegio Dominorum Iudicum Papiæ, ideoq; valet, quatenus est conforme dispositioni Sacrorum canonum, nè Clerici secularibus negotijs se immisceant tot. tit. nè clerici, vel mo-
16 naci, † in Collegio verò vniuersitatis Doctorum, quòd aulæ appellant, & si simile statutum factum fuerit, de cuius validitate satis dubito, cum illud sit Collegium mixtum habens auctoritatem lauream conferendi, non solum ab Imperatore, sed à summo Pontifice, & ex rationibus perpensis per Rauden. in tract. de analogis cap. 39. licèt dictũ statutum, vel ordo re vera eos absolutè non repellat, sed admittat obtenta dispensatione à Summo Pontifice, iurandi in manibus prioris dicti Collegij, de seruandis illius statutis, & admittat iam admissos perseuerare.
17 Vbi autem vertitur quæstio inter Clericum, & laicum, quod statutum attendi debeat, † tradit Abbas in c. quod Clericis extra de foro compet.

In verbo [& eodem modo ius redditum fuerit] ex his verbis facilè dignoscitur Clericos non posse gaudere beneficio statutorum laicorum, nisi & ipsi in simili causa, de qua aduersus laicos controuertunt, cum simile habeant statutum. † Castrens. in Auth. cassa, & irrita, in vers. pœnæ enim, C. de
18 S. S. Eccl. & clarius conf. 345. in fine, vbi stante Bononiensi statuto, quod tale Ius reddatur &c. & stante alio diuerso statuto, quod commune teneatur emendare damnum, si malefactor ignoratur, consuluit forensem non posse gaudere beneficio stanti Bononiensis, cum non appareat tale statutum de emendatione damni esse in patria illius forensis, & in simili consuluit Soc. sen. conf. 120. nu. 20. vers. & vlterius lib. 1. & conf. 292. col. 2. vers. restat nunc lib. 2. aliosq; in idem congerit Marzar. conf. 8. col. 6. vers. aduersarij in eorum scriptura, & conf. 14. per totum, & licet ex tali inter-
19 prætatione destrui videatur æquitas, † rub. & nigri totius tituli, ff. quod quisque iuris in alium statuerunt, eodem ipso iure vtatur, attamen aduertendum est edictum illud solum habere locum contra illum, qui sui ipsius opera, & ad eius postulationem Ius aliquod iniquum impetrasset, at secus vbi peruenit id ex generali statuentium dispositione; sic in puncto respondit Alex. conf. 111. num. 15. versic. non obstat, vol. 7.

Modum prædictorum statutorum] hoc statutum in quantum potest ligare clericos, limitat se ipsum quò ad modum prædictorum statutorum, non tamen extenditur ad alia statuta subsequentia, de quibus non loquitur, quia statutum tantũ disponit, quantum loquitur, alias cessat eius dispositio; Ias. in l. non tantum, nu. 6. ff. de re iud. Petr. Gerard. sing. 7. nu. 10. & strictè intelligitur Tiraq. de retract. lignag. §. 35. glo. prima, nu. 2. Burs. conf. 12. num. 54. Alioquin beneficio dictorum statutorum, idem est, ac si diceret actus aliter factus quam disponat statutum, nullus sit ipso iure, cum agat de modo in procedendo Marc. Mant. sing. 104. num. 3. quod enim fit alio modo, quam debeat, non valet, Ozasch. decis. 165. num. 14. Borgnin. de usufruct. nu. 189.

Quod

Quod nominans dominum in iudicio, non eximatur de iudicio, nisi in casu, & quid habeat facere conuentus nominans, & nominatus. Rubr. 20.

ITem statuimus, quòd de cætero aliqua persona, Communitas, vel Vniuersitas possidens, vel detinens aliquam rem, quæ conueniatur occasione ipsius rei, & nominauerit dominum laycum in iudicio, non eximatur de iudicio, nisi nominatus, vel volens defendere susceperit in se iudicium coram illo Iusdicente, coram quo iudicium agitatur, Et non prosit alicui dicere, Ego sum paratus defendere coram Iudice meo, sed procedatur contra detinentem, & nominans, & nominatus teneantur iurare, quod nominatio, & susceptio non fit per malitiam, & dicta nominatio fiat antè litem contestatam, vel habitam pro contestata, & aliter non valeat. Si verò nominauerit Clericum, non eximatur de iudicio, nisi Clericus idoneè satisdederit de iudicio sisti, & iudicato soluendo. Et fideiussor intelligatur obligatus principaliter, & in solidum, & hoc nisi res esset de patrimonio Ecclesiæ.

Summarium ad Statut. 20. in Ciuilib.

1 *MAteria huius statuti apud quos tractetur.*
2 *Nominatio debet fieri de iure communi, & ex hoc statuto antè litem contestatam, secus post, & vide nu. 22. & 26. vbi videtur pinguius, quod prouidet Statutum, quam Ius commune.*
3 *Dominus qualiter accipiatur in materia huius statuti.*
4 *Vsufructuarius, an veniat Domini appellatione.*
5 *An veniat possessor.*
6 *Sententia lata contra detinentem, an praiudicet Domino in Iudicio non nominato.*
7 *Pœna dolosè nominantis dominum, vel potentiorem.*
8 *Nominatione facta, quo ordine sit procedendũ contra nominatum.*
9 *Conuentus remedio reintegranda, potest nominare ex magis communi DD. sententia.*
10 *Contrarium tenet Excellentiss. D. Costa de retrotract. cap. 8. casu 26. num. 5.*
11 *Saluatur Dominus Costa, cuius dictum procedit, quoties agitur de facto conuenti.*
12 *Nominatio retrotrahitur ad initium iudicij pro actorum validitate.*
13 *Nominatio habet locum, etiam quando agitur ad pensiones per colonum, vel emphyteutam debitas.*
14 *Regula, quod in possessorijs conuentus nominet dominum.*
15 *Amplia etiam pro re immobili.*
16 *Amplia etiam in iuribus corporalibus.*
17 *Limita si agatur de facto proprio conuenti.*
18 *Limita secundò, in delictis.*
19 *Limita tertiò, in actione personali.*
20 *Limita quartò, in declinatoria fori.*
21 *Limita quintò, quando non est iuratum de calumnia.*
22 *Limita sextò, post litem contestatam, & vide latius num. 26.*
23 *Limita septimò, in Clerico, qui non præstitit fideiussorem ex hoc statuto.*
24 *Limita octauò, reo negante se possidere.*
25 *Limita nonò, quando conuentus non denunciauit litem domino.*
27 *Quid in casu, in quo lis non contestatur, vel habetur in aliquo contractu pro contestata.*
28 *Limita vndecimò, nominato non comparente.*
29 *Rei vendicatio non datur contra nudum detentorem, colonum, depositarium.*
30 *Possidens nomine alieno, an valeat nominare.*
31 *Quid in procuratore ad negotia.*
32 *Quid in feudatario, emphyteuta, vsufructuario, superficiario, marito, & creditore misso in possessionem, & vide num 33.*
33 *Nominationis, & laudationis differentia, & vide num. 34.*
35 *Nominandus est dominus modernus, non antiquior.*
36 *Nominatus asserens nominantem possidere nomine proprio, amittit ius suum,*
37 *Quid facta protestatione per nominantem, quod nominato non comparente vult ipse proponere defensiones.*
38 *Nominans, an possit variare remissiuè.*
39 *Nominationis quindecim effectus remissiuè.*
40 *Nominatio qualiter describenda, & concipienda remissiuè.*
41 *Nominatus potest de iure communi declinare forum, secus ex hoc statuto, & vide num. 48. & 49. vbi limita.*
42 *Nominans ex sola nominatione non eximitur de iudicio, nisi nominatus suscipiat iudicium.*
43 *Processus, an validus, iudice reyciente nominationem, & procedente ad vlteriora.*
44 *Cautela, vt à dicta reiectione tacitè appelletur.*
45 *Nominatus qualiter in hoc statuto accipiatur.*
46 *Defensor, quis dicatur.*
47 *Nominatus potest suscipere iudicium per se, vel per procuratorem.*
50 *Nominatus priuilegiatus, an possit declinare forum.*
51 *Nominatus, an possit iudicem dicere suspectum.*
52 *Nominatus vtitur suo priuilegio.*
53 *Poterit etiam opponere exceptiones ex sua persona.*
54 *Defensor, an possit dicere, sum paratus defendere coram Iudice meo.*
55 *Nominans, an eximatur de iudicio nominato comparente, & vide num. 57. & 58.*
56 *Contrariorum eadem est dispositio.*
59 *An actor possit agere contra nominatum no[illegible] parentem, & iudicium in se suscipie[illegible] &*

quid facere tunc Index debeat.

60 *Nominans non iurat nominatum esse possessorem, sed aliter probat quando est suspicio, quod debeat peierare.*

61 *Iuramenti, malitia, & calumnia differentia.*

62 *Statutum qualiter procedat in Clerico nominato & vide nu. 63.*

64 *Satisdatio de iuditio sisti, & indicatum soluendo requiritur etiam ex iure communi.*

65 *Qua ratione hec satisdatio requiratur.*

66 *Iudex laicus non exequitur sententiam contra Clericum.*

67 *Idonei satisdatum, quando dicatur.*

68 *Clericus possidens bona immobilia profana, an teneatur satisdare ex hoc statuto.*

69 *Fideiussionum de iudicio sisti, & iudicatum soluendo differentia.*

70 *Ecclesia nominata quoties bona sunt de mensa, & patrimonio Ecclesia debet conueniri coram suo iudice.*

71 *Amplia etiam in bonis de nouo datis, & concessis Ecclesia, qua dicuntur de mensa.*

72 *Actor aliquando consuluit in fauorem Monialiũ Senatoris Papia, quod bona legata dicantur de mensa.*

73 *Legatum est donatio à defuncto relicta ab harede prastanda.*

1 De materia præsentis statuti † habetur per tex. vbi DD. omnes in l. 2. C. vbi in rem actio, & per Abb. & alios in c. quoniam contra, §. in alijs extra vt lit. non contest. per Pract. Pap. in forma libelli in actione reali in verbo tenet possidet, vers. 4. & latè Carpan. ad statuta Mediol. cap. 69. vbi latissimè, & ideo circa hoc statutum paucis agam, cum apud eum habeas plenissimè tractatum, Marant. in praxi, tit. de nominat auctor.

Notandum tamen est, quod nominatio ista est ante litem contestatam facienda, post vero litis
2 contestationem nullo modo potest, † vt statutum disponit, & etiam procedit de iure communi, sic Bart. & Bald. in d. l. 2. num. 13. C. vbi in rem actio. Menoch. in tract. recuper. remed. 15. num. 491. & seq. Rip. Auus maternus in c. sæpe nu. 21. & seq. de rest. spolia. & vide inf. ad nu. 22 & 26. stat. tamen hoc pinguius prouidet, quàm ius cõmune, dũ præscribit tempus, & normam tenendam ad hoc, vt nominans eximi possit à iuditio, dum facultatem tollit nominato domino opponendi exceptionem declinatoriam, & iudicis incompetentiam, quam posset opponere de iure communi Soc. Sen. in c. quoniam frequenter, §. quod si super, num. 32. vt lit. non contest. Carpan. ad statutum Mediolani, c. 69. nu. 91. & seq. & vlterius distinguit inter laicum, & clericum, & respectu fideiussionis præstandæ per Clericum subdistinguit, vt hic; quod sane statutum, cum sit prohibitorium debet omnino attendi, Soc. Sen. cons. 79. nu. 27. & tempus ab eo præfixum obseruari debet, alias actus est nullus, nec potest tale tempus à iudice, vel partibus prorogari, aut suspendi, Alex. cons. 24. ad finem, vol. 4. Asin. in praxi, §. 1. cap. 8. & cum det ordinem procedendi ligat etiam clericos, Rim. iun. cons. 11. nu. 1. Caeialup. in l. cunctos populos, nu. 178. C. de summ. Trinit. & fid. Cath.

Qualiter autem accipiatur dominus in materia
3 statuti de domino loquentis, † tradit Alex. consil. 129. nu. 3. uol. 2. repetitum cons. 5. uol. 4. ubi tenet appellatione domini largo sumpto vocabulo
4 venire etiam vsufructuarium, & ex communi vsu loquendi, non solum verus dominus continetur
5 domini appellatione, sed etiam possessor, † vt per Alex. ibi, & sequitur Gramat. cons. 39. nu. 15. inter consilia ciuilia; dicerem ego tamen, si contra tales personas moueretur Iudicium respectu proprietatis ab eis possessæ, distinguendum esse, an quæstio esset de solo iure possessoris, an verò de totali re; vt primo casu ipsi possint dici domini, nec requiratur nominatio, de quo in statuto isto, cum ius proprietatis minimè ventiletur, & vtriq; tamquam domini in lite stare debeant, sic Bald. in l. 2. nu. 7. C. vbi in rem actio; Rip. Auus meus maternus in terminis possessoris loquens, in cap. sepe, num. 52. de restit. spoliat.

6 Sed quid, si detinens rem, dominum in iudicio non nominauit, ex quo effectum est, vt contra detinentem lata sit sententia, an huiusmodi sententia domino non nominato præiuditium pariat, communis est sententia, quod non; vt per Innoc. & alios in cap. quoniam contra frequenter, §. quod si super extra, vt lit. non contest. Bar. Bald. & cæteri in d. l. 2. C. vbi in rem actio, Alex. in l. peregre §. quibus, nu. 8. ff. de acquir. poss.

Qua vero plectendi sint pena dolosè dominum in iudicio non nominantes, vel potentiorem no-
7 minantes, & de mendatio conuicti, † tradit Marc. Laudensis in tract. de official. dominorum, quæst. 32. Bald. d. l. 2. num. 16. Ias. in §. omnium, col. 16. Inst. de action. Specul. in tit. de primo, & secundo decreto, §. restat, versic. quid si nominans.

8 Et si nominatio facta fuerit, terminus actori nominato statuendus est, † Angel. in Aut. vt omnes obediant Iud. prouin. col. prima, Bal. & alij in d. l. 2. C. vbi in rem actio, nouusq; libellus contra ipsum nominatum est sumendus; Abb. in cap. quoniam frequenter, §. fin. num. 28. vt lit. non contest. Bart. dicta l. 2. num. 3. Cod. vbi in rem actio, Soc. iun. cons. 46. in princ. & cons. seq. vol. primo, Petr. Caball. cons. 57. nu. 10. & seq. Natt. cons. 324. ad confirmationem, num. primo.

9 Habetq; locum hoc statutum etiam, vbi quis conuentus est remedio reintegrandæ, † nam potest in Iudicium alium nominare, vt ex magis recepta DD. sententia inferens ad statutum nostrũ testatur Menoch. in tract. recup. remed. 15 num, 484. & seq. vide tamen D. Costá olim Collegam meum in tract. de retrotract. cap. 8. num. 26. vbi ex afflict. decis. 227. Mazzol. cons. 109. Carpan. ad statuta Mediolani, capit. 69. num. 13. & seq.
10 tenet contrarium, † scilicet nominationem non habere locum in hoc iudicio redintegrandæ; Ego tamen adhereo opinioni D. Menoc. vti communi; & decis. Afflict. 227. non obstat, cum de hoc nihil loquatur, voluit allegare decis. 217. vbi tenet nominationem locum habere, quoties non agitur de facto conuenti, secus, si agitur de facto conuenti, vt si ipse spoliasset, vel spolium ratum habuisset, & Afflict. sequitur Menoch. vbi supra, num. 487. & ita intelligo D. Cost. alias locutus fuisset contra communem, idem Menoch. dicto loco num. 490. cum seq. vbi affert limitationes, & cum D. Menoch. tenet in consilio decisiuo Petr. Cabal. cons. 93. num. 6. & 7. lib. primo, nisi tamen nominatio dolosè, & in fraudem facta esset, vt per Soc. sen. in l. remq; nobis, num. 2. ff. de acquir.
11 possess. Afflict. decis. 217. scias, quod ista † nominatio retrotrahitur pro actorum validitate, ad initium

tificasset nominationẽ, quæ expensis nominantis fieri debet, & propterea si nominatus patiatur cõtumaciam, eo casu nominans non eximitur, etiam si appareat nominatum esse Dominum, sic Specul. in titu. de primo decreto. §. restat, num. 21. & Ias. in §. omnium, num. 16. Instit. de actio.

43 Quid si iudex nominationem reijciat, † & procedat ad vlteriora, dic, quod valet processus, vt per Gabriel. consil. 47. num. 4. lib. 1. sequitur D. Costa de retrotract. dicto casu 26. capit. 8. in fin. vbi
44 dat consilium † ex Ant. Gabr. in suis communibus tit. de except. conclus. 1. quod appelletur à dicta tacita reiectione per processum ad vlteriora.

In verb. nisi nominatus, vel volens deferre] no-
45 minatus accipitur pro Domino, vt † vt disponit statutum hoc, vel pro possessore, vel cuius nomine possidetur, vt voluit Socin. dicto §. quod si super num. 4. & 12. & Bald. ac alij in l. 2. C. vbi in rem actio, Specul. de primo decreto §. restat. Quis
46 autem dicatur defensor † notat glo. in rub. ff. de procurat. Speul. in titul. de defens. in princip. & in tit. de ijs, qui alien. nomine in iudicio interueniunt, num. 1. verb. defensor, & tribus modis venit quis ad alterius defensionem, primo animo nouandi, & debitorem liberandi, alio modo tanquam simplex defensor, tertio, quando quis sponte petit contra eum dari libellum, Bartol. declarans in l. liberto. §. litem, ad finem. ff. de negot. gest. Aret. in §. fin. num. 48. Instit. de except. vbi etiam declarat quis dicatur defensor necessarius, & quis voluntarius, illum autem necessarium defensorem dupliciter ego cõsidero, nẽpè, aut necessitate precisa, aut causatiua, vt me docuit Barto. in l. procurator. §. si procurator. num. primo. ff. rem ratam habe.

In verb. susceperit in se iudicium] declara, siuè
47 per se, siuè per procuratorem legitimum, † vt notat Socin. d. §. quod si super, num. 30. suscepto aũt iudicio, quid debeat facere, & an debeat ei dari dilatio, & quot, vide Alexand. consil. 101. volum. 5.

In verbo & non possit alicui dicere] hoc statutum est correctorum iuris communis, vt etiam supra dixi circa principium, propter quod pluribus modis, & rationibus potest nominatus comparens
48 declinare forum, vt tradit Socin. iun. cons. 46. num. quinto, & sequen. volu. primo, quod tamen limita, si voluntariè compareret, vti defensor lau-
49 datus, † veluti quia teneretur de euictione, quia eo casu tenetur defendere in foro rei prius conuenti, vt tenet Castrens. in l. 2. num. secundo. C. de iurisdict. omnium iudic.

Sed quid] si nominatus sit priuilegiatus, an
50 possit declinare forum, † distingue, aut est fiscus, & potest, cum expresè non prohibeatur per hoc statutum, vt tenet Carpan. plura allegans ad statuta Mediolani dicto capit. 69. num. 109. vel laycus priuilegiatus, & non potest, vt disponit hoc statutum, quod tamen secus esset de iure communi, per ea, quæ adducit Carpan. loco supra citato. num. 96. cum sequentibus pluribus, vbi distinguit, & adducit plures casus, subditq; numero 110. quod, licet non possit declinare forum, poterit tamen recusare iudicem, vti suspectum,
51 † vel si sit affinis cum actore, poterit petere, quod fiat compromissum, vt ibi, num. 114. præterea poterit in eo iudicio vti suo priuilegio, scilicet, si sit
52 minor, vel mulier, vel persona priuilegiata, † poterit vti beneficio restitutionis in integrum, idem in clericis, & quolibet defensore, vt possit oppo-
53 nere alias omnes exceptiones ex sua persona, † vt sequitur Carpan. loco prædicto, num. 116. & sequ.

In verb. ego sum paratus] declara nedum in eo qui vti Dominus, vel possessor fuerit nominatus in iudicio, sed etiam in quolibet alio defensore,
54 † qui vti author, & voluntarius defensor comparuerit ad defendendum emptorem, vel reum conuentum, vt disponit statutum Pap. 38. in ciuili, & de iure communi tenet Didac. Coaruu. tracta. practicar. quæstio. cap. 14. Carp. dicto cap. 69. num. 115.

In verb. sed procedatur contra detinentem] intellige ad ulteriora iuxta iudiciu m iam cęptũ,
55 † sed hoc non caret aliqua difficultate, quia dum statutũ supra dixit, non eximatur nominans, nisi noiatus susceperit iudicium, ut innuere, q. si nominatus comparuerit, & susceperit iudicium, eximatur nominans, ut contrariorum eadem sit dispositio. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius, sed si per
57 comparitionem, & susceptionem fuerit † nominatus in iudicio, an eximatur nominans, & detinens, sicut in hoc loco disponit statutum, quod
57 procedatur contra detinentem, † Ad hoc responde, quod intelligitur, si comparens nominatus opponit exceptionem declinatoriam, sed cessante exceptione declinatoria, habet locum exemptio.

Quid modo, si nominatus non comparuerit, &
58 nihil dixerit, † Responde, quod non eximitur nominans per hoc Statutum, posset tamen actor si uolet procedere contra nominatum eum citare
59 propositis legitimis edictis, † quo casu eo nominato non comparente, tunc causa summariè cognita poterit Iudex mittere actorem in possessionem ueram, non tamen rei seruandæ causa, reseruata ipsi nominato facultate agendi ad proprietatem, non tamen ad possessionem, quo casu tenebitur ipse nominatus probare de titulo, ut per plures, quos citat Carpan. ad d. cap. 69. numero 123, & sequen.

In uerb. & nominatus teneatur iurare] si tamen sit suspicio nominantem de facili falsum iuratu-
60 rum, † uel solitum peierare, cogi poterit probare nominatum esse uerum possessorem, Menoc. in tracta. recup. remed. 15. num. 494. & seq.

Hoc tamen iuramentum malitiæ differt à iura-
61 mento calumniæ, quia iuramentum † malitiæ toties præstatur, quoties Iudex dubitat, uel suspicatur de malitia, iuramentum uerò calumniæ non præstatur, nisi semel, & prout latius per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 66. num. 28. ubi etiam remissiuè adducit alias differentias, & quibus personis præstari debeat.

In uerbo, & dicta nominatio fiat ante litem cõtestatam] de hoc dixi supra in principio, addo Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 34. per tot.

In uerb. si uerò nominauerit clericum] notandum tamen est, quod aut clericus iste fuit in iudicio nominatus tanquam necessarius defensor,
62 † & Dominus rei, in reali act. & ipse laycus asserit se noie clerici possidere, & tunc non procedit statutum nostrum, ut licet clericus teneatur idoneè satisdare de iudicio sisti, intelligendo scilicet, ut teneatur etiam litigare sub Iudice sæculari; nam tali supra dicto casu causa est remittenda ad Ecclesiasticum Iudicem, glo in cap. clericum ubi Archid. 11. quæst. 1. Specul. in titulo de primo, & secundo decreto. §. restat. uersic. quid si Dominus, Natt. consil. 324. ad confirmatione m. num 4.

anm.4. Grammatic. decis.21.per tot.& decis. 61. num.6. Decian. responso. 18. lib.3. Borgnin. decis.45. num.74. parte prima.

Aut verò iudicium substantiatur in persona ipsius layci, & isto casu clericus † comparens ad defensionem illius, cautionem standi in iudicio præstare debet, litemq; perseuerare sub eodem Iudice layco, ita intelligitur text. in l. venditor. ff. de iudicijs sic distinguit Rip. anus mīnus in c.2. n.24. extra de iudic. Bart. in q.2. Pisanæ Ciuitatis. Soc. Sen. cons. 40. in fine, volum.1. Purpur. consil. 26. num. 4. libro 1. & congruit statutum proximè sequens; & vide ad hoc latè Carpan. dicto cap.69. num.96. cum sequentib. pluribus. Grammat. decis.21. ante num.3.

63

In verb. nisi idoneè satisdederit] hæc satisdatio requiritur etiam de iure communi, text. in §. sin autem, Inst. de satisd. & in l. qui proprio, §. quod alicui, vbi glo. ff. de procurat. notat Ias. ad Port. Instit. de satisd. § fin. num.9. & ratio illa videtur esse, ne secuta sentētia cōdem natoria difficilis executio fiat, † q̄a teneretur Iudex hic scribere iudici ipsius clerici, ad hoc vt snīam exequatur, cū eā ipse non possit exequi, † vt cauetur in c. Romana. §. contrahentes de for. comp. & notatur passim per scribentes in l. à Diuo Pio. §. 1. ff. de re iud. & in l. extra territoriū, vbi maximè Ias. n. 24. ff. de iurisd. om. iud. meritò ad tollendam hanc difficultatem procedit statutum, q̄ prestari debeat ipsa fideiussio, idoneè aūt satisdari tunc dr̄. † cum fuerit præstita idonea cautio; ita Menoc in tracta. adipisc. rem.2. nu.93. si aūt clericus asserat fideiussorē esse idoneū, pars vero neget, tenetur clericus probare Alex. cons.37. nu.3. vol.2. Mascard. de prob. concl. 782. lib.2. Carp. ad statuta Mediolani c.44. nu.17. & 18. & c.53. nu.2. & seq. facit decisio Surd. 320.

64 65 66 67

Quando aūt clericus possidet bona immobilia, profana, & est diues, an vigore huius statuti teneatur satisdare, † vide Carp. ad stat Mediol. c.44. nu.4. cum seqq. plurib. & hoc casu, si hypothecet bona sua, liberatur, Vinc. Honded. cons.30. num. 33. lib.1.

68

In verb. de iudicio sisti] hæ fideiussiones de iudicio sisti, & de iudicat. soluendo differunt, † quia fideiussio de iudicatū soluendo transit ad hr̄des, vt not. Ias. in l. si verò in princ. nu.3. ff. qui satisd. cog. sed fideiussio de iudicio sisti expirat morte rei principalis, vt ibid. dicit Ias. nec dr̄ propriè fideiussio, sic idē Ias. in l. fideiussor. §. si quis is n.6. ff. qui satisd. cog. nec valet in plus, quàm principalis teneatur; has, & alias plures differentias inter fideiussorem de iudicio sisti, & iudicato soluendo ponit Carp. ad statuta Med. c.46. n.11. vsq; ad nu.28.

69

In verb. & hoc, nisi esset de patrimonio Ecclesiæ] nota, quod quoties bona sunt de patrimonio Ecclesiæ, tunc est adeundus iudex Ecclesiasticus. † non aūt dēt Ecclesia nominata suscipere iudiciū corā iudice layco, vt expressè disponit hoc statutū in fine, dicuntur aūt bona de mensa, & patrimonio Ecclesiæ, quoties dn̄ium vtile, & directum bonorum est penès Ecclesiam, & ad eam spectant talia bona. glo. in clem. 1. in verb. ad mensam. de excess. prælat. DD. in c. vt S. de reb. eccles. non alien. Rodoan. in tract. de reb. eccl non alien. q. 55. sub rubr. de alienatione non obstante iuro, nu.71. qui num. 73. ait idem dicendum esse de bonis de nouo datis, & donatis Ecclesię, vel alio quouis modo acquisitis, † quia videntur data, vt sint in vtilitate, & in bonis ipsius Ecclesiæ, & ob id de mensa dicuntur, & per hanc rōnem alias cōsului in fauorē Reuerendarum Monialiū Ecclesiæ, & Monasterij appellati il Senatore Ordinis S. Benedicti, qd bona quæ legata fuerant ipsi Monasterio, cū dicerētur donata, eò qd legatum † dr̄ donatio quędam à defuncto relicta ab hr̄de præstanda iuxta l. legatum. ff. de leg.2. & §.1. Inst. de legat. cum vulgarib. per consequens dicebantur de mensa, & patrimonio ipsius Ecclesiæ, & ideò cum fuisset dicta Ecclesia nominata in Dīm à suo massario, siuè conductore ad massaritium, ad formam præsentis statuti, & ipsa Ecclesia comparuisset, & petijsset causam remitti ad suum Iudicem ecclesiasticum, iudicatum est iuxta petita, motus ex doctrina Abb. in c. fin. vt lit. non contest. Natt. cons.324. nu.4. lib.2. Cagnol. in l. venditor. num. 18. limit. 4. ff. de iudic Ioseph Ludou. decis. 34. nu.22. part.1. cum alijs allegatis per Borgnin. decis.8. num.17. & decis. 45. num.74. part.1.

70 71 72 73

Quod defensor in rei vendicatione teneatur satisdare, & de quo, & quid fiendum, si succumbat. Rubr. 21.

ITem statuimus, quòd si de cætero aliquis conueniatur rei vendicatione, & alius se offerat tanquam defensor teneatur satisdare in primo litis exordio de iudicato soluendo, & de re petita restituenda, aut duplum æstimationis ipsius. Et si contingat talem defensorem in causa succumbere, condemnetur ad rem petitam restituendam, aut duplum æstimationis rei petitæ, infra tempus à iusdicente, vel à iure statutum. Et tunc nihilominus petitor possit petere, & consequi rem à vero possessore cum expensis litis, ipso restituente simplum æstimationis receptæ vero possessori.

Summarium Statuti 21. In Ciuilib.

1 *HOc statutum conuenit cū l. Pomponius, §. sed & is. ff. de procurat.*

2 *Rei vendicatio, an sit intentata, cognoscitur ex conclusione*

3 *Ex conclusione cognoscitur, quale remedium sit intentatum.*

4 *Narratio proprietatis in libello non ampliat vires libelli.*

5 *Quid stante clausula super quibus omnibus, & singulis peto, &c.*

6 *Clausula super quibus omnibus, & singulis &c. magni effectus.*

7 *Rei vendicatio non datur nisi contra possidentem, vel qui dolo desijt possidere.*
8 *Agens rei vendicatione tenetur probare de dominio sui, & auctoris. [remissiuè.*
9 *Defensor qualiter condemnandus, vel absoluendus*
10 *Defensor verbum pluribus modis accipitur.*
11 *Defensor Ciuitatis quis dicatur.*
12 *Promittens aliquem defendere ad quid tenatur.*
13 *An autem teneatur de vi, & violentia.*
14 *Quid si promittat defendere de iure, & de facto.*
15 *Promittens defendere de iure, & de facto non tenetur armis defendere.*
16 *Quid in Principe.*
17 *An autem Princeps teneatur defendere si indictum sit bellum iustum.*
18 *An in casu huius statuti sufficiat verbalis satisdatio, an requiratur realis.*
19 *Defensor in actione personali, solum tenetur satisdare de iudicato soluẽdo, & qua sit ratio differ.*
20 *Satisdare regulariter tenetur alienam suscipiens defensionem.*
21 *Amplia etiam, si immobilia possideat.*
22 *Reus possidens immobilia non tenetur satisdare.*
23 *Quid si possideat plura mobilia, quæ de facili non possunt occultari.*
24 *Satisdatio per reum præstanda dicitur necessaria.*
25 *Satisdatio necessaria, quando in loco propinquo præstari possit.*
26 *Defensio in casu huius statuti an admittatur cum iuratoria cautione. [sta.*
27 *Requisita iuratoria cautionis remissiuè. ex D. Co-*
28 *Defendere obligatus ab omni molestia intelligitur etiam de molestia ipsius obligati.*

1 Tem statuimus] hoc stat. cõcordat † cũ Iuris dispositione, ꝑ tex. in l. Pomponius, §. sed & is, vbi notes, ff. de procurat. & concordat hoc statut. ferè in omnib. de verbo ad verbũ cũ stat. Mediol. 71. vbi Carp. satis abundè declarat, & adde statut. Pap. 38. in ciuili Dec. in l. nemo alienæ rei, ff. de reg. iur. Gabr. in suis cõibus tit. de fideiuss. concl. 4. Muscatel. in pract. fideiuss. part. 1. modo
2 12. & scias, ꝙ ad sciendũ quõ † rei vendicatio sit, intentata cognoscitur ex modo concludendi,
3 Alex. conf. 83. nu. 1. cũ seq. lib. 3. † & nota pro regula, ꝙ ex conclusione, siue medio concludendi cognoscitur, quale remediũ sit intentatũ, Bart. in l. certi condictio, nu. 2. ff. si cert. pet. D. Rip. auus mihi matern. in l. naturalr. §. nihil cõmune, nu. 21.
4 ff. de acq. poss. Dec. conf. 57. col. 5. & 252. col. pri. † Hinc dicitur, qđ narratio proprietatis in libello non ampliat vires libelli, sed mediũ concludendi attenditur: Alex. conf. 192. nu. 8. lib. 2. nisi adijciatur
5 clausula apponi solita, super quibus oĩbus, & singulis &c. ac ꝑ Alex ibi nu. 9. de qua per Gabr. in suis cõmunib. tit. de claus. concl. 4. Cæsar Barz.
6 decis. Bonon. 70. nu. 40. & seq. † qui effectus dictæ
7 clausulæ recensent; † Rei autẽ vendicatio non datur, nisi contra possidentẽ, vel qui dolo desijt possidere, l. cũ autẽ, & l. qui petitorio, ff. de rei vendic.
8 Alex. conf. 47. nu. 9. lib. primo, † & debet Agens probare dñium auctoris sui: Alex. conf. 89. nu. 1. & 13 nu. 12. lib. 2. latè Mascard. de probat. concl. 536. ampliando, & declarãdo ꝑ Afflict. decis. 40. Joseph. Ludou. decis. lucens. 65. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cas. 42. Borgnin decis. 23. nu. 31. par. 2.
9 An autem, & quo modo in sententia sit iste defensor condemnandus, vel absoluendus, † notat Lanf. de Oriano in cap. quoniam contra, nu. 18. extr. de probat. & per Bart. Bald. & alios in d. l. Pomponius, §. sed & is, ff. de procurat.

10 In glo. & alius se offerat tanquã defẽsor] Not. quod hoc verbũ defensor † multipliciter sumitur, aliqua recenseo; primò, sumitur pro defensore Ciuitatis, & dicitur Syndicus, Alciat lib. 1. Pereg. c. 5. Bertazol. de claus. instrum. claus. 21. gl. 8. nu.
11 2. secundò sumitur. pro eo, qui aliquem criminosum defendit: Abb. in clem. prima nu. 17. de pæn. tertiò, qui aliquem in iudicio defendit: Abb. dict. clem. prima, nu. 21. aliquãdo defensor exponitur, idest tutor, vel curator, l. 2 in uerbo defensores, ubi gl. ff. qui pet. tut aliquando pro eo, qui in iuditio sine mandato defendit, & ita sumitur hic, & l. pomponius, §. sed si is, ubi Bart. & alij, ff. de procur. alios modos explicat Alberic. in diction. in uerbo, defensor, Bertaz. de claus. instrum. claus. 29. gl. 9. Dec. & Cagn. in l. non uidetur defendere, ff. de reg. iur.
12 † Quæro, quid, si quis promisit aliquem defendere, ad quid teneatur, dic intelligi de iure, non
13 de facto, Menoch. conf. 281. nu. 29. † ideo non tenetur de ui, & uiolentia, Rol. à Vall. conf. 45.
14 nu. 20. lib. 3. † Quod uerum est, etiam in promissore de iure, & de facto, nam non tenetur de uiolentia, & casu fortuito; Rol. à Val. d. conf. 45.
15 nu. 21. Boer. plena decis. 64. ubi uiden lũ. † Hinc pariter promittens defendere de iure, & de facto non tenetur armis defendere, Cagn. in l. nemo ui-
16 detur, num. 5 ff. de reg. iur. quod tamen limitat, † non procedere in Principe; nam tenetur armata
17 manu defendere: † Scias tamen, quod Princeps defendere tenetur, si bellum sit iniustum, secus, si iustum, Abb. in cap. si recepimus, nu. 3. de priuil. & uide Boer. dicta decis. 64.
18 In uerbo, teneatur satisdare] notandũ circa hoc quod non sufficit oblatio realis requiritur. satisdatio. † ut Alex. conf. 21. col. fin. nũ. 7. uol. primo, & conf. 130. lib. 4. Neg. de pignor. in 2. mẽb. par. 3. in 5. q. principali. nu. 97. Boer. decis. 133. hoc statutũ
19 limita non procedere in actione personali, in qua defensor satisdat solũ de iudicat. soluen. non autẽ de rato, Bartolus, & Baldus in l. Pomponius, ff.
20 de procurat. ratio differentiæ ibi assignatur regulariter † autem alienam defensionẽ suscipiens tenetur satisdare, l. in eo quod plus, §. nemo alienę
21 rei, vbi latè Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. † quod verum est, etiã si immobilia possideat, vt ibi per Dec.
22 nu. 2. † quę regula non procedit in reo immobilia possidente, Doct. in l. sciendum, vbi Ias. latè ampliat, & limitat, ff. qui satisd. cog. idq; in reo procedit etiam, si solũ mobilia possideret, adeo ma-
23 gni valoris, vt verissimile non esset, illa de facili
24 posse occultari, Alex. conf. 37. num. 17. lib. 2. † vbi autem non possidet mobilia, & immobilia, talis satisdatio ex dispositione legis est necessaria, d. l. sciendum, vbi Doct. & l. si fideiussor., §. si necessaria, ff. qui satisd. cog.
25 Sed, si in loco iudicij, non possit quis satisdare, sufficit illam præstari in loco propinquo in subsidium, d. §. si necessaria, vbi Doct. intelligendo tamen, quãdo locus propinquus esset sub eodem Principe, secus, si diuerso, quicquid in cõtrarium consuluerit, Alex. cõs. 57. vol. 3. communiter reprobatus, vt testatur D. Cost. in tract. de remed. subsid. remed. 60. vbi plura in materia
26 huius satisdationis videnda, † si modo defensor non possit satisdare, an sufficiat iuratoria cautio; dic quod non, cum veniat nomine alieno, non suo, Ias. in l. 1. in fin. vers. decimo quartò limita, ff.

docē te de errore alias instrũ diceretur suspectũ. 15 qualiter autē dicatur cõstare de errore, tradit ibidē Rip. † 16 & latè qño Notarius possit errorē suum corrigere, & qño possit diē omissũ apponere, plenè discutit Bertaz. de clauſ. inst. clau. 1. gl. 5. p tot.

17 Circa autē materiā huius statuti, scias, quod nõ sufficit locũ, & horã apponi in instris, sed præcedere debet annus, mensis, & dies, † & postea addi debet hora, & locus, vt disponit statut. ciuile 141.

18 Quid modo, si ex aliquo instro carente die, vel loco, p ars aliqua damnũ patiatur, † vel, quia alia quæuis substantialia deficiant, vel clausulæ solitæ apponi, an agi possit cõtra Notariũ, dic, ꝙ sic; tex. l. fin. C. de Magistr. cõuen. Colla in suo tract. de remed. subsid. remed. 51. nu. 6. Bertazzol. de clauſ. instrum. in procem. nu. 1. vbi vult hoc procedere ēt 19 si Notarius esset minor, quæ minor ætas, hoc casu Notariũ nõ excusat, Dec. cõs. 1. nu. 26. de fid. instr.

Quod pronunciatus maior decem & octo annis, habeatur pro legitima persona quo ad contractus, & iudicia. Rubr. 23.

ITem statuimus, ꝙ quecunq; persona, quæ de cætero per aliquē Iusdicentem Ciuitatis Papiæ pronunciata fuerit maior decem & octo annis, ex aspectu corporis ipsius, vel ex dicto, & assertione, & sacramento ipsius, & duorũ suorũ attinentiũ, seu affiniũ, deficientibus parentibus, seu vicinorũ deficientibus parentibus, & affinibus, omniũ masculorũ bonæ opinionis, cõditionis, & famæ, qui iurauerint, se maiores triginta annis, ac iurantiũ, ꝙ credunt dictam talē personã esse maiorē decē et octo annis, & esse prudentē, diligentē, solicitã, & expertã, pro administratione bonorũ suorũ. Sit, & habeatur pro legitima persona ad cõtrahendũ, & distrahendũ. & in iudicio existendum, & ad faciendũ quæcunq; facere, & exercere posset, si esset maior vigintiquinq; annis. Et currat tempus petendi restitutionē statim facta pronunciatione. Et si persona taliter pronunciata fuerit in cura, ꝙ eius cura, & administratio eius curatoris sit, & esse intelligatur finita qualiscunq; sit ipsa cura, & dicta pronuntiatio fieri possit in iudicio, siue extra, & in ipsa pronuntiatione fiet mentio de dicto sacramento, nomine, & pronomine personæ pronuntiati, & prædictorum duorum maiorum 30. annis.

Summarium ad statutum 23. in Ciuilibus.

1 QVæ conferant ad hoc statutum.
2 Hoc statutum an habeat locum in filiofamilias pronunciato maiore.
3 Quæcunq; dictio vniuersalis omnes complectens.
4 Hoc statutum an liget clericos.
5 Statutum nõ tollens priuilegium clericis concessũ, & eorum fauorē concernens, ipsos clericos ligat.
6 Statutũ sacris Canonibus nõ aduersans, censetur approbatum à Papa.
7 Clericus volens gaudere statuto laycorum, debet vti cum omnibus qualitatibus suis.
8 Clericus pronunciatus maior ad formam huius statuti, an gaudeat eius beneficio.
9 Statutum laycorum generale rationabile, ac fauorabile, generaliter disponens comprahendit clericum volentem non inuitum.
Clericus petens se pronunciari maiorem ad formã iuris, an intelligãtur secundũ formã statuti, concluditur, quod sic, ex multis, vt latè ibi. &
Iudex laycus non potest decretum interponere in pronunciatione maioris ætatis clerici.
10 Pronuncia ætatis facta cum præsentia Iudicis ruralis, an valida.
11 Annus ceptus an habeatur pro completo de iure communi, & quid ex hoc statuto.
12 Aetas 18. annorum, an dicatur legitima.
13 Contrahens præsumitur ætatis legitimæ, nisi contra probetur.
14 Modus probandi ætatem, remissiuè.
15 Quid habeant testes deponere ætatem probare volentes remissiuè, & vide nu. 17.
16 Aetas ex quibus probetur, remissiuè.
18 Vel, dictio alternatiua vnum solum requirit.
19 Statutum nostrum requirens aliquem pronunciari, vel ex aspectu corporis, vel dicto duorum affinium sufficit, quod alterutrum adimpleatur.
20 Fallit ex praxi Papiæ, ex qua vterque exigitur.
21 Alternatiua, qño resoluatur in coniūctiuã, remissiuè
22 Aetas probatur ex confessione partis de iure cõi.
23 Itē probatur ex dicto attinentium, seu affinium.
24 Statut. nostrũ loquens de affinibus, intelligitur de proximioribus.
25 Proximior quis dicatur remissiuè.
26 Attinentiũ nomine, qui veniant, & nu. 27. & 28.
29 Affines, seu attinentes clerici an admittantur.
30 Quid si attinētes essent tutores, & vellēt præstare consensum ad obtinendam liberationem.
31 Tutor in re sua nequit auctoritatem præstare.
32 Testis in causa propria repellitur.
33 Aetas an probetur ex dicto patris.
34 Statutum requirit pro forma, quod attinentes sint masculi &c. qua non seruata actus est ipso iure nullus.
35 Statutũ loquens de aliquo actu, intelligitur de valido.
36 Statuto non præfigente ætatem propinquorũ, an admittantur minores 25. annis.
37 Iuramentum propinquorum, de quo in hoc nostro statuto formiter est præstandũ, nõ per æquipolēs.
38 Hoc statutum abbreuians ætatem 25. annorum ad 18. validum, & nu. 50.
39 Statutum disponens, quod minor 25. annis, possit alienare, an cõprendat minorem bona extra territorium alienantem.
40 Statutũ, qđ maior 18. annis habeatur pro maiore 25. an habens 18. annos, possit imobilia sine decreto alienare.
41 An pronunciatus ex hoc statuto, possit si sit læsus petere restitutionem in integrum.
42 An in alienatione minorum requiratur decretũ.
43 Solemnitates requisitæ in minorum alienationibus.

bus, remissiui.

44 *Bona minorum alienantur absq; solemnitatibus ex testatoris dispositione.*

45 *Maior 18. annis pronunciatus ex hoc statuto, an possit donare inter viuos, vbi late cũ plurib. seqq. & vide nu. 49. vbi ꝙ sic, & nu. 61. de veriori, & n. 63*

46 *Habilitatus ad contrahendum, an censeatur ad donandum.*

47 *Qui veniam ætatis impetrauit, non potest alienare absq; solemnitatibus, & vide nu. 63.*

48 *Statutum intelligitur minus corrigere ius commune, quàm sit possibile.*

51 *Statutum dicitur ius ciuile.*

52 *Ius ciuile tollit, & limitat ætatem.*

53 *Statutum generale, generaliter intelligendum.*

54 *Donatio contractus nominatus, & num. 60.*

55 *Dispositio loquens de contractu comprehendit donationem inter viuos.*

56 *Contractus nomen continet nominatos, & innominatos, lucratiuos, & onerosos.*

57 *Permissus cõtrahere, intelligitur, vt possit donare*

58 *Prohibetur contrahere, qui non potest donare.*

59 *Habilitatus ad contrahendum, censetur, & ad alienandum.*

60 *Dictio quacunq; quid importet.*

62 *Statutum faciens minorem maiorem, quo ad aliquos casus, non procedit quoad cæteros.*

64 *Minor 25. annis non pronunciatus maior, non potest donare, etiam cum decreto.*

65 *Amplia. vt nec etiam possit donare fratri.*

66 *Amplia. vt donatio à minore facta per consensum propinquorum non approbetur.*

67 *Tempus petendi restitutionem in integrum, ex hoc statuto, quantum duret. & num. 70.*

68 *Tempus petendi restitutionem in integrum, quando incipiat currere.*

69 *Restitutio in integrum petitur intra quadrienniũ.*

71 *Qualiter agendum cũ minore curatore carente.*

72 *Et quid ex dispositione Nou. Const. Mediol.*

73 *Infãs nõ habens curatorẽ, qualiter veniat citãdus*

74 *Tutor an possit conueniri pro debitis pupilli.*

75 *Pronunciatus maior ex hoc stat. an possit esse tutor.*

76 *Quid de iure cõi, an minor 25. possit esse tutor.*

Onfert stat. 100. sub tit. de emancip. faciend. & stat. inf. 119. † in rub. de modo, & forma obligandi filium familias maiorem, & in potestate constitutũ, & stat. 158. de Consulib. ad actus voluntarios eligendis, & dixi plura in dictis locis, & videndi pro intelligentia Doct. in l. 1. & per tot. C. de his, qui ven. ætat. impetr. Sfort. Odd. de rest. in int. q. 15. art. 9. per tot. Menoc. cõs 465. Lancell. Gal. cons. 34. & alij infra citati.

2 Itẽ statuimus, qđ quęcunq; persona] ex his verbis dubitari contigit. an habeat locũ præsens stat. in filio familias, & videtur dicendũ, ꝙ sic, † nam dictio quęcunq; est vniuersalis apta cõprehẽdere, et 3 fil. fam. DD. in l. 1. C. de sacros. eccl. & adducti per Plot. in repet. l. si quando, §. 9. nu. 4. C. vnde vi.

4 An autem hoc statutum afficiat clericos, † qui ad formam huis statuti, se maiores pronunciari fecerunt, ego sic dicerem, clericos nõ affici, antequã se pronunciari fecerunt, verum, vbi sunt pronunciati maiores, ad formam statuti, crederẽ hos clericos afficere, quia hoc statut. non tollit quicquã clericis, vel ecclesię, ꝙ eis in priuilegiũ sit concessum, nec libertatẽ lędit ecclesiasticã, imò ampliat, vt in hac ętate pro maioribus habeantur, vnde clericos afficit, Bar. in l. cunctos populos, nu. 29. vers. secundo, C. de sum. Trinit. Neuiz. cons. 39. & cum ob bonũ publicũ sit conditum statutum, ipsos includit, Natt. cõs. 575. num. 10. Nauar. in manual. confess. c. 23. nu. 88. Menoch. cõs. 800. eoq; magis, quia sacris canonibus non aduersatur, quo casu 6 censetur approbatum à Sum. Pontifice, † Fortun. Garz. in tract. de vltim. fine iuris, illat. 14. §. 26. nu. 58. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 26. nu. 58. nec ob id tollit benef. restit. quatenus lędantur, vt inf. dicã, ac demũ, quia æquitati, & rõni cõgruit, vt si clericus beneficio statuti intendit vti, se maiorẽ 7 pronuntiari † faciendo, eodẽ iure cõtra se uti patiatur, latissimè Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 13. nu. 6. 7. & seq. Quod autẽ clericus possit gau-8 dere hoc statuto facit, † & illud, quia statutum est rationabile, & fauorabile ipsis clericis, nec disponit de eis expresè, vel corũ bonis, sed generaliter statuit, nõ faciendo mentionẽ de illis, tunc clerici 10 volentes, possint gaudere, ac vti † Alex. cons. 210. nu. 2. lib. 2. latè infinitos citans cõprobat nouissimè, Alderan. Mascard. de generali statutorum interpræt. conclus. 1. nu. 192. cũ seq. vers. secundo limita, vbi latè tractat an statutũ laycorũ cõprehẽdat clericos, & vide quę dicta sunt sup. in prçludijs.

An autẽ pronunciatio maioris ętatis p clericũ petita ad form. Iuris, & alias õi meliori modo &c. possit dici nulla, quia nõ facta fuerit mẽtio statuti prçsentis, & dicerem validam esse, & intelligi petitam, iuxtà formam statutorum Papiæ.

Primò, quia proemiũ, & narratio demonstrant petentis intentionẽ, l. fi. ff. de hær. instit. vbi Bart. cum vulgaribus.

At in proemio, & narratione exponit se maiorẽ decẽ & octo an. iurat & ipse, & duo eius agnati in oĩbus, & per oĩa ad for. d. statuti, specialia statuti verba apponẽdo, nempe esse personã prudentem, diligentem, &c. petitq; se pronuntiari maiorẽ ad formã iuris, & alias õi meliori modo &c. ergo de iure statutario debet intelligi, cum de iure cõi talis solemnitas, & tale iuramentũ minimè exigatur l. 2. C. de his, qui ven. ætat. impetr.

Secundo confirmatur, quia affines, qui iurarũt, & interfuerũt, fuerũt adhibiti, iux. for. stat. Hõies scilicet bonę vocis, conditionis, & famæ, maiores ætate triginta annorum, qui iurarũt, vt expresẽ d. statuto cauetur, & cũ iure cõi hoc nõ est cautũ, inde sequitur, ꝙ actus factus prçsumitur iuxta solemnia, & ea, quę sunt obseruata in ipso actu, hinc licet cõtrahentes vsi sint verbo emptionis, & venditionis, sed tñ in singulos annos prætium constituerunt, vt si dictum sit, vendit Titius fundum ad decẽ annos, prętio centũ aureorũ soluend. in singulos annos, dicitur contractus locationis, non autẽ emptionis, Bart. in l. cotẽ ferro, §. qui maximos, nu. 2. ff. de public. & in sua disput. 4. Alex. cons. 108. lib. 3. Rip. auus meus de cõi. in tract. de pest. tit. de priuil. contr. nu. 56. Boer. decis. 249. col. fin. Tiraq. de retract. consang. §. 32. gl. prima, nu. 36. Hinc pariter, si testator vocatis septem testibus, dicat, estote testes huic meo codicillo, valebit nihilominus dispositio, tamquam testamentum, si testamenti solemnia sint seruata, Alex. & Ias. nu. primo, in l. si codicillum. C. de codic. & de magis communi, Alciat. cons. 525. nu. 2. & 3. Surd. cons. 450. nu. 17. lib. 3. effectus. n. in contractibus, & actibus magis, quàm denominatio, consideratur, l. si vno, ff. locat. quòd in contractibus firmauit, Alex. cons. 117. nu. 7. & seq. vol. 3. Roman. cons. 509. in

in primo dubio.

Tertiò etiã magis hoc comprobatur; quia petijt se pronuntiari maiorẽ ad formam iuris; appellatione, autem iuris intelligitur de iure statutario Ciuitatis, in qua quis degit, vel saltem sine dubio, tàm de iure municipali, quàm communi, intelligitur, tex. in c. 1. in fin. vbi gl. & ibi not. Abb. ext. vt lit. pend. vbi si Princeps se referat simpliciter ad ius, intelligitur de iure speciali, & statutario. idem Abb. in rubr. de consuet. multis comprobat Ias. in l. omnes populi, in prima lectura, nu. 15. & seq. ff. iust. & iur. vbi infert, si mandetur causam decidi secundũ ius, tàm de municipali, quam communi; intelligitur latissimè disputando, & hanc tenendo Brun. in tract. quod stant. Masc. q. 5. principali, art. 12. nu. 60. cũ seq. Petr. Duen. reg. 56.

Quartò id clarius ostenditur ex clausula omni meliori modo, quę facit, vt actus ad specificata tantũ non restringitur, Alex. latè cons. 112. col. prima, vol. tertio. Curt. iun. cons. 169 nu. 6. sed ad omnia extẽditur, quæ actũ valere faciunt, Crauer. cons. 226. col. pen. vers. nono considero, & cons. 141. num. 3. Bero. plura cons. 82. nu. 11 & seq. lib. 2. latissimè Simon. de Præt. de interpræt. vlt. vol. lib. 2. interpræt. 1. dubit. 1. sol. 4. per totam.

Quinto, his additur clausula &c. quæ ex stylo Notariorum Papiæ extenditur, in specie ad statuta Papiæ, cum omnia similia instrumenta, ad formam statuti, censeãtur facta, & dicta clausula operatur, vt extenditur scriptura iuxta stylum, & consuetudinem similium instrumentorum, Alex. cons. 163. nu. 9 & seq. vol. 7. ex quibus ambigendum minime crediderim, quin dicta pronũciatio censeatur facta secundum formam statutorum, maxime quia nemo presumitur velle actum nullũ, & frustratorium facere, & actum iuratum nõ potest impugnare is, qui fecit, iuribus notis.

Vltimo, magis etiam deseruit, quia asserit se maiorem ætate annorũ decem & octo, & id eo petit se pronunciari maiorẽ ad formam iuris, si .n. intelligeretur de iure cõmuni, non sufficeret ætas decem & octo annorum, sed viginti requiruntur, l. 1. & 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. vnde cum dicta eius assertio, & iuramentum, ac affinium depositio ad ius commune referri non possit, necessariò debet intelligi de statutaria ætate, & sic illa verba ad formam iuris intelliguntur, idest iuris municipalis.

Sed an Iudex laycus possit decretum interponere in pronunciatione ætatis clerici. Doct. dicunt quod non, quia decretum debet interponi à Iudice competenti, Bero. cons. 22. num. 46. lib. 2. Simoncel. de decret. lib. primo, tit. primo. inspec. prima, nu. 72. Carpan. ad stat. Med. c. 324. nu. 136.

20 In verbo, per aliquem Iusdicentẽ Ciuitatis Papiæ] quæro, an sufficiat, si fiat pronuniatio extra Ciuitatẽ, in territorio tamen interueniat authoritas ab ordinario Iudice rurali. † dic, quod non, prout in puncto huius nostri firmat D. Costa in suo tract. de fact. scient. & ignor. resp. ad inspect. 6. nu. 18. cum seq. pag. 21. & mouetur D. Costa arg. annotato per Rol. à Vall. cons. 99. num. 27. vol. primo, & Rim. iun. cons. 5. nu. 192. vol. primo, & ea ratione, quia si statuentes voluissent, posse fieri, expressissent sicut factũ reperitur infra in statuto ibi, si autem fuerit in territorio.

21 In verbo, decem, & octo annis] an cępti habeantur pro cõpletis de iure cõmuni, † disputant scribentes in l. 3. §. minorem, ff. de minoribus, & distinguit Marsil. in tract. bannit. in verbo annus, nu. 12. Borgnin. decis. 40. num. 18. sed ponderando verba huius statuti, dum dicit maior, intelliguntur de completis, attento præcipuè, quòd statutũ debet intelligi ad literam, vt disponit statutum Papiæ sup. de regim. Potest. & inf. statur. crimin.

22 ultimũ; hæc autem ætas † an dicatur legitima, & perfecta notatur in l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetr. Soc. iun. cons. 39. num. 57. lib. 3. uolens non dici uere à natura legitimum, & quilibet con-

23 trahens presumitur ætatis legitimæ, † nisi contrarium probetur, ut notat Borgn. in tract. de tutore, num. 293. & 294. ubi etiam modum probandi

24 ætatem, ponit, † & quam rationem adducere de-

25 beant testes deponentes de ætate in reddenda, † notat Bald. in l. 2. num. 3. C. de temp. appell. Alex. cõs. 41. vol. 1. nu. 4 uide etiã Bart. in l. de ætate, nu. 7. ubi DD. ff. de minor. 25. annis, Oddus de rest. in integr. q. 37. art. 16. cum seq. Mascard. de probat. concl. 668. usq; ad conclus. 681. ubi latè po-

26 nit ex quibus probatur ætas, † quando autẽ ætas probatur per aspectum, corporis, quid testes ha-

27 beant deponere, † uide Bart. in l. de ætate num. 8. cum seqq. Odd. in tract. de rest. in integr. d. q. 37. ubi latè ponit, per quos probatur ætas, uide etiam Menoch. de arb. Iud. casu 117. ubi docet, quando ætas probetur ex aspectu corporis, & per Mascard. dicto loco.

28 In uerbo, uel ex dicto, & assertione] licet de sui natura ista dictio vel, sit alternatiua, † ita, vt alterum ex requisitis à statuto videatur sufficiens, ut per DD. in l. hęc uerba ille, aut ille, ff. de uerb. sign. l. is, qui ducenta §. utrũ ff. de reb. dub. §. si plures

29 Inst. de hæred. Inst. Rip. auus meus in c. inter cęteras, nu. 37. de rescrip. & prout in puncto huius statuti, q sufficiat alterutrũ adimpleri, s. uel q ex aspectu, uel dicto, & assertione, & sacramento pronunciãdi, & duorũ suorũ attinentiũ, uel aliorũ, de quibus in hoc stat. tenet D. Costa in suo tract. de fact. scient. & ignor. resp. ad inspect. 6. nu. 13. cũ seq. pag. 20. unde, si deinde adhiberentur aliqui affines, aut attinentes, qui, uel tales nõ essent, uel minus propinqui, non ideò tñ uiciaretur pronunciatio, tũ quia utile per inutile nõ uitiatur, tũ quia quæ super abundant, licet inualida, uel nulla sint nõ uitiant actum, Ias. in l. edita, nu. 3. C. de edend. Decia. resp. 30. n. 24. lib. 1. & in alternatiuis, si una pars sit uera, altera falsa, uel inepta, attamen sustinetur dispositio l. generaliter, ubi Dec. nu. 2. C. de condit. instit. D. Rip. auus meus in c. inter cęteras nu. 24. de rescrip. Surd. cõs. 393. nu. 9. Honded. cõs. 15. nu. 12. lib. 1. & stare hanc dictionẽ alternatiuè, probatur, ẽt, ex puncto, qui positus est interposito ibi, ex aspectu corporis ipsius, qui diuidit orationẽ Bald. cõs. 345. cũ quartus, lib. 5. & positus inter plures conditiones diuersi dispositi diuidit, & singula singulis tribuit, nec vtriusq; veritatẽ requirit, Bal. in l. 1. ff. de iust. & iur. statq; hoc casu alternatiuè. Curt. iun. cõs. 115. nu. 16. lib. 1. Bellon. cons. 71. sub num. 8. vbi alios refert, licet in praxi seruetur, vt utrunq; exigatur. nempe, & decretum, & consensus attinentium, quasi quòd ætas diudicetur ex aspectu Iudicis, inde attinentes adhibeantur, qui asserant, & curent pronunciandum esse sagacem, prudentem, & sollicitum, perinde, ac statutum fundatum sit super solertia, sagacitate, & prudentia, de qua nemo possit magis instructus esse, quã attinentes, arg. l. oct. ff vnde cogn. cũ vulgarib. & sic dictio vel, hic in stat. posita resoluatur in cõiunctã,

bb 3 quod

21 quod quando, & quomodo fieri possit † latissimè discutit D. meus auus maternus Rip. in cap. inter cæteras, num. 37. cum seqq. pluribus, extra de rescript. Pract. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in glos. non astringens se ad probandum num. 7. Alex. consil. 96. num. 9. volum. 4. Attamen adhuc crederem valere pronunciationem factam à Iudice, absq; consensu attinẽtium, quia, dum Iudex ex aspectu ætatem iudicat, indèq; decretum interponit, præsumitur causæ cognitionem adhibere, Dec. consil. 351. nu. 7. Marf. sing. 399. in fine, & ex decreto ipso omnis doli, & fraudis remouetur suspicio, Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. Surd. decis. 106. nu. 9. omniaq; præsumuntur ritè, & solemniter gesta, Menoc. de presump. lib. 2. præsum. 75. nu. 12. eòq; magis, quia statutũ minus cẽsetur derogare iuri cõmuni, quam sit possibile, Ias. de communi in l. omnes populi, num. 62. ff. de iust. & iur. etiam verba impropriando, Honded. consil. 5. num. 77. lib. 1. at de iure communi sola ætate annorum viginti ad ueniam ætatis impetrandam lex erat contenta absq; eo, quod minus idoneè res suas impetrans administraret, l. 1. & 2. C. de his, qui ven. ætat. impetr. idem ergo in statuto est obseruandum.

Nec obseruantia, quod soleant adhiberi etiam attinentes, obest, quia tunc posset allegari, si contigisset casus fuisse factam pronunciationem solo Iudicis decreto, quæ nulla fuisset declarata ob id, quod affinium consensus, & iuramentum non interuenisset, Surd. cons. 354. num. 6. præterea obseruantia prodest in rebus, vel statutis dubijs, at vbi statutum clarè loquitur, non officit obseruantia, Bero. cons. 34. num. 9. lib. 3. Surd. cons. 426. nu. 44. lib. 3. Cost. de fact. scient. & ignor. inspect. 47. num. 8. Nec potest dici alternatiuam vel, resolui in copulatiuam, vt aliquando permittitur, l. cum quidam, C. de verb. signif. Rip. auus meus in d. cap. inter cæteras, nu. 49. de rescript. quia respondetur procedere; primò, quando lex dubitatiuè loquitur, vt per Rip. dicto num. 49. Secundo & melius, licet aliquando dictio vel, stet coniunctiuè, aliquando declaratiuè, & aliquando correctiuè, vel aliter, illud est largè, & impropriè, Igneus in repet. auth. ex causa, num. 60. C. de lib. præterit. Octau. Vulpec. in tract. de proposit. aduerb. littera V. versic. vel, in statutis autẽ verba sunt propriè, & strictè sumenda, l. constitutionibus, ff. ad municip. Doct. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur.

22 Ex confessione autem partis ætatem probari de iure communi pariter indubitati Iuris est, Salicet. in l. si minore, num. 3. C. de in integr. rest. in l. cum te, num. 4. C. de probat. Bald. consil. 2. nu. 3. vol. 4. Quint. Mandos. in reg. cancell. reg. 18. q. 7. num. primo, cum seq. distinguendo tamen, vt per Rottam decis. 17. alias 408. fuit dubitatum de rest. spoliat. in nouis, Boer. decis. 89. nu. 2. & 3. & decis. 393. Bertrand. consil. 2. num. 42. & seq. vol. 3.

In verb. duorũ suorum attinentiũ, seu affiniũ] ex dicto attinentium, seu affinium probari ætatem
23 de iure quoq; communi tradit † Bart. in d. l. de ętate, num. 7. ff. de minoribus, & cons. 92. & in l. de tutela, ff. de restit. in integr. DD. omnes in l. 2. ff. si cert. pet. Mauric. in tract. de rest. in integr. cap. 31. & seq. Cast. cons. 124. num. 2. lib. primo, & dum statutum nostrum loquitur de affi-
24 nibus, seu parentibus, debet intelligi de proximioribus † Bald. in l. fin. C. de verb. signif. vbi Alex. Ias. & Corneus in fine, cum pluribus alijs, de quibus in statuto 119. in verbo, duorum suorum parentum, Porc. inst. de capitis diminut. in princ.
25 num. 8. quis autem dicatur proximior, vide Ap. post. ad Bart. in l. si tertius vicinus, in princ. legit sub num. 5. ff. de acqua pluu. arcend. Attinentiũ autem nomine, qui veniant, plures sunt opiniones, Castr. enim in l. cum alienam, C. de legat. & alij ibi communiter volunt relinqui Iudicis arbitrio, vt ibi Ias. num. 12. sequitur Paris. cons. 49. num. 10. & seq. vbi num. 12. hanc approbat, vol. 2. Bald. verò in cap. in litteris, in verbo, attinentes autem, extra de testibus, vult attinentium appellatione venire eos tantũ, qui accusare possunt,
27 tamquam prosequentes suorum iniuriam, sequitur, Barbat. in l. cum acutissimi, num. 118. C. de fideic. obseruantia autem fori Papiensis inole-
28 uit, vt hoc nomine † affines, proximiores ipsi minori intelligantur, licet aliqui tenuerint posse quemlibet affinem, etiam remotum venire, quos citat, & reprobat D. Menoch. consil. 388. num. 4. & seq. lib. 4. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 328. num. 324. & seq. & cap. 417. num. 489. Ang. verò in tract. de hæred. & falcid. col. 3. vers. qui dicantur, & in auth. de alien. & emphit. §. oeconomus in vlt. not. tenet attinentium appellatione venire omnes eos, qui sunt de parentela, & ad eum se remittit, Carpan. ad statuta Mediolani, capit. 34. num. 15.

Ego circumscripta praxi, & obseruantia, crediderim sat esse hunc attinentem esse de parentela, & affinitate; vltra decimum gradum, iuxta opinionem Angel. moueorq; quia statutũ contentatur, quod sit attinens, seu affinis, ille autem est affinis, qui est intra decimum gradum, Tiraq. de retract. consang. §. primo, glos. 9. nu. 23. modo, vt verbũ attinentes non sit superfluum, debet intelligi de his, qui sunt etiam vltra illum gradum, & sic sunt etiam remotissimi, Lancellot. Gal. cons. 16. num. 45. qui vult attinentes etiam remotissimos vocari parentes, & attinentes dicuntur, siue masculi, siuè fœminæ, siuè ex parte patris, siuè matris, in quocunq; gradu, Socin. sen. cons. 63. sub num. 13. lib. 3. Ruin. cons. 161. num. 1. lib. 2. modo ad accusandũ admittantur, Barbat. post Bald. in repet. l. cum acutissimi, num. 118. C. de fideic. Iudicisq; arbitrio relinquitur, qui dicantur attinentes, Paris. cons. 49. num. 12. lib. 2. Peregr. de fideicom. artic. 22. num. 41. ad fugiendum autẽ omnem hesitationem Consulo, vt semper proximiores, si fieri potest, adhibeantur, iuxta Bald. consilium in l. suggestioni, nu. 2. C. de verborum signif.

29 Sed dubium est, nunquid admittantur attinentes, etiam proximiores clerici, † dic, quod sic, cũ per clericatum, & per religionem nõ desinat, quis esse attinens, vel proximior, cum iura sanguinis sint immutabilia, & in terminis, quod clericus in contractibus minorum admittatur ad consentiendum, tenet Lambert. in tract. de contract. in verbo, de eadem parentela, gl. 18. nu. 15. vbi citat, Tiraq. in tract. retract. & primogen.

30 Quid modò, si isti attinentes, seu affines essent tutores, † & vellent consensum præstare, & exindè liberationem à tutela consequerentur, an sint adhibendi, dicerem, quod non; primo, quia tutor
31 in rem suam auctoritatem nequit præstare, † l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Sen. cons. Trebell. & l. 1. ff.

ff. de author. tut. & ibi Doctor. Bald. conf. 139. factum tale est in fin. lib. 2. Secundo quia talis assertio, & consensus de quo in hoc statuto, præstatur ad integrandam personam, quo casu clari iuris est non posse integrari personam ab eo, qui ex integratione commodum sperat, vt post Alex. & alios late tradit Tiraqu. qui articulum excutit in tract. de legibus connubial. glo. 8. num. 121. Alexand. consi. 106. circa finem libro primo, Lamberteng. super statuto de solemn. in oblig. mulier. obseru. glo. 10. num. 30. casu vndecimo. Tertio, quia di-
32 cerentur in causa propria testimonium ferre † cōtra l. omnibus. C. de testib. cap. insuper. extra de testibus, propria autem dicitur causa ex qua quis commodum, aut interesse prætendit, l. prima. §. in propria. ff. quan. appell. sit necess. Crau. conf. 99. nu. 2. & hoc siuè commodū sit principale, siuè secundariū, vel consecutiuum, Cephal. conf. 65. numero 37. Roland. à Vall. de communi conf. 98. nume. 32. versic. nec obstat volum. 4. & ita obtinui in causa quadam ardua.

In verb. deficientibus parentibus] ex hoc etiam satis liquet dictum parentis, filij ætatem probare,
33 † vt testantur relati supra Doctor. glo. in l. etiam ff. de probat. & de communi testatur etiam Curt. iun. conf. 118. num. 8. Castr. conf. 129. num 2. lib. primo, Bald. consil. 19. num. 4. volum. 5. Ruin. cōsil. 194. num. 8. volum. 1. vbi vult hanc esse indubitatam præsumptionem; Mars. in l. 1. §. ad quæstionem, numero quinto. ff. de quæstion. Oldrad. consil. 332.

In verb. omnium masculorum bonæ opinionis] nota quod hæc omnia requiruntur de substantia,
34 † & pro forma, ita ut, si non interuenerint actus redderetur ipso iure nullus, Bald. in l. comparationes, C. de fid. instrum. & dixi supra. & infra statuto 147. de modo dandi curatorem bonis vacantibus, pronunciatio quorum inualida iudicaretur, nam intelligendum statutum de valida pronunciatione, vt ex notatis per Roland. à Valle cōsil. 46. num. 38. & sequent. libro primo.

In verbo qui iurauerint se maiores 30. annis] nota quod si statutum nostrum circa ætatem attinentium, vel affinium nō distingueret, quod admitterentur etiam, si essent minores 25. annis, prout in
36 simili casu statuti consuluit † Bartol. conf. 94. incip. statuto cauetur, quod minor 25. annis. vbi appostil. ad eum sequitur lib. 1.

In verb. & iuratium] hoc iurā formiter est præ-
37 standum, alias pronunciatio nulla est, † nec sufficit per equipollens adimpleri Boer. alios citans decis. 1. num. 44. & sequen. nilq; addi, vel minui potest, Burs. conf. 307. num. 60. & seq.

In verbo sit, & habeatur pro legitima persona] nota quod potest statutum abbreuiare ætatem
38 25. annorū, & reducere ad decimū octauum † ita Borgnin. decis. 19. nu. 91. part. 2. potest etiam statutum disponere, quod minores 25. annis maiores tamen quindecim valeant contrahere, quod sta-
39 tutum est validum † vt est Mirandulæ, de quo loquitur Socin. sen. conf. 239. num. 2. lib. 2. vbi concludit huiusmodi statutum non comprehendere minorem alienantem bona extra territorium statuentium, & vide Carp. ad statuta Mediolani cap. 452. num. 23. & seq. An autem statutum simpliciter disponens, quod habens decem octo annos habeatur pro maiore 25. annis (prout est Florentiæ)
40 an poterit † vigore dicti statuti maior decemocto annis alienare bona immobilia sine decreto, & dic quod non, ita tenet Rolan. à Val. pluribus citatis conf. 7. nu. 17. lib. 3. quod tamen secus est ex hoc nostro statuto, cum pinguius prouideat, sed si petatur restitutio in integrum aduersus pronunciatione, quæ successit loco impetrationis veniæ ætatis, quomodo incipiat currere tempus, excutit Sfort. Oddus in tracta. de restitut. in integrum in prima parte, quæstio. 15. art. 9. & quæst. 23. art. 9. & sequen.

41 An stante hoc statuto, quod maior decemocto annis pronunciatus ad formam huius statuti habeatur pro legitima persona ad contrahendū &c. an si ita pronunciatus lædatur, possit petere restitutionem in integrum, & dic quod non, ex quo enim statutum habilitat minorem fingendo maiorem indiferenter, non ad vnum actum tantum, sed ad quoscunque actus, vt habetur in illis verbis, & ad faciendum quęcunq; facere &c. quo casu habetur pro maiore, nec potest petere restitutionem in integrum, ex capite ætatis, ita Contard. in repet. legis vnicæ, limit. 8. num. 17. C. si de moment. possess. vbi tamen vult posse hoc casu petere restitutionem in integrum, ex clausula generali si qua mihi &c. & vide nu. 14. vbi limitat non procedere, quando statutum habilitaret minorem ad vnum actum tantum.

In verb. ad distrahendum] an tam in alienatione requiratur decretū, sicut in alijs rebus mino-
42 rum, † Castrens. in terminis in l. eos. C. de ijs, qui ven. ætat. impetra. Dec. requisita ponen; conf. 39. num. 4. Paris. consil. 49. num. 9. & 14. & sequent. pluribus volum. 1. Curt. iun. consil. 50. per totum,
43 & requisita in alienatione minorum ponit † Menoch. de arbitr. iud. casu 171. vbi latissimè, & vide eundem Menoch. in tract. recuper. remed. 15. nume. 145. & latissimè Simoncel. de decret. minor. tit. 5. & 6. Bertazzol. de clauf. instrum. clausula 10. glo. 2. per tot. vbi ponit plures casus, in quibus minoris bona possūt alienari. Et nota casum, in quo minoris bona possunt alienari absq; dictis solemnitatibus, scilicet quando testator disposuisset bo-
44 na alienari posse, † vel dedisset potestatem executoribus alienandi, nam tunc poterunt alienari sine decreto, & pupillo hærede minimè vocato. l. prædium, vbi gl. C. quādo decreto opus non est, Alex. conf. 62. quasi per totum, & conf. 27. nu. 3. vbi Appost. lib. 3. Bertazzol. dicta gl. 2. clauf. 10. nu. 5.

Sed iuxta hoc quæro, nunquid maior decem & octo annis, ita pronunciatus secundum formam
45 præsentis statuti, possit donare inter viuos, † & prima facie videtur dicendum quod non, & primo, quia minor habilitatus, & pronunciatus maior ad contrahendum, nō censetur habilitatus ad
46 donandum, † prout videre censetur Castrens. consil. 161. non est dubium lib. 1. & in l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. Fabian. in tracta. de empt. & vend. quæst. 3. in fine; idem tenuit Socin. consil. 130. colum. 2. lib. 1. Dec. conf. 403. colum. 2. Hyppolit. Rimin. in causa Papiensi conf. 592. num. 62. libro quinto, & in eodem casu Menoch. conf. 465. libr. 1. qui respondit pro Domina Appolonia Vicecomite minore pronunciata maiore 18. annis ad formam præsentis statuti. Lancellot. Gal. conf. 34. loquens pariter in statuto Pap.

Secundo, quia si Princeps concedit veniam ætatis agenti vigesimum annum, per quam concessionem efficitur legitimæ ætatis, cum illa ætas viginti annorum subrogetur loco ætatis 25. annorū, non tamen intelligitur habilitatus ad alienandum immo-

47 immobilia † ad quorum alienationem necessaria sunt ea omnia, quæ de iure communi requiruntur Castrens. consil. 106. libro secundo. Alexand. consil. 2. num. 1. libr. 1.

Tertio quia statutum satis operatur, vt minor contrahendo possit obligari, sicut maior, absque eo quod donare possit, vt euitetur correctio iuris
48 communis, in quantum fieri potest. † Socinus cons. 235. colu. 2. libro secundo, ex quo non sunt extendenda iura correctoria, nec credendum est, quod statuentes voluerint sub illo termino contractus, & distractus, & facultatem standi in iudicio, tollere dispositionem iuris communis, quo ad potestatem donandi, nimis præiudicialem minoribus, ita Rimin. iun. dicto cons. 592. num. 62.

49 His tamen, & alijs, quæ in contrarium adduci possint, minimè attentis, cōtrarium credo verius, † nempè, quod maior decem & octo annis pronunciatus maior seruata forma præsentis statuti, validè possit donare inter viuos; primo quia huiusmo-
50 di statutum valet, † cum in his, quæ sunt iuris, prout in declaratione maioris ætatis, statutum idem potest, quod ius commune, quia statutum
51 dicitur ius ciuile, † §. ius autem ciuile vbi Doctor. Instit. de iure natur. gent. & ciuil. sed ius ciuile po-
52 test tollere, & limitare ætatem; † &, sicuti ius ciuile limitauit ætatem maiorem ad 25. annos, ita potest pariter statutum ad aliud tempus minus, vel maius limitare. Quintil. Mandos. in tracta. de ætate minor. quæst. 18. num. 3. versic. communis & verior sententia.

Secundo facit pro hac opinione, quia statutum
53 generaliter loquens generaliter intelligi debet, † l. Iulianus. ff. de legat. 3. capit. solitè de maior. & obedien. l. si de prætio. ff. de public. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstan. l. prospexit. ff. qui, & à quibus. Alexand. consil. 49. num. 72. libro primo, & consil. 196. lib. 6. num. 2. & cons. 111. num. 11. & 115. num. 6. lib. 7. Dec. cons. 451. num. 5. sed præsens statutum loquitur generaliter, in illis verbis, ad contrahendum, & distrahendum, quo casu per dicta verba videtur etiam pronunciatus habilitatus ad donandum, cum donatio sit contractus no-
54 minatus, † & comprehendatur in dispositione lo-
55 quente de contractu † l. contractus. ff. de regul. iur. nomen enim contractus est multum generale, adeo vt contineat contractus nominatos, & inno-
56 minatos, lucratiuos, & onerosos † Bald. in l. contractus num. primo, C. de fide instrument. & quod donatio sit contractus tradit gloss. Bartol. & alij in l. iurisgentium, vbi Ias. de communi testans. ff. de pact. hinc est, quòd permissus contrahere, in-
57 telligitur etiam permissus donare, & † prohibe-
58 tur donare, qui est prohibitus contrahere, † vt argumentatur Soc. cons. 235. colum. prima, vers. hoc præmisso libro secundo, & habilitatus ad contrahendum censetur habilitatus ad alienandum
59 bona immobilia † Aret. in l. more. vers. prima cōclusio. ff. de acquir. hæredit. Mandos. in tractatu de ætate minorum, quæst. 20.

Tertio, quia huiusmodi statutum non solum habilitat minorem ad contrahendum, & distrahendum, sed etiam ad standum in iudicio, & ad faciēdum quæcunq; facere, & exercere posset, si esset maior ætate 25. annorum, quare sicut maior potest donare, ita minor pronunciatus secundū hanc formam, D. Rouesc. in addit. ad cons. Bald. 97. colum. 5. lib. 4.

Quartò pondero illa verba, ad faciendum quæcunq;, dictio quæcunq; est vniuersalis apta com-
60 prehendere casus etiā maiores expressis. † Ozasc. decis. 102. num. 4. Vinc. Honded. cons. 49. nu. 11. & sequent. & cons. 92. num. 7. & sequentibus plurib. lib. 1. Surd. cons. 453. num. 8. libro 3. Decian. cons. 44. nume. 15. lib. primo. At maior si donaret citra dolum, donationem reuocare non posset; Clar. in §. donatio. q. 1. in fine, ergo nec etiam minor sic D. meus Rouesc. in additi. ad cons. Bal. 97. colum. 5. lib. 4.

Tenendo hanc opinionem, quæ iudicio meo verior est, & secundum eam fuit iudicatum Papiæ
61 † in causa vertente inter quon. D. Io. Baptistam Salernum donantem, ac I. C. Deodatum eius fratrem donatarium nobiles Papienses, & prout ita etiam tenuit D. Cost. cons. 11. num. 30. latissimè D. meus Rouesc. in addit. ad cons. Bald. 97. lib. 4.

Ad contraria ita responderi potest. Nam ad primum contrarium, Respondetur, quod casus, in quo consuluit Castrens. dicto cons. 161. est penitus differens à nostro, nam ibi statutum disponebat, quod minor 25. annis, maior tamen decem quatuor, si sit mercator publicus, & agat, & contrahat, tamquam paterfamil. ex omnibus eius cōtractibus teneatur, & conueniatur, sicut quilibet maior, etiam si habeat curatorem, & eius auctori-
62 tas non interuenerit, † ratio est, quia Castrens. cōsiderat, quod intētio statuti fuit introducere duos tantum casus vltra ius commune, in quibus minor obligari possit, scilicet cum esset publicus mercator, & cum agit, & contrahit, tamquam paterfam. ideò, cum statutum operari possit effectum in illis duobus casibus contra ius commune, non est trahendum ad alios casus contra dispositionem iuris communis, quod secus est in casu huius nostri, vbi statutum non introduxit aliquos casus speciales contra ius commune, sed simpliciter, & absolutè determinauit minorem pronunciatum maiorem posse contrahere, distrahere, stare in iudicio, & facere ea omnia, quæ potest maior, vnde arguendo, à sufficienti partium numeratione, omnes casus dicantur comprehēsi, & eandem resolutionem pati videtur opinio D. Menochij dicto cons. 465. libro 5. cum ibi moueatur auctoritate Castren. in dicto cons. 161. qui non videtur deseruire ad terminos statuti Pap. præsentis 23.

Ad secundum dum dicebatur, quod habilitatus à Principe ad contrahendum, non censetur ha-
63 bilitatus ad alienandum bona immobilia, † & sic donandum. l. 2. C. de his, qui ven. ætat. impetr. Castrens. dicto cons. 106. lib. 2. Respōdetur, quod dicta l. 2. loquitur in venia ætatis concessa per rescriptum Principis, nos verò loquimur in venia ætatis concessa per statutum, vt declarat Castrens. in dicta l. 2. quem sequitur Mandos. de ætate minorum q. 20. quod cum expressè det potestatem cōtrahendi, & distrahendi; & liberet à potestate curatoris, videtur etiam permittere alienationem, & sic donationem, cum vt supra dixi, sit contractus & sub nomine contractus comprehendatur.

Ad tertium respondetur illud procedere in dubio, secus autem, quando expressè apparet statutum voluisse dare etiam potestatem donandi, vt expressè colligitur ex hoc nostro statuto, qđ cum generaliter loquatur de contractibus, & distractibus, & sic cōcedat potestatem alienandi, per consequens videtur etiam concedere potestatem donandi, vt expressè supra probauimus.

Et ita hæc opinio, quod ex huiusmodi statuto

pronun-

pronunciatus maior posſit donare inter viuos verior
64 videtur, & probabilior, † cum verba statuti sint clara; & ita, vt supra dixi, secundum hanc opinionem fuit iudicatum, in fauorem perIll. D. I. C. D. Deodati de Salernis patricij nostri, contra Io. Baptistam eius fratrem, qui ita pronunciatus donauerat inter viuos omnia bona præfato I. C. fratri, reseruata sibi portione annuatim scutorū 500. & cum dictus donās conaretur infringere dictam donationem vti à minore factam, fuit contra eum iudicatum, per præstantissimos DD. compromissarios.

Scias tamen, quod minor 25. annis non pronunciatus maior ad formam huius statuti, non potest
65 donare etiam cum decreto, † l. prædia. C. de prædijs minorum, quod procedit, vt nedum posſit do
66 nare extraneo, sed nec etiam fratri, † l. nō solum. C. de prædijs minorum, D. Cost. conſ. 11. nu. 116. cum sequen. quod amplia, vt nec etiam donatio à minore facta per consanguineorum cōsensum approbari posſit, vt ex pluribus firmat Bertazzol. de clausulis instrument. clausula 8. glo. 5. nu. 3.

67 In verbo, & currat tempus] durat autem hoc tempus vsque ad 24. annum completum, cum sit vltra quadriennium. Castr. & cœteri in l. 2. C. qui ven ætat. impetr. & intellige vt currat tempus petendi restitutionem de gestis dicto tempore annorum decem & octo: Carpa. ad statuta Mediolani cap. 452. nu. 39. quando autem incipiat currere tempus petendi restitutionem in integrum,
68 † dic, quod non incipit currere nisi à die scientiæ: Bald. in l. falsam, C. si ex falsis instrumentis, Alex. conſ. 71. nu. 7. ampliando, & num. 8. lib. primo, & ideo, si quis staret per decem annos, quod probabiliter ignoraret, adhuc posſet petere restitutionem in integrum, secundum Bald. in dicta l. falsam, Alex. conſ. 4. num. 19 lib. 2. & vide Barto. in l. ab hostibus. § sed quod simpliciter in 2. quæstio. princip. num. 11. ff. ex quibus cauſ. maior. latè Sfort. Odd. in tract. de restit. in in tegrum. questio. 20. per totam, & vide Plot. in repet. l. si quando, num. 526. C. vnde vi.

Intra quod autem tempus sit petenda restitu-
69 tio in integrum † dic, quod intra quadriennium, l. fin. C. de temp. in integr. rest. peten. Alex. consil. 4. num. 19. lib. 2. & conſ. 71. num. 2. lib. 1. Bart. in dicto §. sed quod principaliter, num. 12. Oddus latè de restitut. in integr. quæst. 19. artic. 3. 4. & 5. nota tamen, quòd hoc statutum faciens maiorem minorem, si non faciat mentionem de restitutione in integr. posset maior factus ex statuto illam pe-
70 tere vsque ad 25. annos, † ac si esset quo ad hoc minor 25. annis, ita Borgnin. decis. 19. num. 91. & 92. parte secunda.

In verbo, & si persona taliter pronuntiata fuerit in cura] aliquādo minor non habet curatorem cum excesserit pubertatem, & tamen est pronuntiatus maior decem octo annis, & tunc, si cum eo agi, vel contrahi contingat, quid seruandum pro
71 legitimatione actus, † poterit videri statutū Pap. 47. in Ciuili, vbi affert modum dandi curatorem bonis vacantibus, & indefensis, & personis non habilibus standi in iudicio, confert etiam dispositio Nouarum Constitut. Mediolani in titulo de tutelis, capit. & quia plerunque, in quibus cauetur, quod si quis voluerit litigare cum minore non habente tutorem, vel curatorem, posſit hoc facere citatis duobus proximioribus agnatis san-
79 guine coniunctis † ipsi minori, vt latius ibi, & vide D. Costā de remed. subsid. remed. 58. vbi ponit qualiter citari valeat infans non habens curato-
73 rem, † & conueniri in iudicio.

Sed hic quæro, nunquid tutor posſit conueniri pro debitis pupilli, an verò ipse pupillus sit
74 conueniendus, † & dic, quod si minor, siuè pupillus est minor infante, tunc semper debet agi, & formari libellus contra tutorē, si uerò pupillus est maior infante, tunc agitur contra pupillum, & formatur prima citatio, siuè libellus cōtra eum, & quilibet persona pro eo legitimè comparentē, & defendentem, & tunc potest tutor suscipere iudicium pro pupillo, vel ei auctorari, & hæc procedūt in impubere, quid si sit pubes habens curatorem, & tunc dic quod est in potestate actoris agere contra curatorem, vel adultum, hæc oīa colliguntur, ex text. in l. 1. §. sufficit vbi Barto. & Doctor. ff. de administr. & peric. tutor. per Alex. in l. contra pupillum, ff. de re iudic. & vide Alba. conſ. 205. num. 57. cum sequ.

Sed hic quæro, nunquid pronunciatus maior secundum formam dicti statuti, posſit esse tutor,
75 † cum sit minor 25. annis, quo casu de iure com-
76 muni non potest esse tutor. † §. final. cum gloſ. Instit. de fideicommiſſ. tut. l. fin. C de legit. tut. & dic, quod sic, ita Borgni. de tutore, & curatore. numero 6.

Quod Sacramentum non deferatur minoribus 18. annis, & de pœna contrafatientis. Rubr. 24.

Item statuimus, quod aliqua persona non deferat sacramentum alicui minori 18. annis in aliquo contractu, vel distractu: & quòd aliquis Notarius de aliquo sacramento, quod præstetur, vel fieret per talem minorem in aliquo contractu, vel distractu, non conficiat, nec tradat instrumentum. Et si contrafactum fuerit puniatur quicunque dederit dictum sacramentum: vel qui iurare fecerit minorem prædictum, vel prædictam, & Notarius, qui instrumentum fecerit, & quilibet ipsorum in libris 25. Papiæ pro quolibet ipsorum, & qualibet vice: & sacramentum taliter datum & factum non valeat. Et quòd quilibet qui notificauerit, vel notificare fecerit Iudici Ecclesiastico dictum sacramentum pro compellendo minorem prædictum ad obseruationem sacramenti, puniatur pro quolibet, & qualibet vice in libris vigintiquinque Papiæ, & vltra teneatur ipsi minori ad restitutionem damni, quòd propterea dictus minor pateretur, pro eo quòd molestaretur

retur per Iudicem Ecclesiasticum, vel eius mandato ad obseruationem sacramenti. Quod statutum locum non habeat in sacramento pacis, quæ fieret de guerra capitali. Et quòd de cætero authentica sacramenta puberum non habeat locum in Ciuitate Papiæ, & eius districtu, & etiam quælibet alia iuris dispositio, quæ idem vel simile disponeret.

Summarium ad Statut. 24. in Ciuilib.

1 *COnferentia ad hoc statutum.*
2 *Statutum hoc an validum, & dic quod non. & num. 3. ac vide num. 4.*
5 *Contractus à minore celebratus cum iuramento validus.*
6 *Minor iurans se maiorem, an veniat cōtra contractum.*
7 *Minor doli capax obligatur ex iuramento de iure communi.*
8 *Iuramentum sapit naturam actus, super quo interponitur.*
9 *Iuramentum positum post verbum promissi est magis obligatorium.*
10 *Emphyteuta, qui iurauit soluere cadit à iure suo per non factam solutionem in termino non expectato biennio de communi.*
11 *Iuramentum in quibus casibus non teneat remissiuè.*
12 *Iuramentum debet habere tres comites veritatem, iudicium, & iustitiam.*
13 *Quando dicatur continere iustitiam.*
14 *Iuramenti effectus 20. enumerantur cum seq.*
15 *Iuramentum habet executionem paratam.*
16 *Excludit compensationem.*
17 *Naturalem obligationem efficacem reddit.*
18 *Non potest agi contra eum cui fuit iuratum.*
19 *Facit contractus innominatos irreuocabiles.*
20 *Contractus nominati reuocabiles.*
21 *Fallit interueniente iuramento.*
22 *Fallit interueniente stipulatione.*
23 *Fallit contractu iam sortito perfectionem.*
24 *Iuramentum hēt vim clausula omni meliori modo.*
25 *Vim verborum derogatiuorum.*
26 *Obligat præcisè ad factum.*
27 *Iuramentum in fine instrumenti appositum impedit exceptionem simulationis.*
28 *Iuramentum in fine instrumenti appositum validum, & trahitur ad omnia in instrumento contenta ex veriori.*
29 *Iuramentum tollit simulationem non obstante habilitatione obtenta.*
30 *Limita in simplici iuramento, quod nō tollit simulationem.*
31 *Iuramentum in minore impedit restitutionem in integrum absque certioratione, quod procedit etiam in donatione.*
32 *Iuramentum super facto trahitur ad omne ius ex illo facto dependens.*
33 *Iuramentum habet vim casus expressi, quod intellige, vt num. 34.*
35 *Iuramentum transitorium ad hæredes quo ad obligationem, & effectum non quo ad periurium.*
36 *Iuramentum nullum requirens certiorationem.*
37 *Impedit moræ purgationem.*
38 *Constituit in mora absq; interpellatione.*
39 *Producit actionem vtroq; iure.*
40 *Ius Ciuile se remittit Iuri Canonico in materia peccati.*
41 *Mulier obligatur Velleiano interueniente iuramento.*
42 *Ex iuramento absenti quæritur actio sine cessione.*
43 *Iuramentum facit de minore maiorem.*
44 *Exempla distractus.*
45 *Hoc statutum qua ratione introductum.*
46 *An extendatur ad bona extra territorium.*

1 COnferunt tradita supra statuto 14. sub rubr. de iuramento dando à parte parti, † & infra in decreto 3. tit. quod non procedatur cōtra aliquem virtute iuramenti præstiti.

2 An autèm hoc statutū valeat, & subsistère possit † tradit Felin. cum addit. ibi in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, colum. 22. de constit. Bald. cons. 135. volum. 3 Barbat. cons. 21. nu. 4. & seq. volum. 1. Marsil. cons. 20. nu. 2. Dec. & alij in l. pactum, colum. 3. vers. octauo limita. C. de collat. & confert optimè in proposito plenum cons. Rolan. à Valle 99. volum. 3. Natt. cons. 166. num. 17. in fine lib. 1. Doctor. omnes in authent. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. Alex. cons. 59. num. quarto, & sequen. volum. 1. Bald. in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure & partem negatiuam videtur tueri Alexand. consil. 151. volum. 7. Francisc. Curt. de communi cons. 65. colum. 19. plenè Paris. contrarijs respondens, & asseuerans per statutum laycorum à sede Apostolica non confirmatum nō posse tolli dispositionem iuratam cons. 100. lib. 1. & cons. 16. nume. 89. & sequenti. volum. 2. consil. 46. per totum, volum. primo. Alexan. Ias. & cæteri in l. fin. ff qui satisda. cogant. Ferret. caut. 16. in princip. Socin. sen. cons. 289. visa donatione colum. 1. Gozadin. cons. 16. nume. 13. Neuizan. alios citans cons. 21. num. 23. Socin. iun. cons. 32. nu. 31. lib. 3. Berous cons. 154. colum. 1. volum. 1. & cons. 180. num. 8. eod. volum. Crot. cons. 74. colum. 1. Hieron. Gabr. cons. 127. num. 19. libro primo, qui vno ore omnes id firmant, & ad intelligentiam etiam statuti accedat Grat. cons. 46. columna 1. & sequenti, & plura in materia iuramenti, ac statuti consimilis congerit Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 453. sub rubrica de sacramenta puberum, & hæc opinio est tenenda in ca-
3 su nostro † scilicet quod huiusmodi statutum tollens, & irritans, & ineficax reddens iuramentū sit nullum, & non valeat ex communi DD. sententia, & præsertim, per Curt. in repetit. dicta auth. sacramenta puberum, num. 57. Ias. in l. vlt. colum. penult. num. 25. & 26. ff. qui satisd. cogant. Hyppolit. Riminal cons. 16. num. 44. Franc. Bec. consil. 100. num. 11. & in terminis nostris in statuto tollente vires. Auth. sacramenta puberum, quod non valeat, tenet Berreta cons. 42. nume. 11. vers. sic. sed huic fundamento, quo loci respondet Alciat. qui tenuit contrarium in capit. cum contingat, nu. 160. vers. 4. de iureiur. Simon-

cell.

cell.de decret.minor.libro tertio,tit.8.inspect.18.
nu.133. & sequentibus, D. Costa de fact. scien. &
ignor.distinct.64. cent.2.num.7.& sequentib.Ca-
bal.conf. 176. nume.23. Anton. Quetta conf. 43.
vbi laté, Mancin.de iuramento, parte quarta, effe-
ctu 1. 15. & 25.

Contrarium autem, quod imò statuti huius di-
4 spositio sustineatur tenuit † Bald. sibi contrarius
cons.414. volum.3. & in k2. quæst.9. num.12. C.
de rescind.vend.Abb. cons.71. colum. prima.vo-
lum.1. cum alijs congestis, & declaratis per Carp.
dicto cap. 453. nu. 100. & seq. mihi tamen,vt di-
xi,magis placet prima.

In verbo alicui minori] quæro, an contractus
celebratus à minore cum iuramento valeat, & su-
5 stineatur de iute communi, † & dic, quod sic per
authen.sacramenta puberum,ita Gabr.qui vigin-
ti tres Doctores in id cumulat in suis communi-
bus,in tit.de minoribus,conclu. 5. vbi laté Gram-
mat. de magis communi, decis.103. num.54.Me-
noch. cons.29.num.8. Honded.cōs.42. lib.primo.
Surd.cons.46.num.12.

Sed quid, si minor se maiorem dixerit, ac iura-
6 uerit, tunc dic,†quod, si minor præstitit hoc iura-
mentum corporaliter, amplius nō auditur, etiam
si claré probare vellet se esse minorem, si vero ver-
botenus non autem corporaliter huiusmodi iura-
mentum præstitit, tunc non auditur si vellet pro-
bare se minorem testibus, si autem scripturis hac
probationem facere intendit, tunc bene admitti-
tur.l.3. quàm Doctores ibi communiter ita intel-
ligunt post gloss. C. si minor se maior. dixe. Bart.
Bald. & Angel.vbi Odd. de restitut. in integrum.
quæst.24.artic.secundo,num.8.vbi limitat,& per
Vincent. Mancin. in tracta. iurament. part. quar-
ta, quæst. 14. Rot.Auenion. decisione 78. num.4.

In verbo decem & octo annis] de iure commu-
ni, quando minor excedit annum nonum, & est
7 doli capax, si iuret,obligatur,vt † decidit Borgn.
decis.40. num. 11. & an possit restitui in integrū.
si pubes iurauit, plené tradunt Doctores in dicta
authen.sacramenta puberum,& in l.1. C.si aduer-
sus vend. pract. Papiens. in forma libelli,quo petit,
restitut. in integrum, in gloss. tunc iurauit, & cō-
munis distinctio est, aut agitur de restitutione,
quæ minoribus competit de iure speciali; aut de
illa, quæ competit de iure communi, puta ob læ-
sionem enormissimam, metum, vel dolum; primo
casu iurās excludit à beneficio restitutionis in in-
tegrum. Alexand. cons.27. num.4. libro primo,&
222. num.3. & sequent. libro 2. Cagno.in l.2. nu-
mero 107.vbi P nel.in 3.part.cap.primo,num.10.
C.de rescind.vend. Rolan.à Val. cons.59. num.5.
libro 1. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.96.
in princip, secundo veró casu restituitur, vt per
Seraphin.dicto loco,nume.11. Mancin. de priui-
leg. iuramen. parte quarta, effectu 3. laté etiam
per Odd.de restitut.in integrum,par. prima.quæ-
stio.24. artic.2. & sequen.

In verbo in aliquo contractu] iuramentum sa-
pit naturam cōtractus, super quo interponitur,&
8 eius naturam sequitur,† l.fin.C.de non nume.pe-
cun. Ias. in l.si conuenerit, num. 4. ff. de iurisdict.
omnium iudic. & in l. si ita quis promiserit, §. ea
lege.num.28. vbi hoc restringit. ff. de verbor.ob-
lig. idem Ias. in l. si pecuniam, num.25. ff.de con-
ditio. ob causam, & de hoc vide Thomā Gram-
mat.in §. ita si quis postulante,num.7.Institut.de
actio.Dec.cons.493. num.25. & cons.60. num.12
& cons.305. nume.6. & cons. 536. num.7. & cons.
240. num. 2. Rip. auus maternus in l. si vnquam.
num.5. C.de reuocan.donat & in l.si insulam, nu-
me.91. ff.de verbor. oblig. de hac regula vide laté
Anton. Gabr. in suis communibus, in tit. de iure-
iuran. conclus. 10. Seraphin.de priuileg. iuramen-
ti priuileg. 153. plenius contrarias referens Doct.
sententias, illasque concilians, & declarans, Vinc.
Mancin.de iuramento,part 4. quæst. 15. effectu.8.

Item scias, quod quando iuramentum interpo-
nitur immediaté post verbum promisit, plus obli-
9 gat,†quam si ponatur in fine contractus,per clau-
sulam, iurans in omnibus,& per omnia,ita Borgn.
decis.9. nu.28. & hac ratione emphyteota, si pro-
misit soluere fictum, & statim iurauit, tunc, si de-
ficiat soluere, statim elapso primo termino,cadit
10 à iure suo, † etiam si alias esset expectandum biē-
nium, vel triennium, vt voluit Ias.in l.2. C.de iur.
emphyt num.47.Marsil. singu.226. hoc etiam te-
net Bertazzol. in repet. l. si quis maior, num.279.
cum sequen. C. de transact post Bald. in cap. que-
relam, de iureiur. cuius opinionem dicit commu-
nem Bertazzol.vbi supra nu.283. hanc etiam com-
munem dicit Corbul. de causa priuatio.ob non so-
lutum Canonem ampliatione 40. vbi refert Clarū
Coarruu. & alios tenere cōtrarium fatetur tamen
difficile fore in pratica obtinere contra hanc vti
communem, & vide Bertazzol. qui omnibus con-
trarijs satisfacit;sunt tamen nonnulli casus,in qui-
11 bus non tenet, iuramentum, † scilicet quando in-
terponitur super contractu inualido, vel reproba-
to, vel quia fit contra bonos mores,vel ratione pu-
blicæ vtilitatis, vel priuatæ,vt recenset Pract. Pap.
in forma libelli super petit. & restitut.glo. tunc iu-
rauit, num.6. & sequen.Carp.ad statuta Mediola-
ni, cap.453.num.33. cum seq.

12 Iuramentum † enim ad hoc, vt valeat, tres de-
bet habere Comites, veritatem, iudicium, & iusti-
tiam, cap. & si Christus, de iureiurand. Bald. hæc
tria declarans in auth. quod eis C. de nupt. Alex.
13 cons.42. num. 5. libro primo, † dicitur autem iu-
ramentum continere iustitiam, dummodo non cō-
tineat quid turpe,vel non tendat ad obseruantiam
peccati, Alex.cons.42.num. 19.& 125. nu.9. libro
14 primo, † plures autem sunt effectus iuramenti, de
quibus laté Seraphin. de priuileg. iuram. Vincent.
Mancin.in tracta.de iuramen.part.4.quæst.15.vbi
enumerat ducentum quinquaginta iuramenti ef-
fectus,eosq; declarat,aliquos refero vtiliores.

15 Primus effectus est, † quia iuramentum habet
executionem paratam, Ias.post Bartol. in l.2. ff.de
iureiuran. Mancin. dicta parte quarta, effectu 29.
16 † Secundus, quia excludit compensationem. Ga-
briel.de magis communi in suis cōibus titulo de
iureiur.conclus.7. vbi limitat, Mancin. dicta quæ-
stio.15. effectu 30.

17 Tertio † naturalem obligationem efficacē red-
dit, Alexan. cons.8. num.4. libro 1. & cons.20.nu-
mero 2.lib.3.

18 Quarto † repellit ab agendo contra eum cui pre-
stitum fuit iuramentum, Alexan. cons. 17. num.6.
19 vbi Appostill.lib.3. † Quinto contractus innomi-
natos de sui natura reuocabiles,irreuocabiles red-
dit. Gabr.dicto tit.de iureiuran. concl.9. Mancin.
21 dicta quæstione 15. effectu 22 † sicut etiam quan
do interuenisset stipulatio Rip. auus meus in rubr.
num.38. ff. de verbor. oblig.

22 Idem † quando innominatus cōtractus iam ef-
fectum sortitus esset, Bartol. in repet. l. omnes po-
puli.

puli, in 3. quæst. principali, num. 30. ff. de iustit. &
23 iur. † Sexto operatur iuramentum, vt si actus non valet vt geritur, valeat omni meliori modo, Bartol. in l. si quis pro eo, num. 19. ff. de fideiuss. Alex. dicto
24 cons. 42. nu. 10. vbi addit. lib. 1. † Septimo habet vim verborum derogatiuorũ, Bart. in l. si quis, in principio testamenti, in fine. ff. de leg. 3. & in l. om-
25 nes populi. num. 33. ff. de iustit. & iur. † Octauo in obligationibus facti obligat præcisè, ad factum, & non factum, Ias. in l. si pecuniam, num. 24. ff. de cōdic. ob caus. Gabr. de iureiuran. conclus. 8. plures afferens declarationes Mancin. dicta quæstio. 15. effectu 12.

26 Nono † Iurantes omnia, & singula esse vera, non possunt simulationis exceptionem opponere Rip. auus meus de communi post alios in l. nemo potest, num. 75. ff. de legat. 1. Alexand. cons. 36. nume. 3. vbi D. Ronescalla olim Honorand. Præceptor meus in addit. libro primo, Roland. à Vall. de communi cons. 93. num. 2. lib. 1. Mancin. de iuramento, quæst. 11. effect. 1. & licet aliqui tenue-
27 rint contrarium, † tamquam censeatur iuramentum appositum potius ex stylo Notarij, quam de partium voluntate, attamen verior est prædicta opinio, Mancin. de iuram. par 4. quæst. 3. primi effec. nume. 20. D. Costa olim collega meus de remed.
28 subsid. rem. 105. nu. 16. † quod verum est etiam obtenta absolutione à iuramento, vt præcitati omnes
29 concludunt, † fallit tamen hoc in simplici iuramento, quod contractum simulatum non firmat ius, in l. nemo potest, nume. 44. vbi Rip. num. 76. ff. de legat. primo.

30 Decimo, † iuramentum minoris excludit eum à beneficio restitutionis in integrum, etiam quod non fuerit certioratus, Alexan. consil. 27. lib. 1. & 222. nume. 1. libro secundo, Bertazzol. de magis communi, in repetit. l. si quis maior, num. 713. ff. transact. Hinc licet minor regulariter restituatur aduersus donationem, l. 1. C. si aduers. dona. Odd. de restitut. in integr. quæst. 58. artic. 1. num. 12. secus est iuramento accedente, Odd. d. loco art. 2. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 3. nu. 21.

31 Vndecimò, † iurans super aliquo facto, dicitur iurasse super omnibus dependentibus, Bart. in l. 2. vers. quæro quid si minor, C. de rescind. vendit. Alexan. consil. 21. num. 15. lib. 3.

32 Duodecimo † habet vim casus expressi, Alexan.
33 consil. 61. num. 6. lib. 3. † intelligendo tamen, vt non trahatur ad casum in specie prouisum, Alex. dicto consil. 61. nume. 7. videndus tamen Gabriel. de iureiuran. conclus. 4. conciliās contrarias Doctorum opiniones, & declarans.

34 Tertiodecimo, † iuramentũ, quo ad periurium non transit ad hæredes, quo verò ad obligationem sic Hieron. Gabr. cons. 3. num. 8. lib. 1. Anton. Gabriel. de iureiuran. conclus. 6. Bertazzol. in l. si quis maior, quæstio. 55. numero 788. & sequen. C. de transactio.

35 Decimoquarto, † Iuramentum ex magis communi sententia Doctorum non requirit certiorationem, Gabr. dicto titulo de iureiuran. conclus. 3.

36 Decimoquinto, † iuramentum impedit purgationem moræ ex magis communi, Bertazzol. in l. si quis maior num. 660. & sequen. C. de transaction.

37 Decimosexto, † iurm constituit in mora absque interpellatione, Gabriel. de magis communi, de
38 iureiuran. conclus. 2. † Decimoseptimo, iuramẽtum producit actionem, licet de iure ciuili, secus videatur, quia tamen de iure Canonico producit, idem est dicendum de iure ciuili, Alexand. con-
39 sil. 69. nume. 11. libro tertio, † quia vbi agitur de peccato statur. iuri Canonico, Ias. in l. si quando
40 nume. 30. C. vnde vi. † Decimo octauo mulier ob iuramentum obligatur, & perdit beneficium Senatusconsulti Velleiani. Bald. Nouell. de dot. priuileg. 12. in fine, Bertazzol. in dicta l. si quis maior. num. 714. & seq.

41 Decimonono, † iuramentum operatur, vt absenti actio quæratur absque stipulatione, Bertazzol. de
42 clausul. construct. clausula 35. glo. 6. num. 5. † Vltimo pro nunc, iuramentum facit de minore maiorem, authen. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. vbi omnes non verè, sed interpretatiuè, & fictè, Bertazzol. in dicta l. si quis maior. nu. 199. quæstio. 9. alios effectus omitto videndos apud Seraphin. & Mancin. supra citatos.

In verbo, vel distractu] pone exemplum in alienatione fundi dotalis, & in donatione inter virum, & vxorem, in transactione super alimentis futuri,
43 & alijs huiusmodi, † de quibus agit Practic. Papiens. in forma libelli, super petit. & restitut. in gl. tunc iurauit, nu. 12. cum seq.

In verbo, & sacramentum taliter dictum, vel factum non valeat] hoc statutum est inductum ad
44 bonum publicum, & propterea valet, † & tenet, sicuti pluribus contrarietatibus recensitis tandem ex maiori voto aliorum Scribentium tenet Carp. ad statuta Mediolani cap. 453. num. 96. cum pluribus sequentib. vsque ad num. 110. vbi deinde subdit, quod cum tale statutum sit fauorabile, ex-
45 tenditur ad bona extra territorium † ex auctoritate Alciat. cons. 107. num. 14.

De compromissis fiendis inter parentes, affines, & vicinos. Rubr. 25.

ITem statuimus, quòd si de cætero fuerit seu versa fuerit aliqua causa, lis, quæstio, vel controuersia inter ascendentem, vel descendentem, vel inter agnatos vel cognatos, infra quartum gradum computandum de iure canonico inclusiuè, vel affines affinitate præsenti, vel præterita coniunctos infra secundum gradum, vel inter vicinos eiusdem parochiæ ciuitatis & burgorum Papiæ: teneatur, & debeat dominus potestas, & quilibet iusdicens, postquam ab eo fuerit requisitum per partes, vel per aliquam partium, dummodo fuerit requisitum infra decem dies à die litis inchoatæ seu mote, & non aliter: quæ inchoata intelligatur secundum formam præcedentium statutorum: cogere eosdem realiter & personaliter ad compromittendum & compromissum faciendum in amicum, seu amicos communes per partes: eligendum seu eligendos de iure, & de facto, & de amicabili

cabili compositione. Qui arbitri, & arbitratores, taliter assumpti teneantur, & cogi debeant per D. Potestatem Papiæ, & quemlibet Iusdicentem aßumere, & acceptare ipsa compromissa. Et quòd ipsi arbitri, & arbitratores teneantur, & debeant eorum sententias, arbitria, & arbitramenta protulisse inter prædictas partes, infra quadraginta dies vtiles à die acceptationis factæ in antea computandos. Et ab ipsorum sententijs arbitrijs, & arbitramentis non possit appellari, supplicari, annullari, nec querelari, seu de nullitate opponi, vel peti reductio ad arbitrium boni viri. Et hoc si causa, & quæstio fuerit à libris ducentum Papiæ infra. Si verò fuerit à dicta quantitate supra: quod tunc ab ipsis sententijs arbitrijs, & arbitramentis, possit querelari, & peti reductio ad arbitrium boni viri semel tantum, & ipsæ causæ terminentur, & decidantur infra tempora limitata in appellationibus causarum summariarum, & in omnibus, & per omnia fiat, & procedatur, prout in Statutis super causis summarijs seriosius continetur. Sed quòd ipsæ sententiæ arbitria lauda, & arbitramenta vim obtineant sententiarum Iudicum ordinariorum, & exequutioni mandentur omnibus iuris remedijs præcisè, prout ad litteram pronunciatæ, & latæ fuerint: elapsis prius quindecim diebus, si terminus in ipsis sententijs arbitrijs, & arbitramentis appositus non fuerit. Qui terminus quindecim dierum currat à tempore scientiæ dictorum arbitramentorum, vel legitime denuntiationis ipsorum. Idem autem censeatur, fiat, & exequatur de sententijs arbitrijs, & arbitramentis latis, & pronuntiatis inter aliquas ex suprascriptis personis per aliquos arbitros arbitratores, & amicabiles compositores electos, & assumptos, seu qui eligerentur de partium voluntate, etiam extra iudicium, & non coactos. Quod Statutum non vendicet sibi locum in causis, & litibus, seu quæstionibus iam sopitis per sententiam, quæ in rem iudicatam transiuisset.

Summarium ad Statut. 25. in Ciuilib.

1 STatutum hoc, cur conditum.
2 Statutũ hoc dicitur exorbitans à iure cõmuni.
3 Statutũ hoc conuenit cum Nou. Mediolani Constitutionibus.
4 Compromissum non fit, vbi adest sententia diffinitiua, vel instrumentũ habens executionẽ paratã.
5 Intelige quo ad ea, quæ in instrumento cõtinentur.
6 Instrumentum facit rem clarissimam.
7 Nisi per exceptionem probabilem res in instrumento deducta dubia redderetur.
8 Compromissum non fit, super literis cambij, & vbi petitur, executio sententiæ.
9 Nec in contractu iurato.
10 Nisi quis iuramento contrauenisset.
11 Vel nisi obtenta esset habilitatio à iuramento.
12 Etiã si statuentes de iuramẽto facerent mentionẽ.
13 Cõpromissũ nõ fit vbi opponitur exceptio litis finita.
14 Nec vltra personas in Statuto nominatas.
15 Clericum non afficit.
16 Etiam si sit in minoribus tantum constitutus.
17 Quid in clerico litigante in foro ciuili.
18 Clericus non ligatur legibus domini temporalis, etiam fauorabilibus.
19 Quid si quæstio emergat ante clericatum.
20 Cõpromissum super negotio liquido, & claro nõ fit.
21 Nec in re iudicata fal. vt nu. 22.
23 Nec in instrumento iurato.
24 Nec in spurijs non legitimatis, & naturalibus.
25 Spurij non habent cognationem.
26 Spurij coniunctorum appellatione non veniunt.
27 Spurij qui dicantur.
28 Natus ex ancila, an spurius dicatur.
29 Filius, vt naturalis dicatur, quæ requirantur.
30 Spurius an hæres institui possit.
31 An succedat ab intestato.
32 Quid in spurijs ex damnato coitu non natis.
33 Pater an succedat filio spurio.
34 Spurius Clerici an institui possit.
35 Spurius an institui possit sub conditione, si legitimabitur.
36 Spurius, vt institui possit, cautela remissiuè.
37 Spurius an relicta possit præscribere.
38 Nepos spurius ex filio legitimo an institui possit.
39 Extraneus institutus hæres, an spurio testatoris relinquere possit.
40 Spurius ab extraneo institutus patris cõtẽplatione, præsumitur, si in vita patris fiat ei donatio.
41 Quando præsumatur extraneus spurij contemplatione institutus.
42 Spurius ali debet à patre.
43 Procedit etiam de iure ciuili.
44 Spurio relicta in causam alimentorum, an in fraudem relicta præsumantur.
45 Naturales, succedunt parentibus in duabus vncijs, non existentibus legitimis.
46 Ex testamento non succedunt naturales.
47 Naturalis præteritus non rumpit testamentum.
48 Naturalis succedit matri.
49 Nisi natus esset ex damnato coitu.
50 Naturales filij ligantur Statuto de compromissis inter patrem, & filium.
51 Compromissum non habet locum in causa spolij, vel clericali.
52 Item vbi est quæstio iuris.
53 Nisi haberet mixtam quæstionem facti.
54 Vel nisi quæstio iuris dubia esset.
55 Compromissum non factum in causa principali, non habet locum in causa appellationis.
56 Non habet locum, vbi calumniosè petitur, vel in fraudem.

57 Nec vbi prohibita est transactio.
58 Transactio super re certa, & clara non fit.
59 Nec etiam vbi nullum est probabile dubium.
60 Transactio valet vbi subest timor litis.
61 Super alimentis transigi an possit.
62 Quid in delictis.
63 Quid in crimine adulterij.
64 Cur super adulterio transigi nequeat.
65 Hæres an transigere possit super rebus fideicommissarijs.
66 Emphiteota & Vassallus an possint transigere in praiuditium dominorum.
67 Prælatus an transigere possit super re ecclesiæ.
68 Quid accedente consensu capituli.
69 Compromissum nõ habet locum, vbi petitur super transactione facta.
70 Minus super re alienari prohibita.
71 Nec in causa vsurarum.
72 Nec in causa criminali.
73 Nec in causa administrationis rationis reddendæ
74 Quid in habente exceptionem impedientem litis ingressum.
75 In dubio iudicandum locum esse compromisso.
76 Quid in causis pendentibus ante conditũ statutũ.
77 Non fit in causa executiua, liquida, vel liquidãda antè petitionem compromissi.
78 Nõ habet locũ in causis, in quibus nõ militat consilium sapientis.
79 Nec si petatur à periuro.
80 Nec in rebus decisis & finitis.
Nec cum vxore fratris defuncti.
81 Quid si coniunctus vendat extraneo, cui alter cõiunctus litem moueat, & extraneus coniuncto litem denuntiet.
82 Compromisso semel extincto, an iterũ ei locus sit.
83 Verba quõ in primo actu verificētur, nu. 84. & 85.
86 Statutum de compromissis, an validum.
87 Tale statutum an dicatur fauorabile, & num. 88. & 89. & 90.
91 Tutor in causa pupilli, an teneatur compromittere, & 92.
93 Quid in compromisso necessario.
94 Quid in hærede grauato super rebus fideicõmissarijs.
95 Quid in emptore conuento super re vendita à consanguineo.
96 Quid in successore singulari.
97 Quid in emptore, & cessionario.
98 An locũ habeat super articulo in causa emergēti.
99 Quid si opponatur de simulatione.
100 Quid in exceptionibus impediētib. litis ingressũ
101 Exceptiones impedientes litis ingressum, quæ.
102 Compromissum, an militet inter spõsũ, & spõsã.
103 Compromissum quando dicatur necessarium, vel voluntarium.
104 Curator hæreditatis iacentis, an teneatur compromittere.
105 Filius familias sine consensu patris, an compromittat, & num. 106.
107 Filius non potest stare in iudicio sine consensu patris, & num. 110. 111. 112. 113. 114. & 115. vbi declaratur.
108 Ampliatur ẽt in causis executiuis, & sũmarijs.
109 Legitimatio personæ etiam in causa summaria est necessaria.
116 Filia petendo dotem aduentitiam, potest stare in iudicio sine consensu patris.
117 Filij in potestate, non dicuntur habere patrimon.
118 Peculium quid, & nu. 119. & seq. quotuplex.
124 Peculiũ quod nõ patri acquiratur quo ad vsumfructum, vel id minus, & nu. 125. 126 & 128.
127 D. Philippi Massinij auctoris collegæ laudes.
129 Consensus à patre præstitus in causa principali an duret in causa appellationis.
130 Consensus in causa conuentionis, an locũ habeat in causa reconuentionis.
131 Consensus patris generaliter præstitus pro omnibus causis, an validus.
132 Iudicium cum filiofamilias agitatum absq; patris consensu, an sit nullum, & num. 133.
134 Consensus præstitus post litẽ contestatã an valeat.
135 Pater si nolit filio consentire quid agendum, & num. 136.
136 Compromissum facere tenentur, tam minores, quam maiores.
137 Procurator ad causas an possit petere cõpromissũ.
138 Decisa non veniunt in compromisso.
139 Fall. partibus consentientibus.
140 Hæres an possit compromittere super rebus fideicommisso obnoxijs.
141 Declarationes plures ad hoc statutum remissiuè.
142 Causa, lis, quæstio, & controuersia, quid importēt.
143 Promittens non mouere controuersiam, vel molestiam, ad quid teneatur, & num. 144.
145 Statutum de compromittendo controuersias, an etiam intelligatur de criminalibus.
146 Quid in causa mixta.
147 Quæ controuersia intelligantur comprahensa in hoc statuto.
148 Ascendentes, & descendentes, qui dicātur.
149 Agnati impropriè, an cõprahendãtur sub hoc statuto.
150 Agnati qui dicantur.
151 Filia quæ ad patrem, soror consanguinea, & patruelis, ius agnationis habent.
152 Cognati, qui dicantur.
153 Agnatio si negetur vel cognatio, an faciendum compromissum.
154 Gradus qualiter computetur, tam de iure ciuili quam canonico num. 155. & 156.
157 Gradus in matrimoniali causa dinumeratur secundum ius canonicum.
158 Matrimonium de iure canonico, impeditur vsq; ad quartum gradum inclusiuè.
159 Gradus in hæreditatibus, & tutelis dinumeratur secundum ius ciuile.
160 Affines qui dicantur, et quæ veniant Affinium appellationis.
161 Compromissum finita affinitate, non fit.
162 Vicinorum nomine qui veniant
163 Vicinus quotupliciter sumatur vsq; ad num. 67.
167 Vicinus an præsumatur scire facta vicini.
168 Amicus, an sub statuto de compromissis comprehendatur.
169 Compromissum habet locum si petatur.
170 Statutum mandans iudici aliquid facere, intelligitur si petatur.
171 Iudex non impertitur officium nisi petenti.
172 Requisitio in scriptis, & parte citata fieri debet.
173 Requisitione cõpromissi facta, iudex procedere non potest.
174 Tēpus ad petendũ cõpromissũ an currat ignorãti.
175 Compromissum de iure communi, quando peti possit, & num. 176.
176 Lis inchoata, quando dicatur.
177 Ad compromissum si partes semel fuerũt compulsæ, an iterum compelli possint, & num. 178.
180 Minor compellitur facere compromissum.
181 Compromissum cur in amicos fieri debeat.
182 Quid si litigans nullos amicos habeat confidentes
183 De iure, de facto, & de amicabili compositione verba, quid importent.
184 Arbiter an compellatur acceptare cõpromissum.

185 Arbitri an possint cogere partes ad quietationem, & liberationem generalem.
186 Instantia in compromissis an locum habeat.
187 Prorogandi compromissum facultas toties, quoties, quomodo intelligatur.
188 Prorogatio an parte inscitata fieri possit.
189 Compromissum antè acceptationem nõ operatur.
190 Tempus compromissi, qñ incipiat currrere. (tia.
191 Prorogatio, non põt extẽdi vltra tp̃s prima instã-
192 Prorogatio qua fit parte absente an sit intimãda.
193 Appellatio à sententia arbitri an detur.
194 Quid in sententia lata à iudice habente facultatem procedendi pro suo arbitrio. (re.
195 An ob dolũ, vel latã iudicis culpã liceat appella-
196 Restitutio in integrum aduersus laudum, an detur
197 Appellatione prohibita, non venit restitutio. & ratio num. 198. & 199.
200 Sententia confirmans laudum, an possit dici adesse sententias conformes, & nu. 201. & 205. & nu. 206. & 207. & 213.
202 Compromissum ex hoc statuto an necessarium, an voluntarium dicatur, & num. 203. (compelli.
204 Voluntarius actus non dicitur factus ab eo, qui põt
208 Sententia, & laudum nullũ defectu citationis, nunquam transitin iudicatum.
209 Quid, si nullum sit ob lapsam instantiam.
210 Nou. Mediol. Constit. prohibentes appellationem in causa reductionis, qualiter intelligantur.
211 Diuersitas nominis arguit diuersitatem specierũ.
212 Generalis dispositio non trahitur ad casum specialiter prouisum.
214 Fauores ampliandi, odia restringenda.
215 Distinctio inter compromissum voluntarium, & necessarium, an in causa appellationis valida.
216 In contractibus voluntas magis, quam verba attendenda.
217 Voluntas ex coniecturis probatur, & præsumptionibus, num. 218.
219 In dependentibus ab animo statur dicto asserentis
220 Voluntas probata ex coniecturis, & præsumptionibus dicitur vera.
221 Appellatio, & si sit prohibita à certa summa, index tamen de imperitia tenetur.
222 Appellatio à declarãne, qđ fiat cõpromisũ datur.
223 Arbitris discordibus, quid agendũ, & 224. 225.
226 Arbitris non potest dari facultas eligendi tertiũ
227 Reductio, siue remissio coram quo peti debeat.
228 Nou. Med. Constit. prohibent appellationem in causa compromissi. (nis.
229 Terminus an currat à die scientiæ, vel intimatio-
230 Laudum an dicatur sententia.
231 Statutum, quod de sententia soluatur gabella, an in laudo locum habeat. (citur sententia.
232 Laudum latum ab arbitris ex necessitate electis, di
233 Sententia debet ferri à persona habili.
234 Casus in quibus per Nou. Med. Constit. compromissum non fit.
235 Quid in debito per publicum instrumentum.
336 An in causa spolij militet compromissum.

Oc stat. rõne odij, & scãdali inter affines, & vicinos tollendi cõditũ fuit, & ꝓpterea cõtrouersi sunt inter se Doct. an tale stat. sit fauorabile, vel odiosũ, & esse fauorabile dixerũt, † Bart. & Bald. in ꝓ-
1 em. C. volẽtes reipublicæ interesse lites per cõpromissa finiri, Roman. in l. j. C. vnd. vir. & vx. Cuman. conf. 50. Ioseph Ludou. decis. Perus. 47. par. j. nu. j. alij contrarium tenent, quia de iure cõi nemo cõ-

promittere compellitur. Bart. in l. furti. §. quod
2 iussu, nu. 2. ff. de his, qui not. infam. † Lafranc. de Oria. de abrbit. par. 7. q. 45. Soc. iun. cons. 24. n. 9. libr. j. Honded. consil. 9. libro j. Camill. Borel. de compromiss. §. 2. gl. 3. num. 7. & propterea dicitur hoc statutũ à iure cõi exorbitans, vt per eundem in l. qui se patris, vbi Castr. num. 11. & alij, C. vnde liberi. Dec. cons. 13. nu. 5. Alex. cons. 60. n. 9. vol. 2. & per alios adductos per Carp. ad stat. Mediol. c. 115. in princ. & per tot. & c. sequenti, mihi tamen prior opinio magis arridet, cum maximè sit factũ inter certum genus personarũ, quæ mutuo amore se prosequi debent, & lites execrari, & dicam inf. nu. 86. & seq. multa possent ad statutum nostrum deseruientia, ex Carp. d. c. 115. transcribi, sed sufficit indicasse locum, & videas latè Blancũ in tracta. de cõpromiss. per tot. & Camil. Borel. in eodem tractatu de compromis. vbi pleno tractatu de hoc statuto loquitur, cõuenit autem statutũ hoc cum no-
3 uis Mediolani Constit. in tit. de arbitris, in princ. latissimè ẽt in terminis huius statuti versatur Rol. à Val. cons. 57. per tot. vol. 2. Alex. cons. 62. nu. 5. & seq. vol. 7. Dec. cons. 22. Alex. cons. 162. vol. 2. & cons. 82. vol. j. Afflict. decis. 86. & 149. Soc. cõs. 4. & 51. vol. j. & quia multa essent tractãda, ex qui-
4 bus ita de facili ordo seruari non potest, notandũ in primis est, † hoc stat. locũ nõ habere, qño quis habet sñiã diffinitiuã, vel publicũ instr̃um habens executionẽ paratã, Ias. post Bart. in l. eleganter, ff. de condit. indeb. & in l. post rem, ff. de trãsac. Alex. cõs. 37. vol. 2. Duen. reg. 36. in 7. limit. Marant. in Specul. iud. part. 6. in 2. actu, in verb. aliquãdo petitur cõpromisũ, nu. 18. Osasc. decis. 129. nu. 3. & 7. vbi declarat ꝓcedere solũ respectu eorũ, quę in
5 Instr̃o cõtinẽtur. † ẽt latissimè Rol. à Val. cõs. 57. nu. 3. & 4. vol. 3. Alex. cõs. 119. nu. 3. & seq. vol. 2. Castr. cõs. 91. nu. 7. ac 9. vol. 1. Dec. cons. 682. nu. 4. Hond. cõs. 9. nu. 2. lib. 1. & ratio, quare super contẽtis in instr̃o nõ potest cõpromitti, vigore statuti,
6 est, qa cõtenta in instr̃o dicũtur clarissima, Crau. cõs. 323. nu. 2. lib. 2. Tiraq. de retract. cõsanguin. §. 2. glos. 1. num. 20. & seq. super autem re clara cõpromisũ ex stat. nõ habet locũ Alex. cõs. 62. nu. 7. lib. 2. & inf. dicetur. Intellige tamẽ hũc casũ nõ procedere, qño iura aduersarij dubia redderentur ex aliqua probabili exceptione, nã tunc locus est
7 cõpromisso, † ẽt si reus instr̃o publico se defendat, Bart. in l. elegãter in prin. n. 3. ff. de condic. indeb. latè Soc. sen. cõs. 4. per tot. lib. j. Lafrãc. in tract. de arbit. par. vlt. q. 50. Blanc. d. causa 4. in verb. ex instrumẽto, nu. 5. vers. intellige, Hond. d. cõs. 9. n. 13. lib. j. & nu. 6. vbi intelligit procedere, qñ instrũ est executiuũ, vel vigore guarentigię, vel vigore stat. vt hic papię, vt sup. statut. 6. Capic. decis. 48. nu. 2. & 3. Ozas. decis. 129. num. 3. & 7.
8 † Secũdo loco nõ tenetur facere cõpromisũ, is qui haberet litteras cambij, vel quando peteretur executio primæ sententiæ, ita Ang. in l. ita stipulatus, §. grisogonus, ff. de verb. oblig. refert Ias. in l. si causa cognita in princ. C. de transact.
9 † Tertio non habeţ locum in cõtractu iurato, Alex. cons. 37. col. 4. vol. 2. gl. in c. cũ non deceat de elect. in 6. Felin. in c. cõstitutus extr. de rescrip. Ias. in l. eleganter, in princ. ff. de cond. indeb. Soc. cõs. 300. vol. 2. cõs. 4. vol. 1. Alex. cons. 82. vol. pri. Gozad. cõs. 73. nu. 3. & 9. Alex. cõs. 60. nu. 29. cum duob. sequentibus, lib. 7. Honded. cons. 9. num. 5. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 46. num 10. part. prima, Blanc. de compromiss. quæst. 4. princip.

de exceptione impediente compromissum, in tit.
10 de except. & pact. conuent. in verbo, pacti iurati. † Intellige tamen hoc procedere, quando petens compromissum iuramento contrauenit cum peccato, tunc enim ob periculũ periurij non auditur, ità loquuntur DD. præcitati, secus autem quando non incidit in periurium, & sic non contrauenit iuramento cum peccato, nam tunc locus est compromisso ex statuto, Honded. dicto consl. 9. nu-
11 me. 26. libro 1. † prout est etiam locus compromisso secundum eum, num. 30. non obstante iuramento, obtenta remissione à iuramento, vt per Cagnol. in l. si quis maior, num. 76. versic. 7. C. de transaction. post Barbat. consi. 85. columna 5. cir-
12 ca med. libro tertio. † Quod procedit etiam si statuentes facerent mentionem de iuramento, Borgnin. decis. 28. num. 6. part. 2.
13 Quarto non † procedit quando opponitur exceptio litis finitæ, Alexand. in l. fratris. C. de transaction. Borell. de compromiss. §. 2. gloss. prima, nume. 276. & sequen. vbi num. 281. ait triplicem esse litis finitæ exceptionem, nempe iuramenti, transactionis, & rei iudicatæ.
14 Quinto † nõ procedit in alijs personis in statuto non nominatis, Alexand. consil. 19. colum. 3. vol. 4. duplicatum cons. 13. num. 7. lib. j.
15 Sexto † non comprehendit clericum, vt possit cogi compromittere secundum hoc statutum, Alexand. cons. 210. & sequen. volum. 2. & consilio 17. colum. 3. volum. 4. Socin. sen. cons. 71. cir-
16 ca præsentem consultationem volum. 4. † Quod procedit etiam si sit clericus in minoribus tantum constitutus, Alexand. cons. 213. & sequen. volum. secundo, Marant. in disput. numero 10. Roland. à Valle cons. 57. libro secundo, vbi num. 27. testatur
17 de communi, † & quid si clericus litigat in foro ciuili, & quid in forense litigante, Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. 18. & sequen. de constitut. Curt. in cap. fin. in verbo duodecimo quæro ext. de consuetud. Socin. cons. 71. volum. 4. plenè disputans ad partes, Blanc. de compromiss. quæstio. 3. nume. 32. & seqq. Carpan ad dicta statuta Mediolani, dicto cap. 115. num. 56. & sequen. Camill. Borell. latè de compromiss. §. j. glo. 3. nu. 215. & sequetib. & latius num. 223. & sequentib. pluribus. Grammatic. conf. j. num. 3. post decis. Surd.
18 cons. 2. nume. 16. lib. j. vbi affert rationem, † quia clericus non tenetur recipere leges Domini temporalis, etiam fauorabiles, nisi sint approbatæ à Papa Hostien. in cap. fin. de solut. Cotta in memorabili incipiente clerici ligantur, colum. 2. versic. sed ista deberet,
19 Quid si questio emergat ante clericatum, Alex. in dictis locis supra allegatis, Dec. in d. c. Ecclesia S. Mariæ, extra de const. Marsil. in rubr. nu. 119. de fideiuss. tenent hoc statuto clericos affici cum sit iniectum ante clericatum.
20 Hoc statutum non comprehendit negotium liquidum, & clarum. Ias. vbi cæteri in l. penult. C. de pact. Bald. in l. j. per illũ text. ff. de transact. Alex. consil. 82. nu. 4. vbi Apostill. lib. j. Ias. in l. j. ff. de
21 transact. † Hinc dicimus non habere locum in re iudicata, nec in debito per instrũ. Alex. cons. 82. nu. 6. lib. j. Alex. cons. 62. nu. 7. lib. 2. Corn. consil. 290. nu. 5. & seq. lib. j. Blanc. de cõi in tracta. de compromiss. quæst. 4. princ. versic. clara. Soc. sen. cons. 284. nu. 1. in fin. lib. 2. Honded. cons. 9.
22 num. 4. lib. j. ac etiam num. 7. † Intellige tñ vt per eundem Honde. nu. 13. & dictũ est supra in primo

23 casu. † Nec etiam qñ fundaret quis intentionem suam in instrõ iurato, Alex. cons. 37. num. 29. vbi Appostil. lib. 2. Hond. cons. 9. nu. 3. & 4. & dictum est supra.
24 Octauo † non procedit in spurijs non legitimatis, & naturalibus, Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & cons. 60. nu. 7. cum duob. sequentib. lib. 2. & cõs. 144. lib. 7. Cephal. cons. 480. nu. 28. lib. 4. Gratt. de magis cõi testatus cõs. 145. nu. 9. & seq. lib. 2. Blanc. de compromiss. q. 3. princip. nu. 4. vers. dum est quæstio. Hond. cons. 95. nu. 96. vbi testatur de magis cõi, lib. j. Camil. Borel. de cõpromiss. §. j. gl. 3. nu. 63. & seq. & rõ est sm̃ Blan-
25 cum præcitatum, † q. a spurij non hñt cognationẽ
26 & coniunctionem ex parte patris, † & non veniunt appellõne coniunctorum, Bald. in l. id q; pauperib. nu. 36. vbi Appost. C. de episc. & cleric. Alex. cõs. 6.
27 nu. 9. vbi Appostil. lib. 2. † dicuntur ẽt spurij, oẽs, qui non sunt nati ex soluto, & soluta, quæ veræ cõcubina non erat, hoc est quæ in domo loco vxoris habebatur, & cũ qua poterat esse mr̃imonium, nisi enim interuenerint istæ qualitates filij nati dñtur spurij, non aũt naturales, Surd. de alim. tit. 1. q. 10. nu. 31. & seqq. Marcobru. cõs. j. n. 19. & 20. Mãtic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 6. & de relictis spurio la tẽ tit. 5. q. 7. Lup. in tract. de illegit. cõment. j. §. j.
28 vbi difusè, & alibi sæpè. † Hinc dicimus, q; filius natus ex ancila, dr̃ spurius, non aũt naturalis, Paleot. de noth. & spur. c. 16. nu. 5. Menoc. cons. 461. nu. 17. ac 23. vbi vult post Paleot. vbi sup. c. 13. n. 3.
29 quod † pp multa requisita, quæ debẽt concurrere, ad hoc vt filius ꝓpriè dicatur nãlis, paucissimi reperiuntur nãles, quod verũ est legaliter loquẽdo, secus tñ est sedum cõem vsum loquendi, quo oẽs spurij, & alij, nãles, & bastardi simplr̃ nuncupantur Rim. iun. cons. 219. nu. 77. & seqq. plurib. Peregr. cons. 83. lib. j. suntq; capaces successionis Craue. cons. 166. n. 10. Soc. sen. plene cons. 148. lib. j. Sim. de Pret. cõs. 127. nu. 7. & 8. Peregr. cons. 6. n. 7. lib. 4. Petr. de fideicom. q. 11. nu. 175. & seq. Bero. pleno cons. 165. lib. 2. Berret. cons. 90. nu. 8. est tñ vtile
30 scire, qui dicantur spurij, † nã filius spurius, non põt hæres in testõ institui à pr̃e, & si relinquatur habetur pro non scripto, & hæreditas defertur venientib. ab intestõ. Clar. in §. testm̃. q. 30. Peregr. de iure fis. lib. 3. tit. 18. nu. 20. latissimè Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 96. per tot. quod proce-
31 dit, vt † nec ẽt ab intestato filius spurius possit succedere, auth. licet. C. de natur. lib. Paleot. de noth.
32 & spur. cap. 40. vbi limitat † in spurijs non natis ex ex coitu damnato; Amplia 2. vt sicut spurius non põt succedere d. auth. licet, & auth. ex complexu.
33 C. de incest. nupt. † ita nec ẽt pater filio spurio, Azo in Summa. C. de legit. hæred. n. 11. cum alijs de quib. per Alex. cons. 159. nu. 6. lib. 2. Amplia tertio
34 maximè procedere † in filio spurio clerici, cui à pr̃e clerico nihil relinqui potest, tam de bonis, & fructibus bonorum ecclesiasticorũ, quam de quæsitis ex labore, & industria, quã etiam de bonis pr̃imonialibus, ita disponente Bulla Pij Quinti Pontificis Maximi Menoch. de præsumpt. præsumpt. 95. n. 4. & cons. 511. lib. 6. vbi latè interpretatur dictã Bul-
35 lam. Fallit tñ hæc regula, † qñ filius spurius instituitur sub conditione, q; legitimetur post mortem patris, & tunc sit hæres, nam tunc ex inde institui potest, l. in tempus. ff. de hær. instit. Cepol. in tracta. caut. caut. 38. vers. 8. cautela. Io. Durãt. de arte testandi. titu. 2. caut. 14. nume. 15. Heironym. Gabr. cõs. 29. nu. 16. ac 19. lib. 1. Clar. in d. §. testm̃ q. 31.

quæst. 31. num. 7. Peregrin. de iure fisci libro 3. ti-
36 tulo 18. nu. 88. & † vide plures alias cautelas insti-
tuendi spurios per Cepol. dicta caut. 38. Paleot. de
noth. & spur. cap. 45. Feratium. caut. 41. Io. Du-
rant. de arte testandi dicto tit. 1. caut. 14. Hiero-
37 nym. Gabr. dicto cons. 29. † An autem filius spu-
rius hæres institutus possit sibi relictum vsucape-
re, vel præscribere, dic quod non etiam si esset er-
rore ductus, l. nemo, vbi glo. ff. de leg. 1. Alex. con-
38 sil. 74. num. 7. cum seq. lib. 3. † An etiam nepos le-
gitimus, & naturalis ex filio spurio possit ab auo
hæres institui; distingue vt per Anton. Gabriel in
suis commun. in titulo de legitim. hæred. con-
clus. 3. & latè per Menoch. de præsumptionibus,
39 præsumpt. 96. Ludouic. Casanat. consil. octauo,
numero 17. quid autem si pater habens filium
spurium instituat extraneum hæredem, qui ex-
traneus tempore mortis relinquit dicta bona ei
relicta ipsi spurio, an valeat, an verò præsumatur
hæres, dic quod valet, Bartol. in l. si is, qui in bo-
nis, vbi Alexand. & cæteri Doctor. ff. de vulgar.
Alexand. consil. 51. numero tertio, libro secun-
40 do, vbi vult tūc præsumi hæredē, si donaret in vita
Clar. in §. testamentum, quæstio. 30. numero
quinto, quod intellige, vt per Menochium dicta
præsumptio. 96. numero decimoquinto, cum se-
41 quenti, apud quem videre est, † quando pater
præsumatur hæredem reliquisse filiū spuriū. Ad-
42 uerte tamen, quod † benè filij spurij sunt alen-
di à patre, quando non habent vnde se alant, ca-
pitulo cum haberet de eo, qui dux. eā quam pol.
43 per adult. † quod procedit etiam de iure ciuili,
ex magis communi Doctorum opinione, de qua
per auum maternum. Rip. in rubric. numero 57.
& in l. prima, numero 66. ff. de verborum obliga-
tion. Riminald. iun. Institut. quibus alien. licet. in
princip. numero 402. latè Anton. Gabriel. in suis
commun. in titulo de aliment. conclusione prima
Menoch. de præsumpt. libro sexto, præsumpt. 54.
44 numero nono, † quando autem pater relinquit
filio spurio, vel filiæ pro alimentis, vel in dotem,
an præsumatur relinquere in fraudem, quan-
do illud relictum esset vltra alimenta, vide Me-
noch. de præsumptionib. præsumpt. 96. Lup. in
tractatu de illegitim. & de natal. restitut. coment.
secundo. §. 1. num. 39. & sequent. Surdus latè de
aliment. titulo primo, quæstio. 10. concludentes
quod sic; marito vero viuente non reuocatur da-
tū in dotem filiæ spuriæ, & si excedat alimenta cū
dotem habeat titulo oneroso, Campegius de dote
parte prima, quæst. 48. Surd. dicta quæst. 10. nu-
mero 22. & sequent.
45 Naturales † autem filij succedunt parentibus in-
testatis in duabus vncijs, gloss. in l. plautius. ff. de
condit. & demonstratio. Soc. reg. 285. pater filijs
Paleot. de noth. & spur. capit. 38. quod verum est
non existentibus filijs legitimis, & naturalibus,
46 Surd. cons. 355. numero 54. libro tertio, † ex te-
stamento autem in nihilo succedunt, nisi a patre
aliquid eis fuerit relictū l. fin. C. de natural. libe.
47 Paleot. dicto cap. 38. num. 9. † ideo præteriti in
testamento patris naturalis illius testamentum nō
rumpunt, gl. in l. 1. vbi Bart. ff. de bon. posse. con-
tratab. Surd. de aliment. tit. 7. q. 12. nu. 26. & quę-
48 stio. 13. num. 2. † Matri autem in eius bonis suc-
cedunt vna cum legitimis nisi mater sit illustris, l. si
qua illustris. C. ad Orfician. Alex. in l. ex facto. §. si
quis rogatus, il primo, nu. 45. ff. ad Trebell. Surd.
49 de aliment. tit. 1. quæst. 15. nume. 5. † nisi tamen
talis filius natus esset ex damnato coitu, tunc enim
non succedit matri glo. in d. l. si qua illustris, Dec.
consilio 288. & 311. Surdus dicta quæstione 15.
num. 15.
50 An autem † statutum arctans patrem, & filiū
ad compromittendum, habeat locum in filio na-
turali, dic quod sic. Castrens. in dicto §. si quis ro-
gatus, vbi Rip. numero 72. alios citans, Anchar-
ran. consil. 187. Blanc. de compromissis, quæst. 3.
in verbo naturalis, Rimin. iun. consil. 442. libr. 4.
Honded. cons. 95. num. 11. libro primo.
51 Nono † non habet locum dictum statutum in spo
lio, vel causa clericali, Afflict. decis. 84. Blanc. de
compromiss. quæst. 4. except. 5. num. 11. vers. spo-
liationis, Borel. dicto tracta. §. 2. gloss. 1. numero
176. & sequen.
52 Decimo † non habet locum, vbi quæstio iuris sit,
& non facti, Alexand. cons. 62. num. quinto, & se-
quenti, libro septimo, Bald. in l. ancillæ. nume. 2.
C. de furt. vide Socin. iun. distinguentem cons. 24.
in secunda quæstione, volum. j. Ias. in l. j. columna
fin. C. de pact. Cagnol. in l. si quis maior, in quarto
notab. C. de transaction. cum allegatis per Carp.
dicto cap. 115. num. 15. Plot. in l. quando, nu. 16.
C. vnde vi, quibus addo Menoch. cons. 125. nu. 11.
& sequenti, libro secundo. Honded. consil. nono,
53 nu. 7. libro primo. † Aduerte tamen quod si quæ-
stio non sit iuris tantum, sed habeat ad mixtam
quęstionem facti, compromisso locus est. Bald. in l.
ancillæ, num. 2. vbi Salicet. C. de furt. Socin. iun.
dicto cons. 24. num. 10. libro j. Corn. cons. 144. co-
lum. 3. vers. nam hoc, lib. 2. Honded. dicto cons. 9.
54 num. 38. vbi vult † idem esse, quando quæstio iu-
ris dubia esset, latè Camill. Borel. dicto tractatu de
compromiss. §. 2. gl. j. nu. 231. cum seqq. plurib.
55 Vndecimo etiam non habet locum † in causa
appellationis, quoties compromissum non est pe-
titum in causa principali, Ias. in l. si causa cogni-
ta. C. de transac. Alex. cons. 82. colum. 4. volum. 3.
cum allegatis per Borell. de compromiss. §. 2.
glo. j. num. 368. cum seqq. & ita cauetur in nouis
Constit. Mediolani in tit. de arbit. cap. si petitum.
56 Duodecimo † non habet locum, vbi calumniosè
petitur compromissum, & animo dilatandi litem,
vel in fraudem. Lanfranc. de Orian. in tract. de ar-
bitr. vers. quinto quæro, Socin. cons. 300. nume. 8.
libro 2. Borgn. decis. 280. num. 64. part. 2.
57 Decimotertio, † non habet locum in causa, in
qua prohibita est transactio, Roman. cons. 299.
58 circa finem. Prohibetur autem præceteris † trā-
sactio fieri super claro, & liquido l. prima, & l. post
rem. ff. de transaction. Alexand. consil. 119. nu-
59 me. quarto, & cons. 171. nu. 9. libro secundo, † nō
etiam potest fieri transactio, quando nullum ex-
tat probabile dubiū, alias autem facta, est ipso iu-
re nulla, etiam si fuerint nominata in transactione
dubia aliqua à veritate aliena, nam non etiam va-
let in vim pacti. Alba consilio 251. & 306. numero
secundo, ac 310. numero decimo, & 543. nume-
60 ro octauo, & sequenti. † Posset tamen fieri tran-
sactio super his, de quibus suberat timor litis, licet
nondum sit lis cæpta, l. 2. vbi Bartol. C. de transa-
ction. Alexand. consilio 42. numero 17. lib. primo,
ac consilio 20. num. 3. lib 3.
61 An autem † validè super alimentis transigi pos-
sit; vide latè Surd. in tractatu de alimentis, titulo
octauo, quæstio. 56. Doctor. in l. de aliment. C. de
transact. Menoch. de arbitrar. iudic. casu 170.
per totum. An etiam in delictis prohibita dicatur

transactio, dic, quod in delictis, pro quibus imponitur pœna sanguinis, licita est transactio, in eis verò, in quibus ingeritur alia pœna, nequaquam, l. transigere, vbi DD. C. de trāsact. Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 58. num. 4. cum seqq. pluribus, vbi latissimè exemplificat, & num. 10.
63 † limitat non procedere in crimine adulterij, pro quo licet imponatur pœna capitis, prohibita tamen est super eo transactio, Baiard. in addit. ad
64 Clar. ibidem, num. 20. vbi adducit eam rationē, † quare transactio super adulterio fieri non possit, nè maritus in crimine lenocinij incideret; cum transactio fieri non possit nullo dato, vel retento,
65 l. transactio, C. de transact. † An autem hæres valeat transigere super rebus fideicommissarijs, Peregr. de fideicom. artic. 40. num. 123. tenet,
66 quod non, & vide eundem, vbi etiam ponit, an † emphiteota, & vasallus transigere possint in præiudicium dominorum
67 Nunquid autem solus Prelatus, vel Abbas transigere possit super re ecclesiæ: dic, quod non, cap. primo, vbi Abb. & addit. ad eum de transact. Felin. in cap. edoceri, num. 5. de rescript. Rodoan. de rebus ecclesiæ non alien. in tit. quæ veniant appellatione alien. q. 21. Borel. de compro-
68 miss. §. primo, quæst. 3. num. 265. & seq † quod non procedit, quando fieret transactio cum consensu capituli, Auus maternus Rip. resp. 2. nu. 5. cum seq. de eccles. ędif. Alciat. responso 17. nu. 7. cum seq. & istis casibus, in quibus transactio fieri nequit; nec similiter habet locum compromissum, cum compromissum sit quædam transactio, Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio, post glo. in l. non distinguemus, §. Iulianus,
69 ff. de arbitr. † similiter compromissum non habet locum, quando mouetur quæstio super transactione facta, vt per DD. in l. fratris, C. de transact.
70 Decimoquartò, non procedit, vbi agitur de bonis alienari prohibitis, quando est quæstio incidens, Dec. cons. 44.
71 Decimoquintò, non procedit, vbi agitur de causa vsurarum, allegando contractum esse vsurarium, quia per laicū non potest cognosci, Orian. de arbitr. part. 4. num. 8. vide etiam Alex. in q. Sigismundus, in vltima quæst. Soc. sen. cons. 303. vbi multa ponit. Lappus alleg. 55. quidam coram Iudice, Camill. Borell. in tract. de compromiss. §. 2. glo. prima, num. 102. cum seqq. pluribus, vbi plenè disputat, & inhæret negatiuæ sententiæ, nisi tamen vsura peteretur, vt interesse damni emergentis, aut lucri cessantis, vt ibi per eum, nu. 113. & seq. aliter distinguit Blanc. de compromiss. quæst. 4. num. 9. dicens, aut quæstio vsuraria est super facto, putà an talis receperit ad vsuras, & hæc potest in laicum compromitti, aut verò super contractu, & hæc ad Iudicem ecclesiasticum spectat.
72 Decimosextò, non habet locum in causa criminali, Alex. cons. 82. num. 7. lib. primo, Blanc. de compromiss. quæst. 4. num. 26. Camil. Borel. d. §. 2. glos. prima, num. 63. vbi idem asserit in causa mixta, declarans, quæ dicatur criminalis, & quę mixta, num. 54. & seq.
73 † Decimoseptimò, non habet locum in ratione administrationis tutellæ reddenda, Hypp. singul. 467. num. 8. quē refert, & sequitur Borgnin. de tut. & curat. nu. 223.
74 An autem hoc statutum locum habeat in illo, qui habet exceptionem impedientem litis ingressum; dic quod sic, Borel. de compromiss. §. 2. glo. prima, nu. 276. & seq. Ias. in l. post rem, ff. de tran-
75 sact. scias tamen, quod in dubio iudicandum est locum esse compromisso, quando lis vertitur inter coniunctos, Fulgos. cons. 152. in fin. Soc. iun. cons. 181. num. 87. lib. 2.
76 † An etiam hoc statutum habeat locum inter litigantes ante conditum ipsum statutum, & videtur dicendum, quod sic, eo quia huiusmodi statutum respicit ordinatoria iudicij, & ita tenuit Crot. in l. omnes populi, num. 138. ff. de iustitia, & iure, quem sequutus est Menoch. cons. 140. nu. 41. tu tamen in casu nostro teneas partem negatiuam per illud verbum, in principio statuti positum, scilicet, Item statuimus, quod si de cætero, &c. dictio enim de cætero, futurū tempus respicit Rom. cons. 379. circa primum, nu. 3.
77 † Decimo octauo, non habet locum in causa exequutiua, liquida, vel liquidanda ante petitionem compromissi, Barbat. cons. 53. col. 4. vol. 4. Alex. cons. 145. col. fin. volum. 5. cum alijs, de quibus per Borgnin. decis. 21. num. 18. part. prima, Idem decis. 28. num. 60. part. 2.
78 † Decimonono, non habet locum etiam compromissum in omnibus casibus, in quibus supra in statuto primo, dictum est, non habere locum consiliū sapientis, in ijsdem n. non habet locum compromissum, cum æquiparentur à Doctoribus, ità Bart. in l. prima, num. 6. vbi Castr. num. 5. & ibi Bald. in §. quibus, num. 8. C. de nou. cod. confirm. cum alijs adductis per Borgnin. decis. 28. num. 60. part. 2.
79 † Vigesimo, non habet locum petitio compromissi facta à periuro, cum ob periurium veniat à iudicio repellendus, Alex. Ias. & cæteri DD. in l. si quis maior, C de transact. consequenter repellitur à petitione compromissi, Seraphin. de priuil. iuram. priuil. vltimo, num. 13. Honded. cons. 9. num. 6. lib. primo,
80 † Vigesimo primo, non habet locum in rebus decisis, & finitis, vt per Honded. cons. 84. num. 40. lib. primo.
Vigesimo secundo, non procedit in fratre, qui non tenetur facere compromissum cum vxore quon. fratris sui vidua, quia per mortē dissoluta est affinitas, ex cepto casu matrimonij cōtrahendi, Alex. cons. 207. vol. 6. sicut, nec inter quon. socerum, & quon. generum, Alex. & Ias. in l. in l. non tantum, ff. de re iudic. & soluto matrimonio. sicut cessat amoris vinculum, ita, & beneficij priuilegium, ideo stante statuto, quòd vxores bannitorū non possint stare in Ciuitate, mortuo marito poterit vxor vidua habitare in Ciuitate, Bart. & alij in l. tiria sæio, §. vsuras, ff. de leg. 2. & ita in puncto remouens contraria tenet, Rimin. iun. consil. 102. lib. 2.
81 † Quid si coniunctus vendat extraneo, cui alter coniunctus, litem moueat, & ipse extraneus dicto coniuncto litem denunciat, an locum habeat dictum statutum compellens compromittere; vide Alex. in l. si post diuortium, ff. sol. matr. Bart. in l. venditor, ff. de iudic. & latè in quæst. sua, incipiente, Pisanæ Ciuitatis, vbi affirmatiuam amplectitur opinionē, & in l. procurator, §. 1. ff. rem ratam hab. Mar. Socin. in cap. quoniam frequenter, quæst. 8. nu. 33. extra vt lite non contestata.
82 † Sed quid, si factum sit compromissum, vigore huius statuti, & expirauerit, an debeat iterum fieri; dic, quòd sic, Alex. in l. bona, §. fin. ff. de damn.

damn. infec. Bart. & Alex. in l. qui per salutem, vbi alij, ff. de iur. iuran. Bald. in l. fideicommiss. §. si quis decem, ff. de leg. 3. Alex. in l. Prætor, §. fin. ff. de edendo, Ias. in l. si quis ex argentarijs, §. fin. in 7. not. ff. de edendo, & in l. diuortio, §. si quis in anno, in vltima col. ff. sol. matr. Afflict. decis. 46. Castr. cons. 339. in 2. dub. Dec. cons. 22. Orian. in tract. de arbitr. in vlt. part. quæst. 56. Dec. in l. vnica, col. prima, in prima lect. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest præferuntur, & cons. 77. col. 3. & cons. 93. Marant. in suo tract. de ordin. Iud. part. 6. sub rubr. de compromissis, num. 4. cum seq. Curt. iun. in l. prima, num. 24. & seq. C. de edendo, Rip. auus maternus in rubr. nu. 38. versic. finge casum, ff. sol. matr. vbi in casu huius statuti cogentis ad compromittendum, dicit, quod habet locum, non solū bis, sed deinceps, motus ratione, quia ratio statuti semper militat, & ibi citat plures DD. de quibus supra, & fatetur hanc cōmunem esse. Nec obest, si dicatur, quod
83 † verba, & sermones debent intelligi pro prima vice, l. boues, §. hoc sermone, vbi laté Alciat. & Tiraq. ff. de verborum signif., laté Anton. Gabr. in suis cōmunib. tit. de legibus, col. 2. vbi infert ad plura.
84 Quia dicimus, dictam regulam inter alia limitari. † vt non procedat in actu fauorabili, prout est statutum de compromisso; ita Anton. Gabr. dicta conclus. 2. num. 57. versic. sexto limita, Tiraq. in d. l. boues, §. hoc sermone, limit. 3. nu. 12. vbi propriè loquitur in terminis statuti iubentis
85 compromitti; vel secundo dicimus, † dictam regulam procedere in dispositione hominis, non autem legis, vel statuti, ita Gabr. dicta concl. 2. num. 34. in 5. limitatione, Tiraq. ad d. §. hoc sermone, limit. 9. num. 3. vbi expressè loquitur in terminis statuti cogentis compromittere, vt scilicet non restringatur ad vnum compromissum, sed toties fiat, quoties opus fuerit, donec causa fuerit decisa, & expedita, & infinitos ad hoc citat, quos apud eum videre potes.
86 Item scias, quod licet aliqui dubitauerint, an hoc statutum valeat, intrepidè tamen, † tenendū est valere, cum possit decerni per statutum, quod in certis rebus, & inter certas personas, tale ius reddatur, Abb. in cap. primo, in principio, extr. de arbitr. & ita tenet Blanc. in suo tract. de compromissis, quæst. prima princip. num. primo, vbi dicit opinionem, quod statutum valeat veriorem esse, & nullum esse, qui discrepet ab ea.
87 Imò tale statutum, † dicitur fauorabile, Bald. in l. affinitatis, C. commun. de success. & in l. qui se patris, vbi alij, C. vnde lib. Fulgos. in l. 4. §. ait Prætor, ff. de in ius voc. vbi dicit, quod hoc statutum fuit inuentum, vt euitarentur scandala, ideò extendendum, idem tenet Bart. & Bald. in proem. Codic. dum volunt, quod intersit lites compromissis dirimi, idem notat Roman. in l. prima, C. vnd. vir, & vxor.
88 Contrariam opinionem, quod imò tale † statutum non sit fauorabile, & ideò non extendendum, tenuit Bald. sibi contrarius, in l. fin. C. de verborū signif. Imol. in l. prima, col. pen. ff. sol. matrim. & mouentur ea ratione, quia de iure communi nemo cogitur compromittere, vt dixi supra in prin. & est tex. ubi Ang. in §. quia uero Auth. ut liti g. iur. l. 3. §. tamen si, l. diem proferri, §. stari, ff. de arbit.
89 Prima tamen opinio Bald. in d. l. qui se patris, † est uerior, & probabilior, quam sequitur Rom. & hanc magis cōmuniter acceptam per scribentes testatur, Blanc. in dicto tract. de compromiss. quæst. prima, num. 3. ubi adducit fundamenta pro hac communi, & quod hoc statutum dicatur fauorabile, tenet etiā Tiraq. in repet. d. l. boues, §. hoc sermone, limitatione 3. num. 12. ubi testatur de communi.
90 Intellige tamen procedere, ut huiusmodi † statutum dicatur fauorabile, ex quo disponit solum inter certas personas fieri compromissum, secus autem, si statutum simpliciter disponeret omnes personas cogi ad compromittendum, nam tunc diceretur odiosum, & esset contra ius commune, & tamquam correctorium esset restringendum, Castr. cons. 67. incip. super eo, Alex. in l. pen. ff. ff. sol. matr. cum pluribus alijs, de quibus per Blanc. ubi supra, quæst. prima, nu. 4. uers. limita hanc conclusionem.
91 An autem stante isto statuto, † teneatur tutor in causa pupilli compromittere pro pupillo, Ias. in l. si plures, quam legit, cum l. maiorem, §. hodie, & l. sicut hæredem, ff. de pactis, Alex. cons. 62. nu. 17. uol. 7. Dec. cons. 39. num. 4. tenent, quod †
92 huiusmodi statutum comprehendat etiam personam minoris, sequitur Menoch. cons. 100. nu. 133. uol. primo, ex Bart. & Bald. ac cæteris DD. in l. fin C. in quibus caus. restitutio in integrum non est necess. ea ratione, quia statutum simpliciter loquens, comprehendit etiam personam minoris, l. si fine, §. lucius, ff. de administ. tut. ut inf.
93 dicetur, & scias, quod in † compromisso necessario nedum tutor tenetur facere pro pupillo, sed etiam minor, ut de communi per Rol. à Vall. cōs. 57. nu. 31. col. 2. Blanc. de compromiss. quæst. 3. num. 40. quos refert Peregr. de fideicommiss. art.
94 40. num. 122. † sed etiam hæres grauatus, de rebus fideicommissarijs, ac emptor conuentus su-
95 per re sibi uendita, Peregr. dicto num. 22. ubi tamen dat † cautelam, ut antè compromissum emptor conueniat uenditorem, & hæredē fideicommissarium, ad effectum, ut uideant in quos compromittatur, quam cautelam tradit, Bald. in l. prima, C. de peric. & comm. rei uendit. quam sequitur, Felin. in cap. penult. ante num. 16. de re iud.
96 & quid † in successore singulari unius ex propinquis, uel affinibus, an possit cogere coniunctum sui auctoris ad compromittendum iuxtà hoc statutum, Angel. Aret. instit. de except. in principio, col. 13. num. 16. in principio, tenet, quod non, ex Bald. in l. si post diuortium, ff. sol. matrimonio, &
97 ibidem Aret. & quid in † emptore, & cessionario coniuncti, an possit petere compromissum, uigore huius statuti, si sibi mouetur quæstio per coniunctum uenditoris, & cedentis, & tenet, quod non, nisi uenditor, uel cedens compareat, & petat fieri compromissum ex eorum persona, nam tunc bene possent petere compromissum fieri, uigore statuti, ex magis communi DD. opinione, de qua per Blanc. in tract. de compromiss. quæst. 3. nu. 49. ubi post relatos tenentes contrariū, fatetur hanc opinionem equiorem probabiliorem, & magis communem, quæ opinio fuit originaliter, Bartoli in quæst. 2. incipiente, Pisanæ Ciuitatis, & cons. 30. uolum. 2. Camil. Borel. pluribus comprobans de compromiss. §. 2. gl. 3. num. 303. cum seqq. pluribus.
98 An autem hoc † statutum comprehendat articulum in causa emergentem, uel incidentem, ut

ut

vt super eo debeat fieri compromissum; dic, quod sic, ex Ias. in l. quoties, C. de iudic. Dec. cons. 41. & Carp. alios citans d. cap. 115. num. 11. Afflict. decis. 170. Raphael. Cum cons. 50. stante colum. prima, & consil. 59. Plot. in repet. l. si quando, num. 161. cum tribus seqq. C. vnde vi.
99 † Et an statutum vires sortiatur, si opponatur
100 de simulatione contractus, & nota, quod in † omnibus exceptionibus impedientibus litis ingressum, in ijsdem impeditur petitio compromissi, de quibus laté per Blanc. de compromiss. quæst. 4. in tit. de exceptionibus impedientibus litis ingressu,
101 vbi enumerat, quæ † dicantur exceptiones impedientes litis ingressum.
102 † An autem habeat locum inter sponsum, & sponsam; dic, quod sic, Ias. in l. quod seruius, col. 2. ff. de condic. indeb. idem inter virum, & vxorē, Borel. de compromiss. §. primo, glo. 3. num. 71. & seqq.
103 Quomodo autem compromissum † dicatur esse necessarium, vel voluntarium, notat Barbat. cons. 42. vol. primo, in princ. Dec. cons. 22. vbi ponit
104 etiam, an procedat statutum in curatore hæreditatis iacentis, & per sex fundamenta concludit, quod sic.
105 An autem † filius fam. sine consensu patris valeat compromittere, Bald. in l. fin. §. necessitate, C. de bonis quæ liberis, & Carp. dicto cap. 115. nu. 70. cum seq. tenent, quod sic; Tu autem dicas, cū Blanco in tract. de compromiss. quæst. 3. num. 43.
106 † quod in compromisso fiendo per filium fam. debet interuenire consensus patris, cum versemur in casibus, in quib. filius non potest stare in iudicio sine consensu patris, dicto §. necessitate; qui autem sint illi casus, in quibus possit stare in iudicio, sine consensu patris, & in quibus non, Blanc. loco mox citato non refert; tu autem dicas, quod †
107 regulariter filius non potest stare in iudicio sine consensu patris, l. fin. §. necessitate, C. de bon. quæ lib. vbi scriben. & in cap. fin. de iudic. in 6. Borell. de compromiss. §. primo. glo. 3. nu. 145. & seqq.
108 Amplia etiā procedere † in causis exequtiuis, & summarijs, Bald. in l. nec quicquam, §. de plano, versic. sed nunquid ibi potest, ff. de off. Pro-
109 cons. & leg. & ratio esse potest, † quia in omni causa etiam summaria personæ legitimatio fieri debet, l. 2. vbi Bart. C. de edic. D. Adriani toll.
110 Alex. cons. 5. num. 2. & seq. lib. 2. † Hæc regula limitatur pluribus modis, & in specie tres, & decem limitationes ad hanc regulam, tradit Socin. in trac. fal. reg. 195. in verbo filius familias, quas
111 non refero. † Limita non procedere in causis, in quibus non vertitur interesse, nec præiuditium partis. Bart. in d. §. necessitate Excellentissimus D. Collega meus D. Massinius in repetitione. l. 1. nu. 215. C. qui admitti, vbi limitat etiam alio mo-
112 do non procedere, vt quando † filius esset in iudicio se defendendo, post Sapiam ibidem nu. 62. de communi testantem, & apud eundem Massin. ibidem colligere est plures alias limitationes, dum
113 quærit nunquid † filius possit bonorum possessionem agnoscere, alio contradicente, sine patris consensu, limitat etiam vltra Socin. non proce-
114 dere, † quando pater commoratur extra territorium, nam tunc stante dicta absentia, potest esse in iudicio absq; patris licentia, Bald. §. necessitate, & in Auth. quod locum, col. prima, C. de collat. Alex. in l. cū filius, ff. si cert. pet. Guid. Pap. sing. 896. Marsil. in l. 1. §. præterea, nu. 95. ff. de quæst. nam tunc pater absens præsumitur in dubio contentus filio agenti, Bart. in l. prima. in fine penult. quæstionis, C. de decur. lib. 10. & in l. si cum dotem, §. si pater. ff. soluto matrim.
115 † Limita vltimo, non procedere conclusionem in omnibus casibus, in quibus patri non quæritur vsusfructus, nam filius in his potest stare in iudicio sine consensu patris, vt per Vrsil. in addit. ad
116 Afflict. decis. 180. num. 4. † Hinc dicimus, quod filia potest stare in iudicio, sine consensu patris, petendo dotem aduentitiam, quæ ab auo, vel à matre processit, sibi restitui; cū de dicta dote patri non quæratur vsusfructus, Ias. in auth. quod locum, num. 2. C. de collat. glo. in l. 2. §. quod si in patris, vbi Auus maternus Rip. nu. 11. ff. sol. matrim. Bart. in l. post dotem, num. 25. versic. tertio quæro, vbi Ias. num. 9. ff. sol. matrim. vt autem sciamus, quæ sunt ea, in quibus patri non
117 quæritur vsusfructus, est præmittendum, † quod filij in potestate non dicuntur habere patrimoniū,
118 l. fin. C. de inoff. test. † sed solum peculium, & hoc peculium propriè, & strictè dicitur pecunia quàm habet existens in potestate alterius, vt filius
119 fam. vel seruus, † & hoc peculium quadruplex est, castrense, quasi castrense, aduentitium, &
120 profectitiū, † castrense peculium dicitur, quod
121 filius fam. acquirit in castris, vel in bello, † Quasi castrense dicitur, quod acquirit filius in aduocatione, & omne etiam emolumentum, quod acquirit filius ex officio publico, l. fin. C. de inoff.
122 testamento, Alex. cons. 48. nu. 4 lib. primo, † Aduentitium est: quod aduenit filio aliunde, quàm ex re patris, puta ex donatione, vel succes-
123 sione, vel industria sua, † profectitium, dicitur, quod filio obuenit ex bonis patris; ita hos terminos tradit, & declarat Abbas in rub. de peculio cleric. & laté etiam declarat Nauar. in suo manual. confessariorum, cap. 17. in tit. de peccatis parentum, circa bona filiorum, nu. 142. cum seq.
124 in his † duobus primis peculijs, scilicet castrensi seu quasi castrensi peculio, patri nihil quæritur, nec quoad proprietatem, nec quoad vsumfructū.
125 † In aduentitio proprietas acquiritur filio vsus-
126 fructus patri. † In Profectitio quidquid acquirit filius acquirit patri, tàm quoad proprietatem quam quoad vsumfructum, ita Abb. & Nauar. loco mox citato, tex. in §. primo, instit. per quas personas nobis acquiritur, quibus addo Excellen-
127 tissimum, † ac Doctissimum D. Philippum Massinium Collegam meum honorandum, quem honoris causa nomino in suis doctissimis, ac acutissimis comentarijs ad leg. primam, nu. 28. C. qui admitti, vbi more solito, hos terminos, adeo eleganter, & ingeniose declarat, vt videatur se equalem illis præstantissimis DD. senioribus præstare,
128 quo loci vult † filium in castrensibus, & quasi in quibus patri non acquiritur vsusfructus, posse stare in iudicio sine consensu patris, post Paris. cons. 157. num. 3. lib. 4. vbi de communi, quod etiam voluit Vant. in tract. de nullitate in tit. de nullitate, ex defectu inhabilitatis, seu mandati. num. 39. cum seq.

Vt igitur redeamus, vnde paulò ante digressi
129 sumus pro declaratione terminorum; quæro † nunquid consensus à patre præstitus filio agenti, in causa principali, duret in causa appellationis, adeo vt amplius in ea non requiratur consensus; & dic. quod sic, glo. singul. in l. 3. §. sed verum,

in verbo, inuito patre, ff. de minoribus, Alexand.
130 conſ. 59. num. primo, & ſeq. lib. 2. † ita ſimiliter conſenſus à patre præſtitus filio in prima cauſa conuentionis, amplius non requiritur in reconuentione filij, ità Bald. in dicto §. neceſſitate: col. penult. verſic. quæro demum quid in cauſa reconuentionis.

131 † Aduerte tamen, quod ſufficit conſenſus patris generaliter præſtitus pro omnibus cauſis, tàm præſentibus, quàm futuris, Alex. dicto conſ. 59. num. 3. lib. 2.

132 † Quæro nunquid iudiciũ cum filio fam. abſq; patris conſenſu agitatum, ſit nullum; dic, aut loquimur in his, in quibus patris conſenſus non requiritur, prout ſupra diximus, ſcilicet in his, in quibus patri non quæritur vſusfructus, & tunc iudicium validum.

133 Aut loquimur in his, in quibus neceſſarius eſt conſenſus patris, & † tunc, aut iudicium eſt factũ in fauorem ipſius filij, & tunc validum eſt, ſi filius familias eſt maior 25. annis, ita Alex. dicto conſ. 59. num. 3. aut filius erat minor, & tunc iudiciũ eſt nullum ipſo iure, ita Vant. tract. de nullit. tit. de nullitate ex defectu inhabilitatis, ſeu mandati comparentium, nu. 39. cum duobus ſeqq. vbi nu. 43. vult dictum Alex. in d. conſ. 59. num. 3. dum vult, quod ſi filius familias eſt minor, iudicium in eius fauorem factum valet, nam ſecundum eum non tranſit ſine ſcrupulo, de quo vide ibi per eum.
134 & aduerte, vt ſemper facias interuenire conſenſum patris ante litem conteſtatam, vel ſaltem, eo tempore, quo lis conteſtatur, alias, ſi ex poſt præſtaretur iudicium retrò factũ nullum non reconualidaretur, vt per eundem Vant. loco mox citato, num. 44. cum ſeq.

135 † Sed quæro, quid ſi pater noluerit conſentire, vt filius poſſit ſtare in iudicio, quid agendum; dic quod poterit cogi per Iudicem, etiam captis pignoribus, ſi fuerit præſens, ſi uero abſens, & interpellatus recuſauerit, tunc amplius eius conſenſus
136 in pœnam non requiritur, cautela tamen † eſt, quod per Iudicem huiuſmodi conſenſus ſuppleatur, quod fieri poteſt, l. qui bonorum, C. qui admitti; & debet interloqui Iudex filium legitimam perſonam ſtandi in iudicio habere, Vant. in dicto tractatu de nullit. in tit. qualiter ſententia, & proceſſus, qui dicuntur nulli defendi, ſeu reparari poſſint, num. 87. poſt DD. in d. §. neceſſitate, vbi ampliat idem procedere, quando ſuperior, vel religioſus negat præſtare conſenſum.

136 † Ligantur autem hoc ſtatuto, non ſolum maiores, ſed etiam minores, Alex. conſil. fin. lib. 6. Blanc. de compromiſſ. quæſt. 3. num. 37.

137 Nunquid † autem Procurator ad cauſas poſſit vigore ſtatuti facere, ſeu petere compromiſſum, licet non habeat ſpeciale mandatum, tradit Marant. in dicto tit. de compromiſſis, num. 8. & vide Blanc. de compromiſſ. quæſt. 3. num. 56. in verb. procurator, vbi poſt relatam hinc inde opinionẽ, tandem videtur ſentire cum Dec. in l. tranſactionis, C. de tranſact. volente, non poſſe procuratorem vigore ſtatuti compelli ad compromittendũ, quidquid in contrarium voluerit, Iaſ. ibidem, cuius fundamentis ſatisfacit ipſe Dec. & refert Blancus mox allegatus; poteſt tamen ſecundum eundem Blanc. procurator côueniri ad hunc actũ, quod pronuncietur cauſam compromittendam, & ita declarari, qua ſic facta declaratione, non poterit procurator venire ad electionem arbitrorũ, niſi habeat ſpeciale mandatum, & ita teneas; ego autem dicerem in compromiſſo voluntario, procuratorem non poſſe compromittere, ſecus in neceſſario, vt tenuit etiam Borel. de compromiſſ. §. 2. gl. 3. num. 25. dicens etiam procuratorem cũ libera poſſe compromittere.
138 † Scias tamen, quod in cõpromiſſo non veniunt deciſa, vt diſponunt Nouæ Mediolani Conſt. in
139 tit. de arb. circa finem, ſi tamen partes vellent, etiam ſuper deciſis facere cõpromiſſum poſſent, Plot. in l. ſi quando. num. 812. C. vnde vi.

140 † An autem ſtante hoc ſtatuto hæres poſſit cõpromittere de rebus ſubiectis fideicommiſſo, vide Peregr. de fideic. artic. 4. nu. 122. vbi poſt. Blanc. Marant. & plures alios per eum allegatos, concludit, quod ſic, dat tamen cautelam, vt hæres admoneat fideicommiſſarium, vt videat in quem compromittitur, prout aduertit Bald. in l. prima C. de peric. & com. rei vend. quem refert, & ſequitur Felin. in cap. pen. ante num. 16. extra de re iud.

141 Varias autem alias ampliationes, † & declarationes ad hoc, ſeu ſimile ſtatutum, colligere licet ex Blanc. & Camil. Borel. in ſuo copioſiſſimo tract. de compromiſſis, & ex Orian. in tract. de arbitr. & ex Carp. ad ſtatut. Mediol. cap. 115. cũ ſeq. & Marant. in d. tract. de compromiſſis, quibus me remitto. Rimin. iun. conſ. 202. limitans non procedere in fratre, qui non tenetur facere compromiſſum cum vxore quon. fratris ſui.

His igitur loco præludiorum præmiſſis venio ad declarationem verborum huius noſtri ſtatuti.
142 In verbo, aliqua cauſa, lis, quæſtio, vel controuerſia] quid † importent hæc verba ſupraſcr. videas per Blanc. in d. tract. de compromiſſ. q. 1. nu. 8. & dictum eſt ſupra ad ſtatutum primum ci-
143 uile, ſed iuxta hoc quæro quid † ſi quis promiſerit non mouere controuerſiam, vel moleſtiam, quid importaut, nam huiuſmodi verba, moleſtia, & controuerſia, ſunt æquipolentia, & idem ſignificant, Imol. & Comenſis in l. lucius, §. tres hæredes, ff. ad trebel. Alex. conſ. 52. nu. 2. lib. primo. Rip. in l. prima, nu. 2. ff. de re iud.
144 Et dic, quod huiuſmodi promiſſio importat, vt intelligatur, non ſolum de moleſtia, & controuerſia facti, ſed etiam Iuris, Bart. in l. amplius non peti, num. 4. ff. rem rat. hab. glo. & DD. in l. lucius, §. tres hæredes, præcipuè Bart. ff. ad trebel. Alex. conſ. 52. nu. 2. vbi Appoſt. ad eum, lib. 2. & conſ. 11. nu. 5. lib. primo, & in l. clam poſſidere, num. 6. ff. de acquir. poſſ. Dec. conſil. 113. nu. 1. Afflic. deciſ. 329. num. 4. Practic. Pap. in forma libelli, quo agitur ad pœnam in compromiſſo, in glo. occaſione, num. 2. Blanc. de compromiſſ. d. quæſt. prima, nu. 8. Iaſ. in l. cum poſteaquam, nu. 2. C. de pact. Rip. in l. prima, nu. 2. ff. de re iudic.

Quid autem, ſi teſtator prohibuerit inferri vxori vſufructuariæ, ſeu legatariæ moleſtiam, ſeu controuerſiam, de qua moleſtia intelexerit, vide Menoch. diſtinguentẽ quatuor caſus, in ſuo tract. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 98. per totum, vbi num. 11. cum tribus ſeqq. declarat, quando quis dicatur afferre moleſtiam iuris, & quando facti, Surd. deciſ. 194. Caroc. deciſ. 36. & 45.

145 † Sed dubium eſt, † nunquid ſtatutum noſtrum intelligatur de controuerſia, & lite ciuili, tantum, an vero etiam criminali; & dic, quod intelligitur de ciuili tantum, cum criminalis, vt ſupra dixi in hoc eodem ſtatuto, non compromittatur, Bart. in

l. nõ distinguemus. §. Iulianus, ff. de recept. arbit.
146 Alex. conf. 82. nu. 7. lib. primo, qui idem † dicit in causa mixta, Afflict. decis. 84. num. 2. & 3. Lafranc. de Orian. in tract. de arbitr. part. 7. nu. 88. Camil Borel. de compromiss. §. 2. gl pri.
147 num. 63. & seqq. & de † quibus controuersijs statutum nostrum veniat intelligendum, vide latè Carpan. ad dictum statutum 115. num. 34. & pluribus sequentibus, Blanc. in d. tract. de compromissis, quæst. 3. per totam, Borel. dicto §. 2. glos. 1.

In verbo, inter ascendentẽ, vel descendentem] qui dicantur hi, videas per DD. in §. ergo non omnes, Inst. de nupt. & inst. de gradibus cognat.
148 in princip. & dic, quod ascendentes dicuntur pater, auus paternus, abauus, attauus, tritauus, & alij maiores. Descendentes verò filius nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, vt latè enumerantur in dicto tit. de gradibus cognat. in instit. §. primo, gradum, cum § seqq. Menoch. conf. 101. nu. 40. & 333. num. 11. mater etiam ascendentis nomine continetur, Surd. conf. 402. num. 11. lib. 3.
149 In verbo inter agnatos, & cognatos] nota, † quod istud statutum de compromissis fiendis inter agnatos, extenditur etiam ad agnatos impropriè, cum sit fauorabile, Bald. in l. qui se patris, C. vnde lib. Rip. auus maternus in l. ex facto. §. si quis rogatus, il primo, num. 72. ff. ad trebel. vbi reprobat Castr. conf. 183. in causa quæ vertitur, qui visus est tenere contrarium, Ias. in l. quod seruius, colum. 3. ff. de cond. indeb. vbi loquitur in emancipatis, de quo uide Dec. conf. 13. num. 73. Carpan. ad statuta Mediol. d. cap. 115. num. 80. & seq.
150 † Agnati autem dicuntur omnes personæ cuiuscunq; gradus per uirilem sexum cõiunctæ, descendentes, ascendentes, & transuersales, masculi,
151 & fœminæ, per masculos tamen coniunctæ, & ideò, filia quò ad patrem, soror consanguinea, soror patruelis, & amita ius agnationis habent, cum per masculos coniungantur, l. lege, C. de legit. hæred. §. cæterum, ubi DD. inst. de legit. agnat. success. Peregr. de fideicom. artic. 22. num. 25. agnatioq; duplex est generalis, & specialis, ut declarat Menoch. conf. 100. nu. 227.
152 † Cognati autem dicuntur, qui per fœminas coniunguntur, l. prima. ff. unde cognati, & Inst. de legit. agnat. tutel. in princip. ita Peregr. de fideic. artic. 22. num. 25. & uide Carp. dict. cap. 116. num. 86. cum seq.
153 Sed dubium est, † quid si per alteram partium negetur agnatio, seu affinitas, an nihilominus sit faciendum compromissum, & dic minime, fieri, nisi probetur agnatio, cognatio, uel affinitas, nec tali casu dubium hoc emergens compromitti debet, Alex. conf. 60. num. 17. lib. 2. Dec. consil. 302. ad finem, Capic. decis. 7. in princ. DD. in l. pen. C. de pact. Blanc. de compromiss. quæst. 3. num. 6.

In uerbo, infra quartum gradum computandum de iure canonico inclusiuè,] & iste gradus qualiter computetur, tradit Alex. conf. 82. uol. primo, & Gabriel in l. iurisconsultus per totum, ff. de gradibus, Dec. in l. si auiæ, num. 2. & 5. C. de success. edic. & latè etiam per Camil. Borel. de
154 compromiss. §. 2. glos. 5. per totum, † nota tamen, quod gradus aliter denumeratur de iure ca-
155 nonico, aliter de iure ciuili, nã de iure ciu. frater, & soror sũt in 2. gradu, de iure autẽ canon. in primo non enim ius canonicum considerauit dinumerationem graduum in linea transuersali, habito respectu ad stipitem, & eundem communem parentem, prout fit de iure ciuili, quo unaquæque persona adiecta gradum constituit, §. hactenus. inst. de grad. cognat. sed solum considerauit Ius Canonicum. quo duo fratres, duæ sorores tribuunt initium lineæ transuersalis, & ideò illos in primo gradu constituit, ita declarat Port. in declaratione arboris ciuilis, inst. de grad. cognat. ubi adno-
156 tat hanc differẽtiam, quòd ad dinumerationem graduũ, quò ad ius ciuile, & canonicum datur solum quò ad lineam transuersalem; secus autem quò ad lineam ascendentium, & descendentium, in quibus nulla est differentia inter ius ciuile, & canonicum, ut præcitati concludunt.
157 Ex hac autẽ differentia infertur, quod, quò † ad materiam matrimonialem, gradus dinumerantur secundum ius canonicum, cum in materia matrimonij, standum sit iuri canonico, non autem iuri ciuili, cap. fin. de secund. nup. Alex. conf. 97. nu. 2. lib. primo, Auus maternus Rip. in rubr. nu. 25.
158 ff. sol. matrim. & ideò † matrimonium de iure canonico dicitur impediri vsq; ad quartum gradũ inclusiuè, dinumerandò gradus, secundum ius canonicum, cap. non debet, vbi DD. de consanguin. & affin. Bald Castr. Dec. & alij in d. l. si auię, C. de success. edic.
159 Quoties verò † agitur de hæreditatibus, & tutelis dinumerantur gradus, secundum Ius ciuile, non autem canonicum, ita Port. & alij locis supra relatis.
160 In verbo, affinitate præsenti, vel præterita] qui dicantur, † affines, & qui veniant appellatione affinium, & an cõpræhendantur maritus, & vxor, & affines per fornicationẽ, nõ declaro, sed videas per Carpan. ad d. cap. 115. num. 111. cum seqq. pluribus, vbi post DD. in §. affinitatis hoc declarat Camil. Borel. in sæpe citat. tract. de compromiss. § primo, glo. 4. num. 21. & seq. & §. primo, glos. 5. num. 11. & seq.
161 Et nota, quod si statutum nostrum non posuisset illud verbum præterita, quod non haberet locum finita affinitate, Aret. in §. socrum, num. 1. vbi Bart. num. 24. inst. de nupt. Alex. conf. 207. per totum lib. 6. Blanc. latè articulum excutiens, in tract. de compromissis 3. quæst. princip. nu. 23. cum seq. sic etiam firmat Carpan. d. cap. 115. nu. 109. & seq.
162 In verbo, vel inter vicinos] nota, quod licet † statutum non exprimeret de vicinis eiusdem Parochiæ, adhuc tamen intelligeretur de vicinis habitatione, non autem de his, qui habent fundos proximos, Bart. in l. si tertius vicinus, in fine nu. 6. ff. de aqua plu. arcend.
163 Quot † autem modis in iure accipiatur vicinus, vide Bart. in d. l. si tertius, ff. de aqu. pluu. arcen. Abb. & Felin. in cap. quosdam de præsump. Menoch. de arb. iud. cas. 222. vbi latissimè docet, qui dicantur vicini ratione domus, ratione actus, personæ. & locorum.
164 An autem dicatur † meus vicinus, qui habitat propè in domo conducta, vide Bart. distinguentẽ
165 in l. si tertius vicinus, nu. 3. vbi nu. 4. docet, an † dicatur meus vicinus, qui habet domum mecum contiguam, introitus tamen eius distat à meo introitu per longum spatium, & etiam nu. 5. & 6.
166 ponit, quis dicatur † proximior vicinus, quod nota

nota, pro intelligentia statutorum facientium mentionem de vicinis.

167 † An autem vicinus præsumatur scire facta vicini, vide tex. quod sic in cap. quanto & c. quosdam de præsumpt. vbi Abb. Alex. cons. 36. nu. 3. lib. primo, hanc regulam latè cum ampliationibus, & limitationibus declarat Gabr. in suis communibus in tit. de præsumpt. concl. 6. latè Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 51. nu. 43. cum seq. & latissimè lib. 6. præsumpt. 24. per tot.

168 An autem † amicus comprehendatur sub hoc statuto, vide Blanc. in tract. de cōpromiss. quæst. 3. num. 48. Carpan. d. cap. 115. num. 114. latissimè Camil. Borell. recitat. tract. de compromiss. §. primo, glos. 3. num. 79. cum pluribus seqq. ubi plenissimè amicitiæ effectus, & exempla recenset.

169 In uerbo, fuerit requisitum per partes] nota, quod licet † statutum non exprimeret compromissum fieri debere parte petente, nihilominus adhuc requireretur petitio partis, ratio ea est, quia

170 omnia statuta, & leges, quæ uerbis necessitatiuis cogunt Iudices ad aliquid faciendum, debent intelligi, si petatur à parte, alias secus, tex. in l. 4. §. hoc autem iudiciū, ff. de damn. infec. Alex. cons. 82. num. 4. ubi appost. ad eum, lib. primo, in terminis Ias. in l. admonendi, ff. de iur. iur. Rip. auus maternus, in l. de pupillo, §. meminisse, num. 18. ff. de nou. oper. nunt. Ias. in l. vniuersa, num. 4. C.

171 de precibus Imp. offer. ratio rationis est, † quia Iudex non tenetur impartiri officium suum ad vtilitatem priuatam, nisi parte petente, Rip. auus maternus post Bart. in l. 4. §. hoc autem iudiciū, num. primo, vbi ad plura infert, ff. de damno infecto.

172 Hæc autem † requisitio debet fieri in scriptis, & parte citata, vel præsente, Alex. dicto cons. 82. num. 4. & cons. 42. num. 4. vol. primo, Ias. in l. eleganter, num. 5. ff. de cond. indeb. Blanc. latè de compromissis, quæst. 5. princ. num. primo.

173 Scias autem, quod facta huiusmodi requisitione, ligatæ sunt Iudicis manus in procedendo, Bar. in l. prima, §. si plures, num. 10. versic. 4. ff. de exerc. act. Ploc. in repet. l. si quando, nu. 112. C. vnde vi.

174 In verbo, dummodo fuerit requisitum infra decem dies] an isti † decem dies currant ignoranti, tradit Alex. in l. fin. C. de dolo, & in l. quandiù, C. qui admitti, vbi tenet tempus à statuto, vel à lege præfixum non currere ignoranti, & reprobat Castrensem tenentem contrarium, Tiraquel. plurib. more suo comprobans, & exornans in tract. de retract. lignag. §. 35. gl. 4. num. primo, & seqq. plurib. Soc. iun. cons. 71. colum. penult. & seq. lib. primo.

175 Notandū que est, quod † nisi fuisset limitatum tempus petendi, cōpromissum per hoc statutum, de iure communi, peti non posset post publicatum processum, secundum Bald. in l. prima, ff. de transact. Cast. in proem. C. col. prima. & in l. fin. per illum textū. C. de compensat. Ias. in l. eleganter, in princip. nu. 3. ff. de cond. indeb. & in l. 1. nu. 13. versic. idem tenet Paul. ff. de transact. †

176 imò post litem contest. non licet petere compromissum, Afflict. decis. 185. per totam.

176 In verbo, à die litis incoatæ] † intellige incoatæ litis in causa principali, non autem in causa appellationis, Alex. cons. 72. col. 4. vol. 3. Ias. in l. si causa cognita, C. de transact. & alia circa hæc verba, tradit Carpan. ad d. cap. 115. nu. 117. & seq.

177 In verbo, cogere eosdem realiter] quid † si semel coegit, an teneatur amplius cogere; dic, quod potest ex notatis per Bald. & Alex. in l. qui per fa-

178 lutem, ff. de iur. iur. & ibi habetur quod si † primum compromissum habuit effectum, in dubio censetur secundum compromissum factum, tamquam inter cōpulsos, Lafranc. de Orian. in tract. de arbit. in vlt. parte, quæst. 56. & ad ipsam coactionem, vide Castr. cons. 339. in secundo dubio.

180 Et dum dicit eosdem, comprehendit † etiam minores, qui cogi possunt, vt supra dixi, Alex. in l. fin. C. de in integr. rest. pet. Orian. de arbitr. in 2. parte, quæst. 48. vbi plura, & alia per Carpan. d. cap. 115. num. 140. & seq.

181 In verbo, in amicum, seu amicos] ratio † huius dicti forte sumi potest ex his, quæ habentur in l. 2. & l. congruentius, C. de pat. pot. congruentius enim, ait tex. quidem videtur intra domum inter se, ac filios suos, si quæ controuersiæ oriuntur, terminare, & per Dec. in l. vt vim, num. 21. vbi Bologn. num. 51. ff. de iust. & iure.

182 Quid † si nullos amicos habet confidentes, vel statutum requirat consanguineos, & nulli adsint, dic quod non habet locum statutum, Crau. cons. 203. num. 14. & si pars aliqua fuerit renitens ad faciendum compromissum, quid faciendum, videatur in Nouis Mediolani Const. tit. de arbitr. §. si autem.

183 In verbo, de iure, de facto, & de amicabili compositione] † circa intellectum horum verborum, vide Cepol. caut. 160. cum alijs allegatis per Carpan. d. cap. 115. num. 162. & seq. Corn. cons. 14. vol. 2. Camil. Borel. de compromiss. §. 2. gl. 5. & 6. vbi de pluribus alijs clausulis in compromissis apponi solitis disserit.

184 In verbo, & acceptare ipsa compromissa] accedat Inoc. & Imol. in cap. superstitionis de officio delegato, Felin. in cap. pastoralis, num. 7. eod. tit.

185 In verbo, & quod ipsi arbitri] an autem isti arbitri, seu arbitratores possint cogere partem ad quietationem generalem, Bart. in l. cum Aquiliana, num. 4. quem sequitur Ias. ff. de transact. tenet, quod non, & alia vide per Carpan. d. c. 115. nu. 192. cum seqq. plurib.

In verb. à die acceptationis factæ] vide Orian. in tract. de arbitr. in prima parte, col. 3. & seq. Bald. cons. 498. in 2. dubio, vol. 2. vnde ex hoc

186 notandum est, quod etiam † cōpromissa habent instantiam, cum sententia lata extra tempora à partibus præfixa, vel à iure, sint ipso iure nulla, l. prima, C. de arbitr. gl. in l. properandū, in princ. in verbo, triennij, versic. quid de compromisso, vbi Ias. C. de iudic. l. si cum dies, §. si intra, ff. de recep. arbitr.

187 Et licet data sit † facultas in compromisso prorogandi toties, quoties voluerit, ne res tendat in infinitum, non poterit arbiter vltra duas vices, aut tres ad summum prorogare, Bald. in cap. tua nos ad finem de appell. cum concordantibus per Ias. allegatis in l. fin. nu. 17. & 18. C. de sacr. san. Eccl. Alex. cons. 70. vol. 2.

188. Item scias, quod si factum † fuerit compromissum in aliquem duraturum per mensem, cum potestate prorogandi semel, bis, ter, quater, & pluries, partibus pñtib., & absentib., citatis, vel nō, an prorogatio termini valeat parte non citata: & dic prorogationem valere, non tamen arctare litigantes, nisi notificetur, vel in actis laudi, saltem

tempore

tempore redigatur, Alex. conf.34. num. 5. vbi appost. ad eum lib. primo, & cons. 63. circa finem. lib. 3. Iaf. in l. nec quicquam, §. vbi decretum. num. 56. versic. iuxta prædicta, ff. de officio Procons. & leg. Bald. in l. eos, §. apostolos, nu. 5. C. de appellat. Menoch. de arbitr. iud. q.64. nu.4.

189 Scias tamen, quod compromissum ante acceptationem, nihil operatur, glo. in l. si cum dies, in glo. prima, vbi Bald. ff. de recept. arbitr. Alex. cons. 34. num. 4. lib. primò, latissimè Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de arbitr. conclus. 2. per totam.

190 Hinc infertur, quod tempus in compromisso præfixū non currit, nisi à die acceptationis, Gabr. supra citatus, & non dicitur acceptatum, nisi fuerit notificatum partibus, Alex. dicto cons. 34. num. 5. vbi Appost. nisi tamen arbitri præsentes fuissent, vel dictum fuisset, quod compromissum durare habeat hinc, & per menses duos &c. quia stante dicta dictione, hinc, incipit compromissum, statim currere absq; acceptatione, Soc. sen. cons. 87. col. prima. lib. 4. Camil. Borel. de compromiss. §. 3. glo. 4. num. 8. & 9.

191 Est etiam notandum, quod quoties † compromissum prorogatur, numquam huiusmodi prorogatio termini, seu instantiæ debet esse maior, quā primus terminus, Perusin. in cap. tua nos de appel. & in cap. de causis, col. 2. versic. secundo limita extra de officio deleg. Marsil. sing. 52. prorogatio. Borell. de compromiss. § 3. gl. 4. num. 30. & si prorogatio post lapsum termini, facta sit, & laudum ferratur non valet, Borell. dicto loco, nu. 29.

192 & † quando potest prorogare parte absente, debet prorogatio intimari, Felin. in cap. olim. col. 8. versic. nota tertio, extra de re iud. vbi autem nullus terminus esset compromisso adiectus, durat in arbitro triennio, in arbitratore durante eius vita, Pract. Pap. in for. libel. compromiss. in uerb. infra duos menses, num. 4. Boer. decis. 283. nu. 8. Asin. in praxi cap. 3. nu. 53. & seqq. plurib.

In uerbo, & ab ipsorum sententijs, arbitrijs, & arbitramentis non possit appellari] de iure communi dubius est articulus, an liceat à sententia arbitri appellare, ut etiam refert Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 116. nu. 17. & seq. ac per totum

193 Duar. reg. 57. dic, quod ex crebriori sententia, non licet appellare à sententia, seu laudo arbitratoris, ita Menoch. de arbit. iud. quæst. 70. per to-

194 tam, & præsertim num. 11. ubi uult † pariter prohibitam appellationem à sententia lata à Iudice habente facultatem sententiandi pro suo arbitrio, declarando tamen, ut ibi per eum, & quod à sententia etiam arbitri non detur appellatio, est tex. in l. 1. & ibi glo. C. de iudic. l. præses, ff. de minoribus, quas auctoritates tenet Odd. de rest. in integr. quæst. 72. nu. 44. vide tamen Blanc. trac. de compromissis, quæst. 10. num. 10. ubi tenent indistinctè, posse appellari à sententia lata per arbitros statutarios.

195 Vbi tamen duobus, † uel lata Iudicis culpa interueniret, non obstante statuto licitum est appellare, Plot. in l. si quando, §. 6. nu. 8. C. vnde ui.

196 Poteritq; † peti restitutio in integrum, Bart. in l. prima, in fine, C. si de moment. possess. fuerit appellatum, additionator ad Bart. in l. prima, C. de

197 arbitr. facit quia prohibita appellatione à statuto vel à lege non intelligitur prohibita restitutio in

198 integrum, cum non eadem de causa detur restitutio, pro qua datur appellatio, ita Odd. de restitut. in integr. quæst. 15. artic. 6. vbi testatur de magis communi, & vide quæst. 68. artic. 2. num. 44. vbi adducit rationē diuersitatis, scilicet, quia appellatio continet querelam iniquitatis sententiæ, restitutio vero in integrum continet errorem proprium, veniæ petitionem, vel aduersarij circūuentionem, vt ibi per eum; hinc dicimus, quod fa-

199 cilius conceditur restitutio, quam detur appellatio, l. vnica vbi DD. C. si de moment. possess. fuerit appellatum, Oddus quæst. 16. artic. primo, num. 3.

200 Sed non leue oritur dubium, an † si primo latū sit laudum, vel arbitramentum, & postea superuenit sententia in causa reuisionis confirmans tale laudum, vel arbitramentum, an inquam hoc casu dici possint duæ sententiæ conformes, à quibus liceat appellare, sed debeat esse locus executioni.

Sunt in hoc articulo digladiantes opiniones;

201 pro parte autem negatiua † causam scilicet esse inappellabilem, tradit Bart. in l. prima, num. 18. ff. de leg. 2. & ibi DD. omnes, qui volunt, quod vbi recurritur ad Iudicem, tamquàm ad bonum virum, numq; ab eius sententia appellatur, & ante Bart. fuit opinio, Innocen. in cap. præsente de rescript. & rationem assignat Didac. Coarru. lib. 2 var. resolut. cap. 12. nu. 3. versic. his itaq;, quia scilicet Iudex reductionis, succedit loco arbitratoris, à quo non appellatur; sic firmat etiam Practi. Papien. in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromisso, in verb. nec reductio num. 9. & crebriorem DD. sententiam firmat appost. ad Alexand. consil. 106. num. 7. in verb. maiori lib. 3. Abb. consil. 38. num. 2 libro primo, Fulgos. consil. 111. faciunt notata per Parisi. consil. 42. num. primo, & sequenti, & consil. 46. num. 8. libr. primo, Simon de Prætis consil. 15. num. 29. & seq. & in terminis, qd' dicantur esse due sententiæ conformes, nihil aliud expectantes, quam executionem firmat, Carpan. d. cap. 116. nume. 149. Lafranc. de Orian. in tracta. de arbitr. part. prima, num. 35. & seq. quod maximè verissimum dijudicandum videtur, vbi partes pacto conuento, ac iuramento vallato promisserunt non appellare, querelare &c. Salycet. in l. 2. Cod. com. & quando iud. Castr. cons. 70. uol. 1. Abb. in cap. examinata, in 3. not. extr. de confir. util. uel inutil. & cons. 92. uol. primo. Crauet. cons. 182. Gozadin. consil. 98. Pract. Papiens. plures considerans rationes, in sup. citato loco, Ias. in §. omnium, nu. 10. & seq. Inst. de actio, Cephal. cons. 3. num. 27. Dec. consil. 205. num. 3. & 4. Natta consil. 514. quod verum dicit, stante etiam nullitate euidenti, ac notoria, Roll. à Vall. cons. 83 num. 16. vol. pri. qui loquitur in terminis statuti remouentis appellationē, Capic. decis. 34. num. 3. Bossius in tit. de Principe, num. 327. Gabr. in suis communibus, in tit. de re iudicata, conclus. prima, num. 7. ex tali sententia oritur actio, istiq; arbitri equiparantur ordinarijs, Parisius, & Practica Papiensis, supra citatis locis, Felin. in cap. fin. de re Iudic. & cum sint duæ sententiæ conformes, sequitur ex Nouis Mediol. Constit. tit. de appell. §. lata sententia, denegatam esse appellationem.

Nec potest dici compromissum esse voluntariū, & sic solum oriri actionem ex sententia Iudicis reductionis laudum confirmantis, nam respondetur

202 stante statuto nostro compromissum dici necessarium, Deci. & alij in capit. cum M. Ferrariensis extra de constit. & consil. 22. colum. j. num. 2. & licet

licet statutum, & Nou. Constitu. Mediol. ponant hanc necessitatem in partium voluntate, vel vnius ex eis, & ideo cum nullo cogente Iudicis Imperio factum sit, voluntarium videatur, ex Bald. in l. nouissimè, ff. quod falso tut. Rip. in d. capit. cum M. Ferrarien. num. 180.

203 Attamen dicitur † compromissum necessarium, idem enim operatur coactio in potentia, quod in actu, Aret. cõs. 24. quatuor sunt dubia, Curt. sen. in l. si quis maior nu. 8. C. de transact. vbi tenet stãte statuto, quod consanguinei teneantur facere cõpromissum si faciant compromissum antequã à Iudice præcipiantur, dicũtur coactè facere, & actus

204 † non dicitur voluntarius si fiat ab eo, qui soleret compelli, Dec. in l. j. num. 22. vbi auus maternus Rip. num. 23. C. de edendo. text. in l. velle nõ creditur, vbi Dec. num. 2. & ibi in appostilis honorandus D. Præceptor meus Rouescalla. ff. de reg. iur. & sic sufficit reperiri factum compromissum, & cum inter compulsos factum videatur, licet voluntarie factũ videatur, dicitur tñ factũ vigore statuti, ac Nouar. Constit. Mediol. vnde tanquàm à duobus conformibus denegatur appellatio.

205 Affirmatiuam verò partem, quod causa † sit appellabilis quando Iudex reuisionis laudum confirmat, nonnulli affirmarunt, & primo sciendum est, quod licet opinio contraria verior esse potest non admittendam appellationem, si tamen Iudex reuisionis appellationi detulerit valeret, & obseruãda esset, Alex. cons. 2. nu. 15. vol. 3. cum adductis per Mar. Anguis. cons. 92. num. 15. versic. nono dato, tanto magis si à dicta admissione non appelletur, vt ibi per eum; fundatur autem hec sentẽtia, quia

206 laudum non venit appellatione sententię, sed dicitur transactio, Bart. in l. societatis, §. arbitrorum, ff. pro socio, Annan. consil. 16. num. 1. Sebast. Medices, in tract. diffinit. diffin. 19. nu. 31. in fine, & qui vult rescindere transactionem, vel illam confirmari facere, tenetur adire Iudicem ordinarium, cuius sententia siue infirmans, siue confirmans transactionem, dicitur prima sententia, à qua licet appellare, ita etiam videtur dicendum respectu sententiæ in causa reuisionis, vt ab ea detur appellatio, ex crebriori omnium sententia, quod scilicet à reductionis Iudice confirmante, vel infirmante laudum, permissa sit appellatio, sic Afflict. in constit. regni rub. 45. de appellat. nu. 13. & 42. lib. 2. Boer. decisio. 284. num. 16. cũ seq. Blanc. in tract. de compromissis, q. 10. princip. num. 19 Didac. Coaru. lib. 2. var. resolut. c. 12. Menoch. in tract. de arbitr. Iud. lib. 1. q. 70. Alex. cons. 106 num. 6. & seq. vol. 3. Socin. cons. 320. nu. 5. lib. 2 Orian. in tracta. de arbitr. in princ versic. reductio num. 32. aitq; Didac. loco mox allegato, veriorem esse hanc affirmatiuã sententiam, nec dubitaret vbiq. locorum secũdum Bald. opinionem consulere, & iudicare, eamq; maiori DD. Calculo receptam testatur, Alex. d. consil. 106. hanc eandem firmat Mandos. in addit. ad Pract. Papiẽ. in forma libelli, quo agitur ad pœnam ex cõpromisso versic. nec reductio de magisq; communi testatur, Carpan. d. cap. 116. num. 157. & istos recensendo, dicit magis communem Menoch. cons. 217. num. 29 & 30. lib. 3. quibus in locis citat auctoritates Boerij decis. 284. Villalob. in lib. commun. opinion. versic. reductio.

Et quamuis laudum, & sentẽtia Iudicis confirmantis dicantur duæ sententiæ, respectu rei deci-

207 sæ, † non tamen dicuntur duę sententiæ ad impediendam appellationem per ea, quæ voluit Cuman. consil. 44. ab arbitrali colum. 2. Perusi. in cap. dilecto quæstio. 52. princip. num. 96. de appellat. Bursat. consil. 176. nume. 63. volum. 2. & hoc tanto magis procedit, si ab ipso laudo dictum fuerit de nullitate principaliter, debito tempore, & termino præfixo ex statuto, Corneus consilio 177. num. 36. volum. 2. & consil. 144. nu. 1. lib. j.

Item nota, quod quidquid sit, recepta videtur illa conclusio quod sententia, † & laudum nullum

208 defectu citationis numquam transit in iudicatum, etiam stante statuto excludente, appellationem, vel nullitatem Barbat. consil. 18 num. 1. volum. 1. vel saltim posset semper talis nullitas notoria proponi in actu executionis, ex Vant. in tract. de nullit. in titul. de nullit. ex deffectu citationis, & Cuman. loco supra citato.

Et si fuit nulla deffectu instantiæ cognitio re-

209 dit ad dellegantem, vt ex integro cognoscat, l. cum non eodic, C. quorum appellat. non recip. & talis nullitas aliquo modo numquàm censetur sublata, Alexand. consil. 66. numer. 4. ad finem volum. quinto, quinimò potest allegari etiam ad impediendam executionem trium sententiarum conformium, & non suffragantur Constit. & statuta, etiam si tollerent omnes nullitates, Aretin. consil. 15. ad finem, Orian. in capit. quoniam contra cap. 10. de interlocut. num. 43. Mandos. ad Practic. Papiens. in forma libelli, quo agitur pro execut. sententiæ num. 5. Calcan. consil. 16. numer. 48. Ruin. consil. 146. num. 13. volum. 1. Menoc. de arbitr. Iud. libr. 2. centur. 1. casu 9. numer. 2. Præposit. in cap. dilecto nu. 90. & seq. de appell.

Et ad id quod dicebatur pro opinione negatiua à sententia reductionis, non posse appellari, vt tra-

210 de re videntur † Nouæ Mediolani Constitut. tit. de appellat. §. lata.

Respondetur Constit. sibi locum vendicare sollummodo, vt non possit appellari à sententia lata in causa appellationis, in quantum prima sententia fuerit confirmata, at sententia Iudicis reductionis, & reuisionis, non dicitur sententia lata in causa appellationis, sed diuersa, quia diuersitas

211 nominum arguit diuersitatem specierum, l. si idem, C. de codicillis, ideo non dicuntur duæ sententiæ conformes laudum, & sententia Iudicis reuisionis, sequitur ideo, vt non censeatur sublata appellatio, sed locus sit regulæ, quod ab omni grauamine datur appellatio, præcipuè, ex quo Nouæ Constitut, & statuta sunt Iuris communis correctoriæ, strictęq; debent intelligi de Iudicibus ordinarijs, seu delegatis, in quantum volunt, qđ lata sententia in causa appellationis si fuerit prima confirmata executioni mandetur, non tamen intelligantur de arbitris, quia de arbitris, & compromissarijs statuta, & Constitut. specialem titulum, & prouisionem fecerunt, & dant certam formam, & modum procedendi, ideo dicitur, quod †

212 generalis dispositio legis, vel statuti non extenditur ad casum, in quo fuerit specialiter prouisũ, faciunt etiam tradita per Siluan. cons. 5. nu. 7. lib. 1 Imol. in l. si quis priorem, ff. ad trebell. Cuman. dict. consil. 44.

Ideo cũ saltim, vt ex supra relatis apparet, articulus sit dubius, habeatq; hinc inde communes o-

213 piniones, & DD. de communi attestantes, † in dubio admittenda est appellatio, Deci. cons. 356. nu. 1. & 2. Castr. & Ias. in l. j. ff. si quis caut. Appost. ad Deci. cons. 28. Felin. in capit. significauerunt, in princ.

in princ. de testibus, & appellationem admittere est fauor, tollere est odium Rimin. Sen. conf. 99. nu. 74. & seq. lib. 1. vnde sequitur, † quod fauo-
314 res ampliandi; odia vero restringi debent, c. odia vbi Dyn. & alij, de reg. iur. in sexto.

Nec releuat distinctio facta de cōpromisso necessario, & voluntario, ex Salyc. in l. fin. num. 4. C. de Iudic. Alex. in l. si quis maior in princip. C. de transact. Rip. in d. cap. cum M. Ferrarien.

315 Quia respondetur, † qđ dubitabilis est hæc opinio, ex Deci. tenente contrarium in d. cap. cum M. Ferrariensis; secundo quia talis opinio non procedit in his, quæ communiter fieri solent sponte, vt est compromittere, vt declarat Felin. in cap. fina. col. fin. vers. & adde de re Iudic. Salic. in d. l. fin. ex qua declaratione infertur, quod licet statutum cogat affines ad compromittendum, quia tamen potest affinis compromittere nullo cogente imperio, si volumus dicere, quod affinis fecerit compromissum coactè, debet hoc probari, & constare, postquàm compromittendi casus cadit in spontè & voluntariè compromittentes, vnde est inspiciendum instrumentum, & si ex illius lectura videatur adhibita illa clausula, spontè & volontariè, dijudicandum est voluntarium; non necessarium, nam cum compromissum sit contractus, dicitur † quod
316 in contractibus magis voluntas, quam verba debent attendi, l. non omnis, ff. si cert. pet. l. obligationum substantia. ff. de actio. & obligat. l. verum, & l. qui iniuria. ff. de furt. Bald. in l. qui ab-
317 sens num. 6. C. eod. Dec. conf. 423. quæ † voluntas ex coniecturis probatur Bart. & alij in l. si quis ex argentarijs. ff. de edendo, & in l. non omnis. §. à
318 barbaris. ff. de re milit. probatur † etiam ex præsumptionibus, quando verba non sunt clara Dec.
319 conf. 424. hinc dici solet † in his, quæ ab animo dependent stari debet dicto asserentis gl. in §. sed istæ. Instit. de act. Ias. conf. 84. num. 2. lib. 1. Parif. consil. 11 num. 5, lib. 4. Tiraquell. de retract. con-
320 sanguin. §. 4. glo. 1. num. 5. † & voluntas probata ex coniecturis, & præsumptionibus habetur pro vera, & firma. l. filius. ff. de condit. & demonstr. l. 1. §. penult. ff. de liber. agnoscen. l. fin. ff. de probat. Menoch. conf. 1. num. 3. volum. 1. Dec. in rubr. de probat. vnde si in instrumento verba dicant spontè, & voluntariè præsumitur voluntarium, etiam si esset inter agnatos, & affines, qui potuissent ad id cogi ex statuti dispositione; & vbi non appareat, & sit dubium, dicendum est pariter esse voluntarium ad effectum admittendi appellationem, nisi tamen præcederet petitio actoris, vel responsio rei petentis fieri compromissum, tunc enim licet in instrumento apponantur illa verba spontè, &c. intelligerem tamen semper iuxta petitionem factam, tamquam actus, sic factus in consequentiā petitiones præambulæ, semperq; natura primordialis actus attenditur non accidentalis, l. si quis nec causam, vbi latè Ias. ff. si cert. pet. & à primordio tituli posterior formatur euentus, l. vnic. C. de impon. lucra. describ. qualisq; est causa productiua, talis est deriuatiua. Bald. consil. 116. libro 1. & stante hoc necessario compromisso, tenerem si per sententiam fuerit laudum confirmatum illud esse executioni mittendum absque vlteriori appellatione, ex supra relatis, & maximè stante statuto sequen. volente lauda executioni mitti debere, & semel tantum licere appellare, &c.

Item pro resolutione præmissorum, videtur attendenda distinctio. Alex. in allegato consil. 106. quod aut iudex reuisionis grauat in modico, & tunc ab eius sententia minimè appellatur, aut grauat enormiter, & tunc datur appellatio, sic Alexand. ibi num. 15. lib. 3. & clarius etiam videtur negotium reddi ex statuti verbis, à quibus non est recedendum, dum sit distinctio de quantitate ad quantitatem, & pro certa quantitate remoueatur nullitas, & appellatio, & reductio, vt ex
321 eo videre licet, scias tamen, quod hæc † dispositio statuti nostri, quod non possit appellari à causa, quæ fuerit à libris ducentum infra, habet locum solum, quoad ipsas partes, non autem quo ad ipsum arbitrum, qui de imperitia tenebitur Menoch. de arbitr. iudic. casu 339. num. 8.

Notandum etiam est, quod licet à sententijs ar-
322 bitrorum prohibeatur appellatio † appellare nihilominus licet à declaratione de compromisso fiendo. Cuman. conf. 17. colu. fin. Soc. conf. 300. colum. penult. Borell. de compromiss. §. 2. gloss. 3. num. 32. & seq.

Et si fuerint duo arbitri, qui sint inter se dis-
323 cordes † remedium tribuitur ex nou. Mediolani Constitu. vt tertius assumatur, & eligatur, qui solus absque primis arbitris procedit, vt in titulo de arbitr. & arbitr. §. si contingat.

324 An autem † de iure communi arbitris, vel arbitratoribus discordātibus iudex possit eligere tertium, seu eos ad electionem tertij compellere, & dic, quod sic in arbitris, secu. in arbitratoribus, Abb. in cap. quintauallis, vbi Appost. ad cum extra de iureiuran. Camil. Borel. de compromiss. §. 4. gloss. 1. num. 1. & glos. 2. nume. 2. & sequenti, an verò de iure communi iste tertius sic electus de-
325 beat cum altero arbitriū concordare, an vero possit solus laudum proferre, vide Anton. Gabr. in suis communibus, in tit. de arbitr. conclus. 1.
326 per totam. † non potest autem dari potestas arbitris eligendi tertium, nisi in indiuiduo, cum nominent. Borel. dicta gl. 2. num. 5. & 6.

Circa alia verba supplicari, annullari, nec querelari, seu de nullitate opponi, non immoror, cum
327 de his latè scripserit Carpa. † in dicto cap. 116. per totum, solum proponitur dubium, coram quo reductio, seu reuisio petenda sit, an scilicet coram eo, qui laudum tulit, an verò coram superiores & cum ex hoc statuto laudum habeat executionem paratam, dicendum est reductionem petendam coram superiore, tamquam pariā actionem, vt latè prosequitur disputando articulum, & resoluendo Surdus consilio 106. per totum libro primo.

328 In verbo, & hoc in causa] hodie cessat † hæc limitatio, quia nouis Constit. Mediolani prohibetur appellatio tit. de arbit. §. à quorum; benè admittitur reuisio, vt ibi Bald. in rubr. C. de appell. qui ponit an exceptio doli competat petenti reuisionem si succumbat.

In verbo obtineant sniam iudicum ordinariorum] accedat pro faciliori intelligentia Bart. in l. quid ergo. §. ex compromisso ff. de his qui not. infam, qui occasione ista ait arbitriū dici sniām.

In verb. q terminus quindecim dierū] hodie sūt 30. dies, vt per Parif. conf. 25. num. 64. volum. 1.
329 An autem † intelligatur à die scientiæ, vel intimationis. Alex. cōf. 34. lib. 1. conf. 13. & 36. lib. 5. & 227. col. fi. lib. 6. Soc. sen. conf. 270. nu2. lib 2. Doctor. in l. cum antea. C. de arbitr. tenent à die intimationis.

In

In verbo, & de sententijs arbitris] licet autem
paponatur verbum istud sententiæ, propriè tamen
230 loquendo † arbitri, vel arbitratoris laudum non
dicitur sententia, l. quid ergo', §. ex compromis-
so, ff. de his qui not. Infam. Abb. in cap. j. de ar-
bitr. Borel. de compromis. §. 2. glo. j. nu. 303.
231 Hinc † infertur ad statutum disponens, quod de
sententia solui debeat gabella, nam non habet lo-
cum in sententia arbitri, Abb. in cap. cũ dilectus,
in 2. not. eod tit. Castr. in consil. 49. in quæstio-
ne, quæ vertitur in 2. dub. vol. j. quod verum est
in sententijs arbitrorum conuentionaliũ, secus in
sententijs arbitrorũ electorum ex necessitate sta-
232 tuti, quæ propriè dicuntur sentẽtiæ, ex quo ta-
les arbitri habent iurisdictionem, Bald. in l. j. C.
de peric. & com. rei vend. Felyn. late in capit. fin.
de re Iud. Soc. Sen. cons. 27. lib. j. Rip. auus mi-
hi maternus, in rubr. nu. 10. ff. de re Iudic.
233 Item intelligitur de † sententijs latis à persona
habili. Bart. in l. 2. §. prætor, ff. qui satisd. cog.
In verbo quod statutum non vendicet sibi locũ]
ad idem Nou. Mediol. Constit. in tit. de arbitr. §.
234 fin. idem in vltimis voluntatibus nõ abolitis, nec
cancellatis, nec in debito per publicum Instrumẽ-
235 tum, Bart. in l. eleganter in princ. ff. de condit.
Indeb. Plot. in l. si quando num. 161. C. vnde vi.
Soc consil. 4. lib. j. & consil. 300. lib. 2. Castrens.
cons. 91. lib. j. Soc. Iun. cons. 136. num. 7. lib. 2. Dec.
consil. 44. DD. in l. si quis in conscribendo, C. de
pact.
236 An autem compromissum fieri possit de spolio
per consanguineum commisso, Afflict. decis. 84.
Marsil. late singul. 467. & dic quod non, cum ex-
ceptio spolij sit impeditiua litis ingressus, ita Blan
cus de compromissis quæst. 4. num. 11. & dictum
est supra, nu. 51. Borel. de compromiss. q. 52. glo.
1 nu. 375. & seq. Cætera videas per Carp. Blanc.
& alios citatos.

De sententijs, arbitrijs, & arbitramentis, inter extraneas personas, latis executioni mandandis. Rubr. 26.

ITem statuimus, & ordinamus, quod postquam sententia lata fuerit, seu facta præcepta, arbitria, & arbitramenta inter alias personas, (communia, Collegia, & Vniuersitates, quàm descriptas, & nominatas in proximo præcedenti statuto, per aliquem arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compositorem, seu arbitros arbitratores, & amicabiles compositores, quilibet Iusdicens postquam fuerit per aliquam partium requisitus, teneatur, & debeat ipsam sententen tiam, arbitria, & arbitramenta, elapsis prius quindecim diebus à die ipsarum sententiarum, arbitriorum, & arbitramentorum, & à scientia ipsorum exequtioni mandare omnibus iuris remedijs, nisi ipsæ sententiæ arbitria, & arbitramenta dictæ fuerint nullæ, seu nulla, iniqua, vel petita reduci ad arbitrium boni viri, seu ab ipsis fuerit supplicatum infra quinq; dies, à die scientiæ ipsarũ sententen tiarũ arbitriorũ, & arbitramentorũ in antea numerandos. Quas nullitatẽ, iniquitatẽ, seu reductionẽ quælibet partium semel tantũ pro qualibet ipsarum interponere possit. Et causæ dictarũ nullitatum, & iniquitatũ, seu reductionũ cõmittantur, & cõmitti debeant, & in ipsis cõmissionibus procedatur, & fiant in oĩbus, & per omnia, prout proceditur, & procedi debet in alijs commissionibus, & causis appellationũ, & nullitatũ, de quibus fit mentio in primo statuto, De ordine causæ ciuilis. Addentes tamen, quòd tempus instantiæ compromissorũ aliquorum non duret, nec durare debeat vltra tempus, & spatium quadraginta dierum vtilium.

Summarium ad statutum 26. in Ciuilib.

1. *QVæ conferant ad materiam huius statuti.*
2. *Arbitrandi potestas, an sit perpetua de iure communi.*
3. *Instantia compromissi ex statuto Papiæ est 40. dierum, à die acceptationis.*
4. *Quid ex Nou. Const. Mediol. in tit. de arbitris, §. instantia.*
5. *Arbiter, & arbitrator, qui dicantur.*
6. *Electus in arbitrum, & arbitratorem simul vter sit.*
7. *Arbiter dicitur, cui concessum est, posse cognoscere de iure, & de facto, & solum de iure pronunciare.*
8. *Arbiter, & arbitrator simul an electa vna via, possit ad aliam redire.*
9. *Differentia arbitri, & arbitratoris remissiuè.*
10. *In iudicem ordinariũ cõpromitti, an possit tanquã in arbitrum, vel arbitratorem.*
11. *In Principem, compromitti an possit.*
12. *Coram quo Iudice petatur arbitramentorum exequtio.*
13. *Sententia in quantum est conformis, mittitur exequtioni in quantum est diuersa ab ea appellatur.*
14. *Sententia arbitri lata ex abrupto, nullis factis probationibus, nec statutis dilationibus, est ipso iure nulla, nec mittitur exequtioni ex hoc statuto.*
15. *Sententia quando dicatur conformis late explicatur.*
16. *Sententiæ dicuntur conformes, respectu eius, in quo concordant, adeo vt, nec ab illis possit appellari.*
17. *Sententiæ dicuntur conformes, quarũ idem finis, & effectus est.*
18. *Sententiæ non dicuntur conformes, si altera est pura, altera conditionalis, vel in diem.*
19. *Item quando altera super meritis, altera super desertione appellationis, & vide num. 21.*

20 *Vel quando vna fertur super condemnatione, altera super executione facienda.*
22 *Sententia in quo debeant esse conformes.*
23 *Sententia discordantes in tempore non dicuntur concordes.*
24 *Sententia discordantes in quantitate sunt conformes in quantitate, qua conueniunt in reliquo discordes.*
25 *Statutum loquens de iusdicente mandante exequtionē laudi, intelligitur de iusdicente habente iurisdictionem.*
26 *Laudum latum per duos ex tribus, vno absente an mandetur exequtioni ex hoc statuto.*
27 *Statutum mandans laudum exequi, intelligitur de rectè, & ritè lato.*
28 *Duo arbitri ex tribus electi, an possint arbitrari absente tertio.*
29 *Arbitri non exequuntur eorum laudum, nisi per modum dationis insolutum.*
30 *Clausula [omnibus iuris remedijs] quid operetur.*
31 *Pro laudo non minus præsumitur, quam pro sententia.*
32 *Laudi nullitas intra quantum tempus opponenda*
33 *Laudum pendente reductione non exequitur.*
34 *Laudi reductio ad arbitrium boni viri nulla cautela euitari potest.*
35 *Reductio laudi non impeditur per pactum prohibens reductionem, etiam interueniēte læsione, etiā si sit renunciatum reductioni cum iuramento.*
36 *Læsio enormissima, quæ dicatur in passo laudum contra se.*
37 *Arbitramentum, an detegatur iniquum ex nouis probationibus.*
38 *Reductio coram, quo iudice petenda.*
39 *Iudex venit appellatione viri boni.*
40 *Reductio infra quantum tempus petatur de iure communi, & quid ex hoc statuto.*
41 *Arbitramentum pro qua læsione reducatur, tam ex Nou. Const. quam de iur. communi.*
42 *Petens reductionem quid habeat allegare.*
43 *Item debet probare laudi iniquitatem, & num. 51. & si argnit dolum illum probare.*
44 *Læsio enormis, quæ dicatur, quæ magna, num. 45. quæ enormissima num. 46.*
47 *Dolus reipsa interuenit in læsione enormissima.*
48 *Læsi enormissimè non obstante iuramento contrauenit, & an tunc sit necessaria habilitatio.*
49 *Læsio enormissima nulla verborum generalitate remitti potest.*
50 *Renunciationi licitè contrauenitur ob enormissimam læsionem.*
52 *Tempus petendi reductionem ex hoc statuto, an currat ante petitam habilitationē à iuramento.*
53 *Laudum, qui iurauit non petere reduci, an debeat obtinere habilitationem à iuramento.*
54 *Statutum hoc, an sit correctorium statuti primi supra eodem.*
55 *Instantia qualis sit de iure communi, & qualis ex nou. Constit. Mediolani.*

1 ITem statuimus] conferūt tradita † supra in præcedenti statuto, & vide etiam infra decretum 56. sub rubr. quod à sententijs latis per arbitros non liceat appellare, & in terminis huius statuti, videndus Bald. consi. 340. volum. j. vbi vult quod sententia arbitri ex abrupto lata nullis factis probationibus, nec statutis dilationibus nulla sit, & consil. 264. volu. j. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 116. & sequen.

2 An de iure communi † arbitrandi potestas duret perpetuò, Alciat. cons. 418. num. 2. Bald. cons. 350. num. j. volum. 5. vbi distinguit, quod aut loquimur in arbitro, intelligendo semper quando nullum tempus est statutum arbitris, & arbitratoribus in compromisso, & tunc durat potestas per triennium à die litis contestatæ, si autem lis nō sit cōtestata, vel quasi, & est data potestas procedendi sine ordine iudicij, tunc durat perpetuò.

In arbitratore verò tantum, arbitrium est perpetuum; nisi partes præfixerint terminum, vel Iudex abbreuiauerit.

In arbitro autem, & arbitratore simul, durat perpetuò, ita Bald. distinguit dicto cons. 350. num. 2. libr. 5. vide etiam per Blanc. de compromiss. quæstio. 7. in verbo ex se finitur compromissum, nu. 1. cum sequenti, & vide Ias. post Bart. in l. si quis arbitratu, num. 24. ff. de verborum obligat. Hoc autem cessat l'ap. cum habeamus statutum proximè

3 præcedens, præfigens † instantiam arbitrandi intra quadraginta dies vtiles à die acceptationis factæ computandos, adeo ut si tale tempus labatur; extinguatur compromissum, ita Blanc. in simili

4 statuto vbi supra nume. 2. Per nou. autem Mediolani Constitutiones in titulo de arbitris. §. instantia causarum habent compromissa eandem instantiam, quam causæ ordinariæ; in compromisso vero voluntario semper solent partes apponere tempus ad arbitrādum in hac patria, adeo ut nunquam soleat practicari dictum Bald. cons. 350. sed quia hic in hoc statuto fit mentio de arbitris, &

5 arbitratoribus; non erit † inutile pro intelligentia terminorum quærere, qui dicuntur arbitri, & arbitratores, & dic cum Bart. in l. societatem. §. arbitrorum, num. 7. vers. sumus expediti. ff. pro socio. quod arbiter ille dicitur, qui habet iudicare de iure secundum ordinem iudiciarium; arbitrator verò est ille, qui assumitur de iure, & de facto, & arbitrator assumitur semper super contractu, arbiter verò in lite, Barto. sequitur Abb. in cap. Quintauallis, nume. 8. de iureiuran. sequitur Ias. in §.

6 omnium, num. 24. Instit. de act. Hinc † dicimus, quod si quis fuerit electus in arbitrum, & arbitratorem, tunc ex electione quam ipse fecerit cognoscitur, an sit arbiter, vel arbitrator, nam si elegerit viam procedendi iudicialiter, tunc dicitur arbiter, si verò pcesserit nō via ordinaria, sed amicabiliter inter partes omissa solemnitate iuris, tūc dicitur arbitrator, ita post Bartol. in dicto §. arbitrorum, num. 12. vers. quid si dictum est sequitur Abb. in dicto cap. Quintauallis, nume. 42. Blanc. de compromiss. quæst. j. nu. 29. & vide. Menoch. de

7 præsumpt. lib. 3. præsumpt. 77. per totam, † si autem in compromisso dicatur, quod possit cognoscere de iure, & de facto, & de iure tantum pronunciare, tunc dicitur arbiter. Barto. in dicto §. arbitrorum, num. 9. vers. quæro quid si est dictum Abb. in dicto cap. Quintauallis, num. 43. vbi additionator. Si autē dictū sit, quod possit procedere de iure, & de facto, sine forma iudicij, & omni iuris solemnitate omissa, tunc dr̄ arbitrator. Alc. cōs. 13. nu. 5. lib. 1. Borel. de cōprom. §. 3. gl. j. nu. 21. & seq.

8 Quid si electus arbiter, & arbitrator ceperit prosequi per viam arbitratoris, an possit redire ad viam arbitri, vel è contra, Bartol. in dicto §. arbitrorum, numero 13. tenet quod non, sequitur Abb. in d. cap. Quintauallis, nu. 42. vbi intelligitur hoc procedere, qñ expresſè vnā viam elegerit, secus

secus verò si eligeret tacēdo, de quo vide latè Ant. Gabr. in suis commun. tit. de act. conclus. 4. per totam, vbi latè ponit, quando arbiter, & arbitrator eligendo vnam viam censeatur renunciare alteri, vbi per ampliationes, & limitationes, more solito
9 explicat, differentias autem † inter arbitrum, & arbitratorem ponit latè Abb. in dicto cap. Quintauallis, & latè Borel. de compromiss. §. 3. gl. 1. quæstio prima, secunda, & seqq. sed quæro nunquid
10 † possit compromitti in iudicem ordinariū tanquam in arbitrum, dic quod non, sed vti in arbitratorem sic d. l. si ita seruum. §. si quis iudex vbi glo. ff. de arbitr. Præposit. in cap. infantes. 3. quæst. 7. & hoc procedit de iure ciuili, de iure autem canonico, an possit compromitti in ordinarium tanquam in arbitrum, vide Abb. in cap. cum tempore, nume. 5. vbi addit. de arbitr. vbi tenet, quod sic, in
11 Principem † non potest compromitti simpliciter, vt in arbitrum, Alexand. in l. 1. §. & post operis. ff. de nou. oper. nunc.

In verbo quilibet iusdicens, posteaq̄ fuerit re-
12 quisitus] † coram quo iusdicente petenda sit executio arbitrorum, & arbitramentorum, vide text. in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. Bart. in l. 2. C. vbi, & apud quem, cuius opinionem vti magis communem recenset Castr. ibi.

13 Procedit autem hoc statutum † quando secunda sententia esset in totum conformis primæ, secus si in aliquo esset diuersa, quia in eo, in quo est, diuersa, potest semper appellari. Castren. cons. 345.
14 Aduerte † tamen quod si sententia arbitri fuerit lata ex abrupto, nullis factis probationibus, & nullis statutis dilationibus, erit ipso iure nulla, adeout exequi minimè possit, ita Bal. in cons. 340. volum. j. vbi loquitur in terminis huius statuti, & supra dixi.

15 Quomodo † autem dicantur sententiæ conformes; latè Felyn. in cap. inter cæteras, colum. 4. in princip. extra de re iudic. & cap. quo ad consultationem, colum. 10. eod. titu. & dic quod sententiæ dicuntur conformes, quādo sunt cōformes in qualitate, & substantia, vel quando concordant in effectu, licet in causa non conueniant, ex citatis per Anton. Gabriel. in suis communib. in tit. de exequut. rei iudica. conclus. j. nume. 33. & 34. & scias
16 † quod sententiæ dicuntur conformes respectu eius, in quo concordant, licet in aliquo discordent Crauet. cons. 183. num. 2. etiam si concordant siuè sint cōformes in vno articulo, licet in alijs discordent, quo ad illum articulum transeunt in iudicatum, nec ab eis potest appellari, Afin. tract. de exequut. sent. §. 7. cap. 404. num. 7. in hoc conuenit etiam statutum ciuile. §. postquam verò lit. fuerit, ibi in quantum, & quatenus confirmatum fuerit, & nouæ Mediolani Constitutiones in titu. de appella. cap. lata sententia, idem tenet Soc. iun. con-
17 sil. 74. num. j. lib. 2. vbi num. 2. vult ea † dici conformia, quorum idem finis, & effectus est, per l. qui sententia. C. de pœnis, & cæteris per eum allegatis
18 Non † dicuntur autem sententiæ conformes, si vna sit pura, alia conditionalis, vel in diem, Alexand.
19 consil. 77. nume. 3. libro secundo, † non etiam dicuntur conformes, quando vna profertur super meritis, altera super desertione appellationis, vel
20 cum † vna fertur super condemnatione, altera super exequutione facienda, ita Crauet. dicto consil. 183. num. primo, Caroc. decis. 83. vbi disputat an sententia super lapsu dicatur conformis primæ, quid autem si super diuersis summis sint latæ, quomodo possint dici cōformes, tradit Laderch. consil. 173. & de conformitate sententiarum. Cæsar Barz. decis. Bonon. 38. per totam, & dixi supra ad statutum primum.
21 Item si † prima sit sup negotio, & alia super cognitione appellationis, an dicatur cōformis idem Felyn. cons. 4.
22 In quo † autem debeāt esse conformes, Dec. cōsil. 385. volum. 3. Alexand. cons. 77. volum. 2. nume. j. Craue. cons. 183. num. 2. Coarruu. lib. pract.
23 quæstio. cap. 25. num. 6. qui volunt, quod † si sententiæ discordent in tempore, nullo pacto possunt
24 dici concordes, & conformes, † secus si in quantitate excedant, nam in eo, quo conueniunt non dñr difformes, Curt. iun. consil. 30. colum. j. Anton. Gabriel. lib. recept. sententiarum, tit. de exequut. rei iudic. conclus. j. per totam, vbi latè colligi potest, an, quomodo sententiæ conformes dicantur, nec nõ & per Carpan. dicto cap. 116. nu. 129. & sequen. Laderch. dicto consil. 173 Cæsar Barz. dicta decis. Bonon. 38.
25 Dum autem statutum disponit † posse quemlibet iudicem ipsa arbitria, vel sententiam, & arbitramenta executioni mandare, debet intelligi de quolibet iusdicente iurisdictionem habente, iuxta text. in l. fin. ff. de iurisd. omnium iudic.
26 An autem † laudum arbitri possit exequutioni mandari, quando est latum per duos arbitros ex
27 tribus electis, & dic quod non; cum † statutū mandans arbitramentum exequutioni mādari, debeat intelligi de ritè, & rectè lato. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. ita per hanc rationem in terminis consuluit Io. de Cane mortuo, inter consilia Baldi
28 per me reperta, & compilata, cons. 9. lib. 6. & † qñ iure communi, vel ex statuto factum est compromissum in tres, an duo possint absente tertio arbitrari, & dic, vt per Blanc. de cōpromiss. q. 9. nu. 53. vers. 15. quæro, vbi distinguit. Aut tertius, non est vocatus, & tunc non potest, tam de iure ciuili q̄ de iure canonico, aut tertius est vocatus, non tñ venit, & tunc de iure ciuili non valet sñia, secus de iure canonico, ita distinguit Blanc. loco mox citato. Borel. de compromiss. §. 5. gloss. j. per plures quæstiones, & hoc possit, & voluit.
29 Ipsi autem † arbitri, qui sñiam tulerunt, exequi minimè possunt, Perus. cons. 47. nu. 2. & 4. parte j. nisi exequantur in modum dationis insolutum, vt per Ruin. cons. 157. num. 2. volum. 4.
30 In verbo omnibus iuris remedij] quæ † dicantur iuris remedia, tradit Bossius in sua praxi crim.
31 titulo de mulctis in fine, † & scias, quod sententia, siuè laudum arbitri, itā habet præsumptione iustitiæ pro se, sicut sententia iudicis, itā Bald. dicto consil. 340. num. 2. & latissime tradit D. Menoch. tract. præsumpt. lib. 2. præsumpt. 76. nu. 3. ac numero 11. cum sequenti. vbi vult procedere nedum in laudo arbitri, sed etiam arbitratoris, quo loci ampliat duobus modis, & tribus limitat.

In verbo, nisi ipsæ sententiæ arbitria, & arbi-
32 tramenta dicta fuerint nullæ, vel nulla] quid † operetur talis nullitas opponenda intra certum tempus, tradit Perus. in cap. dilecta in fine, extra de appellationibus, Practic. Papiens. in forma executionis sententiæ, in verbo sapiens. Castrens. consilio 33. Carpan. dicto cap. 116. nume. 154. & sequentibus plurib.

In verbo, vel petita reduci ad arbitrium boni viri] nota quod etiam de iure cōi quando laudum petitum est reduci ad arbitriū boni viri, pendente

reductione non potest exequi, ita post Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. colum. vlt. de pact. plurib. alijs citatis firmat Menoc. lib. 2. præsumpt.
34 76. nu. 25. hæc † reductio ad arbitrium boni viri nulla cautela euitari potest, vt per omnes in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Ferrat. caut. 8. Dec. cons. 11. num. 6. cons. 36. num. 6. 60. num. 2. 89. num. 47. Menoch. de arbitr. iud. casu 73. nu. 1. Ant. Gabr. in suis cōmunibus tit. de arbi. concl. 3. Camill. Borel. de cōpromiss. §. 7. gl. 2. nu 23. & seq.
Hinc est, quod si in compromisso sit appositum pa-
35 ctum de non petendo reductionem ad arbitrium boni viri, etiam si interuenisset læsio enormissima; adhuc tamen non obstante dicto pacto peti posset ista reductio, de quo vide Barto. in dicta l. si societatem. §. arbitrorum, num. 24. vers. quæro vtrum, Abb. in cap. quintauallis, num. 22. & sequen. de iureiuran. Borell. dicto §. 7. glo. 2. num. 24.
Et idem est, si super compromisso, in quo est renunciatum petitioni reductionis ad arbitrium boni viri sit iuratum, nam tunc nihilominus non obstante iuramento, posset peti reductio dicto cap. quintauallis, vbi Abb. num. 32. & ibi Apostill. ad eum Bartol. in dicto § arbitror. nu. 31. Alexand. consil. 131. num. 12. cum sequen. lib 2. cum tale iuramentum intelligatur si arbiter, & arbitrator equè ac iustè arbitratus fuerit Curt. Iun. cons. 79. nume. 4. latè Trentacinq. variarum resolut lib. 2. tit. de arbitr. conclus. 3. versic. tertia est conclusio;
36 læsio † autem dicitur enormissima constito, quod inspecto dubio litis euentu fuit quis enormissimè læsus, latè Sigism. Scac. de iudic. causarum. lib. 2. cap. 1. num. 475. & sequen. sufficitq; iudici leuiter ostendere de dicta læsione, Scac. ibid. num. 478. Si autem vltra dictum pactum de non petendo reductionem, dictū esset, & si qua peteretur operetur solum effectū deuolutiuum. non suspensiuum, tūc licet detur reuisio, seu reductio operatur solum effectum deuolutiuum, Grat. cons. 34. lib. 1. Gabr. de arbitr. conclus. 3. num. 8.
37 Arbitramentum † autem debet detegi equum vel iniquum, sed ex nouis probationibus, non ex probationibus factis coram arbitratore, Bart. in d. §. arbitrorum, nu. 26. Alex. cons. 101. ad fin. lib. j.
38 Sed quæro † coram quo Iudice petitur fieri ista reductio, nam debetis scire, quod appellatione viri boni, venit iudex. l. continuus. §. cum ita. ff de verborum oblig. Bart. in dicto §. arbitror. nu. 4. versic. quæris, Menoch. de arbitr. iudic. in procm.
39 num. 6. cum trib. sequentib † hinc dicimus, quod arbitrium boni viri, dicitur arbitrium iudicis, Alex. cons. 3. nu. 8. lib. primo.
Et dic, quod ista reductio est petenda coram Iudice rei, ita Bart. in d. §. arbitrorum, num. 15. sequitur Blanc. de compromissis, quæst. 10. num. 16. Thesaur. Pedem. decis. 14.
40 Intra autē quantū tēpus possit peti ista reductio ad arbitrium boni viri, de iure cōi, vide Bart. in d. §. arbitrorum, nu. 22. Blanc. dicta quæst. 10. nu. 17. & seq. vbi vult, ꝙ peti debeat intra tēpus datū ad appellandū, si petitur reductio à sententia arbitri; si verò à sententia arbitratoris, potest peti vltra 30. annos, hæc autē cessāt Papiæ ex hoc statuto, in quo debet peti reductio infra dies quinq; à die scientiæ numerandos,
41 Sed † pro qua læsione probetur arbitramentum reduci ad arbitriū boni viri; & dic pro enormi, & enormissima læsione, vt ex pluribus firmat Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de arbitr. conclus. 3. vbi latè, & vide Menoch. de arbitr. iud. quæst. 71. per totam, & casu 73. pariter per totū. Hodie autem ex Nou. Constitut. Mediol. in tit. de arbitris cap. moderari, potest peti arbitramentum reduci ad arbitrium boni viri, quando læsio est in sexta parte, quæ in hoc videntur conformes iuri communi, ex Bart. in d. §. arbitrorum, nu. 25. & per Menoc. de arb. iud. casu 73. vt ibi per eū.
42 Vt autem reductionem petens facilius obtinere valeat, debet allegare, sententiam dolosè latā, & se enormiter læsum, sufficit enim ex altero eorum iniquitatem, allegare, Orian. in cap. quoniā contra, cap. 10. de interloc. num. 73. ad finem
43 extra de probat. † & scias, quod petens reductionem, probare debet laudi iniquitatē, & si in hac petitione arguit dolū, debet dolū ipsum probare, deinde petere laudi reuisionē, vt post Curt. & alios firmat. Menoc. præs. 76. nu. 6. ac 23. lib. 2.
44 Quæ autem dicatur enormis læsio, verior est sententia Iudicis arbitrio relinqui, Bart. in l. cum antea, C. de arbit. & cons. 378. lib. primo, Dec. in auth. præterea, nu. 16. C. vnde vir, & vxor, Ale. cons. 131. num 15. lib. 2. Menoch. de arbit. iud.
45 dicto casu 73. † sed quæro, quæ dicatur læsio magna, vbi vult, quod magna dicitur, quando transcendit dimidiā, vel saltem tert. part. & vide Menoc. d. casu 73. in fine v, bi vult in cōtractu emptionis lesionē enormē, seu magnam dici cum, nec
46 dimidia pars iusti pretij est enumerata; † lesio verò enormissima dicitur, quando quis totaliter leditur DD. in auth. sacra puberum, C. si aduers. vendic. & vide Odd. de restit. in integr. quæst. 19. artic. 7. vbi tenet stari arbitrio Iudicis, & vide Ias. cons. 55. nu. 3. lib. primo, vbi vult læsionem dici enormissimam, cum excedit vltra dimidiam, & certè sine dubio, quando quis totaliter læditur, dicitur enormissimè læsus, prout etiam videtur sentire, Menoch. de arbitr. iud. quæst. 71. nu. 17. cum seq. & Anton. Gabr. in suis commun. in tit. de empt. & vendit. conclus. prima. nu. 9. cum seq. quando verò læsio esset vltra dimidiam, & tunc quando dicatur enormissima crediderim, id omne relictum Iudicis arbitrio, ita Odd. & Gabr. supra citati, Stephan. Gratian. discept. forens. lib. primo, cap. 148. nu. 17.
47 Hoc autē est vtile scire, quia in † læsione enormissima dicitur interuenire dolus re ipsa, ita pluribus citatis, firmat Menoch. d. cons. 71. num. 18. Auus maternus Rip. resp. 20. nu. 7. ac resp. 23. in tit. de pactis, Curt. iun. cōs. 53. nu. 10. ac 141. nu. 7.
48 & ideò læsus enormissimè in aliquo instrumento, vel contractu iurato, potest contrauenire, non obstante iuramento, adeo vt non sit necessaria habilitatio à iuramento, licet ad cautelam peti debeat, Corn. cons. 279. nu. 10. vol. 4. quod ante eum voluit Alex. cons. 125. nu. primo, lib. primo, & vide Dec. cons. 180. nu. 6. consulo tamen, quod semper in omni casu obtineatur habilitatio. Scias
49 † etiam. quod læsio enormissima nulla verborum generalitate remitti potest, Simoncell. in tract. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 233. & est exceptuata à iuramento, & quibus ius renuntiationibus, Rim. iun. consil. 77. num. 36. Quod procedit etiam in renunciatione, cui ratione enormis, vel enormissimæ læsionis cōtrauenire potest, Dec. in l. fraudis, nu. 3. ff. de regulis iuris, & cōs. 181. nu. 2. & 203 nu. 5. Ruin. cōs. 58. nū. 26 lib. 1 Cephal. plures citans cōs. 62. nu. 14. & 137. nu. 57. 141 nu. 25. & per totū, vol. 1. Maluas. cōs. 106. nu. 24. Eugen. cōs. 4.

Est

51 Est autem iniquitas laudi non alleganda solum, sed etiam probanda, Bart. in l. sciendum, col. 4. & in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 2. ff. de uerb. oblig.

52 In verbo, infraquinq; dies] an si arbitrium fuerit † iuratum, adeo ut peti debeat habilitatio à iuramento, ante eam petitam currat istud tempus; dic, quod sic, quia stat per eum, quo minus petat, Soc. iun. conf. 17. in fine, vol. 2. ea propter elapsis dictis quinq; diebus, arbitrium transit in iudicatum, Alex. conf. 113. in fine, vol. 6.

53 Sed hic quæro nunquid, quando laudum est iuratum, ac promissum, & renunciatum cum iuramento, de non petendo reductionem ad arbitrium boni viri, quo casu nihilominus potest peti ista reductio, ut per DD. in dicto §. arbitrorum, & dixi supra, an petens debeat de necessitate in primis obtinere habilitationem à iuramento; & dic, quod non, Alex. conf. 131. volum. 2. Marant. sua praxi indic. de appell. num. 115. Pract. Papiens. in for. libelli, quo agitur ad pœnam ex compromisso, in glo. nec reductio, Ant. Gabr. d. concl. 3. num. 48. vers. secundo amplia-

54 In verbo, quas nullitates] † statutum hoc videtur contrariari primo statuto de ordine causæ ciuilis, versic. veruntamen; dic, vt ibi notatur. & istud statutum illud corrigere cum sit sequens, & post illud, secundum Bart. in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure. Item loquitur illud in prima instantia, istud in 2. instantia.

55 In verbo addentes tamen, quod tempus instantiæ] de † iure communi est tempus triennij, vt in causis ciuilibus, l. pro. erandum, vbi omnes, C. de iudicijs. Hodie per Nou. Mediolan. Const. in dict. tit de arbitr. §. instantia est dispositum, quod duret per id tempus, quod in causis ordinarijs, & delegatis præfixum est.

De ferijs, & qualiter debeant obseruari. Rubr. 27.

Item statuimus, quod feriæ sint, & esse debeant deinceps in hunc modum, & non aliter, videlicet, quod feriæ sint ipso iure, & facto per tres dies proximè ante Natiuitatem Domini, ob reuerentiam dictæ eius Natiuitatis: & à festo Natiuitatis inclusiuè, vsque ad festum octauæ, siue Circuncisionis Domini, & festum Paschæ Epiphaniæ, & in die carnis priuij, & sequenti præcedenti. Item sint feriæ per octo dies ante festum Resurrectionis, ipso festo in numero computato, & durent continuè vsque ad octauam festi ipsius Resurrectionis. Item sint feriæ qualibet die festi Beatæ Virginis Mariæ, & quolibet die Dominico, & Ascensionis Domini, Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, Sancti Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri, & Pauli, & aliorum Apostolorum de numero duodecim, Sancti Georgij, & Sancti Antonij, & Sanctæ Catherinæ, Sancti Marci Euangelistæ, Sancti Laurentij, dedicationis Sancti Michaelis, festi omnium Sanctorum, videlicet, die primo Nouembris, Sancti Martini, Sancti Augustini, Sancti Ambrosij, Sancti Hieronymi, Sancti Gregorij Doctorum Ecclesiæ, Sancti Syri, Sancti Iuuentij, Sancti Theodori, Sancti Epiphanij Episcoporum, & defensorum Ciuitatis Papiæ, & festi Sanctissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi, ac festi Inuentionis Sanctæ Crucis, & Sancti Sebestiani. Quæ feriæ locum habeant, & seruentur in omnibus causis, præterquam in maleficijs, & in causis carceratorum: Vtrum potuerint de iure capi, & detineri, & vtrum relaxari debeant. In quibus causis possit cognosci, procedi, diffiniri, & exequi etiã dictis diebus feriatis, & in honorem Dei. ¶ Item sint feriæ in iudicijs ordinarijs, & in quibus ordinariè proceditur per libellum, & etiam extraordinarijs, siue summarijs excedentibus summam librarum centum Papien. etiam infrascriptæ, videlicet, occasione messium, à medio mense Iunij, vsque ad Kalendas Augusti inclusiuè. Item sint feriæ, occasione vindemiarum, à decima die mensis Septembris inclusiuè, vsq; ad octauam diei Sancti Michaelis inclusiuè, in quacunq; causa excedente summam librarum viginti quinq; Papien. siue sit ordinaria, siue sit extraordinaria. Quæ feriæ locum habeant, & seruentur præterquam in maleficijs, & causis carceratorum vt supra dictum est. Item sint feriæ, quando exercitus fieret per Commune Papiæ, & per totum tempus quo durauerit, & postquam venerit per três dies. Et hoc intelligatur de exercitu generali publicæ nunciato, & non de cernidis, vel caualcatis, nec cursis, vel andatis aliquibus, quæ fierent. Quæ feriæ in cernidis, caualcatis, andatis, vel cursis sint, & esse debeant omnibus, & singulis Papiæ, & terræ Papiæ, qui personaliter iuerint, & steterint in eisdem, pro tempore, quo steterint in ipsis caualcata, andata, cernida, vel cursa. Et suprascriptis diebus festis, & temporibus,

&

& quolibet ipsorum quolibet anno, sint feriæ, factæ ipso iure in omni causa ciuili, & pecuniaria, in qua fuerit processum, seu procedatur ordinariè per libellum vt supra. Nec currat terminus tempore ipsarum feriarum in causa aliqua ciuili, vel pecuniaria, in qua per libelli formã ordinariè procedatur. De qua causa, in qua per libellum proceditur infrascriptis ferijs cognosci non possit, vel vt infra. Item sint feriæ in omnibus causis excedentibus summam librarum vigintiquinque Papiæ, per tres dies ante festum Sãcti Syri de mense Maij, ipso festo non computato, & per tres dies post, & ante festum Sancti Augustini de mense Augusti per tres dies ante, ipso festo non computato, & per tres dies post ipsum festum. Et die decima septima mensis Nouembris, qua Magnificus, & excelsus Dominus Dominus Galeazius felicem suum fecit introitum ciuitatis Papiæ, & per duos dies post, & die festi carnispriuij, cum die præcedenti, & sequẽti. ¶ In omnibus autem alijs casibus, in quibus non proceditur ordinariè per libellum vt supra, possit cognosci, procedi, & terminari in suprascriptis tẽporibus, & diebus feriatis præterquam introductis in honorem Dei. Et aliter non possint esse feriæ nec dari, quam, vt superius sunt terminatæ, & declaratæ, exceptis ferijs repentinis. Et si datæ fuerint ipso iure, & facto, non valeant, nec pro ferijs habeantur modo aliquo. ¶ Item, quod de cætero in aliqua Quadragesima aliquis Iusdicens ordinarius, delegatus, vel subdelegatus, Commissarius, vel Consiliarius, vel adiunctus, arbiter, arbitrator, & amicabilis compositor, ius non reddat, nec reddere debeat ante horam nonæ: sed solummodo post nonam; & si secus factum fuerit, non valeat, nec teneat ipso iure; saluo, & excepto in maleficijs, & prædictis causis carceratorum. Quælibet tamen dies Quadragesimæ non festiua de prædictis festis, pro vna media die vtili, & iuridica computetur in omnibus terminis, & dilationibus.

Summarium ad Statut. 27. in Ciuilib.

1 *Conferentia ad hoc statutum remissiuè.*
2 *Iurisdictio, & eius exercitium an suspendatur tempore feriato.*
3 *Ferijs in honorẽ Dei, ac Sanctorum, non potest renunciari, sed quidem introductis ad vtilitatem hominum, vt nu. 4.*
5 *Ferijs introductis ob publicam vtilitatem, an possit renuntiari.*
6 *Feriæ quoties obstant, vel non, in causa principali pariter seruantur in causa appellationis.*
7 *Dictio, siue, stat in hoc statuto expositiuè.*
8 *Possessorium summarissimum, dicitur iudicium extraordinarium.*
9 *Appellatio à summarissimo possessorio de iure canonico permissa.*
10 *An hoc casu appellatio operetur vtrumq; effectum.*
11 *Fallit de iure ciuili, quo non appellatur à summarissimo possessorio.*
12 *Quid obseruauerit Senatus Mediolani in facti contingentia.*
13 *Iudicis officium dicitur iudicium extraordinarium.*
14 *Exequtio an sit remedium extraordinarium, & vide num. 18.*
15 *Exequutio venit officio Iudicis.*
16 *Iudicis officium tempore feriarum conquiescit.*
17 *Actio in factum, quæ datur pro exequutione est summaria.*
18 *Exequtio venit in consequentiam primæ condemnationis, & quod argumentum à concessione principalis, ad concessionem consequentis valet.*
19 *Clausula summariè simpliciter &c. intelligitur secundum dispositionem clement. sæpe de verb. signif.*
20 *Dict. clem. sæpe, non tollit ferias.*
21 *Feriæ iuris communis; in quibus non militant, nec etiam feriæ huius statuti.*
22 *Feriæ non militant quoties pietas, vel vrgens necessitas suadet.*
23 *Secundo, in casibus dilationem non tollerantibus, & causis riparum.*
24 *Tertio, tempore vindemiarum, tempore messium, in causis latronum, & Fisci.*
25 *Quartò, in exceptionibus, & examinationibus testium, qui iurarunt tempore non feriato, & testib. ad perpetuam rei memoriam.*
26 *Quinto, in pertinentibus ad voluntariam iurisdictionem, exemplificando, vt ibi.*
27 *Limita tamen, vbi causæ cognitio requiratur.*
28 *Sexto, non militant in causis decimarum, vsurarum, & beneficialium.*
29 *Septimo, in captura debitoris suspecti de fuga.*
30 *Exequutio personalis, siue realis, quando possit fieri diebus feriatis, etiam in honorem Dei.*
31 *Iuramentum de habendo debitorem suspectum de fuga, an præstetur die feriato in honorem Dei, & num. 32.*
33 *Octauo, exequtio instrumenti iurati, & exequutionis fit die feriato ob necessitatẽ hominum.*
34 *Nono, licentia associandi, ac brachium seculare conceduntur die feriato.*
35 *Decimo, exequtio sententiæ fit die feriato ob necessitates hominum.*
36 *Vndecimo, sequestrum reuocatur die feriato.*
37 *Duodecimo, Relatio fit die feriato.*
38 *Appellatio, & appostoli fiunt die feriato.*
39 *Testes ad æternam rei memoriam recipiuntur die feriato.*

1 AD idem † confert statutum 143. sub rubr. de diebus utilibus, & intra decretum 55. de non rogandis instrumentis in diebus festiuis, concordat etiam cum dispositione Iuris canonici, cap. prouidentiam de consecratione, dist. 3. Lappus alleg. 90. per totum, tom. primo, & dicuntur esse iuris positiui, Cotta in suis memoralibus, in verbo apius, versic. item iuramentum, Carpan. ad statuta Mediol. cap. 107. num. primo.

2 Istisq; † feriatis temporibus suspenditur iurisdictio eiusq; exercitium. Vant. in tract. de nullit. ex defectu iurisd. ordinariæ num. 129. actus itaq; facti hisce temporibus sunt ipso iure nulli, Alex. cons. 213. num. 2. ad finem, vol. 2.

3 Ferijsq; introductis in honorem Dei, & Sanctorum renunciari minime potest, secus in his, quæ sunt introductæ in vtilitatem hominum, cap.
4 fin. de ferijs, & l. si feriatis, in verb. & voluntate, ff. de ferijs, Ias. in l. prima, nu. 4. ff. eod. Felin. in cap. si diligenti, num. 20. versic. quartum est corrolarium, de foro compet. Bald. cons. 166. nu. 2. volum. 5. Alex. consil. 36. num. 7. & 188. nu. 9.
5 volum. 2. qui vult, † nec etiam posse renuntiari ferijs introductis ob publicam vtilitatem, idemq; in ferijs repentinis, concludit Ias. in l. prima, nu. 4. versic. similiter, ff. eodem, de quo ei vide infra latius, & quando, ac quomodo possit ferijs renunciari, tradit Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 107. nu. 9. & seq. & cap. 110 nu. 8. & seq.

6 Notandum tamen est, quod † si in aliqua causa procedi possit tempore feriato, vel secundum dispositionem clem. sæpe de verb. signif. concordantem cum dispositione statuti inir. 137. sub rubr. per verbum summariè &c. tunc etiam in causa appellationis tempore pariter feriato procedi poterit, Plot. in repet. l. si quando, num. 168. C. vnde vi.

7 In verbo, & etiam extra ordinarijs, siue summarij.] nota quod dictio † siue, stat hic expositiuè quasi verbum extraordinarijs, intelligatur in summarijs, secundum Bart. Doctrinam in Auth. vt omnes obediant Iudicibus, in princ.

8 Extraordinarium autem iudiciū potest exemplificari in summarijssimo possessorio, Benintend. decis. 79. Contard. in l. vnica, C. si de momentanea poss. fuerit appellatum, limit. 5. num. 48. & datur de iure canonico appellatio, Borgnin. decis. 19. num. 4. part. 2. & decis. 23. part. 2. And. Gail. obseru. 2. lib. primo, ac etiam de iure statutario ponderando, verba, statuti tertij, supra de quibus causis summariè cognoscatur, ibi, & de communi quæstione possessionis, seu de communi possessorio, vbi ciuiliter agatur, iuncto statuto subsequenti quarto, de modo, & forma procedendi in causis sumarijs, in illis verbis, & quod à sententijs latis.

10 Et † quod appellatio quo ad vtrumq; effectum detur, tradit Lancellot de attent. part. 2. cap. 12. limit. 25. Rebuff. in tract. de sent. execut. art. 5. gl. 3. vers. vt si appelletur, pag. 349. Dec. cons. 28. Afflict. decis. 269. num. 3.

11 De iure † tamen ciuili in summarijssimo possessorio non datur appellatio, saltem quo ad effectū suspensiuum, vt per DD. supra relatos, & per Menoch. in tract. adipisc. remed. 4. num. 863. &
12 in tract. recup. remed. 9. num. 321. & in facti † contingentia Excellentissimus Mediolani Senatus, pro agentibus Communitatis Fortunaghi, litteras dedit Ill. D. Prætori Papiæ, contra Ill. D. Io. Baptistam Malaspinam, tenoris, quod prætextu nullitatis, & appellationis executionem suæ expeditionis in summarijssimo possessorio factæ non retardaret, contra iuris, & ordinum formā; vnde Ill. D. Prætor licentiam, & executionē concessit, vt ex actis sui tribunalis inferioris āni 1587. licet super huiusmodi articulo in causa vertente coram D. Vicario Prætorio Papiæ, inter Magnif. I. C. D. Io. Andream Portium ex vna, & Magnif. I. C. D. Franciscum Hieronymum Curtium, Senatus idem Excellentissimus diuersa dederit rescripta, inclinareq; videatur admittendam esse appellationem.

13 Extraordinarium quoq; iudicium dicitur officium Iudicis, tex. & ibi Bart. notat in l. prima, ff. de furt. baln. & in l. prima, vbi gl. & Bald. C. de libert. & eorum lib. Ias. in l. cum filius fam nu. 2. ff. si cert. pet. de quo videndus D. Costa de remedijs subsidiarijs, lib. primo, remed. 33.

14 Executio † pariter dicitur remedium extraordinarium, & fieri non potest tempore feriarum, de
15 quo vide infra, quod probatur hoc modo † executio venit officio Iudicis, Bart. in l. à Diuo Pio, §. sententiam, & ibi Ias. num. 5. ff. de re iud. at
16 offitium Iudicis conquiescit feriarum tempore, & etiam tempore vendemiarum, & messium, Vant. de nullit. ex defectu iurisd. ordinariæ, num. 130. executio igitur, & causæ executiuæ harum feriarum tempore conquiescere debent; probatur, &
17 alio modo videlicet, executio, quandoq; petitur actione in factum, & tunc talis executionis actio in factum, est summaria, vt per Ias. in d. l. à Diuo Pio, §. sententiam, num. 5. versic. sed quia ipsi, at in causis summarijs, ex statuto hoc militant feriæ, ergo etiam in causis executiuis, & sic feriarum tempore executio fieri non poterit.

18 Contrarium tamen probatur hoc modo † executio venit in consequentiam primæ condemnationis, & sic illius Iudicij, pro quo processit condemnatio, ita tenet Bart. in d. §. sententiam, sub num.

num. 2. verſ. reſponde, Iaſ. in l. prima, ff. de iuriſ. omn. iud. num. 12. ſed ſic eſt, quod valet argumentum à conceſſione principalis, ad conceſſionem conſequentis, vt latè per Euerard. in locis cōmunibus argumentorū in loco à conceſſione principali, ſi ergo non militant feriæ meſſium, & vindemiarum in cauſis ſummarijs expreſſis ſupra dicto ſtatuto 3. & 4. minus militant in cauſa executionis, quinimo concedi, & fieri poterit executio in dictis cauſis ſummarijs expreſſis ſupra in d. ſtatuto tertio; conſequentia hoc modo probatur, & vide Fed. de Sen. conſ. 144. Alex. conſil. 121. lib. 4. tenentes nudam executionem in repetita fieri poſſe, Capel. Tholoſan. deciſ. 158. Guid. Pap. deciſ. 215. latè tamen examinat, & contrar. tenet Signorol. de Homod. conſ. 54. cum quæritur, cui adhereo:

In cauſis ſummarijs expreſſis in dicto ſtatuto 3. ſtatutum ipſum diſponit, quod ne dum ſummariè procedatur, ſed ſimpliciter, de plano, & ſine
19 ſtrepitu, & figura iudicij, quæ † clauſula debet intelligi ſecundum diſpoſitionem clem. ſæpe de verb. ſignif. vt infra ſtatuto 137. ſub rubr. quod verba ſummariè &c. ſed ſic eſt, quod per dictam
20 † clem. non militant feriæ meſſium, & vindemiarum, quinimo eis non attentis, poteſt cauſa cognoſci, & in ea procedi, vt probat tex. in dicta clem. in ipſis ergo cauſis ſummarijs expreſſis dicto ſtatut. 3. feriæ meſſium, ac vendemiarum locum non habent, conſequenter in ipſis executio fieri poterit, vt per Bart. in d. §. ſententiam, ſub num. 2.

Nec obſtat, quod ſtatutum loquatur in cauſis ordinarijs, & extraordinarijs, quia reſpondetur, quod ſimpliciter de illis loquitur; non autem vendicat ſibi locum, quando adduntur illa verba, de quibus in d. ſtatuto 3. quod de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt per Iodoc. in pract. cauſarum ciuilium, cap. 119.

21 Quinimo plures ſunt alij caſus, in quibus feriæ huius ſtat. nō militāt, ſicuti nec militāt feriæ Iuris cōis, in his n. caſibus, in quibus feriæ Iuris cōmunis non procedūt, pari modo nequaquam procedent feriæ huius ſtatuti, vt per Alex conſ. 130. nu. 2. & ſeq. vol. 4. Carpan. ad ſtatuta Mediolani, c. 107. num. 30. & ſeq.

Caſus verò excepti à iure communi, & pariter qui intelliguntur à præſenti ſtatuto exceptuati, in quibus feriæ non militant ſunt infraſcripti.

22 Primò, omnes caſus, in quibus ſuadet pietas, vel vrgens neceſſitas, de quibus in l. ſolet, ff. de ferijs, nempe in cauſis miſerabilium perſonarum, in his, quæ pertinent ad pacem, vel concordiam in pactis, & tranſactionibus, in his, in quibus denegatur appellatio, & quando res eſt tempore peritura, ita ſpecul. in tit. de ferijs, §. ſequitur videre, ſeu §. vltim. verſic. poteſt autem.

23 Secundò omnes † caſus dilationem non patientes, & in quibus periculum eſt in mora, vt potè in cauſis extraneorum mercatorum, volentium ſtatim recedere, in cauſis littorum, aut riparum, & alijs traditis per Specul. dicto tit. de ferijs, §. ſequitur videre.

24 Tertiò, † cauſæ pertinentes ad meſſes, & vendemias, & cauſæ latronum, & fiſcales, Specul. in dicto §. fin. Bollius in dicto tit. de Fiſco, & priuil. eius, nu. 20.

25 Quartò, † exceptiones, & examinationes teſtiū vbi iurauerint tempore non feriato, Specul. vbi ſupra, Maſſuerius tit. de de teſtibus, Marant. de ord. iud. part. 6. tit. ſi autem producuntur teſtes. num. 4.

26 Quintò, † cauſæ pertinentes ad voluntariam iuriſdictionem, poſſunt quocunq; tempore feriarum expediri, Specul. dicto tit. §. 2. verſic. porro eamq; Marant. loco ſupra citato, part. 4. validū, aut inualidum, num. 46. Signorol. de Homodeis conſ. 244. tempore enim feriato, etiam in honorem Dei, poteſt fieri adoptio, emancipatio, & manumiſſio, excommunicatio, abſolutio, tutores dari, & curatores, alimenta decerni, & nomine ventris pregnantis, ac legatorum plura fieri, vt per Specul. d. §. 2. verſic. porrò arbitramentum. Abb. in cap. quintauallis different. 22. de iur. iur. Iaſ. in l. prima de ferijs.

27 † Quod tamen venit declarandum, non procedere, vbi exigeretur cauſæ cognitio, & Iudicis ſedentis decretum prohibendo, Lafranc. de Orian. in cap. quoniam contract. de probat. ſub tit. de ferijs, Iafræd. deciſ. 35.

28 Sextò, cauſæ decimarum, & vſurarum, & beneficialium poſſunt feriarum tempore agitari, intelligēdo de ferijs propter hominum neceſſitates, vel meſſium, & vendemiarum non tamen de ferijs in honorem Dei, glo. & Cardin. in clem. ſæpe, in princ. quæſt. 27. extra de verb. ſignif.

29 Septimò, † captura contra debitorem ſuſpectū de fuga, concedi poteſt in die feriato etiam in honorem Dei, Marant. part. 4. validum, an inualidū num. 92. Bald. in tract. de carceribus, & vide latè Aſin. in ſua praxi iudic. §. 31. cap. 2. ampl. 14.
30 cum ſeq. dum quæritur † nunquid executio die feriato fieri poſſit, & diſtinguit, Aut loquimur de executione perſonali, & tunc ob ſuſpicionem fugæ poteſt fieri die feriato, etiam in honorem Dei, etiā ſi eſſet dies Paſcatis, vel Natiuitatis Domini, ſi verò abſit timor fugæ, tunc poteſt fieri die feriato ad vtilitatem hominum, non in honorem Dei, vt ibi per eum, vbi vult, non tamen poſſe fieri in diebus feriatis repentinis, cum de eis idem iudicium ſit, quod de ferijs in honorem Dei, & ita teneas,
31 non † tamen præſtari poterit iuramentum de habendo debitorem ſuſpectum cap. primo, extra de ferijs, l. more romano. ff. eod.

32 Contrarium tamen tenet Borgnin in ſuo indice deciſionum, in verbo, iuramentum interpoſitū in diem, † propter periculum, quod eſt in mora, & ex eo in quantum tale iuramentum requiritur ad concedendum huiuſmodi capturam, poterit etiā præſtari die feriato in honorem Dei.

33 Octauò, † executio inſtrumenti iurati habentis paratam executionem fieri poteſt, etiam die feriato ob neceſſitates hominum, cap. fin. extra de iudic. Bart. in l. omnes, C. de ferijs.

34 Nono † licentia aſſociandi, & auxilium brachij ſecularis concedi poterit, huiuſmodi ferijs nō attentis, Alex. conſ. 130. nu. 6. vol. 4.

35 Decimò † Executio ſententiæ concedi poteſt, & fieri tempore feriato ob neceſſitates hominum, Lafranc. de Oriano in cap. quoniam contra, in tit. de citation. nu. 19. extra de probat. Vant. de nullit. ex defectu iuriſdic. nu. 131. Alex. d. conſ. 130. nu. 2. Carpan. alios citans ad ſtatuta Mediol. cap. 157. nu. 173. Aſin. ſupra citat. cap. 31. §. 2. ampliat. 13.

36 Vndecimo, † poteſt illis temporibus, & fieri, & reuocari ſequeſtrum, Orian. d. cap. quoniam contra, cap. 3.

Duode-

37 Duodecimò, † relatio nuntij fieri potest tempore feriarum, propter necessitates hominum, Marant. part. 6. tit. de citat. num. 55. Rebuf. in tract. de litteris obligatorijs, art. 3, glos. 3. & 4. & seq.

38 Decimotertiò, † appellatio potest interponi, & petitio apostolorum fieri, Specul. loco supra citato.

39 Decimoquartò, † testes ad eternam rei memoriam recipi possunt feriato tempore, quando de eorum morte timetur, vel absentia diuturna, Specul. loco prædicto, Bald. cons. 2. cõfirmatis contentis, lib. 2.

40 Decimoquintò, casus omnes, in quibus pot est renunciari ferijs messium, & vindemiarum, eodé feriarum tempore processum admittunt, Iudice volente, & non aliter, quia huiusmodi feriæ respiciunt etiam commodum Iusdicentis, cui inuitus non tenetur renunciare, l. prima, ff. de ferijs, c. fin. ex tra eod. Orian. dicto cap. quoniam contra de probat. cap. 12. num. 33.

41 † Renunciari autem potest ferijs, ad vtilitatem hominum introductis, veluti messium, vindemiarum, vel introductis ob publicam vtilitatem principaliter, quibus partium consensu renunciari
42 potest, Alex. cons. 36. num. 79. lib. 2. † renunciatio tamen feriarum simpliciter facta non traheretur ad ferias futuras, Bart. in l. 1. ff. de ferijs, Alex. cons. 128. num. 11. lib. 2.

43 † Item scias, quod ad hoc, vt quis dicatur tacitè renunciare ferijs, requiritur, quod citatus tépore feriato compareat, nec opponat de ferijs, si autem non compareat, non dicitur tacitè renunciare ferijs, Alex. cons. 213. num. 3. lib. 2.

44 Et nota, † quod feriarum exceptio semper opponenda est, alias processus valet, ita Asin. in sua praxi, §. 3. cap. 7. num. 3. vbi num. 2. vult, quod licet renunciari possit tacitè ferijs, illud procedit, quoad ferias hominum, non Dei causa introductas, vt per Grat. cons. 41. num. 4. lib. 2. & talis feriarum renunciat o operatur etiam in præiudicium hæredum, Alex. consil. 188. viso processu, num. 8. & 9.

45 Sed dubium est nunquid ferijs introductis à statuto, possit renunciari, & tunc distingue, quod aut statutum loquitur, prohibendo puta, quod non possit procedi, & tunc eis renunciari non potest; Aut statutum loquitur simpliciter, inducendo ferias, prout in casu huius nostri statuti, & tunc eis renunciari potest, quando sunt introductæ ad hominum, & subditorum vtilitatem, nec sunt feriæ in honorem Dei, ita Asin. in tráct. de exequt. sentent. §. 7. cap. 276. num. 11. & nota,
46 † quod licet partes renunciarent ferijs, illa renunciatio testibus non præiudicat, in quorum præiuditium renunciatio partium non valet, Bald. in l. si conuenerit, ff. de re iudic. quem refert, & sequitur Asin. de exequt. rei iudicatæ, §. 3. cap. 250. num. 1.

Non tamen potest renunciari ferijs in honoré Dei, quando inter partes fit instrumentum compromissi, Bald. in addit. ad specul. in tit. de citation. versic. citatio est Bart. & DD. in l. si feriatis, ff. de arbit. dicitur autem actor renunciare ferijs, si aliquis citatur compariturus tempore feriato in domicilio actoris, Specul. in tit. de ferijs, §. 1.

47 † Ferijs autem introductis in honorem Dei, & Sanctorum, de quibus in hoc statuto partes minime renunciare valent, quia eorum solemnitas ab ecclesia instituta est, cap. vnico de relig. & venerat. Sanctorum, lib. 6. l. omnes, & l. fin. C. de ferijs, Signorol. cons. 43 cum duobus seqq.

48 Ferijs similiter repentinis renunciari nó potest, quas solus Princeps ob publicam vtilitatem, vel gratulationem, vel propter aliquod repentinum negotium inducit, quas ita dici affirmat Specul. loco supra citato, & incertæ sunt, ac repente, & subito inuentæ, l. à nullo, C. de ferijs, l. sed & si, §. si fortè, ff. quibus ex caus. maior. Vant. de nullit. ex deffectu iurisd. num. 129. & seq. Lafranc. de Orian. in cap. quoniam contra, cap. 12. num. 33.

49 Nec † consensus partium ex post facto validat gesta tali feriarum tempore; nisi fortè in vim pacti, Iafred. conclus. 33. quo autem ad causas criminales an possit derogari ferijs in honorem Dei, affirmatiuá tenet Leonardus de Cerris inter cõs. Signorol. de Homod. cons. 242. num. 10. & seqq. & facit dictum Alex. cons. 53. quæritur nu. 3. lib. 5. contrarium tamen tenet Signorol. cons. 243. In quęstione vertéte, tamquam honor Deo debitus sit naturalis, & conformis præcepto Dei, vnde si contra fiat, dicitur cõtra bonos mores, & in hoc publica vtilitas non attenditur. Distinguit tamen idem Signorol. cons. 244. dicens quo ad quædam derogari potest, vt ea, quæ expediuntur, non tanquam contentiosa, vt denuntiationes, accusationes, inquisitiones, appellationes, & similia, & vide etiam cons. seq.

Executio autem sententiæ in causa criminali non fit tempore feriato in honorem Dei, Clar. in praxi §. fin. quæst. 97. num. 6. & vide eundem Clar. quæst. 50. num. 3. & q. 64. vers. quæro an tortura, num. 34.

50 Minus proceditur in causa, si illa infra certum tempus decidenda committitur, & id tempus in die feriato cadat, Specul. dicto §. 2. in fine, nisi iurisdictio Iudicis esset tempore peritura, quia tunc posset in causa procedere, ne iudicialis instantia euanesceret, vel saltem debent tolli feriæ de medio, & non currit nisi vtile tempus, Orian. in allegato cap. quoniam contra, cap. 2. num. 9.
51 vers. pone quod † procedit etiam, quando datur dilatio à lege, vel ab homine ad aliquid faciendum, & dilatio est in totum, vel pro maiori parte feriata, quia tolluntur feriæ de medio, Marant. in suo specul. part. 6. tit. de dilat. num. 18. in fine,
52 Orian. loco supra citato, num. 9. sed † si vltima tantum dies dilationis cadat in die feriata, tunc tenetur citatus comparere in die ante, vel in die post diem feriatum, nisi expresè dicat citatio, quod tali die compareat, quia tunc si erit feriata, non tenet citatio, in casibus, in quibus non potest renuntiari ferijs, vt laté per specul. & Orian. locis supra citatis: ad quos pro complemento materiæ poterit haberi recursus.

53 Postremo † scien lum est ferias vindemiarum demi de fatali, cum sint feriæ in totum, vt extat consuetudo fundata super ordine, de quo constat in Venerando Collegio DD. Notariorum Papiæ.

54 An autem attendi debeant feriæ actoris, vel rei, vide Abb. in cap. quod clericis, col. 3. extr. de foro compet.

55 Sed † hic non inutile est quærere nunquid licitum sit in foro conscientiæ die feriato in honoré Dei studere; & dic. quod sic, & non est peccatú, dummodo duo interueniant, scilicet, quod non intermittantur diuina de præcepto, & quod studium principaliter non fiat propter lucrum, Abb.

in

in cap. primo, num. 3. vbi latè Appostil. de ferijs; Nauarrus autem in suo manuali confessariorum, cap. 13. num. 12. tenet studentem non peccare, etiam si studium principaliter fieret propter lucrum, cum studere non sit opus seruile secundum ipsum, apud quem videre est, quando quis dicatur peccare circa præceptum, de seruandis festis.

56 An autem liceat iurare die feriato in honorem Dei, dictum est supra in primo statuto de Regim. Potestatis, ad quem locum recurre.

De responsionibus fiendis positionibus. Rubr. 28.

Item statuimus, quod in quacunq; causa positiones possint fieri quandocunq; vsque ad diffinitiuam sententiam, nisi per Iusdicentem, vel aliter terminus peremptorius datus fuerit ad positiones fiendas, non obstante statuto aliquo in contrarium faciente. Et quod quibuscunq; positionibus quælibet persona contra quam factæ fuerint, teneatur respondere per sacramentum calumniæ credere, vel non credere, sine aliqua conditione, vel alternatione, vel adiectione, nec aliquo alio verbo adiuncto. Saluo tamen, quod si positio esset multiplex ad instantiam aduersæ partis, teneatur ponens eã diuidere, antequam cogatur ei respondere ille, contra quem ponitur. Saluum tamen sit personæ contra quam factæ fuerint, ius impertinentium, & non admittendarum positionum, post responsionem prædictam. Et saluo quòd quotiescunq; posuerit aliquis contra aliquem se aliquid eidem præstitisse, commodasse, vel deposuisse, vel ipsum talem contra quem ponitur, seu alium pro eo, & eius nomine aliquid habuisse, vel recepisse, vel promisisse, vnde, & ex quo ipse talis, contra quem ponitur, si confiteatur remaneat, seu appareat obligatus ad aliquid, dandum, reddendum, seu faciendum, non teneatur ille talis, contra quem ponitur respondere, nisi ponens dicat, & ponat in ipsa positione scriptum continuando se illud habere, debere, seu illud sibi fieri debere, quod ponit. Et si persona contra quam factæ sunt positiones, & cui fuerint personaliter præsentatæ, & in scriptis dimissæ, & cui per Iusdicentem, siue seruitorem Communis Papiæ, ex parte Iusdicentis iussum fuerit, vel præceptum personaliter, quod ipsis positionibus respondeat, fuerit in contumacia respondendi positionibus prædictis infra terminum ei per Iusdicentem prædictum, vel per seruitorem Communis Papiæ, ex parte ipsius Iusdicentis assignatum, & scripta relatione seruitoris, vel præcepto in actis Iusdicentis, iterum secunda vice præcipiatur per ipsum seruitorem ex parte ipsius Iusdicentis personaliter, vel ad domum habitationis prædictæ personæ, contra quàm factæ fuerint dictæ positiones, quòd ipsis positionibus respondeat infra terminum ei assignatum vt supra. Quæ secunda iussio, & præceptum, fiat, & in scriptis dimittatur ipsi personæ, contra quam ipsæ positiones factæ fuerint, personaliter, vel ad domum habitationis ipsius. Et si iterum contumax fuerit in respondendo ipsis positionibus, elapso ipso secundo termino, & scripta ipsa secunda iussione in actis, ipse Iusdicens ad petitionem, & instantiam partis petentis, possit, teneatur, & debeat prædictas positiones pronunciare pro confessis, etiam parte absente, & non citata. Et ipsæ positiones taliter pronunciatæ pro cõfessis, perinde haberi debeãt, ac si per dictam personam, contra quàm pronunciatæ fuerint, forent parte præsente in iudicio legitimæ confessatæ. Et quod in responsionibus fiendis super interrogationibus positionum, & iuramentis, non possit, nec debeat interesse Procurator, nec Aduocatus, nec aliquis alius pro ipso respondente: saluo si esset mulier, vel litterarum ignarus. Et possit ipse Iusdicens quamcunq; personam, contra quam factæ fuerint positiones, vel interrogationes cogere, & compellere ad respondendum ipsius positionibus, & interrogationibus, omnibus, & singulis iuris remedijs, capiendo, mulctando, pignorando, & in carceribus mittendo. ¶ Et si persona contra quam factæ fuerint positiones, vel interrogationes, fuerit fæmina, vel persona infirma, vel egregia, Iusdicens possit, & teneatur mittere vnum ex suis Notarijs ad domum habitationis dictæ personæ eius expensis ad recipiendum, & pro recipiendo responsionem super ipsis positionibus, & interrogationibus. ¶ Cui statuto, & eius beneficio renunciari non possit, nec pacto remitti in aliquo instrumento. ¶ Addentes, quod si ponens in proœmio

dictarum

dictarum positionum dixerit: Ponens quamlibet particulam per se singulariter, & diuisim: vel alia verba equipolentia, quòd tunc ipsa diuisio habeatur pro legitimè facta, taliter, quòd ipse respondere debens, possit ipsis positionibus respondere, credere, vel non credere cuilibet particulæ, perinde, ac si de ipsis positionibus, & qualibet particula per se plures positiones factæ forent.

Summarium ad statutum 28. in Ciuilibus.

1 *Positiones differunt ab interrogationibus, in tribus, & ab articulis.*
2 *Positio, & interrogatio in quibus cōueniant remissiuè.*
3 *Videnda ad materiam huius statuti.*
4 *Statutum hoc volens positiones posse fieri vsque ad diffinitiuam, est correctorium iuris communis.*
5 *Respondens aliter quam contineatur in positione habetur pro confesso.*
6 *Responsio quando sub conditione facta sustinetur.*
7 *Qualificatè respondere, in quibus casibus possit.*
8 *Negans positiones, an possit reuocare negatiuam, & se iuuare ex positione negata.*
9 *Pœnitentia est locus in præparatorijs iudiciorum.*
10 *Pœna à statuto imposita neganti, an possit euitari, reuocando negationem.*
11 *Confessio reuocatur, quando ex ea aduersarius non læditur.*
12 *Contrariorum eadem disciplina.*
13 *Pœnitentia licita in legalibus, ac statutarijs pœnis.*
14 *Positionibus ita est respondendum, vt aduersarius non teneatur probare.*
15 *Responsio facta, quæ non credo, prout ponitur, an sufficiens.*
16 *Positionibus, quibus non respondendum.*
17 *Iuris positionibus non respondendum, & quæ dicatur positio Iuris, & criminosa, quando sit respondendum.*
18 *Positio in parte falsa, an possit in totum negari, & num. 58.*
19 *Cautela obseruanda, ne positio in parte falsa, in totum negetur.*
20 *Positionem negans, non potest super illa se fundare.*
21 *Ex actu impugnato quis non iuuatur.*
22 *Quis non potest se fundare super confessione partis negata.*
23 *Responsio facta positionibus, quæ nego me habuisse & quatenus constat aliter dico me satisfecisse, an dicatur congrua, quod non.*
24 *Cautela pro eo, qui habuit pecuniam secretò, & restituit ad respondendum positioni.*
25 *Ponens tenetur iurare de calumnia ad hoc, vt quis teneatur respondere.*
26 *Pœna negantis positionem per mendacium.*
27 *Positio per errorem confessata, an reuocabilis.*
28 *Responsio se referens ad instrumentum, vel sententiam, an valida.*
29 *Contumax in non respondendo non habetur pro confesso, quando iudicium est inualidum.*
30 *Item quando positio est euidenter impertinens.*
31 *Emptor non tenetur respondere positionibus de dominio euictio.*
32 *Positionibus iuris municipalis respondendum.*
33 *Instantia non currit parte differente respondere.*
34 *Responsio facta per verbum æquipollens ad credere, & non credere, an valida.*
35 *Positio multiplex, quæ, & quæ pertinens.*
36 *Statutum hoc correctorium Iuris communis in illis verbis, seruitorem Communis Papiæ.*
37 *Mora commissa in non respondendo secunda iussioni, an purgabilis.*
38 *Contumax in non respondendo positionibus, qualiter sumendus.*
39 *Respondens quando habeatur pro confesso remissiuè.*
40 *Aduersus confessionem fictam, an possit probari contrarium.*
41 *Interlocutoria per Iudicem fienda positiones haberi pro confessis.*
42 *Purgatio moræ ad respondendum post terminum ad admittatur.*
43 *Citatio partis an requiratur in interloquteria, quod positiones habeantur pro confessis.*
44 *Appellari à dicta interlocutoria an possit.*
45 *Appellatio de iure ciuili ab interloqutoria prohibita est.*
46 *Declaratus pro confesso, potest probare contrarium.*
47 *Casus in quibus respondens positionibus, habetur pro confesso, remissiuè.*
48 *Procurator, & Aduocatus an debeant esse præsentes in responsione positionum.*
49 *Procurator respondens positionibus, an præiudicet.*
50 *Responsio Procuratoris an reuocari possit.*
51 *Contumacia Procuratoris non respondentis an noceat Domino.*
52 *Ad respondendum positionibus, Procurator debet habere specialissimum mandatum.*
53 *Idiota, & mulier respondent positionibus, præsente Aduocato, & Procuratore.*
54 *Ad egregiam personam mittitur Notarius ad recipiendum responsionem ad positiones.*
55 *Persona egregia in duobus priuilegiata, & quæ dicatur num. 56.*
57 *Persona egregia in criminalibus cogitur venire ad iudicium.*
58 *Cuius expensis ad absentem, vel egregiam personā mittendum sit.*
59 *Positio continens plus quam verè sit debitum, an in totum purgari possit.*

1 Irca hoc statutum notandum † est differre positiones ab interrogationibus, vt declarat Practic. Papiens. in forma positionum actoris, in glo. ponit, num. 2. & 3. quo loci vult positiones in tribus differre ab interrogationibus; primò, quia ponens affirmat, interrogans verò dubitat; secundo, positio fit per verbū, ponit, interrogatio per verbū, interogat; tertiò, ponēs ex positione obligatur interogās verò ad nihil tenetur, ex quib. tradit esse cōsultius

facere interogationes, quam positiones, vt ibi per eum, qui tradit, in quibus conueniant positio, & interrogatio.

2 Differunt etiam ab articulis.

Primò in genere probandi, nam ponens intendit probare per responsionem aduersarij; articulans verò per testes, Gail. Practic. obseru. lib. pri. obseruat. 79. num. 3. Marant. in specul. part. 6. actu 4.

Secundo ponens fatetur in tantum, vt nec possit confessionem reuocare, nisi esset erronea, vel in actis nõ redacta, Vestr. in praxi lib. 5. cap. 16. nu. 5. & seqq. vbi alias tradit limitationes, articulans verò non fatetur. Gail. & Marant. supra mox citati.

Tertiò positiones formari possunt more negatiuæ, Pract. Papiens. in form. excipien. contra position. in glos. per verbum, credere. Articulus autem nequaquam, nisi sit negatiua, loco, & tempore coarctata. Marant. dicto loco.

Quartò, positiones possunt produci, & admitti, elapso etiam termino ad probandum.

Articuli verò nequaquam post publicatas attestationes, Gail. lib. primo, obseruat. 105. Marant. vbi supra, Sigismond. Scaccia latè de iudic. caus. lib. primo. cap. 60. & lib. 2. cap. 7. quæst. 10. num. 450. vbi nu. 466. & seqq. ponit differentias inter positiones, & interrogationes.

3 Vide etiam infra † statut. 31. de pœna negantis positionem, & infra decretum 25. & Nou. Mediolani Const. in tit. de Iudic. §. positionibus, cũ disponitur, quod nisi pars citata responderit per sacramentum calumniæ, & prout ei fuerit iussum, tunc ipsæ positiones pro confessis habeantur, & in materia præsentis statuti accedat, Bald. cons. 269. vol. primo, Practic. Pap. in forma positionum actoris, per totum, Neuizan. cons. 5. per totum, Curt. in tract. de positionibus, num. 8. & seq. Mascard. conclus. 1176. & seqq. Surd. decis. 196. Mancin. de iurament. part. 2. art. 2. latissimè Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 83. Alex. cons. 42. volum. 5. Neuizan. in sua sylua Nupt. lib. 3. num. 54. Natt. cons. 59. lib. primo, Ioseph Ludouic. decis. 8. part. prima, Surd. cons. 360. volum. 3. Asin. in praxi, §. 19. Pacian. in tract. de probat. lib. primo, cap. 20. & seq.

4 In verbo, vsque ad diffinitiuam sententiam] † corrigit in hoc Ius commune, vt per Lafranc. de Orian. in cap. quoniam contra, in verb. responsiones extra de probat. quod intelligendum est, nisi lapsus esset terminus legis, vel statuti, aut Iudicis, ad probandum, Ias. in l. fin. col. 3. in 7. Ampliat. de ferijs.

In verbo, & quod quibuscunq; positionibus] †
5 nota, quod huiusmodi statutum in illis verbis, sine aliqua conditione &c. dat formam, quæ omnino seruanda est, Natta consil. 59. num. 12. & ideo responsio aliter data, quã contineret positio, nihil valet, Alciat. in l. prima, §. si quis simpliciter, nu. 30. versic. stante quarto statuto, ff. de verborum oblig. Gallia in cons. 74. num. 70. cum duobus seqq. qui loquitur in terminis Nouarum Constitutionum Mediolani, in tit. de iudic. §. positionibus, in quibus idem cauetur, de quo in hoc nostro statuto, & dum statutum vtitur dictione quibuscunq; includit etiam eas, quibus alias non esset respondendum, Ronded. consil. 49. num. 11. & seq. & 92. num. 13. cum seq. lib. primo, & dixi supra de Regim. Potest. statut. 25. nisi tamen essent notoriè impertinentes, Curt. iun. in l. 2. §. quod obseruari, num. 101. & seq. C. de iur. iur. prop.

6 cal. dando; an autem si responsio fiat sub conditione, quæ insit ex natura, & qualitate actus sustineri possit: dic. quod sic, Bald. Alex. & cæteri in l. gallus, §. primo, in 2. notabili, ff. de liber. & posth., licet Ias. ibi contrarium tenet, Alex in l. 1. §. si quis simpliciter. nu. 5. vbi Alciat. num 25. & alij, ff. de verb. oblig. Rip. auus mihi maternus, in l. prima, nu. 29. vers. vltimo restringitur, ff. de vulg. Pacian. alios etiã idem tenentes referens, & hanc communem asserens in tract. de probat. lib. 1. cap. 21. nu 24. & seqq. referens etiam, & reprobans distinctionem, Aret. in d. §. si quis simpliciter.

7 Non est tamen ignorandum, quod † aliquando non obstante dicto statuto, licitum est qualificatè respondere positionibus, de quo statur arbitrio Iudicis, vt per Menoch. loquentem in terminis huius nostri statuti, & exemplificantem nonnullis modis de arbitr. Iud. casu 251. Pacian. de probat. d. lib. primo, c. 21. nu. 29. inteligens nu. 37. id verum, vt duplex responsio admittatur, quo ad effectum, vt taliter respondens non habeatur pro confesso ex forma statuti, non autem quo ad effectum, vt teneatur iterum interrogatus respondere, vt per Rip. auum meum in d. l. prima, num. 28. versic. & scias.

8 Si autem quis negauerit positiones, an poterit postea reuocare negationem, & se iuuare ex positionibus negatis, vide Alex. post Bart. in l. naturaliter,
9 §. nihil commune, ff. de liber. & posth. Natt. cons. 381. vbi tenet, quod sic, cum in præparatorijs iudiciorum locus sit pænitentiæ ante litẽ contestatam, l. electio. §. neque, ff. de noxal. quod procedit secundum eum, etiam dato, quod pars acceptasset negationem, & ibi per eum nu. 3.

10 † Et quid si sit statutum, puniens aliqua pœna negantem positiones, an huiusmodi negans antequam aduersarij testes super positionibus negatis examinari faciat, possit reuocando dictam negationem, & sic confitendo effugere pœnam statutariam; dic, quod sic, vt per Asin. in sua prax. iud. §. 19. cap. 10. per totum, post Castr. cons. 157. col. 2. num. 3. volum. 3. & mouetur Asinius dicto loco
11 pluribus rationibus, & his potissimum, quia, † sicut confessio impunè reuocari potest, quando aduersario nulla est inducta captio, l. de ætate, §. fin. ff. de interog. act. facit, cap. final. iuncta, glos. de confessis; eodem modo dicendum est negationem
12 impunè reuocari posse, † cum contrariorum eadem sit disciplina, l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Institut. eodem, in principio; secundò
13 † quia in pœnis legalibus, & statutarijs licita est pænitentia, l. qui cum maior, §. accusasse, & l. si seruitutem, §. pen. ff. de bonis libert. ita Abb. cõs. 17. lib. 2.

14 Scias † tamen, quod positionibus ità respondere debet, vt aduersarius ab onere probandi releuetur, vt notatur in cap. primo, de confessis, in sexto, & l. 2. §. quod obseruari, Cod. de iuram. calum. Asinius dicto §. 19. capitulo 26. numero quarto.

15 An † autem quis dicatur sufficienter respondisse, dicendo; non credo, prout ponit; Practic. Papiens. in forma excipiendi contra positiones, in glosa, primò quod publica vox, numero sexto, vbi Appostill. ad eum tenet, quod sic, quidquid in hoc dubitauerit, Practicus Papiensis ibidem, Baldus in lege prima, vers. in textu simpliciter,

C. de

C. de dot. promiss. videndus etiam Iaſ. in l. Iuſiurandum, §. ait prætor in vltimo not. ff. de Iur. Iur. ſtantibus tamen verbis, quæ adijciuntur in poſitionibus aſcendendo, vel deſcendendo vſque ad minimam partem, crederem dictam reſponſionem non ſufficere, vt per Pacian. de probat. lib. prim. cap. 2.

16 † Quibus autem poſitionibus non teneatur, quis reſpondere tradit Bart. in l. vbicunq; ff. de Interogat. action. & proſequitur latius Carpan. ad ſtatuta Mediolani cap. 83. num. 40. & ſeq. Iacob. de Aren. in tracta. de poſition. in princip. Maſcard. melius quam cæteri de probation. concluſ. 1177. licet probationum facultas, Vincent. Mancin. in tract. de iurament. part. 2. artic. 2. per tot.

17 Scias † autem inter alias, poſitionibus Iuris non eſſe reſpondendum, cum Ius ſit certum, l. 2. ff. de Iuris & facti Ignor. ita Practic. Papien. in d. forma excipiendi contra poſitiones in glo potius in Iure, poſt Bartol. in l. ornamentorum, ff. de aur. & arg. leg. & apud eundem Practic. Pap. loco mox relato poteris videre, quæ dicatur poſitio Iuris, vbi vult quod poſitio iuris illa eſſe dicatur, ſcilicet quod minor. 14. annis non poſſit facere teſtamentum, vel quod fideiuſſor non obligetur ſine ſtipulatione, & ſimiles.

Item licet poſitioni criminoſæ quis reſpondere non teneatur, vbi tamen crimen de quo ponitur faceret criminoſum locupletari cum alterius iactura, tunc tenetur reſpondere, Bart. in l. marcellus, §. 1. num. 3. ff. rerum amot. Curt. Iun. in l. 2. §. quod obſeruari numer. 136. ff. de iur. iur. propt. cal. dan. vbi num. 137. aliter declarat Maſcard. concluſ. 1177. num. 59. & ſeq.

18 An † autē poſitio partim vera partim falſa poſſit in totum negari videas Bart. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, vbi Caſtr. Alex. & Iaſ. ff. de verbor. obligat. vbi concluditur omnium DD. opinione, quod in totum negari non poſſit, & licet Deci. in l. non poteſt videri improbus num. 3. ff. de reg. iur. teneat contrarium quod imo negari in totum poteſt: attamen Appoſtilla ibi ad eum atteſtatur de communi in contrarium, negari tamen nō poteſt quin

19 articulus ſic dubius, † ad quam dubietatem tollendam ſolent practici Cauſidici, & Aduocati ſecundum Iaſ. in §. ſi ſtipulanti nume. 10. in fine numeri ſecuriorem viam eligentes facere poſitiones de certa quantitate, puta de centum, adijciendo in dictis poſitionibus, & ſi non credit de tanto, dicat de quanto, deſcendens vſque ad minimum, & ita hanc practicam tu quoque obſeruato, & circa principale dubium opiniones inter ſe diſſentiētes refert Sigiſmund. Scacc. de iudic. cauſ. lib. 2. cap. 7. quæſt. 22. num. 689. cum ſeqq. pluribus, & ibi late tuetur ſententiam affirmatiuam, quod poſſit in totum negari, reſpondens etiam contrarijs.

20 Sed † an negans poſitionem aduerſarij poſſit ſuper illa ſe fundare, & dic quod non, Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ. poſt Spec. in tit. de poſitionibus, §. 8. verſic. ſed iuxta præmiſſa ſequitur Rip. auus mihi maternus plures citans in d. §. nihil commune nu. 122. vbi limitat nōnullis modis, vt ibi per eum facit reg.

21 ex † actu impugnato nemo ſe iuuare poteſt, cap. ex eo de reg. Iur. in 6. de qua regula videas latè per Ant. Gabr. in ſuis communibus in tit. de reg. iur.

22 concluſ. 1. per totam, † hinc etiam dicimus, quod ſuper confeſſione partis impugnata, quis ſe fundare nequit Ripa in dicto §. nihil commune, nume. 121.

23 Quid ſi † in reſponſione dicatur nego me habuiſſe, & quatenus conſtiterit me habuiſſe, dico tibi eſſe ſatisfactum, an dicatur congrua reſponſio DD. omnes in l. j. vbi in ſpecie D. Ripa auus meus maternus num. 23. ff. de vulg. & pupil. Iaſ. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter nu. 8. ff. de verb. oblig. tenēt quod non, & ibi latè Rip. declarat, Natt. conſil. 61. volum. 1. ſequitur Aſin. d. §. 19. cap. 18. nu. 1. & ca. 21. vbi teſtatur de communi, Pacian. de probatio. lib. 1. cap. 21. nu. 17. & ſeq. c. 22. vbi latiſſimè Surd.

24 deciſ. 258. & 291. & † etiam quærit qualiter erit conſultum ei, cui fuerunt mutuati centum in thalamo ſecreto, & pariter reſtituit ſecreto, ſi interogatus non poteſt reſpondere modo ſup. poſitioni, & dicit, quod poteſt inſtare coram Iudice, ne huiuſmodi indiſtinctam interrogationem admittat, ac generalem, qui Iudex tenetur hoc addi facere, ſcilicet interogo te, an tibi centum, quorū es mihi debitor mutuauerim, nam tunc ſi reſtituit poterit negare poſitionem, & ad hoc citat Alciat. in l. prima, §. ſi quis ſimpliciter, & alios, de quibus ibi per eum, & latiſſimè Pacian. loco ſupra citato.

25 † Scias tamen, quod non tenetur quis reſpondere, niſi ponens iuret prius poſitiones veras eſſe, glo. magna ad finem in l. 1. C. de confeſſis, Iaſ. in l. poſſidere num. 24. ff. de acquir. poſſeſſ. Carpan. alia in propoſito congerens, dicto cap. 8. numero 22. & ſeq.

26 † Si negauerit autem pars poſitiones, & conuincatur de mendatio, quid Iuris ſtatuendū ſit, Plot. in repetit. l. ſi quando nume. 659. Cod. vnde vi, vult quod poterit iurari in litem per ponentem contra negantem ſuper damnis, & expenſis, & intereſſe ponentis, cum negans hoc caſu dicatur eſſe in dolo, vt ibi per eum, & vide infra ſtatut. 31. vbi ponitur pœna negantis poſitiones.

27 Quid † ſi poſitio fuerit per errorem confeſſata, an poterit reuocari, dic quod ſic, ſiue error ſit in facto alieno, ſiue in facto proprio, docto tamen prius de errore, Bart. in l. error colum. prima, C. de Iuris & fact. ignor. Alexand. conſil. 47. nu. 16. vbi Appoſt. ad eum libr. 1. Anton. Gabriel. in ſuis communibus in titulo de confeſſ. concluſ. vltima, num. 4. & 6.

28 Quid † ſi fiat poſitio ſuper tenore alicuius ſententiæ, vel Inſtrumenti, & ille, contra quem fit poſitio, dicat, quod ſe refert ad Inſtrumentum, vel ſententiam; an dicatur vera reſpōſio ſine qualitate, vide in terminis deciſ. Peruſinam 8. per totum part. 1. affirmatiue reſpondentem; ſecus tamen eſſet, ſi diceret credo, quod ponitur, ſi inſtrumentum, vel ſententia appareat, Specul. de inſtr. edition. §. nunc dicamus verſic. quid ſi quis in libello, Ioſeph. Ludouic. dicta deciſ. 8. numero 3. & 16.

29 † Notandum tamē eſt quod ſi Iudicium aliqua ratione, vel cauſa eſſet inualidum, contumax in nō reſpondendo non habetur pro confeſſo, Bart. in l.

30 filius, ff. de interrog. act. quod † procedit etiam ſi non reſponderet poſitionibus euidenter impertinentibus, vt per Aſin. d. §. 19. cap. 9. nume. 3. & 4.

31 † Quando agitur contra emptorem pro euictione rei, non tenetur emptor reſpondere poſitionibus ſibi de dominio euicto factis, Bart. in l. at qui natura, ff. de neg. geſt.

32 Et licet, † vt supra dixi, positionibus iuris communis, quis non teneatur respondere, secus tamé est in positionibus iuris municipalis, Bart. in l. ornamentorum, ff. de lib. leg. Franc. Curt. in suo tract. prositio. breuiloq. 8. & 17. Carpan. d. cap. 83. num. 138. & seq. & per totum illud capitulum.

33 † Differente autem parte respondere, non currit instantia, Alex. consil. 42. num. 12. volum. 2. Dec. cons. 677. num. 4. Natta cons. 172 nu. 16. volum. 1.

34 In verbo, credere, vel non credere] † quæro an sufficiat, si respondeat per aliud verbum æquipolens; & dic, quod sic, Castr. cons. 157. num. 2. lib. 2. quem refert, & sequitur Asinius d. §. 19. cap. 25. Carpan. dicto cap. 83. num. 129.

35 In verbo, saluo tamen] † quæ dicatur positio multiplex, tradit Curt. in dicto tract. positionum, num. 42. & in l. 2. §. quod obseruari num. 128. & seq. breuiloq. 18. C. de iur. iur. propter calum. dand. & vide Specul. in tit. de iuram. calum. dand. Specul. in tit. de iuram. calum. Natta consil. 20. num. 7. lib. primo, vbi vult positionem multiplicé dici, quando continet plura membra, quo casu vult ei non esse respondendum, quæ pariter an dicatur pertinens, vel ne, dic dici pertinentem modo directè, vel indirectè faciat ad causam aliquo modo, Bald. in cap. quoniam contra, in verbo aliquid, extra de probat. Rol. à Val. cons. 34. nu. 8. vol. 3 & dicam latius inf. ad statut. sequens in materia capitulorum.

36 In verbo, siue seruitorem Communis Papiæ] † corrigitur in hoc ius commune, gl. in cap. 2. de confessis, in sexto, Bald. in l. 2. §. quod si actu, in fine, C. de iur. propter calum. dando.

37 In verb. quæ secunda iussio] † vtrum quis non respondendo secundæ iussioni, possit moram purgare, & respondere, tradit Bart. in l. si insulam, ff. de verb. oblig. Prac. Pap. in forma excipiendi contra positiones, in gl. primò, quia, nu. 2. & dicam infra in verbo ipse iusdicens.

38 In verbo, & si iterum contumax fuerit] in ista † contumacia exigitur, vt sit monitus, & iussus in faciem à Iudice, vt respondeat alias non habetur pro confesso, sic etiam de iure communi, cap. 2. de confessis, in sexto, Bart. & Ang. in l. certum, ff. de confessis, DD. omnes in l. 2. §. sed si actu, C. de iur. propter calum. dando, Pract. Pap. in forma positionum actoris in gl. ponit, nu. 4. & alia quamplura, an, & quando non respondens pro confessato habeatur, tradit Sigismund. Scaccia de iudic. causarum, lib. 2. cap. 7. quæst. 11. nu.
39 476. cum seqq. plurib. ponens etiam praxim, & formam, qua proceditur contra non respondentem positionibus, ad effectum, vt possit declarari pro confesso, num. 484. & seqq. & nu. 510. q. 13. ponit casus, in quibus contumax non habetur pro confesso, item quæst. 14. an contumax habeatur pro confesso ipso iure, an vero requiratur declaratoria, firmás requiri declaratoriam, vt etiam infra dicam. Carpan. dicto cap. 83. num. 178. & seq. ponens effectus ex hac contumatia resul-
40 tantes, & alia, & † an aduersus hanc fictam confessionem possit contrarium probari, vide ibi, & per Ias. in l. is qui, C. qui test. fac. poss.

41 In verbo, ipse Iusdicens] † requiritur tamen interlocutoria, quæ quomodo sit concipienda, tradit Bart. in l. eius qui, ff. de iure Fisci, D. Rip. auus meus in l. prima, col. 5. num. 28. ff. de vulg. & pupil. scilicet, quod declaret illud pro confesso
42 haberi; dum etiam ponit an admittatur purgatio more ad respondendum positionibus post lapsum termini; & dic, quod non, vt tenet Practic. Papien. in forma excipiendi contra positiones, in gl. primò quia, nu. 2. vbi latè Appost. ad eum, Ias. in l. vinum, nu. 9. & seq. ff. si cert. pet. Nat. cons. 53. num. 5. Soc. iun. cons. 11. num. 11. lib. 2. Felin. in cap. Rodulphus de rescript. Marsil. consil. 10. num. 18. & cons. 52. num. 17.

43 † Ad ferendam autem hanc interlocutoriam non requiritur citatio partis, Gabr. in suis communibus, in tit. de citationibus, conclus. prima, nume. 365. Carpan. dicto capitulo 83. nume. 174. & seq.

44 Sed † dubium est, nunquid ab huiusmodi interlocutoria facta per Iudicem positiones haberi pro confessis, possit appellari; & dic, quod non,
45 ea ratione, † quia ab interlocutoria de iure ciuili prohibita est appellatio, l. ante sententiam, Cod. quorum appell. non recipiuntur, Bart. in l. intra vtile. ff. de minor. 25. annis, Marant. in suo specul. Iud. in verbo, & quandoq; appellatur, num. 303. versic. decimo quarto limita, Petrus Gregor. Tholosan. in suo tract. de appell. lib. 2. cap. 4. in tit. de prohibita appellatione ab interlocutoria sententia; præterea in terminis, quod ab huiusmodi interlocutoria, in qua est pronunciatum positiones haberi pro confessatis, non detur appellatio, tenet Dec. cons. 34. num. 2. Asinius in sua praxi iud. §. 19. c. 15. per totum. Rip. auus maternus in l. si insulam, num. 89. ff. de verb. oblig. & hanc opinionem esse tenendam, quidquid in contrarium voluit Rip. in l. prima, num. 28. ff. de vulg. quem sequitur Scaccia de ord. iudic. lib. 2. cap. 7. quæst. 16. nu. 545. Carpan. dicto cap. 83.
47 nume. 175. scias † tamen, quod quatenus omittatur appellatio, poterit probari contrarium coram eodem Iudice, Plot. in repet. in l. si quando, num. 778. C. vnde vi.

47 In verbo, prædictas positiones] plures tamen sunt casus, in quibus respondens pariter ipsis positionibus habetur pro confesso, vt tradit Lafranc. de Oriano in dicto cap. quoniam contra. tit. supra citato, post Bald. in l. 2. §. quia obseruari, vbi latissimè, Curt. C. de iur. calum.

48 In verbo, non possit, nec debeat interesse Procurator, nec Aduocatus] † concordat cum iure communi, text. in l. non solum, ff. de Procurat. Neuizan. consil. 7. nume. 14. latè Sigismundus Scaccia de iudic. causarum, lib. 2. cap. 7. q. 18. num. 548. cum seq.

49 Si autem procurator respondeat sibi præiuditium parit, Afflict. decis. 148. num. 4. Ias. plura consil. 147. lib. primo, Tiraq. de retract. cóuent.
50 §. primo, glos. 5. num. 15. & seq. poterit tamen incontinenti reuocari, Castr. in l. vltima, C. de errore Aduocatorum, Alex. consil. 71. num. 8. lib. 3. Vtaq; est hæc opinio, vt obesse possit in eodem iudicio, secus in alio. Abb. in cap. per inquisitionem de elect. Marsil. sing. 290. Dec. cons. 146. num. 5. plura, Matran. ad Pract. Pap. in forma positionum actoris, in verbo, Simonius Spelta, plene an procurator possit, & teneatur respondere, Osasch. decis. pedemont. 113. per totam, Vbert. de Bolio in tract. positionum, in principio, num. 20. Bursatus cousilio 73. numero septimo, volum. primo.

51 In casibus autem, in quibus procurator respondere potest, an si fuerit contumax in respondendo, eius

eius contumatia obsit domino, vide plenè Ozasch. decis. pedem. 87. nu. 7. vbi tenet, quod
52 sic; † requiriturq; specialissimũ mandatum, ad hoc, vt possit Procurator, vel Aduocatus respondere, Bart. in l. qui Romæ, §. calimacus, nu. 10. ff. de verb. oblig. Soc. sen: cons. 55. num. 8. volum. primo, Carpan. in d. cap. 83. num. 3. & seq. vbi latè Bald. cons. 322. vol. primo, Practic. Papiens. & ibi addit. in forma positionum actoris. in verbo Simonius Spelta. Scaccia de iudic. causarum, lib. 2. cap. 7. q. 18.
53 In verbo, saluo si esset mulier, vel litterarum ignarus] † Idem de iure communi, Alexand. in l. prima, nu. 4. vbi alij, ff. de vulg. & pupill. Marsil. singul. 251. num. 2. Decisio Perusina 81. per totam, hinc dici solet, quod positionibus responsurus absente aduocato, & non instructus respondere tenetur, Bart. in l. si postulauerit, §. quæstioni, ff. de adult. nisi responsurus esset idiota, vt hic in statuto. Asinius post Hosti. & Bald. per cũ citatos in d. §. 19. cap. 18. limit. 4. num. 3. Idem est in persona indiscreta addit. ad Rom. sing. 696 versic. plus subdit.
54 In verbo, & si persona contra quam] idem † de iure cõi, l. ad egregias, ff. de iur. iur. & videndus Boer. decis. 303. nu. 5. Afflict. decis. 177. & dum statutum nostrum vult ad personam egregiam mittendum esse Notarium ad recipiendum
55 responsionem ad positiones; dic, † quod persona egregia in duobus à iure reperitur priuilegiata; primò, quia iuramentum eis domi deferri debet, vt hic. & dicta lege ad egregias; secundò, quia non coguntur venire ad Iudicem ad testificandũ, sed domi sunt interrogandæ, glos. in cap. si qui testium, vbi Abb. Felin. & cæteri DD extr. de testibus, Menoch. de arbitr. iud. casu 70. num. 1.
56 cum seq. vbi † etiam declarat, quæ dicatur persona egregia, & enumerat Cardinales, Episcopos, Auditores Rotæ, Doctores, Præsbyterum perso-
57 nam nobilem, & ibi per eum; scias tamen, quod supradictum est non habet locum in criminalibus, in quibus coguntur etiam personæ egregiæ venire ad iudicium ad testificandum, Iulius Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 26. nu. 2. vbi Baiard.
58 in addit ad eum, num. 5. † cuius autem expensis mitti debeat ad absentem, vel egregiam personã in Iudicis arbitrio positum est, Menoch. de arbit. iud. cas. 228. nu. 2. Boer. dicta decis. 303. sub nu. 5. licet expensis absentis id faciendum arbitretur. Scaccia de iudic. caus. lib. 2. cap. 7. quæst. 19. num. 514. & seq.

In verb. dixerit ponens quamlibet particulam] an autem si positio plus contineat, quã verum de-
59 bitum possit licitè in totum negari, & alia de hac clausula, vide penes Practic. Papiens. in forma positionum actoris, in gl. ponens, & diuidens, & dictum est supra; cætera quo ad materiam positionum, poteris videre plenè congesta per Carpan. ad statuta Mediolani, dicto cap. 83. per totum, vbi latè, de hoc, qui tractauit, nec enim intendo materias per se notas, & ab alijs difusè pertractatas transcribere, de quibus etiam per Scac. de iudic. causarum, lib. 2. cap. 7. q. 7. cum seqq. pluribus.

De capitulis admittendis. Rubr. 29.

Item statuimus, & ordinamus, quòd in quacunque causa capitula producta sint ipso iure admissa. Saluo iure aduersario impertinentium, & non admittendorum dictorum capitulorum. Interrogationibus verò quibuscunq; respondeatur, quibus de iure communi respondi debet.

Summarium ad Statut. 29. in Ciuilib.

1 Capitula admittenda, quando notoriè non sunt impertinentia.
2 statutum volens admitti capitula, non intelligitur de notoriè impertinentibus.
3 Capitula modicè ad rem facientia admittenda.
4 Capitula in dubio admittenda, saluo iure &c. & vide num. 6.
5 Exceptio non admittendorum capitulorum reseruatur in fine litis.
7 Capitulorum copia tradenda parti.
8 Capitula impertinentia non admittenda, cum clausula, saluo iure &c.
9 Capitula super iure iam deciso reijcienda.
10 Instantia non currit pendente controuersia super admissione capitulorum.
11 Capitula impertinentia qua, & num. 13.
12 Capitula pertinentia, qua dicantur.
14 Clausula in capitulorũ admissione, saluo iure &c. quid importet.
15 Appellari potest ab admissione capitulorum.
16 Intellige, quando prius est appellatum à pronuntia.
17 Appellatio à reiectione capitulorum admittenda.
18 Interrogationibus, quibus, & quando respondendum.
19 Interrogationes quæ iure inuenta.
20 Quid differant à positionibus.
21 Interrogationes, quando fiant remissiuè.
22 Interrogationes, in qua parte iudicij facienda remissiuè.

1 Omnia † capitula debent admitti, vbi notoriè non constat de impertinen-
2 tia, † & quod hoc statutum nõ intelligatur de notoriè impertinentibus, tenet in puncto huius statuti nouissimè D. Costa in suo tract. de facti scient. & ignor. inspect. 31. num. 5. & 6. vt tradit Asin. in sua praxi iud. §. 19. cap. 9. Plot. cons. 69. num. 11. & seq.
3 vbi † dicit esse admittenda omnia, etiam quod modicè ad rem faciant, Menoch. consil. 2 num. 363. Rolland. à Vall. consil. 34. num. 5. volum. 3. Honded. consil. 19. num. 19. & seq. lib. primo, &
4 in dubio capitula semper sunt admittenda. Surd. cons. 165. num. 5. volum. 2. Costa d. inspect. 31. num. 5.

5 Quinimò,† exceptio an sit admittenda, vel non, reseruatur in fine litis, vt ibi per eum, ita vt ipso iure capitula censeantur admissa, Marius Anguis. cons. 107. num. 38. Menoch. d. cons. 2. nu. 363. & seq.

6 Et † vbi adest aliqua dispositio Iuris, vel facti, debet admitti, cum clausula, saluo iure impertinentium, Crauet. cons. 901 num. 84. lib. 5. Dec. cons. 517. & cons. 75. num. 3. cum duobus seqq. lib. 3. Anguis. cons. 55. in princ. lib. 3. Castr. in l. neq; natales, C. de probat. Curt. sen. cõs. 70. nu. 8.

7 Earumq; copia petenti est tradenda, Abb. in c. per translationem, vbi plura in materia, extra de testibus, Bart. in l. si duo, §. idem Iulianus in fine, ff. de iure iur.

8 Si autem † clarum esset capitula esse omnia impertinentia, eo casu non sunt admittenda cum dicta clausula, sed penitus reicienda, Imol. & Moder. in l. Prætor ait, in fine, ff. de damno infecto, Ias. in l. si duo, §. idem, col. vltima, ff. de iur. iur. Curt. cons. 16. circa medium, Alex. cons. 77. nu. 12. vol. 2. Asin. d. §. 19. cap. 19. Rol. a Vall. cõs. 34. num. 14. lib. 3. Plot. in repet. l. si quando, nu. 255. C. vnde vi, Crau. cons. 23. nu. 4.

9 † Nec pariter essent admittenda super iure iam deciso, Ias. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, num. 7. & seq. ff. de iur. iur.

10 † Pendente autem controuersia super capitulorum admissione, nulla currit instantia, Tiraq. de retract. lignag. §. 1 gl. 10. nu. 4.

11 Quæ † autem dicantur impertinentia, tradit Dec. cons. 162. & in cap. quoniam contra de probat. Bald. cons. 62 vol. 2. Ias. in §. idem Iulianus, num. 13. Gramat. decis. 45. num. 8. Roll à Vall. dicto cons. 34. num. 8. vol. 3.

12 † Et scias, quod capitula non dicuntur impertinentia, quæ faciunt ad rem quoquo modo, siuè directè, siuè indirectè, vel quæ qualitercunq; adminiculantur, etiam ex qualibet leui præsumptione dicuntur pertinentia, ita Rol. à Vall. d. cons. 34. num. 7. cum seq. & dicuntur pertinentia etiã ea, quæ præsumptiuè, & seu coniecturatiuè, vel adminiculatiuè, quoquo modo ad causã faciunt, nam tunc admittuntur, maximè stante hoc statuto, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, Curt. sen. cons. 70. num. 8. vers. venio ad secundum.

13 † Impertinentia vero ea esse dicuntur, quando ex eis nullus effectus sequi põt, vt per Rol. à Val. d. cons. 34. num. 15. Crauet. cons. 5. in fine. nu. 18.

14 In verbo, saluo iure aduersario] † operatur hæc clausula, quod si in futurum, etiam finito processu constet Iudici dicta capitula non fore admittenda, perindè esse, ac si non essent admissa, & pro non admissis habentur, reijciunturq; etiam depositiones testium super illis receptæ, ac cæteræ probationes superindè factæ DD. communiter in cap. cum contingat, extra de officio delegat. Marant. in suo specul. iud. in 6. part. princ. art. 4. de positionibus, nu. 23. Guido Papa quæst. 341. & sing. 957. Dec. cons. 162. col. prima, qui ad fugiendos dictos amfractus, tutius ait deputare, & facere, vt Iudex interloquatur super dicta admissoria, Roll. à Vall. dicto cons. 34. num. 13. Nata cons. 20. nu. 5. lib. primo, Curt. iun. in l. 2. §. sed quod obseruari, num. 95. C. de iuram. calum.

15 Ab admissione tamen capitulorum permittitur appellatio, Bald. in l. 2. nu. 19. C. de epis. audient. Duen. reg. 52. limit. 9. Menoch. in tract. adipisc. remed. 4. num. 817. dummodò tamen prius sit appellatũ à pronuntia, quam facit Iudex; quod illa admittuntur, alias secus, Castrens. in l. ab exe-
16 cutore, num. 2. ff. de appellat. & † ratio est, quia si à prima sententia non est appellatum, vtiq; etiã à secunda appellari prohibitum est, quæ primæ sit executio, Crauet. cons. 273. nu. 1. sic Grat. cons. 16. lib. 2. Ruginel. de appell. §. 2. cap. 3. nu. 166.
17 & seq. vbi ait, † admitti etiam appellationem à reiectione capitulorum, secus si admittantur cum clausula, saluo iure impertinentium.

18 In verbo, interrogationibus verò] † quibus interrogationibus, & quando sit respondendũ plenissimè alijs omissis Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 73. cum capitibus seq. Practic. Papiens. in forma interrogationis fiendæ per totum.

19 † Quo autem iure inuentæ sint interrogatio-
20 nes, & † qualiter differant à positionibus, videas per Specul. in tit. de positionibus, §. 3. Host. in summa de confessis, & Practic. Papien. in forma positionum actoris, glos. ponit. num. 2. & dictum est supra ad statut. proximè præcedens in princip.
21 quomodò autem fiant interrogationes, & quo iure inuentæ sint. videas Asin. in sua prax. §. 19.
22 cap. 24. † & in qua parte Iudicij fiendæ veniant interrogationes, videas latè Iacobum Menoch de arbit. Iud. casu 51. vbi latissimè circa hoc versatur, Sigismund. Scaccia de Iudic. causarum, lib. primo, quæst. 29. nu. 5. & seqq.

Quod mors, & filiatio possint probari per vocem, & famam. Rubr. 30.

ITem statuimus, quod mors cuiuscunque, siue aliquam personam esse mortuam nunc, vel in futurum probari possit, & valeat per vocem, & famam, saltem per duos testes. Et prædicta probatio in dicto casu mortis habeatur, & teneatur pro legitima probatione mortis alterius. Et eodem modo aliquam personam esse, vel fuisse filium, vel filiam, legitimum, vel legitimam, ascendentem, vel descendentem alicuius, vel esse, vel fuisse in rerum natura, vel esse, vel fuisse patrem, vel auum probari possit, & valeat per vocem, & famam, vt supra dictum est. Et dicta probatio dicto casu habeatur, & teneatur, & haberi, & teneri debeat pro legitima probatione prædictorum. Singula singulis, congruè referendo, nisi contrarium probaretur.

Sum-

Summarium ad statutum 30. in Ciuilib.

1 *Mors probatur ex vestibus lugubribus propinquorum defuncti.*
2 *Item ex testimonio duorum attestantium vidisse aliquem vita functum, vel mortuum.*
3 *Quid si vnicus tantum testis hoc deponat.*
4 *Quid si testes ex officio iudicis tantum fuerint recepti.*
5 *Mors qualiter iuramento probetur.*
6 *Quando probetur dicto exploratorum à iudice missorum.*
7 *An probetur ex libris parochianorum.*
8 *Quid si probetur quod quis vagus, rixosus, furiosusuè abfuerit per quinquennium.*
9 *Mors an probetur, probando, quod si viueret, excederet centesimum annum.*
10 *Homo præsumitur viuere vsq; ad centum annos.*
11 *Mors an probetur per verbum quondam in instrumento positum concurrente fama.*
12 *Mortis probandæ potior modus est per publicam vocem & famam.*
13 *Intellige de his quæ modicum damnum afferre possunt.*
14 *Item intellige in morte antiqua, secus recenti.*
15 *Quæ necessaria ad hoc vt fama publica mortem probet, & num. 16. & 17.*
18 *Fama in probando mortem an plenè sit probanda.*
19 *Mors non præsumitur nisi per allegantem probetur.*
20 *Mors qualiter de iure communi probetur.*
21 *Quando in probanda morte plena probatio requiratur.*
22 *Mortis appellatione de naturali intelligitur, non de ciuili.*
23 *Granatus de restituendo post mortem, intelligitur de naturali non de ciuili per ingressum religionis.*
24 *Monasterium hoc casu retinet bona, durante vita ingressi.*
25 *Fallit quando monasterium est incapax, tūc enim statim purificatur mortis conditio.*
26 *Mors ciuilis quando æquiparetur naturali.*
27 *Quid quando mors ciuilis eundem operatur effectum, quod naturalis.*
28 *Mortis appellatione ad sustinendum actum aliter nullum, de ciuili intelligitur.*
29 *Filiatio an probetur per vocem & famam.*
30 *Quid in probatione filiationis illegitimæ.*
31 *Quid in probanda affinitate, & consanguinitate.*
32 *Filiatio ex quibus probetur.*
33 *Filiatio ex parte patris, plenè non probatur.*
34 *Filiatio quibus coniecturis, & præsumptionibus probetur.*

1 Vltæ sunt probandæ mortis species, ac prima ex propinquorum, & defuncti consanguineorum veste lugubri, & squalida mortem propinqui de cuius agitur interitu probari sentit Bar. in l. 2. §. sed si dubitatur num. 2. ff. quemadmod. testam. aper. & in l. genero. nume. 5. ff. de his qui not. infam. Alexand. cons. 27. colum. 2. volum. 7. Crauet. cons. 227. in fine Menoch. in tracta. adipiscen. remed. 4. num. 674. Mascard. de probatio. conclus. 1075.

2 Item † probatur etiam testimonio duorum cognatorum, vel exterorum, qui deponant vidisse illum vita defunctum, vel mori, Barto. loco supra citato, Menoch. iam proximè allegatus, num. 675. Angel. in l. si quidem. C. solu. matrimon. Mascard.
3 dicta conclus. 1075. num. 2. quod etiam † in vnico teste id deponente asseruit Anton. Gabr. in suis communibus, in titulo de testibus, conclus. 1. limitat. 14. numero 35. qui limit. 106. num. 492.
4 idem asserit, etiam † si testes nemine citato, sed Iudicis officio fuerint tātum examinati, Mascar. supra citatus.

5 Iuramento † pariter in his, quæ sunt leuis præiudicij mortem probari tenuit Dec. in l. vnica. num. 28. in fine. C. de edict. diu. Adr. toll. Menoch. dicto remed. 4. num. 671. Orian. in dicto cap. quoniam contra, titu. de testibus, nume. 189. extra de probatio. Mascard. conclus. 1076. num. 1.

6 Per † diligentiam pari modo exploratorum à Iudice missorum, qui facta diligenti inquisitione referūt illum in humanis non reperisse mortē probari tenuit Bald. in l. & si certum, §. si vnus. ff. ad Sylan. Aufer. ad Capellam Tholosanam decis. 312. Mascard. dicta conclus. 1076. num. 2.

7 Ex rectorum, † seu parochorum libris, in quibus mortui describuntur, Mascard. dicto loco numer. 4. mortem quoque posse probari tenuit, Crauet. de antiquit. tempor. parte prima, §. vidimus, & abundè, & vtiliter, Barto. in suo tract. de testibus, num. 39. & Campeg. in eo tracta. num. 350. & 352. Alexand. cons. 4. colum. 5. versic. fortius. di-
8 cit Bartol. volu. 2. † tenent probari mortem, probando, quod quis vagus rixosus, seu furiosus abfuerit per quinquennium ab eo tempore, quo de eius vita dubitatur. Mascard. qui supra num. 5.

9 Nonnulli † etiam mortem probari dixere, probando quem tanto tempore recessisse, quod si viueret, centesimum, & vltra expleret annum, ex eo,
10 † quod vitæ præsumptio duret vsque ad centum annos, glo. in l. fin. C. de sacrosanc. Eccles. Bartol. & Campeg. in locis proximè allegatis, Ruin. consil. 92. num. 10. volum. 4. Mascard. dicto loco. nu-
11 me. sexto, ex † nominatione itidem in instrumentis facta per aduerbium quondam concurrente tamen fama, mortem probari asseruit Bald. consil. 407. colum. 3. versic. tangitur & quarto, volum. 1.

12 Inter has tamen † probationes potiorem ceterisq; validiorem eam esse probationem, quæ per famam, ac vocem publicam probatur statuentes iure optimo sanxerunt, & per publicam vocem, & famam mortem probari; prout de iure communi tradit Bald. dicto cons. 407 Bart. Dec. Crau. Mascard. & alij in locis iam citatis Salyc. in l. ea quidem, colum penult. C. de accusat. glo. & Doctor. in l. si quidem. C. soluto matrimonio: Gozadin. consil. 68. num. 6. & sequen. Alex. cons. 51. num. 2. & sequen. lib. 1. Dec. cons. 54. Castrens. cons. 435. in princip. lib. 1. Hieronym. Gabr. cons. 22. nu. 3.

13 Intelligitur † autem conclusio in his, quæ modicum damnum afferre possunt, Bart. in d. l. 2. §. sed si dubitatur. num. 1. Menoch. dicto remed. 4. num. 672. Boer. decis. 228. Alexan. cons. 187. nu. 5. volum. 6. Orian. dicto cap. quoniam contra, in titulo de testib. num. 185. Mascard. de probation. loco iam citato.

Item

14 Item † vera est propositio in morte antiqua, secus in recenti, Bald. cons. 398. volum. 2. Boer. & Aufer. iam allegato loco, Franc. Marcus decis. delphin. 183. num. 30. part. 2.

15 Necesse est † autem, vt talis fama ortum habuerit à personis grauibus, & omni exceptione maioribus Menoch. dicto remed. 4. num. 672.

16 Item quod † alia etiam indicia concurrant ex supra relatis Boer. dicta decis. 288. colum. pen.

17 Item quod † concurrat causa rationabilis, ex qua mortis fama ortum habere potuerit, vt putà si is, de cuius morte dubitatur periculo maris esset expositus, orta fuerit tempestas tempore cõgruo, fuerit exploratus, perquisitus, nec repertus fuerit, nec nauis inuenta, & his similia. Alexand. cons. 25. num. 6. & 7. volum. 4. Doctor. omnes supra citati.

18 Item necesse † est talem famam rectè, & plenè probari, Bar. in l. de minore. §. plurimum, vbi Marsil. ff. de quæstion. Crauet. cons. 41. nume. 1. Dec. cons. 429 num. 19. & 20. & Alexan. cons. 184. nume. 9. volu. 1. & num. 15. & 16.

19 Hocq; † ea ratione, quia mors non præsumitur, nisi probetur, Menoch. de præsumpt libro 2. præsumpt. 83. num. 6. & ideo vult alleganti aliquem mortuum, incumbere onus probandi. per textum in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmod. testam. aper. sed vita, & viuere quis præsumitur, glo. in l. fin. C. de sacrosanc. Eccles. Natt. cons. 59. num. 6. Osase. decis. Pedemont. 108. num. 5. cum alijs supra relatis per Asin. in sua prax. iud. part. 2. cap. 3. de modo probandi mortem filiationem, & tabellionatum

20 Qualiter † autem probetur mors de iure communi, videas latè Mascard. de prob. conclu. 1075. cum alijs conclusionibus sequentibus, Menoch. in dicto tractatu adipiscend. remed. 4 nu. 669. cum sequen. Polyd. Rip. in suo tracta. de actis in mortis articulo, cap. 41. per totum, Asin. in dicta sua prax. part. 2. §. 9. cap. 1. vsque ad cap. 30. in quibus tradit modos probandi mortem. Peregr. de fidei-

21 com. artic. 43. nu. 49. cũ seq. vbi distinguit † quod aut agitur in causa criminali, puta cum quis de homicidio accusatur, & tunc plena mortis probatio requiritur, quod etiam procedit in causis ciuilibus magnis, puta de aliqua hæreditate, idem cum agitur de statu, & fama personæ, puta si mulier velit nubere, probando mortẽ prioris mariti, item in causis pecuniarijs, quoties agitur de probanda morte alicuius in partib. & de recenti, in his enim omnibus casibus mortis requiritur plena probatio; si verò agatur in causa pecuniaria de probanda morte alicuius, de tempore, & loco longinquo, tunc non ita plena requiritur probatio, & modos probandi hoc casu mortem, tradit idem Peregrin. ibidem num. 42. & vide Marant. in repet. l. is, qui potest. num. 156. vsque ad num 180. ff. de acquiren. hæred. vbi tradit viginti tres modos probãdi mortem alicuius, quoties agitur de commodo pecuniario, & quia apud hos plenissimè habetur non

22 curo aliter referre, † solum quæro nunquid mortis appellatione intelligatur de naturali, an de ciuili, quæ resultat ex ingressu monasterij, & dic quod intelligitur de naturali, non etiam de ciuili. Alexan. cons. 2 num. 1. libro 1. & cons. 139. nu. 4. lib. 2. Aret. in §. cum autem, num. 5. Instit. quibus

23 mod. ius patr. potest. soluitur vbi † infert ad quæstionem, quod si quis sit grauatus per fideicommissum de restituenda hæreditate post mortem, quod non sufficit mors ciuilis, ad hoc vt sit locus fideicommisso, sed expectatur mors naturalis, & ideò si ingrediatur religionem, non tamen fideicommissum cedit, sed illud transfert in monasterium, l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. l. statius. §. Cornelio, vbi Bart. ff. de iure fisci, Pere-

24 grin. de fideicommiss. artic. 28. num. 81. † Intelligendo tamen quando mona sterium est capax ha-

25 bẽdi bona, saltem de cõi, † si autem talis ingressus sit religionem non valentem habere bona, nec in singulari, nec in communi, prout sunt Fratres Diui Francisci de obseruantia, & Fratres Capucini, tunc fideicommissum cedit statim emissa professione non expectata morte naturali, & tunc mors ciuilis æquiparatur naturali. Bartol. in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2. & in auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles. Aret. in §. intestatus, in fine, Instit. de hæred. quæ ab intestato, defer. Alexand. cons. 17. num. 1. libro 3. quando au-

26 tem, † mors ciuilis æquiparetur naturali, dic, quod non æquiparatur, nisi in casibus à iure expressis, gloss in cap. susceptum, & ibi Philip. de rescript. in 6. Boer. decis. 223. nu. 6 & nota quod

27 quoties mors ciuilis † eundem operatur effectum, quem naturalis, tunc æquiparatur, ita auus maternus Rip. ad l. ex facto, in dicto §. ex facto, nu. 11. aliàs si non habet eundem effectum, secus, ita D. Costa de remed. subsid. remed. 69. num. 16.

28 Scias tamen quod ad cõstituendum actum, qui alioquin nullus redderetur, mortis appellatione intelligitur de ciuili, Menoch. tract. de præsumpt. præsumpt. 4. lib. 6. num. 19 post Ruin. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu.

29 Filiationis pariter probõnem per publicã vocẽ, & famã, admitti de iure cõi consuluit Dec. cons. 54. nu. 3. & 595. nu. 6. 272. n. 1. & 4. Benintend. cons. 26. nu. 3. & 5. vol. 2 Alexan. pleno cons 74. volum. 2. & 25. volum. 4. & 90. num 8. volum. 6. Menoch. alios referens de arbit. iudic. libro primo. casu 89. num. 86. qui num. 88. rationem assignat. Ruin. amplo cons. 51. nume. 18. & cons. sequen. num. 2. volum. 5. Bart. cons. 89. num. 5. & 6. lib. 1. Natta cons. 433. num. 14. Mascard. de probatio. conclus. 787. & sequen. Surd. cons. 1. num. 38. cum sequen. pluribus, Menoch. dicto casu 89. quo loci tradit præsumptiones, ex quibus probatur filiatio cum ex parte patris plenè probari non possit, vt ibi per eum num. 4. cum sequen.

30 Et vera † est conclusio etiam in probatione filiationis illegitimæ, Rolan. à Vall. cons. 22. num. 30. volum. 3. Burs. cons. 98. nu. 5.

31 Idem quoq; † est in quacunq; consanguinitate, vel affinitate, Bursat. supra citatus, talis autem fama probãda est plenè, vt supra dixi. & refert Mascard. etiã declarando lib. 2. de probat. concl. 791.

32 nume. 13. & sequenti vsque ad finem, qui † incipiendo à conclusione 787. vsque ad conclusionem 800. plenissimè pertractat materiam probandæ filiationis, non refero, cum plenissimè videri possit vnà cum innumeris authoritatibus ibidem allegatis.

33 Et scias, † quod filiatio saltem ex parte pariter patris plenè probari non potest, l. Lucius, vbi Bartol. ff. de conditio. & demonstrat. Abb. in cap. per tuas. num. 3. vbi Felin. pariter num. 3. de probatio. Menoch. de arbitr. iudic. casu 116. Asin. in sua prax. iudic. §. 19. cap. 2. num. 5.

34 Et ideò † sufficit probari per præsumptiones, de quibus latè traditur per Menoch. de arbitr. iudic. casu 89. post. Abb. Felin. & Dec. in dicto cap.

per

per tuas, Lanfranc. de Oriano in tract. de testibus, num. 98. latè Asin. in dicta sua praxi, part. 2. in tit. de modo prooandi mortem filiationem, & tabellio natum, quibus addo eundem Menoch. de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 53. quo loci latissimè agit de præsumptionibus, & coniecturis probandi filiationem.

De pœna negantis positionem. Rubr. 31.

ITem statuimus, quòd si qua persona commune collegium, vel vniuersitas contra quam vel quod aliquid positum fuerit per viam positionum in facto proprio eius, contra quem ponitur, negauerit illud quod positum fuerit per verbum credere, vel aliter respondendo, & illud negatum probatum fuerit, quòd quicunque taliter negans condemnetur per quencunque iusdicentem coram quo iudicium agitaretur in libris decem Papiensibus parti applicandis. Et eadem pœna puniatur ponens aliquid etiam per verbum credere, quod in processu falsum probatum fuerit. Ad quas pœnas exequtioni mandandas quicunque iusdicens coram quo vt præmittitur iudicium agitaretur, teneatur sub pœna librarum quinquaginta summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, & quacunque iuris omissa solemnitate.

Summarium ad statutum 31. in Ciuilibus.

1 *QVa videnda circa hoc statutum.*
2 *Positio dicitur negata, quando positioni pars formiter non respondet.*
3 *Negans non potest ex positione negata se fundare.*
4 *Positiones negans dicitur esse in dolo, & qualiter puniendus.*
5 *Inuectiua contra malos aduocatos instruentes partem ad negandũ positiones, & ad quid teneantur.*
6 *Positiones quare inuenta.*
7 *Iudex potest cogere partem ad respondendum positionibus.*
8 *Negans positiones per mendacium incidit in periurium.*

1 CIrca rub. † & nigrum totum vide supra tradita ad statutum 28. titulo de responsionibus fiendis positionibus, vbi etiam num. 96. ponitur pœna, qua punitur negans positiones de iure communi, & infra
2 dicetur, & infra statutum 142. † & nota quòd si pars fatetur positionem, vel quod eam veram credit tali, vel aliquo casu solum, & non aliter, vel alio modo tunc extra casum expressum dicitur facta negatio. Socin iun. cons. 118. colum. prima,
3 in fine, volum. 2. & † si semel sit facta negatio non potest exinde negans super illa se fundare, vt per D. meum Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 122. ff. de acquir. possess. & vide ea quæ egregiè tradit Plot. in repet. l. si quando, nume. 658.
4 C. vnde vi, vbi † si quis negauerit positiones eius facti proprij, vel alterius, quod tñ scit esse verum, dicitur esse in dolo, si conuincatur de mendatio, falsumq; committere dicitur.
5 Ideoq; licet huius statuti pœna modica sit malè faciunt tamen aduocati aliqui, & procuratores, ac solicitatores, si qui sunt qui clientulos instruũt, imò quodammodo præter ipsorum propriam voluntatem cogunt negare positiones ipsas insinuãdo, ac dicendo si eas fateris causam perdes, sed omittunt dicere si eas vbi vera sint negabis animã cunctis rebus præferendam perdes; sciant tamen huiusmodi, qui clientulos hæc docent, teneri ad damna illius, contra quem negatæ sunt positiones, & ad resarciendum damnum amissionis causæ, si amittatur, cum quis à se ipso veritatem positionibus respondere teneatur vt supra dixi statuto 28. l. in actionibus, & l. nummis, vbi glo. fin. in fine, ff. de in lit. iuran. Anchar. cons. 316. col. j.
6 Soc. cons. 213. colum. 3. † ideò enim sunt inuentæ positiones, vt litium anfractus euitentur, citiusq; lites expediantur, & vt quis probandi onere, & expensis releuetur Bart. in l. vbicunque. nume. 17. ff. de interrog. act. Bald. in cap. dudum, il secondo, num. 5. vers. eandem, de elect. Curt. in l. 2. §. quod obseruari, num. 45. C. de iuramen. calum. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 8. num. 1. & sequen. parte prima. Hieronym. de Mont. in tract. finium regun-
7 dorum, cap. 46. num. 5. & 13. † ea propter potest Iudex eam cogere partem ad respondendum cap. primo de confess. in sexto. Ias. in l. nec quidquam. §. vbi decretum, num. 17. versic. ideò. ff. de offi-
8 cio proconf. & leg. † Item negãs positiones, & de mendacio conuictus periurium incurrit, de eo, quæ, ac alijs supra traditis iure meritò puniri valet Natta cons. 59. num. 15. lib. 1.

De pœna negantis filium, vel patrem, vel legitimitatem alicuius. Rub. 32.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd si qua persona commune collegium, vel vniuersitas. In iudicio coram aliquo iusdicente ordinario, vel delegato negauerit aliquam personam esse vel fuisse in rerum natura; vel esse, vel fuisse mortuam, seu esse, vel fuisse patrem,

patrem, vel filium, auum seu nepotem, seu esse vel fuisse ascendentem, vel descendentem, vel legitimum, vel legitimam, de quo positum fuerit, per aliquem, seu aliqua positio facta fuerit, & intelligatur negasse quantum ad pœnam præsentis statuti, etiam si respondeat in iudicio per verbum non credere, vel aliud simile, quod idem importet. Et probatum fuerit illud, quod negatum fuerit esse, vel fuisse verum per vocem, & famam, vt supra, quòd ipse taliter negans puniatur, & condemnetur per illum iusdicentem ordinarium, seu delegatum coram quo, vt præmittitur negatum fuerit, etiam si non intercesserit partis petitio, in libris quinquaginta Papiens. pro qualibet vice applicandis, & soluendis in totũ parti fatigatæ ad illud taliter negatũ verificandũ. Quam quidem condemnationem quilibet iusdicens coram quo, vt præmittitur negatum fuerit teneatur, & debeat facere, ac solui facere summarie de plano sine strepitu, & figura iudicij, & quacunque solemnitate omissa infra decem dies postquam fuerit requisitus sub pœna librarum vigintiquinque Papiens. communi Papiæ applicandarũ. Salua tamen, quòd si negans, seu si quis, vt præmittitur negauerit, probauerit illud quod negasset fore verum, quòd in dicto casu talis, qui vt præmittitur negasset in nullo ipsa occasione debeat condemnari.

Summarium ad statutum 32. in Ciuilibus.

1 *QVæ videnda ad hoc statutum.*
2 *Negans generaliter per clausulam nego. narrata &c. non punietur pœna huius statuti.*
3 *Clausula nego narrata, prout narrantur &c. effectus remissiue.*
4 *Negans ex probabili ignorantia excusatur ab hac pœna.*
5 *Ad pœnam huius statuti exigitur dolus.*
6 *Negatiuam reuocans ante testes examinatos non punietur pœna huius statuti.*
7 *Pœna huius statuti non procedit negatione facta extra iudicium.*
8 *Filius an teneatur credere matri neganti eum esse filium mariti.*
9 *Intellige in filio existente in possessione filiationis.*
10 *Amplia vt nec etiam teneatur filius credere dicto amborum parentum.*
11 *Mater qua cautella vti debeat, quando vnus ex filijs non est mariti.*
12 *Dicta cautella, an liberet matrem in foro conscientiæ.*
13 *Mater suscipiens filium ex adulterio, an & quando teneatur reuelare marito.*
14 *Quid si mater habeat facultates, an teneatur resarcire damnum passum per fratres veros filios.*
15 *Mulier post mortem primi transiens ad secunda vota intra breue tempus si pariat in septimo, nono, vel decimo mense, an dicatur filius primi, vel secundi mariti.*
16 *Peritis in arte paucioribus magis creditur, quã pluribus imperitis in arte.*

1 
Oc statutum planum est, & vide tradita supra in duobus proximè præcedentibus statutis, & infra in statutis criminalibus statuto 36. sub rubr. de pena illius, qui mutauerit sibi nomen, vel pronomen.

2 Non plecteretur tamen huius statuti pena, qui dixit † negationem generalem, puta si dicatur nego narrata, prout narratur, Barto. in l. si dubitatur. §. 1. ff. de fideiuss. Alex. cons. 83. in causa, & lite, num. 5. volum. 1. Ias. in l. eum qui. num. 15. ff. de iureiur. Marant. in suo specul. iud. in verb. & in contestatione litis non erratur, num. 5. vbi etiam
3 ponit effectus dictæ clausulæ nego narrata, prout narrantur vera esse, &c. Pract. Papiens. in forma respõsionis rei in gloss. narrata, vbi Appostill. ad eum.

4 Excusatur etiam si in negante adesset probabilis ignorantia, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu
5 186. num. 17. dolus namque † exigitur, Alexand. consil. 113. numer. 8. volum. 5. Anton. Gabriel. in in suis communibus in titu. de acquir. possess. conclus. 5. num. 26.

6 Item euitaret pœnam, si reuocaret negationẽ antequam pars aduersa testes examinari fecerit super dicta negatione, Asin. dicto §. 19. cap. 10. num. 1. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glo. 5. num 19. & 20. Menoch. consilio 2. ad finem, volum. primo.

7 Item intellige pœnam, de quo in statuto habere locum, si negatio fiat in iudicio, secus si extra iudicium facta sit, cum statutum strictè veniat interpretandum Doctor. omnes in l. omnes populi, ff. de iustit. & iur.

Alia etiam ad declarationem huius statuti, tradit Carpan. ad statuta Mediolani cap. 84.

8 Hic † non inutile est quærere nunquid filius teneatur credere matri neganti, eum esse filium mariti; & dic quod non, DD. in cap. per tuas, de probat. vbi Abb. reprehendit filium Regis, qui ad dictum matris dicentis eum non esse filium Regis, renunciauerat regno, quòd multis exemplis notabilibus exornat Menoch. de arbitr. iudic. casu 89. num. 37. cum sequen. Mascard. de probatio. conclus. 1152. num. 21. cum sequ. Boss. de partu supposito, num. 22. Idem Menoc. de præsumpt. lib. 5.
9 præsumpt. 24. num. 24. † intelligendo tamen vt filius non teneatur credere, quando ipse esset in possessorio filiationis, quod adeò verum est, vt hoc
10 casu, quando est † in possessione filiationis, non etiam credere debeat dicto amborum parentum, negantium eum esse eorum filium, Ias. in l. gallus, in princ.

in princip. num. 66. ff. de lib. & posthu. & pro hoc redditur elusoria illa cautella, de qua per eundem Menoch. d. casu 89. nu. 29. quo casu refert quandã Auenionensem, quæ existens in articulo mortis tribus filijs dixit, quod vnus eorum non erat filius mariti, & eos rogauit, vt inuicem pacto sibi remitterent, alias erat propalatura quis eorum non erat filius, qui iniustè bona possidebat, quo accidit, vt filij timentes contentati sint. Hanc etiam cautellam post Alciat. reg. 3. præsumpt. 37. num. 6. tradit Raymon. Ficard. in tract. cautel. cap. 99. in verbo videre, quamuis non tenerentur matri credere, vt
12 supra † licet fateatur Menoch. & Alciat. per eum citati, dictam matrem satis tutam redditam in foro conscientiæ.
13 Sed hic † oritur dubium nunquid mater, quæ suscepit filium ex adultero, non ex marito teneatur reuelare, ad hoc, ne talis filius iniustè obtineat bona ad fratres pertinentia, & dic vt per Nauarrum in suo manuali confess. cap. 17. nume. 44. qđ tunc non tenetur reuelare, quando ipse maritus tenet sine dubio ipsum esse filium, & ipsa timet, si maritus sciret eam esse occisurum, vel mortali odio futurum erga ipsam, vel timeret bonam famam, si tamen mulier esset ex adulterio diffamata, & credit probabiliter absque periculo corporis, & animæ posse reuelare, & quod sibi credetur, tàm à marito, quàm à filio, tenetur reuelare, ita tenet Nauarr. dicto cap. 17. numer. 44. cum sequen. vide etiam Coarru. in reg. peccatum. de regul. iur. in 6. de quo vide etiam Flamin. Rub. in suo tractatu de adulter. cap. 16. versicul. vigesi-
14 ma septima parte. † vbi vult, ꝙ si adultera abondat facultatibus, damnũ resarcire teneatur hæredibus, vel tenetur saltem, reuelare filio adultero si credit eum esse crediturum, & latè plura remedia, ad hoc tradit Nauarr. prædicto cap. 17.
15 numer. 47. cum sequen. † sed quid si mulier intra paucos dies post mortem mariti transeat ad secũda vota, & in septimo, nono, aut decimo mense pariat filium cuius iudicabitur filius, an primi mariti, an secundi, nam debetis scire mulierem posse parere in septimo, nono, aut decimo mense, vt per Doctor. in l. gallus in princip. ff. de lib. & posthum. & per Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 52. num. 3. ac 10. vbi vult partus septimissos vtiles esse, & dic in hac quæstione per Bart. in l. gallus tradi quatuor opiniones, quarum tres minimè sunt concludentes, & eas reprobant Doctor. vltima nihil in certo ponit; quarum prima, quod filius præsumatur illius mariti, in cuius dominio natus; secunda quod stetur dicto matris, tertia, quod inspiciatur; cui assimiletur partus; quarta, quod stetur in dubio dictis peritorum, & medicorum; quas opiniones omnes refert, ac cõfirmat Ias. in dicta l. gallus, in princip. nu. 76. cum sequentib. pluribus; qui videtur transire cum vltima. Tiraquell. in tractatu de legibus connub. gl. j. parte 7. num. 52. vbi reprobata opinione similitudinis, de qua supra nihil concludit, quod etiam reprobauit Ias. in dicta l. gallus, num. 66. cum se-
16 quent. nihil concludit; ego † cum Ias. pro nunc relinquerẽ hoc arbitrio licet pauciorum peritorum scilicet medicorum, quibus magis creditur, quampluribus imperitis in arte. Speculat. in titulo de homicidio. §. primo. versic. de facto quæritur, si vulnerauerit B. Alexand. consil. 148. lib. 2.

Quod nullus Iusdicens Papiæ post eius officium cogatur de quibusdam reddere testimonium. Rubr. 33.

ITem statuimus, quòd nullus Iusdicens post eius officium cogatur, nec possit reddere testimonium per sacramentum de aliqua re, vnde placitatum, litigatum, seu causatum fuisset in eius officio.

HOc statutum concordat cum dispositione iuris canonici, cap. quoniam cõtra, extra de probatio. quo iure Iudex, nec arbiter valet, testificari in causa, in qua sententiauit Felyn. in cap. cum à nobis, numero 5. de testibus, vbi adducit octo fallentias ad hanc regulam, & videas etiam latè Menoch. de arbitr. iudic. quæstion. 73. per totam, vbi extendit hoc tribus modis, & sex declarationes adducit, in quibus non vendicat sibi locum præsens statutum, vt ibi per eum, in casibus autem, in quibus admittitur Iudex adferendum testimonium post latam sententiam, quantam fidem faciat eius dictum, scilicet, an plenam, semiplenam, aut qualem qualem probationem faciat, videas eundem Menoch. in dicto tracta. de arbitr. iud. casu 107. vbi post Blanc. & Bart. per eum allegatos, determinat hoc arbitrio iudicis relinqui, latissimè per negatiuam regulam, ampliationes, & declarationes. Farin. de opposition. contr. person. test. quæstio. 60. nume. 89. & sequenti vsque ad numerum 114. vbi etiam de arbitris, & arbitratoribus loquitur.

De Notarijs eligendis per delegatos, consiliarios, arbitros, vel arbitratores. Rubr. 34.

ITem cum sæpè contingat occultari probationes actorum, quia partes, vt sæpius solet fieri, instrumenta, & acta notarijs suis, quibus placet, dant, seu rogant, & demum faciunt addi, & diminui iuxta votum. Statuimus, quod si contingat verti de cætero aliquam quæstionem, vel litem coram aliquo delegato etiam (si esset delegatus à Domi-

no nostro,) commissario, consultore, consiliario, arbitro, vel arbitratore, vel aliquo ipsorum, quòd nullus notarius audeat, vel præsumat facere aliquod instrumentum de aliquo actu, nec etiam aliquod instrumentum sententiæ fiendæ coram dicto delegato, commissario, consiliario, arbitro, vel arbitratore: nisi notarius, vel notarij eligendus, vel eligendi per dictum delegatum, commissarium, consiliarium, arbitrum, vel arbitratorem. Qui commissarius, delegatus, consiliarius, arbiter, & arbitrator teneatur, & debeat eligere à principio de consensu partium, datis prius suspectis per vtranque partem, si aliquem dare voluerint, vsque ad numerum quatuor, & non plurium. Et qui notarius, vel notarij eligi non possint, nisi fuerint de collegio notariorum ciuitatis Papiæ. Quod statutum non habeat locum nisi in ciuitate Papiæ tantum. Et si alius notarius quàm prædicti sic electi, seu electus aliquem actum fecerit, quòd non valeat, nec teneat ipso iure.

Summarium ad Statut. 34. in Ciuilib.

1 *NOtario attestanti de commissione sibi à Iudice facta an credatur.*
2 *Commissio facta à Iudice, notario debet scribi per alterum notarium.*
3 *Notario creditur, quò ad exequtionem ipsius cõmissionis.*
4 *Item creditur stante consuetudine.*
5 *Notarij assertioni eius, quod potuit interuenire tempore contractus creditur.*
6 *Notario attestanti aliquod de præterito, non creditur.*
7 *Notarius non potest conficere instrumentum, nisi de his, quæ audiuit, & vidit tempore contractus.*
8 *Notario attestanti aliquem sanæ mentis, an credatur.*
9 *Notario asserenti aliquem abesse à ciuitate tempore instrumenti non creditur.*
10 *Notario creditur de gestis coram se non de alijs.*
11 *Notario attestanti aliquid factum tempore rogitus, quod non poterat, tunc interuenire, an credatur.*
12 *Notario attestanti in instrumento aliquid capitulariter factum, an credatur.*
13 *Quid si attestetur aliquod factum in vtilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ.*
14 *Quid si attestatur interuenisse cõsensum capituli, & duos tractatus.*
15 *Notario dicenti in instrumento aliquid ex certa scientia factum, an credatur.*
16 *Quid si dicat certiorasse partes, an credatur.*
17 *Quid si attestatur aliquem procuratorem, quia vidit mandatum.*
18 *An credatur si dicat alios notarios rogatos.*
19 *Notario de suo rogitu creditur.*
20 *Hoc statutum qualiter Papiæ seruetur.*
21 *Extensio in instrumento, quando ratio est expressa, an licita.*
22 *Vbi eadem ratio, idem ius statuitur.*
23 *Hæc regula procedit è contra.*
24 *Probationum duodecim sunt species.*
25 *Probatio alia naturalis, alia artificialis.*
26 *Acta, quæ dicantur.*
27 *Notarius occultans instrumenta, vel negans se rogatum, qualiter puniatur, & num. 28.*
29 *Notario dicenti originale perdidisse, an credendum.*
30 *Occultatio probationum, qualiter puniatur.*
31 *Notarius in dubio, an præsumatur rogatus.*
32 *Notarius, an instrumentum, quod conscriptum repiritur rogatum confecisse præsumatur.*
33 *Notarius rogandus ab vtraque parte.*
34 *Fallit vnica tantum parte existente.*
35 *Notarius præsumitur rogatus clausulas consuetas apponere, & quid si non apposuit.*
36 *Notarius tenetur in instrumẽto actis Hyppothecam apponere.*
37 *Similiter in transactione, & donatione tenetur apponere cessionem iurium.*
38 *Notarius potest in omni contractu apponere hyppothecam omissam.*
39 *Notarius an possit apponere constitutum omissum, & num. 40.*
41 *Non potest apponere iuramentum omissum.*
42 *Notarius, quando possit perfecto instrumento aliquid addere.*
43 *Notarius, an possit errorẽ instrumenti corrigere.*
44 *Quid quando copia instrumenti esset parti tradita, & nu. 45.*
46 *Notarius potest imbreuiaturas, iuxta consuetudinem extendere.*
47 *Fall. in notario rogato, quia non potest nisi de licentia iudicis.*
48 *Iudices tenentur eligere notarium in causa.*
49 *Notarius qualiter eligatur de iure communi, & ab electione recedi potest remissiue.*
50 *Statutum collegij notariorum Papiæ circa electionem notarij seruanda.*
51 *Notario cui acta sunt commissa credendum.*

1 AN autem notario attestanti sibi factam fuisse commissionem à Iudice recipiendi testes credi debeat, & dic quòd non, vt per Dec. consil. 42. nume. 4. Afflict. decisio. 317. vbi etiam
2 tenet, † quod quando fit commissio per Iudicé, illa debet scribi per alium Notarium, non autem per eum, cui reperitur facta commissio, sequitur ibidem Vrsil. in addit. ad Afflict. ibi ad hoc allegat Dec. cons. 159. num. 6. Bertrand. Ias. & alios, minusq; creditur Notario quod scripserit de commissione Iudicis, Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu citationis num. 43 declarando, vt ibi per eum, sequitur pluribus citatis Menoc. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 79. nu. 18. versic. declaratur secundo, vbi num. 19. cum sequen. † hoc limi-
3 tat duobus modis, primò vt non habeat locum, quò ad exequtionem ipsius commissionis, pro qua ei

4 ei creditur, vt per Dec. conf.42.nu.5. †secundò, ex stylo Curiæ soleret adhiberi fides notario de commmissione sibi facta, prout Romæ ieri solet, vt ibi per eum.

5 Et † circa attestationem notarij, quando sibi credendū veniat, dicas, ꝙ Notarij assertio de eo, ꝙ potuit interuenire tempore instrumenti, probat inter contrahentes, gl.1. in l.1. C. de fide instr. & iure hast.fisc. lib.10. Alexan. conf.98.nu.1. lib.j. & conf. 80. colum.3.lib.5. Boer. decif.37. num.5.

6 si autem attestatur aliquod de præterito, ei non creditur, & etiam si dicat falsum non punitur, cum deponat tamquam priuata persona, Bald. in l. ex his num.3. C. de testam. milit. Alexand. consil. 70.

7 num.3. vbi Appostill.lib.1. & ratio, † quare ei non credatur, est, quia non potest conficere instrumentum, nisi de his, quæ vidit, & audiuit tempore celebrati contractus, & instrumenti. Bald. in rubr. C. de fide instrum. etiam si illud sciret in conscientia, Bald. in l. si ea cautione in 3.q. C. de non nu. pecu. Alexan. conf.119. nu.4. lib.1. Crau. late conf.239.

8 Hinc † infertur ad plura, primò non credi notario attestanti aliquem esse sanæ mentis, Bald. in l. secunda. ff. de testamentis, Alexand. conf.141. colum.fin.num.11. in fine numeri, ac nu.12. colu. fin. vbi Appost. lib. 1. & est communis opinio, de qua per Ias. in l. sanum mente. C. de transact. vbi hoc

9 latè comprobat, & † ratio est, quia notario creditur de gestis coram se, non de his, quæ ab eo fiunt Feder. de Sen. conf. 199 sequitur Menoch. plures alios citans dicta præsumptione 79. nume. 18. vbi

10 † pariter vult non credi notario asserenti aliquē abesse à Ciuitate, & per Crau. conf.88. nu.20.

11 Secundo † pariter, non creditur notario si attestatur aliquod factum fuisse in instrumento, quod tempore rogitus fieri non poterat. Bart. in Auth. si quis in aliquo circa finem. vbi Ias. C. de edendo, idem in l. nec quidquam. §. vbi decretum. num.70. ff. de offic. proconf. & ideo secundum eum, si attestatur causæ cognitionem interuenisse in instrumento, non creditur.

12 Tertiò † non creditur quoque notario in instrō asserenti aliquod capitulariter, vel collegiariter esse factum, sed nomina singulorum necessario exprimenda sunt in instrō, vt constare possit, an duæ partes ex tribus interuenerint in instrō, in actibus ponderatis, & alienationibus ecclesiasticis, ita Anton. Gabriel. in suis communiibus, in tit. de fide instr. conclus.2. per totam, & præsertim, num.4.

13 Quartò † quoq; non creditur Notario, si instrō alienationis rei ecclesiasticæ attestetur, cām vtilitatis, vel necessitatis subesse Ias. in l. sciendum, nu-

14 me.12. ff. de verb. oblig. † idem est si in instrumento testetur interuenisse cōsensum capituli, & duos tractatus præcessisse, nam sibi nō creditur, cum instrumenta tractatus debeant fieri de per se separatim, ita Ias. in d.l. sciendū, nu.13. Rodoan. de reb. eccles. non ali. quest. 25. nu.30. cum quatuor seqq.

15 An autem † stetur Notario dicenti in instrumēto, aliquis ex certa sniā, & non per errorem iuris, & dic stari instrō, ita Bald. in l. mater, num.5. & 6. C. de rei vendic. Alex. conf.61. num.2. vbi Appostill. lib.2. Menoch. de præsumpt. lib.2. præsumpt.79. num.6. vbi infinitos ad hoc citat.

16 An etiam stetur † notario attestanti in instrō certiorasse partes renunciantes, de iuribus renunciationum, vide Alex. dicto conf.141. num.12. vbi Appostilla, ad eum sub littera E. libro primo; quo loci tenet, quod non; contrarium tamen, quod imò probet, tenent Doctores in l. sciendum. ff. de verborum obligatio. & dic præsumi pro notario, qui attestatur in instrumento se certiorasse mulierem de beneficio Senatuscōsulti Velleiani, prout de cōi testatur. Menoc. de præsumpt. lib.2. præs.79. nu.5.

17 Et quid † si notarius attestetur aliquē esse procuratorem, vt vidit ex instrō confecto, quod legit, an probat, & dic, quod non, nisi quo ad partes, l. optimam. C. de contrahen. empt. Paul. Castrens. in auth. si quis in aliquo Alex. conf.110. nu.4. lib.j.

18 Saltem creditur notario asserenti alios notarios qui vna secum receperunt instrumentum rogatos fuisse, Menoc. post Ruin. & Rolan. d. præsump.79.

19 nu.9. vbi n.10. † vult pariter credi notario de suo proprio rogitu, scilicet, qđ ipse fuerit rogatus scribere instrm, post Paris. conf.104. num.72. libr.j. ac consil.27. nu.12. & conf.28. nu.52. lib.2.

20 Hoc statutum † seruatur respectu consultoris, quia quando fit commissio causæ consulendæ consultori, in primis eligit Notarium, & eum, qui fuit de residuo processus rogatus, respectu verò causarum appellationū, & arbitramētorum, & aliarū diuersarum causarum, ꝓpter multa inconuenientia, quæ committebantur post conditum statutū, venerandum Collegium Dñorum Iudicum erexit huius Ciuitatis Ticinensis tribunal nullitatum, & appellationum, & aliarum diuersarum causarum, vbi singulo semestri eliguntur duo Notarij, qui de Collegio Dñorum notariorum sorte extrahuntur, & hi sunt rogati de omnibus huiusmodi actis, diuiduntq; eorum lucrum cū notarijs solicitatoribus causarum, & hoc remedium bonum est, q. a rogitus actorū, & sniarum faciliter semper reperiri poterit cum de dicta electione notariorum fiat mentio, & descriptio super libro Venerandi Collegij Dominorum Notariorum Papiæ.

21 Item cum sæpè contingat, &c.] ratio † huius statuti est expressa, & propterea fit extensio ex identitate rationis, in quolibet casu, saltim qui possit ex lata significatione, vel verbis comprehendi, ita Carpan in præludijs ad statuta Medio-

22 lani, nume.324. & sequenti; hinc dicimus † quod vbi est eadem ratio idem ius statui debet. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. cap. primo. de translatio. prælator. Alexan. consil. 95. nume. tertio, in fine

23 numeri libro primo, sicut etiam è contra † vbi non est eadem ratio in casu non expresso, prout est in expresso, idem ius statui non debet, l. inter stipulantem. §. sacram, versiculo, sed hæc dissimilia. ff. de verb. oblig. Alexand. consil. 46. nu.6. lib. 1.

24 In verbo probationes] sub hoc verbo probationes continentur omnes species probationum, quæ sunt duodecim; prima est, quæ fit per testes; secunda per confessionem partium; tertia per instrumenta; quarta per euidentiam facti; quinta per præsumptionem; sexta per famam; septima per iusiurandum; octaua per libros antiquos, & per scripturas antiquas in lapidibus sculptos; nona per litteras sigillatas Episcopi sigillo; decima per denunciationem publicarum personarum; vndecima per cōem opinionem; duodecima per inditia; de quibus omnibus latè per Mascard. de probation. quæstione quarta, numer. secundo, & vide etiam per Menochium de præsumptionibus, libro

25 primo, quæstio. prima, † vbi duo tantum genera probationum, scilicet artificialium, & inartificialium, & ibi latè declarat hos terminos.

26 In verbo actorum] † acta propriè dicuntur scripturæ de his confectæ, quæ fiunt in iudicio, qu

apud iudicem acta, vel dicta sunt, gloss. in l. acta in principio, ff. de re iudic. Afin. in sua praxi iudic. §. 14. cap. tertio, num. 1. vbi nume. 13. docet, quæ veniant appellatione actorum.

27 Qua aũt pęna puniatur Notarius occultans instr̃a, & negãs se esse rogatum de instr̃o, de quo reuera fuit rogatus, dic puniri pęna falsi, nisi factum fuisset instr̃m à tanto tpe citra, ex quo præsumeretur obliuio. Clar. in sua prax. crim. §. falsum, nu. 34. vbi ad hoc dat cautelam, ne notarius excusari possit ob temporis longitudinem, vt ipsi notario statuatur terminus ad rñdendum, an sit de instrumento rogatus, nam tunc negando non excusaretur à pœna falsi ob temporis longitudinem.

28 Amplia † vt huiusmodi Notarius negans se rogatum fuisse de instr̃o, vel illud perdidisse, asserens vel dicens, & se nõ recordari, si conuincatur de mẽdatio vltra pœnam falsi, de qua supra puniatur & aduersus partem ad causæ damnum, & intere[...] Io. de Amicis cons. 106. & possit cogi ad exhi[...]da prothocola ad effectum, vt fiat perquisitio an huiusmodi instr̃m reperiatur, quo non reperto poterit probari per testes, notariũ prædictum fuisse rogatum de dicto instr̃o, alias non posset puniri de falso, ita Baiard. in addit. ad Claru d. §. falsum,

29 nu. 169. cũ seq. vbi nu. 162. cum seq. † & non creditur Notario dicẽti se prothocolũ, vel originale perdidisse, quia cum apud eum semel fuerit, præsumitur dolus, & culpa, ex quo tenebatur ad custodiam ratione sui officij publici, Ceph. cõs. 170. nu. 6. dicens idem esse ẽt si vocaret, sequitur Baiard. in d. addit. ad Clar. in §. falsum, nu. 162. & videas etiam latè Menoch. de arbitr. iud. casu 30.

30 † vbi tradit qua pœna puniatur probationũ occultator, & restringit supra dictam pęnam falsi, qua diximus puniri notariũ negantem se esse rogatum de instr̃o quinq; casibus, vt ibi per eũ, quos non pono cum videre possis eum, & nihil haberem quod possim addere.

31 In verbo dant, seu rogant] † an autem notarius in dubio præsumatur rogatus. vide Ias. post Bart. in l. sciendum, nu. 39. ff. de verb. oblig. Alex. tenens

32 qd sic cons. 73. nu. 7. lib. 1. tu autem dic † in dubio nõ præsumi notariũ rogatũ conficere instr̃m, ꝙ conscriptum reperitur, prout de cõi testatur, Dec. in cap. 1. num. 20. de fid. instrum. Boer. q. 35. col. vlt. cum infinitis congestis per Iacobum Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 81. per totam, qui latè defendit cõem, & restringit non procedere concurrente vna ex sex coniecturis, de quibus per eum ibi, quæ non transcribo, quo loci pariter affert rationes.

33 † Scias aũt, quod notarius dẽt esse rogatus ab

34 vtraq; parte. §. nos aũt. in Auth. de tabell. † nec sufficit, ꝙ sit rogatus ab vna tñ parte, nisi qñ vnica tñ pars esset, Bart. in l. 2. in prima quæst. ff. de stipulat. seruorum, Ias. in l. sciendum. num. 6. ff. de verbor. oblig.

35 Vnum tantum non omitto, † quod notarius sẽper præsumitur rogatus de omnibus clausulis cõsuetis, adeout teneatur eas apponere, datũ ꝙ à contrahentibus nihil sit dictum, l. fin. vbi Bartol. C. de fideius. Alex. cons. 27. num. 2. vbi Appost. libro 2. Menoch. de præsumpt lib. 3. præsumpt. 43. nu. 5.

36 vbi exemplificat duobus modis, scilicet vt † notarius præsumitur rogatus apponere clausulam expresse hyppothecæ, quæ solet apponi in instr̃is do-

37 tium, quæ à mulieribus dantur maritus, † Item vt pariter præsumatur rogatus apponere clausulam cessionis iurium hinc inde in transactione, in donatione, vt per Soc. sen. cons. 101. col. 1. lib. 3. &

38 qd notarius possit apponere in instr̃o hyppothecam bonorum omissam cum soleat apponi dic, qd sic, Neguſ. de pignor. in 3. parte, primi membri, nu. 24. Bertazz. de clausulis instr. clauſ. 12. gl. 12. num. 4. Surd. decis. 223. num. 6. Crau. cons. 25. n. 4. vbi nume. 6. tradit, quod posset de falso puniri, si nõ apponat ea, quæ sunt apponi solita, vel aliquid prohibitum apponeret, qñ autem clausulas censeatur apponere ex stylo, vel de partium consensu tradit [...]oc. decis. 22. Graff. in tracta. de except. c. 10. num. 35. & seqq. Eugen. conf. 3. num. 92. & sequ. de qua regula videas latè per Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de consuet. [...] conclus. 3. [...], vbi latè declarat, qñ habeatur pro appositis, & si non sint appositæ, prout est omnium [...]rum sententia, de qua per Cagnol. in l. si librarius, num. 8. de regul. iur. [...]

Amplia, vt etiã testator in dubio videatur velle quod notarius apponat clausulas ad validitatem testamenti. Alexand. consilio 142. numero 11. lib. 2.

39 Sed † dubium est nunquid notarius valeat apponere constitutũ in instrumento, qñ est solitum apponi, Alex. cons. 46. nu. 2. 4. & 6. lib. 2. tenuit, ꝙ non, quẽ sequutus fuit Dec. in l. semper in stipulationibus. nu. 19. ff. de reg. iur. Cagn. in d. l. si librarius, nu. 48. cum alijs, de quibus, Gabr. dicta conclus. 3. num. 12. vers. contrarium tenet.

40 Contrarium tamen, quòd imò † notarius teneatur in instrumento venditionis apponere constitutum tenuerunt, quamplurimi Doct. de quibus per eundem Gabriel. dicta conclus. 3. nu. 12. & hoc credo verius.

41 Limita † tamen, inter alias plures limitationes traditas per Gabriel. loco supra citato non procedere dictam regulam in iuramento, ꝙ non potest, nec debet poni in instrumento, nisi fuerit præstitum, ita Cagnol. in d. l. si librarius, num. 48. Paris. cons. 45. num. 40. & sequen. lib. 1. cum alijs pluribus, de quibus per Anton. Gabr. dicta conclus. 3. num. 24. cui addo Bertazzol. de clausulis instrumentorum, clausula 4. glo. 34. num. 2.

42 In verbo, & demum † fecerint addi, & minui] scias, qd instrumento posteaquã est perfectum nihil possit addi, vel minui propria authoritate, potest tñ notarius incontinenti intra modicum tp̃s corrigere errorem suum. Bart. in l. si librarius. numero 8. ff. de regul. iuris, & in l. Imperator. ff. de stat. homin. Alexan consil. 70. num. 4. lib. primo, & tunc isto casu melius est, quod nouum prothocolum conficiat, quam vetus corrigat, ad hoc, ne ex verbis cancellatis possit aliqua suspicio oriri, ita Alexan. dicto consil. 70. nume. 4. post Specul. per eum citatum, sequitur Bertazzol. de clausul. instrumentorum clausula prima, gloss. 2. numero quinto.

44 Sed hoc de plano procedit, quando instrumentum nundum fuit parti redditum; sed dubium est, quando fuit traditum parti nunquid valeat notarius corrigere errorem propria authoritate, an vero requiratur authoritas iudicis, & dic qd requiritur ipsius iudicis authoritas, & probatio erroris, & debet citari pars, ita Bartol. in dicta l. Imperator, & in l. fin. vers. sed quod si notarius. ff. de tabul. exhiben. Decius in l. si librarius, numero septimo. ff. de regulis iuris, vbi Cagnol. nu. 18. cum sequen.

Intellige

45 Intellige † prædicta oĩa procedere, qñ ageretur de errore pertinẽte, & spectante ad notarium, & quod vitiaret instrm̃, puta, quia esset omissa indictio, vel huiusmodi, si tñ ageretur de errore spectante ad notariũ, q non vitiaret instrm̃, puta error grãmaticæ, ortographiæ, vel loco verbi instõnis, sit positum restõnis, & sic de similib. tunc indistinctè valet, & pót Notarius dictum erroré corrigere propria auctoritate, ẽt parte non citata, sine licentia iudicis; etiã qđ parti fuisset datum instrũm, cum huiusmodi emendatio nullã partium lædat, ita Cagnol. in d. l. si librarius, nu. 17. vbi tñ ante factum consulit Notario, ne hoc faciat post restõnem instrumenti, nisi iudice mandante, & videas de hoc Bertaz. in d. tract. de clausulis instrument. claus. j. gl. 5. nu. 24. & seq. Grammatic. late cons. crim 24. per tot. vbi plenè agit, qñ notarius possit errorem suum corrigere.

46 Scias † tñ quòd notarius, qui confecit, instrm̃, pót extendere imbreuiaturas à se factas sñ stylum, & consuetudinem absq; iudicis auctoritate, Petrus

47 Gerard. sing. 41. quod † secus in notario non rogato, qui hódi imbreuiaturas, & clausulas ceteratas extendere nó valet, nisi ex cómissione, & mãdato iudicis, Ias. in l. argentarius. ff. de eden. post Bart. Felin. in c. cum p, tabellio, ext. de fid. instru. Bologne. cons. 30. Gerar. d. sing. 41. Alex. in l. gallus. §. item credendum, vbi Ias. ff. de lib. & posthu.

In verb. facere aliquod instrumẽtum] vide supra de reg. potest. statuto 34. & statutum ciuile 5. & 6. & infra statut. ciuile 45. & 117.

48 In verbo † qui cõmissarius] aduerte qđ iste cõmissarius, & similes dñt à principio eligere notarios in cã, in qua assumũtur. Bart. in l. 2. ff. de furt.

49 In verb. datis prius suspectis] vide † qualiter fiat hęc electio de iure cõi, DD. in c. qm̃ cõtra in 9. notab. ext. de prob. an aũt semel electus possit mutari, dic vt per DD. in d. c. qm̃ contra, & ibid. Lanfr. de Orian. in verb. recusationes, col. 1. Ias. in l. 1. §. editiones. nu. 16. ff. de edendo.

50 In verbo eligi non possint] aduerte, † q adest statutũ particulare collegij notariorũ Papię, quod agit de electione notariorũ, & eorũ officio, & tali statuto stãdũ est, & stari solet, de iure aũt cõi ad officiũ iusdicentis spectat eligere notariũ, q scribat acta in cã, cap. statutum. §. notarium vero, de rescript. in 6. & forma à statuto tradita est seruãda, & nõ credit alij, nisi isti notario, cui acta sunt commis. l. in fraudẽ. §. quoties. ff. de iu. fis. & ad sniam dẽt interuenire notarius electus. Bald. cons. 335.

De commissione receptionis sacramentorũ, & dictorum testium. Rub. 35.

ITem statuimus, quòd quilibet Iusdicens Papiæ possit in quacunque causa siue quæstione ciuili, siue pecuniaria partibus præsentibus, siue aliqua parte præsente, & alia citata, receptionem sacramentorum testium, & interrogationes, & examinationes testium & receptiones, & scripturam testimoniorum, & dictorum ipsorum testium committere vni notario, vel duobus notarijs de collegio notariorum Papiæ, partibus non suspectis, habitanti, vel habitantibus in ciuitate Papiæ in arbitrio ipsius iusdicentis, etiam alij, vel alijs, quàm officialibus suis. Qui notarius, vel notarij sit, seu sint ætatis annorum vigintiquinque ad minus, de quorum notariorum, vel notarij ætate prædicta stetur sacramento ipsius notarij, seu notariorum per eum, vel eis præstando, in præsentia iusdicentis prædicti tempore commissionis prædictæ, vel infra tertiam diem proximè post dictam commissionem, dum tamen prædicta fiant, & exequantur in ciuitate Papiæ, nisi iuridica causa interueniente. Et quòd dicta commissio renunciari non possit per eum cui facta esset, nisi ex causa approbata in arbitrio iusdicentis.

Summarium ad Statut. 35. in Ciuilib.

1 *NOtarius actorum debet elegi confidens vtrique parti.*
2 *Testium examinatio non potest notario committi, nisi de consensu partium.*
3 *Notarij suspitio probatur solo iuramento.*
4 *Notarius electus qualiter debeat iurare ex statutis Papiæ.*
5 *Testes examinati à notario absque commissione iudicis non probant.*
6 *Fallit de partium consensu.*
7 *Fallit secundo, quando periculum esset in mora adeundi iudicem.*
8 *Mora quando periculum est allatura, receditur à regulis iuris communis.*
9 *Testes in criminalibus non examinãtur absque iudicis commissione.*
10 *Fallit ex stylo Ducatus Mediolani.*
11 *Notarius, an possit scribere commissionem sibi factam de examinandis testibus.*
12 *Depositiones testium penes quem stare debeant, duobus insolidum electis.*
13 *Scripturæ communes, debent stare penes digniorem, vel antiquiorem.*
14 *Statutum dum vult eligi notarium nõ suspectum est conforme iuri communi.*
15 *Minor ætas multis captionibus supposita.*
16 *Notarius cui facta est commissio, alteri nequit committere.*
17 *Persona industria, quando electa dicatur remissiuè.*
18 *Persona industria dicitur electa, cum ardua negotia mandantur.*
19 *Testes non requiruntur in actis scriptis per notarium.*
20 *Acta notariorũ possunt per duos testes reprobari.*
21 *In actibus iudicialibus duo testes requiruntur.*
22 *Notarius actorum semel electus, an possit per iudicem mutari.*
23 *Notario actorum, an magis credatur, quam testi.*
24 *Notarius aliter scribens, quam dictum per partes, an per errorem, an vero per dolum fecisse præsumatur.*

1 IN verb. committere vni notario] adde quod iste notarius debet esse confidens vtrique parti, quod patet ex præcedenti proximo statuto, ex illis verbis datis prius suspectis, & etiam colligitur ex ijsdem verbis infra repetitis in hoc
2 ipso statuto, & ratio est, † quia de iure communi, non potest committi per iudicem examinatio testium Notario, nisi fiat cum consensu partium. Authentic. apud eloquentissimum. C. de fide instrum. Angel. in l. Iudices, eod. tit. Alexan. cons. 104. volum. 5.
3 In hac † aũt recusatione Notarij tamquam suspecti minimè requiritur expressio causæ, sed sufficit iurare. Petr. de Anch. cons. 251. Alex. cõs. 104.
4 vol 5. & iste † Notarius electus dẽt iurare ad sacra Dei Euãgelia tactis scripturis &c. de faciendo ea omnia, q̃ exprimuntur supra statuto j. in ciuilibus, circa no: arij deputati ad examinãdum electionẽ.
5 Item † scias, q̃d etiam de iure cõi testes examinati à notario absq; cõmissione iudicis, non probant, nec vllã fidem faciunt, glo. in l. solam per illũ text. C. de testib.
6 Intellige tñ nisi de consensu, partium fuerint à notario examinati l. fin. C. de testibus. Ias. in l. admonendi. ff. de iureiur. reprobato Bald. tenente contrarium in tit. de pace constantiæ, vers. secundum mores Ias. sequitur Rip. auus mihi mrnus in
7 l. admonendi, nu. 190. † vbi restringit alio modo non procedere, q̃n periculum est in mora adeundi Iudicem, quo casu vult eiusmodi testes examinatos à notario absq; cõmissione iudicis, facere opinionem, seu aliqualem præsumptionem, per l. fin. C. de testib. & ratio huius secundæ limitationis
8 esse põt, quia † quando mora est periculum allatura, tunc recedimus à regulis iuris cõi, Ias. in l. j. nu. 71 ff. de offic. eius, & in l. 2. nu. 2. ff. soluto matrimonio, Rip. auus mihi maternus, late inierens ad plura in l. 1. num 4. ff. de damn. infec.
9 In criminalibus † aũt licet pariter non debeant examinari testes à notario absq; cõmissione Iudicis, imò ipsi testes venirẽt examinandi ab ipso Iu-
10 dice propter periculum, tñ † ex stylo huius Ducatus, solent testes deponentes ad informationẽ curiæ recipi à Notarijs absq; commissione Iudicis, prout ita seruari testatur Clarus in §. fina. praxis crim. quæst. 26. num. 1.
11 An † aũt notarius possit scribere ipse comissionem factã sibi à Iudice examinandi testes, dic q̃d non, vt dixi supra stat. 34. nisi saluo q̃n non reperiretur alius Notarius in eo loco, Carp. ad statuta Med. c. 403. nu. 3. videas tñ Aret. tenentem cõtrarium, & attestantem de cõi in §. item per inimicitias. Institu. de excusat. tut. tu autem dic, vt supra dixi ad dictum statutum 34.
12 In verb. vel duob. notarijs] † si fuerint electi duo Notarij insolidum in vna causa ad examẽ aliquorum testium, originale remanere debet penès seniorem, sic Carp. ad stat. Mediol. cap. 403. num. 2. vbi citat Tiraq. de primogen. in præf. nu. 136. sic in simili dicimus de instrũs, & scripturis cõibus ra-
13 tione dominij, † & vtilitatis, quæ debent stare penès digniorem, l. procurator, vbi Ias. C. de edendo. l. fin. ff. de fid. instru. si autem sint pares dñi in dignitate, tunc dẽt deponi penès antiquiorem. l. fin. ff. de fide instrum. ita Dec. in dicta l. procurator, nu. 3. vbi num. 5. vult, quod si dignior, apud quem sunt deposita instrumenta mutet conditionem, adeout vilior efficiatur, debent instrumenta ab eo auferri, vt ibi per eum.
14 In verb. non suspectis] hoc † est etiam de iure cõi, vt notat glo. in §. quod sæpè in verbo notificet in Authen. de trient. & semissæ Angel. in l. obseruandum, ff. de iudic. & quod notarius possit allegari suspectus, notant repetentes in cap. quoniam contra, in glo. in verbo interlocutiones colum. 5. extra de probat.
15 In verbo ætatis annorum 25.]. ratio esse † potest, nam fragile est, & infirmum minoris ætatis consilium, & multis captionibus suppositum multorumq; insidijs expositum, vt hr̃ in l. 1. ff. de minoribus 25. annis, ideò suspecti sunt ne propalent dicta testium ante eorum publicationem, contra dispositionem statuti primi cap. Notarij deputati, supra in ciuilibus.
16 In verb. & quod dicta commissio] an † aũt ipse Notarius, cui facta est commissio, alteri committere possit, & dic quod non, cum eius personæ industria electa dicatur, Lanfranc. de Orian. in cap. quoniam contra, in glo. interlocutiones, num. 19.
17 extra de prob. † q̃n autem personę industria electa esse censeatur, videas latè Menoch. de arbitr. iudic. q. 68. nu. 8. vsq. ad numerum 17. idem Menoch. de præsumpt. lib. 6. presumpt. 92. per totã, & lib. 2. præsumpt. 21. nu. 6. vsq; ad num. 18. Caro c. de locato, & conduct. in tit. de sublocatione, quæst. 18. per totam, & inter alia scias intelligi
18 electam † industriam personæ, cum ardua negotia mandãtur, cap. vltimo. §. fin. de offic. delegat. Menoch. de arbitr. iudic. casu 205. vbi docet, quæ dicantur ardua negotia.
19 An autem † in actis scriptis per notarios curiarum, requiratur testium præsentia, & dic q̃d non, ex quo ipsa acta suscipiunt auctoritatem, ex præsentia iudicis, gloss. & Bartol. in l gesta. C. de re iudic. & in l. comparationes. C. de fide instrumen. Orian. in cap. quoniam contra, num. 24. de probat. Marant. in sua praxi, in sexta parte princip.
20 super 10. artic. num. 51. † scias tamen quod licet huiusmodi scriptis sine testibus credatur possunt tamen per duos testes reprobari, cap. cum à nobis vbi Imo de testibus, Salicet. in l. quoties. C. de hæretic.
21 Item † intelligas supra dicta non procedere, in actibus iudicialibus, in quibus testes de necessitate debent adhiberi, glo. in l. fin. C. de re iudic. & in l. in donationibus, vbi Salyc. C. de donation. DD. in dicto cap. quoniam contra, nu. 76. & seq.
22 An † autem notarius actorũ semel electus possit per iudicem mutari, dic quod non sine causa, Bald. in l. 2. C. quomodo, & quando iudex. Felin. in dicto cap. quoniam contra, colum. 1.
23 An † autem magis credatur notario actorum, quam testi, & dic quod magis creditur notario, si autem agetur de falsitate, puta, quia testis dicat aliter deposuisse, quam notarius scripserit, tunc neutri creditur, Bursat. cons. 34. nu. 13. libro j. Clar. in §. falsum, num. 11. vbi Baiard. in addit. ad eum, num. 56. idem Clar. in §. fin. quæstio. 51. num. 17. versic. nonus casus, & §. fin. que-
24 stio. 53. nume. 17. vbi Baiard. num. 35. & scias, quod si notarius aliter scribat, quam fuerit dictum per partes, præsumitur potius fecisse per errorem, quam falsè, & dolosè, nisi aliter ex circunstantijs de dolo appareat, Barto. in l. quoties. §. 1. per illum textum. ff. de hæred. instit. Alexan. consil. 70. numero 8. vbi Appostil. & 74. nume. 4. vbi Appostil. lib. 1.

Vbi

Vbi cœptum est iudicium, ibi finiatur, & finem accipere debeat. Rub. 36.

ITem statuimus, quòd non liceat alicui personæ, postquam proposuerit querimoniam de aliquo coram aliquo iusdicente ciuitatis Papiæ, illum eundem ad alium iusdicentem trahere illa occasione, & si contrafactum fuerit soluat pro qualibet vice solidos quadraginta Papiens. quæ pœna perueniat in aduersarium, nisi primus iusdicens absens esset, vel iusto Dei iudicio impeditus, vel nisi esset de partiũ voluntate, vel nisi legitima sufficiens causa interuenerit. Et si contrafieret non valeat ipso facto, nisi tractus scienter placitauerit in ipsa causa.

Summarium ad statutum 36. in Ciuilib.

1 *HOc statutum conforme iuri communi.*
2 *Lis vel iudicium quando dicatur cœptum pendens vel finitum remissiuè.*
3 *Pœna conuenientis aliquem coram diuersis iudicibus, & num. 4.*
5 *Clericus trahens clericum ad iudicem vetitum, qualiter puniatur.*
6 *Statuto prohibitorio an possit renunciari.*
7 *Exceptio litis pendentis non ꝓcedit in executiuis.*
8 *Iuramentum habet causam executiuam.*
9 *Exceptio litis pendentis non obest, quando aditur ecclesiasticus, vt moneat secularem pro obseruando iuramento.*
10 *Exceptio litis pendentis coram arbitro impedit iuditium coram ordinario.*
11 *Exceptio litis pendentis non opponitur per ordinarium.*
12 *Exceptio litis pendentis dilatoria debet opponi ante litem contestatam.*
13 *Exceptio litis pendentis alias similes nõ excludit*
14 *Exceptio hæc ante litem contestatam non opposita in causa principali, non etiam potest opponi in causa appellationis.*
15 *Exceptio hæc impedit litis contestationem.*
16 *Exceptio litis pendentia tantum operatur ad impediendum processum, quantum exceptio rei iudicatæ.*
17 *Lis dicitur pendere quinque modis.*
18 *Sententia aliquid prohibendo sine pœna, relinquitur arbitrio iudicis.*
19 *Pœna à statuto imposita, an tollat pœnam iuris communis.*
20 *Clausula ipso iure & facto importantia.*
21 *In pœnis ipso iure impositis requiritur declaratoria iudicis, & partis.*
22 *Consensus & rati habitio, retrotrahuntur.*

1
HAec rub. concordat cum dispositione iuris. l. vbi cœptũ. ff. de iudic. & poterit videri Rom. inter singularia DD. in verb. iudicium vbi examinat articulũ, & limitat plurib. modis vide et latissimè Ant. Gabr. in suis cõibus, in tit. de iudic. concl. j. per tot. vbi pariter ampliat, & limitat plurib. modis, latè Felin. in c. ex tenore. de rescript. & Carp. ad statuta Mediol. c. 8. per totũ. vbi post Gabr. & alios limitat hoc statutu infinitis modis.

2 Quando autem lis, vel iudicium cœptum pendens, vel finitum dicatur, videndus Carpa. ad statuta Mediol. cap. 430. nu. 8. & seq. & c. 51. nu. 153. & seq. ex cap. 68. nu. 7. & seq. plenè Lancell. de attent. in 2. par. c. 4. nu. 212. & seq. & cap. 5. tit. de attentat. lit. pendent.

3 Sed quæro, † qua pœna veniat puniendus conueniens aliquem coram diuersis Iudicibus pro eadem causa; quidã tenuerunt ipsum perdere causam, inter quos fuerũt Petr. & Cyn. in l. nulli. C. de Iudicijs prout etiam visus est tenere Alexã. in d. l. vbi cœptũ, Boer. in verb. clericus in 6. sing. relatus per Ant. Gab. in d. concl. 1. nu. 10. vers. 8. amplia.

4 † Contrarium tamen est communiter receptũ, nempe quod trahens aliquem coram diuersis Iudicibus, non amittit causam; prout tenuit Felyn. in cap. ad audientiam il 2. col. 12. de rescript. Gabr. d. conclu. 1. nu. 37. DD. communiter in d. l. nulli, vbi concludunt solum condemnari in expensis, prout etiam tenuit glo. in cap. ex tenore de rescr. Ias. in d. l. nulli in 1. col. ita etiam videtur sequi Socin. cons. 41. in 1. col. vol. 1. Alex. in l. prætor, §. celsus in 3. col. ff. de dam. infec. si quis aũt cupiat videre fundamenta, pro vtraq; parte, adeat Feli. in d. c. ex tenore; per hoc aũt statutum punitur solũ pœna solidorum 40. Papiensiũ pro qualibet vice.

5 Quid autem de clerico, qui traxit clericum ad iuditium vetitum, & sic coram laico, vide Roma. cons. 369. in 8. col. vers. quo ad decimũ, & Feder. cons. 90. volentes causam ciuilẽ perdere, & ibidẽ Rom. docet practicam petendi dictam penam.

In verb. non liceat alicui personæ] huic statuto
6 cum sit † prohibitorium inducens formam, ac necessitatem inspectâ iuris communis dispositione, ei non posset renunciari, vt notat Ias. in rub. nu. 28 Instit. de actio. Alciat. cons. 72. n. 4. Tiraq. in trac. primogen. q. 24. nu. 9. Carpan. ad statut. Mediol. cap. 305. nu. 4 & seq. amplificãs etiam si iuramentum accederet; inspectâ tamen dispositione præsentis statuti contrarium dicendum; ponderando verba nisi etiam de partium consensu, per quæ verba videtur posse renunciari dicto statuto.

7 An autem † exceptio litis pendentiæ procedat in executiuis, dic quod non, cum in executiuis nõ impediantur tentari plura remedia, & intentari
8 plures viæ, donec quis realem executionẽ consequatur, ita in iuro ex magis cõi firmat. Ias. cõs. 9.
9 nu. j vbi † ẽt vult talem exceptionẽ non procedere, qñ pendente iudicio coram iudice seculari, aditur ecclesiasticus, ad effectũ, vt sæcularẽ iudicem moneat pro faciendo obseruari iurm. ex Bal. in l. j. ĩ fi. C. de reb. cre. Ias. in l. nulli, n. 7. & seq. C. de iud.
10 Exceptio † pariter litis pendentiæ corã arbitro, vel arbitratore impedit partem posse conueniri coram iudice ordinario, Castrens. in l. pecuniam per illum textum in fine. ff. si certum petatur. Ias.
11 consil. 12. num. 3. lib. 1. † talis autem exceptio litis pendenti per contumacem opponi non potest, Bartol. in l. vbi cœptum. C. de iudic. Alexan. consilio 23. num. 5. libr. 3. Rip. auus meus maternus l. 2. num. 8. ff. de re iudic. Ias. in l. nulli, nu. 6. C.

12 de iudic. † Hæc aũt exceptio litis pendentis cum sit dilatoria debet opponi ante litem contestatã, aliás non operatur, Bald. in l. perhẽptorias, in fi. C. sñiam rescin. nõ poss. Alex. cõs n. 21. lib. 3. nec impedit iudiciũ, Asin. in prax. §. 12. c. 2. nu. 3. & nu. 4. volens hãc exceptionẽ non excludere alias similes,
14 † Amplia, vt hæc exceptio in principali causa non opposita non possit in causa appellõnis oppo. Bald. in d. l. peremptorias, nu. 51. Ias. in l. ita demũ.
15 nu. 4. C. de procur. Asin. d. c. 2. ampl. 4. † est autem tantæ virtutis hęc exceptio, vt impediat litis contestõnem, l. eleganter. §. si quis post. ff. de condict. indeb. c. 1. de lit. contest. in 6. Ias. in l. fratris. C. de
16 transact. † tantũq; operatur, quantum exceptio rei iudic. Pract. Pap. in form. responsionis re in gl. exceptionem litis, vbi nu. 2. adducit quinq; mo-
17 dos, quibus lis dicatur pendere, scilicet † per libelli oblationem, secundo per appellationem, tertio per consultationem factam per iudicem superiori, quarto per iudicis recusationem, quinto per restõnem in integrum petitã, cætera pertinentia ad hanc exceptionẽ, vide plenè apud Lãcel. de attẽt. lit. pend. p tot. maximè in prælud. n. 451. & seqq.

In verbo coram aliquo iusdicente] quotuplex sit iusdicens, vide statutũ 28. supra de reg. pot. & quam iurisdictionem, quilibet habeat, vide statutũ 45. in ciuili, & Carp. ad stat. Mediolani cap. 6.

18 In verb. quæ pęnæ] † Scias, quod qñ statutum aliquid fieri posset prohibet, nec imponit pœnam, tunc pęna dr imposita arbitrio iudicis. sic Carp. in prælud. ad stat. Mediol. nu. 757. sciasq; pariter, qp per hoc statutum, dicuntur prohibita omnia per quæ posset fieri frans eodemmet statuto, Carpan. in dictis prælud num. 794.

19 Sed quæro † nunquid pœna imposita à pñti statuto, tollat pœnam inductam de iure cõi, quæ est cõdemnatio impensarũ, vt supra dixi in princ. supra eod. & dic, quod magis cõis opinio est, quod sic, quicquid in contrarium voluerint Bart. in l. 1. num. 1. ff. vi bonorum rapto. & alij, & malè quibus recẽsitis, magis communem esse in contrariũ pluribus citatis, firmat Iulius Clarus in §. fin. praxis crimin. q. 85. nu. 5. & ibi Baiard. in addit. ad eum num. 5. qui allegat ad hoc Bursat. tenentem hanc magis cõem cõs. 94. nu. 4. hanc etiam magis cõem scilicet, quod per pœnam impositam à statuto, censeatur recessum à pęna iuris cõis, testatur Menoch. in suo tracta. recuperandæ remed. 9. q. 51. num. 229. vbi hanc quæstionem diffusè tractat.

20 In verb. non valeat ipso facto] quid importat hæc clausula ipso iure, aut ipso facto, vide Pract. Papiens. in forma lib. pro turbata possess. in gl. ipso facto, Dec. in c. reprehensibilis, nu. 8. de appell. Felyn. in cap. Rodulphus. nu. 35. de rescript. idem Dec. cons. 138. nu. 1. & multoties supra est dictũ Marta de clauf. parte prima. clauf. 213.

21 Et scias, quod licet ista pœna sit imposita ipso iure † requiritur declaratoria iudicis, & citatio partis, antequam fiat executio, Alexand. cons. 103. nume. 17. vbi Appostil lib. 1. & cons. 124. nume. 12. lib. 1. latè Anton. Gabr. in suis cõibus cõclus. 12. per totam in tit. de maleficijs, latè Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 1. num. 184. & seq. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. casu 220. nu. 6.

22 In verbo scienter placitauerit] ratio est, † quia consensus, & ratihabitio retrotrahuntur, Dec. in l. semper, qui non prohibet, nume. 6. ff. de regul. iur. latè Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 337. in glo. aut ratum habente.

Plura alia circa materiam huius statuti poteris videre per Carp. ad statuta Mediolani, cap. 8. per totum.

De satisdatione præstanda per non suppositos, & mulieres maritatas. Rub. 37.

ITem statuimus, quòd omnes non suppositi iurisdictioni ciuitatis, & comitatus Papiæ, & quæcunque mulieres maritatæ non audiantur, nec audiri debeant per aliquem iusdicentem Papiæ agendo, vel agere volendo contra aliquem suppositum iurisdictioni Domini potestatis Papiæ, & communis Papiæ, nisi donec satisdederit ipsi conuento de expensis restituendis alteri parti, si succubuerit in causa, vel nisi per dictos non suppositos, & per dictas mulieres fuerit factum depositum penès illam personam de ea quantitate, de qua iusdicenti videbitur pro expensis restituendis. Quod statutum locum habeat si per conuentum suppositum prædicta satisdatio fuerit petita, & non aliter.

Summarium ad statutum 37. in Ciuilibus.

1 *Satisdatio, qua.*
2 *Satisdare quando quis dicatur.*
3 *Idonea cautio, qua.*
4 *Satisdationum pro conseruatione tredecim species remissiuè.*
5 *Statutum hoc loquitur de satisdatione de expensis soluendis in casu succumbentia.*
6 *Actor possidens immobilia an teneatur satisdare.*
7 *Fideiussor de restituendis impensis, nõ tenetur reo absoluto ob lapsum instantia.*
8 *Satisdatio de expensis soluendis de iure cõi, abijt in desuetudinem.*
9 *Non suppositus quis dicatur remissiuè.*
10 *Statutum loquens de muliere maritata, an comprehendat hermaphroditum.*
11 *An statutũ in casu simplici, comprehendit mixtũ prævalens in casu simplici.*
12 *Dispositio qualibet comprehendit casum mixtum ex rationis identitate.*
13 *Mixtum de iure communi, quando comprehendatur sub simplici remissiuè.*
14 *Ratio huius statuti qua.*
15 *Statutum hoc comprehendit tam fœminas, quam masculos.*
16 *Differentia inter non suppositum, non subditum, & forensem, forensis an quis præsumatur.*

17 Sta-

1 CIrca hanc rubr. & nigrum, videndus Carpan. ad statuta Mediolani, c. 44. & seq. suppono; primò, quid sit satisdare; & dic ex Menoch. in tract. adipisc. remed. 2. num. 93. quod satisdare est idoneam cautionem praestare, l. prima. §. satisdatum. ff. quorum legatorum, hinc dicit Ale.
2 cons. 37. num. 14. lib. 2 quod † satisdare dicitur, non solum praestans fideiussionem, sed etiam aliter aeque idoneae cauens, prout si pignus det, l. fin. §. primo, ff. quorum legatorum, l. prima, §. iubet, ff. de collat. bonorum; † quae autem dicatur
3 idonea cautio; hoc relinquitur arbitrio Iudicis, cum à iure expressum non reperiatur, vt per eundem Menoch. de arbitr. iud. casu 142. lib. 2. & quis teneatur probare idoneam, Surd. decis. 320.
4 † Satisdationum autem, quae fiunt pro assecuratione iudicij, & partium, plures species sunt, de quibus latè per Marant. in suo speculo iudiciorū, in octauo membro iudicij, tit. de satisdatione, vbi
5 enumerat decem tres species satisdationum, † inter quas est satisdatio de expensis restituendis in casu succumbentiae, de qua loquitur statutum no-
6 strum. † hanc igitur satisdationem de iure communi, tenetur praestare actor in initio litis, nec ab ea excusatur, licet possideat immobilia, vt per
7 Marant. vbi supra, num. 16. vbi annotat † fideiussionem de restituendis expensis in casu succumbentiae, non teneri, quando reus fuit absolutus ab instantia iudicij, eò quod instantia fuit perempta, cum actor non dicatur succubuisse, ex quo iterū agere valet, & ad hoc allegat. Bald. cons. 106. in 2. volum.
8 Haec autem satisdatio de soluendis expensis, loquendo de iure cōmuni, hodie est sublata per desuetudinem, glos. in §. sed hodie, inst. de satisd. Pract. Pap. in forma respōsionis rei, in glo. debitę satisdare, num. primo, Crauet. cons. 325. Ias. in l. prima, num. 26. ff. qui satisd. cog. omnium copiosius, Roll. à Vall. consil. 71. nu. 19. lib. primo.
9 Quis autem dicatur non suppositus, vide Carp. ad statut. Mediolani, cap. 44. num. 5. & infra dicetur, & saepius dictum est.
10 Sed quaero, an hoc statutum loquens de muliere maritata, comprahendat hermafroditum; & dic, quod, aut hermafroditus non preualet in aliquo sexu, vel in sexu masculino, & tunc non comprahenditur sub hoc statuto, Ias. in §. omnium, num. 29. maximè cum statutum nostrum copulatiuè

tiuè loquatur, de muliere quæ sit maritata; aut præualet in sexu fæminino, & est maritata, tunc, & ipsa compræhenderetur sub hoc statuto nostro

11 l. quæritur, ff. de stat. hom. ratio est, † quia statutum loquens in casu simplici, compræhendit etiã casum mixtum, quando illud mixtum præualet in illo simplici, ita Ias. in dicto §. omnium, nu. 29. ante eum, Ang. in l. 2. ff. de verb. oblig. & etiam,

12 † quia dispositio quælibet porrigitur ad casum mixtum ex identitate rationis, Gallia in consuetudine Alexandrina, in verbo, legare, num. 135. & quando statutum comprehendat casum mixtum, dictum est supra in præludijs.

13 † Quando autem de iure communi mixtum comprænhendatur sub simplicibus, videas etiam DD. in d. l. 2. ff. de verb. oblig. Ias. in d. §. omnium, nu. 25. cum seq. vbi etiam ponit, quando sub statuto loquente de simplicibus, comprænhendantur casus mixti, de quo videas etiam Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 328. nu. 30. cum seq. & in præludijs dictorum statutorum, num. 399. cum seq.

14 † Sed quæro, quæ sit ratio huius nostri statuti; & dic illam esse ne reus indebitè defatigetur, & postea in casu victoriæ delusus remaneat, ratione expensarũ, vt eius ergo indemnitati succurratur, editum est hoc statutum, ad cuius declarationem in materia præstandæ satisdationis, vel non, per actorem, videantur Roman. cons. 62. in princ. & num. 10. Roll. à Vall. cons. 71. vol. primò, plenius in materia huius nostri statuti, Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 44. per totum.

15 Item statuimus, quod omnes] nota hoc statuto † comprænhendi, & ligari, non solum masculos, sed etiam fæminas, l. prima, & ibi Rebuff. de verb. sign. & pariter comprehendi etiam vniuersitatem, Alex. cons. 17. num. 5. vol. 6. ponderando dictionem omnes, quæ cum sit vniuersalis, est apta omnia compræhendere. Dec. in l. omnis, ff. si cert. pet. Surd. cons. 31. num. 27. & cons. 73. num. 62. & seq. & decis. 150. num. 6. & 7. Honded. cons. 63. num. 42. & seq. lib. primo, Bero. declarando cons. 159. num. 38. & seq. lib. 2.

16 In verbo, non suppositis] † quis dicatur non suppositus, & quid differant inter se forenses, non subditi, & non suppositi, dixi supra ad statutum 31. & quot modis quis dicatur subditus, & vide Carpan ad statuta Mediolani cap. 44. num. 3. cũ seq. & ideo omitto, cum videri possit, nec addendi mihi facultas detur, forensis autem, vel non suppositus, nemo præsumitur, nisi probetur. Alciat. de presumpt. reg. 2. præsumpt. 15. maximè ad actus nullitatem euitandam, ideo probanda est ab opponente. Cephal. in punctualibus terminis cõs. 213. num. 2. & seqq. hoc tamen sciendum est, sub

17 hoc nostro statuto loquente de non suppositis, cõprænhendi etiam clericos litigantes in foro layco, cum, & ipsi dicantur non subditi, & non suppositi, Alex. cons. 41. nu. 5. volum. 7. Boss. in sua praxi crimin. in tit. de pœnis, num. 43. Plot. in repet. l. si quando, num. 854. C. vnde vi, Dec. cons. 114. volum. 5. versic. non obstat, cum alijs de quibus per Carpan. loco mox citato; & quod sub hoc nostro statuto comprænhendantur clerici, facit ratio,

18 secundum eum, quia statutum † respiciens ordinem iudiciarium ligat clericos, in foro sæculari statuentium litigantes, Socin. in cap. quod clericis, num. 3. & 4. de foro compet. idem Carpan. in præludijs statutorum Mediolani, num. 600. vbi latè agitur, quando statutis laycorũ ligantur clerici, & quando, & ibi latè enumerat casus, ad quẽ recurrendum, & dixi etiam in præludijs.

19 † Hic tamen, quod dixi de clerico, repugnare videtur statutum 19. supra in ciuilibus, quod loquitur in specie contra clericos, per quod statutũ cum minimè cogatur satisdare clericus, pariter dicendum est, cogi non debere, vigore huius sta-

20 tuti generalis, † cum statutum generale, per speciale restringatur, Alberic. in tract. statutorum, lib. primo, quæst. 20. Alex. consil. vltimò, num. 1. & 5. vol. 4. cum cæteris congestis per Carpan. in dictis præludijs, num. 228. quod procedit etiam, quando statutum speciale esset primum, vltimum verò generale, & in hoc casu nihilominus per vltimum non intelligitur derogatum primo, per re-

21 gulam satis tritam, † quod speciei per genus, non intelligitur derogatum, quæ regula procedit etiã in statutis, Bart. in l. sed & posteriores per illum text. ff. de legibus, & in l. sciendum in principio, ff. qui satisd. cog. ità Borgnin. de tutore, & curatore, num. 98. Surd. decis. 49. nu. 6. & seq. Alex. cons. 29. num. primo, vbi Appost. ad eum, lib. 1. Menoch. de arbitr. quæst. 97. per totam, & vide quæ dixi ad dictum statutum 19.

22 In verbo, Iurisdictioni] † quid sit iurisdictio latè Bart. & scribentes in l. prima, ff. de iurisd om. iud. & Bart. in l. Imperium, ff. eod. Practic. Pap. in forma libelli, in actione confessoria, in glo. plenam, & commodam. nu. primo.

23 † Et in quo differat à districtu, diocesi, & territorio, vide Felin in cap. Rodulphus, num. 15. de rescript. Hiero. de Monte in tract. finium regondorum cap. 11. num. primo.

24 † Scias autem, quod iurisdictio in genere sumpta comprænhendit Imperium, & simplicem Iurisdictionem, Bart. in l. Imperium, num. 4. vbi Ias. num. 7. & Dec. num. 26. ff. de Iurisd. omn. iud. quid autem sit Iurisdictio simplex, & quot gradus constituat, Bart. in d. l. Imperium, num. 23. & seq. vbi Ias. num. 31. & Dec. num. 58. cum seq ac alij.

25 † Sed quæro apud quem sit iurisdictio Ciuitatis, & Castri; & dic, quod est apud populum illius loci, Bart. in l. prima, in fine, vbi Ias. & Dec. ff. de iurisd. omn. iud.

26 An autem iurisdictio, & officium Iudicis sint idem Bart. in l. prima, num. 9. vbi Ias. num. 7. & Dec. num. 22. ff. de iur. omn. iud. & distinguevt ibi per eos.

27 † Concessa autem intelligitur iurisdictio, quoties Princeps vniuersaliter alicui concedat territorium, Bart. in d. l. prima, in fine; si tamen Princeps particulares aliqua, res concedere Iurisdictionem, Bart. in d. l. prima, in fine, vbi Ias. nu. 15. & Dec. num. 43.

28 † An autem iurisdictione concessa, in dubio intelligatur concessa ordinaria, an verò delegata, Bart. distinguens in l. more, num. 8. vbi Ias. num. 46. & Dec. num. 32. ff. de iur. omn. iud. & à quo dari possit, videas DD. supra allegatos.

29 † Et quid si Iurisdictio sit concessa pro certo genere causarum intelligatur adempta potestas ordinaria alicuius Iudicis, videas latè Ioseph Ludouic. in suis communibus, conclus. 20. Mysing. singul. obseruat. cent. 6. obseruat. 99. Decian. responso 118. nu. 22. & seq. lib. 3.

30 In verbo, & Comitatus Papiæ] vide quæ dixi supra statuto 25. de Regim. Potest. & dic etiam, quod † Comitatus appellatione comprænhenditur territo-

territorium, villarum: & Castrorum ad Ciuitatem pertinentium, Bald. in l. prima, ff. de officio Prefec. Vrbis, Hiero. de Monte in tract. finiū regundorū cap. 8. quinimo videtur, idem quod diœcesis, ponderando decretum primum, & decretum 22. infra post statuta criminalia, dum loquitur de diœcesi, & fine Dominij, latius tamen exprimitur in libello dicrum vtilium Ciuitatis Papiæ, in quo nomina pagorum Ciuitatis Papiæ singulariter exprimuntur, qui libellus est casu receptus.

31 † In quo autem differant Comitatus, à territorio, districtu, Diœcesi, & iurisdictione, & quid sit, & quid importet quilibet ex ijs termininis, recenset Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 130. & memor sum aliquando me dixisse supra statuto 10.

32 † Et dum statutum nostrum mentionem facit de Comitatu Papiæ, sciendum est, † quod Regia Patria mea presens Ciuitas Papie, à Vincislao primum Imperatore primo in Comitatu, deinde verò à Maximiano Imperatore in Principatū, erre-cta est, hinc est, quod Principes Mediolani, se intitulabant Comites, & Principes Papiæ, vt ex litterarum exemplis apud nostram Ciuitatem existentibus, videre licet, in quibus hæc inscriptio est, nā cum Ioannes Galeatius Vicecomes, huius nominis primus Dux Mediolani, à Vincislao Imperatore factus esset, fuit insignibus Ducatus Mediolani, vocatus ab Oratoribus Cæsaris in ipsa Vrbe Mediolani, deinde duobus post annis, Papiæ Comes ijsdem insignibus ab Oratoribus Cæsaris, in ipsa Ciuitate Papiæ fuit decoratus, cum eodem apparatu, & pompa, quibus primo loco fuerat Dux creatus, prout scriptis memoriæ mandauit Bernardinus Cortus Mediolanensis, rerum Italicarum accuratissimus Scriptor, ac Historicus non vulgaris; quod factum est ab Imperatore Vincislao, vt, & Ducem, & Vrbem titulo ornaret, quod declarauit his verbis, quæ in diplomatæ habentur; insuper volentes pro Comitatu Papiæ, te, & successores tuos Duces Mediolani hodie Comites Papiæ, & Diœcesis, fecimus, creauimus, errex imus, illustrauimus, & decorauimus, &c. deinde adiungit, decernentes, vt tu, & tui hæredes teneatis, & tenere debeatis, dictum Comitatum Papiæ, sub nomine Comitatus, & tamquam Comites Papiæ, & non tamquam Duces Mediolani, deinde Maximiliani diplomate cautum fuit, vt primogeniti Mediolanensium Ducum Principes Papiæ denominarentur, ac dignitate Principatus huius nostræ Ciuitatis exornarentur.

33 In verbo, & quæcunq; mulieres maritatæ] hoc statutum includit etiam non subditos, sed strictè, † licèt respectu tantum mulierum maritatarum extra territorium, dicantur non subditæ eiusdem territorij, vt notat Alex. dicto cons. 34. num. 5.
34 vol. 5. Dec. cons 550. num. 8. † posteaquam sequitur forum viri, l. exigere dotem in fin. verbis, ff. de Iudicijs, vbi Bart. & idem Bart. in l. fin. §. primo. ff. ad municip. quod intelige quoad dotis repetitionem, & quo ad debitum carnis, & operarum, & quo ad subeunda onera personalia; sed quó ad realia attenditur locus vbi sita sunt bona, sicuti declarat Pract. Papiens. in forma libelli quo vxor agit &c. in glo. dictæ Dominæ Margaritæ nu me. 5. & si voluisset statutum comprehendere omnes non subditos, vtiq; de eis generaliter mentionem fecisset, sicuti de non suppositis; sed quo ad non subditos voluit specifice loqui de muliere maritata, quæ licet originariæ alibi tamen nupta, nō cōprehenderetur sub hoc statuto, nisi statutum de ea expressam mentionem faceret, cum dicatur non subdita, vt tenet Carpan. ad statut. Mediol. cap. 45. num. 1. & sic illud statutum non extenditur ad alios, quia statuti verba debent intelligi ad litteram, vt dictum fuit supra ad statutum 55. de regim. potest. & dicetur infra ad statuta Crim. 83. videtur tamen posse extendi ad maritum traductū
35 ab vxore extra territorium, † quia maritus, & vxor sunt correllatiua, & dispositum in vno de correllatiuis etiam per statutum, censetur dispositum in altero, sic Carpan. in prælud. statutorum Mediolani nu. 396. † Dices tamen indubitanter hoc
36 non verificari in casu huius statuti, quia est correctorium Iuris Ciuilis, & adiectum respectu certę personæ, maximè statibus duob. statutis scilicet statuto 55. supra de regim. potesta. & statuto 83. in Criminali, disponentibus statuta nostra debere intelligi prout iacent ad litteram, quibus sic stantibus nō habet locum regula correllatiuorum, put in terminis Statuti Papiæ consuluit Curt. Iuni. consil. 6. num. 7. vbi respondit statutum Pap. 90. in Ciuili, prohibens maritum relinquere vxori, non habere locum è contra in vxore relinquente marito stantibus dictis statutis disponentibus, quod intelligantur ad litteram, & ibi ad Statutum 90. idē consuluit in dictis terminis, Berret. consil. 22. volum. 1. Plot. in repetit. l. si quando num. 434. C. vnde vi, & hanc communem testatur pluribus alijs citatis appostilla ad Practic. Pap. in forma libelli quo vxor agit &c. in glo. dedit, & legauit sub nume. 2. in verb. possit vxori suæ, & de hoc dicam fusius infra ad d. Statut. 90.

In verbo, non audiantur,] dic † quod si processus
37 cessus aliter fiat non valet, vt per Castr. in l. prima, §. & si is, ff. de oper. nou. nunt. vbicūq; enim statutum denegat alicui audientiam, processus inde secutus ad eius fauorem est ipso iure nullus, sic Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de statu prælat. §. iusta, versicul. est nulla ratione litigatoris; Bal. in opere statutorum in verb. excipere versicu. statutum, Alexand. consil. 37. colum. 1. volum. 2. Dec. consi. 275. col. 1. Mars. consil. 131. nu. 23. Cephal. consil. 223. num. 10. & seq. vbi declarat, quod habet locum, etiam si statutum non proce-
38 dat annullando, † ordo enim statuti debet ad vnguem obseruari, vt tenet Alexand. consil. 100. numer. 7. volum. 5.

Contrarium tamen adduci posse videtur, quod
39 scilicet hæc † satisdatio non sit de forma iudicij; sed de præambulis, & præparatorijs eius, vt ex Bald. Rolan. à Vall. & Vant. quos citat tenet Carpan. ad statuta Mediolani cap. 44. nu. 16. verum primam opinionem credo veriorem.

40 Intellige tamen, † quod processus sit ipso iure nullus, opposita exceptione, alias si non opponeretur re integra, idest ante litem contestatam valeret processus, Dec. consil. 275. colum. 2. versic. & retenta, vbi agit pariter de effectu horum verborū, scilicet non audiantur, nec audiri debeant, idem tenet Rip. auus mihi maternus in l. 1. §. sublata num. 1. versic. idem si dictum sit, ff. ad Trebell. vide tamen eundem Rip. in d. §. sublata, numer. 4. vbi limitat hoc statutum pluribus modis, Marsil. consil. 131. nu. 23. D. Cost. collega meus in tracta. de re integr. distinct. 52. num. 5. præsertim vero cessat statuti huius dispositio, quando actor diues esset, & possideret bona in territorio, vbi iuditium agitur, tamquam tunc cesset ratio, & causa

& causa statuti quæ fuit ne reus, si vincat, delusus remaneat in expensis, Alexand. consil. 37. num. 15. vbi addit. volum. 2. & in l. diuortio, §. interdum, vbi Ias. num. 10. & 11. ff. solut. matrim. Tiraquel. in tracta. de iudic. in exiguis non exigendo, versic. 36.

Sicut etiam cessat vbi ageretur iuditium cũ persona honestæ, & probatæ vitæ, Tiraquell. de pæn. leg. temper. caus. 51. num. 37. Marsil. in rubr. ff. de fideiuss. numer. 206. Idem pariter est in causa summaria, & executiua, Cephal. consil. 223. numer. 18. Carpan. ad Statuta Mediolani capit. 44. num. 41. & seq.

An autem hæc verb. [non audiantur] adaptentur, tam ad reum, quam ad actorem, Rip. in d. §. sublata, num. 3. distinguens ex mente Baldi, vt scilicet actori denegetur audientia ad agendum, & probandum; reo vero ad excipiendum, & exceptioné probandum.

In verbo, agendo, vel agere volendo,] hæc † sa-
41 tisdatio requiritur ad actionem consequendam, propterea est præstanda antequàm ad vlteriora procedatur, præcipuè quando est petita ab altera parte, aliter enim processus est nullus, Carpan. ad statuta Mediolani cap. 44. nume. 12. & 13.; q verum est, & amplia. tam in Criminalibus ratione delicti, quàm in Ciuilibus, vide Statutum 48. in Crimin. & Dec. d. consil. 550. num. 8. & 661. nu. 8. quem citat Carpan. ad statuta Mediolani cap. 54. num. 1.

In verbo, contra aliquem suppositum,] secus †
42 si conueniat in hoc territorio aliquem non suppositum, tunc enim non tenetur satisdare, & ratio est, quia statutũ hoc, de eo expresse non loquitur, nec extendit ad eũ, de quo expressè non loquitur, cum sit exorbitans à Iure communi, & debeat intelligi ad litteram, vt disponit aliud statutum 55. supra de regim. potest. itẽ quia forensis non potest gaudere beneficio statuti, vt late dixi in præludijs.

In verbo, Iurisdictioni Dñi Potestatis Papiæ,]
43 † qualis sit, & in quantum se extendat, vide statutum 45. in Ciuili, & Decretum primum post statuta Criminalia, & ad differentiam, vide Statutum 122. in Ciuili.

In verbo, nisi donec] hæc dictio [nisi] affir-
44 mat, quia habet præcedentem negatiuam, scilicet non audiantur, sic Bart. & alij in l. actione. C. de transact. vbi declarat ipsam dictionem [nisi] scilicet, quod quandoque oratió negatiua præcedit ipsam dictionem [nisi,] & tunc ipsa dictio ponit, & affirmat, quandoq; oratio affirmatiua præcedit ipsam dictionem [nisi,] & tunc ipsa dictio negat, & propterea in hoc casu, quia præcedit oratio negatiua, eo casu talis dictio affirmat, & idem est, ac si statutum diceret quando non suppositus vel mulier maritata præstiterit fideiussionem, tũc audiatur.

45 Hinc dicimus, † quod dictio nisi ponit contrariũ orationis præambulæ, d. l. actione, vbi DD. Alex. consil. 83. num. 3. lib. 1. Menoch. consil. 595. nume. 6. Surd. consil. 11.

Dictio donec importat conditionem, & idem
46 significat, ac si Statutum diceret, si & quousque, Ias. in l. sufficit nume. 5. ff. de condit. indeb. Alexand. consil. 66. lib. 3. Natta consil. 495. colum. 6. Practic. Pap. in forma libelli quo vxor agit &c. in glo. donec in princip.

47 Scias quod † dictiones donec, & quousq; sunt limitatiuæ temporis, & determinant tempus, Bartol. in l. fin. §. 1. colum. 1. & 2. ff. ad Tertul. Cardin. in clem. 2. §. 1. de ætate, & qualit. Aret. in l. quod meo in 2. colum. ff. de acquir. possess. Paris. consil. 25. numer. 16. in 2. volum. Tob. Non. consil. 12. num. 14. Natt. consil. 459. nu. 16. Menoch. consil. 151. num. 49. Honded. consil. 29. nume. 3 lib. 1. Laurent. de Pinu consil. 44. nu 13.

In verbo, satisdederit] intellige † realiter, & sic
48 cum effectu, & non verbaliter, Alexand. consilio 21. num. 6. volum. 1. Dec. consil. 275. numer. 2. Socin. Sen. consil. 44. volum. primo; quid autem sit satisdare, dixi supra in rubr. huius Statuti, vbi ex Menoch. & alijs dixi, quod satisdare significat
49 idoneam cautionem præstare; nunc addo, † quod adhoc, vt quis dicatur idoneus fideiussor, debet esse eiusdem fori, sic Petr. Rauenas. singul. 969. & debet habere in bonis quantum releuat, quod potest peti, & debetur, ita Borgnin. in tracta. de tu-
50 tore, nume. 192. † nec præsumitur quis idoneus, nisi probetur, vt notat Alexan. consil. 37. num. 7. volum. 2. & parte negante fideiussorem esse idoneum, incumbit aduersario probare idoneitatem, Alex. cõs. 7. num. 3. Mascard. de probat. concl. 782. Carp. ad statut. Mediol. c. 44. nu. 17. & seq. & c. 13. nume. 2. & sequen. licet in quo ad mores quis idoneus præsumatur, nõ tamen quo ad diuitias, Surd. decis. 320. nume. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumptio. 91. Repellitur autem vti non idoneus, ille qui habet arcem, in qua se potest tueri, licet sit diues, ita Menoch. consil. 2. num. 212.
51 volu. 1. item repelluntur vti non idonei, vsurarius, Aduocatus, Procurator, Notarius, rixosus, mulier, clericus, minor, furiosus, & prodigus, vt tenet Rebuff. in tract. sent. execut. artic. 1. gloss. 1. nu. 19. vbi etiam agit, quis sit idoneus fideiussor, vel ne, & nu. 31. tenet relinqui arbitrio iudicis, prout etiam tenet Menoc. in dicto tracta. adipiscen. remed. 2. nume. 93. & de arbitr. iudic. casu 142. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 44. num. 18. & sequen. qui
52 subdit num. 31. & sequen. † quod si quis dederit fideiussorem idoneum, qui postea deuenerit ad paupertatem, & effectus fuerit non soluendo, eo casu alius adhuc, est dandus fideiussor, quod est speciale in fideiussore de iudicio, & iudicatum soluendo, & in omnibus casibus, in quibus tenetur fideiubere ex dispositione legis, vel statuti, vt hic, in quibus casibus, si fideiussores effecti sint non soluendo, debent alij dari, nec sufficit semel fuisse adimpletum dando fideiussores, ita Ias. in l. si ab arbitrio, circa finem, ff. qui satisd. cogant. ita Vrsillus in addit. ad Afflict. decis. 172. num. primo, & 2. Carpan. vbi supra, num. 32. & sequen. quod secus est, qñ quis tenetur fideiubere ex sua ꝓmissione, nam tunc satis est, quod semel adimpleuerit dãdo idoneum fideiussorem, qui postea per superuenientiam nouæ calamitatis, & insignis inopiæ non poterit reprobari; ita Ias. in dicta l. si ab arbitrio, vbi Riminal. Vrsillus, vbi supra Alexan. consil. 70. libro 5. per totum consilium, plené Surd. consil. 28. per totum lib. 1. poterit quidem fideiussor, si principalis, pro quo fideiussit efficiatur deterioris conditionis, petere se eximi à fideiussore, vel quod ei dentur fideiussores de releuãdo ipsum indemnem, Bald. cons. 315. ista de iure, volum. 4. D. Rouesc. præceptor meus in addit. Menoc. consil. 212. num. 27. lib. tertio, & consil. 246. nu. 7. & sequenti, Honded. consil. 111. num. 60. lib. primo, distinguens inter fideiussorem contractus, & fideiussorem iudicij, vt scilicet hic mutatione status principalis liberetur, ille veró non.

Limita

53 Limitatur dispositionē huius stat. in non supposito diuite, & non suspecto, † quia eius nudę cautioni est credendum idem si sit probatæ vitæ, vel possideat immobilia in territorio, vbi lis agitatur, & si modo cogendus erit fideiubere, vel satisdare, poterit dare fideiussorem minus idoneum, ita Carpan. d. cap. 44. num 41. cum seq.

54 † Limita etiam dispositionē huius statuti, vt hic fideiussor si sit datus in causa principali; non teneatur, nec censeatur obligatus in causa appellationis, de eo, quod iudicatum fuerit; Carpan. loco mox relato, num. 63. rationes autem sunt, quia lata sententia, expirat fideiussio, Ias. in l. fideiussor, num. 9. vbi Castr. num. 4. ff. qui satisd. cog. Bero. quæst. 76. Clar. in praxi, §. fin. quæst. 46. versic. sis tamen cautus, Viu. in suis communibus lib. 2. opin. 118. Secunda, quia fideiussor de primo contractu, non tenetur de prorogato, Dec. cōs. 93. Tiraq. de retr. conuent §. primo, gl. 7. nu. 37. Thesaur. decis. 125. Tertia, quia causa appellationis, est separata à causa principali, gl. in auth. de his, qui ingrediunt ad appellan. demum, quia fideiussio est stricti iuris, nec ad casum nō expressum extenditur. Curt. iun. cons. 36. nu. 5. Borgn. decis. 5. numer. 31. strictissimeque intelligenda. Odd. cons. 41. numer. 45. & sequent. Surdus decis. 212. num. primo, & seq. Contrariū tamen tenuit Roderic. Zuarez lib 2. legum fori, tit. de delos emplaçamientos, §. sed pone, num. 35. ea motus ratione, quia fideiussio censetur prçstita ad finem, & effectum, vt quis à forense indebitè molestatus nō amittat expensas, si in illis fuerit damnatus, vnde stante intentione finali statuti videtur fideiussio ad causam appellationis extendenda, & ita etiam tenuit Vincent. Franc. decis. 208. nu. 2. & 320 part. 2. Alij verò vtramq; opinionem distinctionis fœdere conciliarunt Nonnulli nouam opinionem constituerunt, quos latissimè refert, & demum decem casus considerat, Thesaur. decis. 202. omninò videndus, addo Morot. consil. 49. num. 4. Subdit etiam Carpan. d. cap. 44. nu. 64.

55 quod hic fideiussor postquam datus fuerit, non poterit tolli per dationē alterius fideiussoris æque

56 idonei inuita parte: An autem fideiussor primus per acceptationem secundi fideiussoris liberetur dicas quod non, nisi facta nouatione, Bart. in Iulianus, in fine, ff. de præt. stipul. Alex. cons. 70. nu. primo, lib. primo.

57 An autem fideiussor pro sorte teneatur etiam

58 pro interusurijs; & dic quod sic, † & quod si fuit simpliciter acceptus, an dicatur fideiussisse in omnem casum, licet tàm pro principali, quam pro vsuris. & tàm pro contractu, quam distractu, tex. in l. fideiussor, vbi glo. & DD. C. de fideiuss. Alex. cons. 34. in princ. vbi Appost. & etiam nu. 5. lib. 2. & dic, quod sic, vt per Albertum Papens. inter consilia Bald. vol. 6. cons. 4. quæ consilia fuerunt per me in vnum collecta. & ibi latè dixi, quare nō iuuat amplius repetere.

59 Postremo aduerte, quod hæc satisdatio, statutaria perit cum instantia, Carpan. dicto cap. 44. num. 68.

60 Sed † quæro cum hic caueatur non suppositum debere satisdare, quis probabit an actor, an verò reus excipiens; & dic, quod actor tenetur probare non esse suppositum, Soc. iun. cons. 7. vol. primo, vbi additio ad eum.

61 In verbo, de expensis restituendis] non requiritur in hoc casu taxatio parte citata, quia relinquitur arbitrio Iudicis, vt disponit hoc statutum infra in illis verbis de ea quantitate, quæ Iudici videbitur.

62 In verbo, fuerit factum depositum] hoc † pariter disponitur de iure communi; quod licèt non suppositus, vel mulier maritata agens, vbi non reperiat fideiussorē possit dare annulos pro pignore, vel aliud æquiualens, vel facere depositum, & in deffectum sufficit, quod det fideiussorem minus idoneum, quem si non reperiat statur eius nudæ cautioni pro adimplemento dispositionis, licet contrarium teneat Castr. in auth. generaliter, C. de Episc. & cler. verum hoc casu tenetur iurare se non posse præstare fideiussorem, cui iuramento, cum sit ex ijs, quæ dependent ab animo iurantis, credendum est: plures auctoritates circa prædicta adducit, & congerit Carpan. d. cap. 44. num. 51.

63 cum seq. qui num. 158. & seq. subdit, † quod si actor ipse ob eius malos mores non reperiret fideiussorem, tunc non staretur eius iuratoriæ, cautioni ex Ias. in l. prima; num. 22. ff. qui satisd. co-

64 gantur, † qui alios casus enumerat, in quibus nō

65 statur iuratoriæ cautioni, sed aduerte, † quod nemo præsumitur malus, imò si semel fuit malus, non est de necessitate, quod semper præsumatur malus, qui potest emendari. & non sequitur, quod olim fuit talis, ergo hodie, Alex. cons. 47. lib. pri. Ias. in l. si tamen sortem, §. libertus, num. 13. ff. de cond. indeb.

66 In verbo; fuerit satisdatio petita] † concordat dispositio Iuris, vt per Cottam in Manual. in verbo, cautio idonea: versic. fallit tamen, & si data non sit, non vitiat processum, cum non sit de forma, sic Carpan. d. cap. 44. num 16. Aduerte tamen ad ea, quæ dicta sunt supra in verbo, non audiantur, & vbi dicta verba nō essent apposita, posset hæsitari ex his, quæ tradit Surd. decis. 57. qui ait partis petitionem non esse necessariam, vbi statutum ipso iure annullaret, vel diem certam præfigeret, vel statim præstari iuberet.

67 An verò fideiussor possit appellare à sententia contra principalem lata, distinguitur.

Aut agitur de fideiussore iudicatum solui, & iste non appellat, tamquam dicatur damnatus, vti persona accessoria, Boer. decis. 314. colum prima, Bossius de carcer. fideiuss. relax. post nu 60. quod inteligit in sententia. quæ transitum fecit in iudicatum, alias si esset intra tempus, intra quod principalis posset appellare vtiq;, & fideiussori idem beneficium esset tributum. Morot. cons. 21. nu. 7. & seq. aut agitur de fideiussore contractus, & iste potest appellare, Morot. d. cons. 21. quomodo autem differant fideiussor iudicij à fideiussore contractus, tradit Surd. decis. 218. num. 13.

De eo, qui se opposuerit alicui liti, vt de iuribus suis cognoscatur. Rubr. 38.

ITem statuimus, quod qualibet persona in quacunque causa, seu quæstione vertente, tàm coram Iudicibus Palatij Communis Papiæ, quàm coram Commissario, Consiliario,

adiunctis.

adiunctis, vel arbitris, arbitratoribus, & amicabilibus compositoribus, possit se opponere. Et quod si qua persona de cætero se opposuerit alicui causæ, liti, controuersiæ, seu quæstioni, coram aliquo Iusdicente, Magistratu, vel delegato, seu Consiliario adiuncto, arbitro, vel arbitratore, per instrumentum publicum ipsius oppositionis, quod cognitio sui iuris, cum cognitione aliarum partium primolitigantium, ad illum Iusdicentem adiunctum, delegatũ, Commissarium, arbitrum, arbitratorem, Magistratum, vel delegatum deuoluatur, licet de opponente in ipsa causa, seu coram iusdicente, seu in commissione, vel delegatione, vel assumptione ipsius consiliarij de ipso opponente nulla mentio facta fuerit, dummodo se opponat infra decem dies vtiles à die inceptæ litis. Et quod ipse Iusdicens, Commissarius, vel Delegatus, Adiunctus, Arbiter, arbitrator, & Magistratus, possint, teneantur, & debeant, de meritis iurium, & causæ dicti opponentis cõsulere, & diffinire, sicut, & prout tenetur de iuribus partium contentarum in ipsa causa, lite, commissione, seu quæstione, & cum iuribus ipsorum primolitigantium, nulla exceptione, vel cauillatione obstante, infra tempus ad cognitionem causarum primo litigantium determinatum.

Summarium ad statutum 38. in Ciuilibus.

1 *RES inter duos litigantes acta non nocet tertio ignoranti, secus scienti.*
2 *Tertius pro suo interesse, quando comparere debeat, & sit audiendus.*
3 *Sententia lata contra vnũ ex collitigatoribus, an noceat tertio.*
4 *Tertius comparens debet saltim summariè docere de iure suo.*
5 *Tertius duobus litigantibus in possessorio recuperanda, potest se obijcere, & agere petitorio.*
6 *Exceptio spolij, quo ad tertium cessat.*
7 *Tertius comparens est audiendus in illis terminis, in quibus causa reperitur.*
8 *Hoc statutum an superfluum.*
9 *Statuta non sunt censenda superflua.*
10 *Iure communi sublato, non censetur sublatum statutum disponens id, quod ius commune.*
11 *Cognitio iurium tertij deuoluitur ad Iudicem coram quo lis est cepta.*
12 *Tertius comparens pro suo interesse, an possit opponere exceptionem declinatoriam, & se remitti ad suum Iudicem.*
13 *Quid quando venit defensorio nomine alterius.*
14 *Tertio venienti ad Iuditiũ pro suo interesse, quinque specialia sunt permissa.*
15 *Clausula appellatione remota, non præiudicat tertio.*
16 *Exceptio spolij, & attentatorum non opponitur contra tertium.*
17 *Tertius post litem contestatã opponit dilatorias, & iudicem suspectum recusat.*
18 *Tertius potest duplici modo cõparere in iudicio.*
19 *Tertius comparens defensorio nomine, & rei vendicatione, tenetur satisdare ad formam statut. Papiæ.*
20 *Verbum, potest, importat voluntatem, non necessitatem.*
21 *Tertius, si habet remedium ordinarium, vtilius est, quam se opponere liti.*
22 *Tertius veniens ad iudicium suscipit causam in eo statu, in quo reperitur.*
23 *Tertius in reali, melius est, quod intentet remedium summarium.*
24 *Quid in actione personali.*
25 *Tertius se opponens, quando valeat impedire executionem trium conformium, distinguitur ad tres casus. & vide num. 49.*
26 *Tertius an possit de quocunq; iure se opponere remissiuè.*
27 *Quando tertius possit appellare, vel appellationi alicuius adherere, latè distinguunt.*
28 *Victoria tertij, an prosit principali victo.*
29 *Statut. contra tertium qualiter concipienda.*
30 *lis, & controuersia verba synonima.*
31 *Seu, dictio, quid importet.*
32 *Dummodo, dictio, quid importet.*
33 *Termino legali elapso, quis non auditur.*
34 *Tempus decem dierum vtilium, de quo in hoc statuto currit contra tertium se opponere volentem & an à die scientiæ.*
35 *Terminus legalis habet tempus continuum, & currit ignoranti.*
36 *Dies vtiles qui dicantur.*
37 *Quadriennium datum ad petendum restitutionem in integrum, an dicatur vtile.*
38 *Tertius se opponens an condemnandus, vel absoluendus.*
39 *Causa principalis an alteretur per oppositionem tertij.*
40 *Quid si reus principalis opponat de iure tertij.*
41 *Reus, quando valeat opponere de iure tertij.*
42 *Ius tertij potest opponi, quando est in totum exclusiuum iuris aduersarij.*
43 *ius tertij, potest opponi, quando fuerunt cessa iura, & opponens habet causam ab ipso tertio.*
44 *Item quando interest opponenti opponere de iure tertij.*
45 *Ius tertij, quãdo est exclusiuum iuris agentis, ipso iure, non absolutè, non potest opponi.*
46 *Ius tertij, quando possit opponi ab actore, & reo remissiuè.*
47 *Dies vtiles quis dicantur.*
48 *Lis cepta, quando dicatur.*
50 *Clausula, nulla cauillatione, vel exceptione importantia.*

AD euidentiam istius statuti, est aduertendum, quod † quando duo inuicem 1
litigant, in qua lite agitur etiam de interesse tertij, si iste tertius ignorat causam agitari, & agi de iure suo, tunc res inter alios acta

actæ ei tertio minime nocēt, sed si iste tertius fuerit sciens, & certus causam agi inter actorem, & reum, coram aliquo Iusdicente, & de ipsius tertij interesse, vel præiuditio tractari, eo casu nedum potest comparere, & petere de suo iure cognosci, & audiri debet, cap. cum super, extra de re iud. Bart. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudicata, sed † tenetur comparere, & de iuribus suis
3 opponere; alioquin si negligit comparere, & audiri, tunc sententia lata contra vnum ex colligantibus nocet etiam ipsi tertio, Felin. in cap. veniens il secondo, nu. 9. de testibus. Didac. Coaruu. Pract. quæst. cap. 15. nu. 9. & cap. 16. nu. 2. Decis. Perusin. 26. num. 4. & seq. part. prima, vbi mate-
4 riam istam iuris tertij latè examinat, † & aduerte, quod huiusmodi tertius comparens ad hoc, vt audiatur, debet saltim summariè de suo interesse docere, Bart. in l. à sententia, in fine, ff. de appell. cum alijs, de quibus per Mysing. obseruat. cent. 2.
5 obser. 1 num. 2. vbi num primo, vult, † quod tertius duobus litigantibus super possessorio recuperandæ, possit se obijcere, & agere petitorio, & tenetur agens ad restitutionem illi respondere ante
6 restitutionem, † cum quo ad ipsum tertium cessat odium spolij, vt per DD. in cap. olim, il 2. vbi Abb. de restitu. spol. & alij ibidem citati, cui addo Menoch. tract. recuperand. remed. primo, nu. 372. quæst. 33. per totam, & præcipuè nu. 381.
7 † vbi in fortiori casu vult, tertium hoc casu audiendum esse in illis terminis, in quibus causa reperitur, per cap. vult, vt lit. pend. lib. 6. & alios ibi per eum allegatos, Coaruu. pract. quæst. lib. primo cap. 13. sub num. primo, & col. 4. versic. nam vbi tertius, Rimin. iun. cons. 445. lib. 4. Menoch. cons. 488. lib. 5. vbi plures casus distinguit, Gail. lib. primo, obseru. 69. 70. & seq. Surd. decis. 60. nu. 6. D. Costa de fact. scient. & ignorant. cent. prima, distinc. 57. Tusch. practicab. conclus. lib. vlt. littera T. in verbo, tertius, conclus. 82. cum tribus seqq.
8 Cum hæc vera sint vtiq; † superfluum videtur hoc statutum, disponens idem, quod à iure ciuili est concessum; verum huic difficultati responde-
9 tur, quod † statuta non debent censeri superflua, nec illusoria, sed debent semper aliquid operari, ita Borgnin. decis. prima, num. 33. & decis. 3. nu. 5. etiam si disponant, idem, quod ius commune, Bald. in l. 2. nu. 2. C. quæ sit long. consuet. Bero.
10 cons. 65. num. 7. vol. 2. & † prodest saltim in hoc, quod nunquam censetur sublatum, etiam si tollatur ius commune, sic Corset. sing. suo, in verbo, matrimonium, il 2. num. 2. satisq; etiam dicitur operari, cum præter actionem à iure cōmuni inductam, oriatur etiam condictio ex statuto, Roll. à Vall. in tract. de inuentar. in 4. parte principali, versic. quæritur etiam, num. 18. Bursat. cons. 44. num. 32. lib. primo; nec etiam censetur sublatum, etiam si quis renuntiat iuri suo simpliciter, ita
11 Orian. tract. de interpræt. statuti nu. 2. † postremo operatur, quod cognitio iurium ipsius tertij, deuoluitur ad illum Iudicem, coram quo ceptum est iudicium, vel lis contestata inter actorem, & reum, siue ille Iusdicens fuerit ordinarius, siue delegatus, siue Consiliarius, vel adiunctus, arbiter, vel arbitrator, vt disponit hoc idem statutum, in verbo, quod cognitio sui iuris &c. & consequenter cessat illa difficultas, quæ fieri posset de iure
12 communi; † An tertius se opponens pro suo iure, & interesse, possit opponere exceptionem declinatoriam, vide Soc. iun. consil. 40. in fine, vol. primo, Appost. ad Abb. in cap. veniens, vers. an tertius appellans, extr. de testibus, Petrus de Anchar. in cap. ea, quæ de reg. iur. in 6. in 16. quæst. princ. vbi loquitur de clerico, qui comparet pro suo iure coram Iudice laico, & petit causam remitti ad Iudicem Ecclesiasticum; & dic, quod remittenda est, cum tertius veniens ad causam principaliter pro defendendo suo iure, non etiam assistendo alteri, debet remitti ad suum Iudicem, vt post Corn. cons. 29. in fine, vol. 4. firmat Mysinger. obser-
13 uat. cent. 5. obseruat. 14. num. 3. quod † secus est secundum eum, quando clericus veniret ad iudicem defensorio nomine alterius, puta conuenti in iudicio, nam tunc tenetur defendere in foro illius, qui primo est conuentus, Doctor. in c. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lit. non contest.
14 Scias † etiam tertium venientem ad iudicium pro suo interesse, in nonnullis casibus, vti iure suo speciali, quorum quinque recenset Gail. lib. 2. obseruat. 72. quos breuiter recensebo pro vtilitate eorum, qui non habent copiam librorum. Primus est, quia tertius pro suo interesse appellat, de quo late dicetur inf. eod. Secundus, quia tertius executionem trium sententiarum conformium impedit, quod qualiter procedat infra dicetur, distinguendo tres casus. Tertius est, quia si Princeps commiserit causā appellatione remota; hæc clausula non præiudicat tertio, quin possit pro suo interesse appellare, Ias. in d. §. si super rebus, §. à Diuo Pio, ff. de re iud. Quartus est casus, quia exceptio spolij, & attentatorum, non potest opponi contra tertium, intelligendo tamen, vt ibidem per Gail. dicta obseru. 72. num. 7. Quintus, & vltimus pro nunc, quia tertius post litis contestationem, potest Iudicem recusare suspectum, & opponere exceptiones dilatorias, vt latè per Gail. d. obseruat. 72.

Aduerte tamen, quod ad hoc statutum, quatuor declarationes ponit Rip. auus mihi maternus, lib. primo responsorum, cap. 8. per totum, & secūdum impressionem Lugdun. anni 1564. est responsum 166. scdm vero impræssionem Veneta, est respons. 4. sub tit. appellat. vbi agit de tertio cōparente ꝓ suo interesse post latam sententiam.
18 Est quoq; animaduertendum, quod † tertius duplici modo potest comparere, & se opponere liti, inter alios motæ; & primo quidem ad sui proprij iuris defensionem, & ad exclusionem vtriusq; ex colligantibus, præcipuè quando agitur de suo interesse, & in hoc plurimum versatur, declarando Bart. & DD. in dicta l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudicata, Alexander in l. sæpe, ff. eodem, Ioseph. Ludouic. decisione Perus. 26. Menoch. consilio 488. lib. 8. Didac. Coaruu. pract. quæst. cap. 15. vide etiam l. si is, qui se obtulit, ff. de rei vendicatione, & l. qui se liti, ff. de pet. hæred. Angelus, & Doct. in l. si suspecta, ff. de inoff. testamen. Abb. in cap. veniens, extra de testibus, Alexander consilio 82. columnn. finali, versiculo, nam tertius, volumine primo, & consilio 101. volumine quinto; Potest etiam secundo modo se opponere ad defensionem alterius ex ipsis colligantibus, vt quia teneatur de euictione, vel alias agatur de iure suo, quod alter ex ipsis colligantibus victor existat, & hoc casu aliud caput constituit, Didac. sup. loco cit. c. 16. vbi casum hunc examinat de iure cōi, cui adde suū dispositionem

19 statuti nostri, † quod si quis conuenitur rei uendicatione, & alius se offerat tamquam tertius, & defensor tenetur satisdare in primo litis exordio de iudicato soluendo, & de re petita restituenda, aut duplum extimationis ipsius, & si contigerit talem defensorem in causa succumbere, condemnatur ad rem petitam, & duplum extimationis eius, & vlterius poterit petens consequi rem à vero possessore, cum expensis litis, ac restituere simplū extimationis receptæ verò possessori, sic disponit per verba præcisa statutum 21. supra in ciuili, vbi latè dictum est.

20 In verbo, possit se opponere] verbum † potest, voluntatem importat, non necessitatem, l. prima, vbi Bart. in princ. ac Ias. nu. 3. & Dec. nu. 13. ff. ff. de iur. omn. Iud. Marant. in repet. l. is potest nu. 41. ff. de acquir. hæred. quo casu est aduertendum, quod antequam se opponat quis alicui liti, inter alios vertenti, expedit bene considerare, an

21 sibi expediat, † quia si competit aliqua actio sibi, vel remedium ordinarium, puta reiuendicationis, vel hypothecariæ, & tamen eo remedio relicto, vult opponere se alicui liti, in qua non possit dici de nullitate, nec appellare, sicuti communiter cōtingit in causis compromissorum, vel executionis, aut alijs pluribus, & etiam in causis viduarum, & contradictionum ad cridas, tàm emptionales, quā fiscales, & demum in causis executiuis, & huiusmodi, tunc sibi præiudicat, quia videtur etiam prohibita appellatio, & nullitas quo ad ipsum tertium; etenim † tertius veniens ad iudicium, debet

22 suscipere causam, in eo statu, & gradu, in quo reperitur, sicuti declarat Didac. locis supra citatis; licet contrarium teneat Menoch. de arbitr. Iud. lib. primo, quæst. 9. num. 18. Gabr. in suis communibus de execut. rei iud. quos, & alios deducit, & allegat Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 42. num. 210. quos fœdere distinctionis concordat, Didac. loco supra citato, Surd. decis. 108. loquens de nullitate; si autem hic tertius, omissa via se opponendi liti inter alios vertenti, duxerit magis sibi expedire intentare remedium ordinarium, tutius aget, id verò quomodo possit tutius contingere, declarat Pract. Papiens. in forma execut. sent. diffinit. in gl. prima, sub num. 16. versic. secundo casu principali, vbi distinguit, quod aut

23 agitur actione reali, aut personali; † primò casu minime expedit, vt se opponat, quia contradictor tertius se opponens, non impedit executionem, si ipsa possessio non est vacans, sed reperitur penes alterum ex collitigantibus, vnde melius, quod tertius experiatur actione sibi competente, quam quod se executioni, vel liti vertenti se opponat, si maxime lis ipsa sit in possessorio, & non pariat præiuditium in petitorio; vel quia ipse tertius potest dissimulare scientiam ipsius litis.

24 † Secundò casu, quando agitur actione personali, si ipse est in possessione, vel possessio vacat, aut iacet, tunc ille, qui se opponit facilius, poterit sibi conseruare quod habet, quam si per aliū pōssessio bonorum sit occupata, & semper sua interest audiri, antequam possessio in alium transferatur, quia personalis actio, vel obligatio non sequitur rem, seu rei possessorem, sicuti latius ibidem declarat Pract. Papiens. vers. citatus, quē sequitur. aliosq; plures citando Carpan. ad statuta Mediol.

25 cap. 160. num. 22. ac 29. Et quando tertius se opponens, valeat impedire executionem, vide Mysing. distinguentē obseru. lib. 3. cap. 73. & ponit tres casus, Primus est, quando executio fit in re vacante, & tunc tertius impedit executionē, nisi contra eum vigeat præsumptio calumniæ, vel sciuisset à principio litem motam, vel sententiam latam, nec pro suo interesse comparuisset; Secundus est, quando fit executio in re ab alio possessa, & tunc impedit executionē præstita per victorem fideiussione de restituendis habitis in casu victoriæ tertij, quod limitat ibidem Mising. duobus modis; Tertius est casus, quando cōdemnatio est facta in vna re, & executio in alia, & tunc tertius impedit executionē, addo Rim. iun. cōs. 445. Ceph. cons. 106. Burs. cons. 360. num. 12. & alios sup. cit.

26 In quantum verò contingerit dubitari, † an iste se opponens indistinctè de quocunque iure possit opponere, vide aliquid per Bald. in l. cum seruum num. 3. C. de seruis fugit. & Doct. in l. si suspecta, ff. de inoffic. testam. & in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. Didac. Rimin. Ioseph. Ludou. Menoch. & alios supra citatos:

27 † An autem ritè tertius possit appellare, distinguet, vt latè per Gail. obseruat. lib. primo, obseruat. 122. quod aut tertius ab alio appellationem interpositam prosequi vult, & admittitur etiam, si ipse non appellauerit, l. actionem, §. idem rescripsit de appellation. capi cum super vbi Felin. de offic. deleg. cum cæteris, ibidem per eum allegatis, & vide Honded consil. 25. lib. primo, Rimin. iun. cons. 692. Borgnin. decis. 10. nu. 6. & 26.

Secundus casus, qn̄ tertius vult appellationi per alium interpositæ pro suo interesse adherere, & tunc tenetur intra decē dies appellationem ab illo interpositam ratū habere, vel intra quatriduū de iure nostro statutario, cum tempus decem dierum à iure datum hodie ex statut. Papiæ primo in ciuilibus, & ex Nouis Const. Mediol. sit redactū ad quatuor dies, Felin. in cap. cum super, nu. 11. Vant. de nullit. tit. qui poterit dicere de nullit. num. 26.

Tertius est casus, quando tertius sentētia contra principalem lata, principaliter vult appellare, & tunc potest, sed tenetur intra tempus dierum decem appellare de iure causa, vel quatuor dierum in hoc Dominio, & tenetur nominatim exprimere grauamina, & causas cur sua intersit appellare, quod procedit etiā si à diffinitiua appellet, Vant. loco citato, num. 23, ita Gail. d. obseruat. 122. latè, & idem num. 7. quærit nunquid victoria tertij appellantis pro suo interesse, prosit principali iam victo; & dic, quod sic regulariter, l. pri. & 2. C. si vnus ex pluribus, Abb. & Felin. in d. cap. cum super, vbi latè limitat.

29 Qualiter etiam concipienda sententia sit, quādo tertius ad causa interuenit, distingue, ut per eundē Gail. d. obseru. 122. nu. 8. quod aut tertius nō assistit causæ, & tunc in persona tertij, sentētiæ non est proferenda, aut tertius principaliter interuenit pro suo interesse, & causam prosequitur, & tunc sententiæ uerba ad tertium sunt proferēda, ut ibi latè per eū post DD, in c. super. ubi Abb. de sententia, & re iud. & uide Petr. Gregor. tolosan. in suo tract. de appell. lib. 5. cap. primo, in tit. de his qui appellare possunt, num. 2.

30 In uerb. causæ, liti, & cōtrouersiæ] dic. † ꝙ sunt synonima, & idē important, uide Bar. in l. demonstratio §. quod autē, ff. de cond. & demonſ. Pract. Pap. in forma libelli, quo agitur ad pœnā compromissi in gl. occasione, Marant. in specul. aureo iudic. pars 4. in fine, Carp. ad statut. Med. cap. 123. & dictum est ad primum statut. in ciuili.

In

31 In verbo, seu quaestioni] dictio [seu] est copulatiua & disiunctiua, & inducit tacitam repetitionem Bald. cons. 33. num. 2. vol. primo.

32 In verbo dummodo] haec dictio est, quae dicitur admonitio, vel comminatio, non autem conditio, glo. in cap. non potest, versic. retinere de praeben. in 6. & scias, quod dictio dummmodo restringit, & limitat praecedentia, l. cum ab ea, ff. de contr. empt. Menoch. de arbitr. Iud. quaest. 86. num. 28. tex. in l. lutius, §. quae habebat, cum gl. ff. ad trebell. & videndus Crau. consil. 10. num. 14. Surd. consil. 209. num. 4. & consil. 456. num. 4. vbi plura.

33 In verbo, decem dies] † nota, quod vbi terminus est legalis eo elapso non auditur comparens, ità Innoc. in cap. fin. extr. qui accus. non possunt per l. si obmisse, C. de adult. & sequitur Bald. in l. si pro, C. qui accusare non poss. & l. diffamari, C. de capt. & manumiss. si verò elapsis decem diebus se opponat, & audiatur, an teneat processus, vide Bald. in l. non dubium in fine, C. de legibus, & in l. absentem, ff. de penis.

34 Item adde, quod tempus decem dierum vtiliū, de quo in hoc statuto, currit tertio volenti se opponere à die litis inceptae, nec recipit restrictionem, idest à die scientiae istius tertij se opponere volentis; istud probatur in primis, quia statutum est clarum, dum dicit infra decem dies vtiles à die litis inceptae; secundò probatur, quia regulariter omnes praescriptiones, & termini legales habent tempus continuum, & currunt ignoranti, nisi in contrarium reperiatur specialiter statutum, vt notat glos. in rubr. de diuers. & temp. praescript. Alexand. in l. final. C. de dolo, Marcus Anton. Senens. in tract. de tempore vtili, & contin. cap. 3. nu. 8. in specie de isto statuto. Nec obstat, quod statutum dicat decem dierum vtilium, & sic à tempore scientiae, Nam † respondetur, quod ille terminus vtilis intelligi potest altero ex duobus modis, vno, qui dicantur dies vtiles ad differentiam feriatorum, & de hoc loquitur statutum dicens se opponere infra decem dies vtiles, ad differentiam dierum feriatorum, prout distinguntur vtiles à feriatis; alio modo accipimus dies vtiles secundum tempus vtile, quod non est continuum, nulla habita distinctione dierum feriatorum, sed dicitur vtile, eo respectu, quia non currit ignoranti tempus decem dierum datum ad appellandum, vtile est, quia non currit nisi à die habitae notitiae, & scientiae, & non habita ratione progressus, est continuum, glos. in cap. cum certarum de appell. in sexto, simile dicitur in quadriennio dato ad petendam restitutionem in integrum, quod dicitur vtile, non † eo respectu, quod nō currat etiam per dies feriatos, sed vtile, quia non currit nisi habita notitia, ita notat Bald. in l. falsam, C. si ex fals. instrum. Alex. consi. 4. col. pen. volum. 2. & alibi saepe, addo D. Rip. resp. 85. num. 5. versic. tertio, volum. primo.

† An autem iste opponens debeat condemnari, vel absolui, notant repetentes in cap. quoniā contra, de appell.

Aduerte etiam, quod natura † causae principalis non alteratur, propter oppositiones, quas facit iste opponens, quia si proceditur executiuae terminari debent, ita Felin. in cap. cum super ext. de re iud. Alex. consil. 82. vol. 2.

† Quid si reus ipse principalis opponat de iure tertij, tam per viā agendi, quàm excipiendi, Pract. Papiens. in forma libelli, in actione negatoria, in glos. spectat, & pertinet, distinguit num. 4. aut agit quis ex suo proprio iure in sua persona fundato, descendente ex facto, & iure tertij, & tunc potest in iudicio proponi ad fortificandum ius proprium, vt in l. si post mortem, §. fin. ff. de bon. poss. contra tab. aut verò agit ex iure alieno fundato in persona tertij, & tunc per modum agendi non admittitur sine mandato, puta, praeter Pract. papiens. si tertius opponat nullitatem actus, cum eo non gesti, quae nullitas alterius fauorem respiciat, vt quod emphiteota sine domini consensu alienauerit, tunc non auditur, quia solus dominus id potest opponere, glos. & Doct. in l. 2. C. de iur. emphit. Crauet. consil. pro genero primo, num. 178. & alijs exemplis exornat, Surd. consil. primo, num. 85. & seqq. & latè per eundem Surd. decis. 108. per totum.

41 † An autem reus valeat opponere de iure tertij, vide Bart. in l. 2. ff. de except. rei iud. Thesaur. Pedem. decis. 4. quasi per totam; & dic, quod potest opponi, quando est in totum exclusiuum iuris aduersarij, Bart. d. l. 2. Menoch. consil. 488. lib. 5. Rimin. iun. consil. 445. lib. 4. Alexand. consil. 38. num. 9. lib. 2. Thesaur. dicta decis. 4. num. 2.

42 cui addo D. Costam de remed. subsid. remed. 11. nume. 7. vbi vult, † quod quando ius tertij non est exclusiuum in totum iuris aduersarij, nedum potest allegari agendo, sed nec etiam excipiendo, ex Ruin. consil. 119. num. 2. vol. primo, Pacian. de probat. lib. primo, cap. 7. nu. 75.

43 † Item scias, quod potest opponi de iure tertij, quando fuerunt cessa iura, & quando opponens habet causam ab ipso tertio, Crauet. consil. 166. in fine, num. 16. & consil. 191. num. 3. Socin. iun. consil. 101. num. 29. lib. 2.

44 † Item, quando interest opponentis opponere de iure tertij, Bart. in l. 2. circa medium, ff. de except. Socin. iun. cons. 101. num. 29. lib. 2.

45 † Et aduerte, quod quando ius tertij est exclusiuum iuris agentis, ipso iure, non quidem absolutè, sed ità si tertius ille vult, tunc ius tertij non potest opponi, Bart. ad l. 2. sequitur. Alba cons. 187.

46 num. 3. quando autem ius tertij opponi possit ab actore, aut eo replicari replicando, & qn̄ à reo, ponit D. Costa cons. 52. num. 14.

47 † In verbo vtiles] † qualiter intelligantur dies vtiles, declarat statutum ciuile infra 143. & dixi supra.

48 In verbo, à die inceptae litis] † quando dicatur lis incepta, si loquimur de iure communi, vide Bart. & alios in l. causas, C. de transact. Abb. in cap. ex parte, il secondo, extra de verbor. signif. & vide supra in primo statuto ibi à die litis inceptę, sed si loquimur de iure municipali; dic, quod intelligitur statim, vel infra vnum diem petitione porrecta, & parti legitimè intimata, quia siue comparuerit citatus, vel reus, siue contumax sit, habetur lis pro contestata, & incepta, & ab eo die incipit currere instantia, vt disponit statutum primum supra in ciuili, cap. instantia, & idem disponunt Noue Mediolani Constitutiones, in tit. de Iud. in principio, versic. cęptaq; lis.

49 In verbo, quod Iusdicens teneatur de meritis] † an tertius se opponens, possit impedire executionem sententiae, vel an possit Iudex illam exequi, praestita cautione per Actorem, vel eum, qui obtinuit in causa; dic, quod solent distingui diuersi casus, quorum primus est, quod

 aliquando

aliquando agitur actione personali, aliquando actione reali, aliquando agitur de executione rei Iud. aliquando possessio est vacans, aliquando non, aliquando tertius habet præsumptionem contra se, aliquando sciuit causam agi, & nunquã comparuit, aliquando subest suspitio fraudis, aliquando subest periculum, aliquando tertius possidet, aliquando venit ad defensionem iuris sui, aliquando ad defensionem alterius, quos casus examinat, & declarat Coaruu. tract. pract. quæst. cap. 15. & 16. & pulcre Carpan. ad statuta Mediolani cap. 160. num. 11. cum pluribus seqq. & cap. 162. num. 3. vbi latè, & dictum est supra eod. num. 26. Rim. iun. cons. 445. & 698. Ioseph. Ludou. decis. 26. Bursat. cons. 362. num. 20. & seq. Cardinal. Tusch. Practic. conclus. lib. octauo, littera T. in verbo, tertius, conclus. 85. & seq.

50 In verbo, nulla exceptione, vel cauillatione obstante] † quid importet hæc clausula, vide Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 42. num. 164.

Qualiter victus victori condemnari debeat in expensis. Rubr. 39.

Item statuimus, quod victus victori condemnetur in expensis soluendis in pecunia numerata, iustis, & moderatis tantum in iudicio factis, ac si promissæ essent, taxatione facta de ipsis expensis à iudicante, vel Consiliario, prout fieret de expensis promissis. Et hoc, siue habuerit iustam causam litigandi, siue non, omni exceptione, & defensione remotis. Et hoc sub pœna cuicunque Iusdicenti, Commissario, Consultori, & delegato contrafacienti librarum quinquaginta Papiensium, applicanda parti, & vltra in refectione damnorũ, interesse, & expensarum partis.

Summarium ad statutum 39. in Ciuilibus.

1 *Hoc statutum est conforme iuri communi, quo victus victori in expensis condemnandus, quod latè ampliatur, & limitatur remissiuè.*
2 *Quæ expensæ veniant refficiendæ in casu succumbentiæ.*
3 *Expensarum appellatione, non veniunt damna.*
4 *Expensæ factæ in Aduocatis, quando debeantur, & quando non.*
6 *Victor qui aduocauit in causa propria, an debeat habere expensas aduocationis.*
7 *Quid si Aduocatus vsus sit patrocinio alterius Aduocati.*
8 *Expensæ itineris, & viatici, quæ debentur.*
9 *Damnum quod litigator sustinuit in itinere, ex quo fuit spoliatus, an debeatur per victum.*
10 *Expensæ cibariæ in hospitio factæ, quando debitæ.*
11 *Expensæ instrumenti mandati an debitæ.*
12 *Quid in expensis libelli, & citationis.*
13 *Debitor citatus offerens se paratum soluere, an euitet expensas citationis, & instrumentorum.*
14 *Expensas instrumenti soluit debitor, quando est in mora.*
15 *Quid si Notarius gratis dedit instrumentum.*
16 *Expensæ pro examinandis testibus, quando debitæ.*
17 *Testis licitè recipit pecunias loco mercedis, expensarum, & laborum, alias secus.*
18 *Testis an licitè recipiat pecuniam pro ferendo testimonio.*
19 *Expensæ pro ferenda sententia debitæ.*
20 *Transactio facta super lite, non trahitur ad expensas, nisi sit dictum.*
21 *Expensæ solum legitimæ, & moderatæ, debentur.*
22 *Victor expensas indebitas non obtinet.*
23 *Expensæ, quo iure petantur.*
24 *Expensæ an in causa criminali debitæ.*
25 *Iulius Clarus laudatur, & ab eius opinione non receditur in hoc Dominio.*
26 *Calumniosè deferentes, accusantes, vel notificantes, qualiter puniantur, ex Mediolani Constitutionibus.*
27 *Renuncians an in expensis condemnandus.*
28 *Expensæ an debitæ, quando quis facit transitum ad aliud iudicium.*
29 *Pro expensis an possint dari bona insolutum.*
30 *Expensæ iustæ quæ.*
31 *Moderatæ quæ.*
32 *Damna non refficiuntur ex hoc statuto.*
33 *Expensæ factæ vltra sententiam, an debitæ.*
34 *Expensæ in sententia lata super attentatis, an taxandæ, priusquam feratur sententia super causa principali.*
35 *Expensæ conuentionales debentur etiam stante iusta causa litigandi, sal. duobus modis, & ibi per eum, Iudex absoluens ab expensis, non intelligitur de conuentionalibus.*
Plures Rei insolidum obligati, vbi in expensis sint condemnati pro rata tantum tenentur;
Expensas, an soluat, qui fuit restitutus aduersus lapsum instãtiæ; Absolutus ab expensis, an possit petere damna, & interesse.
36 *Citatio partis, an sit necessaria, in expensis taxandis.*
37 *Expensæ taxantur sine alia probatione.*
38 *Stylus Papiæ in taxandis expensis.*
39 *Iudex in sententia potest reseruare taxationem, non condemnationem expensarum.*
40 *Iudex an possit alteri demandare taxationem expensarum.*
41 *Victus habens iustam litigandi causam de iure communi euitat expensarum condemnationem.*
43 *Amplia etiam stante statuto mandante victum condemnari in expensis.*
44 *Vincens ob iuramentum suppletiuum sibi delatum an recuperet expensas.*
45 *Habens iustam causam litigandi vsque ad instrumentum productum, an teneatur ad omnes expensas non desistens a lite.*
46 *Iusta causa litigandi quæ.*
47 *Hoc statutum addit ad ius commune.*

48 *Iudex*

48 *Iudex an in casu huius statuti, possit absoluere ab expensis, habentem iustam causam litigandi, & num. 49.*
50 *Condemnatio expensarum fit ad ratam.*
51 *Plures eiusdem litis consortes in expensis condemnati, an teneantur ad ratam.*
52 *Statutum hoc dicitur iniquum.*
53 *Statutum hoc correctum per Nouas Constitut. Mediolani.*
54 *Iudex absoluens victum propter iustam causam litigandi, tenetur iurare ex Nouis Mediolani Constit.*
55 *Quid si omisit iurare, an poterit ex interuallo.*
56 *Iudex absoluens propter iustam causam, an teneatur exprimere causam de iure communi.*
57 *Iudex in hoc Dominio consultius facit omittendo condemnationem expensarum.*
58 *Appellari potest ab omissa condemnatione expensarum, vel insufficienti.*
59 *Appellans ob non factam condemnationem, potest adherere appellationi victi.*
60 *Exceptione remota, quid intelligatur remotum.*
61 *Statutum generale etiam odiosum, generaliter intelligendum.*
62 *Statutum remouens deffensionem, an censeatur remouere offitium Iudicis.*
63 *Statutum pœnale disponens de eo, quod ius commune qualiter interpretandum.*
64 *Hoc statutum volens victum condemnari in expensis, intelligitur parte petente.*
65 *Hoc statutum non procedit in expensis ante litem contestatam.*
66 *Hoc statutum cogens Iudicem pœnam soluere, an impertinens.*
67 *Appellari potest à statuto iniquo.*
68 *Pœna Iudicis non condemnantis in expensis conformis Iuris communis.*
69 *Limitationes tres, in quibus victus non condemnatur in expensis.*
70 *Sententia in scriptis in condemnatione expensarum iure actionis debitarum requiritur, nisi Iudex condemnasset, & taxationem reseruasset.*
71 *Quid in debitis officio Iudicis.*
72 *Iudex appellationis, quando possit cognoscere de expensis, coram alio Iudice factis.*
73 *Victus an teneatur restituere expensas litis prouisionales.*

1 ITem statuimus, quod victus victori condemnetur] † concordat hoc statutum cum iure communi, quo iure succumbens condemnatur in expensis erga victorem DD. in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de iudic. latè de hac regula per Asin in sua praxi Iud. §. 32. cap. 2. vbi latissimè tractat de hac regula, & eam ampliando 79. modis, & 33. limitat, quos omnes casus colligit, & refert Carp. ad statuta Mediolani, cap. 55. num. 19. vsque ad nu. 83. videas, & latissime Sebast. Medic. in tract. de reg. iur. part. 2. reg. 7. vbi plures ad hanc regulam adducit restrictiones; ego omissis pluribus, quæ possent referri ex Asin. & Carpan. preallegatis solum ea ponā, quæ magis vtilia, & necessaria videbuntur ad declarationem statuti, in cæteris potest haberi recursus ad DD. supra allegatos, & ad Steph. Gratian. disceptat. forens. lib. primo, quæstione 32. Alb. cons. 276. num. 29.

2 Et primò quæro, quę expensæ veniant reficiendæ per victum victori, & antequam veniamus ad hoc, sciendum est, quod statutum nostrum solum loquitur de expensis, ratione victoriæ, causæ, de quibus loquitur tex. in dicto §. sin autem alterutra & §. oportet in auth. de Iudic. prout in simili statuto, tenet Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 55.
3 num. 124. & cap. 56. num. primo, quædam sunt expensæ retardati processus, quædā ratione temporis, quædam ratione victoriæ, & quædam ratione contumaciæ, de quibus omnibus habetur per Asin. in dicto §. 32 cap. primo post Practic. Pap. in forma libelli, in actione reali, in gl. expensis, nu. 2. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 55. num. 123. non tamen intelligitur statutum nostrum de
4 damnis, & † sic damna non comprehendit, gl. fin. in l. prima, ff. de alien. iudicij mutand. causa factis Asin. dicto §. 32. cap. 3. num. 10. & cap. 4. vbi vult expensarum appellatione, minime comprehendi damna, nec è contra damnorum appellatione venire expensas, sequitur Carpan. dicto cap. 55. num. 124. cum seq. contrarium tamen tenuit Bursat. cons. 294. in secundo dubio, num. 9. & seq. lib 3. volens expensarum nomine venire, non solum litis expensas nempe, Notarij, Procuratoris, Aduocati, Iudicis, testium, viatica, & similia, sed etiam damna ratione personæ victricis passa, puta si erat artifex, mercator, vel persona ex industria sua dietim uiuens, & propter litem minime valens operari, secus tamen in damnis, ratione rei debitis, & sic vtraq; opinio saluatur; prima nempe intelligitur de damnis, ratione rei. Hæc verò posterior de damnis, ratione personæ.

4 Hoc autem præmisso dica.; primò † reficiendas esse omnes expensas necessarias, dicuntur autem necessariç, quæ iuxta morem solitum, & consuetum iudiciorum fiunt in Aduocatis, Procuratoribus, itinere, hospitio &c. l. non ignorat, C. de fructibus, & litium expensis, Lafranc. de Oriano in cap. quoniam contra, in tit. de expensis, num. 18. cum alijs, de quibus per Asin. in d. §. 32. cap. 3. num. 2.

5 † Et procedendo ordinatim quo ad expensas factas in Aduocatis, & Procuratoribus, scias, quod in eis taxandis considerantur etiam facundia, & præstantia ipsorum, Guido Pap. sing. 995. versic. facundia; sunt tamen nonnulli casus, in quibus quis has expensas non consequitur; primus est vbi quis Aduocatum, vel Procuratorem gratis habuerit, Dec. Perusin. 111. num. primo, nisi tamen habuerit in remunerationem seruitiorum, Ias. in d. §. sin autem alterutra, l. properandum, num. 14. C. de iudic. Boer. decis. 210. num. 5. Asin. d. §. 32. cap. 2. ampl. 66. num. 3. secundus est in eo, qui
6 fuit Aduocatus, vel † Procurator in propria causa, Menoch. de arbitr. iudic. casu 154. num. 6. aduerte tamen, quod licet in tali casu non possint consequi tamquam expensas, possunt tamen consequi, vti damnum, & interesse ex eorum persona. Bart. in l stipulatus, num. 3. ff. de fideiuss. Orian. in dicto cap. quoniam contra, in tit. de expensis, nu. 11. Asin. dicto §. 32. c. 2. limit. 19. Hinc est, quod Aduocatus, & Procurator causæ propriæ consequi poterunt expensas aduocationis, quas verisimiliter erogassent, si necesse habuissent alium Aduocatum, vel Procuratorem conducere, non in modum expensarum, sed in modum damni passi, ea ratione, quia dum causam propriam aduocarunt, non potuerunt suis clientulis inseruire, Boer. quæstione 220. numero 3. vbi num. 4 vult procedere etiam si in causa communi aduocarunt, nam

respectu suæ partis damnũ consequi possunt Boerium, sequitur Menoch. de arbitr. iud. casu 154. num. 5. & seq. Stephan. Gratian. discept. forens. lib. primo, cap. 33. num. 45. & seq. Bursat. cons. 294. num. 13. & seq.

7 Si tamen quis Aduocatus, vel Procurator in causa vsus fuisset patrocinio alterius Aduocati, vel Procuratoris in causa, eisq; aliquid soluisset, tunc illa impensa deberetur, Ias. in d. l. properandum, §. sin autem alterutra, num. 4. C. de iudic. Rebuff. in tract. de expensis, artic. 5. gl. vnica, nu. 27. solet. n. cõmuniter dici, in propria causa aduocatũ quære.

8 † Quo etiam ad expensas itineris, & uiatici, quę taxandæ veniunt per victum, vt per Bart. in l. cum quem num. 30. ff. de iudic. consideranda venit qualitas personæ itinerantis in eorum taxatione, nam si erit persona honesta, vel alias non valens ire pedester, erit habenda ratio expensarum factarum tàm in conducendo æquos, quàm etiam in eis pascendis, si autem erit persona viatica, tunc secus cum rusticus debeat ire pedester; Orian. in dicto tit. de expensis, num. 18. Rebuff. d. art. 5. gl. vnica, num. 8. Tiraquel. de nobilit. cap. 20. nu. 77. Menoch. de arb. iud. casu 2. in fine, num. 19.

9 † Sed quæro quid si litigator fuit in itinere spoliatus, nunquid in condemnatione expensarum veniat istud damnum, glos. in cap. finem de dolo, & contum. tenet, quod non, per ea quæ habentur in l. inter omnes, §. non omnia, ff. mandati, & hoc placet; licet Alber. in l. terminato, C. de fructib. & lit. expens. videatur inclinare, in partem contrariam, & ratio esse potest, quia vt supra dixi appellatione expensarum non veniunt damna.

10 † Tertio loco victori debentur expensæ, quas fecit in hospitio vt supra dixi, in his tamen expensis deducendum venit, quod victor verisimiliter domi in victu expendisset, l. sed & si lege, §. quod autem quis, ff. de pet. hæred. l. sed & si, §. primo, ff. ad exib. Asin. d. §. 32. cap. 3. num. 7. vbi citat Lafranc. in tract. tit. de expens. num. 8. Fulgos. in l. cum quem temere, num. 2. ff. de iudic. Ias. in d. l. properandum, §. sin autem alterutra, num. 14. C. de iudic. cum pluribus alijs, de quibus per eundẽ Asin. dicto cap. 3. num. 9. Alex. cons. 37. col. fin. vol. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. lib. pri. cap. 33. num. 33. & seq.

11 † Debentur autem plures aliæ expensæ per victum victori; primò enim debentur expensæ instrumenti mandati, Salic. in l. terminato, C. de

12 fructibus, & litiũ expensis; † secundò loco debentur expensæ factæ in libello primæ citationis, & in extractione instrumenti, quod intellige procedere quando debitor interpellatus extra iuditium primum fuit, nam tunc licet compareat in prima citatione, seu libello, dicens se paratum soluere adhuc,

13 nihilominus tenetur soluere dictas expensas, & † ideo datur cautela, quod licet debitor de necessitate non sit primo extra iudicium interpellandus, sed solum de vrbanitate antequam in iuditio conueniatur, vt per Ias. in §. sic itaq; num. 9. inst. de actio. extra iudicialiter interpellatur tñ ad hoc, vt teneatur ad expensas factas per creditorẽ in extrahendis instrumentis, conducendis Aduocatis, & Procuratoribus, ad quas non interpellatus, non teneretur, si statim in iudicio offeret se paratum soluere, ita Ias. in d. §. sic itaq; num 44. idem in l. certi conditio, ff. si cert. pet. Bellon. inst. quibus modis re contrah. oblig: in princ. nu. 21. ita etiam visus est tenere, Dec. in l. qui in alterius, nu. 9. ff. de reg. iur. vbi Appost. ad eum expresse hoc tractat in expensis citationis, & ibi Cagnol. num. 21. Asin. in d. §. 32. ampl. 56. vide tamen eundem Asin. d. §. 32. cap. 2. limit. 15. qui videtur tenere contrarium, si autem debitor non fuerit interpellatus extraiudicialiter, iudicialiter tamen monitus negauit debitum, pariter tenetur in expensis citationis libelli, & cæteris, Dec. & Cagnol. vbi supra allegati, Asin. d. limit. 15.

14 Quod autem dictum est de expensis instrumenti extrahendi, † intelige ita demum teneri victum ad eas soluendas, si in mora fuit, puta, quia a die, vel ab homine fuit interpellatus non soluit, alias

15 secus, ita Asin. d. §. 32. cap. 2. ampl. 20. si † tamen Notarius, qui extraxit instrumentum ob reuerentiam partis, noluit recipere mercedem sibi debitam, tunc ad eos non tenetur victus, Ias. in d. §. sin autem alterutra. nu. 14. Asin. d. c. 2. limit. 20.

16 Tertio loco † debentur expensæ factæ pro examinandis testibus, & eis ducendis, & expensis cibarijs eis factis, Rebuff. d. artic. 5. gl. vnica, num. 18. vnde crediderim, vt si victor testibus loco mercedis suorum laborum, & expensarum aliquid soluerit, modo qualitas testium exigat, puta quia sunt rustici, qui ex villa conducuntur ad Ciuitatem ad testificandum, propter quod perdunt lucrum, quod fecissent operando, & pecunia soluta, non ita excedat, vt verisimile non sit solutum, fuis-

17 se loco mercedis expensarum, & laboris, hanc. n. crediderim teneri soluere victum cum licitè dictã pecuniam huiusmodi testes causa mercedis, & laborum recipere valeant, gl. & scribentes in l. quoniam, C. de testibus, Clar. in sua prax. crim. in §. falsum, nu. 14. Menoc. de arb. iud. casu 310. nu.

18 10. non est tamen omittendum, quod si testis extra hanc causam acciperet pecuniam pro ferendo testimonio, puniretur, etiam si acciperet, vt testimonium pro rei veritate dicat, ita Clarus in dicto §. falsum, num. 14. & latius Menoch. dicto casu 310. quæ autem expensæ, & quales producendis, & examinandis testibus debeantur, declarat Surd. de aliment. tit. 4. q. 25.

19 Quarto loco † debentur expensæ factæ pro sñia habẽda, Affl. in const. regni de salario ad fin. lib. 2.

20 Quintò, † expensæ litis, super qua est transactũ, cum non præsumatur super eis facta transactio, vt latè per Asin. d. c. 2. ampl. 37. & 38. & ideo bonum est, quod in transactione fiat mentio pariter de expensis, alias non diceretur super eis transactum, cũ aliud sit transigere super principali, aliud super expensis, cap. in nostra, de iniur. & c. cum olim, il secondo, de priuil.

21 † Scias tamen, quod non omnes expensæ debentur, de quibus sup. sed solũ legitimę, & moderatę, Alex. cons. 76. vol. 4. Bal. in l. 2. ff. vbi pupil. educ. deb. Ias. in l. sed & si quis, §. quæsitũ, nu. 37. ff. si quis cautionibus, Asin. d. §. 22. c. 3. nu 3. vbi nu. 6. infert, post Iacob. de Beluis. in l. offitio per illum

22 text. vbi pupil. educ. debeat, † quod si victor plus expendit in causa, quam debebat, illud non repetit à victo, sicut, nec etiam expensas nimis delicatas, l. si seruos in fine, ff. de pignor. act.

23 His sic cognitis † quæro modo, quo iure petantur huiusmodi expensæ, & dic, quod huiusmodi expensæ debitæ ratione victorię, de quibus loquitur præsens statut. nostrũ, siue fuerint factæ ante litẽ contestatã, siue post, debentur officio Iudicis, sm cõem, & receptam DD. sñtiã in c. finẽ litib. de dolo, & contumatia, teste Ripa auo materno in l. 4

§. hoc

§. hoc autem iudicium, nu. 82. ff. de damn. infect. sequitur Asin. dicto §. 32. cap. 20. nu. 3. & cap. 24. & 25.

24 An autem istæ † expensæ debeantur pariter in causa criminali, & dic quod sic text. in l. fin. C. de fructib. & lit. expens. glo. in cap. finem litibus, de dolo, & contum. vbi Abb. Bart. in l. 1. in fine princip. ff. ad Trebell. Marsil. in sua prax. crimin. §. superest, Iulius Clar. adducens plures Doctor. hanc communem testantes in sua prax. Crim. quæst. 62. nu. 4. latè Asi. in dicto §. 32. cap. 2. ampl. j. vbi post Doctor. per eum ibi citatos vult hoc procedere, vt ne dum accusator in expensis condemnetur, sed etiam debitor, instigator, iudex, procurator fisci, vt ibi per eum, qui limitat tribus modis. Stephan. Gratian. discept. forens. lib. primo, cap. 33. num. 37. & sequen.

25 Quicquid tamen sit † non recedas à distinctione Iulij Clari in dicta quæst. 62. nu. 4. qui fuit vir maximè auctoritatis, & doctrinæ, vtpotè qui maiores Magistratus totius Italiæ vsque ad mortem gessit, cui authoritati est inhærendum in hoc dominio, sicut per Bononienses Carotio; ita enim distinguit Clarus, quod aut accusator est in vera calumnia, puta, quia sit aliquem innocentem, & tunc tenetur ad expensas, aut est in ficta calumnia, & secus, idem est si iudex procedat ex officio, & per inquisitionem, nam pariter ipse non tenetur; si tamen procederet ad instigationem alicuius, tunc instigator succumbens teneretur Clarum simpliciter sequitur Baiard. ibi ad eum, nume. 7. cum seq. Bertaz. cons. crim. 67. lib. j.

26 Scias tamen, † vt admonet idem Clarus loco mox citato, quod in Nouis Constit. Mediolani in tit. de accusat. §. si quis quempiam est dispositum calumniosæ deferentes, accusatores, vel notificantes condemnari in duplicatis expensis versus partem, vltra pœnas à iure inflictas, & hoc in eadem sententia, qua reus absoluitur, & ita vidisse secundum dictam dispositionem condemnari pluresteſtatur idem Clarus.

27 Sed dubium est quid † in denunciatione, an ipse veniat in expensis condemnandus erga denuntiatum, si contenta in denunciatione non probauerit, & tunc dic, quod aut denunciant ratione officij, & ex necessitate eius, prout communiter fit in hoc dominio, per Antianos, & Consules qui tenētur denunciare omnia maleficia, ita disponentibus nouis Constitut. Mediolani in tit. de accusat. in princip. & tunc isti quidquid sit de iure, de consuetudine hodie non puniuntur ratione calumniæ præsumptæ, benè tamen ratione veræ calumniæ, idem dicendum, quando quis non ratione officij, sed sponte denunciaret, ita Clarus in sua praxi crimin. §. fin. quæst. 7. num. 12.

28 Sed † quid si quis non remansit victor per sententiam, sed quia agens petitorio renunciauit iudicio, & transitum fecit ad possessorium, an adduc deberet obinere expensas, dic quod sic, idē pariter procedit si permittat labi instantiam, Oria. in dicto cap. quoniam contra, in tit. de expensis, cap. 11. nu. 27. Asin. in dicto §. 32. cap. 2. ampl. 6. & ampl. 17.

In verbo pecunia numerata] occurrit difficul-
29 tati, an creditor † possit cogi accipere bona insolutum, sicuti posset de iure communi, vt notat Pract. Papien. in forma libelli, in actione hypothecaria, in glo. exceptionem solutionis, quam tamen regulam declarat, & multis modis ampliat, & limitat Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 163. nume. 9. cum sequen. quidquid tamen sit de iure communi, est aduertendum, quod hodie non militat exceptio dandi bona insolutum pro expensis in hoc dominio, vt expressè disponunt nouæ Cōstitut. Mediolani in tit. de bonis insolutum dandis cap. molesti. §. casus.

30 In verbo iustis] quæ † dicantur expensæ iustæ dictum est supra hoc eodem statuto, in principio, vbi iustas diximus expensas, quæ secundum morem solitum iudiciorum fiunt in aduocatis procuratoribus, itinere, & hospitio, ex Asin. in dicto §. 32. cap. 2. ampl. 66. & cap. 3. num. 2. & ibi etiam demonstrauimus appellatione expens. non venire damna, nec è contra.

31 In verb. & moderatis] moderare † idem videtur, quod taxare, taxatio autem fieri debet præuia citatione si fiat ex interuallo, secus si fiat in ipso actu sententiæ, Orian. in cap. quoniam contra, in tit. de expensis, cap. 11. etiam de probat. Asin. in dicto §. 32. cap. 8. nu. 4.

32 In verb. tantum in iudicio factis] hoc † dicit ad exclusionem damnorum, & interesse, quorū causa ratio satis procedit supra per illud statutum 18. in ciuili maximè cum vt supra dixi huiusmodi damna non veniant appellatione expensarum.

33 Aduerte † tamen quod dum dicit in iudicio factis, intelligitur à die litis contestatæ vsque ad sententiam, & non vltra, vt docet Alex. in l. postquam liti. C. de pact. Marant. de ord. iudic. part. 5. titu. de instantia, nume. 1. & ita tollitur difficultas, an expensæ factæ post sententiā in probanda ipsa sententia, & salario recuperando debeant taxari, sicuti de iure cōmuni, affirmatiuè tenet Afflict. in constit. regn. rub. 43. de salario, lib. secundo, item

34 † an expensæ in sententia lata super attentatis debeant taxari priusquā feratur super causa principali sententia, vt de iure communi, affirmatiuè tenet Lancell. tract. de attentatis, part. 3. cap. 11. de pœn. attent. num. 3. & notat etiam Asin. in sua praxi iud. §. 32. cap. 15. per hoc enim statutum tales expensæ non veniunt, ponderando verba ipsa tantum in iudicio factis, & rationibus supra deductis, item quia harum expensarum ratione satis prouisum extitit per aliud statutum, infra in ciuili 49.

35 In verbo, ac si promissæ essent] quando † expēsæ sunt conuentionales, & promissæ, tunc debentur etiam si victus habuerit iustam causam litigādi, Alciat. cons. 127. num. 8. propè finem, Angel. in Authen. de iudic. §. oportet, Alexan. cons. 37. num. 34. libro secundo, Asin. dicto §. 32. cap. 2. limitat. 1. principali, vers. hæc limitatio, quamobrem si iudex absoluit victum ab expensis propter iustam causam litigandi, tamen absolutione non obstante, si tales expensæ fuerunt promissæ poterit eas petere victor, vt per Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra, num. 4. C. de iudic. & in l. j. §. hoc iudicium, nume. 8. ff. si quis iusdicen. non obtemp. Marsil. in l. patre, vel marito, num. 22. & 24. ff. de quæstionibus, Rebuff. in tracta. expensarum, artic. 1. gloss. vnica, num. 42. & 43. Asin. dicto cap. 2. ampl. 49. latè Tiraquell. in tractat. retract. conuent. § 1 glo. 2. § 58. propterea hoc statutum, ita intelligitur tanto magis, quia paulo infra expressè sic disponit, modò tamen culpa agenis non sine causatæ, vt quia plus debito petijsset, tūc etenim etiam conuentionales expensæ non debentur Surd. consilio 142. num. nono, in fine, item procedit

menoc. ... Gu... cap. 177 ... 15.

dit conclusio dummodo sint promissæ in contractu extraiudiciali, & voluntario, secus in contractu iudiciali, & necessario, cum tunc iusta causa excuset non obstante statuto, Stephan. Gratian. discept. forens. c. 33. libro primo, num. 7. & 8.

Similiter, & si iudex victum ab expensis ob iustam litigandi causam absoluat, non trahitur absolutio ad expensas conuentionales, dummodo tamen petitæ fuerint. Surd. decis. 69. num. 2. & 3. Steph. Gratian. pulcrè exornās. dicto cap. 33. discept. forens. num. 9. & seq.

Sed quid si plures essent correi in lite qui succubuerunt, & condemnati fuerunt in expensis, qui à principio insolidum erant obligati, an sententia intelligatur contra eos insolidum, an verò pro rata, & uirili, dic intelligi solum damnatos pro sua rata, glo. in l. paulus. ff de re iudica. Decian. inter consil. Menoch. consil. 123. num. 10. lib. 3. nisi tamen in libello petitum fuisset eos insolidum condemnari, & iudex in sententia relationem habuisset ad libellum Stephan. Gratian. dicto cap. 33. num. 50 51. & 52.

Expensas pariter debet reficere, qui post lapsam instantiam restaurationem ex gratia à Principe obtinuit, etiam si de ijs mentio aliqua non sit facta, Grammatic. decis. 69. Asin. in praxi. §. 2. cap. 16. num. 10. Gratian. vbi supra. Nota pariter, quod absolutus ab expensis non prohibetur petere damna, & interesse, Roman. sing. 346 Stepha. Gratian. dicto cap. 33. numero 54. & sequen. cessat tamen eius dispositio in pluribus casibus, quos adducit Carp. ad statuta Mediolani, cap. 55. nu. 59. cum seq.

36 In verbo taxatione facta.] † antequam fiat taxatio debet præcedere citatio, deinde propter

37 † earum expēsarum difficilem probationem, debet iudex ex suo officio sine alia probatione, inspecta qualitate causæ personarum, & temporum taxare, l. non ignoret, vbi Bartol. C. de fruct. & lit. expensis, Alex. consil. 37. num. 33. lib. 2. postea verò victor iurat super eis taxatis, vt tradit Ias. in dicta l. properandum. §. finautem alterutra. C. de iudic. num. 25. Pract. Papiens. in forma libelli, in actione reali in glo. & expensis, nume. primo, Rebuff. tract. de expens. artic. 5. glo. vnica, nume. 10. & 25. Carpa. ad statuta Mediolani, cap. 56. nu-

38 me. 12. cum sequ. De † consuetudine tamen seruatur Pap. quod victor defert listam expensarum cum processu notario causæ, qui videt, & considerat, quæ sibi videntur consideranda, postea illas taxat, quam taxationem iudex deinde sine aliqua difficultate subscribit, & facta huiusmodi taxatione Notarius, idem qui habet penès se listam à iudice subscriptam adhibet, & ponit quantitatem expensarum sub vacuo relicto in sententia, vel licentia, seu executione immediatè post con-

39 demnationem ipsarum expensarum, † quandoq; verò iudex reseruat sibi facultatem taxandi, quod facere potest, licet non possit reseruare condemnationem earum post sententiam diffinitiuam ex eo, quod debentur officio iudicis mercenario, qđ expirat lata sententia diffinitiua, non autem interlocutoria, vt voluit Asin. dicto § 32. cap. 2. limitat. 33. princip. num. 3. idem voluit Marsil. in l. patre, vel marito, nu. 69. ff. de quæstionibus, Pract. Papiens. in forma libilli in actione reali versic. & expensis, num. 15. & alij plures, quos citat Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 56. numer. 5. vbi subdit quis possit reseruare ipsam taxationem, & quod expensarum cognitio, siuè condemnatio non possit reseruari, sed tm̄ taxatio per iudicem tenet Dominus Costa de remed. subsid. remed. 56. numero 9.

40 In verb. à iudicante, vel consiliario] si † verba in statutis debent propriè intelligi, vt disponit statutum Papiæ, 55. supra de reg. pot. & 83. in criminalibus. Barto. in l. omnes populi, nume. 65. ff. de iustit. & iure: Aret. consil. 109. sequitur dicendum vt non possit iudex alteri demandare taxationem, quàm cessante statuto posset, ex regula, qui per alium facit &c. cap. potest quis per alium, extra de regulis iuris in sexto, & l. prima. ff. de procurator.

41 In verb. siuè habuerit iustam causam litigandi] de † iure communi victus habens iustam causam litigandi excusatur, vt non condemnetur in expensis, tam in causa principali, quàm in causa appellationis, in absolutione tamen debet exprimi causa, & hæc est vna de fallentijs supra principalibus ad regulam supra deductam, ita tenet Ias. in dicta l. properandum. §. sinautem alterutra, num. 3. C. de iudic. latè Dec. & Cagnol. in l. qui in alterius. ff. de regul. iur. Asin. dicto §. 32. cap. 2. limit. prima princip. nume. 1. vbi hoc sublimitat pluribus modis. Sebast. Medic. in dicto tracta. de regul. iur. parte secunda, regul. 7. num. 25. & alij Doctores relati per Carpan. ad statuta Mediolani. cap. 55. nume. 75. cum sequen. vbi limitat sex

43 modis, num. 77. cum sequen. † scias tamen, qđ ex magis communi Doct. opinione statutū quod victus victori in expensis condemnetur intelligitur, nisi habuerit iustam causam litigandi, prout hanc opinionem magis æquam, & magis communem testatur, Rot. Perus. decis. 52. in princip. quē sequitur Borgn. decis. 15. num. 30. part. 1.

44 Et vide † aliam fallentiam, vbi victus non condemnetur expensis, quando quod vicit ob iuramentum delatum in supplementum probationū, Bald. in Authent. generaliter. num. 8. C. de episc. & cler. Alex. cōs. 122. in fine, lib. 2. sequitur D. Costa de remed. subsid. remed. 97. num. 12. vbi limitat, quando is cui delatum fuit iuramentū plusquam semiplenè probasset per duos testes, quorū vnus non esset integer, vel idoneus, & aduersarius nullum prestitisset, vbi per eū & pluribus per eum citatis.

45 Sed † quero quod si victus habuerit causam iustā litigandi vsq; ad productionem instrumentorum, an si perseuerauerit litigare teneatur ad oēs expēsas, an verò ad expensas factas solū à die productionis instrumentorum retrò, & dic ꝙ solum à die productionis, ita Asin. dicto §. 32. cap. 2. limitat. 18.

46 Sed quæro, † quæ sint iustæ causæ litigandi, videas latè enumerantē Lafrancum de Oriano in dicto cap. quoniam contra. in titulo de expensis, nume. 4. Menoch. de arbitr. iudic. casu 177. per totum, quo loci tradit decem causas iustas litigādi, vide pariter Carp. ad statuta Medolani, c. 55. nu 132 cum sequen. enumerantem alias septem causas vltra Menoch. & ita apud eum habeas decemseptem causas, quas non repeto cum nihil mi hi addendi occasio detur.

47 Ad † tollendam autem omnem difficultatem, quæ fieri posset de iure communi, factum est hoc statutum Papiæ, quod victus victori condemnari debet in expensis, etiam si habuerit iustam causam litigandi, etenim si statutum disponit idem, quod

quod disponit ius cōmune debet semper aliquid operari vltra dispositionem iuris cōmnnis, Alex. consil. 34. ad finem, volum. 3. & cons. 183. volu. 5. Asin. in sua praxi. iudic. dicto §. 32. cap. 2. limit. 1.
48 nu. 1. cum seq. † Hinc infertur iudicem non posse ab expensis absoluere, eum, qui habuit iustam causam litigandi, vt voluit Mars. in l. patre vel marito, num. 27. ff. de quæstionib. & singu. 207. sed quia hæc conclusio non est communiter recepta, imò sunt, qui tenent contrariam opinionem vti magis communem, & veriorem, scilicet quod etiā si extet statutum simpliciter disponens victum victori debere condemnari in expensis, tamen per tale statutum non debere condemnari eum, qui habuit iustam causam litigandi, eo quia tale statutum cum sit conforme dispositioni iuris communis debet intelligi secūdum dispositionem iuris communis, & sic non compræhendit eum, qui habuit iustam litigandi causam, vt tenet Bald. cōsil. 107. num. 1. volum. 1. Fulgos. cons. 139. nu. 3. Rebuff. tract. de expens. artic. 1. glo. vnica, nu. 98. Didac. Coarruu. pratic. quæst. cap. 27. nume. 2. Michael. Grassus in suis communibus, in verb. expēsæ, quæst. 5. vers. contrarium, Ant. Gabriel. in suis cōmmunibus, in titulo de expensis conclus. 1. Asin. in sua praxi iudic. dicto cap. 2. limit. 1. versiculo tertio limitatur, num. 4. & supra firmaui ex Borgni. decis. 15. nume. 7. parte prima, post Rot. Perus. decis. 52. in 1. part. quæ dicit hanc opinionem magis æquam, & magis communem.
49 Meritò † ad tollendam huiusmodi difficultatem subdit statutum hoc, expresè clausulam, siuè habuerit iustam causam litigandi, siuè non; quæ reddit statuti dispositionem claram, vt notat Bero. cons. 150. num. 28. valetq; hoc statutum sic disponens, vt notat Asyn. dicto §. 32. cap. 2. limi-
50 tat. 1. vers. limitatur tertio, numer. 7. † verum si vtraque pars in aliquibus fuerit condemnata, victor consequitur expensas ad ratam victoriæ, vt notat Ias. in dicta l. properandum. §. sin autem alterutra. nu. 11. C. de iudi. an autem condemnatione expensarum contra plures vnius, & eiusdem litis consortes per sentētiam, an vnusquisque ad ratam teneatur, & possit conueniri insolidum, vide pulchrè D. Costa in suo tracta. de portione ratæ, quæst. 138. vbi defendit omnes teneri pro rata, & si obligatio, & libellus concludant insolidum, si autem victus habuerit iustissimam causam litigandi videtur, quod hoc statutum non procedat, nec locum habeat, arg. l. vbi autem, in princip. ff. de verbor. oblig. & eorum, quæ notat Bart. in l. in fundo, in fine. ff. de re iudic. Imol. in cap. quintanallis, in fine, & in cap. cum contigat colum. 129. de iureiurando.
52 Sed quia huiusmodi † nostrum statutum, ita disponens, nempè quod victus condemnetur in expensis, etiam si habuerit iustam causam litigandi, potest dici iniquum, prout ita eum appellat, Castrens. cons. 16. num. 10. versic. dico, quod non, volum. 1. relatus per Asyn. dicto §. 32. cap. 2. limitat. 1. sub 3. sublimitat. num. 8. & ideò hinc est, quod in nouis Mediolani Constitut. in titulo de iudicijs. §. omnes iusdicentes fuit correctum, ibi
53 enim disponitur, † quod teneatur iudex victum condemnare in omnibus expensis factis in causa, nisi habuerit iustam causam litigandi, quo vsu si absoluerit, teneatur cum iuramento exprimere causam specificam in sententia, seu consilio sub pœna duplicatarum impensarum, in quam incurrat ipso iure, & facto, quarum medietas applicatur fisco, & altera victori, si vero omittit condemnationem, vel absolutionem impensarum ipso iure, & facto victus in expensis condemnatus esse censeatur, ex quarum constitutionum dispositione colligitur facultas data iudici absoluendi victum propter iustam causam litigandi, quod intellige secundum determinationem iuris, vt exponunt expresè Nouæ Constitutiones, quo casu aduerte, quod si expresè fuerunt promissæ per instrumentum possunt istæ conuentionales expēsæ denuo peti, non obstante absolutione, vt dixi in verbo, ac si promissæ essent.
54 Præterea † aduertendum est in eo, quòd nouæ Constitut. requirunt, vt iudex, qui vult absoluere victum ab expensis propter iustam causam litigandi, teneatur iurare, quod si iudex omissit iu-
55 ramentum in dicta absolutione, † non poterit deinde ex interuallo iurare secundum iuris dispositionem; sed benè poterit de consuetudine, prout tenet Castrens. in l. Paulus, la prima, num. 2. ff. de re iudic. Asyn. in sua prax. iudic. dicto §. 32. c. 29.
56 & quod dicunt † Nouæ Constit. de expressione causæ in absolutione propter iustam causam litigandi, procedit etiam de iure communi, vt notat Ias. & alij, quos recenset, Carpan. cap. 55. nu. 153.
57 rursus † est aduertendum esse melioris conditionis omittere condemnationem, quam facere illam expresè, nam si iudex expresè condemnat victum in expensis poterit is condemnatus appellare, Lucas de Penna in l. 1. vers. decimotertio. C. de sumpt. recup. lib. 10. si vero omittat ipsam cōdemnationem expensarum, nihilominus illa censetur facta ipso iure, & à dispositione iuris non
58 appellatur. † Aduerte tamen quod de iure communi, quando iudex absoluerit, vel condemnauerit partem in expensis iniustè, vel minus sufficienter, tunc tenetur victor appellare ab illa condemnatione expensarū, vel absolutoria, alias sententia transibit in iudicatum, vt per D. Costam de remed. subsid. remed. 56. num. 9. vbi plures allegat;
59 † si non appellauerit, tunc poterit postea adhærere appellationi interpositæ à victo, ita D. Costa dicto remed. 56. num. 1. cum sequen. vbi latè adducit effectus adhæsionis appellationis.
60 In verb. omni exceptione, & defensione remotis] de † iure remota exceptione simpliciter censetur remota tm̄ friuola, non tamen prohibentur hæ exceptiones, vt puta cōpensationis, præscriptionis, rei non traditæ, inhabilitatis personæ, pacti de non petendo, nullitatis, instrumenti vsurarum, cessionis bonorum, restitutionis in integrum, cōpromissi faciendi, seu exceptio oriens ex alio statuto, nec exceptio respiciens substantiam, & validitatem, nec oppositio tertij, nec officium iudicis, nec actio, vt notat Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 42. nume. 164. vsque ad 213. & latè per Carol. Gras. in suo vberrimo tract. de exceptio. Verum per hoc statutum nedum censetur remota exceptio friuola, sed etiam prædictæ omnes aliæ exceptiones, argum. eorum, quæ notat Bald. in l. prima. §. & parui. ff. quod vi, aut clā. & etiam
61 ponderando illam dictionem † omni, in ipso statuto appositam, quæ est vniuersalis, & statutum generaliter, loquens generaliter debet intelligi etiam in materia odiosa, & pœnali, Dec. consilio 452. nume. 5. Tiraquell. in tractatu cessante causa, nume. 153. vers. ideoq; & Duenn. reg. 133. sed quia nulla, est tanta generalitas verbi, vel vniuersalitas,

salitas, quæ non restringatur ad terminos iuris communis, vt per Osasc. decis. 199. num. 4. ideò
62 sequitur hoc statutum, & remouet etiam defensionem, & consequenter censetur etiam remotum officium iudicis, vt tenet Asin. in sua praxi iudic. §. 31. cap. 34. & 42. hanc autem clausulam omni exceptione remota, latè examinat Carp. ad statuta Mediol. cap. 42. nu. 164. vsq; ad num. 212. & latè etiam in cap. 116 nu. 195. vsq; ad nu. 240.
63 In verb. & hoc sub pœna] statutũ † pœnale disponens super eo, quod disponit ius commune interpretatur, & limitatur secundum ius commune, licet sit correctorium iuris communis, vt voluerunt Ias. in §. in personam, nume. 5. Institu. de actio. Borgn. decis. 37. num. 29. & decis. 2. nu. 9.
64 & cũ hoc statutum † respiciat vtilitatem victoris intelligi debet si à parte petatur, scilicet si ipse victor petat, ita Cotta in suis memoriabilibus, in verbo statuto Mediolani cautum, versi. pro confirmatione.
65 Secundo declara, † vt non procedat respectu expensarum factarum ante litem contestatam, itẽ si à victore non petantur illæ expensæ, quæ factæ sunt post litem contestatam, quia iudex non cogitur impertire officium suum non petenti, vt distinguit Pract. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in glo. expensis, num. 7. potest tamen si vult condemnare victum in omnibus expensis factis, tam ante, quàm post litem contestatam, etiam si non fuerint petitæ, Ias. in dicta l. properandum. §. sinautem alterutra, num. 30. & 31. C. de iudic. Michael Crassus libro 2. communium opinionum in verbo expensæ, quæst. 69. Marsil. in l. patre, vel marito, num. 67. ff. de quæstion. attamen hoc statutum, quo ad pœnam, cum sit factum in odium certæ personæ videtur iniquum, & nullum, vt voluit Riminal. iun. consil. 368. num. 35. volum. 4. & decidit Borgnin. decis. 41. num. 50. præcipuè cum satis fuisset, quod statutum disposuisset, quod victus ipso iure, & facto habeatur pro condemnato in expensis, etiam si habuerit iustam causam litigandi, absque eo, quod circuitum inhabilem introduxerit, vt teneatur iudex condemnare sub pœna in ipso statuto posita, quæ condemnatio si fuisset facta ex statuti dispositione ipso iure, & facto valeret, etiam si esset incerta, sicuti regulariter fit, quando actor, & reus pro parte obtinuerunt, & pro parte succubuerunt, vt notat Practic. loco proximè citato, numer. 14. cum addit. ibi in littera M, Asyn. in sua prax. iudic. cap. 6. ampl. 71.
66 num. 2. † proptereà hoc statutum quò ad ipsam pœnam impertinens videtur, vel iniquum, ideò
67 † iudex vbi cogatur pœnam soluere poterit appellare, sicuti posset appellare ab ipso statuto, iniquo, vt notat Ias. in l. 1. num. 4. C. de legib. Felin. in cap. cum omnes, num. 14. & 15. vbi limitat tribus modis, de constitu. Duennas regu. 46. & Soc. reg. 44. vbi ampliat, & limitat multis modis. Hinc est, quod maturius hoc fuit correctum, vt supra dixi in nouis Constit. Mediolani, in tit. de iudic. §. omnes iusdicentes.
68 In verbo, & vltra in refectione damnorum interesse, & expensarum] † conuenit cum dispositione iuris communis, si tamen petantur per victorem. l. properandum. §. sinautem alterura. C. de iudic. & per ea, quæ notat Pract. Pap. in forma libelli, in actione reali, in glo. expensis, num. 8. li-
69 mita, † quando victor non appellauit ab omissione condemnationis expensarum, secundo quando illas non petijt in processu, tertio quando possunt peti post sententiam vigore nouarum Constit. Mediolani in titulo de iudic. per ea, quæ tradit Carpan. ad statuta Mediolani. cap. 56. nu. 15. cum sequen. quid verò dicendum sit pro uiribus præturæ, & respectu salarij officialium, vide clarám statuti dispositionẽ infra statuto 49. in ciuili.
70 Nota autem, quod sententia condemnans in expensis iure actionis debitis, tamquam per stipulationem promissis, debet in scriptis proferri, nisi iudex condemnando in expensis taxationem sibi reseruasset, quia tunc alia scriptura non requiritur. Ias in l. nec quicquam, quæst. vltima, num. 60. ff. de offic. procons. & leg. Stephan. Gratian. di-
71 scept. forens. lib. 1. cap. 33. num. 12 † Item secus in expensis iudicis officio debitis, quæ absque sententia in scriptis debẽtur, & testibus probari pos-
72 sunt, vt ibi per eum, nu. 19. & sequen. † Similiter iudex appellationis non potest cognoscere de expensis coram alio iudice factis, nisi in commissione data sibi fuisset facultas loquẽdo de delegato, secus in ordinario, Vestr. in praxi. lib. 8. cap. vltimo, num. 11. Granut. theoremat. 6. in fin. Stepha. Gratian. dicto cap. 33. num. 24. & sequen.
73 Victus pariter non tenetur restituere expensas prouisionales † pendente lite sibi solutas, nisi de expressa calumnia constaret, Surdus de aliment. titulo primo, quæst. 124. nume. 8. Steph. Gratian. dicto cap. 33. num. 28.

Quod ducentes victualia non impediantur. Rubr. 40.

Item statuimus, quòd pro aliquo debito publico, vel priuato, vel condemnatione, vinum, blada, fenum, legumina, carnes mortuæ, & viuæ, & caseus, quæ ducerentur ad vendendum in Ciuitate Papiæ, & ipsorum, & ipsarum prætium, infra secundam diem computandam à die qua ad Ciuitatem applicuerint exclusiuè, & bestiæ, & plaustra cum quibus ducerentur, nullo modo possint impediri, saxiri, vel capi modo aliquo, vel occasione. Et quòd alipua singularis persona, quæ duxerit, & portauerit in Ciuitatem Papiæ aliquid ex prædictis, dummodo sit in quantitatibus infrascriptis, etiam nullo modo possint impediri, saxiri, vel capi infra dictum terminum duorum dierum, dum tamen si fuerit vinum brenta vna, bladum sachus vnus, ligna currus vnus, & fenum totidem, & carnes centenarius vnus, & caseus centenarius vnus. Et quælibet persona quæcunque sit possit liberè, & impunè ducere, & duci facere prædicta, vt prædictum est.

est, in Ciuitatem Papiæ, in platea prope palatium, & alibi vbi voluerit vendere more solito, nisi persona illa esset in banno communis Papiæ pro maleficio. Et quòd beneficio huius statuti non potuerit, nec possit aliquo modo renunciari etiam cum sacramento, vel in contrarium pacisci, & fieri. Et si fuerit renunciatio facta, vel contra attentatum fuerit, non valeat ipso iure.

Summarium ad statutum 40. in Ciuilib.

1 Ratio statuti.
2 Delictum quodam publicum, quodam priuatum.
3 Debitor ex quibus causis valeat carcerari.
4 Vtilitas resultans ex cognitione, an delictum sit publicum, vel priuatum.
5 Diuites tempore carestia coguntur vendere blada.
6 Nemo cogitur rem suam regulariter vendere.
7 Statuti tempus ad vnguem obseruandum, nec potest prorogari.
8 Statutum hoc, an stet ampliatiuè, vel declaratiuè ad statutum 54. de reg. potesta. & vide, nu. 10.
9 Ex statuto prohibente intelligitur prohibitum omne, per quod fieret fraus statuto.
11 Ducentes victualia non molestantur, etiam pro debitis ex causa daciaria.
12 Amplia etiam in deferentibus pecunias pro taxis aquarum.
13 Amplia statutum, tàm in accessu, quàm recessu.
14 Limita in forense.
15 Statuto huic nunquid possit renunciari.
16 Ampliatur statutum in pluribus alijs causis ibidem enumeratis.
17 Dumtaxat dictio, quid importet.
18 In hoc statuto concurrunt omnia pradicamenta logicorum.
19 Occasio aliquando ponitur pro causa.
20 Qualibet dictio comprehendit, tam masculum, quam fœminam, & etiam minores, clericos filios, famulos.
21 Mulier de iure communi pro debito publico, vel priuato non carceratur.
22 Fallit in meretrice, & vide num. 34.
23 Quid si esset meretrix nupta, & dic, quod non.
24 Meretrix, qua dicatur propriè.
25 Meretrix, ex quibus probetur, vel presumatur remissiuè.
26 Meretrix, an dicatur, qua duos tantum ob quastum ad coitum admisit.
27 Multi dicuntur duo, vel tres.
28 Meretrix, an dicatur, qua vni tantum copiam fecit ob lucrum, & vide nu. 30.
29 Mulier ob amorem amanti suo copiam faciens, non dicitur meretrix.
31 Mercator, & meretrix dicuntur ex frequentia, non ex vnico actu.
32 Statutum loquens de meretrice, non intelligitur de nupta, & vide num. 33.
35 Meretrix dicitur infamis, & à testimonio repellitur.
36 Limita in criminalibus exceptis remissiuè.
37 Meretrix potest è vicinia expelli.
38 Meretrix ex nou. Mediolani Constitut. tit. de meretricibus, §. fin. repellitur à parochia.
39 Coitus cum meretrice per vim, an punibilis.
40 Meretrix potest cessari de lucratis, nec repetuntur.
41 Data meretrici, an repetantur.
42 Promissio facta meretrici ob fornicariam mercedem, an valida, adeout promissor cogatur ad obseruationem.
43 Meretrix non tenetur restituere lucrum ex coitu fornicario factum.
44 Meretrix, an peccet accipiendo quastum.
45 Meretricem in vxorem ducens plurimum meretur, & prodest ad peccata remittenda.
46 Filij legitimantur per subsequens matrimonium, etiam contractum cum persona vili, ac meretrice.
47 Renunciare de iure communi quilibet potest fauori suo.
48 Negatiua pracedens verbum potest inducit necessitatem.
49 Renunciari huic statuto, etiam cum iuramento nō potest, & vide num. 50.
51 Renunciari non potest statuto prohibitiuo renunciationis, cum clausula annullatiua etiam cum iuramento.

1 AD rub.] ratio † huius statuti fuit propter vbertatem conseruandam, Rip. auus meus maternus in tracta. pest. de præseruat. remedijs, prima quæst. nume. 44.

2 In verb. pro aliquo debito publico, vel priuato] † dicitur publicum debitum, quod debetur fisco, vel vniuersitati, vel Principi, vel municipio, vel Ciuitati, pro quo debito de iure communi datur captura, ita pract. Papiens. in forma exceptionis sententiæ diffinitiuæ, in princip. in 1. casu, numer. 21. Ias. in l. pleriq; num. 28. limit. 12. ff. de in
3 ius vocan. in † quibus etiam casibus datur captura etiā pro debito proueniente ex maleficio etiam nulla facta excussione bonorum, vt notat Marāt. in suo speculo, part. 7. princip. & vltim. part. iudic. tertio actu, nume. 12 Brun. in tracta. de cessione bonorum, quæst. 4. princip. quæst. 9. num. 4. cætera autem debita dicuntur priuata, vt notat Lucas de Penna in l. ex omnibus, circa finem. C. de decurionibus libro 10. quem citat, & sequitur Carpa. ad statuta Mediolani cap. 167. num. primo, cum sequen. propterea videtur superfluum, quod adijcit statutū, vel condemnatione, quia condemnatio facit debitum, vel publicum, vel priuatū, cum non reperiatur debitum annomalum, nisi uellimus intelligere de debito datiorum, in quo etiam
3 ampliatur hoc statutum per decretum 11. infra post statuta criminalia, † utile est autem cognoscere debitū publicum à priuato, nam multi sunt in iure priuilegiati, qui propter debitum priuatum carcerari nequeunt, licet secus pro debito publico, inter quos est Doctor, qui pro debito priuato depræhendi, & carcerari nequit, l. medicos, ubi Bartol. & Doctor. C. de profess. & medic. Ias. in l. generaliter, in fine. ff. de in ius uoc.

Menoch.

Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 88. num. 7. versic. declaratur primo, & miles, qui pariter pro debito ciuili non potest detineri, vt per Ias. in l. miles, num 9. ff. de re iudic. per illum textum vbi omnes, Rip. in l. centurio, nume. 16. ff. de vulg. item clericus, qui ex magis recepta DD. opinione ob debitum priuatum, capi nequit, & carcerari Ioan. Andr. in cap. si clericus, de senten. excom. in 6. Felin. in cap. cum ex officij, nume. 15. de præscript. Gomes. instit. de actio. in principio, numero 65. cum alijs, de quibus per Menoc. dicta quæstio. 88. nume. 8. cum hij supra nominati, pro debito publico, & fiscali carcerari valeant, vt per Menoch. d. quæst. 88. num. 5.

4 In verb. vinum, blada, &c.] nota quod homines locupletes ratione carestiæ cogũtur iusto pretio vendere frumentum, vinum, & blada, vt voluit Barto. in l. annonam. ff. de extraord. crim. Bart. in l. 1. §. cura. ff. de officio præfec. vrbis Ias. in l. nec emere. C. de iure deliberan. Abb. in cap. 1. num. 6. extra de empt. & vend. vbi Appost. ad eum, Rip. in tracta. de peste, in titulo de remedijs præseruat. contra pestem, nume. 186. cum plurib. sequenti-

5 bus, & hoc nota pro fallentia ad regulam, quæ se habet, quod nemo cogitur vendere rem suam, de qua latè per Doctor. in dicta l. nec emere, vbi in specie Ias. Abb. & Felin. in dicto cap. 1. de emption. & vendit.

6 In uerb. infra secundum diem] dic, quod statuti tempus debet ad vnguem obseruari, alias actus sit irritus, nec potest à partibus prorogari, vel suspendi, sic Ias. conf. 132. volum. 4. Orian. in cap. quoniam contra, cap. 2. de dilation. num. 8. Alex. consil. 34. volu. 4. Borgnin. decis. 21. num. 6 Asyn. in sua prax. iud. §. 1. cap. 8.

7 Sed † an istud statutum stet declaratiuè, vel ampliatiuè ad statutum 54. supra de regim. potesta. Responderi potest, quod sit factum fauore reipublicæ, & ideò extendatur, & stet ampliatiuè per ea, quæ notat Marsil. in sua praxi. §. aggredior, num. 59. in tractatu bannitorum, in verbo publicè. Burs. cons. 138. num. 9. volum. 2. & cons. 149. num. 14. eod. volum.

8 In verb. nullo modo] istud † statutum prohibitiuum, prohibet etiam omnia per quę potest fraus fieri ipsi statuto, vt consuluit Menoch. cons. 11. num. 12. volum. 1. non tamen trahitur ad casum necessarium, nec ad ea, quæ fiunt ex causa necessaria, ita Roman. cons. 107. Rolan. à Vall consilio 21. num. 15. volum. 1. Tiraquell. in tracta. lignag. §. 1. gl. 14. num. 8. cum seq.

9 In verb. impediri] hoc † statutum trahitur ad aliud statutum 54. de reg. potest. & è contra, quia licet sit personale tamen continet ius generale, & fauorem vniuersitatis, vt Ciuitas abundet bladis, & alijs necessarijs pro victu hominum, per ea, quæ tradit Bald. in l. prima. C. quæ sit longa consuetudo, num. 6. & 7.

10 Amplia † hoc statutum, vt procedat in ducente quodcunque genus victualium, atque etiam vt non possit molestari, nec inquietari realiter, nec personaliter detineri etiam pro debitis datiorum, vt disponit decretum 11. post statuta criminalia.

11 Amplia † etiam in deferente pecunias taxorũ æquorum, aut accedente pro carrugijs militum, sic disponit decretum 14. post statuta criminalia.

12 Amplia † hoc statutum procedere non solum in accessu, sed etiam in recessu, ac in confinibus prætorij, in domibus, in ecclesijs, & post vigesimam quartam horam diei, & in alijs rebus, vt disponunt Nouæ Mediolani Constitution. in titulo de execut. & familia iusdicentis, cap. si verò exceptiones, §. has tamen executiones, & in executores, & seruitores. §. cum executiones, & statutum ciuile infra 41.

13 Amplia in † alijs dispositis per statutum 105. infra in ciuili; limita in forense, vt disponit decretum 17. post statut. crim.

14 Sed † an iste fauor sit principaliter fauore vniuersitatis, & secundario fauore personarum ducentium victualia, expedit considerare; quia si principaliter fauore ducentium, & secundario fauore publico, sit introductum poterit renunciari, secus autem è contra, vt notat Bursat. consilio 74. nume. 56. volum. primo, quod autem non possit renunciare hoc expressè disponitur in hoc statuto.

15 In verb. saxire] amplia † hoc statutum procedere in alijs rebus pluribus iuxta dispositionem statutorum ciuilium infra 104. 105. 106. 107. 108. & 109. & per nouas Mediolani Constitut. in titulo de execut. & familia iusdic. cap. executores. §. cum executiones, adde Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 1. & 152. cum sequen. limita, ut per statutum infra in ciuili. 111.

16 In uerb. uel capi] dicam infra in statuto proximè subsequenti.

17 † In uerb. dum tamen] hæc dictio stat non cõditionaliter, sed declaratiuè, cap. licet, ubi Bald. num. 7. de elect.

18 In uerb. in quantitatibus] dic † etiam in qualitatibus, sed respectu qualitatis. Amplia, ut dixi supra in uerbo saxiri, & adde, quod in hoc statuto bene à sensato uiro ponderato concurrunt omnia prædicamenta logicorum.

19 In verb. vel occasione] occasio † impropriè, & metaphoricè dicitur causa, vnde quærere causam dicimus pro occasione, cap. solitæ, extra de maiorit. & obed.

20 In verbo quælibet persona] dictio † quælibet comprehendit omnem qualitatem personarum, ac tam fœminam, quàm masculũ, & tam filiumfamilias, quàm patremfamilias, pupillum, clericum, & alias huiusmodi personas, vt tenet Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 68. in princip. & c. 69. in princ. vol. 2. & cap. 126. uolum. 1. nota tamen, quod licet hoc statutum comprehendat mulieres per dictam dictionem quælibet, tamen

21 quo ad ipsam videtur superfluum † cum etiam de iure communi mulier pro debito, siuè publico, siuè priuato non possit carcerari, text. in Authen. hodie nouo iure. C. de cust. reorum. Ias. in l. cum dubitatur, num. 92. & sequen. C. de iure emphit.

22 Menoc. de arbi. iud. q. 88. nu. 10. † quod scilicet mulier non possit carcerari pro debito, idem tenet Peregr. de iure fisci, tit. 7. lib. 6. num. 9. & Menoc. dicta quæst. 88. ponit quid in meretrice, & concludit meretricem posse pro debito carcerari, vt per Bald. in l. consentaneum, colum. fin. C. quom.

23 & quando iudex, † quod procedit, nisi esset meretrix nupta, addit. ad Bald. in dicta l. consentaneum, in uerb. meretrix, Anus maternus Rip. in l. is cui, num. 20. ff. de uerborum obligat. Menoc. dicta quæst. 88. nu. 13. cum sequen.

24 † Sed quęro, quæ dicatur meretrix, & dic quod illa dicitur, quæ multorũ, libidini patet cum mercede, ut latè colligitur ex adductis per Mascard. de

de probat. concl. 1067. num. 5. ac 10. apud quem
25 latè est uidere † ex quibus probetur, uel præsuma-
tur meretrix, & diffusè etiam quid sit meretrix,
habetur per Alberic. in suo ditionario, in uerbo
meretrix Abb. in cap. inter opera, vbi Additio-
nator de sponsi. Menoc. de arb. iud. cas. 291. nu. 7.
26 Et aduerte, quod illud uerbum † multorum, intel-
ligitur de duobus, & ideò dicimus, quod meretrix
dicitur, quæ duos, vel plures ad coitum admissit
causa quæstus, ut per Baiardum in addition. ad
27 Clar. §. finali, quæst. 24. num. 97. Ratio est, † quia
multi dicũtur duo, vel tres, l. j. §. hoc rescriptum,
& ibi gloss. ff. ad Syllan. Alexand. consil. 70. nume-
ro 7. libro tertio.
28 † An autem dicatur meretrix, quæ vni tantum
consensit cum mercede, Luccas de Penna in l. si
qua, in principio. C. de spectacul. & scenic. lib. 11.
tenet quod sic; contrarium tenet Viu. commun.
opinion opin. 679. num. 4. quem refert Baiard. ad
Clar. dicta quæst. 24. numero 97. Dixi causa quæ-
29 stus, alias enim † si mulier amore ducta copiam
amanti suo fecerit, non dicitur meretrix, vt per
Menoch. de arbitr. iud. casu 328. numero 5. cum
sequenti, post auum maternum Rip. in cap. pri-
30 mo, colum. fin. de iudic. † idem crederem uerum,
ut non dicatur meretrix, quæ uni tantum etiam
causa quæstus sui copiam fecit, non enim mere-
trix dicitur ex unius tantum admissione ad coi-
31 tum, sed ex frequentia, prout etiam † dicimus de
mercatore, qui ex unica tantum mercantia non
dicitur mercator, vt per auum mihi maternum
Ripam in dicto cap. 1. colu. fin. Menoch. de arbitr.
iudic. casu 399. cum sequent. uide tamen D. Co-
stam, qui tenet contrarium, de remed. subsid. re-
med. 69. num. 9.
32 † Et scias, quod statutum faciens mentionem
de meretrice, non intelligitur de nupta, Alexand.
& Barbat. in addition. ad Bald. in dicta l. consen-
taneum, quos refert, & sequitur Baiard. in addit.
ad Clar. quæst. 24. nu. 102.
33 † Hinc etiã dicimus, quod stante statuto, quod
meretrix inuita possit duci ad lupanar, nõ proce-
dit in meretrice nupta, ut post Barbat. cons. 27.
columna 2. libro primo, firmat Auus maternus
Ripa in l. si qui bonis, numer. 20. ff. de verborum
obligation.
Est autem vtile scire, quæ dicatur meretrix, &
34 multa specialia concessa cõtra meretrices, † Pri-
mò enim potest carcerari pro debito priuato, vt
supra dixi, & per Mascardum dicta conclu. 1067.
numer. nono.
34 Secundò, quia dicitur infamis, saltem infamia
facti, & à testimonio repellitur, saltem in crimina-
libus. Alexand. in l. 3. §. lege Iulia post gloss. ibi. ff.
de testibus, & consil. 11. num. 2. libro primo, & ex
pluribus, de quibus per Iulium Clarum in §. fina.
prax. crimin. quæstio. 24. numero 14. cum alijs ci-
tatis per Mascard. dicta conclus. 1067. nume. 40.
36 vbi numero 41. † ponit, quid in criminibus exce-
ptis.
37 † Tertiò, quia meretrix è vicinia potest expelli,
nè bonis mulieribus malo sit exemplo, vt post A-
uum maternum Rip. in tracta. de peste, titulo de
remed. præseruat. contra pestem, nume. 165. alios
firmat Mascard. dicta conclus. 1067. num. 18. Cui
videntur conformes Nouæ Mediolani Constitu-
tiones, in titulo de meretr. & lenonibus. §. fina.
38 † dum iubent meretricem delatam à tribus vici-
nis ætatis annorum triginta expelli debere à Pa-
rochia, & vide in illo titulo specialia contra me-
retrices indicta, quæ referre non curo, cum co-
pia omnibus sit nouarum Constitutionum, adeò
ut videri possint.
39 † Quartò, quia coitus cum meretrice non est
punibilis, etiam si per eum meretrix sit cognita,
vt per Clarum in §. fornicatio, numero secundo,
quod tamen non placet Coarruu. variarum reso-
lution. libr. tertio, cap. 14. num. 2. volenti puniri
pœna extraordinaria, sequitur Menoch. de arbitr.
iudic. dicto casu 291. Baiard. ad Clar. dicto §.
fornicatio.
40 Quintò, quia data meretrici non possunt repe-
ti, sed de illis potest testari Bald. in l. prima. C. de
41 condictio. ob turpem causam, † si verò non sit
meretrix tunc data auferuntur per fiscum. Angel.
in l. 2. C. de condict. ob turp. caus. Addit. ad Abb.
in dicto cap. inter opera.
42 † Sextò promissio facta meretrici ob fornicariã
mercedem valida est, si absit dolus, & fraus, & po-
test cogi promissor per iudicem ad soluendum
mercedem promissam, Abb. in c. quia plerique, nu-
mero 14. de immunit. Eccles. Ripa auus mater-
nus in l. si plagij, num. 10. & sequent. ff. de verbo-
43 rum obligat. quod adeò verum est, † vt meretrix
sibi datum ob fornicarium coitum non teneatur
restituere in foro conscientiæ, Tolet. in suo tra-
ctatu de institut. sacerdot. cap. 21. numer. sexto,
quicquid voluit Nauar. in suo manual. confess.
cap. 17. nume. 31. & 34 & vide nume. 38. volen-
44 tem, † meretricem peccare accipiendo, non ta-
men teneri restituere, & nume. 155. quærit, nun-
quid liceat domos locare meretrici, dic, vt per
45 eum, † qui autem meretricem vxorem ducit, non
culpandus, imò laudandus, cap. non est culpandus
32. quæst. 1. Plot. ad legem si quando, nume. 360.
C. vnde vi, prodestq; ad remissionem peccatorũ,
cap. inter opera. de sponsal. vbi Abb. Alberic. in
diction. in verbo meretrix, pulcrè Ias. cons. 234.
46 libro 2. vbi vult † filios legitimari per subsequens
matrimonium contractum cum persona vili, &
meretrice, Gabriel. de legitimat. conclus. prima,
num. 52. Tiraquell. de nobil. cap. 25. numer. 22. &
sequenti, D. Cost. de retrotract. cap. octauo, ca-
su 32. num. 3.
47 In verbo non possit renunciari] hoc † statutum
est correctorium iuris communis disponentis, quod
quilibet possit fauori suo renunciare per l. si quis
in conscribendo. ad finem, C. de pactis, latè Fe-
lin. in cap. si diligenti, nume. primo, de foro com-
48 peten. & hæc negatiua, cum sit præposita verbo
potest, inducit necessitatem, & formam, ita quod
resistit actui à principio, propterea † huic statu-
to renunciari non potest per partes, nequè cum
49 iuramento, sicuti post recensitas varias opi-
niones Doctor. tenet Carpanus ad statuta Medio
lani, cap. 305. numero quarto, cum sequenti, vo-
lum. primo, post Iason. in rubrica numero 58. In-
stitu. de action. in l. penultim. numero 17. C. de
pactis, Borgnin. decis. 21. numer. 66. Ozascus de-
cis. 166. nume. 7. & decis. 172. numer. 17. & 18.
Alciat. consilio 72. num. 4. Borgnin. tracta. de tu-
tore, num. 324. ad finem.
50 In verb. etiam cum iuramẽto] quod iuramẽ-
tum in renunciatione huiusmodi non operetur,
tradit etiam Osasc. decisione 172. numer. 19. &
22. declarando, vt per eum, nu. 24. Gallia. in con-
suet. Alexand. in verbo non possi, quæst. 1. nu. 28.
sed quod renunciatio valeat, quando est iurata,

& prohibitio legis, vel statuti, & inducta in fauorem renunciantis, tenet Alciat. dicto consil. 72. num. 4. Borgn. decis. 2. num. 14.

51 In verbo non valeat ipso iure] statuto prohibitiuo renunciationis, cum clausula annullatiua minimè potest renunciari, notat. gloss. in l. prima & secunda. C. ne fideiuss. dot. dentur. Fœlyn. in cap. si diligenti, nume. 10. de foro competent. Barbat. consilio 38. nume 23. volum. secundo Plot. consil. 17. num. 47. & eo casu etiam non tenet renunciatio, etiam iurata, vt notat Ias. in prooem. institut. de action. numero 22. Rebuff. tractat. de testibus, artic. vnic. gloss. prima, num. 4. Alexand. consil. 24. nume. 2. volum. 4. Ias. consilio 188. colum. 3. volum. 2. Osasc. decis. 172. numero 19. &

52 22. declarando, vt per eum numero 24. † Amplia etiam si renunciatio respiciat commodum renunciantis, sic Gallia in consuetud. Alexand. in verbo non possit, quæst. 1. num. 28.

Quod aliquis pro debito priuato non possit capi in domo, in qua habitat cum familia. Rubrica 41.

ITem statuimus, quòd aliquis non possit, nec debeat capi, vel detineri occasione alicuius debiti priuati in domo propria, vel conducta, in qua cum eius familia habitaret, nec sub porticu eius domus, nec sub gronda dictæ domus, nec super limitare portæ, seu ostij dictæ domus exterioris ostij. Cui statuto renunciari non possit.

Summarium ad statutum 41. in Ciuilibus.

1 STatutum conforme iuri communi, quo debitor non capitur in domo propria, & vide nu. 52.
2 Debitor an possit capi domi, quando in ea aufugit, repertus extra.
3 Aliquis dictio aliquãdo stat vniuersaliter, vt hic.
4 Aliquis dictio, an comprahendat tam masculum, quàm fœminam, & vide nu. 5.
6 Masculinũ concipit fœmininum. et in pœnalibus, & prohibitorijs, & in criminalibus ex stat. Pap.
7 Amplia etiam de iure communi.
8 Intellige in materia indiferenti.
9 Intellige, vt procedat per interpretationem extensiuam.
10 Potest verbum necessitatiuum.
11 Captura, vt concedi possit, quæ consideranda ex iure communi, statutis, ac Constit. Mediolani.
12 Debitor publicus capi potest regulariter.
13 Amplia, vt hoc casu non sit necessaria excussio.
14 Debitum publicum, quod.
15 Debitor priuati, quando possit carcerari.
16 Debiti condemnatio, quæ.
17 Quid in debitore, qui promissit sistere in iudicio.
18 An hoc casu sit prius facienda excussio.
19 Executio prius fit in mobilibus, deinde in immobilibus, postmodum in nominibus debitorum.
20 Debitor potest renunciare excussioni, & cessioni.
21 Debitor priuati ante condemnationem regulariter non carceratur.
22 Persona, quæ ex priuilegio pro debito non carceratur.
23 Mulier nubens ante redditam rationem tutelæ, an carcerari possit cum marito.
24 Debitor repertus non soluendo potest capi.
25 Debitor priuatus ex Mediolani Constitutio. & statuto Papiæ, nõ potest regulariter carcerari.
26 Amplia, vt detentus relaxetur.
27 Amplia de iure communi in Aduocato, filijs, ac vxore, famulis, scolaribus, militibus, ac relaxatis intuitu paupertatis.
28 Debitor non potest capi in domo propria, conducta, sub porticu.
29 Quid in fictabilibus, inquilinis, & emphyteotis pensionantibus.
30 Amplia vt non possit capi debitor tempore indulgentiæ concessæ Ecclesiæ.
31 Amplia, vt non capiatur debitor in domo causidicorum.
32 Carceratus pro delicto, an recommendetur pro debito.
33 Limita in debitore reperto extra carceres.
34 Limita in colonis, partiarijs, fictalibibus, & emphiteotis, ac alijs ibidem enumeratis.
35 Limita in forense, & non subdito.
36 Limita in casibus enumeratis à statuto 154.
37 Debitor, an habeat beneficium cessionis.
38 Limita in debitore suspecto de fuga.
39 Suspectus de fuga potest capi in domo propria.
40 Suspicio fugæ, quando probetur per iuramentum, vide nu. 45.
41 Tria requisita, ad hoc vt suspectus de fuga capi possit.
42 Suspectus de fuga potest capi die feriato in honorem Dei.
43 Debitor an possit recommendari carceribus die feriato in honorem Dei.
44 Debitor qñ dicatur suspectus de fuga remissiuè.
46 Debitor fugitiuus potest propria auctoritate capi.
47 Captura non rectè facta, an possit ex bono iure confirmari.
48 Stante hoc statuto debitor priuatus nõ potest carcerari etiam in subsidium.
49 Carceratus indebitè, an possit recommendari carceribus.
50 Faciẽs carcerari aliquẽ ĩdebitè, ad quid teneatur.
51 Iudex iniustè concedens capturam, ad quid teneatur.
53 Debitor non capitur in domo conducta.
54 An possit capi in domo ꝓpria, in qua non habitat.
55 Domus appellatione, quæ veniant.

1 CIrca rubr.] Hoc statutũ est † conforme iuri cõi, quo iure debitor regulariter nõ potest capi in domo priuata pro debito ciuili, & priuato, l. plerįq; vbi Ias. post cæteros DD. hanc regulã exornat cum ampliationibus, & limit. ff. de in ius uoc. multò latius,

Ant.

Ant. Gab. in suis communibus, in titul. de malefic. concl. 10. per totã. Carp. ad stat. Mediol. c. 167. per tot. Laderch. cons. 148. Castr. cõs. 211. volu. 1.

2 Et quid † si debitor fuit repertus extra domum, & fugerit domum, an in ea tunc capi possit, vide Alexand. consil. 24. numero 26. vbi Appostill. libro 2. Ias. dicta l. plerique, nu 13. quo loci tenet contra Alexan. & concludit minimè capi posse, quòd verissimum est, idemq; videtur tenere Gab. dicta conclus. 10. in fine, num. 44.

3 In verbo quod aliquis] dictio aliquis est particularis, sed in hoc statuto est vniuersalis, vt colligitur ex alio statuto infra 112. in ciuili, vbi in nigro dicitur aliquis, & postea sequitur illa dictio [non,] quæ duæ dictiones [aliquis, & non,] faciunt dictionem vniuersalem negatiuam, nemo, vt declarat rubrum dicti statuti 112. in ciuili.

4 An † autem per hanc dictionem aliquis compræhendatur, tam fœmina, quàm masculus, prima facie videtur dicendum, quod non, & ratio est, quia si statutum vellet sentire etiam de genere fœminino, expressisset per verba, si aliqua persona, sicuti expressit in statuto 101. & 119. in ciuili, & in statuto 2. 13. & 18. in criminali; vel vtrumque genus expressisset, sicuti expressit in statuto 94. in ciuili, per illa verba, quod si quis, vel si qua. Accedit quod in statutis fieri debet stricta interpretatio, & non fit extensio, sed intelligitur statutum ad litteram nullo extrinseco habito intellectu, vt disponit statutum 55. de regimine potest. & statutum 85. in crimina. & tenet Bartol. in l. omnes populi, numero 65. ff. de iustitia, & iure, Ripa auus meus in libro primo responsorum, de legibus, & longa consuetudine, cap. tertio. In contrarium tamen facit

5 statutum 53. de regim. potesta. † vbi masculinum

6 concipit fœmininum, † quod amplia etiam in causa criminali, ac in prohibitorijs, & pœnalibus, vt disponit statutum 78 in crimin. quod e-

7 tiam est conforme dispositioni iuris communis, l. secunda, vbi Decius, Cagnol. & alij. ff. de regulis iuris, Bartol. in l. iura, in prima lectura, ff. de legibus, Ias. in l. si quis id. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, idem Decius consil. 570. & id regulari-

8 ter procedit † in materia indiferenti vtrique sexui, vt notat Alexand. consilio 80. nume. primo, volum. 1. & consil. 85. numero 8. volum. 4 & alij plures, quos refert, & sequitur Carpan. ad statuta Mediolani, volu. primo, cap. 126. & latè quando masculinum concipiat fœmininum tradunt Doctores in l. prima ff. de verborum significatio. Tiraquell pulchrè de retract. conuention. §. primo. gloss. 9. numero 227. Roland. à Valle consilio 82. numer. 39. libro tertio, Menochius consilio 204. colum. 1. 2. & 3. libro tertio, Anton. Gabriel. in suis communibus, titulo de verborum significatio. conclus. sexta, Marsil. singul. 20. masculinum, Socin. in tractatu fallent. regu. 312. incip. masculinum, Surd. dicto consilio 21. libro primo, & quid in fideicommissis, idem Surd. decis. 84. Riminald. iun. consilio 737. colum. prima, & per totum, vbi quid in emphiteusi.

9 Declara † tamen, ut non procedat per propriam significationem, sed per interpretationem extensiuam, ut tenet Curt. in Authen. prætereà, num. 30. C. unde uir, & uxor.

10 In uerbo non possit] dic quod inducit necessitatem, & dat formam, ut notat Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 305. in uerbo non possit, nu. 4. & sequen. Doctor. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & alibi sæpè.

11 In uerbo capi] captura ad hoc, ut concedi possit, & in quibus casibus, locis, personis, & rebus, considerandum est, quid disponat nè dum ius commune; sed etiam ius statutarium, & Nouæ Mediolani Constitut. regula est de iure commu-

12 ni, ꝙ pro debito publico pôt concedi captura, & potest debitor carcerari in aliquo loco tantum, Barto. in l. sacrilegij. §. cum eo. ff. ad legem Iuliam pecul. Ias. in l. plerique, nume. 28. limitat. 12. ff. de in ius voc. Menoch. de arbitrar. iudic.

13 quæstio. 88. nume. 5. nec † opus est excussione bonorum, Carpan. ad statuta Mediolani c. 167. numer. 7. Maranc. in tracta. ordin. iudic. parte 6. princip. & vltim. part. iudic. Pract. Papiens. in for-

14 ma execut. sent. diffinit. glo. 1 num. 21. vbi agunt etiam quod dicatur † debitum publicum, sed pro debito priuato solet fieri distinctio secundum Pra-

15 ctic. Pap. loco supra citato, quod aut † debitor est condemnatus, & tunc potest carcerari per legem primam, & ibi Doctor. C. qui bonis cedere

16 possunt, † condemnatio autem fit duobus modis, vel per statutum, vel per sententiam, primo casu, quæ debita sint condẽnata, traditur in statuto 5. in ciuili, de sententia verò plerisq; in locis agitur, & præcipuè in tit. ff. de re iudic.

17 Amplia † etiam quando debitor promisit sistere in iudicio, vt not. idem Practic. Pap. loco supra

18 citato, vbi etiam tenet † quòd sit necessaria excussio bonorum, antequam perueniatur ad car-

19 cerationem, sicuti in simili dicimus, † quod debeat fieri excusio rerum mobilium, antequam perueniatur ad immobilia, & etiã excussio rerum mobilium, antequam perueniatur ad nomina debitorum, durius est enim ferendum, quod capiatur prius persona, quàm bona, Carpan. plures authoritates recẽset ad statuta Mediolani. cap. 167.

20 nume. 10. volum. 1. est verum, quod tali excussioni potest debitor renunciare, & etiam renunciare potest beneficio cessionis, vt voluit Bartol. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio, & in l. prima. C. qui bonis ceder. poss. aut adhuc nulla est lata sententia, nec facta condemnatio, & eo

21 casu, † regula stat negatiua, scilicet quod nemo potest pro debito priuato carcerari, l. ob æs C. de action. & obligation. & hæc breuiter dicta sint quò ad capturam respectu qualitatis debiti;

22 sed quò ad qualitatem personæ † est aduertendum, quod sæpius impeditur captura propter earum priuilegium, prout exemplificatur in infante, pupillo, minore sexagenario, sene, de-

23 crepito, muliere bonæ famæ, † nisi sit tutrix filiorum, & cum tutella, & nupserit, ac maritus, qui eam accipit in vxorem antequam reddiderit vxor rationem tutellæ, quia vterquè potest carcerari, si mulier in suscipienda tutella renunciauit omni legum auxilio, vt latius tradit Carpanus ad statuta Mediolani, volum. primo, cap.

24 243. potest etiam † concedi captura, quando debitor repertus est non soluendo, vt notat Bossius in practic. criminali, in titulo de captura, nume. 55. vbi prosequitur materiam, & in quibus locis possit exequi; superest nunc videre, quid disponat statuta Pap. & nouæ Mediolani Constit. &

25 regula stat negatiua, scilicet † ꝙ pro debitis priuatis nemo potest personaliter detineri, vt disponit statutum Papiæ in ciuili 154. imò si detentus

36 fuit, debet relaxari, sic etiam † disponunt Nouæ Mediol. Const. in tit. de prohibit. & concess. execut. in princ.

37 Amplia etiam de iure cõmuni in Doctore, Aduocato, vxore, & filijs eorum, l. medicos, C. de professs. & medic. lib. 12. in famulis, scolaribus, militibus, armigeris, & in eo, qui fuit relaxatus intuitu pietatis, & in eo, qui bonis cessit, & in pluribus alijs casibus recensitis per Carpan. ad statuta Mediol. volum. primo, cap. 167. nu. 39. cum seq.

38 Ampliatur † etiã de iure statutario, vt si quãdo concedi possit captura, illa exequi non possit in domo propria, vel conducta, in qua debitor cum eius familia habitat, nec sub porticu, nec sub grõda dictę domus, nec super ostio, vel limite domus, vt disponit hoc statutum 41. in ciuili.

39 † Amplia in fictabilibus, inquilinis, emphiteotis, pensionantibus, bonorum, vel rerum existentium in Ciuitate, vel oppidis muratis, nec in ijs, qui in perpetuum cõducunt res, vel rusticas, vel vrbanas per eos venditas, cũ pacto luendi, adhuc durante tempore, nec in eorum coreis, vel fideiussoribus, vt disponunt Nou. Const. loco citato, §. hæc tamen constitutio.

Idem in debito ex causa hospitij, Peregr. de iur. Fisci, tit. 7. num. 10.

30 † Amplia tempore indulgentiæ concessæ Ecclesiæ maiori, vel hospitali maiori Mediolani, vt volunt Nouæ Const. dicto loco, §. consuetum.

31 † Amplia in domo Causidicorum, & tãm pro debito publico, quã priuato, vt per Nouas Const. loco citato, cap. vt indicta.

32 † Amplia, vt quando quis est carceratus pro delicto, vel debito publico, non possit sequestrari, vel arrestari pro debito priuato, vt disponit statutum 43. de regim. Potest. & statut. 80. in crim.

33 Limita †; si repertus fuerit extra carceres, vt disponit idem statut. 43. de regim. Potest. & stat. 99. in ciuili. & dictum statut. 80. in crim.

34 † Limita in colonis, partiarijs, fictabilibus, emphiteotis, & ijs, qui societatis nomine animalia tenent, pensionãtibus, & molendinarijs, & in ijs maioribus 25. annis, qui cum eis habitauerint, tempore contracti debiti, vt volunt Nouæ Med. Const. loco citato, cap. coloni, vbi volunt eos pro debito priuato carcerari posse, & adde statutum 79. in ciuili.

35 Limita † in forense, & non subdito, vt disponit decretũ 17. & stat. 154. in ciuili; sublimita, nisi forensis satis dederit idoneæ creditori suo de iudicio sisti, & iudicato soluendo, vt ibidem.

36 † Limita etiam in casibus exceptis à d. stat. 154. in ciuili, scilicet pro debitis Cameræ, datiorũ, gabellarum, massaritij, vel Cõmunis Papiæ, ex causis mercantiæ, vt ibi, quia in his casibus potest capi personaliter debitor, vt disponit ibidẽ d. statutũ, imò poterit etiam ad instantiam alterius creditoris sequestrari, vt disponit statut. ciuile 99. in fine.

37 † Sublimita, vt possit talis debitor iuuari beneficio cessionis, vt per statut. 154. in ciuili in fine.

38 † Limita etiam in debitore suspecto de fuga, nam ipse potest capi, & personaliter detineri, nõ obstante hoc statuto, vt disponunt Nouæ Const. Mediolani, in tit. de officio Abbat. & Cons. mercant. c. quicunq; §. omniũ, & Noui ordines Senat. Excellentiss. æditi die 25. Iunij 1556. quibus adde Pract. Papiens. in forma. Inquisit. in gl. recõmendari, & Ias. in l. vinũ, nu. 3. ff. si cert. pet. & hoc

39 procedit etiam de iure communi, vt debitor suspectus de fuga, possit capi in propria domo, vt post Ias. in d. l. plerîq, tradit Ant. Gabr. d. concl. 40 10. num. 364. in 11. limitatione, & † sufficit ad effectum capiendi debitorem suspectũ, quod suspicio fugæ probetur per iuramentum; post tamẽ secutam capturam requiritur, quod suspitio probetur liquidissimis probationibus. Alex. cons. 19. num. 2 lib. 3. Rip. auus maternus in l. 2. nu. 56. & 41 seq. ff. sol. matrim. † vbi ponit requisita ad hoc, vt suspectus de fuga capi possit; primò, nempè, quod causa suspitionis superuenerit post contractum debitum, Alex. cons. 19. vbi appost. lib. 3. Rip. d. num. 56. Secundò, quod præsens status ostendat debitorem esse suspectum, & sic quod probetur suspicio; tertiò, quod prius fieri debeat plena fides de debito, vt post Rip. ibidem tradit remissiuè, Borgn. decis. prima, num. 38. part pri. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 41. vbi latè Mascard. de probat. concl. 823. Andr. Gail. lib. 2. obseru. 42 cap. 44. † Amplia, vt debitor suspectus de fuga, capi possit, etiã die feriato in honorem Dei, Alex. cons. 159. num. 7. lib. 2. cum pluribus congestis per Borgnin. decis. prima, nu. 41. declarat tamẽ 43 num. 42. † non posse debitorem de fuga suspectũ iam captum recomendari; modos autem probandi suspitionem fugæ debitoris, latè prosequitur. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 87. vbi ponit, ẽt quãdo dicatur suspectus de fuga, Mascard. de pro-44 bat. concl. 478. † vbi ponit etiam qualiter fugæ 45 suspitio probetur iuramento creditoris † potest autem fugitiuus debitor capi propria auctoritate, gl. instit. de action. in princip. vbi latissimè Ias. num. 72. cum seq ponit regulam cum ampliat. & limitatione, sequitur Gomez. num. 59. & seq.

46 † Limita, & hoc statutum, quando habetur recursus ad Senatum Excellentiss. qui solet per rescriptum dispensare; quæ autẽ requirantur ad concessionem capturæ; tradit Carpan. ad statuta Mediolani, vol. primo, cap. 167. num. 34. & seq. in quo capite pariter tradit plures declarationes ad 47 hoc statutum, & † adde, quod captura minus rectè facta, potest ex bono iure de nouo confirmari, & in dubio debet sustineri, vti valida, sic Ias. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, num. 12. cum seq. ff. de re iudicata, Vant. de nullit. in tit. quibus modis nullitas reparari possit, num. 131. Asin. in in sua praxi Iud. § 31. cap. 6. Decis. Perusiua 40. part. prima, Gozadin. cons. 21. num. 16. Bursat. cons. 74. nu. 162. volum. primo, Berous cons. 162. num. 15. volum. 3. Borgnin. decis. prima in fine, num. 49. vbi limitat non procedere, quando à Iudice omnino incompetenti esset facta.

48 In verbo, vel detineri.] ampliatur † dispositio iuris communis, cuius vigore prohibetur captura pro debito priuato, nisi in subsidium l. prima. C. de pignor. Ias. in l. à diuo Pio. § in venditione. ff. de re iud. Bart. in l. tutores. §. tutores. qui repertorium, nu. 3. ff. de suspect. tut. latissimè post Bart Bald. Surd. Rim. & alios, D. Costa d. remed. subsid. remed. 25. vbi etiam ponit an fideiussor debitoris poterit carcerari in casibus, in quibus reus potest carcerari. & concludit, ꝙ non; nisi se obligasset principaliter, & insolidum, renunciãdo cum iure, authen. hoc præsente. C. de fideiuss. propterea ẽt si fiat executio contra bona debitoris, & non reperiantur bona aliqua, nec iura, nec noĩa debitorũ, adhuc tales debitores carcerari nõ poterunt, nec capi in locis expressis in hoc statuto

quinimò si capti fuerint pro debito priuato in dictis locis,& in carceribus positi, non poterunt postea neq; ad instantiam alterius creditoris ibidem detineri, nec re cômendari, nec sequestrari, sec͂dm
49 intellectũ huius statuti,& etiam de iure cõi, quãdo† quis est indebitè detentus, non potest detineri, sequestrari, vel recommendari in carceribus, idem dicendum est, si captura peccat in forma, vt firmat Bar. in l. sed eximendi. §. fin. nu. 3. ff. ne quis eum qui in ius voc.& in tracta. quæstionum in 6. quæstio. Alexan. in addit. ad Bart. in l. cum vnus, in verb. pro concordia. ff. de bonis auth. iud. poss. sed Ias. in l. 1. §. quod prætor. nu. 9. ff. ne quis eum qui in ius voc. tenet, ꝙ si captura esset cõcessa pro debito non vero, q nihilominus possit captus recõmendari in carceribus, licèt secus, qñ est nulla. Appost. ad Pract. Pap. in forma inquisitionis, in gl. 1. in verbo recommendari, ꝙ si verũ esset, daretur casus, in quo per indirectũ, per collusionem,& cautelam concederetur, quod directò prohibetur, & ideò verum non puto, sed aduersatur hoc casu ijs quæ infra dicentur per reflexum contra obtinentem
50 indebitam capturã, tenetur n. ad oia damna, & expensas, & qñ quis capitur de facto, minimè dèt detineri, sed potest de facto relaxari per iudicem absq; alia profus solemnitate, & absquè citatione, vt voluit Duen. reg. 69. in verbo carceratus Rebuff. in tract. de lit. dilat. art. 1. gl. j. vers. hic captus, Socin. tract. citationum, art. 10. q. 24. nu. 71.
51 Mantua sing. 246.& † Iudex, qui iniustè concessit capturam, tenetur parti ad interesse, & potest rõne iniuriarum conueniri, vt voluit Rol. à Vall. cons. 17. num. 1.& cons. 18. nu. 5. volu. 2. si verò incompetens index fuit, tunc ille, qui obtinuit capturam, perdit causam, sic Rolan. à Valle cons. 65. nu. 5. volu. 3. & num. 7. Cotta in memor. in verbo creditor faciens interim, versic. si captus soluerit debitum non poterit postea solutum repetere, ita voluit Petr. de Rauen. sing. 116.

In verbo occasione alicuius debiti priuati] dixi supra ad statutum 40. in ciuili.

52 In verbo in domo propria] concordat cum iure communi, secundum quod regula stat, quod nemo de domo sua inuitus extrahi debet, l. nemo de domo. ff. de regul. iur. quam regulam Dec. ibidem declarat intelligi, de domo sua, quam habi-
53 tat, & hoc statutum ampliat, èt in domo conducta, in qua cum eius familia habitat, secus ideò dicendum est sec͂dm Dec. si illam non habitat, licet
54 esset propria, potest enim ab illa extrahi, † habitatio autem sufficit ad tempus, secundum subiectam materiam, de qua agitur, vt quis sit tutus in domo, secus verò vbi militat diuersa ratio, vt si quis commoratur in hospitio, vel in naui, vt sequitur ibi Dec.& per Ias. in l. plerique. ff. de in ius voca. & alios in principio citatos.

55 Quid autem † veniat appellatione domus, tradit Alex. cons. 213. num. 3. lib. 6. de appotheca verò, dic vt de domo aliena, sic notat Alex. in l. plerique. ff. de in ius voc. Cepolla in cautela incip. regula, fol. 3.

In verb. cui statuto renũciari] vide Carpan. in præludijs statu. Mediol. nu. 170. Ias. in l. pleriq. ff. de in ius voc.

Quod credatur damnnm passo vsquè ad quantitatem solidorum quadraginta Papiens. Rub. 42.

Item statuimus, quòd si per hominem, vel homines, vel bestias datum fuerit damnũ, & domino potestati, vel iusdicenti querimonia deposita fuerit, & illud damnum esse datum, vel factum cognouerit per eiusdem querimoniæ depositorem. s. per sacramentum ipsius, vel eius massarij, aut camparij, vel bubulci, castaldi, vel manepasti, filij, vel familiaris, illud restitui faciat vsq; ad quantitatem solidorũ quadraginta Papiens. dummodò querimonia fuerit deposita infra vnũ mensem à tpe damni dati, possit tamẽ dictus iusdicens refrenare dictum sacramentũ sec͂dm qualitatem facti, & personarum. Damni verò ius conseruetur damnũ passo, in eo, ꝙ excesserit dictam quantitatem solidorũ quadraginta Papiensium. Et de prædictis teneatur cognoscere, & diffinire sine libello, omni tpe feriato, & non feriato, et ꝙ massario, castaldo, manepasto, bubulco, filio, vel familiari alicuius domini in eorum sacramento credatur de dãno dato dicto domino, & de persona, & personis damnũ dantibus vsq; ad quantitatem solidorũ quadraginta Papiens. possint tñ ipsi camparij, massarij, castaldi in iudicio pro dño testificari pro damno dño dato vsq; etiã ad maiorem quantitatem. Et à sñia, seu condemnatione, vel præcepto vsq; ad dictam quantitatem solidorum quadrag. Papiensium non possit appellari, seu nulla dici. Addentes etiam, ꝙ executio fiat nulla exceptione dñij possessionis obstãte. sed per tale sacramentũ, seu sñiam inde sequtam, seu quæ sequeretur non inferatur accusato præiudicium aliqđ in dominio, uel possessione, vel aliquo iure talis rei, vbi damnũ diceretur esse illatum. Si verò accusatus post sacramentum factum, & sñiam inde sequtam vellet reprobare dictum sacramentum, hoc sibi licitum sit post executionem factam. Et eo casu, si accusatus probauerit intentionem suam, videlicet se fuisse possessorem talis rei, & habuisse, & habere facultatem fructuum percipiendorum tempore damni prædicti asserti infra vnum mensem indè subsequentem, quod accusans condemnetur in quadruplum per ipsum iusdicen-

tem versus talem probantem. Et vlterius in damnis interesse, & expensis. Et à tali sententia non possit appellari, querelari, supplicari, vel de nullitate opponi.

Summarium ad Statutum 42. in Ciuilibus.

1 *RVbrica habens orationem perfectam potest allegari pro nigro.*
2 *Ex rub. quando possit argui ad decisionem nigri.*
3 *Verba dubia nigri, declarantur per rubricam.*
4 *Rubrica generalior nigro habens verba perfecta, non debet restringi per nigrum, intellige vt ibi.*
5 *Rubrica, quando dicatur habere verba perfecta.*
6 *Doctores, qui tractauerunt de damno.*
7 *Damnum qualiter probetur remissiuè.*
8 *Damnum, an probetur per iuramentum damnum passi.*
9 *Numerus singularis continet pluralem, & econtra.*
10 *Vel dictio quid importet, & quomodo stet in hoc statuto.*
11 *Statutum remouens interpretationem non intelligitur de legali.*
12 *Statutum intelligendum secundum bonam, & rectam intentionem.*
13 *Mens statuentium dat esse rei.*
14 *Mens anima statuti dicitur, magis attendenda, quam verba.*
15 *Statuti dispositio non habet locum, vbi non adest mens.*
16 *Alternatiua quando stet alternatiuè, copulatiuè, vel disiunctiuè.*
17 *Vel, seu, siue, dictiones, quid differant inter se.*
18 *Statutum hoc, an procedat in muliere volente iurare.*
19 *Masculinum concipit fœmininum.*
20 *Statutum loquens circa personas, an liget clericos, & quid si iurarent.*
21 *Bestiarum appellatione, an veniant bestiæ mansuetæ.*
22 *Damnum dare quid sit.*
23 *Damnum qualiter consideretur.*
24 *Damnum dans qualiter puniatur.*
25 *Statutum de damno dato non habet locum in causa incendij.*
26 *Statutum de damno non comprahendit furtum.*
27 *Statutum volens credi damnum passo non comprahendit passum furtum.*
28 *Querimonia, quæ dicatur.*
29 *Quæstio quid sit.*
30 *Tempus statuti ad vnguem obseruandum.*
31 *Iuramentum damnum passi post terminum non valet.*
32 *Tempus statuti an valeat à iudice prorogari.*
33 *Statutum, quod credatur iuramento alicuius intelligitur in persona bonæ vocis, & famæ.*
34 *Iuramentum præstitum die feriato in honorem Dei inualidum.*
36 *Statutum 66. in criminalibus declaratur.*
37 *Statutum hoc nō procedit, si bestia deperdita damnum dat.*
38 *Item non procedit hoc statutum, in itinerante, & peregrinante.*
39 *Hoc statutum non comprahendit damnum dantem ex necessitate, puta fugiendo hostes.*
40 *Hoc statutum an comprahendat bestias pascentes super bonis alterius propè viam publicam.*
41 *Iuramentum de quo in hoc statuto non potest reseruari.*
42 *Iurans damnum debet esse persona honesta, & omni exceptione maior, & vide num. 43.*
44 *Damnum de iure communi aliter probandum, quam per iuramentum damnum passi.*
45 *Damnum passus iurans, an teneatur exprimere causas.*
46 *Hoc statutum qualiter intelligendum.*
47 *Iuramentum hoc debet esse de facto proprio, iuris, vel facti.*
48 *Iuramentum est secundum formam huius statuti, alias non valet.*
49 *Statutum volens credi dicto alicuius intelligitur cum iuramento.*
50 *Iuramentum, an præstandum parte præsente, vel citata.*
51 *Probatio contra iuramentum, an admittatur, & vide numero 55.*
52 *An possit probari contra iuramentum per inspectionem loci.*
53 *Statutum, quod credatur iuramento alicuius intelligitur, nisi contrarium probetur.*
54 *Quid si statutum dicit, quod iuramentum habeatur pro plena, vel plenaria probatione.*
56 *Iuramento damnum passi creditur etiam circa articulum emergentem.*
57 *Emergens terminatur secundum naturam principalis.*
58 *Tutor, an possit iurare damnum.*
59 *Quid in Sindico & deffensore.*
60 *Conductor, an iuret, & accuset de damno?*
61 *Locator accusat de damno non conductor.*
62 *Limitatur hoc quatuor modis remissiuè.*
63 *Iuramento hæredis damnum passi, an credatur. & vide num. 64.*
65 *Forensis, an iuret ex hoc statuto.*
66 *Quid in periuro.*
67 *Quid in impedito.*
68 *Iurans tenetur de iure communi probare se dominum.*
69 *Damnum dans per dolum, vel latam culpam ad quid teneatur.*
70 *Solidi Papienses minoris valoris, quàm Mediolanenses.*
71 *Multa permittuntur ratione modicitatis.*
73 *Damnum dans colonis fisci, in quantum puniatur.*
74 *Senatus Mediolani solet dare litteras circa pœnam damnum dantis.*
75 *Accusatio facta post mensem inualida.*
76 *Accusator damni, an debeat apponere diem, & tempus.*
77 *Factum quando est punibile in vno loco, vel tempore, an debeat apponi locus, & tempus.*
78 *Factum præsumitur tempore permisso.*
79 *Iuramentum, de quo in hoc statuto potest restringi per Iudicem.*
80 *Amplia idem de iure communi.*
81 *Iuramentum detegitur calumniosum ex loci inspectione.*
82 *Inspectio loci omnium probationum superlatiua.*
83 *Damni appellatione, an veniat emergēs de futuro*
84 *Damni appellatione, an veniat pretium.*

85 *Dam-*

15 Damnum sentire, an dicatur qui lucrũ amittit.
16 Iudex non potest deuenire ad condemnationem damni, nisi citato reo peremptoriè ad instantiam partis transmisso.
17 Iudex, an procedat contra forensem damnum dantem.
18 Clausula, quod possit procedi tempore feriato & non feriato quid importet.
90 Statutum valet remouere appellationem.
91 Statutum tollens nullitates, de quibus intelligatur.
92 Statutum remouens exceptiones, de quibus intelligatur.
93 Dominij appellatione, de quo intelligatur.
94 Possessio quid, qualiter acquiratur, & probetur remissiuè.
95 Probari an possit contra iuramentum, & qualiter.
96 Exceptio requirens altiorem indaginem, non impedit executionem.
97 Exceptio quando dicatur requirere altiorem indaginem.
98 Semiplena probatio, an sufficiat in hoc statuto.
99 Accusatio, an possit fieri in fine mensis.
100 Pro damno, & iniuria ad quid competat actio de iure communi.
101 Accusator, & calumniator, quando dicatur peccare, & qualiter puniendus.
102 Camparius iurans falsum qualiter puniendus.
103 Condemnatio damnorum, an reseruetur per statutum.
104 Interesse quotuplex, & qualiter probetur remissiuè.
105 Statutum prohibens appellari, querelari, & de nullitate opponi, quid importet.

1 HAec † rubrica habet orationem perfectam, propterea potest allegari pro textu, & nigro, & ab ea licitum est ar-
2 guere, † quinimo etiam, quod non habeat orationem perfectam, ex ea tamen potest argui ad decisionem nigri, & ad cognoscendum qualitates eius si verba nigri essent dubia, quia declarantur per rubricam, & secundum eam intelliguntur, vt voluit Ias. in rubr. instit. de action.
3 numer. 15. & qđ verba dubia † nigri declarentur per rubricam statuti, tenet Alexand. consil. 59.
4 numero 11. libro primo, † & scias quod quando rubrica est generalior nigro, si habet verba, pfecta non debet restringi per nigrum specialiter loquẽs Doct. in l. prima. ff. si certum petatur, & Mascard. de prrobation. conclus. 1285. Rolan. inferens ad statuta de lucranda dote, in tractatu de lucro dotis, quæst. 9. & vide latè Hieronym. Gabriel. consil. 12. vbi loquitur de rubrica statuti, & declarat
5 tribus modis qualiter procedat lib. primo, † vbi nu. 6. ponit, quando rubrica dicatur habere uerba perfecta, scilicet cũ certa mens ex eius verbis sine vllaa suppletione percipitur, & ibi latè per eũ.
6 De hac materia † damni dati abundè tractant Speculat. in titulo de damn. dat. parte quarta, libro 4. Boss. in sua prax. crimin. titu. de dam. dato, Borgn. in decis. 13. par. j. & in repert. in verb. dam. dat. Mascard. de prob. concl. 470. & 471. vbi ponit
7 † qualiter probetur damnum, & conclus. 472. vbi
8 agit, † an damnum valeat probari per iuramentum illius, qui damnum passus est, & circa hoc statutum vide etiam Albam; consil. 368. Plot. ad legem si quando. C. vnde vi. Farinac. de delict. & pœn. quæst. 24. num. 217. & seq.

9 In verb. si per hominem, vel homines] † superfluum fuit seminare vocabula, & alternare numeros, quia singularis concipit pluralem, & è conuerso pluralis concipit singularem, vt disponit statutum 53. de reg. potest. sed est aduertendum,
10 quod illa dictio, † vel, copulat, & ampliat, licet regulariter, quando profertur à statuto alternatiuè, vel, stat propriè, & in sua propria, & stricta natura, quia statuti verba sunt stricti iuris, & strictè intelligenda, debentq; intelligi propriè, vt verba sonant iuxta notata in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. nullo habito extrinseco intellectu, vt dispo-
11 nit statutum. 55. de regim. potest. verum licet † à statuto excludatur interpretatio, non intelligitur exclusa interpretatio legis, vt voluit Menoch. in
12 in tracta. adipiscen. remed. 4. num. 225. † quinimo omnia, & singula statuta debent intelligi secundum bonam, & rectam intentionem, vt disponit statutum primum in ciuili, cap. statuentes, &
13 ordinantes, † mens enim statuentium est illa, quæ dat esse rei, vt voluit Roland. à Vall. consilio 72.
14 num. 39. volum. 1. † cum mens dicatur anima sta-
15 tuti, ideò attendenda potius, quam verba vbi † enim mens, vel ratio statuti viget, ibi habet locum etiam dispositio, quod procedit, etiam si mens nõ sit verbis expressa, vt voluit Carpan. per plures authoritates, quos citat in præludijs statutorum numero 130. cum pluribus sequent. propterea cum
16 alternatiua ponitur inter personas, in quas dirigitur, & confertur ipsa dispositio, statur menti statuentium, an debeat esse disiunctiua, aut copulatiua, & ampliatiua, vel aliter, l. si Titio, aut Seio. ff. de legat. 2. at mens statuentium illa videtur esse, quod habeat vim copulæ, vt stet ampliatiuè, cum ponatur inter personas eiusdem speciei, ideò secundum mentem statuentium illa dictio (uel) stat in hoc casu copulatiuè, & videtur apposita ad effectum ampliandi, iuxta l. si quis ita legauerit, vbi Bartol. ff. de auro, & argento legato. Ias. in l. gallus. §. quidam rectè, colum. 6. ff. de liber. & posthum. Alex. consil. 94. colum. 5. libr. 3. & consil. 22. colum. 3. lib. 1. licet alias diuersimode possit accipi, nempè aliquando propriè, vt quãdo ponitur inter plures terminos, quorum occasione certum quid principaliter per legem disponitur, aliquando impropriè, vt si ponatur inter repugnantia, quo casu verificatur tantum in vno solo, assumendo illam partem, quæ vitio caret, quod si repugnantiam non contineat stat propriè, & verificatur in vno solo præcipuè si de sui natura, tam sensum, quàm uerba disiungit, nisi aliter intentio disponentis se haberet; si uerò disiungit verba, & coniungit sensum, vt est dictio [seu] & siuè, tunc resoluitur in coniunctiuam, & ponitur impropriè, sicuti latius, & magis distinctè declarat Practic. Papiens. in forma libelli in actione reali, in gloss. non astringens, numero 7. de natura tamen huius alternatiuè [uel] agit Ias. in § si
17 quis agens Instit. de action. † & in quo differat à dictione [seu] & dictione [siue] uide authoritates, quas citat Appostill. ad Practic. Papiens. loco citato in littera D. Rip. auus mihi maternus plenè in cap. inter cæteras, nume. 24. & sequentibus pluribus, de rescript. Octau. Vulpe de præposit. aduerb. littera V. in uerbo [uel] & uerbo [siue] & [seu.] Menoch. consil. 1029. num. 14.
18 Sed an hoc † statutum habeat locum in muliere uolente iurare uidetur, quod non, quia statutum dicit, quod credatur domino, & sic loquitur

tur in genere masculino, debetq; ad litteram intelligi, vt disponit statut. 55. sup. de regim. potest. & in crimin. 83. sed contrarium est verius, vt cõprehendatur, tàm fœmina, quàm masculus, quia
19 † masculinum cõprehendit fœmininum, nè dum de Iure communi, vt habetur in l. fœminæ, & ibi per Deci. & Doctor. ff. de reg. Iur. sed etiam ex dispositione statuti 53. supra de regim. potest. & statuti 78. in crimin. & latè tradit Carpan. ad statuta Mediolani volum. 1. cap. 126. & cap. 417. vbi quamplures citat.

Præterea est aduertendum, quod statuta lo-
20 quentia circa personas, licet non ligent clericos, vel personas Ecclesiasticas regulariter, vt notat Alciat. in Auth. cassa, versic. sanctiones num. 9. & 13. C. de sacr. sanct. Eccles. tamen ligant quãdo respiciunt rem, vt notat ibidem Alciat. nu. 14. vide tamen Bonacossiam in quæstione crimin. in verb. de damno dato, & diximus latè supra in prẹludijs ad has nostras lucubrationes.

In verbo, vel bestias] ponitur dictio (vel) inter diuersa, & hinc infertur ad illam distinctionem, quam facit Specul. in tit. de iniur. & damn. dat. parte 4. libr. 4. pro cognitione terminorum, & vt sciamus, quæ nam actio nobis competat pro damno dato, iuxta diuersitatem personarum, rerum, & casuum.

21 Item, † scias, quod appellatione bestiarum, minime veniunt anseres, nec gallinæ, vt voluit Natta consil. 347. numer. 1. volum. 1. nec etiam bestiæ mansuetæ, veluti sunt pecudes, sed tantũ feræ bestiæ Abbas in tracta. statutorum libr. 2. q. 98. glo. in l. 1. §. bestias, ff. de postuland. Fallit tamen de consuetudine, quæ viget in cõtrarium, etenim intelliguntur quoque bestiæ mansuetæ, vt tenet etiam Natta consil. 347. num. 2. libr. 2. Cæpol. in l. ædiles viuunt, §. iumentorum nume. 19. ff. de edil. edict.

22 In verb. datum fuerit damnum] † damnum dare, est maleficium committere, l. ex maleficio, ff. de actio. & obligat. & Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, cap. fin. de homicid. in 6. & l. qui occidit, §. in hac, ff. ad l. Aquiliam, Ias. in l. 1.
23 nume. 20. ff. de nou. oper. nunt. † consideratur autem damnum, non illud totum prætium, seu valor illius rei, nempè arboris incisæ, vel domus dirruptæ, super qua datum est damnum, sed illud quod superest deducto pretio rei, & materiæ, Bar. in l. facienda, ff. arborum furt. cæsarum, Bossius in praxi crim. in tit. de damn. dato, respectu enim
24 valoris rei, de Iure communi fit † distinctio, quod aut damnum est in arboribus fructiferis per incisionem, & asportationem, & eo casu damnum dans condemnatur corporaliter, vti latè Boss. in d. praxi in tit. de damn. dat. nume. 3. Clarus in §. fin. praxis crimin. quæst. 66. versic. vastatores, Afflict. in Constitut. Regn. rub. 26. de malef. clãdestin. nume. 4. lib. primo, aut datum est damnũ in herbis, vel huiusmodi, & tunc proceditur ciuiliter per hoc statutum versic. damni verò ius.

25 Sed hoc † statutum de damno dato non habet locum in causa incendij, quia adest particulare statut. 34. in Crimin. de quo agit latissimè Farinac. de delict. & pæn. quæst. 24. num. 197. cum
26 seqq. minus † habet locum in furto, nec in rapina, quia adest particulare statutum Papiæ in Crimin. 27. & 66. ac Nouæ Constit. Mediol. in titul. de pœnis cap. si quis fecerit robbariam, & cap. si quis incendium posuerit, sequitur Alexand. consil. 168. num. 2. volum. 2. exemplificando etiam in asportante ligna, Bossius in d. tit. de damn. dat. nu. 9. Bonacos. in quæst. crim. tit. de damn. dat. & vide Ias. in l. si familia in 2. not. ff. de Iur. omni. Iud. & Alexand. consil. 114. volum. 4. vbi declarat in quo differat istud damnum, à furto, Bar. in l. 2. ff. de damn. infect. Doct. plura de hac materia, in l. qui bona, §. damni eod. tit. appellatione vero damni, quid veniat, remissiue tradit Carpan. ad statut. Mediol. cap. 371. num. 1. vbi
27 plures citat. & † quod appellatione damni non veniat furtum, adeò quod statutum volens credi damnum passo, nõ cõprẹhendat passum furtum, tenet Alexand. consil. 168. numer. 2. vbi appost. libr. 2. Deci. cons. 83. nume. 3. versic, quarto ad prædictam.

In verb. quærimonia deposita fuerit] propriè
28 † quærimonia dicitur ea, quæ fit extra iudicium, vel etiam in iuditio antè litem contestatam, quæ-
29 † stio autem est, quæ fit post litem contestatam, ita glo. penult. in l. 3. C. finium regund. Abb. in cap. qui indecente de rescript. num. 8. Salic. in l. si quis maior num. 12. C. de transact. Dec. consil. 550. num. 3. dicens quærimoniam esse terminum generalem.

In verbo, infra vnum mensem] dic quod † sta-
30 tuti tempus debet ad vnguem obseruari, alias actus fit irritus, sic Felin. in cap. per tuas nume. 7. de sentent. excommu. Ias. consil. 132. colum. 1. volum. 4. Cotta in memor. in verb. tempus con-
31 stitutum, Borgnin. decisio. 13. num. 26. † Nota quod si iuratum est post mensem, huiusmodi iuramentum diceretur nulliter præstitũ ob non seruatã formam, l. quoties, ff. qui satisd. cogantur, nec potest amplius repeti, neque statutum nostrũ præfigit certum terminum, ita in terminis Alba
32 consil. 368. num. 5. † Nec potest à Iudice prorogari sic Asin. in praxi Iud. §. 1. cap. 8. & currit ignorantibus latè distinguit Alexand. consil. 14. colum. 2. volum. 2.

33 † Nota tamẽ, quod stãte hoc statuto, quod credat sacramento domini, massarij &c. quod intelligi debet, si huiusmodi personæ sint bonæ conditionis, & famæ, non infames, nec periuri, alias enim eis non crederetur, etiam cum iuramento Borgnin. d. decisio. 13. num. 26. part. prima, Plot. in l. si quando num. 722. & seq. C. vnde vi, quo loci
34 vult etiam Borgnin. quod † debeãt iurare die iuridica, & non in die dominico, nec in die festo in honorem Dei, alias enim iuramentum non valeret, & nihil operaretur, vt per Plot. in l. si quando num. 756. idem Borgnin. decisio. 9. num. 31. part. prima.

In verbo, & illud damnum esse datum, vel factũ
35 cognouerit] debet in primis damnum probari, quod fuerit datum, ita consuluit Deci. consi. 83. in 2. colum. & allegat l. diuus Traianus, ff. de milit. test. sequitur Marant. in tracta. de tregua, & pace, & quæst. 13. num. 11. cum alijs, de quibus per Mascard. de probat. d. conclus. 472. nu. 24. & seq. versic. 3. limitare &c. & per hoc potest in-
36 ferri ad † declarationem statuti 66. infra in Criminalibus, disponentis stari debere iuramento derobati, circa quantitatem, & æstimationem rerum derobatarum, nam ad hoc vt habeat locum dictum iuramentum, prius debet constare de robaria, Bart. in d. l. diuus, DD. in l. si quãdo, C. vnde vi, Alexand. consil. 60. num. 17. libro secũdo,

Rip.

Rip. auus mihi maternus in l. admonendi nume. 68. ff. de iur. iur. sed in casu nostro est aduertendum ad illud quòd subdit hoc statutum vsque ad sacramentum, quo casu alia probatio non requiritur, quo ad probandum damnum esse datum.

37 Limita, vt hoc statutum non procedat si fuerit bestia deperdita, quæ damnum dederit, vt notat Gandin. in tract. malefic. de multis quæstionibus dependentibus à statuto in 4. col.

38 † Limitatur secundo non habere locum in itinerante, vel peregrinante, quia potest fundum, vel pratum alienum intrare impunè, vuas commedere non tamen asportare, & ibi iumenta inuito domino pascere, nec tenetur domino de pasculatione, vel pabulatione, sic Plot. in repet. l. si quando num. 814. C. vnde vi, Port. instit. de seruit. rust. prędiorum plures alios citat Carpan. ad statuta Mediolani volum. 2. cap. 363. nume. 29. volum. 2. cap. 363. num. 20. cum seq.

39 † Limitatur tertio, vt nec etiam teneatur de damno dato, qui necessitate ductus fugiendo hostes, vel depredatores cum animalibus dederit damnum in fundo alieno, sic Carpan. d. cap. 363 nu. 22. vbi etiam, quarto limitat, quando adest culpa damnificati secundum Bonacoss. in quæst. crimin. in verb. de damn. dat. versicul. damnificatus.

40 † Limitatur quinto, quando bestiæ pascuntur super bonis alterius propè viam publicam dirruptam, per quam iri non potest, Plot. in d. repet. l. si quando num. 818. Bal. in l. per agrum, C. de seruit. & aqua, Carpan. loco supra citato.

41 In verb. per sacramentum ipsius] hoc † sacramentum omnibus necessarium est, & recusari nō potest, cap. fin. extra de Iur. Iur. vide Pract. Papien. in forma responsionis rei in glo. iusiurandi, vide Alexand. in l. qui bona, §. qui damni, ff. de
42 damn. infect. & iurans debet esse omni exceptione maior. Bald. in l. bonæ fidei, quæstio. 7. C. de reb. cred. Bart. in l. admonendi colum. penult. ff. iur. iur. & ibidem Ias. in repet. colum. 119. limitat. 36. ad finem, DD. in l. qui accusare, C de edendo, Angel. in l. popularis actio, ff. de popul. actio. Franc. Curt. in repet. dictæ l. admonendi, nu. 201. versic. quod est notandum pro statutis, non enim est deferendum huiusmodi iuramentū, quando iurans non esset persona honesta, tex. cū glo. in l. non omnis, §. à barbaris. ff. de milit. test. Roman. in l. damnum, la tertia. ff. de dam. infect. Mascard. dicta conclus. 472. num. 28. versic. sexto
43 limita, quod licet verum sit inspecta dispositione iuris communis, inspecta tamen dispositione huius statuti creditur, etiam si esset famulus, cum tamen hę personę minimè dicantur omni exceptione maiores, Alexand. consil. 32. num. 2. & 3. lib. 2. Rip. in l. admonendi. num. 176. cum seqnen. ff. de iuretur. & tamen mandat statutum, vt eis creda-
44 tur, est igitur hoc † statutum exorbitans, & correctorium iuris ciuilis, quia de iure deberet illud damnum probari aliter, quam per iuramentum damnum passi, vt voluit Dec. cons. 83. colum. 2. & allegat. l. diuus Traianus. ff. de milit. test. sed hoc statutum dicit, illud damnum esse datum, vel factum, cognouerit per iuramentum ipsius damnū
45 passi, & sic non requiritur alia probatio, & an etiā teneatur exprimere causas, maximè si interrogetur; disputat Pract. Papien. in forma responsionis rei in gl. iusiurandi, nu. 17. vbi primo tenet, quod sic, veluti tenetur testis interrogatus exprimere causas; postea defendit contrarium, quia lex vel statutum non requirit causam exprimi, ergo sufficit iurari, non enim fungitur officio testis, sed officio iudicis, quod & si putet verum, tamen honestius est, quod causam exprimat, quam quod confusè iuret; per hoc enim multi iurantes animę detrimentum patiuntur, sicuti faciunt publicani, & pedagiarij, quibus ex forma suorum capitulorum creditur super inuentionibus, & fraudibus commissis, circa eorum pedagia proprio iuramento, cum vno teste, quod igitur honestius est sequi debemus, sicuti in hoc proposito tenet Plot. in repet. l. si quando num. 806. C. vnde vi, & quo
46 † modo intelligatur illud statutum tradit Rip. in l. damnum, ff. de damn. infect. Tiraquel. in tracta. retract. lignag. §. 4. glos. 1. quos citat appostil. ad Pract. Pap. loco præd. & stante hoc stat. quidquid cōtingit hunc casum quocunq; modo incidenter potest, per iuramentum probari, vt per Bartol. in l. solent numer. 16. ff. de aliment. & cibar. legat. Deci. in cap. pastoralis colum. 3. de appellat. & consil. 300. versic. tertium colū. 3. Rimin. Sen. consil. 262. nume. 28. & consil. 301. num. 5. Rimin. iun. consil. 481. num. 24. libr. 5. istud iuramentum debet ferri die iuridica, vt supra dixi in gl. infra vnum mensem, item † scias quod
47 iuramentum debet esse de facto proprio iuris, vel facti, Crauet. consil. 257. num. 17. lib. 1. Ploc. in repet. l. si quando num. 828. versic. trigesimo limita, & numero seq. ac num. 672. C. vnde vi, Socin. sen. consil. 194. colum. 2. volum. 2. quos sequitur Borgnin. decisio. 13. num. 30. part. prima quo loci num. 25. vult † huiusmodi iuramentum
48 requiri, pro forma à statuto, adeo vt ommissum
49 nullius sit momenti accusatio, & † scias quod licet huiusmodi statutum non faceret mentionem de iuramento, adhuc tamen huiusmodi accusatio deberet esse iurata. Castr. & Ias. in l. iusiurandum, de iur. iur. Plot. in l. si quando num. 325. Borgn. d. decis. 13.

50 An † autem huiusmodi iuramētum debeat subiri parte præsente, vel citata dic, quod sic Plot. in l. si quando num. 830. Borgnin. d. decisio. 13. num. 52. licet contrarium ex pluribus tenent Mascard. conclus. 470. num. 12. & seq. tutius tamē est partem citare, vt ipse ait.

51 Sed an † admittatur probatio contra huiusmodi iuramentum per partem; videtur dicendum quod sic, Angel. in l. qui vas in princip. ff. de furt. Bal. in l. prima, versic. quæro cum Iacobo Butrig. ff. de re Iudic. Ias. in §. sed istæ num. 94. Instit. de action. Iacobus de Aret. Ang: Imol. & Paul. de Castr. in l. qui bona, §. qui damni, ff. de damno infecto, vbi Roman. num. 2. & Alexand. nume. 17. qui prædicti Doctor. loquūtur propriè in his terminis statuti sic stantis, quod credatur iuramento damnū passi, Alb. pariter loquens in terminis huius statuti consil. 368. nume. 1. & consil. 35. num. 4. vbi appostil. cum alijs de quibus per Mascard. d. conclus. 472. nume. 34. cum seq. in 9. limit. vbi num. 38. vult † contrarium posse probari
52 per inspectionem Iudicis, seu eius officialis hæc enim est efficacissima excusatio ad impediēdum condemnationem, Deci. in l. prima; in princip. colum. prima, C. vt quæ desunt aduocatis Azo in summa, C. ad l. Aquiliam, Bald. in l. contra negantem num. 7. versic. quæro dicit statutum, C. ad l. Aquiliam Franc. Curt. in d. repet. l. admonendi nu. 355. ff. de iur. iur. cum cæteris allegatis

53 gatis per Mascard. d. concl. 472. nu. 38. & quod † statutum, quod credatur iuramento officialis, vel alterius intelligatur, nisi contrarium probetur est tex. in cap. proposuisti, vbi Abb. num. primo, de probat. Alex. cons. 114. num. 8. cum seq. lib. 4. vbi vult hoc procedere, etiam si statutum diceret, quod habeatur pro plena probatione, secus si pro plenaria, vt ibi per eum, idem Alexin l. qui bona, §. qui damni, num. 6. cum seq. ff. de damn. infect. de cõi, Ias. in l. si quando, nume. 28. ff. de damn. infect. idem Alex. in l. prima, §. si absens, num. 7. cum seq. ff. si ex nox. cau. agatur latissimè Plot. in repet. l. si quando, nu. 776. cum seq. C. vnde vi, Surd. cons. 181. num 3. lib. 2.

55 Contrarium † tamen in casu nostro est verius, vigore huius nostri statuti infra, in verbo, si verò accusatus, & per statutum crimin 34. versic. si verò accusatus, contrarium enim procedit de iure communi, secus autem, quando statutum vlterius procederet, remouendo probationem contra iuramentum, vt hic, vel quando iuramentum haberetur pro plenaria probatione, in quibus casibus probatio, in contrariũ non admittitur, Appost. ad Bart. in d. l. si qñ, sub littera A, Alex. in l. qui bona, §. qui damni, nu. 15. ff. de dam. infect. & maximè cum in casu nostro agatur de modico preiuditio, quo casu pariter reijcitur probatio in contrariũ gl. in cap. statutum, § assessorem, super verbo, relinquatur de rescript. in sexto, Bald. in l. prima, num. 2. & 3. C. de iur. iur. Mascard. vbi sup. nu. 40. & seq.

56 Amplia hoc † statutum, vt articulus emergens in causa damni dati, debeat decidi similiter iuramento, ita Ias. in l. prima, col. fin. C de edic. Diu. Adr. toll. quia † quidquid emergit, debet

57 terminari secundum naturam causæ principalis, Bald. in l. solent, num. 16. ff. de alim. & cib. leg. Paul. de Castr. in l. cum hij, quibus alimenta, nu. 5. ff. de transact. Dec. in cap. pastoralis, nu. 32. de appellat. Rip. in l. 3. num. 4. ff. de dam. infec. ità in terminis huius statuti adnotat, Menoch. de arbitrar. Iudic. quæst. 45. num. 10. cum duobus sequent.

58 Amplia eaiam in tutore, qui potest, & cogitur iurare, sic Borgnin. Caualc. tract. de tutore, nu. 192.

59 Amplia in Syndico, & defensore alicuius, qui potest, licet non cogatur iurare, Vrsill. ad Afflict. decis. 169. num. 3. & 4.

60 Limita hoc † statutum non procedere in conductore, & re conducta, qui non potest accusare, & iurare damnum, Balb. in suis cõmunibus, cent. prima, concl. 96. Bart. in l. si fur, ff. de vsufr. & quemadm. quis vtatur, num. 3. solus enim loca-

61 tor, non † autem conductor potest accusare de damno dato, d. l. si fur, alias incipit Iulianus, Carocius de locato, & conducto, in tit. de damn. dat.

62 remed. 5. pag. mihi 260. vbi hoc, † quod dicitur de conductore, limitat quatuor modis, de quo vide etiam Plot. in repet. l. si quando, num. 864. versic. quinquagesimo octauo limita.

63 † Limitatur secundò, hoc statutum, vt iuramento hæredis damnum passi non stetur, sic Bal. in l. ait Prætor, ff. de iur. iuran. Ias. in l. penult. §. hoc iuditium, ff. si quis eum, & in l. si quando, col. pen. C. vnde vi, Dec. in l. edita, nu. 50. C. de edendo, Alb. cons. 74. nu. 16.

64 Contrarium tamen, † quod facultas hec iurandi ex hoc statuto transeat ad hæredes damnum passi, tenet Bart. in l. maritus, ff. de quæstionibus, cum alijs cumulatis per Carpan. ad statuta Mediolani, volum. 2. cap. 371. nu. 62.

65 † Limita etiam in forense, cui non cõpetit hoc beneficium, vide Carpan. ad statuta Mediol. cap. 371. num. 53.

66 † Limita etiam in periuro, quia non creditur ei, nec competit beneficium huius statuti, Socin. in cap. quoniam frequenter, § quod si super ext. vt lit. non contest. Doct. in cap. cum in ecclesia, de maior. & obed.

67 † Limita etiam in impedito, vt per Carp. ad statuta Mediol. volum 2. cap. 371. num. 60.

68 In verbo, ipsius, vel eius massarij] de iure † nõ creditur, quod iurans sit dominus, sed hæc qualitas debet probari, sic Bald. in l. diuus, vbi Ang. num. 3. C. de testam. tutel. & in l. prima, nnm. 2. C. de rebus cred. tamen cessat hæc difficultas stante dispositione huius statuti, in verbo, non inferatur accusato, per quæ, dic, vt infra dicam suo loco; similiter cessat illa conclusio, quod iurans debeat esse omni exceptione maior, vt tenet per plura Carpan. dicto cap. 371, num. 57 volum. 2. quia si statutũ disponit, quod credatur massarijs, & huiusmodi personis familiaribus, quæ patiuntur exceptiones plures, eadem ratione potest credi damnum passo, præcipuè inspecta modicitate rei, vt inf. dicetur.

69 In verbo, restitui faciat] si interuenit dolus, vel lata culpa eius, contra quem agitur de damno dato, tunc tenetur ad emendationem damni, Dec. cons. 83. num. 3. Plot. in repet. l. si quando, num. 760. C. vnde ui, pro leui autem, vel leuissima culpa, habet locum actio legis Aquiliæ pro diminutione patrimonij, sic Anton. Corset. in sing. in verbo, forum conscientiæ, si autẽ is, contra quẽ agitur, nominat dominum in iudicio, & nominatus non comparet, proceditur contra nominantem, quamuis notorium sit, quod sit factum de mandato alicuius, & executio fit in bonis absentis nominati, Socin. in cap. quoniam frequenter, §. quod si super, extr. vt lit. non contest.

70 In verbo, vsque ad quantitatem solidorũ quadraginta Papiensium] † intellige vltra illud, quod superest deducto pretio rei, & materiæ, Bart. in l. facienda, ff. arb furt. cæs. & aduerte, quod solidi Papienses valent minus, quam solidi Mediolani, vt tenet Practic. Papiens. in forma libelli, quo agitur ad præstationem ficti, in gl. soluere neglexit num. 4. vers. sed quid erit, & si voluisset statutum intelligere de solidis Imperialibus sciuisset exprimere, sicuti expressit in statuto 158.

Præterea dic, quod permittit statutum credi dictis personis pro hac summa, quia est modica

71 summa, & non est † verisimile, quod pro tam modica summa vellit, quis iurare contra veritatem, ideo ratione modicitatis multa permittuntur de iure, vt notat Bart. in l. diuus, quæst. 3. num. 8. ff. de quæstio. Crau. cons. 196. num. 6. Plot. in repet. l. si quando, nu. 763. C. vnde vi, latè Brun. in tract. statuti femin. exclud. art. 9. quæst. 12. Ias. in l. sciendum, num. 13. ff. qui satisd. cog. quamplures alios citat Carpan. ad statuta Med. volum. 2. cap. 371. num. 24. & seq. Tiraq. de indic. in rebus exig feren. colum. 8. & seq. Peregr. Ianin. latè de citat. real. lib. 2. cap. primo, nu. 241.

72 & seq. dicitur, † etiam modica summa quantitas librarum sexdecim imperialium, ut uoluit Carpan. uol. 2. cap. 371. num. 67. ex mente Cassanei

in

in conſuetudineBurgond. rubr. prima, §. 6. nu-
me. 8. Plot. in repet. l. ſi quando num. 163. C. vn-
de vi.

73 † Amplia hoc ſtatutum, & hanc quantitatem,
vbi agitur de bonis Fiſci, quia damnum dantes,
puniuntur in duplum eius, quod per ordines, &
ſtatuta locorum cautum eſt; crediturq; campa-
rijs, & accuſatoribus, cum iuramento, ſic diſpo-
nunt Nouæ Conſt. Mediolani. in tit. de aquis, &
74 fluminibus, §. dantes; Vlteriùs † ſolet Senatus
Excellentiſſimus Mediolani aditus, dare litteras
in forma, quod D. Prætor, ad inſtantiam ſuppli-
cantis publico edicto prohibeat, nequis audeat
damnum quouis modo dare in bonis ſupplicantis
ſub pœna ſcuti vnius pro ſingula perſona, & ſin-
gula beſtia, ſingula vice, Fiſco applicanda, vltra
alias pœnas à Iure, & ſtatutis impoſitas, & damni
reſtitutionem, & quod credatur Campario per
ſupplicantem deputando, cum teſte fide digno.

75 In verbo, infra vnum menſem] † nota, quod ſi
accuſatio fuerit facta poſt menſem à die damni
dati erit nulla, & non valebit, vt ex pluribus fir-
mat Borgnin. in deciſion. 13. numer. 57. parte
prima.

76 In verbo, à tempore damni dati] videtur dicen-
dum, quod in denuntia, ſeu accuſa debeat iſtud
tempus exprimi, iuxta l. libellorum, & ibi Bart.
notat colum. 4. ff. de accuſat. alias niſi exprimat
diem damni dati, non creditur accuſatori, & iu-
ranti, vt habetur in lib. 4. communium, in verbo,
ſtatutum diſponens quod, verſic. limitatur; facit,
77 quia quando factum in vno loco, vel tempore, eſt
punibile, in alio autem non, tunc ad hoc, vt fa-
ciens, poſſit puniri, requiritur, quod probetur illo
tempore, vel loco fuiſſe commiſſum, Bart. in l. nõ
ſolum, §. ſed & probari, num. primo, ff. de oper.
nou. nunc. Alex. conſ. 81. num. 6. lib. 3. Clarus
plures ad hoc citans in §. fin. praxis crim. quæſt.
78 56. num. 3. ratio eſt, quia factum præſumitur
tempore permiſſo, non autem prohibito, Bart. in
d. §. ſed, & probari, Alex. conſil. 52. num. primo,
vbi Appoſt. lib. 3. Alciat. de præſumpt. reg. 3.
præſumpt. prima, Menoch. præſumpt. lib. 5. præ-
ſumpt. 3. num. 120.

79 In verbo, poſſit Iuſdicens refrenare] idem † eſt
ac ſi diceret, ad minorem quantitatem reducere,
vel reſtringere, non tamen dat facultatem tollen-
di in totum, nec probandi contrarium, niſi poſt
ſecutam ſententiam, vt habetur infr. hoc eodem
80 ſtatuto, verſic. ſi verò accuſatus; ſed † hæc diſpo-
ſitio ſtatuti videtur ſuperflua, quia hoc idem cau-
tum erat de iure communi, vt tenet Alex. in l. qui
damni, num. 11. ff. de dam. infec. & Iaſ. in l. vi-
deamus, §. deferri, ff. de in lit. iurando, num. 10.
quos, & alios citat Carpan. ad ſtatuta Mediol.
volum. 2. cap. 371. num. 38. cum ſeq. vbi decla-
rat hoc procedere, maximè ſi ſit immoderatè iu-
ratum, & adducit etiam opinionem contrariam
Boſſij in ſua praxi crim. in tit. de rapinis, num. 43.
& quod ideò ſtari debeat iuramento, etiam quod
minus ſit damnum, quàm fuerit iuratum: tandem
verò, vt aliquid operetur, hæc facultas refrenan-
di à ſtatuto conceſſa Iuſdicenti, tenet, quod præ-
ſtito hoc iuramento, poſſit Iudex ei non adhibere
fidem, vbi cognoſcat calumnioſè iuratum ſecun-
dum Cottam in ſuis memorab. in verbo damnum
verſic. ſtatutum prædictum, & in verbo ſtatutũ
Ciuitatis Mediolani, Marſil. in tract. bannit. in
verbo villis, num. 46. Bonacoſ. in quæſtion. crim.
in verbo, de damno dato, verſic. ſtante ſtatuto ibi
81 ex Angel. † calumnosè autem iuratum cogno-
ſcet Iuſdicens per inſpectionem loci, erit enim
efficaciſſima excuſatio ad impediendam condem
nationem, vt tenet Azzo in ſumma C. ad l. Aqui-
liam, & Bald. in l. prima, C. ſi aduerſus libert. verſ.
82 quærit hic Iacobus de Aret. & facit ratio, quia †
inſpectio loci præfertur cuicunq; alij generi pro-
bationum. Barbat. conſ. 7. col. 5. volum. primo,
Bart. in l. prima, col. 3. verſic. ſi hoc eſſet, ff. de
no. op. nun. c. cũ olim, in fine, de cenſibus, diciturq;
ſuperlatiua omnium probationum, nullaq; lege,
aut ſtatuto, poteſt excludi Aſin. in praxi, parte
prima, §. 23. cap. 6. limit. 17. num. 3. plenè Ti-
raq. de retract. lignag. §. 4. glo. prima, num. 36.
cum ſeq. Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 2. num. 57.
cum ſeq. verum circa hoc eſt diligenter animad-
84 uertendum, quod damni appellatione venit, nè
dum emergens de præſenti, ſed etiam de futuro,
vnde creditur procedere diſpoſitionẽ ſtatuti, pro
damno dato in agris, etiã collectis fructibus pro-
pter herbam, inde naſcentem, quo caſu ceſſabit
præſumptio calumniæ per ea, quæ notat ſignan-
ter Didac. Pract. quæſt. cap. 37.

85 An autem † damni appellatione veniat prætiũ;
dic, quod non, l. prima, vbi Bald. poſt glo. ff. de
ædil. edict. benè tamen venit ſub appellatione in-
tereſſe, l. prima, vbi glo. & Bald. C. de his, qui à
86 non dominis, Alex conſ. 67. num. 2. lib. 2. † An
etiam dicatur damnum pati, qui lucrum amiſit, &
dic, quod ſic, quando lucrum iam erat radicatum
glo. in l. nõ amplius, §. ſi certum, ff. de leg. primo,
Alex. conſ. 169. num. 14. vbi Appoſt. lib. 2. alias ſi
lucrum non ſit radicatum, ſecus Bart. l. quominus
num. 6. vbi Iaſ. num. 48. ff. de fluminibus, diſpar
enim eſt ratio damnum pati, vel lucrum non face-
re, Surd. conſ. 383. nu. primo, Menoch. conſ. 58.
num. 74. & 132. num. 4.

87 In verbo, & de prædictis teneatur cognoſcere]
Ita demum † ad expeditionem deuenire poterit,
ſi citatio peremptoria ad inſtantiam partis tranſ-
miſſa fuerit, & parte inſtante, & non alio modo, ſic
diſponunt Nouæ Mediol. Conſt. in tit. de accuſat.
88 circa Iudices in cauſa damni dati, † poteritq; Iu-
dex territorij, in quo damnum datum eſt proce-
dere contra damnum dantem, etiam forenſem,
nec ille poterit opponere exceptionem declina-
toriam, ſic Carpan. ad ſtatuta Mediol. vol. 2. cap.
366. num. 10.

In verbo à tempore feriato, & non feriato] †
quomodo intelligatur, vide ſtatutum ciuile ſupra
27. & infra 143.

89 In verbo, & quod maſſario &c.] ijs † perſonis
pro domino damnum paſſo regulariter de iure
fides dari minime debet, quia ſi iurare debent,
conuenit, vt ſint omni exceptione maiores, vt no-
tat Bald. in l. in bonæ fidei, quæſt. 7. Cod. de re-
bus creditis, & Bart. in l. admonendi; col. pen. ff.
de iur. iur. DD in l. qui accuſare, C. de edendo.
ſed ſtante hoc ſtatuto creditur etiam ijs perſonis
in ſtatuto expreſſis, àttẽta fortè modicitate ſum-
mæ, ſuper qua iurari poteſt, nec poterit fieri pro-
batio in contrarium, ſecundum opinionem Iaſ. in
§. ſed iſte, num. 95. inſt. de actio. Caſſan. in con
ſuetud. rubr. prima, §. 6. in text. pro Lauras Ser-
mant. num. 10. verſic. aduerte.

90 In verbo, non poſſit appellari] valet † ſtatutũ
remouens appellationem, ſic Dec. conſil. 533. nu.
2. refert, & ſequitur Carpan. ad ſtatuta Mediol.
volum.

volum. primo, cap. 26. num. 13. declarans procedere in statuto superiorum, non inferiorum, qualiter autem veniant interpraetanda statuta tollentia appellationé, laté prosequitur Ruginell. in tract. de appellat. §. 12. gl. 2. cap. 3.

91 In verbo, seu nulla dici] hoc recipit † distinctionem secundum qualitates, & differentias nullitatum, quia quædam sunt nullitates, quæ censentur reiectæ, quædam verò, quæ minimè censentur sublatę, quas laté congerit Carpan. ad statut. Mediol. volum. primo, cap. 117. num. 166. cum pluribus seqq. & per Ruginell. de appellat. §. 3. cap. 3.

92 In verbo, nulla exceptione] si statutum † simpliciter remoueret exceptiones, intelligeretur de friuolis tantum, non autem de iustis, & de ijs, de quibus constat in continenti, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 197. num. 4 sed quia statutum remouet tantum exceptionem dominij, & possessionis, ideò similes, & aliæ non censentur reiectæ, quas enumerat Carpan. ad statuta Mediol. vol. primo, cap. 42. num. 166. cum sequent. plurib. & latè etiam in volum. 2. cap. 398. num. 25. cum seqq. plurib. vbi varias DD. auctoritates adducit.

In verbo, non inferatur] dic, quod per hanc reseruationem nihil tribuit de nouo, vt per Ias. in l. edita ad finem, C. de edendo, Crauet. cons. 29. nu. 8. & consil. 33. num. 17. & consil. 127. nu. 7.

93 In verbo, in dominio, vel possessione]† intellige de vtroque Dominio, tàm directo, quàm vtili, & de vtraque possessione, tàm ciuili, quàm naturali, per ea, quæ tradit Pract. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in glo. iure dominij, num. 34. &
94 Franc. de Aretio cons. 29. vbi quid sit,† quomodo acquiratur, & quomodo probetur explicant, & adde Ias. in l. indebiti, §. & si nummi, num. 6. ff. de cond. indeb. & in l. si dominus, §. si fundus, num. 3. ff. de leg. primo, l. cum res, vbi glo. C. de probat. l. prima, §. primo, ff. an syllan. & Ias. in §. omnium, inst. de actionib.

95 In verbo, reprobare] idest † contrarium probare, quod potest regulariter, secundum Steph. tract. de interpræt. iuris, part. 2. num. 46. Clarus in praxi crim. §. fin. quæst. 82. ad primum statutū de damno dato, versic. sed quid ad finem, Plot. in repet. l. si quando, num. 776. cum seq. C. vnde vi. Menoch. in tract. recuper. remed. 15. num. 35. & de arbitr. iud. lib. primo, quæst. 76. nume. 17. Ozasch. decis. 61. nu. 6. & 8. Bonacos. in quæst. crim. in verbo, de dam. dat. versic. & si aduerte, & in suis communibus crimin. in verbo, statutum dicens, quæ contraria probatio pluribus modis fieri poterit, & præcipuè per inspectionem loci, ex qua appareat, non esse tantum damnum, prout fuit iuratum, vt in hac specie notat Ias. in l. videamus, §. final. num 15. ff. de in lit. iur. & in §. sed istæ, num. 94. inst. de actio. & in l. 2. §. si absens, num. 4. ff. si ex noxal. causa, Cotta in suis memor. in verb. statuto Ciuitatis Mediolani cautum reperitur, versic. ad contrarium, vbi etiam alium modum probandi contrarium adducit; sed quod cōtrarium probari non possit, limitat nouem modis, Tiraq. in tract. lignag. §. 4. gl. prima, num. 11. cum seq. tu dic, quod ex quo statutum concedit, poterit probari, cui etiam conuenit dispositio iuris communis; vide tamen Carpan. ad statuta Mediolani, vol. 2. cap. 371. num. 45. cum seq.

96 In verbo, post executionem factam] & meritò, quia exceptio, vel probatio requirens altiorem indaginem; non debet retardare executionem, Bart. in l. 4. §. condemnatum, & ibi D. meus Rip. num. 20. ff. de re iudic. Hippol. Rimin. consil. 48.
97 num. 12. † dicitur autem requirere altiorem indaginem, quando non potest, sic de facili cognosci & determinari, vel infra illud tempus. in quo debet executio fieri, vt notat Practic. Papiens. in forma execut. scientiæ, in glo. sapiens, num. 6. cui adde Cæsarem Contard. in repet. l. vnicæ, limit. 7. num. 25. & seq. C. si de moment. possess. fuerit appell. Capic. decis. 167. Duen. reg. 154. Decis. Bonon. 77. nu. 17. Marant. in vltima part. de ordin Iudic. num 63.

98 In verbo probauerit intentionem suam] an sufficiat semiplena probatio, dic quod non, si est directo contraria, sed si tendit ad diuersa, sufficit iuncto iuramento, vt voluit Practic. in forma responsionis, in gl. iusiurandi, sub num. 15.

99 In verbo, infra vnum mensem] aduerte, quod poterit fieri in vltimo die mensis, vt tenet Practic. Papiens. in forma responsionis rei, in glo. termino assignato, num. 4. Tiraq. in tract. retract. lignag. §. 1. gl. 11. num. 27. & 76.

100 In verbo, in quadruplum] auget † dispositionē iuris communis, quia pro damno, & iniuria ex l. Aquilia competit actio ad duplū, & pro eo, quod quis plus debito petijt, competit actio ad triplum, vt clarè loquitur tex. in §. duplum, & in §. tripli, Inst. de act. sed ad quadruplum non competit actio, nisi pro furto manifesto, & pro eo, quod metus causa factum sit, vel ex causa calumniæ, vt habetur in tex. §. quadrupli, inst. de act. competit etiam pro violentijs, vt ibidem tenet Ang. Are. num. 17. nisi velimus dicere, quod hoc statutum sic odio habeat calumniam, vt velit animaduertere in calumniatores, & eos in quadruplum plectere, iuxta dispositionem d. §. quadrupli Inst. de act. sed Nouæ Const. Mediolani, in tit. de accus. cap. si quis quempiam, imponunt pœnam dupli ei
101 qui accusauit calumniosè, & in hoc casu, † aduerte, quod accusator in quinq; peccare potest, aut si errare decipitur, aut temeritate, seu calore iracundiæ ad accusandum prouocatur, aut calumniatur, aut præuaricatur, aut tergiuersatur, vt tradit glo. in cap. 1. 2. quæst. 3. calumniari est falsa crimina intendere, præuaricari vera crimina abscondere, tergiuersari in vniuersum ab accusatione desistere, plenè materiam calumniatoris, & aliorum, videas apud Farinac. in tractat. crimin. tom. primo, quæst. 16. per tot. si ideò Iudex quempiam in euidenti calumnia depræhendit, legitimam ei pœnam irrogat, & condemnat, vt latè declarat, & prosequitur tex. omninò videndus, & menti tenendus in cap. si quem 2. quæst. 3. vbi agit quomodo quilibet eorum cognoscatur, cui parcat lex, & quem condemnet, & plurimum aborret calumniatores, & vult legitimam pœnam incurrere, vt inquit ibi gl. in verb. legis, ut incurrat pœnam in l. absentem in fine, ff. de pœnis, nimirum si hoc statutum vult, quod accusator succumbens in causa damni dati condemnetur in quadruplum, in quo tamen continetur simplum, Ias. in §. sic itaq; num. 7. inst. de actio. Brun. sup. constit. in verbo, pœna, versic. statutum imponens pœnas, quæ condemnatio irrogat etiam infamiam, vt per tex. in cap. si quis circa 2. quæst. 3. l. athletas, §. calumniator, ff. ex quibus caus. in-
102 fam. irrogat; † poteritq; Camparius, qui iurauit falsum, puniri ciuiliter, & criminaliter. ita

Brun.

Brun. in tract. de constitut. in verbo, Syndicus, dum tamen intra mensem id fiat. cap. ex causa, in tit. de accusat. in Nouis Const. Mediol. ideo bene caueant.

103 In verbo, in damnis, interesse, & expēsis] debet † hæc condemnatio fieri in actu diffinitiuę senten tiæ; non autem potest reseruari, licet possit corū taxatio reseruari Iusdicenti in aliud tempus, & hoc procedit de iure communi, quia debentur offitio Iudicis, quod expirat, lata sententia diffinitiua, vt latè examinat Carpan. ad statuta Med. vol. primo, cap. 54. num. 85. cum seq. vbi etiam adducit, quando possit Iudex absoluere, sed st..nte hoc statuto, videretur dicendum, quod Iudex minime possit absoluere, & si omiserit Iudex condemnationem censetur nihilominus condemnatus ipse succumbens, vt disponunt Nouæ Mediol. Const. in tit. de Iudic. cap. omnes Iusdicentes,

104 quid autem sit interesse, & quotuplex, & qualiter, & quomodo probetur omissis pluribus, vide Practic. Papiens. in forma libelli, in actione reali in gl. & in florentis, & apud scribentes in rubr. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest proferuntur Mascard. de probat. conclus. 929. cum pluribus seqq.

105 In verbo, non possit appellari, quærelari, supplicari, & de nullitate opponi] quid importent, † hæc verba, latè examinat Carpan. ad statuta Mediolani, vol. primo. cap. 116. num. 12. vsq; ad nu 69. & an censeatur, remota nullitas notoria, & quę illa dicatur, vide eundem Carpan. plura congerentem in dicto vol. primo, cap. 133. num. 166. cum seqq. pluribus, vbi latè.

De fideiussoribus exonerandis. Rubr. 43.

ITem statuimus, quod Potestas, & quilibet Iusdicens Papiæ, ad voluntatem fideiussoris requiri faciat debitorem siue debitores principales, quòd ipsos fideiussores ab ipsis fideiussionibus, & obligationibus, & ab omni grauamine infra mensem debeant liberare, postquam steterint in dicta fideiussione per annum à tempore transacti termini obligationis, quàm si facere neglexerint post ipsum mensem teneatur Potestas, vel eius Iusdicens Papiæ, realiter, & personaliter ad voluntatem ipsorum fideiussorum sic facere, & curare, quod integraliter satisfaciat creditori de debito, & ipsi fideiussores ab obligationibus penitus liberentur sine læsione iuris cuiuscunq; creditoris summarie, sine libelli datione, & petitione in scriptis, & sine strepitu, & figura iudiÿ, nulla exceptione, vel cauillatioe obstantib.

Summarium ad statutum 43. in Ciuilibus.

1 RVbr. per gerundium, requirit actum de futuro.
2 Fideiussor proprie quis.
3 Promittens pro alio animo nouandi, an dicatur fideiussor.
4 Fideiussor large quis dicatur, & quid differat fideiussor iudicÿ, à fideiussore contractus.
5 Pater se obligans pro filio, an dicatur proprie fideiussor.
6 Fideiussor stricte accipitur in hoc nostro statuto.
7 Stipulatio est necessaria in fideiussione.
8 Fideiussio non potest præstari per epistolam.
9 Fideiussio etiam de iure canonico requirit stipulationem.
10 Fallit regula in fideiussione facta in iudicio.
11 Stipulatio, quando præsumatur interuenisse in fideiussione.
12 Fideiussio quot modis accipiatur.
13 Fideiussor non potest se in plus obligare, quam principalis, sed in minus.
14 Amplia, vt fideiussor obligans se in grauiorem, in nihilo teneatur.
15 Fallit in fideiussore cum iuramento, quo casu obligatur tamquam principalis, & vide num. 16.
17 Fideiussor potest obligari efficatius, & strictius, quam principalis.
18 Fideiussor pro sorte, an teneatur pro interusurÿs.
19 Fideiussor an possit accipere mercedē p̄ fideiussione
20 Principalis, & fideiussor, qui dicantur, & quibus competat huius statuti benefitium.
21 Fideiussor constituens se principalem debitorem, an possit vti benefitio excussionis.
22 Quid si renuntiauit benefitio Nouar. Constitut. Mediol. tit. de duobus reis, & Epist. Diu. Adr.
23 Fideiussor indemnitatis, an vtatur benefitio excussionis Diui Adriani.
24 Quid interueniente iuramento.
25 Liberare verbum, quid importet.
26 Fideiussor non liberatur creditore inuito.
27 Fideiussori succurritur per dationem pignorum.
28 Fideiussor an liberetur per prorogationem termini factam principali debitori.
29 Fideiussor pro certo tempore, finito tempore liberatur.
30 Fideiussor an liberetur delegatione facta p̄ principalem debitorem.
31 An liberetur per pactum de non petendo factum principali.
32 An liberetur per dationem rei insolutum factā à debitore.
33 An liberetur per depositum factum à principali debitore.
34 Fideiussor non potest agere contra principalem, antequam soluerit creditori regulariter, & an cogatur creditor liberare fideiussorem, & quibus remedÿs.
35 Fallit primo in debitore, qui cepit dilapidare bona, intelligendo de magna dilapidatione, & vide num. 37.
36 Debitor, quando dicatur dilapidare bona.

38 *Fallit secundo, stante inimicitia facto debitoris.*
39 *Fallit tertio, quando molestatur à creditore.*
40 *Fallit quarto, quando fideiussor est condemnatus in iudicio.*
41 *Fallit quinto, in instrumento habente executionem paratam.*
42 *Fallit sexto, facta cōuentione, vt possit agi ante solutionem.*
43 *Fallit septimo, quando fideiussor vellet ire ad studium, vel mutatio status personæ contingeret.*
44 *Fallit vltimo, quando fideiussor diu stetit in obligatione.*
45 *Fideiussor, quando dicatur stetisse diu in fideiussione, & quid stante hoc statuto nu. 46. & 49.*
47 *Fallit pluribus alijs modis de quibus remissiue, & an minor restituatur aduersus fideiussionem absque probatione læsionis.*
48 *Cautela quod fideiussor faciat sibi promitti de releuando toties quoties.*
50 *Annus de quo in hoc stat. quādo incipiat currere.*
51 *Statut. hoc de fideiussore exonerādo, non procedit in fideiussore pro annuo censu, & vide nu. 54. 56.*
52 *Non etiam procedit in fictis libellarijs.*
53 *Creditor agens ante tempus male agit.*
55 *Statutum, quando vnum supponit, & aliud disponit, non habet locum dispositum, nisi verificetur suppositum.*
56 *Annuus census habet obligationem perpetuam.*
57 *Hoc statutū non procedit in fideiussore euictionis.*
58 *Non procedit hoc statutum in fideiussore debiti cōditionalis pro dote restituenda, vel pro tutore.*
59 *Quid si in his casibus fideiussori sit promissum per arbitrum de eum releuando toties & quoties, quid operetur dicta promissio.*
60 *Clausula summariè qualiter intelligenda.*
61 *Debitor principalis non releuans fideiussorem, an possit capi in domo propria.*
62 *Statutum remouens exceptiones non tamen intelligitur tollere eas de quibus hic. [huius stat.*
63 *Correo insolidum obligato an competat beneficiū*
64 *Collaudator an possit petere indemnitatem a principali debitore.*
65 *Quid cessante dispositione huius statuti.*
66 *Collaudator tenetur in subsidium, quando fideiussor non est soluendo.*
67 *Amplia etiam si susceperit obligationem insolidum, & vide num. 69.*
68 *Collaudatio facta insolidum, quid operetur.*
70 *Fideiussionis appellatione an veniat collaudator.*
71 *Fideiussor quem principalis promisit indemnem releuare, an si pulsetur in iudicio a creditore, petere possit à principali illum condēnari ad quantitatē, absq; eo quod petat se indemnē cōseruari.*
72 *Fideiussor licet debitorem principalē cogere possit ad se exonerandū, nō tamen liberatur a nexu obligationis versus princip. creditorē eo inuito.*

Irca hanc rubricam, est videndus omninò Io. Petrus Fontanel. in tract. de pact. nuptial. clausul. 4. gl. 18. part. 3. num. 12. cum seqq. pluribus, Carpan ad statuta Mediolani. lib. primo,
1 cap. 413. & scias, † quod rubrica pro gerundium concepta requirit actum de futuro, sicuti voluit Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. process. num. 91. item præmittenda sunt nonnulla, circa materiam fideiussorum spectantia; & pri-
2 mo, quæro † quis sit propriè fideiussor, & dicitur, qui pro alio obligato promittit, l. fideiussor obli-
3 gari, in princ. & §. fideiussor, ff. de fideiuss. † Hinc infertur, quod qui animo nouandi pro alio promisit, non dicitur fideiussor, nec compræhenditur sub statuto de fideiussore loquente, Bal. in l. in personam, §. qui pecuniam, ff. de pact. Dec.
4 cons. 7. nu. 6. † large autem fideiussor pro illo accipitur, qui principaliter obligatus est pro negotio, ad alium spectante, vt tenet Dec. cons. 268.
5 num. 2. dum etiam quærit, † nunquid pater, qui pro filio obligatur, dicatur fideiussor, & comprehendatur sub statuto, de fideiussore loquente; in
6 hoc autem nostro statuto fideiussor accipitur strictè, & propriè, non autem largo modo, cum in statutis verba propriè, intelligi debeant, vt notatur in l. 3. §. hæc verba, vbi Bart. ff. de negot. gest. & in quo differat fideiussor iuditij à fideiussore contractus, tradit Surd. decis. 218. num. 13.
7 sciendum est autem, quod fideiussor non potest fieri sine stipulatione, cum necessario in fideiussione stipulatio requiratur, l. blanditus, vbi Bart. C. de fideiuss. l. 5. §. satis acceptio. ff. de verborū oblig. vbi Ias. Alex. consil. 87. col. fin. lib. primo, Bal. in l. ex placito, num. 24. C. de rerum permut. Ias. in l. lecta, nu. 30. cum duobus seqq. ff. si cert. pet. tex. in §. fin. vbi Aret. Inst. de fideiuss. Hinc
8 † infertur, quod cum fideiussio necessario requirat stipulationem, non poterit præstari per epistolam, nec inter absentes, vt notat Bald. cons. 180. nu. 1. vol. 5. Vrsill. ad Afflict. decis. 39. nu. 1.
9 Amplia. † vt nec etiam valeat fideiussio de iure canonico sine stipulatione, Ias. in d. l. lecta, in fine. Dec. cons. 93.
10 Fallit † hæc regula, si fideiussio fiat in iudicio. Bald. & Felin. in cap. primo, in 5. col. extra de pactis, Ias. in l. pacta nouissima, in 3. col. C. eod. & in l. prima, in prima col. ff. de verb. oblig. & vide Ias. ponentem quatuor fallentias ad hanc regulam, in d. §. satis acceptio, nu. 2. & Crot. tradentē octo declarationes ad hāc regulā, in l. sciendū, nu. 7. ff. de verb. oblig. vbi etiā Bolognet. limitat, n. 44.
11 An † autem, & quando in fideiussione præsumatur interuenisse stipulatio, videas latè Mascar. de probat. concl. 791. vbi firmat regulam affirmatiuam, nempe, quod fideiussio præsumatur facta cum stipulatione, quam regulam ampliat duobus modis, & quatuor limitat, vt ibi videre est per eum, hanc etiā regulam firmat Menoch. in tract. præsumpt lib. 3. præsumpt. 132. nu. 4. cum seq.
12 Quot † autem modis accipiatur fideiussio, tradit Bart. in Auth. hoc ita, nu. 68. C. de duob. reis.
13 Non est etiam omittendum hoc loco † fideiussorem non posse se in plus obligare principali debitore, sed bene in minus, l. græce, §. illud, vbi Bart. ff. de fideiuss. §. fideiussores, vbi DD. Inst. de fideiuss. Ias. in §. in personam, num. 34. Inst. de
14 actio. quod adeo verum est, vt † fideiussor obligans se in grauiorem causam, & sic in plus, quam principalis, in nihilo obligetur, & sic, nec etiam in eo, quod debet principalis, glos. in d. l. græce, §. illud, Ias. in l. prima, §. stippulanti, num. 9. ff. de verborum oblig. scribentes omnes, in §. fideiussores, inst. de fideiuss. Host. & Abb. in cap. & si Christus, de iur. iur. Marsil. in repet. rub. ff. de fideiuss. nu. 342. cum alijs seqq. vbi ponit hoc pro regula, cum multis limitationibus, & vtilibus declarationibus, hancq; communem dicunt Bart. in d. §. illud Bellonus in d. §. fideiussores nu. 3. Suarez in suis communibus, in verbo fideiussor, in maiori, quem refert, & sequitur Carpan. ad statuta Mediolani vol. 2. cap. 189. nu. 8.

Fallit

15 † Fallit tamen hæc regula inter alias, interueniente iuramento, nam tunc fideiussio in plus, q̃ principale debitum, valet Bart. in l. si quis pro eo, nu. 14. ff. de fideiussor. Aret. & Port. in d. §. fideiussores, Abb. & communiter DD. in cap. cum contingat, vbi Alciat. nu. 173. de iur. iur. Alexã. cons. 30. vol. 4. & tunc fideiussor iurans obligatur tamquam principalis de communi, Alciat. in d. §. cum contingat nu. 174. Hinc † est, quòd si

16 fideiussor scienter cum iuramento promittat maiorem quantitatem, quàm à debitore promissa, aut debita sit, tunc tenetur vti principalis ratione iuramenti, non solum ad quantitatem per principalem promissam, aut debitam, sed ad id etiam, quòd vltra eum scienter promiserat secũdũ DD. supra allegatos, & Bart. in l. hi qui, ff. de fideius. Roma. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. Marcus Anton. Baueria in tract. de veritate iuramenti, in princ. Marsil. in rub. nu. 342. ff. de fideius. Natta cons. 453. nu. 15. vol. 2. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 98. nu. 29. Mancin. de iuram. part. 4. effectu 8. & effectu 15. eiusdem partis.

17 Limitatur † secundo, & vltimo pro nunc conclusio, vt bene valeat obligari fideiussor efficatius & strictius, quam principalis, §. in omnibus, & ibi glos. Aret. & in §. fideiussores, ubi glos. Aret. & Port. Instit. de fideiussor. Ias. in l. vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.

18 Sed iuxta † hoc quæro, numquid fideiussor pro sorte teneatur etiam pro interusurijs, de quo videas, Alex. cons. 34. nu. 5. vol. 2. vbi tenet, quòd fideiussor simpliciter acceptus videtur fideiussisse in omnem causam totius contractus obligationis, & potest conueniri ad vsuras. vide Neguſ. de pignorib. par. 2. memb. 4. n. 47. vide etiam quæ dixi ad cõs. Bal. 4. in 6. vol. & per Surd. decis. 212.

19 Numquid † autem licitè valeat fideiussor pro fideiussione facienda recipere mercedem, & dic q̃ sic, l. si remunerandi, §. fin. vbi Bart. ff. mand. l. hoc iure, §. 1. vbi Bar. & Castr. ff. de donat. Ant. Caldas. in l. si curatorem habens, C. de in integr. restitut. in verb. facultate sub nume. 96. licet ipse contrarium teneat, nec potest talis fideiussor recipiẽs mercedem dici usurarius, cum licitè possit capere ratione periculi, Deci. cons. 7. nu. 10. Didac. Coaruu. testans de communi Variarum resolut. lib. 3. cap. 2. nume. 4. cum pluribus alijs congestis per Carocinm in tract. de locato, & conducto in tit. de fideius. pag. mihi 127. ubi hoc limitat tribus modis, & inter alias, quando appareret de dolo, uel fraude, ad hoc allegat Nauar. in cap. nauiganti de Vsuris in 6. & uide latè Vilagutum in tract. de Vsuris quæst. 23. Vbi latissimè remissiuè Bertazz. de clausulis instrum. claus. 41. gl. 2. num. 3. plenissimè Surd. cons. 306. lib. 3.

20 In uerb. ad uoluntatem fideiussoris] scias, † q̃ ille, ad quem peruenit utilitas contractus dicitur principalis, alter vero dr̃ fideiussor, quidquid in cõtrarium actum fit etiam si fideiussor obligasset se principaliter & insolidũ, Paul. de Castr. cõs. 81. in princ. text. in §. nõ solũ vers. idẽ & si duos, & ibi glo. in Auth. de fideiussor. Abb. in cap. 2. nu. 6. de fideiuss. Alex. ad Bart. in l. marcellus versic. tamen oppono, ff. de fideius. Curt. Iun. in l. in persona, §. qui peccuniam num. 9. ff. de pact. Paris. cons. 110. nu. 75. lib. 5. Honded. cons. 103. nu. 11. Odd. cons. 41. nu. 68. & seq. Crauet. cons. 91. nu. 2. quod verũ intelligo quantum ad eos, qui se obligarunt, secus autem quo ad personam illius, cui facta est obligatio insolidum, latè Ronchegal. in l. reos num. 13. cum seqq. plurib. & nu. 21. & seq. ff. de duob. reis, differt autem fideiussor, à reo debendi, quia reus debendi pro parte tantum tenetur, nisi exprefsè se obliget insolidum, l. reos, ff. de duobus reis, & in Auth. de duobus reis, §. 1. col. 3. sed fideiussor equè tenetur, & insolidũ, sicut ipse principalis debitor, pro quo intercedit, vt tenet glo. in §. si plures, in verb tenetur Instit. de fideiussor.

In verb. principales debitores] vide glo. in Auth. de fideiuss. in princ. Deci. cons. 268. nume. 2.

21 & licet † fideiussor in instrumento se constituerit principalem debitorem, (vt sæpe fieri solet) tamẽ potest vti beneficio excussionis, & alijs beneficijs, quibus vtuntur fideiussores, sic tenet glo. prædicta Marsil. in rubr. num. 62. ff. de fideiussor. Roman. sing. 200. Capella Tholos. q. 80. cum alijs supra citatis; Hocq; excussionis beneficium dicitur fauorabile, & æquitatem præ seferre, Alciat. cons. 710. num. 3. Ozasc. decis. 2. num. 11. taleq; beneficium digestorum iure erat incognitum, Bursat. cons. 203. nu. 6. & hoc beneficium (vt dixi) regulariter omnibus fideiussoribus, & tertijs possessoribus competit, auth. hoc præsente, C. de fideiuss. Marsil. sing. 220. Socin. reg. 177. Duen. reg. 3[illegible] Anto. Gabr. in suis communib. tit. de fideiussor. conclu. prima, vbi pluribus modis ampliat & declarat, & Caroc. abundè in suo tracta. de excuss. bon. Carpan. ad statuta Mediol. lib. 2. cap. 189. nu. 36. cum seqq. pluribus, qui omnes ex professo materiam excussionis exornant.

22 † Limita, vt non procedat si talis fideiussor renunciauit beneficio Nouarum Constitut. & titu. de duobus reis, ac Epistolæ Diui Adriani, vt communiter contingit in clausulis cæteratis, quæ per Notarios in Instrumentis ponuntur, quia eo casu nequaquam poterit vti beneficio excussionis, nec facere quod creditor in primis experiatur de iure suo contra principalem debitorem, per ea quæ tenet Pract. Papiens. in forma libelli contra plures reos in glo. beneficio Nouarũ Constitut. nu. 3.

23 Sublimita postea in fideiussore indemnitatis, etiã quod exprefsè renunciauerit beneficio excussionis, quia poterit nihilominus, eo vti vt per Bart. in l. 1. C. de conueni. fisci debit. libr. 10. Marsil. in rub. nu. 23. & q. 44. nu. 367. ff. de fideiussor. Roman. cons. 211. num. 2. & seq. & cons. 341. num. 6. & communem dicit Corneus cons. 109. nume. 6. lib. 1. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 88. nu. 1. hęc

24 † tñ sublimitatio locũ habere non poterit interueniente iuramẽto, quod vt plurimũ adhibetur in instrumẽtis, quia eo casu talis fideiussor nõ poterit se iuuare beneficio excussionis teste, Alex. cõs. 29. nu. 36. lib. 7. Natta cons. 426. num. 22. Rol. cons. 6. nu. 45. lib. 1. Seraphin. de priuil. 88. Mancin. de iuram. part. 4. effectu 32. nu. 1. & seqq.

25 In verb. liberare] plus † importat, quam exonerare, releuare, & defendere, vide Bart. in l. pater in princ. ff. de dot. prælég. Alex. in l. si pater nu. 2. C. de collat. vbi Castr. & alij, & in l. facere posse, ff. sol.

26 matr. † & nota quod creditore inuito nõ liberatur fideiussor ab obligatione Marsil. in rub. nu. 250. & 255. de fideius. Caroc. decis. 4. † nec ẽt datis fideius

27 soribus, vt ibi per eum, succurritur tñ fideiussori per dationẽ pignorũ, sic Marsil. vts. nu. 256. liberatur aũt fideiussor per prorogationẽ termini factã principali debitori, vltra terminũ, p quo se obligauerit fideiussor, vide tñ distinct. Ias. in l. 1. n. x. C. de Iud. Ant. Gab. in suis cõib. in tit. de fideius. cõcl. 3.

per totam, vbi latè, & vide etiam Thesaur. Pedem.decis. 125. per totam, vbi distinguit ad scien-
29 dum, † an fideiussor liberetur facta prorogatione per creditorem principali debitori, nam aut fideiussor est obligatus pro certo tempore, ita ut vlterius non teneatur, & tunc facta prorogatione ipse liberatur, vt supra dixi, ea ratione, quia fideiussor pro certo tempore, eo elapso remanet liberatus, l. si fideiussori. C. de fideiuss. Dec. consil. 93. per totum, aut fideiussio est simplex, sed dilata est solutio in certum tempus, & tunc facta prorogatione dicti temporis, non tamen liberatur fideiussor, ex magis communi Doctor. sententia, quã testatur Thesaur. dicta decis. 125. numer. 4. vbi infinitos Doctores, ita attestantes allegat Paris. consil. 48. lib. 1. Mars. in rub. ff. de fideiuss. nu. 89. Mart. Coler. de proces. execut. parte 1. cap. 10. nume. 303. quos sequitur Caroc. de locat. & conduct. in tit. de fideius. il 2. q. 6. nu. 5. pag. mihi 246.
30 An † autẽ fideiussor liberetur delegatione facta per principalem debitorem, & dic quod sic, vt latè per Bertaz. de clausulis, clausula 34. glos. 18.
31 nume. 2. † liberatur etiam fideiussor per pactum de non petendo, factum reo principali l. nisi. ff. de fideius. Bertaz. vbi supra. claus. 35. gl. 6. nume. 6.
32 Scias tamen, quod † si debitor creditori rem aliquam in solutum dederit, quę postmodum euicta sit, tunc non liberatur fideiussor. Marsil. in rubrica, num. 372. de fideius. quem refert, & sequitur Bertaz. de claus. instr. glo. 7. nu. 6. clausula 41.
33 An † autẽ per depositionem factam à debitore principali de quãtitate debiti liberetur fideiussor distingue vt per Mars. & Bertaz. supra allegatos.

In verbo postquam steterit in dicta fideiussione] declarat tempus, quando liceat fideiussori a-
34 gere, vt releuetur, † scias autẽ, quod de iure communi fideiussor regulariter, non potest agere contra reum, vt liberetur, vel indemnis conseruetur, antequam soluerit creditori. l. lucius, vbi glos. & Doctor. ff. mand. l. si pro ea, vbi glo. rationem adducit, & ibi DD. C. eod. titu. text. in cap. fin. vbi Abb. de fideiuss. Hipolyt. Rim. Instit. de donat. §. 1. num. 181. & vide latè Bertazzol. de clausul. instrum. claus. 43. glo. 3. nume. 2. vbi ponit plures fallentias ad hoc. Nec cogitur creditor consentire debitori, vel fideiussori, Afflict. decis. 241. nume. 3. & 4. Caroc. decis. 4. Borgn. decis. 11. num. 1. & 2. part. 4. & qualiter liberandus sit fideiussor, nempè an dando alium fideiussorem idoneum, & quomodo cogi possit creditor, tradit Caroc. pulcrè decis. 4. dans tria remedia iudici, à quo fideiussor petit se eximi à fideiussione, primo per captionem pignorum; secundo per immissionem in possessioné; tertio per venditionem bonorum ad effectum satisfaciendi, post Bald. in l. si pro ea, q. 3. nu. 6. C. mand. & latè post Caroc. dicto loco potest què creditor iustè aliquid accipere à fideiussore, vt eum liberet, Didac. libr. 3. var. resol. c. 2. n. 6. Gaspar Roder. de annuis reddit. libr. 2. cap. 12. num. 7. Fontanel. de pact. dotal. claus. 4. glo. 18. par. 2. nu. 26. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de fideiuss. resolut. 5. per totum.
35 † Fallit primo hæc regula, qñ creditor cepisset dilapidare bona d. l. lucius, vbi glo. & d. l. si pro ea, vbi DD. d. c. fin. vbi Abb. de fideius. nam tunc potest fideiussor agere actione mandati, vt liberetur
36 vel indemnis releuetur, † qñ autem debitor dicatur dilapidare bona, Bald. in d. l. si pro ea, post gl. ibi, Bart. in d. l. lucius, vers. in ea gl. & in l. si constã-
te, in 3. q. primæ part. nu. 15. vbi Ias. num. 157. ff.
37 sol. matr. intelligendo tñ de magna dilapidatione, ex qua debitor ad paupertatẽ peruenire possit, vt per Andr. Gail. lib. 2. obseru. 29. num. 8. vbi fallentiam declarat.
38 Fallit secundo, † qñ facto debitoris, orta esset inimicitia, Hippol. in l. j. §. prterea, in 10. col. ff. de q̃stio. Abb. in c final. de fideius. estq; gñale quamcunq; inter viuos liberalitatẽ, superueniente inimicitia reuocari, l. fi. vbi auus mihi mñnus Rip. C. de reuoc. don. intelligẽdo tñ de graui inimicitia, Menoc. de p̃sũp. li. 3. p̃sump. 37. n. 26. & seqq. Mantic. de coniect. vlt. volunt. li. 12. tit. 5. nu. 15. & 16.
39 Fallit tertio, quando molestaretur à creditore, Abb. in c. constitutus, & in c. fin. de fideius.
40 † Fallit quarto, quando fideiussor, sententia Iudicis ad soluendum condemnatus esset, d. l. si pro ea, vbi Bald. num. 7.
41 † Fallit quinto in instrumento guarentigiato, & sic habente executionẽ paratã ex forma statuti, nã tũc in cõtinenti põt agere ad liberationẽ fideiussor, ita Bal. in d. l. si pro ea, Soc. reg. 147. fallent. 9. de qua vide Franch. decis. 414. Anton. Fab. allegat. lib. 4. tit. 26. diffinit. 26. Foler. in sua praxi censuum, in verbo tamquam res iudicatas nu. 43. Alex. cons. 72. nu. 6. vbi appostill. lib. 2.
42 † Fallit sexto, qñ esset cõuentũ inter debitorem & fideiussorẽ, vt possit agere ad liberationem ante solutionẽ, d. l. si pro ea pactũ. n. seruãdũ est, l. iurisgẽtiũ, §. p̃tor ait. ff. de pac. l. j. §. si cõueniat, ff. dep.
43 † Fallit septimo, quando fideiussor vellet ire ad studiũ, Abb. in c. fin. nu. 4. de fideius. Roman. sing. 101. Soc. d. reg. 147. fallent. 5. vel qñ principalis mutasset cõditionẽ, & ageretur de fideiussore iudicij, talisq; mutatio impossibilitatẽ annexã haberet, secus in fideiussore contractus, Menoch. cons. 248. nu. 7. Hõded. cõs. 111. nu. 59. & seq. lib. 1.
44 † Fallit octauo, & vltimo, pro nũc qñ fideiussor diù stetisset in obligatione, nã tũc põt agere, vt liberetur gl. in d. l. si pro ea, & in d. l. lucius, & d. c. fi. vbi DD. Felician. de Solis, in tract. de censib. lib. 3. c. 3. nu. 19. Ant. Hering. in tract. de fideiussor. c. 25 & seq. Guid. Pap. decis. 117. Affli. decis. 241. Gail. li. 2. obser. 29. Frãc. decis. 414. Borgn. decis. xj. p. 4.
45 Menoch. de arbit. Iud. casu 41. vbi docet relinqui arbitrio Iudicis, qñ fideiussor diù in obligatione stetisse dicatur, reprobata gl. in d. l. lucius, quę intellexit de decẽnio, & q̃ stetur arbitrio Iudicis, tenet Guid. Pap. q. 117. idẽ tenet Soc. reg. 148. fallẽt. 3. And. Gail. lib. 2. obser. 29. nu. 6. idẽ tenet Meno.
46 de arb. Iud. casu 22. nu. 2. † hoc tñ arbitriũ Iudicis cessat Papiæ, stante hoc statuto, q̃uo dispositũ est fideiussorẽ posse agere ad liberationẽ, qñ per annũ stetit in obligatione à tẽpore trãsacti termini obligationis, prout in p̃prijs terminis huius statuti admonet Menoch. supra relatus d. cas. 41. n. 4.
47 Alias † fallẽtias ad hãc regulã poteris videre in gl. in d. l. Lucius vbi DD. Marsil. in rub. de fideius. nu. 216. q. 31. Papon. li. x Arest. 4. tit. 20. Affli. dec. 241. Mago. Rot. Luc. decis. 6. nu. 5. & seq. Alb. cõs. 426. li. 3. And. Gail. li. 2. obser. 29. Mathe. Coler. de proces. execut. par. j. c. x. nu. 312. cũ seq. Frãc. dec. 202. par. j. Soc. d. reg. 148. fallẽt. 8. Afflic. cõsti. li. 3. rub. 12. n. 11. vide ẽt Carp. ad stat. Med. c. 413. nu. 20. cũ seq. plurib. & p̃cipuè si minor 25. annis fideiussisset potest in integrum restitui, l. ait prætor. §. non solum. ff. de min. Odd. de restitut. part. 2. quæstio. 54. artic. 2. numer. 3. nec læsio probanda est, Anton. Gam. decis. 162. num. 5. Molin. de

contract.

contract. disput. 540. num. 21. Barbos. ad l. primam part. 3. num. 58. ff. sol. matrim. Surd. consil. 226. num. 19. licèt contrarium consuluerit, Morot. resp. 87. num. 11. & videndus Fontanel. in tract. de pact. dotal. claus. 4. gl. 18. part. 3. nu. 30. & seq. vbi disputat, an idem sit, stante iuramento adiecto fideiussioni.

48 Ad † tollendam tamen omnem difficultatem cautela est quod fideiussor faciat sibi promitti per principalem de eum liberando, & ab obligatione eximendo, toties quoties requisitus fuerit, de qua cautela videas per Bertaz. solú de claus. instrum. claus. 43. glos. 3. num. 3.

49 In verbo, per annum] in hoc declarat ius commune, † quo iure fideiussor non potest petere se exonerari, nisi diu steterit in obligatione, quod tempus per nostrum statutum est redactum ad annum à tempore transacti termini obligationis vt supra dixi, ex Menoch. casu 41. num. 4. de arb.

50 Iud. sed sepè contigit dubitari, † quando incipiat hic annus, & terminus censeatur transactus; quidam volút, quod incipiat à die contractus celebrati, & obligationis factæ, aliqui volunt, quod pendente dilatione statuta debitori ad soluendu, vel aliquid faciendum, non currat iste terminus, & incipiat tunc currere finita dilatione, & pro hac opinione concurrit, Aret. in §. si quis autem, Inst. de fideiuss. sed mihi hæc opinio non placet, & adhæreo primæ, si tamen agatur de obligatione pura, motus ea ratione, quia finita dilatione per creditorem statuta principali debitori, poterit tàm fideiussor quàm debitor de proximo condemnari, & eo casu similiter poterit fideiussor agere contra principalem post annum, vt releuetur, & exoneretur, Tiraquel. in tract. de legibus connub. gl. 2. ex potiori, num. 5. & ita pro prima opinione aliquando consului, vide Soc. reg. 191. limit. 3. Bald. & Salyc. in l. si pro ca. nu. 5. C. mand. Ferrant. Gargiareus in suis patrocin. causarum patrocin. 3. num. 8. & 9. si enim ageretur de obligatione conditionali pendente conditione fideiussor nundum esse in obligatione Bart. in l. facere, ff. solut. matrim. puta in debitore cui ctionis, Bald. in d. l. si pro ca num. 5. C. mand.

51 Sed † hic contigit dubitari, numquid statutum nostrum vendicet sibi locum in fideiussore, quod pro annuario censu perpetuo soluendo fideiussit, adeo ut ipse possit gaudere, beneficio huius statuti & dic quod nón, nó enim statutum de fideiussore exonerando locum habet in his contractibus, qui perpetuam, non autem temporalem habet obligationem, qualis est annuus census, Alex. in adit. ad Bart. in l. lutius in glo. magna, versic. & adhuc legem, ff. mand. Soc. tract. fallentiarum reg. 191. limit. prima, latè Trentacinq. lib. 3. var. resolut. tit. de fideiuss. resolut. 5. Afflict. decis. 241. nu. 3.

52 vers. & quod ad hoc, & † quod in contractib. censuum, & ficti libellarij, ac tutelæ, & curæ, qui perpetuam obligationem habent, non habeat locum statutum de fideiussore exonerando, tenet Carpa. ad statuta Mediol. cap. 413. vol. 1 nu. 60. vbi attestatur, ita fuisse declaratum per Senatum Excellentiss. Mediolani, licet ipse Carpan. ad hoc nihil alleget, & ratio est, quæ necessario ex verbis statuti colligitur, cum enim obligatio sit perpetua verificari non potest dispositio huius nostri statuti, & sic non potest fideiussorem dici stetisse in obligatione per annum à tempore transacti termini

53 obligationis, † & qui agit ante tempus, & prematurè malè agit, l. 1. in fine, ff. quando dies leg. vsufr. ced. l. item quia, ff. de pact. l. exceptionem vbi Bart. ff. de probat. Alex. cons. 95. ante num. primú lib. 1. & ita etiá tenet Felician. de Solis, in tract. de censib. lib. 3. cap. 3. num. 9. & tom. 2. cod. lib. 3. c. 3. Anton. Gomez. var. quæst. tom. 2. c. 13. num. 13. & seqq. Io. Petr. Fontanel. in tract. de pact. dotal. claus. 4. glo. 18. part. 3. nu. 15.

54 Accedit quòd statutum † si rectè consideretur non videtur ea mente fuisse, vt vellet comprehendere fideiussoré perpetuæ obligationis, ut in posteriori parte statuti cauet, quod Prætor Papiæ, vel quilibet alius iusdicens, realiter, & personaliter, ita curet, vt omnis debitor creditori satisfaciat, & fideiussor liberetur, quæ dispositio nó potest habere locum in perpetuis obligationibus, cum debitores perpetuæ obligationis cogi nó possint, ergo nec etiam fideiussores poterunt petere se eximi à dictis obligationibus perpetuis, nam

55 † quoties statutum vnum supponit, & aliud disponit, non habet locum dispositum, nisi suppositum verificetur, glos. in l. mancipia, in versiculo [illegible]andum, vbi Fulgos. & Castrens. C. de seruis fugit. Dec. consil. 90. colum. 2. num. 2. vers. si ergo [illegible] & cons. 259. num. 6. Caballin. de euictione. § 2. num. 19.

56 Quod † aút cēsus habeat naturam, & obligationem perpetuam, tenet Coarruu. variar. resolutio. lib. 3. cap. 7. Clarus lib. 4 § emphyteusis, quæst. 1. vers. contractus autem; sublimitatur tamen præsens declaratio, non procedere, si debitor principalis laberetur facultatibus, vel plures pro fideiussione molestias sustinuisset, vt quia singulis ferè annis à creditore molestaretur pro solutione, tunc enim vt liberaretur agere posset, l. si pro ca. ff. mandat. ibi neque bona sua dilapidare postea cœpisse comprobare possit, Menoch dicto casu 41. numer. 13. Fontanel. de pact. dotal. dicta glos. 18 claus. 4. parte tertia. num 16. & 17.

57 † Idem dicimus, vt huiusmodi statutum non vendicat sibi locum in fideiussore euictionis, cum non dicatur fideiussor stetisse in obligatione quádiu casus euictionis non euenerit, Aret. in §. si qd vero cum cœteris per eú relatis. Instit. de fideiuss. Afflict. decis. 241. nu. 46. Marsil. in rub. de fideiuss. n. 225. cum alijs citatis per eu. Menoch. cons. 41. nu. 8. Vrsil. in addit. ad Afflict. d. decis. 241. nu. 4. & ratio est, quia licet diu in promissione steterit, non tñ stetit diu in obligatione, vnde non est primo liberandus, quàm obligandus, Cyn. in l. si pro ca. num. 3. vbi Salic. num. 5. C. mandat. Ferrant. Gargiar. in suis patrocin. causar. patrocin. 3. nu. 9. ante eos hanc tenuit Cyn. Bald. & alij in l. si pro ca C. mandat. vbi Salicet. nume. quinto, dicit hanc esse communem opinionem, Bartol. Bald. Castr. Alexand. Ias. Dec. in l. facere posse. ff. solu. matr. Bald. Castrens. Alexan. Ias. & Dec. in l. si pater. C. de collation. quibus addo Bertazzol. de clausulis instrumen. clausula 43. glo. 3. nu. 4. vbi hoc intelli-

58 git nedum in fideiussore † pro euictione, sed etiá quando quis fideiussit pro debito conditionali, vel pro dote restituenda, vel pro tutore, qui non potest conueniri ante finitam tutelam, in quibus casib. fideiussor nó pôt agere vt à fideiussore liberetur cú nundú euenerit condó soluédi debitú, vel casus restituédæ dotis, vel tps agendi actione tutelæ

59 vt p Afflict. decis. 241. n. 4. Sed q si in casibus debitor principalis promiserit fideiussor, de eu conseruado indemnem, & nó releuare toties, & quoties,

& creditor nolit alium fideiussorem acceptare, quo casu non potest cogi, l.si mãdato, §. primo, ff. mand. quid faciendum, & dic. quod hoc casu sufficit, quod promittens præstet fideiussorem idoneum de conseruando fideiussorem primum indemnem ab obligatione, vt post Bald. in l. 2. nu. 9. Cod. de sentent. quæ sine certa quantitate, & alios firmat Bertazzol. de clausul. instrum. d. claus. 43. glos. 3. in fine, num. 4. nec potest conueniri is, qui promisit aliquem indemnem seruare, nisi is, pro quo promisit conueniatur à principali creditore, Bart. in l. prima, C. de conuen. Fisc. debit. lib. 10. Anton. Gamma decis. 379. Honded. cons. 50. sub num. 13. Alb. consil. 328. num. 2. 7. 8. & seqq. Borgn. decis. 11. num. 10. part. 4.

60 In verbo, summariè &c.] vide supra statutum† ciuile tertium, & quomodo intelligatur, talis clausula, vide infra statutum ciuile 137. Practic. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in verbo, summariè, Bart. in tract. ad reprim. in verbo summariè.

61 In verbo, realiter, & personaliter] † limita in domo propria, vel conducta, vel porticu, vel limite, vt per statutum ciuile 641. limita etiam in conducente victualia ad Ciuitatē, vt volunt Nouæ Const. Mediolani, in tit. de execut. & famulis Iusdicentium, cap. si verò executiones, §. has tamen, & decretum 11. nu. 14.

62 In verbo, nulla exceptione, vel annullatione obstantibus] plures, † nihilominus admittuntur exceptiones, veluti inhabilitatis agentis, præscriptionis, non numeratæ pecuniæ, compensationis, quod metus causa, pacti de nõ petendo, defectus exhibitionis instri, quod non sint obseruata pacta reciprocè facta, exceptio oriens ex alio statuto, exceptio sequestri, cõpromissi, & exceptio respiciens substantiam, & validitatem contractus, exceptio defectus causæ, exceptio defensionis innocẽtiæ, rei non traditæ, & Senatus consulti Veleyani, vel Macedoniani, exceptio rei iudicatæ, & aliæ similes, quas congerit, & plures orientes adducit Carpan. ad statuta Mediolani, volu. primo, cap. 42. num. 172. cum pluribus seqq. & abundè per Grass. in suo vberrimo trac. de except.

63 [In] complemento quæro, an beneficium huius statuti competat correo in solidum obligato, & dic, quod sic, pro ea parte, pro qua est fideiussor, ita notat Bart. in Auth. hoc ita nu. 67. & 69. C. de duobus reis, & in l. reos, num. primo, ff. eod. Castr. cons. 331. vol. primo. Alex. cons. 41. vol. 5.

64 Ampliatur in † Collaudatore fideiussoris, qui tamen non principalis, sed fideiussoris mandato collaudat, quod possit petere indemnitatem à principali debitore, facit tex. in l. qui petitur, & l. qui fidem, ff. mand. l. qui fideiussores, & l. seq. ff.

65 ad Velleian. soc. regul. 181. limitatio. 9. limita tamen, vt non procedat, si cessaret dispositio huius statuti, vt per Castr. cons. 249. num. 2. volum.

66 primo, aduerte † tamen, quod collaudator, seu approbator fideiussoris, tenetur solum in subsidiũ quando fideiussor receptus non esset soluendo, vt per D. Costam in suo tract. de remed. subsid. remed. 5. num. primo, vbi num. 2. vult hoc proce-

67 dere, † etiam si collaudator susceperit obligationem insolidum, nam adhuc non tenetur, nisi in subsidium, scilicet, quando fideiussor receptus

68 non est soluendo, operatur tamen dicta † collaudatio insolidum, vt non possit opponere beneficiũ excussionis, & ideo collaudator insolidum primo loco conuentus à creditore liberatur, vt ad nihil teneatur, quando per eum probatur fideiussorem tempore fideiussionis præstitæ, & collaudationis per eum factæ fuisse idoneum, licet postmodũ desierit esse soluendo, ita D. Costa d. remed. 5. nu. 3.

69 intelligendo tamen, vt ibi per eum, scilicet dummodo verba collaudationis aliud nõ exposcant, vel nisi collaudator lucri causa, aut pretij, collaudauerit, aut scienter, vel dolosè fideiussorem idoneũ affirmauerit, & quando collaudator vicem fideiussoris obtineat, tradit idem D. Costa ibidem nu. 6. vbi num. 7. vult appellatione fideiussoris in ma-

70 teria statutaria, vel conuentionali, aut legali, minimè contineri collaudatorem, ex Carpan. ad stat. Mediol. cap. 416. num. 174.

71 Quid modo, si principalis promisit fideiussorẽ indemnem releuare; fideiussor autem pulsatus in iuditio ad soluendum, petit condemnari principalem sibi ad quantitatem, pro qua fideiussit, & molestatur, an petitio subsistat, ex quo non petijt se indemnem conseruari, tradit Bald. in l. fi. col. fi. C. de vsur. rei iud. Chart. decis. Genuæ 116. vbi tenet iure agi posse ad quantitatem.

72 † Licet autem possit fideiussor agere cõtra principalem ad se exonerãdum, ex dispositione huius statuti, non ob id tamen fideiussor liberatur à principali creditore, qui inuitus non cogitur eum liberare, Mars. in rubr. de fideiuss. nu. 250. & seq. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 413. nu. 34.

Quod bona debitorum sint obligata fideiussoribus. Rubr. 44.

Item statuimus, quod bona debitorum, intelligantur expressim, & nominatim obligata fideiussoribus suis, eo die, et ex quo die in antea, quo cõtractus fuerit celebratus in quo intercessit, licet fideiussor non fecerit sibi caueri de conseruando se, & bona sua indemnem.

Summarium ad Statutum 44. in Ciuilibus.

1 *Ad materiam huius statuti, qui Doct. videndi.*

2 *Iudex etiam incompetens, potest cogere debitorem ad soluendum fideiussori illud, quod pro eo soluit.*

3 *Hypotheca inducta per hoc statutum dicitur expressa.*

4 *Fideiussor soluens creditori, debet ab eo obtinere cessionẽ personalis, & hypothecæ, & cogitur creditor facere dictam cessionem.*

5 *Fideiussor non agit ad bona debitoris obligata, nisi post factam solutionem.*

6 *Et quid si habet confessionem de solutione, & vide num. 8.*

7 *Fideiussor an post factam solutionem, habeat paratam executionem in bonis debitoris.*

9 *Fideiussor repetit à reo principali, quando debitorem suum dellegauit creditori.*

10 Fi-

10 *Fideiussor repetit, quando successit creditori, vel quando fuit liberatus ex causa ipsius fideiussionis.*
11 *Fideiussor soluens, tenetur notificare debitori.*
12 *Sententia contra principalem lata, an mandetur executioni contra fideiussorem.*
13 *Quid in sententia lata contra fideiussorem, an eo instante sine nouo processu mandetur executioni contra principalem.*
14 *Fideiussor potest soluere de substantia rei principalis.*
15 *Fideiussor obligatus, ad certum tempus soluens repetit à reo principali.*
16 *Fideiussor, an repetat expensas, & sumptus in causa factas.*
17 *Fideiussor tenetur defendere, & opponere exceptiones sibi, vel reo competentes.*
18 *Fideiussor tenetur appellare, si sibi fiat iniuria.*
19 *Fideiussor, an repetat vsuras solutas.*
20 *Quid si soluit vsuras sponte, ac indebitè.*
21 *Fideiussor, an possit agere ad damna, & interesse contra debitorem principalem.*
22 *Fideiubere pro alijs periculosum.*
23 *Ars fideiussoris magis damnosa, quàm alia.*
24 *Fideiubens pro alio dicitur malè vti substantia sua.*
25 *Statutum hoc loquens de fideiussoribus, an procedat in pluribus reis debendi principaliter, & insolidum obligatis, qui inter se ipsos dicuntur fideiubere.*

1 AD materiam huius statuti, vide Alexan. in l. facere posse. ff. soluto matrimon. & in l. lucius. §. fi. ff. mand. & cons. 58. colum. penul. lib. 7. Neguf. de pignor. in 4.
2 memb. 2. part. Rom. cons. 147. † Rip. in l. j. nu. 27. ff. solut. matrim. quod quilibet iudex etiam incópetens potest etiam de facto, & sine nouo processu compellere debitorem ad soluendum fideiussori id, quod fuit ab eo exactum nomine principalis, ita notat Marsil. in tracta. bannitorum, in verbo iudice, nu. 172. & absque cessione, alias semper requiritur cessio, Magon. Rota Florent. decisio. 94. in fine.
3 In verbo expressum, † nota quod hyppotheca dicitur expressa vigore huius statuti, ita notat Ripa auus meus maternus in rubr. ff. ex quibus causis pignu. vel hyppotec. tacitè contrah. differt autem, quod fit expressa, vel quod pro expressa habeatur, Bar. in l. licet. ff. eo. expressa aút quot modis considerari possit, præter Doct. in l. 1. vbi D. auus mihi maternus, Rip. numer. 50. cum sequentibus pluribus, videndus est latissimè Tiraquel. de legib. connubial. gloss. 7. in verbo expressè, nu. 82. cum centum numeris sequentib. & vltra. & per Intrigliol. de substitution. centur. 1. quæst. 12. per totum, vbi plenè, an autem dicatur vera, vel ficta ista hyppotheca, ego tenerem dici expressam, cú statutum pro expressa velit haberi, vbi enim lex vel dispositio vult aliquid haberi pro expresso, satis factum dicitur dispositioni, vel actui volenti, quid expressè fieri, l. omnes, vbi Bal. & cæteri, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, cum innumeris in id congestis, per Tiraquell. de legib. connub. glos. 7. in verbo expressè, nume. 202. qui licet num. 519. aliquos referat contradicentes, vbi tamen apponitur in l. uel rescripto Principis habentis, auctoritatem legis condendæ, id admittit haberi pro expresso, num. 204. at sic est, quod Ciuitas habet facultatem statuta condendi, ergo, sic etiam sensit Intrigliol. in tractatu de substitut. centur. 1. quæst. 12. num. 91. & seqq.

4 Aduerte tamen, † quod fideiussor soluens creditori, potest ab eodem obtinere cessionem iuriú personalis, & hyppothecariæ, & tenetur dicta iura cedere. l. 2. C. de fideiuss. vbi Doctor. Neguf. de pignor. in 3. membro, quintæ part. principalis, nume. tertio, latissimè Bertaz. de clausul. instrum. claus. 40. gloss. 4. num. 6. in fine, & sequenti, vbi latè materiam cessionis faciendæ à creditore fideiussor excutit, Magon. Rot. Florent. decis. 94. ad finem, Anton. Hering. in tractatu de fideiuss. parte 3. cap. 27. de benef. cedend. act.

5 In verbo obligata] nota, † quod fideiussor non agit ad bona debitoris obligata, nisi uera solutione facta, Bartol. in l. duobus, §. fideiussore. ff. de iureiurando, Alexan. consil. 25. columna. 2. libro se-
6 cundo, vbi agit etiam † de confessione per solutionem obtenta, & tunc habet executionem paratam in bonis debitoris. Rebuff. de liter. obliga. artic. 6. glos. 3. num. 33. sequitur Carpanus ad statuta Mediolani, cap. 42. num. 138. versi. septimus
7 casus est in fideiussore, † quod verum est in fideiussore iudicatum solui, secus in fideiussore contractus, Marsil. in rubr. de fideiussor. quæst. 53. num. 363.
8 † An autem fideiussor repetẽs à debitore principali, teneatur probare solutionem, per veram numerationem, an sufficiat probare per solutionem; respondetur sufficere, si probet per confessionem, quicquid nonnulli tenuerint, contrarium, vt de communi testatur pluribus citatis Bertaz. de clausul. instrum. claus. 43. gl. 6 num. 1.
9 Amplia, † vt nedum fideiussor soluens repetat à principali, sed etiam si debitorem suum delegauerit creditor, licet inopem adhuc repetit, Bertaz. dicta clausula 43. gloss. 6. nume. secundo, vbi num. 3. cum seqq. vult.
10 † Fideiussorem repetere aliquando, etiam si nihil soluerit, puta, quando successit creditori, vel quando gratis fuit liberatus ex causa ipsius fideiussionis, puta donatione, vel remuneratione, plures citat, qui apud eum videri possunt, & nu. 4.
11 vult fideiussorem soluentem teneri, intimare debitori, ne iterum soluat, l. si fideiussor. §. si cum debitor. ff. mandáti.
12 † Sed dubitatur, nùm sententia lata contra debitorem principalem, possit mitti executioni cótra fideiussorem, communis est Docto. resolutio, aut loquimur in fideiussore contractus, & non potest, aut in fideiussore iudicij, & potest, Guid. Papæ quæst. 26. Bertaz. dicto tracta. claus. 43. glo. 8. num. primo, cum pluribus alijs in id congestis per D Costam, olim Colegam meum de remed. subsid. remed. 30. nume. 19. Surd. decis. 218. nu. 13. Caroc. decis. 136. Bursat. cons. 203. Marsil. in rub. de fideiuss. quæst. 49. num. 348.
13 † Sed quid in sententia lata contra fideiussoré, an possit sine nouo processu mandari executioni contra principalem, & distinguitur pariter, aut loquimur in fideiussore iudicij iudicatum solui, & potest, aut in fideiussore contractus, & túc nequaquam. Bald. in l. fin. C. de vsur. rei iudic. Marsil. in dicta rubr. de fideiuss. quæstio. 52. num. 362. Ber-
14 taz. dicta clausula 43. glos. 8. num. 2. † An autem fideiussor possit soluere de substantia, & bonis debitoris, dic quod sic, glo. in l. venditor. ff. de iudic. Francisc. Marc. decis. 584. parte prima. D. Costa dere-

15 de remed. subsid. remed. 30. num. 7. † Amplia, vt fideiussor soluens repetat à reo dato, quod esset obligatus solum ad certum tempus. l. si fideiussor. §. fin. ff. mand. Bertazzol. dicta clausi. 43. glos. 6. in
16 fin. sed † an repetat fideiussor etiam impensas in
17 causa factas, † sciendū est. n. quod fideiussor tenetur se defendere, & opponere exceptiones omnes sibi, vel reo principali competentes. l. si fideiussor, in principio. ff. mandat. & vbi fiat iniuria tenetur appellare. l. si pro ea, vbi Bald. ff. de fideiussor. D. Costa d. remed. 30. num. 11. in principali dubio distinguitur. Aut fideiussor sua culpa succumbit, quia sine iusta causa litigauit, vel exceptiones non opposuit, aut ineptas, & eas non repetit, si verò iustè litigauit, causaque dubia erat, & nulla ei potest adscribi culpa, & tunc eas repetit, Bertaz. de clausul. instrument. clausul. 43. glos. 2. num. 6.
18 Amplia, † vt fideiussor repetat etiam vsuras solutas vigore conuentionis præambulæ iuratæ. Seraphin. de iuramento, priuileg. 116. Putn. decis. 178. lib. 3. Honded. consil. 17. lib. secundo, Costa dicto remed. 30. nume. 12. vbi num. 13. ex Hon-
19 ded. & alijs limitat, non procedere, quando fideiussor sponte soluisset vsuras indebitas, vel quando nulla imminebat executio, vel ad eas non erat obligatus, vt ibi latè per eum.
20 An † autem fideiussor possit agere ad damna, & interesse contra fideiussorem, respondetur, quod sic. Marsil. in rubr. de fideiuss. quæst. 26. nu. 193.
21 † Sed cum fideiussionis causa semper sit periculis & litibus, ac damnis obnoxia, ideo ab ea, quo fieri potest cauendum est, nam dixit Salomon. in prouerb. c. 22. vers. 26. & 27. noli esse cū his, qui desigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis, & cap 6. vers. 1. 2. & sequenti. fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneū manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus, hinc exijt prouerbium, sponde, noxa præstò est, & in id genus plura congerit, Anto. Hering. de fideiussor. cap. primo, nume. 3. cum pluribus sequentibus, & plures uidi ex causa fideiussionis ad paupertatem redactos,
22 cum raro contingat, vt fideiussor nō soluat, † merito prudentissimi legum latores post titulum de fideiuss. subdunt titulum de nouat. postea de solutionibus, quasi quod nisi accedat aliqua nouatio, fideiussor teneatur, seu cogatur soluere; Hinc ēt receptum est apud nostros, quod fideiussoris sors damnosa magis, quàm alia quælibet, cum lucrum nullum adsit, damnum autem ferè certum, non
23 immeritò dixit Angel. † quod fideiubens pro alio malè dicitur vti substantia sua, sequitur Rip. auūs meus in l. si constante, numer. 38. ff. soluto matrimonio, Bertazzol. de clausul. instrum. claus. 39. glo. 1. num. 18. & sequen.
24 Sed † quæro, an præsens statutum locum habeat in pluribus reis debendi principaliter, & insolidum obligatis, qui inter se ipsos dicuntur fideiubere, tāquam is principalis dicatur, ad quem pecunia peruenit, vel negotiū principaliter tāgit, vt per Crau. consil. 77. num. 2. & 91. num 2. & 3. Roland. à Valle cons. 64. num. 5. libro primo, Hector Felic. in tractatu de societ. cap. 32. nu. 49. Hanc quæstionem ex professo disputauit, Petrus Cabal. consil. 161. dubitatum fuit, & tenet negatiuam opinionem non procedere in duobus reis, ex eo, quod præsens statutum sit contra ius commune, quo fideiussori non datur hyppothecaria, sed actio mandati. l. mandati. C. de fideiussor. quæ personalis est, hyppothecaria autem datur, ubi cessæ sint actiones, vnde cum sit correctorium iuris communis, strictè, & propriè debet intelligi, & ibi latè uersatur post Signorol. de Homod. cōs. 76.

De officio potestatis, & bailia Vicarij Domini Potestatis Papiæ, & Iudicum rationis Papiæ in causis infrascriptis. Rubr. 45.

Item statuimus, quòd Vicarius Domini Potestatis Papiæ, eiusq; assessor, & iudices rationis Communis Papiæ, & quilibet ipsorum habeant iurisdictionem ordinariam in qualibet causa ciuili; ita quòd coram eis possint fieri omnes actus iuridici, tam contentiosi, quàm voluntarij. Ac etiam habeant licentiam, concessionem, potestatem, auctoritatem, bailiam, & iurisdictionem omnimodam dandi, & confirmandi tutores, & curatores, & actores minoribus legitimæ ætatis, mutis, furiosis, surdis, prodigis, & mentecaptis, bonis vacantibus, & indefensis, & alijs quibuscunque de iure tutores, curatores, & actores dātur, auctoritatē, & decreta præstare possint in quibuscūq; cōtractibus, donationes insinuare, maiores, & minores cuiuscunque ætatis pronunciare, in solutum dare creditoribus, & habere debentibus, de bonis, & rebus, & iuribus immobilibus debitorum suorum, præcepta condemnationes voluntarias facere, & in emancipationibus auctoritatem præstare notarios creare, breuiaria, notas, prothocolla, & scripturas cuiuscunque defuncti, vel absentis, seu aliter impediti committere cuicunque notario, de dicto collegio, cum præsentia, & voluntate Consulum dicti collegij, vel maioris partis. Auctoritatem, & decretum interponere quibuscunque instrumentis: repudiationum immissionum, additionum, hæreditatum, & instrumentorum confectioni, inuentariorum exemplandorum, & authenticandorum. ¶ Et prædicta possint exercere stando, & sedendo, & in quacunque parte Ciuitatis, territorij, & districtus Papiæ. Et in prædictis omnibus, & singulis, & quolibet

pradi-

prædictorum ipsi, & quilibet ipsorum possint, & esse debeant, & intelligantur iudices ordinarij.

Summarium ad Statutum 45. in Ciuilibus.

1 *Vicarius, & Assessor, an dicantur synonyma.*
2 *Vicarius vnde dicatur.*
3 *Vicarius prætorius Papiæ, an ea possit, quæ Prætor.*
4 *Appellari non potest à sententia lata à Prætore Papiæ ad Vicarium, nec è contra.*
5 *Prætor, ac Vicarius Papiæ sunt iudices ordinarij, & habent iurisdictionem insolidum.*
6 *Delegatorum, an vnus possit cognoscere sine alijs.*
7 *Vicarius, an possit alium Vicarium sibi constituere, & quando, & vide num. 9.*
8 *Assessor cuius debeat esse peritiæ, & quòd salarium ei debeatur.*
10 *Assessor quis dicatur.*
11 *Officium assessoris quale.*
12 *Assessor, an possit esse iudex.*
13 *Mortuo Prætore Papiæ, an extinguatur iurisdictio iudicis, & Vicarij.*
14 *Accessorium cessat sublato principali.*
15 *Prætor quare habeat ius eligendi iudicem, & Vicarium.*
16 *Iudex, & Vicarius de Ciuitate, vel territorio, in qua debet residere, non potest eligi.*
17 *Iuridictio ordinaria quæ, & quando factus sustineatur, vel tollatur ratione iurisdictionis.*
18 *Iurisdictio officialium in hoc dominio durat solum biennio.*
19 *Causa, quæ dicatur.*
20 *Statuta Papiæ diuisa in duas partes in ciuiles, & criminales.*
21 *Causæ criminales dicuntur maiores ciuilibus.*
22 *Causæ, quando dicantur criminales.*
23 *Causæ ciuiles, quæ.*
24 *Vicarius Potestatis habet iurisdictionem ordinariam in causis ciuilibus.*
25 *Limita in nonnullis casibus ibi enumeratis.*
26 *Limita secundo, quò ad pœnam, quæ non poterit mandari executioni per eum.*
27 *Concursus iudicis rationum, & Vicarij, an detur in causis, & an vnus sine alio possit cognoscere.*
28 *Plures si sunt delegati, an vnus possit cognoscere sine alijs.*
29 *Omnis dictio vniuersalis, & quid comprehendat.*
30 *Actus iuridici, & voluntarij, qui dicantur remissiuè.*
31 *Etiam dictio quid importet.*
32 *Potestas, auctoritas, & alia quid importent.*
33 *Iurisdictio quid sit.*
34 *Iurisdictio in genere sumpta quid contineat sub se.*
35 *Omnimodo dictio quid importet.*
36 *Vicarij hodie non se intromittunt circa notarios.*
37 *Ordinarij iudices, qui dicantur.*
38 *Delegati, qui dicantur.*
39 *Iudicum quot sint species.*
40 *Delegatus ordinarius, ex quibus cognoscatur.*
41 *Iudicium aliud ordinarium aliud extraordinarium, & qualiter vnum discernatur ab alio.*

1 IN verbo, quod Vicarius Domini Potestatis Papiæ eiusq; assessor] videntur synonima, & idem importare considerato statuto 24. supr. de reg. pot. sed considerato præsenti statuto videtur differre, & quod vnus dependeat ab altero, Vicarius autem Domi-
2 ni Potestatis † dicitur, qui vices gerit ipsius Domini Potestatis, l. prima. ff. de officio eius, qui vices alt. gerit, & censetur idem esse tribunal, & idem auditorium vtriusque, Bart. in l. 1. §. ab eo, num. 13. ff. quis. & à quo, Alexan. in rubr. ff. de offic. eius, Angel. in l. aduersus. C. si aduersus rem
3 iudic. † & Vicarius Prætorius potest omnia, quæ in ciuilibus, potest Prætor ipse, præter mortis illationem, seu pœnam sanguinis, nam talis pœna non intelligitur ipsi Vicario demandata, vt per Lafranc. Balb. conclus. 50.
4 † Præter verò hunc casum, potest Vicarius omnia, quæ potest Prætor, adeò quod, à sententia lata ab vno, non appellatur ad alterum, cap. si contra vnum, in fine, de officio, & pot. iud. deleg. in sexto, Practic. Papiens. in forma libelli, in actione rea'i, in glos. nec non Domino Vicario, in princip.
5 vbi † sequitur, quod ambo sunt iudices ordinarij & iurisdictio est in solidum omnibus, ita vt possit
6 vnus sine altero, † secus in delegatis, nisi sint delegati ad vniuersitatem causarum, & vnus cœperit sine altero cognoscere, sequitur Sebast. Vant. in titulo de nullit. process. ex defectu iurisd. num. 76. versi. si autem, & nume. sequen. ratio est, quia quilibet habet officium insolidum. l. Imperator. ff. ad municipales, & in materia Vicarij, vide Ma-
7 rant. de ordin. iudic. dist. 5. cap. 8. nu. 6. † Hic autem Vicarius non potest alium Vicarium sibi assumere, vel substituere, cap. clericos extra de officio Vicarij, neq; assessorem, nisi eo indiguerit, quod conscientiæ relinquitur eiusdem, vel si varijs suis negotijs, vel infirmitate corporis impediatur, & si indigeat, ipsum neutri parti suspectũ assumens ei de competenti salario prouidere debet, moderando ab eo, quod faciet à partibus cõmuniter prouidere, cap. statutum. §. assessorem.
8 de rescript. in sexto, † cuius autem peritiæ qualitatis debeat esse assessor, & quod salarium habere debeat relinquitur arbitrio iudicis, sic Bald. in l. si quid. §. si venditor. ff. de edilit. edic. Menoch. de arbitr. iudic. casu 253. & 254. Gallinius de verb.
9 signific. lib. quinto, c. 20. nu. 31. † sed quod possit Dominus Vicarius assumere sibi locum tenentem disponit statutum ciuile infra 146. cap. si verò cõparuerit assessor versic. quis dicatur notat Specul. in titulo de asses. §. 1. Paris. de Put. tracta. de
10 syndic. assessor autem † quis dicatur, dictum est supra ad statutum primum, num. 75. addo Hiero-
11 nym. Laurent. decis. Auenion. 142. nu. 2 † eius officium est consilium dare, & non potest assessor esse iudex, nisi largo modo inspecta iuris com-
12 munis dispositione, † nisi fiat ex aliqua delegatione, vt notat Bossius in praxi. crimin. titu. de sentẽtijs. nu. 21. 22. & 24. sed quidquid sit de iure cõmuni, vel canonico, tamen aliud disponit præsens statutum, quod dat illi iurisdictionem, & amplam

amplam auctoritatem, & sequẽs aliud statutũ 51. in ciuili, prouidet etiam de salario.

13 In verbo iudices rationis] † vtrum mortuo Prætore extinguatur iurisdictio iudicis rationis, & vicarij, iam contingit dubitari, quando iudicis rationis, & etiam maleficiorum fungebatur officio Perillust. Iurisconsult. D. Ludouicus Madius nũc Regius Ducalis Senator, necnon anni 1615. dum Perill. D. Senator Alifer Prætor Papiæ deputatus, obijt in primo mense Ianuarij, iudice existẽte Perillust. ac integerrimo D. Ioan. Baptista Sormano, necnon Vicario meritissimo, D. Annibale à Tela, olim inter beneuolos Auditores meos, & qui Doctoratus dignitate à me, quæ illius fuit humanitas insigniri voluit die quinto Aprilis, anno 1611. dum secundũ iuris cæsarei vespertini locũ, tunc tenerem in almo Ticinẽsi patriæ meæ gymnasio, propter statutum Papiæ 28. de regim. pote. dum disponit, quod D. Prætor debeat ducere secum vnum vicarium, & vnum iudicem, &c. quã-

14 obrem iudex videtur accessorium, † quod cessare debet sublato principali, l. si patronus. §. si patronum. ff. si quid in fraud. patron. Bartol. in l. nemo potest. ff. de legat. 1. Bald. in l. ex testamento. C. de fideicom. Dec. in l. cum principalis, ff. de regul. iur. tamen considerata dispositione vtriusque statuti, tam prædicti 28. de regim. potesta. quàm præsentis perseuerauit ille D. Iudex in officio vsq; ad finem sui biennij, non obstante morte D. Prætoris, ea ratione quod a præfato D. Prætore, habebat quidem electionem, vt notat Carpanus ad statuta Mediolani, volum. 2. cap. 6. num. primo, sed à præsenti statuto iurisdictionem, quarum v-

15 na nõ cessat deffectu alterius, † & cur electio tribuatur D. Potestati, notat Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. centur. 3. casu 253. num. 4. & 5. & aduerte, quod licet electio spectet ad Dominũ Præ-

16 torem, † non propterea poterit D. Prætor eligere vicarium, vel iudicem, qui sit de Ciuitate eius, vel eius territorio, vbi officium exercere habet, quia prohibent, nouæ Mediolani Constitut. in titulo de officio, & iurisdict. diuersorum iudicum, cap. Prætori, Ciuitatum.

17 In verbo iurisdictionem ordinariam.] † quid sit iurisdictio ordinaria, & quomodo, & quando actus sustineatur, vel infirmetur contemplatione, vel deffectu iurisdictionis ordinariæ, abundè videri potest in toto titulo, de iurisdict. omnium iudicum, & ibi per Scribentes, & per Vantium in tracta. de nullit. in titu. de nullita. ex deffectu iurisd. ord. Marant. in suo Speculo, in titu. vt iudicium

18 ordinarium, † hæc autem iurisdictio, & officium durabit tantum per biennium, etiam si cõcessum esset officium ad beneplacitum superioris, vel ad vlterius tempus, & debet exerceri per ipsum iudicem, vel vicarium electum, non autem per substitutum, sic enim disponunt nouæ Constitut. Mediolani, in titu. de offic. & iurisdict. diuersorum iudicum, cap. officia omnia.

In verb. in qualibet causa ciuili.] Intellige differenter ab Arist. libr. 1. poster. cap. 2. sed vt per Bart. in l. demonstratio. §. quod autem. ff. de condit. & demonstrat. Practic. Papiens. in forma libelli, quo agitur ad pœnam compromissi, in glo. occasione, Marant. de ord. iudic. parte quinta, in

19 fine; † & sic causã in hoc loco accipi, ver sinonymam litis, & differentiæ, Carp. ad statuta Mediolani, volum. 1. cap. 123. & præsens statutorum vo-

20 lumen, † distinguit causas ciuiles, à causis criminalibus, quia facit librum, seu titulũ statutorum ciuilium, & alterum statutorum criminalium, in quibus separatim agitur de ipsis causis, liber autem, de regim potest. similiter complectitur causas ciuiles, at titulus decretorum, complectitur

21 partim ciuiles, & partim criminales, quæ † criminales causæ dicuntur maiores ciuilibus, Laurent. de Auenio decis. 10. nume. 3. vbi solus ictus funis est grauior, quàm pecuniaria damnatio, Bart. in

22 l. 1. ff. de pœnis, † in summa quotiescunq; agitur de delictis, vel de pœna applicãdo fisco etiam pro parte, tunc causa est criminalis, Barto. in l. agraria. ff. de termino mot. Marant. in prima princip.

23 dist in. iudiciorum, nu. 23. † cæteræ aũt causæ, sunt ciuiles, argum. text. in §. 1 Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. quæ autem dicantur causæ ciuiles, & quæ criminales, ac mixtæ latius est demõstratum supra in lucubrationibus ad rubr. statuti primi in ciuilibus, nume. 13. cum sequentib. & in causis ciuilibus vigore huius statuti, habet vica-

24 rius, † & iudex Prætorius Papiæ iurisdictionem ordinariam; limita tamen hanc iurisdictionem in

25 causis ciuilibus, † minimè se extendi ad causas datiarias, annonæ, stratarum, mercantiæ, & onerũ, quia pro qualibet eorum stat separata iurisdictio, & præfigitur iudex vnus cuilibet earum, & statu-

26 ta, & ordines diuersi sunt; † Item limita hoc statutum, vt non procedat quoad pœnam, etiam pro causa ciuili, vt puta si quis debito plus petierit, tunc facta probatione solutionis, vel liberationis, in toto, vel in parte ille, qui plus petierit, & executionem fieri fecerit, condemnatur in duplum eius, q; perijt; & consequutus fuerit indebitè, quæ pœna peruenire debet in eum, contra quem facta fuerit executio indebita, vt disponit statutũ Papiæ ciuile 151. iunctis nouis Constitut. Mediolani in titu. de iudicijs, cap. si per apparentem; & tamen licet hæc pœna sit pro causa ciuili, prout aliæ similes vigore statuti, nihilominus vicarius Prætoris, eiusq; assessor, vel iudex rationis, non poterit habere iurisdictionem in mandando executioni talem pœnam, sed talis iurisdictio spectat ad iudicem maleficiorum, vt disponit statutum ciuile 142.

27 In verbo coram eis.] † vtrum concurrrere debeat concursus amborum; pro responsione distinguit Practic. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in glo. nec non Domino Vicario; quod aut omnes cœperunt de causa cognoscere simul, aut vnus solus; primo casu poterit vnus quidem ex eis solus processum instruere, & sententias interlocutorias ferre, sed non sententiam diffinitiuam, quia ad illam ferendam concurrere debent ambo, sequitur Vant. de nullita. sententiarum ex deffectu iurisdict. num. 76. secundo casu vnus solus poterit cognoscere, & sententiare etiã diffinitiue, quia iurisdictio est insolidum omnibus, & occupantis melior est conditio, allegat. l. vnicam ff. de offic. procons l Pomponius. ff. de re iudic. & c. cum plures extra de offic. delegat. in sexto, idem dicendum est, si duo essent delegati ad vniuersi-

28 tatem causarum; † sed si essent ad causas speciales delegati, tunc esset subdistinguendum, quod aut sunt delegati omnes purè, simpliciter, & sine clausula, quod si non omnes, & tunc vnus non potest sine alio procedere, nec sententiam diffinitiuã proferre, aut sunt cum clausula conditionali, videlicet, quod si non omnes interesse potuerint, & tunc constito de impedimento vnius, poterit alter

alter solus procedere, cognoscere, diffinire, cap. prudentiam, extra de officio, & pot, Iudic. deleg. sequitur Practic. Papiens. ibidem loco citato inferens ad alias plures quæstiones, quas decidit, & bonum est videre, & diximus etiam ad statutum primum.

29 In verbo omnes actus] † per hanc dictionem omnes, quæ vniuersalis est, sequitur dicendum, quod actus largè, & plus quam generaliter sunt intelligendi, iuxta ea, quæ tradit Ias. in l. si de certa, num. 1. & 2. C. de transaction. l. 2. §. quoq; 1. ff. de iurisdict. omnium iudicum, præcipuè inspecta alia generali clausula superius posita, quod in qualibet causa, & sequitur alia vniuersalis, quæ sui amplitudine, & geminatione, nihil intactum reliquit, & nullam admittat fallentiam, namque comprætenduntur etiam ea, quæ alias non veniunt, Dec. in l. omnia, in j. not. ff. si certum petat. & consil. 472. in fine, & consil. 294. volu. 2. & consil. 360. colum. 1. in fine. Curt. iun. consi. 1. num. 7. Plot. in repetit. l. si quando, num. 15. C. vnde vi, Surd. decis. 150. num. 6. & 7. Honded. consil. 63. nume. 42. & sequen. libro primo, Cephal. consil. 92. num. 11. & sequen.

30 In verbo tam contentiosi, quàm voluntarij] † quinam, & qualis sint actus iuridici, contentiosi, habetur in §. actionum, & ibi per Doctor. Instit. de actio. & supra statuto Papiæ in ciuili 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 14. 25. 26. 28. 29. 30. & alijs pluribus in locis, & tradit Marane. de ord. iudic. ferre per totum, voluntarij autem sunt actus, qui sequuntur in hoc statuto, & in statuto ciuili 122.

31 In verbo ac etiam] † hæc dictio de sui natura deberet copulare, & ampliare, in hoc loco stat declaratiuè, respectu actorum volũtariorum, & scias, quod dictio etiam explicat casum magis dubitabilem, Alex. conf. 116. nu. 14. vbi Appost. libr. 2. Dec. in l. qui se patris, num. 116. C. vnde libe. cum alijs de quibus per Menoch. de arbitr. iudic. quæstio. 49. nu. 8. & extendit, ac ampliat, quod prius dictum non erat, Decius consil. 466. numero 17. Bertazzol. de clausul. instrument. claus. 4. glo. 17. vbi latè de hac dictione, & clausul 21. glo. 17. nume. 1. & clausul. 27. glos. 16. num. 1. post Alberic. in suo dictionario, in verb. etiam.

32 In verbo potestatem, authoritatem, aut bailiam] † dic, quod sunt sinonyma; potestas propriè, & legitimè posse, cum non posse dicamur, quæ cum iniuria possumus; nam potentiæ nõ est, sed differentia, quædam, seu deffectus quidam, iuxta ea, quæ tenet Bald. in consil. 326. sub num. 2. & 3. lib. 1. relat. à Camillo Gallina olim amantissimo Præceptore meo in tracta. de verb. significat. libro 10. cap. 33. num. 48.

33 In verb. iurisdictionem omnimodam] † iurisdictio largo modo sumpta, est potestas de publico introducta, cum necessitate ius dicendi, & æqualitatis statuendæ, l. prima vbi gloss. ff. de iurisdi-
34 ctione omnium iudic. † & tanquam genus compræhendit sub se merum, & mixtum imperium, & inferiorem iurisdictonem, vt notat glo. & Bart. in l. imperium. ff. eodem. l. 1. ff. de officio eius, cui manda. est iurisdict. & in §. iusiurandum, in Authent. de defens. Ciuitatum, & ita videtur dispo-
35 nere hoc statutum, † per illam dictionem omnimodam, cuius significatum, & importantiam tradit Ias. in dicta l. imperium, num. 12. Soc. iun. consil. 1. num. 10. consil. 5. volum. 4. num. 18. Practic. Papiens. in forma libelli, in actio. confess. in gloss. plenam, & omnimodam iurisdictionem, numero secundo.

36 In verbo creare vsque ad clausulam, & prædicta] responde, quod amplius non se intromittunt Vicarius assessor, nec Iudex rationis, sed circa hæc omnia procedunt Consules collegij notariorum, iuxta dispositionem suorum particularium statutorum.

In finalibus verbis intelligũtur iudices ordina-
37 rij] † ordinarij iudices, qui sint dictum est supra ad statutum primum, num. 51. & sequentib. Addo Marant. in sua prax. parte 4. distinct. 5. prin-
38 cip. vbi tradit an iudicium sit † ordinariũ, & quodam delegatum, & num. 2. ac 4. declarat quis dicatur iudex, & quis delegatus, post Doct. in cap. licet, de offic. ordin. sequitur Odd. de restitut. in
39 integrum. quæst. 32. artic. 1. vbi adducit † plures species iudicum, nam secundum eum; Alij sunt iudices publici, alij priuati: Publici, alij ordinarij, alij delegati; Ordinarij, alij maiores, alij medij, alij minimi. Delegati, alij à Principe, alij ab ordinario; Priuati, alij Arbitri, alij Arbitratores, & vt latius ibi per eum, quo loci omnes has
40 species declarat. † Item scias, quod iudicium, aliud dicitur ordinarium, aliud extraordinariũ, vt per auum maternum Ripam, in rubr. num. 52.
41 de iudic. vbi declarat, † quomodo discernatur iudicium ordinarium ab extraordinario.

Quod adhibeatur fides instrumentis extractis de prothocollis notarij defuncti. Rub. 46.

Item statuimus, & ordinamus, quòd notarij, qui bus commissa sunt, vel erunt breuiaria, seu prothocolla alicuius defuncti, vel absentis, vel scribere impediti, debeant extrahere de verbo ad verbum, sicut iacet in breuiario, seu prothocollo, nihil addito, vel diminuto cum breuiaturis, &c. & similibus solitis apponi in talibus prothocollis. Et si essent aliqua verba descripta, & demum cancellata, ita scribat in instrumento, & cancellet, prout reperierit in prothocollo. Et quod dictis instrumentis taliter extractis, & subscriptis per dictum Notarium, cui commissa sunt breuiaria, & per vnum alium Notarium de Collegio notariorum Papiæ, qui in sua subscriptione protestetur, quomodo vidit breuiarium notam, seu prothocollum, sic iacere, seu stare sicut scriptum est in præsenti instrumento. Quod tunc tali instrumento extracto adhibeatur plena fides, etiam absque

productione

productione breuiarij notæ, seu prothocolli. Et quod si reperiantur esse ista verba, &c. quod super illa dictione, &c. Vel nota intelligantur esse extensa omnia, quæ solita sunt apponi de consuetudine Ciuitatis Papiæ sub illa particula, in qua erit illud verbum, &c. Et quòd in qualibet subscriptione Notarij teneatur apponere diem, mensem, & annum, quando ipsum instrumentum extraxerit.

Summarium ad Statutum 46. in Ciuilibus.

1 *DOctores videndi circa materiam huius statuti, & quæ requirantur, vt credatur scripturæ repertæ inter prothocolla notarij.*
2 *Hoc statutum disponit, quod statutum 34. de regimine potestatis.*
3 *Notarius præsumitur scire, non posse se addere prothocollis sibi creditis.*
4 *Notarius poterit abbreuiaturas repertas in prothocollis extendere.*
5 *Hodie quid obseruetur circa collationem instrumenti ex breuiario.*
6 *Statutum requirens subscriptionem alterius notarij, qua ratione dicatur factum.*
7 *Statutum volens adhiberi fidem instrumentis extensis de prothocollis habet locum, quando in ipso prothocollo adest instrumentum ab ipso notario cum alijs notarijs receptum.*
8 *Notarius quando possit imbreuiaturam à se confectā extendere, & clausulas cæteratas.*
9 *Quid in imbreuiatura alterius notarij defuncti.*
10 *Clausula solita apponi in instrumentis remissiuè.*
11 *Clausulæ solitæ apponi in instrumento omissæ, an habeantur pro appositis.*
12 *Quid si clausulæ sunt partibus ignotæ.*
13 *An etiam possint apponi clausulæ omissæ post motam litem.*
14 *Et cætera dictio includit etiam quæ sunt de natura contractus.*
15 *Et cætera, dictio, quid significet, & qualiter extendatur.*
16 *Notarius reperiens inter prothocolla instrumentum partim vnius notarij, partim alterius conscriptum cum additionibus in margine sine subscriptione, & signo notarij, an ex eo possit publicum sumere instrumentum.*
17 *Quid si scriptura sit informis, vel penes tertium, nec appareat de rogitu notarij.*

1 IN verb statuimus, & ordinamus] circa hoc statutum, † vide Rolan. à Vall. consil. 32. libr. 2. & Didac. plurā disputantem, praticar. quæst. cap. 19. vbi multa tradit de fide instrument. praticis, & theoricis conducibilia, & cap 20. vbi agit de authoritate publici instrumenti, quæ oritur ex ijs, quæ vt solemnia ei accedere debent, & cap. 21. vbi tractat de fide instr. quæ non originalia, sed exemplaria sunt, & de quibus in hoc statuto fit mentio, & cap. 22. de fide, & authoritate priuatæ scripturæ, & qualiter Notarius debeat extrahere copiam authenticam, & petentibus instrumentorum sibi commissorum dare, tradunt Doctores in authent. si quis in aliquo, & in l. 2. C. de edendo. Alexan. & ibi Appostil. ad eum in l. si prius. §. si pluribus, ff. de aqua pluu. arcend. Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. centur. 2. casu 187. Alexan. consil. 14. libr. 6. Bero. consi. 1. lib. 2. Ruin. consil. 159. colum 4. & seqq. libr. 4. Barbat. consil. 38. lib. 4. vbi tradit, an credatur notario dicenti se rogatū de instro. Boer. decis. 281. nu. 3. Surd. cons. 187. Cæs. Barz. decis. Bon. 39. Pereg. decis. 13. Curt. iun. cons. 201. lib 3. qui oēs tradunt, quæ requirantur ad hoc, vt scripturæ repertæ inter prothocolla Notarij credatur. Afflict. decis. 6. qui octo tradit requisita ad hoc, vt instrumentum à Notario reassumendum fidem faciat, & quæ diximus supra ad statutum 34. de regim. potesta. & videndus etiam Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 330. lib. 1. vbi plura.

2 In verbo quod notarij, quibus commissa sunt,] † dic satis prouisum fuisse per statutum 34. supra de regim. potest. cui poterat subnecti istud, respectu diuersorum, vel pro pleniori euidentia, quamuis vtrunque statutum operetur, quia statur statutis particularibus Collegij notariorū Papiæ, dantibus etiam formam prouidendi circa errores, & puniendi delinquentes.

In verbo si vt iacet] dic quod per hoc, non licebit supplere, si deficiant requisita in statuto 5. in ciuili.

3 In verbo nihil addito] præsumitur autem notarius scire se non posse quicquam addere prothocollis sibi creditis, D. Rip. auus mihi maternus responso 3. sub titulo de accusat. ante num. 5. vers. tum quia, lib. 2.

4 † Poterit tamen, extendere abbreuiaturas repertas in prothocollis, Alexan. consil. 67. colum. vltim. lib. 7. & an possit errorem corrigere, tradit Dec. in l. si librarius, vbi Cagnol. ff. de regul. iur. Aloiat. de præsumpt. regu. 3. præsump. 19.

5 In verbo canzellet, prout reperierit in prothocollo] † dic, quod hodie non seruatur, si in prothocollo adsit inscriptio, nota breuiari defuncti rogati, sed si deesset, vel similiter sint aliqua supplenda, vel corrigenda, vel declaranda per Consules, & Collegium, tunc ille notarius, cui sunt commissa edit, prius, iuxta dispositionem huius statuti.

6 In verb. & per vnum alium notarium &c.] † nota quod huiusmodi statutum requirens subscriptionem secundi notarij, fuit conditum ad euitandas falsitates, quæ facilius fieri possent, si illa subscriptio secundi notarij deficeret, in terminis, Soc. sen. consil. 2. colum. 1. vers. 2. præmito, lib. 3. sequitur Menoch. cons. 80. num. 58. lib. 1.

In verbo adhibeatur plena fides] sufficiebat dispositio sequentis statuti 117. sub rubr. quod præstetur fides, & adhibeatur instrumento, &c. nisi vellimus dicere, quod hoc faciat ad declarationem illius, & scias, quod hoc statutum, dum vult adhiberi fidem instrumentis extractis de prothocollis notariorum, † habet locum etiam, quando
7 in ipso prothocollo adesset instrumentum ab illo defuncto, vna cum alijs notarijs receptum, ita in terminis huius statuti adnotat, Menoch. de arbit. iudic. casu 187. nume. 15. & ibi plenè per totum illum casum disserit, qn̄ ex prothocollis sumi possit publica scriptura, & dixi supra statu. 5. nu. 32.

& quibus signis falsitas in instr̃is detegatur, & per Surd. cons. 187. Barz. decis. 39. Pereg. decis. 33.

8 In verbo super illa dictione, &c.† Notarius, qui in instr̃o adhibuit imbreuiaturam, pōt eam extēdere, secundum clausulas consuetas, iuxta dispōnem huius statuti, intellige tñ non mutando substantiam, licet possit exprimere intellectum, quem habuerūt contrahentes in rogando, & ipse Notarius scribendo, sed circa circonstantias tantū, sic eas extrahendo, & explanando orationes cæteratas, vt voluit Specul. in titulo de instr. ædit. §. ostenso, num. 18. vers. & quid ergo, & breuiatura, Bald. in rub. nu. 22. de fide instru. Orian. in cap. quoniam contra titulo de probati. & plura etiam adducit Carpa. ad statuta Mediolani, volu. 1. cap. 330. num. 104. & 105. vbi etiam tenet, quod & si Notarius possit clausulas cęteratas extendere, secundum vsum suum, & consuetudinē, vt per Bursat. cons. 15. nu. 89. volu. 2.

9 † attamen imbreuiaturam alterius notarij defuncti non potest extendere; Notarius etiam habens authoritatem explanandi, nisi prius citetur pars, & sibi specialis facultas detur à Consulibus Collegij, secundum Bald. in rub. num. 22. de fide instrum. & cons. 469. circa finem, volum. 5. Castrens. consil. 172. num. 2. volum. 2.

10 † quæ autem clausulæ sint solitæ apponi, & extendi, vide Anton. Gabr. in titu. de consuetu. conclus. 3. num. 14. Menoch. cons. 37. nume. 30. quos citat Carpan. loco mox allegato, nu. 112. cum sequent. vbi plura congerit ad propositum huius materiæ, & plenè etiam tradit Petrus Dominicus Magdalenus in tracta. de septem numero testium in testō, cap. 6. nu. 133.

11 † & an clausulæ solitæ apponi in instr̃o, si omittātur, nihilominus habeantur pro appositis, vel possit Notarius supplere, & censeatur Notarius de illis esse rogatus, dic quod sic, ut tenet Ias. in l. argentarius nu. 7 ff. de eden. text. in l. in vendendo. ff. de contrahen. empt. Dec. in l. semper in stipulationibus. de reg. iur. Alex. in l. si finita, ff. de damn. infect. Castr. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. Afflict. decis. 265. nu. 83. Borgn. decis. 29. part. 2. num. 49. limita,

12 † vt non possit Notarius tales clausulas addere, & apponere, si partibus sunt ignotæ, Menoch. consil. 37. nu. 77.

13 † limita etiam, vt non possit, v bī mota fuerit lis super hoc, vt notat Gab. loco citato, nu. 29. plura alia ad propositū etiam circa errores, & iur̃m adducit, Carp. loco citato, q. videri poterit, sed in primis erit videndus, Bart. in l. gallus. ff. de lib. & posth. & in l. si quis. C. de eden. cum theorica Practic. Pap. in forma libelli (pro turbata possessione) in gl. contra, & ibidē appostill. qui plura videnda adducunt, & distinguendo declarant.

14 Et scias, quod † dictio, & cætera, includit, ea quæ sunt de natura, & substantia actus, Barto. & alij in l. gallus, §. idem credendum. ff. de liber. & posth. quos sequitur Bertaz. in repet. l. si quis maior, nu. 533. C. de transact. & vide Practic. Pap. in form. libelli, pro turbata possessione, in gl. cōtra, & aduersus, nu. 1.

15 † vbi latè Appost. ad eum versatur circa hanc clausulam, & cætera, & vide Bart. in l. argentarius, in princ. ff de eden. vbi declarat qualiter hæc dictio extendatur, Alex. consil. 28. nu. 8. vbi Appost. lib. 2. & cōs. 37. nu. 6. lib. 3. plenè Marta. in tract. de clauf. lib. j. clauf. 201.

16 Sed dubiū est quid si inter ꝓthocolla notarij defuncti reperiat instr̃m, partim manu ipsius Notarij, partim manu alteri⁹ cōscriptū, cū addōnib. in margine sinè subscriptione, & signo not. an indè possit publ. instr̃m sumi ab eo, cui cōmissa sūt ꝓthocolla, & affirmatiuè cōcludit, Alex. cons. 14. visis, & cōsideratis his lib. 6. Bero. oinò videndus, cons. 1. lib. 2. Ruin. cons. 159. col. 4. & seq. lib. 4.

17 Quid † si scriptura inter protholla reperta sit in formis, vel penès tertiū, nec appareat de rogitu notarij, an ex ea possit sumi instr̃m, negatiuè consuluit, Aret. cons. 51. Mysing. obseru. 73. cent. 6. Menoch. cons. 42. Honded. plenè cons. 66. lib. 1.

De modo dandi curatorem bonis vacantibus, & indefensis, & personis non habilibus standi in iudicio. Rubr. 47.

ITem statuimus, quòd si aliquis voluerit agere, vel causam mouere contra hr̃ditatem, vel bona vacantia, vel aliqua ex ipsis bonis alicuius defuncti, hæredes ignorantur, & intelligantur ignorari: si hoc iurauerit, tunc iusdicens ad petitionem dicti actoris faciat citari, & requiri ad domū, & per viciniam solitæ habitationis dicti defuncti publicè, & alta voce, ꝙ si quis est, vel esse vult hæres dicti defuncti, aut defendere bona dicit defuncti, infra quartā diem tunc proximè futurā, corā dicto iusdicente compareat alioquin daretur per dictum iusdicentem curator ad dictam causam tm̃, quam dictus petitor, seu actor mouere intendit. Et si occasione dictæ citationis, vel dictæ cridæ comparuerit aliqua persona infra dictum terminum dicens se velle esse hæredem dicti defuncti, vel defensionem ipsius litis causæ, seu quæstionis in se suscipere, nō audiatur, nec propterea impediatur datio dicti curatoris, nisi prius infra decem dies à die comparitionis docuerit, seu probauerit se esse hæredē, vel de suo interesse corā iusdicente prædicto, quæ probatio sufficiat fieri in actis summariè absq; aliqua iuris solēnitate. Et si infra dictū terminum aliquis non comparuerit se velle esse hr̃dem dicti defuncti protestans, vel in se legitimè suscipiens dictam cām, tūc elapso dicto termino ipse iusdicēs vel Magistratus dictis hr̃ditati, & bonis dicti defuncti, quē velit ipse iusdicens, vel magistratus dare, & constituere teneatur, & debeat, det, & constituat in curatorē ad cām ꝓdictā. Et primo aliquē ex agnatis, cognatis, vel affinibus, q. sibi sufficientior videretur, vbi aliquis ex ipsis agnatis, cognatis, vel affinib. occasione dictæ cridę cōpareret, dicēs se velle esse curatorē, vel ipsius hr̃ditatis, & bonorū curā in se suscipere sm̃ formā pñtis statuti. Si verò nullus ex prædictis ꝑsonis cōparuerit, tūc ipsā curā decernat cuicunq; alteri personę, cui ipsi iudici videbit̃. Qui curator nō teneatur facere inuentariū, nec fideiussionē dare. ¶ Cū quo curatore sic facto, & cōstituto possit agi, & experiri, & in iudicio agitari, & processus in ipsa cā fieri, & peragi quemadmodū potuisset cū dicto defuncto tp̄e quo viuebat, & fuisset ætatis legitimæ. Et quicqd per ipsum curatorē, & contra eum in ipsa cā, lite, & qōne gestū fuerit, tanq̃ cum legitimo curatore, & legitima persona gestū valeat, & teneat. ¶ Si verò pēdente cā cum dicto curatore cōparuerit aliqs prætendēs se fore hr̃dem, vel pro suo iure, & interesse, & legitimè ꝓbauerit se esse hr̃dem, vel de suo interesse, qūocūq;, & in se suscepit defensionē dictę causæ admittatur. Et eo casu dictus curator sit, & esse debeat cassus, & reuocatus ab officio prædicto. Attamen cū eo facta abindè retrò, videlicet à die, quo fuerit susceptum iudicium, valeant, & teneant, & executioni mandentur.

Summarium ad statutum 47. in Ciuilibus.

83 Forma

83 *Forma statuti non potest per aequipollens adimpleri, & num. 98.*
84 *Extensio de persona ad personam in statutis prohibita.*
85 *Modus obseruandus, sicut forma.*
86 *Aliquis dictio vniuersalis omnia comprahendēs.*
87 *Curator qualiter dandus, quādo extant haeredes.*
89 *Alioquin dictio, quid importet.*
90 *Tantum dictio, quid importet.*
91 *Ipse verbum personalissimum est.*
92 *Argumentum à contrario sensu in statutis validum.*
93 *Obligatus principaliter, & insolidum dicitur debitor.*
94 *Debitor minoris non potest esse tutor.*
95 *Decretum ex falsa causa nullum.*
[9]6 *Non praesumitur quò ad ordinem processus.*
[9]7 *Curator datus nō intelligitur quò ad cās futuras.*
100 *Iudex appellationis, quando possit sententiam nullam, quò ad merita conformare, & vide nu. 101.*

D hoc statutum videndi sunt, Azo. & alij in titul. ff. de curat. bon. dand. Purpur. cons. 128. nu. 20. & seq. Neuiz. cons. 17. Capic. decis. 87. Menoc. de arbitr. iud. cent. 2. cas. 150. per tot. Martin. Garrat. Lauden. cons. 6. per totum, Bero. consil. 118 nu. 37. lib. 2. Ang. cons. 105. Dec. cons. 509. Carpan ad statuta Mediolani libr. 1. cap. 34. & dixi supra ad statutum 9. num. 2. & sequen.

1 Ad rubricam, † modus est dispositio, vel qualitas adiecta dispositioni, l. obligationū. §. modus. ff.
2 de act. & oblig. † & semper attendi dēt, iuxta illud.
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltrò citròque nequit consistere rectum,
vt tradit Horatius, quem citat Speculat. in titu. de
3 aduocatis. §. nūc de exordijs, nu. 4. † & variè consideratur, vt tradit Rebuff. de mut. petit. art. 1. gl. secunda, nu. 39. & in titul. de consuetud. artic 2. gl. 3. num. 38. & in tit. de citatione in praefatione, nu. 62. & latè per Galgagnet. in tracta. de condit. & demonstr. part. j. cap. 92. nu. 1. & sequen. consideraturque in procedendo, vt hic, & vt notat Bossius in sua praxi, in titulo quomodò procedatur
4 per praecepta poenalia, nu. 1. † cum sequen. & eius naturae est, vt adimpletur per contrahentem, vel per obligatum non stet, quòminus adimplea-
5 tur, gloss. in rubr. ff. de condit. & demonstrat. † & idem operatur sicut forma, quae ad vnguē debet obseruari, aliter nullus redditur actus. l. j. ff. de verbor. obligat. Foelyn. in cap. cum dilecta, num. 6. & 10. extra de rescript. Bald. in l. omnes populi, colum. penult. ff. de iustit. & iure, & alibi saepè pari ratione, si certus modus in agendo, vel procedendo constituitur, & non seruatur actus redditur nullus, vt voluit Marcus Antonius Maut. singular. 104. quod si fit alio modo, quàm debeat, non valet, vt tradit Specul. in titulo de fructu, & interesse. §. primo, versiculo hoc autem, nume.
6 primo, † & verificatur etiam in statuto, Osascus decis. 165. nnmer. 14. & 15. Borgnin. Caualcan. in tract. de vsufruct. num. 129.
7 Differunt autem † modus, & conditio, nam legatum sub conditione, non debetur, nisi conditionē adueniente, l. legata sub conditione. ff. de conditio. & demonstrat. Legatum verò relictum sub modo, statim debetur praestita cautione per legatarium de modo adimplendo. l. si sibi legatum, ff. de legat. tertio, gloss. in l. demonstratio, §. fin. ff. de cond. & demonst. Peregr. de fideicom.
8 artic. 33. num. 64. † Scias tamen, quod si testator vtatur verbis importantibus modum, & appareat voluisse prius impleri modum, quam quis habeat commodum, tunc verba importantia modum, assumunt naturam conditionis, & conditionem important, Bartol. in l. quibus diebus. §. Termilius, nume. 6. ff. de conditio. & demonst. Alexand. consil. 119. num. 1. lib. 1.
9 † Secundo differunt, quia licet conditio habeatur pro impleta, quoties per eum, cuius interest adimpleri, fit, quominus adimpleatur, l. iure ciuili, ff. de condit. & demonstr. cum caeteris, de quibus per Menoch. de arbitr. iudic. quaest. 68. nu. 38.
10 † quod procedit etiam, si momento steterit per eū, cui debet adimpleri, quominus fuerit adimpleta Bald. in l. j. nu. 23. C. de instit. & substit. Alexan.
11 cons. 102. nume. 1. lib. 1. Haec † tamen ampliatio non vendicat sibi locum in modo, qui non habetur pro impleto, dato, quod ille cui debet adimpleri semel fuerit in mora, si postea iterum petat, ita Alex. d. cons. 102. nu. 6 vbi latè Appost. ad eum, qui rationem differentiae adducit.
12 † Sciendum est autē, ꝙ modus regulariter inducitur per dictionem, vt Barto. in d. §. Termilius, vbi habetur per quę verba modus inducatur datò quod in contractu dicatur, ea conditione pacto,
13 & forma, ac modo, quae verba nihilominus modum important, l. ea conditione, vbi Bald. C. de rescind. vend Barto. in dicto §. Termilius, nume. 5. Alexand. consil. 102. num. 2. vbi Appostill ad
14 eum alios citat, & ratio affertur, † quia verba, quę se habere possunt ad modum, & conditionē, modum potius denotant. Bartol. in l. cum mota, nu. 2. C. de transac. Alex. d. cons. 102. nu. 2. & quibus verbis importetur modus, & de eius effectu latissimè tradit Galganet. in tract. de condit. & demonstr. parte 1. cap. 92.
15 Ad tex. in verb aliquis] † comprahenditur nō solum masculus, sed et foemina l. 1. vbi Rebuff. ff. de verb. signf. cum maximè tractetur de materia, quae congruit vtrique sexui, & masculinum genus concipiat foemininum, vt disponit statutum, supra de regim. potesta. 53. & in crimin 78. Bart. in l. iura, in prima lectu. de legibus, Ias. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn iudic. Barto. in l. 1. ff. de regul. iur. & cons. 570. Alciat. cons. 14. lib. 2. Curt. in auth. praeterea, nu. 20. C. vnde vir. & vxor, & quamplures alias authoritates adducit Carpa. ad statu. Mediol. vol. 1. cap. 126 nu. 2. cum seq.
16 In verbo agere, & causam mouere] † dic quod sunt sinonyma, & idem important.
17 In verbo contra haereditatem] † haereditas est successio in vniuersum ius, ꝙ defunctus habuit tēpore mortis. l. haereditas. ff. de reg. iur. & persona ficta, quae repraesentat defunctum. Bald. in auth. defuncto, col. 1. ad finem, num. 6. C. ad Tertullianum, Castrens. in l. si sorori. C. de iure deliberan. Ias. in l. si is qui pro emptore numer. 20. ff. de vsu-
18 capio. Curt. sen. consi. 21. col. 5. nu. 7. † & dicitur haereditas antequam adita sit per haeredem, posteaquam verò adita est, amplius non dicitur hęreditas, quia confunditur cum patrimonio haeredis, & si post aditionem appellatur haereditas, tunc erit impropria locutio; Bartol. & alij in l. 2. §. veteres. ff. de acquir. posse. Grass. in §. hęreditas, q. 2. num. j. versicul. contrarium; Cephal. cons. 45. numero 18. Decianus consil. 41. nume. 65. lib. 1.
19 intellige † dummodo sit apprahensa possessio,

secus videtur ante adeptam possessionem, quia
sola aditio non facit, quominus etiam hæreditas
dicatur, vt declarat Decius in dicta l. hæreditas.
20 ff. de regul. iur. † sed aduerte, quod statutum Pa-
piæ 55. in ciuili, & decretum 16. inter statuta Pa-
piæ, & nouæ Constit. Mediolani. in titulo de con-
tinuanda possessione defuncti prouident, quod
possessio defuncti sit continuata in hærede etiam
21 si de appræhensione non appareat† quinimò hæ-
reditas materna censetur adita à filio, nisi intra
annum repudiauerit post mortem matris, vt di-
sponunt nouæ Constitut. titulo de acquirend. hę-
red. §. si filius, loquentes de ea, quæ consistit in bo-
nis immobilibus, aut annuis redditibus. in adeun-
22 da † autem hæreditate sufficit solus animus ad-
euntis, l. si auia. C. de iure deliberandi, l. gerit. ff. de
acquirend. hæredit. quod licet verum sit, tamen
23 plures circunstantiæ debent concurrere; † scili-
cet, quod volens adire, sit homo liber, non ser-
uus, & sui iuris, non in potestate alterius constitu-
tus; quod sit compos mentis, non furiosus; quod
sit maior vigintiquinque annis, non sub tutella,
vel cura; quod sciat hæreditatem sibi delatam, &
quod nullus præcedat eum in gradu, sicuti latius
docet Practic. Papiens. in forma libelli, pro hæ-
redit. ab intesta. delata in gloss. ipsamquè hæredi-
tatem.
24 Scias tamen, † quod animus adeuntis, non suf-
ficit solus ad adeundam hæreditatem, nisi sit de-
claratus, verbis, vel factis, Bartol. in l. gerit, nu-
me. quinto. ff. de acquiren. hære. Ias. in l. maritum.
in fine legis, & in l. qui in aliena, numer. 26. & in l.
pro hærede, num. 12. ff. de acquir. hære. Arct. in §.
finali, num. 2. Instit. de hæred. qualit. & different.
latissimè Marant. in repet. l. is potest. ff. de acquir.
25 hæred. per quæ autem verba, vel facta declaretur
iste animus, latè declarat Bart. in dicta l. gerit, nu-
me. 9. vsque ad num. 28. & inter alios modos, scias
animum adeundi declarari, & colligi, quando
26 quis facit actum, qui non potest fieri citra ius
& nomen hæredis, l. pro hærede. § Papinianus,
versic. itaquè, ff. de acquir. hæred. Bart. in dicta l.
gerit, nume. 9. versic. is visis, Ias. in dicto §. Papi-
nianus, nume. 7. latissimè Marant. in dicta repetit.
l. is potest, num. 42. vsque ad nume. 95. vbi nu. 38.
27 modos adducit, ex quibus præsumitur aditio, la-
tissimè Menoch. de præsumpt. part. 2. præsumpt.
100. ac sequent. per totum, Mascard. de probat.
conclus. 40. cum pluribus sequentibus, in quibus
locis latè differit, ex quibus verbis, & factis hære-
ditas præsumatur adita, & vide Clarum in §. fina.
praxi crimin. quæstio. 58. num. 32. versic. sed hic
28 incidenter, vbi quærit, † an filius, qui fecit pacem
pro morte patris, & acceptauerit pecuniam pro
illa pace dicatur adijsse hæreditatem paternam,
& concludit ex communi, quod non; fatetur ta-
29 men obseruari, † quod hæredes sanguinis impe-
trent dispensationem à Senatu Excellentissimo
faciendi pacem, citra ius, & nomen hæredis,
& ita consulo, quod semper curent obtinere di-
ctam dispensationem ad euitandam disputatio-
nem.
30 In verbo vel bona vacantia] † differentia est in-
ter hæreditatem vacantem, & hæreditatem ia-
centem, quam tradit Castrens. in l. penultima. §.
cum autem, numero primo. Cod. ad Trebellian.
Menochius de arbitr. iudic. casu 150. nume. pri-
mo, cum sequent. vbi declarat, quæ dicatur va-
cans, & quæ iacens hæreditas; vacans hæredi-
tas habetur pro repudiata ab omnibus, & in illa
32 succedit fiscus, † iacens verò hæreditas est illa,
quam hæres nundum adiuit, & habet facultatem
deliberandi; & scias quod hæreditas dicitur ia-
cens, etiam si extaret vnus ex filijs testatoris, vt in
puncto huius statuti, tenet Menoch. de arbitr. iu-
dic. casu 150. nume. 8. & licet statutum nostrum
33 dicat bona vacantia, † tamen illud accipitur im-
34 propriè, vult enim dicere bona iacentia, cum† in
bonis vacantibus non detur curator, sed fisci pro-
curator procedet, & administrationem suscipiet,
l. prima. §. cui bona. ff. de iure fisci, l. prima, in
principio. ff. de success. edict. Decius consil. 509.
numer. primo, Ita in terminis huius statuti pari-
ter tradit idem Menoch. de arbit. iudic. dicto ca-
su 150. nume. secundo, & tertio, possimus etiam
dicere, quod vacans propriè dicitur, quod à ne-
35 mine est occupatum, seu possessum, † & ideò hæ-
reditas iacens vacare dicitur, & si quid ex ea ex-
pilletur, non datur actio furti, quia non dicitur
committi furtum, ex quo adita non est, l. secunda,
ff. de effract. & expillat. l. hæreditariç. ff. de furtis,
latè Farinac. in suis tractat. crimin. titulo de furt.
quæstio. 174. numer. 118. & quæst. 175. num. 139.
nam furtum est contrectatio rei alienæ inuito do-
36 mino, † sed hæreditas vacans non habet domi-
minum, & dicitur in nullius bonis, vt notat Bar-
tol. in l. ea re. §. finali. ff. de stipulatio. seruorum, &
in l. hæres, la secunda ff. de acquiren. hæredi. ideò
furtum in ea non consideratur, nec habet lo-
cum, vt notat Angel. Aret. Institut. de obligat.
quæ ex quasi delict. nascuntur, §. furtum est, nu-
me. sexto, & §. quod autem, num. tertio, de vsu-
capion. nec incurritur pœna, l. si quis in tantam.
C. vnde vi, sic gloss. in cap. cum dilectus, extra de
success. ab intestato, in fine, in verbo petitione, &
gloss. in extrauaganti, ne sede vacante, cap. de-
cimoquarto, in verbo vacantium, versiculo sed
quæ beneficia, sequitur Carpanus ad statuta Me-
diolani. volum. secundo, cap. 163. num. nono, Fa-
rinac. dicta quæstio. 175. nume. 139. & ex prædi-
37 ctis videtur dicendum, † quod fideicommissarius
propria authoritate, possit capere possessionem
bonorum vacantium, multo magis si fideicom-
missum sit notorium; Possunt autem dici bona
38 vacantia, de iure, & de facto; † item de iure tan-
tum, non autem de facto; item de facto tantum,
non autem de iure. Primo casu contingit mor-
te, renunciatione, depositione, permutatione;
in alijs autem modis, puta in cessione, & simili-
bus, licet perdatur ius, dum tamen alias legitimè
fiat non perditur ipsa possessio, nisi per senten-
tiam Iudicis declaretur, vel nisi possidentem ap-
pareat euidentèr habuisse pro derelicto. factis vel
verbo, cum semel possidens semper præsumatur
possidere, vt latè sequitur, & declarat glo. in di-
cta extrauaganti, ne sede vacante.
39 Sed † an hoc statutum habeat locum stantibus
filijs eius, qui bona dum viueret possidebat, vti
40 dominus, videtur dicendum, quod non, † quia
hæreditas non potest dici iacere existente filio, vt
notat Bartol. post gloss. in l. cum hæredita. C. de-
positi, & ibi Baldus tenet, quod non valet proces-
sus factus contra hæreditatem iacentem, quia
existentia sui hæredis inducit continuationem.
Contrarium tamen tenet ibidem Castr. propter
beneficium abstinendi, quem sequitur Dec. consf.
344. col. 1. & cõs. 509. & 575. Boer. q. 88. Afflic. de-
cis. 262. Ias. in rub. C. de succes. edic. & Menoch.

dicto

dicto casu 150. num.6.cum seq. & dat practicam Salic. ibi, quod actor in primis conueniat filium, & interroget eum, an vellit esse hæres, vel ne, quod si respondeat se nundum deliberasse, tunc deueniat ad dationem curatoris, iuxta dispositionem statuti, adde Alexan.in l.si cum dotem.§. transgrediamur, in penult. colum. ff. soluto matrimonio, Abb.in cap.1. extra de solutio. Aretin. consil. 109. in primo dubio, vbi notat, & clarè hanc sententiam probant, illa statuti verba, cuius defuncti hæredis, &c. cum verbum hæredes tamquam generale, comprehendat, tam suos necessarios, quàm extraneos, hæredis enim nomine, vtrique continentur. §.1. Institu.de hæred.qualit. & differ.l.si filius. ff.de vulg.& pupil.

42 In verbo hæredes ignorantur] † statutum loquens de hærede intelligitur de hærede in infinitum, ita Bald. in l.fin. num.4. C.de hæred.instit. l.
43 hæredis appellatione. ff.de verb.signific. † & comprehenditur etiam fideicõmissarius, vt notat Gallin.in tract.de verb.signific. lib.8. c.20.num.11.&
44 12. † vtrum autem debeat esse hæres in effectu; responde, quod sic, per l. primam. §.final.ff.quod quisq; iuris,& cap.relatum, de cleric. nõ resident. sed quod sufficiat nudum nomen heredis, notatur in l. qui ita scriptus, & in l. qui hæredi. ff.de condit.& demonst. Afin. in prax.iudic. §.19.cap.14. nume.2. verum pro clariori intelligentia, vlterius procedit hoc statutum, & expressè declarat quomodo intelligantur ignorari hæredes, & sufficit eiusdem statuti dispositio, cui standum est.

45 In verbo faciat citari] † quod debeat citari is, cui sciat hr̃ditatem esse delatam, tenet Aret.cons. 109.in j.dub.Ang.cons.193.in fin.Felin in c.gratum,colu.1.extra de offic.delega.Alex.cons.107
46 col.3.vol.5. † & si is compareat, & dicat nundum adiuisse, vel velle deliberare, tunc datur curator bonis, iuxta formã huius statuti, quod et dat pro cautela,Feli.in d.l.cum hereditas,C.depositi, nec releuant statuta,& noue Const.disponentes,quod hæreditas defuncti censeatur continuata in hæredes, quia hoc fit fauore hæredis, & extenditur ad minorem, ad quem non extenderetur, nisi hoc sta
47 tutũ esset fauorabile; quia† lex vel statutũ quantumcunq; gñaliter loquens, nõ comprehendit minorem sm̃ Bart.in l. in causæ. ff.de minoribus, & ideò eandem cautelam, quàm tradit Fœlin. vbi supra dat etiam Bart. ipse in l.controuersia, col.j. in fine, & colum. 2. in princip. ff.de transact. vide alia, quæ ad propositum scribit Carp. ad statuta Mediol.vol.1. cap.5. nu.42. cum pluribus seqq.& per Martin.Garrat.cons.6. vbi loquitur in puncto huius statuti nostri.

48 In verbo infra quartã diem] † statuti tp̃s debet ad vnguẽ obseruari, alias actus est nullus, sic Carp. in prælud. statutor. Mediol. nu.790. vbi etiam tenet, quod tp̃s præfixum à statuto, nõ possit à partibus prorogari; & si nõ esset datus terminus iste quatuor dierũ, talis datio curatoris nulla esset, & per consequens processus, Bald.in auth. qui semel C.quom. & quando iudex, sequitur Garrat.dicto cons.6. ante num.11.

49 In verbo curator ad dictam cãm] latissimè† qñ curator sit dandus hæreditati iacenti ad instantiã creditorum, & quæ seruanda veniant, circa hanc dationem de iure cõi, vide Capic.decis.87. vbi ponit quinque requisita, primum quod detur ad instantiam creditorũ,& maior pars dẽt concurrere, secundò, quod noĩatim citentur ij, quorum est successionis causa, nec sufficit citatio gñalis, tertiò,quod si sit hæres extraneus,statuatur terminus saltem dierũ cẽtum, quartò ꝙ talis curator faciat inuentarium,& quintò quod satisdet,aliter datio, & processus nulli sunt, latè Menoch.de arbit.iud.
50 d casu 150. per tot. † vbi etiam tradit, qñ curator ad instantiam creditorum, sit dãdus bonis debitoris absentis,vel vagabundi,& quod possit dari curator bonis absentis,qui ignoratur, vbi sic tenet glo. in l. ab hostibus,in princ. ff.ex quib. caus. maior.Neuiz.cons.17. nume.24.Boer.q.88.Alex.
51 consil.4.nu.3. lib.2.vbi etiam tradit † quas actio-
52 nes valeat intentare huiusmodi curator, † & de curatore ad litem vide text. in l.1. ff.de in lit.dãd. tut. Socin.iun. cons.46. vol.1. Neuizan cons.17.
53 Azo in summa de in lit.dand.tut.vel curat. † hic tamen curator datus bonis iacentibus non habet eandem potestatem, quàm habet datus ad negotia, vt notat glo. in rub.ff.de curat.bonorum dãd. & in l.1.in princ.ff.eod.& de hoc curatore latè dixi supra ad statut. ideò hic omitto.

54 Notandum etiã, † quod mortuo principali debitore, si non adsint hæredes ipsius facienda est excussio, contra hæreditatem iacentem dato illi ante omnia curatore ad formam præsentis statuti, Alex. consil.100. num. 10. & seq. volum.5. Paris.cons.50. nu.41.& seq.lib.1. Andr.Gaill.singu. obseru. lib.2. obseru.27. num.12.

55 In verb. ex agnatis cognatis] intellige† de proximioribus, vt notat Bal.in l.fin. num.2. ff.de verbor.signific. Alex.in addit. ad Bart.in l.tertius. in princip.ff.de aqu.pluu arcen. Marsil.in prax. crimin. §. constante, nu 15.& sing.678 vbi attesta-
56 tur de communi; † contrarium verò tenet Cotta in memor.in uerb.statutum requirens,Bald.& alij in l.transactionem. C. de transact. Lamb.in commentarijs ad statuta de contractu mulierum,glo. 11. versic. agnati, numer.8. Tiraquell. de legibus connub. gl.8.nu.138.& facit pro hac parte,quam in hoc statuto amplector. ponderatio huius statuti in verbo, qui sibi sufficientior videretur, cum hoc sit positum in arbitrio iusdicentis, vt scilicet non attendat proximitatem, sed sufficientiam,
57 sed dubium est† quis præferri debeat ex agnatis, vel cognatis, & dic quod agnatus, vsq; ad tertium gradum de iure canonico inclusiuè, cum per statutum infra 96. in ciuilibus, agnati intra dictum tertium gradum præferrantur in successione, quo
58 casu, quando statutum † præfert agnatos, cognatis, in successione, eodem modo dicitur eos præferre in tutella,& cura, vt in terminis huius statuti considerauit, Menoch. de arbitr. iudic. dicto casu 150. num.32. cum seq.

59 In verbo, & non teneatur facere inuentarium] regulariter † tenentur curatores facere inuentarium, sicut tenentur tutores, l.finali. C.de curatore furios.& l de orationibus, C.de episcop. au-
60 dient. † etiam si dati essent ad lites, vt tenet Practic. Papiens. & Appostillat. ad eum in forma libelli, quo agitur ad reddendam rationem, numero 10. Capic. decis. 87.
61 † Sed stante hoc statuto, non tenetur, † sicuti
62 etiam de iure communi curator datus ad vnam causam tantum, sic Practic. Papiens. loco citato, num. 9.

Cætera attenta in hoc statuto nõ egent declaratione, sed ꝓ faciliori declõne huius statuti graue mihi visũ nõ est addijcere hic nonullas allegões, alias ꝑ me factas in fauorẽ hr̃dum D. Cesaris

Nouarini, contra D. Laurentium de Mazinis, quæ cum tendant ad declaratiõnem totius præsentis statuti, & plurimum cõferant ad eius intelligentiam, curaui apponendas in fine statuti.

Incipiunt.) Attentis his, quæ in facto sunt proposita, siue ius cõmune, an potius municipale Papiense sub rubr. 47. in ciuilibus inspiciatur, concludendum videbatur iudicium agitatum per D. Laurentium de Mazinis prætensum creditorem, in bonis nunc cond. D. Cæsaris Nouarini contra Spect. Dominum Ioãnem Angelum Sachum curatorem datum bonis præfati D. Cæsaris iacentibus valere, & subsistere.

63 Et primo inspiciendo ius commune, certũ est, † quod vbi nullus apparet hæres põt iudex ex officio curatorem bonis iacentibus statuere, qui nẽ bona in sinistrum dilapidentur eorum curam suscipiat, l. prima, vbi gloss. in solutione contrarij, in verbo venditio. ff. de curat. bon. dand. Angel. consil. 103. num. 2. Dec. consil. 509. num. 1. Alex. consil. 221. in fin. libr. sexto. Purpur. consil. 128. num. 20 & seqq. lib. 1. Bero. consil. 128. num. 33. lib. 2. cum ergò ex processu dicti D. Laurentij appareat, hæredes ab ipsis citatos fuisse, nec ipsos aliquemuè eorum nomine comparuisse, vtiquè dicendum videbatur legitimè, quò ad ipsum D. Laurentium curatorem datum fuisse, & consequenter aduersus eum pro actione crediti sui experiri iustè valuisse, stante præcipuè regula, quod 64 vbi hæres conuentus est contumax, potest curator dari hæreditati iacenti, l. debitor. ff. de negot. gest. prout ita considerat, Angel. consil. 192. per gloss. in l. prima. §. cum dicitur. ff si cui plus quam per legem falcid.

Secundò huic annectitur, nam cum ipsi hæredes fuerint citati, eorum erat muneris petere terminum ad deliberandum, nequè erant hoc casu 65 monendi, † nam aduersarium suum nemo tenetur instruere l. prima denunciare. ff. de liber. agnoscend. & l. 1. §. denunciare. ff. si vt ab hæred. se abstine. Quarè sufficit eos citatos fuisse, cum nec contradixerint dationi curatoris, & contumaces fuerint, l. 1. C. si sepius in integrum restitu. sit petita, Angel. consil. 192.

Tertiò itaq; quò ad statuti 47. dispositionem attinet, sub titulo de curatore dando bonis vacãtibus; dum disponit fieri citationem alta voce per viciniam, quod si quis vult esse hæres, & alia, &c. videbatur legitimo iure dictum curatorem personam legitimam habuisse standi in iudicio, & dictum Dominum Laurentium contra eum agere valuisse, nam licet talis citatio alta voce, per proclama, & reliqua à statuto in specie requisita non fuerint, per Dominum Laurentium obseruata; attamen cum talis modus, & forma ab vno fuerit seruata, videtur sufficere, quia dum statutum talia fieri mãdat, effectum potius quam actum considerasse videtur, vndè deseruit regu- 66 la † non referre à quo quid factum sit modò factum fuerit, l. si mater. C. de institutio. & substitutio. l. item veniunt. §. petitum autem, versiculo à quo. ff. de petitio. hæreditat. l. mulier. ff. ad 67 Trebellian. nec de modo curandum, † dummodò sequatur effectus, vt in dictis iuribus probatur, & facit, quod tradit Barto. in l. gallus. §. & quid si tantum columna prima, versiculo, & contra. ff. 68 de liber. & posthum. † alias quando quæritur de effectu actus, magis quam actu, non refert quid ex æquipollentibus fiat, quarè cum proclama factum sit, vt in decreto dandi curatoris dictus Dominus Laurentius, & ipse curatorem sui nomine decerni petierit, ratum videtur habuisse dictum proclama, à Domino Antonio, qui for- 69 ma seruata egit, † quæ ratihabitio mandato æquiparatur, lege vltima. C ad Senatusconsul. Macedonianum, Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. num. 6. Castrens. consil. 84. in vltimo dubio, libro 1.

Corroboratur quarto loco, nam tale proclama ea ratione fieri videtur, vt scientia hæredi, vel agnatis, aut alijs interesse prætẽdentib. inducatur, cum igitur per speciale proclama vnius, ità inducatur, scientia sicut si omnium nomine factum sit, vtiquè potuit legitimè Dominus Laurentius contra dictum curatorem agere tamquam proclama legitimè omnium nomine factum sit, vt in simili latè arguit Tiraquell. dicta gloss. secunda, §. 36. nume. 7.

Rè tamen diligentius, ac maturius considerata, in proposito themate, siuè ius commune, siuè municipale attendamus, & considerato, tam primo iudicio inchoato ante dationem curatoris, quam etiam cum ipso curatore prosecuto, contrarium respondendum, de iure existimo, processumquè ac iudicium respectu dicti Laurentij, ac aliorum, qui formam à statuto requisitam non seruauere, nullum omninò esse, ac huiusmodi per Eruditissimum, ac integerrimum Dominum Iudicem pronunciandum, & declarandum fore pluribus rationibus.

Et incipiendo à primordio litis per dictum Dominum Laurentium, vsquè de anno pestifero 1577. contra hæredes præfati Domini Cæsaris inchoato, quo tempore in hæredum contumaciam, ad ipsius Domini Laurentij fauorem condemna- 70 tio lata dicitur, certè nulli dubium est † pestis tẽpore citatum non teneri comparere, ex diffusè traditis per Dominum Ripam auum meum maternum in tractatu pestis, sub rubrica de priuileg. iudiciorum causa pestis, colum. 1 Vantius de nullita. sub rubr. de nullit. sententiæ ex deffectu iurisdictionis ordinariæ, nume. 165. stante præsertim omnium, & quarumcunque causarum generali suspensione, vndè contumacia non obest, & processus eo tempore factus, est ipso iure nul- 71 lus, † nam vbi citatio est illegitimo tempore facta, continetquè notorium grauamen, processus est ipso iure nullus, clement. pastoralis. §. notorium, de re iudicat. Innocent. & alij in cap. secundo, de dilation. Rip. in præcitato loco, num. 28. & contumacia non ligat, vbi citatus legitimum 72 habuit impedimentum gloss. in cap. quæ sit, versiculo distulerit, de elect. in sexto, Rip. vbi supra, numero 31.

73 † Secundò stante huiusmodi legitimo impedimento testium tunc temporis examinatio est ipso iure nulla, Abb. & Felyn. in cap. 2. numero 19. extra de testibus, & in cap. si querela, de procurator. Gemin. consil. 135. præsertim, quandò iudex scit adesse pestis impedimentum, & locum esse contagiosum, Rip. vbi supra num. 29.

Nec releuat reuocatio facta per tunc Illustr. Papiæ Prætorem, seù ordinatio, vt non attenta generali omnium causarum suspensione, assumerentur dictæ informationes, nam dicta suspensio generalis ab Excellentissimo Senatu Mediolani emanauit, quarè non est hæsitandum minorem, maioris gesta, nec reuocare, nec suspendere, vel in

74 in totū, aut in parte posse. † vbi enim maior magistratus aliquid mandat suspenditur, & impeditur minoris iudicis iurisdictio, gloss. in cap. denique, in verbo maior 21. dist inct. cap. antiqua. §. dominico, in verbo nisi in vrbe, de priuileg. cap. inferior 21. distinct. cap. cum inferior, de maiorit. & obed. Ias. in auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imperat. offerend. & in l. omnes populi, nume. 31. ff. de iustit. & iure, stanteque suspensione, quidquid actum sit, nullum dicitur, argumento l. si de proprietate. C. si à non compet. iud.

Sed demus (citra veri præiudicium) tales informationes assumi potuisse, deueniendo ad id, de quo quæstio agitatur, an iudicium potuerit prosequi D. Laurentius, contra D. Ioan. Angelum Sachum curatorem ex Decreto Iudicis constitutum; adhuc dicitur dictum iudicium nullum, tam de iure communi, quàm etiam municipali; & inter cætera a Doctor. in hac materia curatorum tradita, tres casus considerantur, ad quos negotium nostrum reducitur.

Primus est, quando iudicium contra hæreditatem
75 iacentem intentatur, † & hoc casu clarum est processum esse nullum, Angel. in l. quarta. §. toties. ff. de damn. infect. Decius cons. 509. in princip. & tale potest appellari iudicium primo loco intentatum per Dominū Laurentium pestis tempore.

76 Secundus † est casus, quando creditores experiri intendunt contra filios, aut heredes testamentarios, & tunc debet is, qui agere vult, citari ipsos facere, quibus non comparentibus, debet à Iudice statui facere terminum competentem, intra quem deliberent, an hæredes esse velint, nec ne; alioquin iudicium nullum redditur, l. si quis instituatur. §. bonorum. ff. de hæred. institu. l. prima, & secunda, ff. de liber. agnoscen. l. si diù. ff. ex quibus caus. in posses. eatur, Bald. in l. si curatoris. C. de iure deliberan. Dec. consi. 509. versic. quandoque dicta bona, Angel. consil. 193. colum. fina. Alexan. consil. 4. numer. 5. lib. 2. & hic est casus noster, nam cum sciret Dominus Laurentius, adesse hæredes testamentarios, & filios, eius intererat petere, vt statueretur ad deliberandum terminus, vel saltem legitimè probare filios nolle esse hæredes, l. cum patris. ff. de acquiren. hæredit. glo. vbi Alex. alia iura citat in l. cum dotem. §. transgrediamur colum. penult. ff. solut. matrimo. quare cum ipse sciret adesse hæredes, & filios, quos tanquam filios, & hæredes conuenit, & requisita à iure communi non seruauerit, iudiciū dr̄ nullum ex supra deductis; adiuuatur hoc ex regula, quæ
77 se habet, † quod non datur curator, quando potest quis se defendere, vel per se, vel per procuratorem suum, Bald. in terminis cons. 173. colum. j. versic. item regula, lib. 2. vbi vide.

Tertius, & vltimus casus negotio nostro magis accommodatus, ille est, quando processus, & iudicium agitur cum curatore bonis vacantibus dato, de quo per Doctor. in l. prima. ff. de cur. bonis dand. Angel. cons. 103. 192. 193. & de quo extat prouisio statuti nostri, & in hoc præcipuè videtur intentio Domini Laurentij fundari, cum aduersus ipsum curatorem, expeditiones, & interlocutiones obtinuerit, creditumq; ipsius vigore, sit consecutus; quæ tamen omnia iure penitus resistente, acta sunt, & iudicium ipso iure nullum, pluribus rationibus redditur, illud autem in primis præfabor.

78 Primò quod † forma à statutis inducta, dicitur substantialis, qua non seruata, actus redditur ipso iure nullus, Bald. in l. comparationes. C. de fid. instrument. Decius consil. 9 colum. 1. 110. colu. 1. 222. colum. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. gloss. 2. num. 29. & in terminis statuti loquentis de forma dandi curatorem, Bald. consilio 146. num. 5. libro 2. & qui non seruata forma procedit, statuti beneficio potiri nequit, omniaq; superindè gesta forma non seruata nulla redduntur, Anchar. consil. 35. visis colum. 2. Bald. consil. 11. colum. final. lib. 1. & 324. lib. 2. Alexand. consil. 138. numero 6. libro 7. l. fina. vbi gloss. C. de vend. rei Ciuil. lib. 11. Alexan. cons. 50. num. 4. lib. quinto, Afflict. decis. 355. num. 4. Riminal. iun. consil. 23. numer. 18. libro 1. si igitur ex infra dicendis constabit, formam ab ipso Domino Laurentio non seruatā, processus nullus erit; & licet ab alio creditore fuerit specifica forma seruata, nihilominus ipsi Domino Laurentio non opitulatur, vt latius dicetur infra in solutione contrariorum; quare
79 stat interim regula, † quod à quo remouetur forma, remouetur, & eius effectus, l. bebius Marcellus. ff. de pact. dot. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. Bald. in authent. sed si & quis, nu. 2. C. de lib. & posthum.

80 Secundo præmittendum est, quod talis forma est ad vnguem obseruanda, alioquin agens succumbit, Soc. sen. cons. 55. colum. 2. lib. primo, glo. in l. mancipia, in verbo aduocandūm, vbi Castr. Fulg. & alij, C. de seru. fug. Bart. in l. diuus, ff. de test. milit. Dec. consil. 13. col. 2. 18. colu. 2. 356. col. 1. 434. 440. colum. prima, l. prima, §. ait prætor, vbi Bart. ff. ne quis in flum. publ. Ripanus meus in cap. inter cæteras de rescrip. nu. 66. cum allegatis diffusè per Tiraq. de retract. lign. §. 8. gl. 7. num. 1. 2. quare si in processu cum ipso Curatore agitato, aliquid fuerit omissum quod
81 omittendum non erat, † processus redditur ipso iure nullus, sic clarè in processu cum curatore facto, innuit Bald. consil. 172. versic. & hæc vera sunt volum. 2. & consil. 173. colum. prima, vers. nam ista est forma, eod. lib. 2. quod autem fuerit aliquod omissum, ex infra dinumerandis apparebit, imò licèt multa fuissent obseruata (quæ tamen non sunt) si vnum ex requisitis omittatur, processus est ipso iure nullus, l. cum hij, §. si prætor, ff. de transact. Alex. cons. 7. nu. 7. lib. 7. Dec. in cap. prouidentiam in 4. not. de officio deleg. & consil. 532. num. 5. Roll. à Vall. cons. 173. num. 40. vol. 2. & 72. num. 57. cum seq. Alex. in l. si is qui quadraginta, §. quædam, in secundo not. ff.
82 ad l. falcid. Gam. decis. 79. nu. 13. & † qui se fundat, in lege, vel statuto, aut dispositione ex orbitāte, debet obseruare, ac probare omnes qualitates à statuto requisitas, nulla omissa, Socin. cōs. 220. num. 8. & 9. Natta cons. 254. num. 2. 474. num. 38. Paris. consil. 17. num. 28. lib. primo, Soc. iun. cons. 3. lib. primo, cons. 4. nu. 30. lib. 2. Grat. resp. 43. nu. 31. & seq. lib. 2.

83 Tertiò considerandum est, † in statutis formam habentibus, non habere locum regulam illam, non referre, quod ex æquipolentibus fiat. Bal. Angel. & Alex. in l. prima, ff. de lib. & posth. Soc. Sen. cons. 24. num. 21. & 33. num. 6. & seq. vol. primo, Alex. qui in specie loquitur de forma in curatore bonis dando requisita, cons. 137. nu. 15. & seq. vol. 2. latè Paris. cons. 12. à num. 43. vsq; ad num. 55. vol. 2. Grat. respons. 6. num. 4. 19. &

38 *Fallit secundo, stâte inimicitia facto debitoris.*
39 *Fallit tertio, quando molestatur à creditore.*
40 *Fallit quarto, quando fideiussor est condemnatus in Iudicio.*
41 *Fallit quinto, in instrumento habente executionem paratam.* [lutionem.
42 *Fallit sexto, facta cõuentione, vt possit agi ante so-*
43 *Fallit septimo, quando fideiussor vellet ire ad studium, vel mutatio status personæ contingeret.*
44 *Fallit vltimo, quando fideiussor diu stetit in obligatione.*
45 *Fideiussor, quando dicatur stetisse diu in fideiussione, & quid stante hoc statuto nu. 46. & 49.*
47 *Fallit pluribus alijs modis de quibus remissiuè, & an minor restituatur aduersus fideiussionem absque probatione læsionis.*
48 *Cautella quod fideiussor faciat sibi promitti de releuando toties quoties.*
50 *Annus de quo in hoc stat. quãdo incipiat currere.*
51 *Statut. hoc de fideiussore exonerãdo, non procedit in fideiussore pro annuo censu, & vide nu. 54. 56.*
52 *Non etiam procedit in fictis libellarijs.*
53 *Creditor agens ante tempus male agit.*
55 *Statutum, quando vnum supponit, & aliud disponit, non habet locum dispositum, nisi verificetur suppositum.*
56 *Annuus census habet obligationem perpetuam.*
57 *Hoc statutũ non procedit in fideiussore euictionis.*
58 *Non procedit hoc statutum in fideiussore debiti cõditionalis pro dote restituenda, vel pro tutore.*
59 *Quid si in his casibus fideiussori sit promissum per debitorem de eum releuando toties & quoties, quid operetur dicta promissio.*
60 *Clausula summariè qualiter intelligenda.*
61 *Debitor principalis non releuans fideiussorem, an possit capi in domo propria.*
62 *Statutum remouens exceptiones non tamen intelligitur tollere eas de quibus hic.* [huius stat.
63 *Correo insolidum obligato an competat beneficiũ*
64 *Collaudator an possit petere indemnitatem a principali debitore.*
65 *Quid cessante dispositione huius statuti.*
66 *Collaudator tenetur in subsidium, quando fideiussor non est soluendo.*
67 *Amplia etiam si susceperit obligationem insolidum, & vide num. 69.*
68 *Collaudatio facta insolidum, quid operetur.*
70 *Fideiussionis appellatione an veniat collaudator.*
71 *Fideiussor quem principalis promisit indemnem releuare, an si pulsetur in iudicio a creditore, petere possit à principali illum coudẽnari ad quantitatẽ, absq; eo quod petat se indemnẽ cõseruari.*
72 *Fideiussor licet debitorem principalẽ cogere possit ad se exonerandũ, nõ tamen liberatur a nexu obligationis versus princip. creditorẽ eo inuito.*

Irca hanc rubricam, est videndus omninò Io. Petrus Fontanel. in tract. de pact. nuptial. clausul. 4. gl. 18. part. 3. num. 12. cum seqq. pluribus, Carpan ad statuta Mediolani, lib. primo,
1 cap. 413. & scias, † quod rubrica pro gerundium concepta requirit actum de futuro, sicuti voluit Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. process. num. 91. item præmittenda sunt nonnulla, circa materiam fideiussorum spectantia; & pri-
2 mo, quæro † quis sit propriè fideiussor, & dicitur, qui pro alio obligato promittit, l. fideiussor obli-
3 gari, in princ. & §. fideiussor, ff. de fideiuss. † Hinc infertur, quod qui animo nouandi pro alio promisit, non dicitur fideiussor, nec compræhenditur sub statuto de fideiussore loquente, Bal. in l. in personam, §. qui pecuniam, ff. de pact. Dec.
4 cons. 7. nu. 6. † large autem fideiussor pro illo accipitur, qui principaliter obligatus est pro negotio, ad alium spectante, vt tenet Dec. cons. 268.
5 num. 2. dum etiam quærit, † nunquid pater, qui pro filio obligatur, dicatur fideiussor, & compræhendatur sub statuto, de fideiussore loquente; in
6 hoc autem nostro statuto fideiussor accipitur strictè, & propriè, non autem largo modo, cum in statutis verba propriè, intelligi debeant, vt notatur in l. 3. §. hæc verba, vbi Bart. ff. de negot. gest. & in quo differat fideiussor iuditij à fideiussore contractus, tradit Surd. decis. 218. num. 13.
7 sciendum est autem, quod fideiussor, non potest fieri sine stipulatione, cum necessario in fideiussione stipulatio requiratur, l. blanditus, vbi Bart. C. de fideiuss. l. 5. §. satis acceptio. ff. de verborũ oblig. vbi Ias. Alex. consil. 87. col. fin. lib. primo, Bal. in l. ex placito, num. 24 C. de rerum permut. Ias. in l. lecta, nu. 30. cum duobus seqq. ff. si cert. pet. tex. in §. fin. vbi Aret. Inst. de fideiuss. Hinc
8 † infertur, quod cum fideiussio necessario requirat stipulationem, non poterit præstari per epistolam, nec inter absentes, vt notat Bald. cons. 180. nu. 1. vol. 5. Vrsill. ad Afflict. decis. 39. nu. 1.
9 Amplia. † vt nec etiam valeat fideiussio de iure canonico sine stipulatione, Ias. in d. l. lecta, in fine. Dec. cons. 93.
10 Fallit † hæc regula, si fideiussio fiat in iudicio. Bald. & Felin. in cap. primo, in 5. col. extra de pactis, Ias. in l. pacta nouissima, in 3. col. C. eod. & in l. prima, in prima col. ff. de verb. oblig. & vide Ias. ponentem quatuor fallentias ad hanc regulam, in d. §. satis acceptio, nu. 2. & Crot. tradentẽ octo declarationes ad hãc regulã, in l. sciendũ, nu. 7. ff. de verb. oblig. vbi et Bolognet. limitat, n. 44.
11 An † autem, & quando in fideiussione præsumatur interuenisse stipulatio, videas latè Mascar. de probat. concl. 791. vbi firmat regulam affirmatiuam, nempe, quod fideiussio præsumatur facta cum stipulatione, quam regulam ampliat duobus modis, & quatuor limitat, vt ibi videre est per eum, hanc etiã regulam firmat Menoch. in tract. præsumpt lib. 3. præsumpt. 132. nu. 4. cum seq.
12 Quot † autem modis accipiatur fideiussio, tradit Bart. in Auth. hoc ita, nu. 68. C. de duob. reis.
13 Non est etiam omittendum hoc loco † fideiussorem non posse se in plus obligare principali debitore, sed bene in minus, l. græce, §. illud, vbi Bart. ff. de fideiuss. §. fideiussores, vbi DD. Inst. de fideiuss. Ias. in §. in personam, num. 34. Inst. de
14 actio, quod adeo verum est, vt † fideiussor obligans se in grauiorem causam, & sic in plus, quam principalis, in nihilo obligetur, & sic, nec etiam in eo, quod debet principalis, glos. in d. l. græce, §. illud, Ias. in l. prima, §. stippulanti, num. 9. ff. de verborum oblig. scribentes omnes, in §. fideiussores, inst. de fideiuss. Host. & Abb. in cap. & si Christus, de iur. iur. Marsil. in repet. rub. ff. de fideiuss. nu. 342. cum alijs seqq. vbi ponit hoc pro regula, cum multis limitationibus, & vtilibus declarationibus, hancq; communem dicunt Bart. in d. §. illud Bellonus in d. §. fideiussores nu. 3. Suarez in suis communibus, in verbo fideiussor, in maiori, quem refert, & sequitur Carpan. ad statuta Mediolani, vol. 2. cap. 189. nu. 8.

Fallit

15 † Fallit tamen hæc regula inter alias, interueniente iuramento, nam tunc fideiussio in plus, q̄ principale debitum, valet Bart. in l. si quis pro eo, nu. 14. ff. de fideiussor. Aret. & Port. in d. §. fideiussores, Abb. & communiter DD. in cap. cum contingat, vbi Alciat. nu. 173. de iur. iur. Alexā. conf. 30. vol. 4. & tunc fideiussor iurans obligatur tamquam principalis de communi, Alciat. in
16 d. §. cum contingat nu. 174. Hinc † est, quòd si fideiussor scienter cum iuramento promittat maiorem quantitatem, quàm à debitore promissa, aut debita sit, tunc tenetur vti principalis ratione iuramenti, non solum ad quantitatem per principalem promissam, aut debitam, sed ad id etiam, quòd vltra eum scienter promiserat secūdū DD. supra allegatos, & Bart. in l. hi qui, ff. de fideius. Roma. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. Marcus Anton. Baueria in tract. de veritate iuramenti, in princ. Marsil. in rub. nu. 342. ff. de fideiuss. Natta cons. 453. nu. 15. vol. 2. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 98. nu. 29. Mancin. de iuram. part. 4. effectu 8. & effectu 15. eiusdem partis. 3.
17 Limitatur † secundo, & vltimo pro nunc conclusio, vt bene valeat obligari fideiussor efficatius & strictius, quam principalis, §. in omnibus, & ibi glos. Aret. & in §. fideiussores, ubi glos. Aret. & Port. Instit. de fideiussor. Ias. in l. vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.
18 Sed iuxta † hoc quæro, numquid fideiussor pro sorte teneatur etiam pro interusurijs, de quo videas, Alex. cons. 34. nu. 5. vol. 2. vbi tenet, quòd fideiussor simpliciter acceptus videtur fideiussisse in omnem causam totius contractus obligationis, & potest conueniri ad vsuras. vide Neguf. de pignorib. par. 2. memb. 4. n. 47. vide etiam quæ dixi ad cōs. Bal. 4. in 6. vol. & per Surd. decis. 212.
19 Numquid † autem licitè valeat fideiussor pro fideiussione facienda recipere mercedem, & dic q̄ sic, l. si remunerandi, §. fin. vbi Bart. ff. mand. l. hoc iure, §. 1. vbi Bar. & Castr. ff. de donat. Ant. Caldas. in l. si curatorem habens, C. de in integr. restitut. in verb. facultate sub nume. 96. licet ipse contrarium teneat, nec potest talis fideiussor recipiēs mercedem dici usurarius, cum licitè possit capere ratione periculi, Deci. cons. 7. nu. 10. Didac. Coarun. testans de communi Variarum resolut. lib. 3. cap. 2. nume. 4. cum pluribus alijs congestis per Carocium in tract. de locato, & con ducto in tit. de fideius. pag. mihi 127. ubi hoc limitat tribus modis, & inter alias, quando appareret de dolo, uel fraude, ad hoc allegat Nauar. in cap. nauiganti de Vsuris in 6. & uide latè Vilagutum in tract. de Vsuris quest. 23. Vbi latissimè remissiuè Bertazz. de clausulis instrum. claus. 41. gl. 2. num. 3. plenissimè Surd. cons. 306. lib. 3.
20 In uerb. ad uoluntatem fideiussoris] scias, † q̄ ille, ad quem peruenit utilitas contractus dicitur principalis, alter vero dr̄ fideiussor, quidquid in cōtrarium actum fit etiam si fideiussor obligasset se principaliter & insolidū, Paul. de Castr. cōs. 81. in princ. text. in §. nō solū vers. idē & si duos, & ibi glo. in Auth. de fideiussor. Abb. in cap. 2. nu. 6. de fideiuss. Alex. ad Bart. in l. marcellus versic. tamen oppono, ff. de fideiuss. Curt. Iun. in l. in persona, §. qui peccuniam num. 9. ff. de pact. Paris. cons. 110. nu. 75. lib. 3. Honded. cons. 103. nu. 11. Odd. cons. 41. nu. 68. & seq. Crauet. cons. 91. nu. 2. quod verū intelligo quantum ad eos, qui se obligarunt, secus autem quo ad personam illius, cui facta est obligatio insolidum, latè Ronchegal. in l. reos num. 13. cum seqq. plurib. & nu. 21. & seq. ff. de duob. reis, differt autem fideiussor, à reo debendi; quia reus debendi pro parte tantum tenetur, nisi exprefsè se obliget insolidum, l. reos, ff. de duobus reis, & in Auth. de duobus reis, §. 1. col. 3. sed fideiussor equè tenetur, & insolidū, sicut ipse principalis debitor, pro quo intercedit, vt tenet glo. in §. si plures, in verb tenetur Instit. de fideiussor.

In verb. principales debitores] vide glo. in Auth. de fideiuss. in princ. Deci. cons. 268. nume. 2.
21 & licet † fideiussor in instrumento se constituerit principalem debitorem, (vt sæpe fieri solet) tamē potest vti beneficio excussionis, & alijs beneficijs, quibus vtuntur fideiussores, sic tenet glo. prædicta Marsil. in rubr. num. 62. ff. de fideiussor. Roman. sing. 200. Capella Tholos. q. 80. cum alijs supra citatis; Hocq; excussionis beneficium dicitur fauorabile, & æquitatem præ seferre, Alciat. cons. 710. num. 3. Ozasc. decis. 2. num. 11. taleq; beneficium digestorum iure erat incognitum, Bursat. cons. 203. nu. 6. & hoc beneficium (vt dixi) regulariter omnibus fideiussoribus, & tertijs possessoribus competit, auth. hoc præsente, C. de fideiuss. Marsil. sing. 220. Socin. reg. 177. Duen. reg. 3?. Anto. Gabr. in suis communib. tit. de fideiussor. conclu. prima, vbi pluribus modis ampliat & declarat, & Caroc. abundè in suo tracta. de excuss. bon. Carpan. ad statuta Mediol. lib. 2. cap. 189. nu. 36. cum seqq. pluribus, qui omnes ex professo materiam excussionis exornant.
22 † Limita, vt non procedat si talis fideiussor renunciauit beneficio Nouarum Constitut. & titu. de duobus reis, ac Epistolæ Diui Adriani, vt communiter contingit in clausulis cæteratis, quæ per Notarios in Instrumentis ponuntur, quia eo casu nequaquam poterit vti beneficio excussionis, nec facere quod creditor in primis experiatur de iure suo contra principalem debitorem, per ea quæ tenet Pract. Papiens. in forma libelli contra plures reos in glo. beneficio Nouarū Constitut. nu. 3.
23 Sublimita postea in fideiussore indemnitatis, etiā quod exprefsè renunciauerit beneficio excussionis, quia poterit nihilominus, eo vti vt per Bart. in l. 1. C. de conueni. fisci debit. libr. 10. Marsil. in rub. nu. 23. & q. 44. nu. 367. ff. de fideiussor. Roman. cons. 211. num. 2. & seq. & cons. 241. num. 6. & communem dicit Corneus cons. 109. nume. 6. lib. j. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 88. nu. 1. hæc
24 † tn̄ sublimitatio locū habere non poterit interueniente iuramēto, quod vt plurimū adhibetur in instrumētis, quia eo casu talis fideiussor nō poterit se iuuare beneficio excussionis teste, Alex. cōs. 29. nu. 36. lib. 7. Natta cons. 426. num. 22. Rol. cons. 6. nu. 45. lib. 1. Seraphin. de priuil. 88. Mancin. de iuram. part. 4. effectu 32. nu. 1. & seqq.
25 In verb. liberare] plus † importat, quam exonerare, releuare, & defendere, vide Bart. in l. pater in princ. ff. de dot. præleg. Alex. in l. si pater nu. 2. C. de collat. vbi Castr. & alij, & in l. facere posse, ff. sol.
26 matr. † & nota quod creditore inuito nō liberatur fideiussor ab obligatione Marsil. in rub. nu. 250. & 255. de fideius. Caroc. decis. 4. † nec ēt datis fideius
27 soribus, vt ibi per eum, succurritur tn̄ fideiussori per datione pignorū, sic Marsil. vt s. nu. 256. liberatur aūt fideiussor per prorogationē termini factā principali debitori, vltra terminū p̄ quo se obligauerit fideiussor, vide tn̄ dist in d. c. Ias. in l. j. n. 8. C. de Iud. Ant. Gab. in suis cōib. in tit. de fideius. cōcl. 3.

per totam, vbi latè, & vide etiam Thesaur. Pedem.decis. 125. per totam, vbi distinguit ad scien-
29 dum, † an fideiussor liberetur facta prorogatione per creditorem principali debitori, nam aut fideiussor est obligatus pro certo tempore, ita ut vlterius non teneatur, & tunc facta prorogatione ipse liberatur, vt supra dixi, ea ratione, quia fideiussor pro certo tempore, eo elapso remanet liberatus, l. si fideiussori. C. de fideius. Dec. consil. 93. per totum, aut fideiussio est simplex, sed dilata est solutio in certum tempus, & tunc facta prorogatione dicti temporis, non tamen liberatur fideiussor, ex magis communi Doctor. sententia, quā testatur Thesaur. dicta decis. 125. numer. 4. vbi infinitos Doctores, ita attestantes allegat Paris. consil. 48. lib. 1. Mars. in rub. ff. de fideiuss. nu. 89. Mart. Coler. de proces. execut. parte 1. cap. 10. nume. 303. quos sequitur Caroc. de locat. & conduct. in tit. de fideius. il 2. q. 6. nu. 5. pag. mihi 246.
30 An † autē fideiussor liberetur delegatione facta per principalem debitorem, & dic quod sic, vt latè per Bertaz. de clausulis, clausula 34. glos. 18.
31 nume. 2. † liberatur etiam fideiussor per pactum de non petendo, factum reo principali l. nisi. ff. de fideius. Bertaz. vbi supra. claus. 35. gl. 6. nume. 6.
32 Scias tamen, quod † si debitor creditori rem aliquam in solutum dederit, quę postmodum euicta sit, tunc non liberatur fideiussor. Marsil. in rubrica, num. 372. de fideius. quem refert, & sequitur Bertaz. de claus. instr. glo. 7. nu. 6. clausula 41.
33 An † autē per depositionem factam à debitore principali de quātitate debiti liberetur fideiussor distingue vt per Mars. & Bertaz. supra allegatos.
In verbo postquam steterit in dicta fideiussione] declarat tempus, quando liceat fideiussori agere, vt releuetur, † scias autē, quod de iure com-
34 muni fideiussor regulariter, non potest agere contra reum, vt liberetur, vel indemnis conseruetur, antequam soluerit creditori. l. lucius, vbi glos. & Doctor. ff. mand. l. si pro ea. vbi glo. rationem adducit, & ibi DD. C. eod. titu. text. in cap. fin. vbi Abb. de fideiuss. Hipolyt. Rim. Instit. de donat. §. 1. num. 181. & vide latè Bertazzol. de clausul. instrum. clauf. 43. glo. 3. nume. 2. vbi ponit plures fallentias ad hoc. Nec cogitur creditor consentire debitori, vel fideiussori. Afflict. decis. 241. nume 3. & 4. Caroc. decis. 4. Borgn. decis. 11. num. 1. & 2. part. 4. & qualiter liberandus sit fideiussor, nempè an dando alium fideiussorem idoneum, & quomodo cogi possit creditor, tradit Caroc. vbi ... decis. 4. dans tria remedia iudici, à quo fideiussor petit se eximi à fideiussione, primo per captionem pignorum; secundo per immissionem in possessioné; tertio per venditionem bonorum ad effectum satisfaciendi, post Bald. in l. si pro ea, q. 3. nu. 6. C. mand. & latè post Caroc. dicto loco potest quē creditor iustè aliquid accipere à fideiussore, vt eum liberet, Didac. libr. 3. var. resol. c. 2. n. 6. Gaspar Roder. de annuis reddit. libr. 2. cap. 12. num. 7. Fontanel. de pact. dotal. claus. 4. glo. 18. par. 2. nu. 26. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de fideiuss. resolut. 5. per totum.
35 † Fallit primo hæc regula, qñ creditor cepisset dilapidare bona d. l. lucius, vbi glo. & d. l. si pro ea, vbi DD. d. c. fin. vbi Abb. de fideius. nam tunc potest fideiussor agere actione mandati, vt liberetur
36 vel indemnis releuetur, † qñ autem debitor dicatur dilapidare bona. Bald. in d. l. si pro ea, post gl. ibi, Bart. in d. l. lucius, vers. in ea gl. & in l. si constāte, in 3. q. primæ part. nu. 15. vbi Ias. num. 157. ff.
37 sol. matr. intelligendo tñ de magna dilapidatione, ex qua debitor ad paupertatē peruenire possit, vt per Andr. Gail. lib. 2. obseru. 29. num. 8. vbi fallentiam declarat.
38 Fallit secundo, † qñ facto debitoris, orta esset inimicitia, Hippol. in l. j. §. pterea, in 10. col. ff. de qstio. Abb. in c. final. de fideius. estq; gñale quamcunq; inter viuos liberalitatē, superueniente inimicitia reuocari, l. fi. vbi auus mihi mīnus Rip. C. de reuoc. don. intelligēdo tñ de graui inimicitia. Menoc. de psūp. li. 3. psump. 37. n. 26. & seqq. Mātic. de coniect. vlt. volunt. li. 12. tit. 5. nu. 15. & 16.
39 Fallit tertio, quando molestaretur à creditore, Abb. in c. constitutus, & in c. fin. de fideius.
40 † Fallit quarto, quando fideiussor, sententia Iudicis ad soluendum condemnatus esset, d. l. si pro ea, vbi Bald. num. 7.
41 † Fallit quinto in instrumento guarentigiato, & sic habente executionē paratā ex forma statuti, nā tūc in cōtinenti pōt agere ad liberationē fideiussor, ita Bal. in d. l. si pro ea, Soc. reg. 147. fallent. 9. de qua vide Franch. decis. 414. Anton. Fab. allegat. lib. 4. tit. 26. diffinit. 26. Foler. in sua praxi censuum, in verbo tamquam res iudicatas nu. 43. Alex. cons. 72. nu. 6 vbi appostill. lib. 2.
42 † Fallit sexto, qñ esset cōuentū inter debitorem & fideiussorē, vt possit agere ad liberationem ante solutionē, d. l. si pro ea pactū. n. seruādū est, l. iurisgētiū, § ptor ait. ff. de pac. l. j. §. si cōueniat. ff. dep.
43 † Fallit septimo, quando fideiussor vellet ire ad studiū, Abb. in c. fin. nu. 4. de fideius. Roman. sing. 101. Soc. d. reg. 147. fallent. 5. vel qñ principalis mutasset cōditionē, & ageretur de fideiussore iudicij, talisq; mutatio impossibilitatē annexā haberet, secus in fideiussore contractus, Menoch. cons. 348. nu. 7. Hōded. cōs. 111. nu. 59. & seq. lib. 1.
44 † Fallit octauo, & vltimo, pro nūc qñ fideiussor diù stetisset in obligatione, nā tūc pōt agere, vt liberetur gl. in d. l. si pro ea, & in d. l. lucius, & d. c fi. vbi DD. Felician. de Solis, in tract. de censib. lib. 3. c. 3. nu. 19. Ant. Hering. in tract. de fideiussor. c. 25 & seq. Guid. Pap. decis. 117. Affli. decis. 241. Gail. li. 2. obser. 29. Frāc. decis. 414. Borgn. decis. xj. p. 4.
45 Menoch. de arbit. Iud. casu 41. vbi docet relinqui arbitrio Iudicis, qñ fideiussor diù in obligatione stetisse dicatur, reprobata gl. in d. l. lucius, quę intellexit de decēnio, & q̄ stetur arbitrio Iudicis, tenet Guid. Pap. q. 117. idē tenet Soc. reg. 148. fallēt. 3. And. Gail. lib. 2. obser. 29. nu. 6. idē tenet Meno.
46 de arb. Iud. casu 22. nu. 2. † hoc tñ arbitriū Iudicis cessat Papiæ, stante hoc statuto, quo dispositū est fideiussorē posse agere ad liberationē, qñ per annū stetit in obligatione à tēpore trāsacti termini obligationis, prout in pprijs terminis huius statuti admonet Menoch. supra relatus d. cas. 41. n. 4.
47 Alias † fallētias ad hāc regulā poteris videre in gl. in d. l. Lucius vbi DD. Marsil. in rub. de fideius. nu. 216. q. 31. Papon. li. x Arest. 4. tit. 20. Affli. dec. 241. Mago. Rot. Luc. decis. 6. nu. 5. & seq. Alb. cōs. 426. li. 3. And. Gail. li. 2. obser. 29. Mathe. Coler. de proces. execut. par. j. c. x. nu. 312. cū seq. Frāc. dec. 202. par. j. Soc. d. reg. 148. fallēt. 8. Afflic. cōsti. li. 3. rub. 12. n. 11. vide ēt Carp. ad stat. Med. c. 413. nu. 20. cū seq. plurib. & pcipuè si minor 25. annis fideiussisset potest in integrum restitui, l. ait prætor, §. non solum. ff. de min. Odd. de restitut. part. 2. quæstio. 54. artic. 2. numer. 3. nec læsio probanda est, Anton. Gam. decis. 162. num. 5. Molin. de

contract.

contract. disput. 540. num. 21. Barbos. ad l. primam part. 3. num. 58. ff. sol. matrim. Surd. conf. 226. num. 19. licet contrarium consuluerit, Morot. resp. 87. num. 11. & videndus Fontanel. in tract. de pact. dotal. claus. 4. gl. 19. part. 3. nu. 30. & seq. vbi disputat, an idem sit, stante iuramento adiecto fideiussioni.

48 Ad † tollendam tamen omnem difficultatem cautela, est quod fideiussor faciat sibi promitti per principalem de eum liberando, & ab obligatione eximendo, toties quoties requisitus fuerit, de qua cautela videas per Bertazzolū de claus. instrum. claus. 43. glos. 3. num. 3.

49 In verbo, per annum] in hoc declarat ius commune, † quo iure fideiussor non potest petere se exonerari, nisi diu steterit in obligatione, quod tempus per nostrum statutum est redactum ad annum à tempore transacti termini obligationis vt supra dixi, ex Menoch. casu 41. num. 4. de arb.

50 Iud. sed sępè contigit dubitari, † quando incipiat hic annus, & terminus censeatur transactus; quidam volūt, quod incipiat à die contractus celebrati, & obligationis factæ, aliqui volunt, quod pendente dilatione statuta debitori ad soluendū, vel aliquid faciendum, non currat iste terminus, & incipiat tunc currere finita dilatione, & pro hac opinione concurrit, Aret. in §. si quis autem, Inst. de fideiuss. sed mihi hæc opinio non placet, & adhæreo primæ, si tamen agatur de obligatione pura, motus ea ratione, quia finita dilatione per creditorem statuta principali debitori, poterit tàm fideiussor, quàm debitor de proximo condemnari, & eo casu similiter poterit fideiussor agere contra principalem post annum, vt releuetur, & exoneretur, Tiraquel. in tract. de legibus connub. gl. 2. ex potiori, num. 5. & ita pro prima opinione aliquando consului, vide Soc. reg. 191. limit. 3. Bald. & Salyc. in l. si pro ea. nu. 5. C. mand. Ferrant. Gargiarcus in suis patrocin. causarum patrocin. 3. num. 8. & 9. si enim ageretur de obligatione conditionali pendente conditione fideiussor nundum esse in obligatione Bart. in l. facere, ff. solut. matrim. puta in debitore euictionis, Bald. in d. l. si pro ea num. 5. C. mand.

51 Sed † hic contigit dubitari, numquid statutum nostrum vendicet sibi locum in fideiussore, quod pro annuario censu perpetuo soluendo fideiussit, adeout ipse possit gaudere beneficio huius statuti & dic quod nōn, nō enim statutum de fideiussore exonerando locum habet in his contractibus, qui perpetuam, non autem temporalem habet obligationem, qualis est annuus census, Alex. in addit. ad Bart. in l. lutius in glo. magna, versic. & adhuc legem, ff. mand. Soc. tract. fallentiarum reg. 191. limit. prima, latè Trentacinq. lib. 3. var. resolut. tit. de fideiuss. resolut. 5. Afflict. decis. 241. nu. 3.

52 vers. & quod ad hoc, & † quod in contractib. censuum, & ficti libellarij, ac tutelæ, & curæ, qui perpetuam obligationem habent, non habeat locum statutum de fideiussore exonerando, tenet Carpa. ad statuta Mediol. cap. 413. vol. 1 nu. 60. vbi attestatur, ita fuisse declaratum per Senatum Excellentiss. Mediolani, licet ipse Carpan. ad hoc nihil alleget, & ratio est, quæ necessario ex verbis statuti colligitur, cum enim obligatio sit perpetua verificari non potest dispositio huius nostri statuti, & sic non potest fideiussorem dici stetisse in obligatione per annum à tempore transacti termini

53 obligationis, † & qui agit ante tempus, & præmaturè malè agit, l. 1. in fine, ff. quando dies leg. vel fr. ced. l. item quia, ff. de pact. l. exceptionem vbi Bart. ff. de probat. Alex. cons. 95. ante num. primū lib. 1. & ita etiā tenet Felician. de Solis, in tract. de censib. lib. 3. cap. 4. num. 9. & tom. 2. cod. lib. 3. c. 3. Anton. Gomez. var. quæst. tom. 2. c. 13. num. 13. & seqq. Io. Petr. Fontanel. in tract. de pact. dotal. claus. 4. glo. 18. part. 3. nu. 15.

54 Accedit quòd statutum † si rectè consideretur non videtur ea mente fuisse, vt vellet comprehendere fideiussoré perpetuæ, obligationis, ut in posteriori parte statuti cauet, quod Prætor Papiæ, vel quilibet alius iusdicens, realiter, & personaliter, ita curet, vt omnis debitor creditori satisfaciat, & fideiussor liberetur, quæ dispositio nō potest habere locum in perpetuis obligationibus, cum debitores perpetue obligationis cogi nō possint ergo nec etiam fideiussores poterunt petere se eximi à dictis obligationibus perpetuis, nam

55 † quoties statutum vnum supponit, & aliud disponit, non habet locum dispositum, nisi suppositum verificetur, glos. in l. mancipia. in versiculo [illegible]andum, vbi Fulgos. & Castrens. C. de seruis fugit. Dec. consil. 90. colum. 2. num. 2. vers. si ergo [illegible] & cons. 259. num. 6. Caballin. de euictione. § 2. num. 19.

56 Quòd † aūt cēsus habeat naturam, & obligationem perpetuam, tenet Couarruu. variar. resolutio. lib. 3. cap. 7. Clarus lib. 4 §. emphyteusis, quæst. 1. vers. contractus autem; sublimitatur tamen præsens declaratio, non procedere, si debitor principalis laberetur facultatibus, vel plures pro fideiussione molestias sustinuisset, vt quia singulis ferè annis à creditore molestaretur pro solutione, tunc enim vt liberaretur agere posset, l. si pro ea. ff. mandat. ibi neque bona sua dilapidare postea cœpisse comprobare possit, Menoch dicto casu 41. numer. 13. Fontanel. de pact. dotal. dicta glos. 18 claus. 4. parte tertia, num. 16. & 17.

57 † Idem dicimus, vt huiusmodi statutum non vendicat sibi locum in fideiussore euictionis, cum non dicatur fideiussor stetisse in obligatione quādiù casus euictionis non euenerit, Aret. in §. si quid vero cum cœteris per eū relatis, Intit. de fideiuss. Afflict. decis. 241. nu. 46. Marsil. in rub. de fideiuss. n. 225. cum alijs citatis per eu. Menoch. cons. 41. nu. 8. Vrsil. in addit. ad Afflict. d. decis. 241. nu. 4. & ratio est, quia licet diu in promissione steterit, non tñ steterit diu in obligatione, vnde non est primo liberandus, quàm obligandus, Cyn. in l. si pro ea, num. 3. vbi Salic. num. 5. C. mandat. Ferrant. Gargiar. in suis patrocin. causar. patrocin. 3. nu. 9. ante eos hanc tenuit Cyn. Bald. & alij in l. si pro ea C. mandat. vbi Salicet. nume. quinto, dicit hanc esse communem opinionem, Bartol. Bald. Castr. Alexand. Ias. Dec. in l. facere posse. ff. solu. matr. Bald. Castrens Alexan. Ias. & Dec. in l. si pater. C. de collation. quibus addo Bertazzol. de clausulis instrumen. clausula 43. glo. 3. nu. 4. vbi hoc intelli-

58 git nedum in fideiussore † pro euictione, sed etiā quando quis fideiussit pro debito conditionali, vel pro dote restituenda, vel pro tutore, qui non potest conueniri ante finitam tutelam, in quibus casib. fideiussor nō pōt agere vt à fideiussore liberetur cū nundū euenerit condō soluēdi debitū, vel casus restituēdæ dotis, vel tps agendi actione tutelæ

59 vt p Afflict. decis. 241. n. 4. Sed ꝙ si in casibus debitor principalis promiserit fideiussor, de eu conseruādo indemnem, & nō releuare toties, & quoties,

& creditor nolit alium fideiussorem acceptare, quo casu non potest cogi, l. si mādato, §. primo, ff. mand. quid faciendum, & dic. quod hoc casu sufficit, quod promittens præstet fideiussorem idoneum de conseruando fideiussorem primum indemnem ab obligatione, vt post Bald. in l. 2. nu. 9. Cod. de sentent. quæ sine certa quantitate, & alios firmat Bertazzol. de clausul. instrum. d. claus. 43. glos. 3. in fine, num. 4. nec potest conueniri is, qui promisit aliquem indemnem seruare, nisi is, pro quo promisit conueniatur à principali creditore, Bart. in l. prima, C. de conuen. Fisc. debit. lib. 10. Anton. Gamma decis. 379. Honded. consil. 50. sub num. 13. Alb. consil. 328. num. 2. 7. 8. & seqq. Borgn. decis. 11. num. 10. part. 4.

60 In verbo, summariè &c.] vide supra statutum † ciuile tertium, & quomodo intelligatur, talis clausula, vide infra statutum ciuile 137. Practic. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in verbo, summariè, Bart. in tract. ad reprim. in verbo summariè.

61 In verbo, realiter, & personaliter] † limita in domo propria, vel conducta, vel porticu, vel limite, vt per statutum ciuile 641. limita etiam in conducente victualia ad Ciuitatē, vt volunt Nouæ Const. Mediolani, in tit. de execut. & famulis Iusdicentium, cap. si verò executiones, §. has tamen, & decretum 11. nu. 14.

62 In verbo, nulla exceptione, vel annullatione obstantibus] plures, † nihilominus admittuntur exceptiones, veluti inhabilitatis agentis, præscriptionis, non numeratæ pecuniæ, compensationis, quod metus causa, pacti de nō petendo, deffectus exhibitionis instr̄i, quod non sint obseruata pacta reciprocè facta, exceptio oriens ex alio statuto, exceptio sequestri, cōpromissi, & exceptio respiciens substantiam, & validitatem contractus, exceptio defectus causæ, exceptio defensionis innocētiæ, rei non traditæ, & Senatus consulti Veleyani, vel Macedoniani, exceptio rei iudicatæ, & aliæ similes, quas congerit, & plures orientes adducit Carpan. ad statuta Mediolani, volu. primo, cap. 42. num. 172. cum pluribus seqq. & abundè per Grass. in suo vberrimo trac. de except.

63 Pro complemento quæro, an beneficium huius statuti competat correo in solidum obligato, & dic, quod sic, peo ea parte, pro qua est fideiussor, ita notat Bart. in Auth. hoc ita nu. 67. & 69. C. de duobus reis, & in l. reos, num. primo, ff. eod. Castr. consil. 331. vol. primo. Alex. consil. 41. vol. 5.

64 Ampliatur in † Collaudatore fideiussoris, qui tamen non principalis, sed fideiussoris mandato collaudat, quod possit petere indemnitatem à principali debitore, facit tex. in l. qui petitur, & l. qui fidem, ff. mand. l. qui fideiussores, & l. seq. ff.

65 ad Velleian. soc. regul. 181. limitatio. 9. limita tamen, vt non procedat, si cessaret dispositio huius statuti, vt per Castr. consil. 249. num. 2. volum.

66 primo, aduerte † tamen, quod collaudator, seu approbator fideiussoris, tenetur solum in subsidiū quando fideiussor receptus non esset soluendo, vt per D. Costam in suo tract. de remed. subsid. remed. 5. num. primo, vbi num. 3. vult hoc proce-

67 dere, † etiam si collaudator susceperit obligationem insolidum, nam adhuc non tenetur, nisi in subsidium, scilicet, quando fideiussor receptus

68 non est soluendo, operatur tamen dicta † collaudatio insolidum, vt non possit opponere beneficiū excussionis, & ideo collaudator insolidum primo loco conuentus à creditore liberatur, vt ad nihil teneatur, quando per eum probatur fideiussorem tempore fideiussionis præstitæ, & collaudationis per eum factæ fuisse idoneum, licet postmodū desierit esse soluendo, ita D. Costa d. remed. 5. nu. 3.

69 intelligendo tamen, vt ibi per eum, scilicet dummodo verba collaudationis aliud nō exposcant, vel nisi collaudator lucri causa, aut pretij, collaudauerit, aut scienter, vel dolosè fideiussorem idoneū affirmauerit, & quando collaudator vicem fideiussoris obtineat, tradit idem D. Costa ibidem nu. 6. vbi num. 7. vult appellatione fideiussoris in ma-

70 teria statutaria, vel conuentionali, aut legali, minimè contineri collaudatorem, ex Carpan. ad stat. Mediol. cap. 416. num. 174.

71 Quid modo, si principalis promissit fideiussorē indemnem releuare; fideiussor autem pulsatus in iudicio ad soluendum, petit condemnari principalem sibi ad quantitatem, pro qua fideiussit, & molestatur, an petitio subsistat, ex quo non petijt se indemnem conseruari, tradit Bald. in l. fi. col. fi. C. de vsur. rei iud. Chart. decis. Genuæ 116. vbi tenet iure agi posse ad quantitatem.

72 † Licet autem possit fideiussor agere cōtra principalem ad se exonerādum, ex dispositione huius statuti, non ob id tamen fideiussor liberatur à principali creditore, qui inuitus non cogitur eum liberare, Marsi. in rubr. de fideiuss. nu. 250. & seq. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 413. nu. 34.

Quod bona debitorum sint obligata fideiussoribus. Rubr. 44.

ITem statuimus, quod bona debitorum, intelligantur expressim, & nominatim obligata fideiussoribus suis, eo die, et ex eo die in antea, quo cōtractus fuerit celebratus in quo intercessit, licet fideiussor non fecerit sibi caueri de conseruando se, & bona sua indemnem.

Summarium ad Statutum 44. in Ciuilibus.

1 *AD materiam huius statuti, qui Doct. videndi.*

2 *Iudex etiam incompetens, potest cogere debitorem ad soluendum fideiussori illud, quod pro eo soluit.*

3 *Hypotheca inducta per hoc statutum dicitur expressa.*

4 *Fideiussor soluens creditori, debet ab eo obtinere cessionē personalis, & hypothecæ, & cogitur creditor facere dictam cessionem.*

5 *Fideiussor non agit ad bona debitoris obligata, nisi post factam solutionem.*

6 *Et quid si habet confessionem de solutione, & vide num. 8.*

7 *Fideiussor an post factam solutionem, habeat paratam executionem in bonis debitoris.*

9 *Fideiussor repetit à reo principali, quando debitorem suum dellegauit creditori.*

10 *Fideiussor repetit, quando successit creditori, vel quando fuit liberatus ex causa ipsius fideiussionis.*
11 *Fideiussor soluens, tenetur notificare debitori.*
12 *Sententia contra principalem lata, an mandetur executioni contra fideiussorem.*
13 *Quid in sententia lata contra fideiussorem, an eo instante sine nouo processu mandetur executioni contra principalem.*
14 *Fideiussor potest soluere de substantia rei principalis.*
15 *Fideiussor obligatus, ad certum tempus soluens repetit à reo principali.*
16 *Fideiussor, an repetat expensas, & sumptus in causa factas.*
17 *Fideiussor tenetur defendere, & opponere exceptiones sibi, vel reo competentes.*
18 *Fideiussor tenetur appellare, si sibi fiat iniuria.*
19 *Fideiussor, an repetat vsuras solutas.*
20 *Quid si soluit vsuras sponte, ac indebitè.*
21 *Fideiussor, an possit agere ad damna, & interesse contra debitorem principalem.*
22 *Fideiubere pro alijs periculosum.*
23 *Ars fideiussoris magis damnosa, quàm alia.*
24 *Fideiubens pro alio dicitur malè vti substantia sua.*
25 *Statutum hoc loquens de fideiussoribus, an procedat in pluribus reis debendi principaliter, & insolidum obligatis, qui inter se ipsos dicuntur fideiubere.*

1 AD materiam huius statuti, vide Alexan. in l. facere posse. ff. soluto matrimon. & in l. lucius. §. fi. ff. mand. & cons. 58. colum. penul. lib. 7. Neguſ. de pignor. in 4.
2 memb. 2. part. Rom. cons. 147. † Rip. in l. j. nu. 27. ff. solut. matrim. quod quilibet iudex etiam incõpetens potest etiam de facto, & sine nouo processu compellere debitorem ad soluendum fideiussori id, quod fuit ab eo exactum nomine principalis, ita notat Marsil. in tracta. bannitorum, in verbo iudice, nu. 172. & absque cessione, alias semper requiritur cessio, Magon. Rota Florent. decisio. 94. in fine.

3 In verbo expressum, † nota quod hyppotheca dicitur expressa vigore huius statuti, ita notat Ripa auus meus maternus in rubr. ff. ex quibus causis pignu. vel hyppotec. tacitè contrah. differt autem, quod sit expressa, vel quod pro expressa habeatur, Bar. in l. licet. ff. eo. expressa aũt quot modis considerari possit, præter Doct. in l. 1. vbi D. auus mihi maternus, Rip. numer. 50. cum sequentibus pluribus, videndus est latissimè Tiraquel. de legib. connubial. gloss. 7. in verbo expressè, nu. 82. cum centum numeris sequentib. & vltra, & per Intrigliol. de substitution. centur. 1. quæst. 12. per totum, vbi plenè, an autem dicatur vera, vel ficta ista hyppotheca, ego tenerem dici expressam, cũ statutum pro expressa velit haberi, vbi enim lex vel dispositio vult aliquid haberi pro expresso, satis factum dicitur dispositioni, vel actui volenti, quid expressè fieri, l. omnes, vbi Bal. & cæteri, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, cum innumeris in id congestis, per Tiraquell. de legib. connub. glos. 7. in verbo expressè, nume. 202. qui licet num. 519. aliquos referat contradicentes, vbi tamen apponitur in l. uel rescripto Principis habentis, auctoritatem legis condendæ, id admittit haberi pro expresso, num. 204. at sic est, quod Ciuitas habet facultatem statuta condendi, ergo, sic etiam sensit Intrigliol in tractatu de substitut. centur. 1. quæst. 12. num. 91. & seqq.

4 Aduerte tamen, † quod fideiussor soluens creditori, potest ab eodem obtinere cessionem iuriũ personalis, & hyppothecariæ, & tenetur dicta iura cedere. l. 2. C. de fideiuss. vbi Doctor. Neguſ. de pignor. in 3. membro, quintæ part. principalis, nume. tertio, latissimè Bertaz. de clausul. instrum. clauf. 40. gloss. 4. num. 6. in fine, & sequenti, vbi latè materiam cessionis faciendæ à creditore fideiussor executit, Magon. Rot. Florent. decis. 94. ad finem, Anton. Hering. in tractatu de fideiuss. parte 3. cap. 27. de benef. cedend. act.

5 In verbo obligata] nota, † quod fideiussor non agit ad bona debitoris obligata, nisi uera solutione facta, Bartol. in l. duobus, §. fideiussore. ff. de iureiurando, Alexan. consil. 25. columna. 2. libro se-
6 cundo, vbi agit etiam † de confessione per solutionem obtenta, & tunc habet executionem paratam in bonis debitoris. Rebuff. de liter. obliga. artic. 6. glos. 3. num. 33. sequitur Carpanus ad statuta Mediolani, cap. 42. num. 138. versi. septimus
7 casus est in fideiussore, † quod verum est in fideiussore iudicatum solui, secus in fideiussore contractus, Marsil. in rubr. de fideiussor. quæst. 53. num. 363.

8 † An autem fideiussor repetẽs à debitore principali, teneatur probare solutionem, per veram numerationem, an sufficiat probare per solutionem; respondetur sufficere, si probet per confessionem, quicquid nonnulli tenuerint, contrarium, vt de communi testatur pluribus citatis Bertaz. de clausul. instrum. clauf. 43. gl. 6 num. 1.

9 Amplia, † vt nedum fideiussor soluens repetat à principali, sed etiam si debitorem suum delegauerit creditor, licet inopem adhuc repetit, Bertaz. dicta clausula 43. gloss. 6. nume. secundo, vbi num. 3. cum seqq. vult.

10 † Fideiussorem repetere aliquando, etiam si nihil soluerit, puta, quando successit creditori, vel quando gratis fuit liberatus ex causa ipsius fideiussionis, puta donatione, vel remuneratione, plures citat, qui apud eum videri possunt, & nu. 4.
11 vult fideiussorem soluentem teneri, intimare debitori, ne iterum soluat, l. si fideiussor. §. si cum debitor. ff. mandáti.

12 † Sed dubitatur, nùm sententia lata contra debitorem principalem, possit mitti executioni cõtra fideiussorem, communis est Docto. resolutio, aut loquimur in fideiussore contractus, & non potest, aut in fideiussore iudicij, & potest, Guid. Papæ quæst. 26. Bertaz. dicto tracta. clauf. 43. glo. 8. num. primo, cum pluribus alijs in id congestis per D Costam, olim Colegam meum de remed. subsid. remed. 30. nume. 19. Surd. decis. 218. nu. 13. Caroc. decis. 136. Bursat. consil. 203. Marsil. in rub. de fideiuss. quæst. 49. num. 348.

13 † Sed quid in sententia lata contra fideiussorẽ, an possit sine nouo processu mandari executioni contra principalem, & distinguitur pariter, aut loquimur in fideiussore iudicij iudicatum solui, & potest, aut in fideiussore contractus, & tũc nequaquam. Bald. in l. fin. C. de vsur. rei iudic. Marsil. in dicta rubr. de fideiuss. quæstio. 52. num. 362. Ber-
14 taz. dicta clausula 43. glos. 8. num. 2. † An autem fideiussor possit soluere de substantia, & bonis debitoris, dic quod sic, glo. in l. venditor. ff. de iudic. Francisc. Marc. decis. 584. parte prima. D. Costa dere-

15 de remed. subsid. remed. 30. num. 7. † Amplia, vt fideiussor soluens repetat à reo dato, quod esset obligatus solum ad certum tempus. l. si fideiussor. §. fin. ff. mand. Bertazzol. dicta clausu. 43. glos. 6. in
16 fin. sed † an repetat fideiussor etiam impensas in
17 causa factas, † sciendũ est. n. quod fideiussor tenetur se defendere, & opponere exceptiones omnes sibi, vel reo principali competentes. l. si fideiussor, in principio. ff. mandat. & vbi fiat iniuria tenetur appellare. l. si pro ca, vbi Bald. ff. de fideiussor. D. Costa d. remed. 30. num. 11. in principali dubio distinguitur. Aut fideiussor sua culpa succumbit, quia sine iusta causa litigauit, vel exceptiones non opposuit, aut ineptas, & eas non repetit, si verò iustè litigauit, causaquè dubia erat, & nulla ei potest adscribi culpa, & tunc eas repetit, Bertaz. de clausul. instrument. clausul. 43. glos. 2. num. 6.

18 Amplia, † vt fideiussor repetat etiam vsuras solutas vigore conuentionis præambulæ iuratæ, Seraphin. de iuramento, priuileg. 116. Puth. decis. 178. lib. 3. Honded. consil. 17. lib. secundo, Costa dicto remed. 30. nume. 12. vbi num. 13. ex Hon-
19 ded. & alijs limitat, non procedere, quando fideiussor sponte soluisset vsuras indebitas, vel quando nulla imminebat executio, vel ad eas non erat obligatus, vt ibi latè per eum.

20 An autem fideiussor possit agere ad damna, & interesse contra fideiussorem, respondetur, quod sic. Marsil. in rubr. de fideiuss. quæst. 26. nu. 193.

21 † Sed cum fideiussionis causa semper sit periculis & litibus, ac damnis obnoxia, ideo ab ea, quo fieri potest cauendum est, nam dixit Salomon. in prouerb. c. 22. vers. 26. & 27. noli esse cũ his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis, & cap 6. vers. 1. 2. & sequenti. fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneũ manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus, hinc exijt prouerbium, sponde, noxa præstò est, & in id genus plura congerit, Anto. Hering. de fideiussor. cap. primo, nume. 3. cum pluribus sequentibus, & plures uidi ex causa fideiussionis ad paupertatem redactos,
22 cum raro contingat, vt fideiussor nõ soluat, † merito prudentissimi legum latores post titulum de fideiuss. subdunt titulum de nouat. postea de solutionibus, quasi quod nisi accedat aliqua nouatio, fideiussor teneatur, seu cogatur soluere; Hinc ẽt receptum est apud nostros, quod fideiussoris sors damnosa magis, quam alia quælibet, cum lucrum nullum adsit, damnum autem ferè certum, non
23 immeritò dixit Angel. † quod fideiubens pro alio malè eicitur vti substantia sua, sequitur Rip. auũs meus in l. si constante, numer. 38. ff. soluto matrimonio, Bertazzol. de clausul. instrum. claus. 39. glo. 1. num. 18. & sequen.

24 Sed † quæro, an præsens statutum locum habeat in pluribus reis debendi principaliter, & insolidum obligatis, qui inter se ipsos dicuntur fideiubere, tãquam is principalis dicatur, ad quem pecunia peruenit, vel negociu mprincipaliter tãgit, vt per Crau. consil. 77. num. 2. & 91. num 2. & 3. Roland. à Valle cons. 64. num. 5. libro primo, Hector Felic. in tractatu de societ. cap. 32. nu. 49. Hanc quæstionem ex professo disputauit, Petrus Cabal. consil. 161. dubitatum fuit, & tenet negatiuam opinionem non procedere in duobus reis, ex eo, quod præsens statutum sit contra ius commune, quo fideiussori non datur hypothecaria, sed actio mandati. l. mandati. C. de fideiussor. quæ personalis est, hypothecaria autem datur, vbi cessæ sint actiones, vnde cum sit correctorium iuris communis, strictè, & propriè debet intelligi, & ibi latè uersatur post Signorol. de Homod cõs. 76.

De officio potestatis, & bailia Vicarij Domini Potestatis Papiæ, & Iudicum rationis Papiæ in causis infrascriptis. Rubr. 45.

Item statuimus, quòd Vicarius Domini Potestatis Papiæ, eiusq; assessor, & iudices rationis Communis Papiæ, & quilibet ipsorum habeant iurisdictionem ordinariam in qualibet causa ciuili; ita quòd coram eis possint fieri omnes actus iuridici, tam contentiosi, quàm voluntarij. Ac etiam habeant licentiam, concessionem, potestatem, auctoritatem, bailiam, & iurisdictionem omnimodam dandi, & confirmandi tutores, & curatores, & actores minoribus legitimæ ætatis, mutis, furiosis, surdis, prodigis, & mentecaptis, bonis vacantibus, & indefensis, & alijs quibuscunque de iure tutores, curatores, & actores dãtur, auctoritatẽ, & decreta præstare possint in quibuscũq; cõtractibus, donationes insinuare, maiores, & minores cuiuscunque ætatis pronunciare, in solutum dare creditoribus, & habere debentibus, de bonis, & rebus, & iuribus immobilibus debitorum suorum, præcepta condemnationes voluntarias facere, & in emancipationibus auctoritatem præstare notarios creare, breuiaria, notas, prothocolla, & scripturas cuiuscunque defuncti, vel absentis, seu aliter impediti committere cuicunque notario, de dicto collegio, cum præsentia, & voluntate consulum dicti collegij, vel maioris partis. Auctoritatem, & decretum interponere quibuscunque instrumentis: repudiationum immissionum, additionum, hereditatum, & instrumentorum confectioni, inuentariorum exemplandorum, & authenticandorum. ¶ Et prædicta possint exercere stando, & sedendo, & in quacunque parte Ciuitatis, territorij, & districtus Papiæ. Et in prædictis omnibus, & singulis, & quolibet

prædi-

prædictorum ipsi, & quilibet ipsorum possint, & esse debeant, & intelligantur iudices ordinarij.

Summarium ad Statutum 45. in Ciuilibus.

1 *Vicarius, & Assessor, an dicantur synonyma.*
2 *Vicarius vnde dicatur.*
3 *Vicarius prætorius Papiæ, an ea possit, quæ Prætor.*
4 *Appellari non potest à sententia lata à Prætore Papiæ ad Vicarium, nec è contra.*
5 *Prætor, ac Vicarius Papiæ sunt iudices ordinarij, & habent iurisdictionem insolidum.*
6 *Delegatorum, an vnus possit cognoscere sine alijs.*
7 *Vicarius, an possit alium Vicarium sibi constituere, & quando, & vide num. 9.*
8 *Assessor cuius debeat esse peritiæ, & quòd salarium ei debeatur.*
10 *Assessor quis dicatur.*
11 *Officium assessoris quale.*
12 *Assessor, an possit esse iudex.*
13 *Mortuo Prætore Papiæ, an extinguatur iurisdictio iudicis, & Vicarij.*
14 *Accessorium cessat sublato principali.*
15 *Prætor quare habeat ius eligendi iudicem, & Vicarium.*
16 *Iudex, & Vicarius de Ciuitate, vel territorio, in qua debet residere, non potest eligi.*
17 *Iurisdictio ordinaria quæ, & quando factus sustineatur, vel tollatur ratione iurisdictionis.*
18 *Iurisdictio officialium in hoc dominio durat solum biennio.*
19 *Causa, quæ dicatur.*
20 *Statuta Papiæ diuisa in duas partes in ciuiles, & criminales.*
21 *Causæ criminales dicuntur maiores ciuilibus.*
22 *Causa, quando dicantur criminales.*
23 *Causæ ciuiles, quæ.*
24 *Vicarius Potestatis habet iurisdictionem ordinariam in causis ciuilibus.*
25 *Limita in nonnullis casibus ibi enumeratis.*
26 *Limita secundo, quò ad pœnam, quæ non poterit mandari executioni per eum.*
27 *Concursus iudicis rationum, & Vicarij, an detur in causis, & an vnus sine alio possit cognoscere.*
28 *Plures si sunt delegati, an vnus possit cognoscere sine alijs.*
29 *Omnis dictio vniuersalis, & quid comprehendat.*
30 *Actus iuridici, & voluntarij, qui dicantur remissiui.*
31 *Etiam dictio quid importet.*
32 *Potestas, auctoritas, & alia quid importent.*
33 *Iurisdictio quid sit.*
34 *Iurisdictio in genere sumpta quid contineat sub se.*
35 *Omnimodo dictio quid importet.*
36 *Vicarij hodie non se intromittunt circa notarios.*
37 *Ordinarij iudices, qui dicantur.*
38 *Delegati, qui dicantur.*
39 *Iudicum quot sint species.*
40 *Delegatus ordinarius, ex quibus cognoscatur.*
41 *Iudicium aliud ordinarium aliud extraordinarium, & qualiter vnum discernatur ab alio.*

1 IN verbo, quod Vicarius Domini Potestatis Papiæ eiusq; assessor] videntur synonima, & idem importare considerato statuto 24. supr. de reg. pot. sed considerato præsenti statuto vidétur differre, & quod vnus dependeat ab altero, Vicarius autem Domi-
2 ni Potestatis † dicitur, qui vices gerit ipsius Domini Potestatis, l. prima. ff. de officio eius, qui vices alt. gerit, & censetur idem esse tribunal, & idem auditorium vtriusque, Bart. in l. 1. §. ab eo, num. 13. ff. quis, & à quo, Alexan. in rubr. ff. de offic. eius, Angel. in l. aduersus. C. si aduersus rem
3 iudic. † & Vicarius Prætorius potest omnia, quæ in ciuilibus, potest Prætor ipse, præter mortis illationem, seu pœnam sanguinis, nam talis pœna non intelligitur ipsi Vicario demandata, vt per Lafranc. Balb. conclus. 50.
4 † Præter verò hunc casum, potest Vicarius omnia, quæ potest Prætor, adeò quod, à sententia lata ab vno, non appellatur ad alterum, cap. si contra vnum, in fine, de officio, & pot. iud. deleg. in sexto, Practic. Papiens. in forma libelli, in actione rea'i, in glos. nec non Domino Vicario, in princip.
5 vbi † sequitur, quod ambo sunt iudices ordinarij & iurisdictio est in solidum omnibus, ita vt possit
6 vnus sine altero, † secus in delegatis, nisi sint delegati ad vniuersitatem causarum, & vnus cœperit sine altero cognoscere, sequitur Sebast. Vant. in titulo de nullit. process. ex defectu iurisd. num. 76. versi. si autem. & nume. sequen. ratio est, quia quilibet habet officium insolidum, l. Imperator. ff. ad municipales, & in materia Vicarij, vide Ma-
7 rant. de ordin. iudic. dist. 5. cap. 8. nu. 6. † Hic autem Vicarius non potest alium Vicarium sibi assumere, vel substituere, cap. clericos extra de officio Vicarij, neq; assessorem, nisi eo indiguerit, quod conscientiæ relinquitur eiusdem, vel si varijs suis negotijs, vel infirmitate corporis impediatur, & si indigeat, ipsum neutri parti suspectũ assumens ei de competenti salario prouidere debet, moderando ab eo, quod faciet à partibus cõmuniter prouidere, cap. statutum. §. assessorem.
8 de rescript. in sexto, † cuius autem peritiæ qualitatis debeat esse assessor, & quod salarium habere debeat relinquitur arbitrio iudicis, sic Bald. in l. si quid. §. si venditor. ff. de edilit. edic. Menoch. de arbitr. iudic. casu 253. & 254. Gallinius de verb.
9 signific. lib. quinto, c. 20. nu. 31. † sed quod possit Dominus Vicarius assumere sibi locum tenentem disponit statutum ciuile infra 146. cap. si verò cõparuerit assessor versic. quis dicatur notat Specul. in titulo de asses. §. 1. Paris. de Put. tracta. de
10 syndic. assessor autem † quis dicatur, dictum est supra ad statutum primum, num. 75. addo Hiero-
11 nym. Laurent. decis. Auenion. 142. nu. 2 † eius officium est consilium dare, & non potest assessor esse iudex, nisi largo modo inspecta iuris com-
12 munis dispositione, † nisi fiat ex aliqua delegatione, vt notat Bossius in praxi. crimin. titu. de sentétijs. nu. 21. 22. & 24. sed quidquid sit de iure cómuni, vel canonico, tamen aliud disponit præsens statutum, quod dat illi iurisdictionem, & amplam

amplam auctoritatem, & sequēs aliud statutū 51. in ciuili, prouidet etiam de salario.

13 In verbo iudices rationis] † vtrum mortuo Prætore extinguatur iurisdictio iudicis rationis, & vicarij, iam contingit dubitari, quando iudicis rationis, & etiam maleficiorum fungebatur officio Perillust. Iurisconsult. D. Ludouicus Madius nūc Regius Ducalis Senator, necnon anni 1615. dum Perill. D. Senator Alifer Prætor Papiæ deputatus, obijt in primo mense Ianuarij, iudice existēte Perillust. ac integerrimo D. Ioan. Baptista Sormano, necnon Vicario meritissimo, D. Annibale à Tela, olim inter beneuolos Auditores meos, & qui Doctoratus dignitate à me, quæ illius fuit humanitas insigniri voluit die quinto Aprilis, anno 1611. dum secundū iuris cæsarei vespertini locū, tunc tenerem in almo Ticinēsi patriæ meæ gymnasio, propter statutum Papiæ 28. de regim. pote. dum disponit, quod D. Prætor debeat ducere secum vnum vicarium, & vnum iudicem, &c. quā-
14 obrem iudex videtur accessorium, † quod cessare debet sublato principali, l. si patronus. §. si patronum. ff. si quid in fraud. patron. Bartol. in l. nemo potest. ff de legat. 1. Bald. in l. ex testamento. C. de fideicom. Dec. in l. cum principalis, ff. de regul. iur. tamen considerata dispositione vtriusque statuti, tam prædicti 28. de regim. potesta. quam præsentis perseuerauit ille D. Iudex in officio vsq; ad finem sui biennij, non obstante morte D. Prætoris, ea ratione quod a præfato D. Prætore, habebat quidem electionem, vt notat Carpanus ad statuta Mediolani, volum. 2. cap. 6. num. primo, sed à præsenti statuto iurisdictionem, quarum v-
15 na nō cessat deffectu alterius, † & cur electio tribuatur D. Potestati, notat Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2. centur. 3. casu 253. num. 4. & 5. & aduerte, quod licet electio spectet ad Dominū Præ-
16 torem, † non propterea poterit D. Prætor eligere vicarium, vel iudicem, qui sit de Ciuitate eius, vel eius territorio, vbi officium exercere habet, quia prohibent, nouæ Mediolani Constitut. in titulo de officio, & iurisdict. diuersorum iudicum, cap. Prætori, Ciuitatum.

17 In verbo iurisdictionem ordinariam,] † quid sit iurisdictio ordinaria, & quomodo, & quando actus sustineatur, vel infirmetur contemplatione, vel deffectu iurisdictionis ordinariæ, abundè videri potest in toto titulo, de iurisdict. omnium iudicum, & ibi per Scribentes, & per Vantium in tracta. de nullit. in titu. de nullita. ex deffectu iurisd. ord. Marant. in suo Speculo, in titu. vt iudicium
18 ordinarium, † hæc autem iurisdictio, & officium durabit tantum per biennium, etiam si cōcessum esset officium ad beneplacitum superioris, vel ad vlterius tempus, & debet exerceri per ipsum iudicem, vel vicarium electum, non autem per substitutum, sic enim disponunt nouæ Constitut. Mediolani, in titu. de offic. & iurisdict. diuersorum iudicum, cap. officia omnia.

In verb. in qualibet causa ciuili.] Intellige differenter ab Arist. libr. 1. poster. cap. 2. sed vt per Bart. in l. demonstratio. §. quod autem. ff. de condit. & demonstrat. Practic. Papiens. in forma libelli, quo agitur ad pœnam compromissi, in glo. occasione, Marant. de ord. iudic. parte quinta, in
19 fine; † & sic causā in hoc loco accipi. synonymam litis, & differentiæ, Carp. ad statuta Mediolani, volum. 1. cap. 123. & præsens statutorum vo-
20 lumen, † distinguit causas ciuiles, à causis criminalibus, quia facit librum, seu titulū statutorum ciuilium, & alterum statutorum criminalium, in quibus separatim agitur de ipsis causis, liber autem, de regim potest. similiter complectitur causas ciuiles, at titulus decretorum, complectitur
21 partim ciuiles, & partim criminales, quæ † criminales causæ dicuntur maiores ciuilibus, Laurent. de Auenio decis. 10. nume. 3. vbi solus ictus funis est grauior, quàm pecuniaria damnatio, Bart. in
22 l. 1. ff. de pœnis, † in summa quotiescunq; agitur de delictis, vel de pœna applicādo fisco etiam pro parte, tunc causa est criminalis, Barto. in l. agraria. ff. de termino mot. Marant. in prima princip.
23 dist in. iudiciorum, nu. 23. † cæteræ aūt causæ, sunt ciuiles, argum. text. in §. 1 Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. quæ autem dicantur causæ ciuiles, & quæ criminales, ac mixtæ latius est demōstratum supra in lucubrationibus ad rubr. statuti primi in ciuilibus, nume. 13. cum sequentib. & in causis ciuilibus vigore huius statuti, habet vica-
24 rius, † & iudex Prætorius Papiæ iurisdictionem ordinariam; limita tamen hanc iurisdictionem in
25 causis ciuilibus, † minimè se extendi ad causas datiarias, annonæ, stratarum, mercantiæ, & onerū, quia pro qualibet eorum stat separata iurisdictio, & præfigitur iudex vnus cuilibet earum, & statu-
26 ta, & ordines diuersi sunt; † Item limita hoc statutum, vt non procedat quoad pœnam, etiam pro causa ciuili, vt puta si quis debito plus petierit, tunc facta probatione solutionis, vel liberationis, in toto, vel in parte ille, qui plus petierit, & executionem fieri fecerit, condemnatur in duplum eius, quod petijt; & consequtus fuerit indebitè, quæ pœna peruenire debet in eum, contra quem facta fuerit executio indebita, vt disponit statutū Papiæ ciuile 151. iunctis nouis Constitut. Mediolani in titu. de iudicijs, cap. si per apparentem; & tamen licet hæc pœna sit pro causa ciuili, prout aliæ similes vigore statuti, nihilominus vicarius Prætoris, eiusq; assessor, vel iudex rationis, non poterit habere iurisdictionem in mandando executioni talem pœnam, sed talis iurisdictio spectat ad iudicem maleficiorum, vt disponit statutum ciuile 142.

27 In verbo coram eis.] † vtrum concurrrere debeat concursus amborum; pro responsione distinguit Practic. Papiens. in forma libelli, in actione reali, in glo. nec non Domino Vicario; quod aut omnes cœperunt de causa cognoscere simul, aut vnus solus; primo casu poterit vnus quidem ex eis solus processum instruere, & sententias interlocutorias ferre, sed non sententiam diffinitiuam, quia ad illam ferendam concurrere debent ambo, sequitur Vant. de nullita. sententiarum ex deffectu iurisdict. num. 76. secundo casu vnus solus poterit cognoscere, & sententiare etiā diffinitiue, quia iurisdictio est insolidum omnibus, & occupantis melior est conditio, allegāt. l. vnicam ff. de offic. procons. l. Pomponius. ff. de re iudic. & c. cum plures extra de offic. delegat. in sexto, idem dicendum est, si duo essent delegati ad vniuersi-
28 tatem causarum; † sed si essent ad causas speciales delegati, tunc esset subdistinguendum, quod aut sunt delegati omnes purè, simpliciter, & sine clausula, quod si non omnes, & tunc vnus non potest sine alio procedere, nec sententiam diffinitiuā proferre, aut sunt cum clausula conditionali, videlicet, quod si non omnes interesse potuerint, & tunc constito de impedimento vnius, poterit alter

alter solus procedere, cognoscere, diffinire, cap. prudentiam, extra de officio, & pot. Iudic. deleg. sequitur Practic. Papiens. ibidem loco citato inferens ad alias plures quæstiones, quas decidit, & bonum est videre, & diximus etiam ad statutum primum.

29 In verbo omnes actus] † per hanc dictionem omnes, quæ vniuersalis est, sequitur dicendum, quod actus largè, & plus quam generaliter sunt intelligendi, iuxta ea, quæ tradit Ias. in l. si de certa, num. 1. & 2. C. de transaction. l. 2. §. quoq; 1. ff. de iurisdict. omnium iudicum, præcipuè inspecta alia generali clausula superius posita, quod in qualibet causa, & sequitur alia vniuersalis, quæ sui amplitudine, & geminatione, nihil intactum reliquit, & nullam admittat fallentiam, namque comprehenduntur etiam ea, quæ alias non veniunt, Dec. in l. omnia, in j. not. ff. si certum petat. & consil. 472. in fine, & consil. 294. volu. 2. & consil. 360. colum. 1. in fine. Curt. iun. consi. 1. num. 7. Plot. in reperit. l. si quando, num. 15. C. vnde vi, Surd. decis. 150. num. 6. & 7. Honded. consil. 63. nume. 42. & sequen. libro primo, Cephal. consil. 92. num. 11. & sequen.

In verbo tam contentiosi, quàm voluntarij]
30 † quinam, & qualis sint actus iuridici, contentiosi, habetur in §. actionum, & ibi per Doctor. Instit. de actio. & supra statuto Papiæ in ciuili 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 14. 25. 26. 28. 29. 30. & alijs pluribus in locis, & tradit Marant. de ord. iudic. ferre per totum, voluntarij autem sunt actus, qui sequuntur in hoc statuto, & in statuto ciuili 122.

31 In verbo ac etiam] † hæc dictio de sui natura deberet copulare, & ampliare, in hoc loco stat declaratiuè, respectu actorum volũtariorum, & scias, quod dictio etiam explicat casum magis dubitabilem, Alex. conf. 116. nu. 14. vbi Appost. libr. 2. Dec. in l. qui se patris, num. 116. C. vnde libe. cum alijs de quibus per Menoch. de arbitr. iudic. quæstio. 49. nu. 8. & extendit, ac ampliat, quod prius dictum non erat, Decius consil. 466. numero 17. Bertazzol. de clausul. instrument. clausf. 4. glo. 17. vbi latè de hac dictione, & clausul 21. glo. 17. nume. 1. & clausul. 27. glos. 16. num. 1. post Alberic. in suo dictionario, in verb. etiam.

In verbo potestatem, authoritatem, aut bai-
32 liam] † dic, quod sunt sinonyma; potestas propriè, & legitimè posse, cum non posse dicamur, quæ cum iniuria possumus; nam potentiæ nõ est, sed differentia, quædam, seu deffectus quidam, iuxta ea, quæ tenet Bald. in consil. 326. sub num. 2. & 3. lib. 1. relat. à Camillo Gallina olim amantissimo Præceptore meo in tracta. de verb. significat. libro 10. cap. 33. num. 48.

33 In verb. iurisdictionem omnimodam] † iurisdictio largo modo sumpta, est potestas de publico introducta, cum necessitate ius dicendi, & æqualitatis statuendæ, l. prima vbi gloss. ff. de iurisdi-
34 ctione omnium iudic. † & tanquam genus comprehendit sub se merum, & mixtum imperium, & inferiorem iurisdictonem, vt notat glo. & Bart. in l. imperium. ff. eodem. l. 1. ff. de officio eius, cui manda. est iurisdict. & in §. iusiurandum, in Authent. de defens. Ciuitatum, & ita videtur dispo-
35 nere hoc statutum, † per illam dictionem omnimodam, cuius significatum, & importantiam tradit Ias. in dicta l. imperium, num. 12. Soc. iun. consil. 1. num. 10. consil. 5. volum. 4. num. 18. Practic. Papiens. in forma libelli, in actio. confess. in gloss. plenam, & omnimodam iurisdictionem, numero secundo.

36 In verbo creare vsque ad clausulam, & prædicta] responde, quod amplius non se intromittunt Vicarius assessor, nec Iudex rationis, sed circa hæc omnia procedunt Consules collegij notariorum, iuxta dispositionem suorum particularium statutorum.

In finalibus verbis intelligũtur iudices ordina-
37 rij] † ordinarij iudices, qui sint dictum est supra ad statutum primum, num. 51. & sequentib. Addo Marant. in sua prax. parte 4. distinct. 5. prin-
38 cip. vbi tradit an iudicium sit † ordinariũ, & quodam delegatum, & num. 2. ac 4. declarat quis dicatur iudex, & quis delegatus, post Doct. in cap. licet, de offic. ordin. sequitur Odd. de restitut. in
39 integrum. quæst. 32. artic. 1. vbi adducit † plures species iudicum, nam secundum eum; Alij sunt iudices publici, alij priuati: Publici, alij ordinarij, alij delegati; Ordinarij, alij maiores, alij medij, alij minimi. Delegati, alij à Principe, alij ab ordinario; Priuati, alij Arbitri, alij Arbitratores, & vt latius ibi per eum, quo loci omnes has
40 species declarat. † Item scias, quod iudicium, aliud dicitur ordinarium, aliud extraordinariũ, vt per auum maternum Ripam, in rubr. num. 52.
41 de iudic. vbi declarat, † quomodo discernatur iudicium ordinarium ab extraordinario.

Quod adhibeatur fides instrumentis extractis de prothocollis notarij defuncti. Rub. 46.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd notarij, quibus commissa sunt, vel erunt breuiaria, seu prothocolla alicuius defuncti, vel absentis, vel scribere impediti, debeant extrahere de verbo ad verbum, sicut iacet in breuiario, seu prothocollo, nihil addito, vel diminuto cum breuiaturis, &c. & similibus solitis apponi in talibus prothocollis. Et si essent aliqua verba descripta, & demum cancellata, ita scribat in instrumento, & cancellet, prout reperierit in prothocollo. Et quod dictis instrumentis taliter extractis, & subscriptis per dictum Notarium, cui commissa sunt breuiaria, & per vnum alium Notarium de Collegio notariorum Papiæ, qui in sua subscriptione protestetur, quomodo vidit breuiarium notam. seu prothocollum, sic iacere, seu stare sicut scriptum est in præsenti instrumento. Quod tunc tali instrumento extracto adhibeatur plena fides, etiam absque

productione

& quibus signis falsitas in instr̄is detegatur, & per Surd. cons. 187. Barz. decis. 39. Pereg. decis. 33.
8 In verbo super illa dictione, &c. † Notarius, qui in instr̄o adhibuit imbreuiaturam, põt eam extẽdere, secundum clausulas consuetas, iuxta dispõnem huius statuti, intellige tñ non mutando substantiam, licet possit exprimere intellectum, quem habuerũt contrahentes in rogando, & ipse Notarius scribendo, sed circa circonstantias tantũ, sic eas extrahendo, & explanando orationes cæteratas, vt voluit Specul. in titulo de instr. ædit. §. ostenso, num. 18. vers. & quid ergo, & breuiatura, Bald. in rub. nu. 22. de fide instru. Orian. in cap. quoniam contra titulo de probati. & plura etiam adducit Carpa. ad statuta Mediolani, volu. 1. cap. 330. num. 104. & 105. vbi etiam tenet, quod & si Notarius possit clausulas cęteratas extendere, secundum vsum suum, & consuetudinẽ, vt per Bur-
9 sat. cons. 15. nu. 89. volu. 2. † attamen imbreuiaturam alterius notarij defuncti non potest extendere; Notarius etiam habens authoritatem explanandi, nisi prius citetur pars, & sibi specialis facultas detur à Consulibus Collegij, secundum Bald. in rub. num. 22. de fide instrum. & cons. 469. circa finem, volum. 5. Castrens. consil. 172. num. 2.
10 volum. 2. † quæ autem clausulæ sint solitæ apponi, & extendi, vide Anton. Gabr. in titu. de consuetu. conclus. 3. num. 14. Menoch. cons. 37. nume. 30. quos citat Carpan. loco mox allegato, nu. 112. cum sequent. vbi plura congerit ad propositum huius materiæ, & plenè etiam tradit Petrus Dominicus Magdalenus in tracta. de septem nu-
11 mero testium in testõ, cap. 6. nu. 133. † & an clausulæ solitæ apponi in instr̄o, si omittãtur, nihilominus habeantur pro appositis, vel possit Notarius supplere, & censeatur Notarius de illis esse rogatus, dic quod sic, ut tenet Ias. in l. argentarius nu. 7 ff. de eden. text. in l. in vendendo. ff. de contrahen. empt. Dec. in l. semper in stipulationibus. de reg. iur. Alex. in l. si finita. ff. de damn. infect. Castr. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. Afflict. decis. 265. nu. 83. Borgn. decis. 29. part. 2. num. 49. limi-
12 ta. † vt non possit Notarius tales clausulas addere, & apponere, si partibus sunt ignotæ, Menoch.
13 consil. 37. nu. 77. † limita etiam, vt non possit, vbi mota fuerit lis super hoc, vt notat Gab. loco citato, nu. 29. plura alia ad propositũ etiam circa errores, & iur̄m adducit, Carp. loco citato, q̃ videri poterit, sed in primis erit videndus, Bart. in l. gallus. ff. de lib. & posth. & in l. si quis. C. de eden. cum theorica Practic. Pap. in forma libelli (pro turbata possessione) in gl contra, & ibidẽ appostill. quæ plura videnda adducunt, & distinguendo decla-
14 rant. Et scias, quod † dictio, & cætera, includit, ea quæ sunt de natura, & substantia actus, Barto. & alij in l. gallus, §. idem credendum. ff. de liber. & posth. quos sequitur Bertaz. in repet. l. si quis maior, nu. 533. C. de transact. & vide Practic. Pap. in form. libelli, pro turbata possessione, in gl.
15 cõtra, & aduersus, nu. 1. † vbi latè Appost. ad eum versatur circa hanc clausulam, & cætera, & vide Bart. in l. argentarius, in princ. ff de eden. vbi declarat qualiter hæc dictio extendatur, Alex. consil. 28. nu. 8. vbi Appost. lib. 2. & cõs. 37. nu. 6. lib. 3. plenè Marta. in tract. de claus. lib. j. claus. 101.
16 Sed dubiũ est quid si inter ꝓthocolla notarij defuncti reperiatꝰ instr̄m, partim manu ipsius Notarij, partim manu alteriꝰ cõscriptũ, cũ addõnib. in margine sinè subscriptione, & signo not. an indè possit publ. instr̄m sumi ab eo, cui cõmissa sũt ꝓthocolla, & affirmatiuè cõcludit, Alex. cons. 14. visis, & cõsideratis his lib. 6. Bero. oĩnò videndus, cons. 1. lib. 2. Ruin. cons. 159. col. 4. & seq. lib. 4.
17 Quid † si scriptura inter protholla reperta sit in formis, vel penès tertiũ, nec appareat de rogitu notarij, an ex ea possit sumi instr̄m, negatiuè consuluit, Aret. cons. 51. Mysing. obseru. 73. cent. 6. Menoch. cons. 42. Honded. plenè cons. 66. lib. 1.

De modo dandi curatorem bonis vacantibus, & indefensis, & personis non habilibus standi in iudicio. Rubr. 47.

ITem statuimus, quòd si aliquis voluerit agere, vel causam mouere contra hr̄ditatem, vel bona vacantia, vel aliqua ex ipsis bonis alicuius defuncti, hæredes ignorantur, & intelligantur ignorari: si hoc iurauerit, tunc iusdicens ad petitionem dicti actoris faciat citari, & requiri ad domũ, & per viciniam solitæ habitationis dicti defunctꝰ publicè, & alta voce, q̃ si quis est, vel esse vult hæres dicti defuncti, aut defendere bona dicit defuncti, infra quartã diem tunc proximè futurã, corã dicto iusdicente compareat alioquin daretur per dictum iusdicentem curator ad dictam causam tm̃, quam dictus petitor, seu actor mouere intendit. Et si occasione dictæ citationis, vel dictæ cridæ comparuerit aliqua persona infra dictum terminum dicens se velle esse hæredem dicti defuncti, vel defensionem ipsius litis causæ, seu quæstionis in se suscipere, nõ audiatur, nec propterea impediatur datio dicti curatoris, nisi prius infra decem dies à die comparitionis docuerit, seu probauerit se esse hæredẽ, vel de suo interesse corã iusdicente prædicto, quæ probatio sufficiat fieri in actis summariè absq; aliqua iuris solẽnitate. Et si infra dictũ terminum aliquis non comparuerit se velle esse hr̄dem dicti defuncti protestans, vel in se legitimè suscipiens dictam cãm, tũc elapso dicto termino ipse iusdicẽs vel Magistratus dictis hr̄ditati, & bonis dicti defuncti, quẽ velit ipse iusdicens, vel magistratus dare, & constituere teneatur, & debeat, det, & constituat in curatorẽ ad cãm ꝓdictã. Et primo aliquẽ ex agnatis, cognatis, vel affinibus, q̃ sibi sufficientior videretur, vbi aliquis ex ipsis agnatis, cognatis, vel affinib. occasione dictæ cridę cõpareret, dicẽs se velle esse curatorẽ, vel ipsius hr̄ditatis, & bonorũ curã in se suscipere sm̃ formã p̃ntis statuti. Si verò nullus ex prædictis ꝑsonis cõparuerit, tũc ipsã curã decernat cuicunq; alteri personę, cui ipsi iudici videbit. Qui curator nõ teneatur facere inuentariũ, nec fideiussionẽ dare. ¶ Cũ quo curatore sic facto, & cõstituto possit agi, & experiri, & in iudicio agitari, & processus in ipsa cã fieri, & peragi quemadmodũ potuisset cũ dicto defuncto tp̃e quo viuebat, & fuisset ætatis legitimæ. Et quicq̃d per ipsum curatorẽ, & contra eum in ipsa cã, lite, & q̃one gestũ fuerit, tanq̃ cum legitimo curatore, & legitima persona gestũ valeat, & teneat. ¶ Si verò pẽdente cã cum dicto curatore cõparuerit aliq̃s prætendẽs se fore hr̄dem, vel pro suo iure, & interesse, & legitimè ꝓbauerit se esse hr̄dem, vel de suo interesse, q̃ũcũq;, & in se suscepit defensionẽ dictę causæ admittatur. Et eo casu dictus curator sit, & esse debeat cassus, & reuocatus ab officio prædicto. Attamen cũ eo facta abindè retrò, videlicet à die, quo fuerit susceptum iudicium, valeant, & teneant, & executioni mandentur.

Summarium ad statutum 47. in Ciuilibus.

1 *Modus quid sit.*
2 *Modus semper attendendus.*
3 *Modus varia consideratur.*
4 *Modus adimplendus.*
5 *Ampliatur, vt debeat ad vnguem adimpleri, sicut forma, alias actus nullus redditur.*
6 *Et hoc procedit etiam in statuto, vt statuti modo non adimpleto actus sit nullus.*
7 *Modus, & conditio differunt, nam legatum sub conditione non debetur, nisi existente conditione; quod secus in modo.*
8 *Modus importat conditionem quoties apparet testatorem voluisse prius impleri modum, quam habere commodum.*
9 *Conditio habetur pro impleta, quoties stat per eum cui est adimplendum, quominus adimpleatur.*
10 *Amplia etiam si momento steterit per eum, vt non adimpleatur.* (impleto.
11 *Limita in modo, quia hoc casu non habetur pro*
12 *Modus inducitur per dictionem et, per qua verba inducatur remissiuè.* (modo.
13 *Amplia etiam si dicatur ea conditione, pacto,*
14 *Verba quæ possunt se habere ad modum, & conditionem important modum.* (nas.
15 *Aliquis dictio comprehēdit masculos, & fœmi-*
16 *Verba agere, & monere sinonyma.*
17 *Hæreditas quid.*
17 *Hæreditas dicitur ante aditionem non post.*
19 *Intellige dummodo sit adepta possessio alias secus.*
20 *Hæreditas defuncti continuatur in hæredem etiam non apparente de apprahensione ex statutis Papiæ, & nouis Constit. Mediolani.*
21 *Hæreditas materna censetur adita à filio, nisi intra annum sit repudiata.*
22 *Hæreditas aditur solo animo concurrentibus tamen his de quibus, num. 23.*
23 *Animus adeuntis ad hoc, vt valeat debet declarari verbis, vel factis.*
24 *Animus per quæ verba, vel facta declaretur remissiuè.*
26 *Hæreditas dicitur adita per eum, qui facit actus, qui non possunt fieri citra ius, & nomen hæredis.* (missiuè.
27 *Hæreditatis aditio, ex quibus presumatur re-*
28 *Filius, an dicatur adire faciendo pacem, ac accipiendo pecuniam pro morte patris.*
29 *Cautela, quod filius curet obtinere dispensationem à senatu.*
30 *Hæreditas vacans, & iacens differunt.*
31 *Hæreditas vacansque dicatur.*
32 *Hæreditas iacens quæ.*
33 *Statutum loquens de bonis vacantibus intelligitur de iacentibus.*
34 *Curator non datur in bonis vacantibus.*
35 *Furtum non dicitur committi de hæreditate vacante.*
36 *Hæreditas vacans dicitur esse in nullius bonis.*
37 *Fideicommissarius, an possit propria authoritate apprahendere possessionem bonorum vacantium.*
38 *Bona dicuntur vacantia de iure, de facto, de facto non de iure, de iure tantum.*
39 *Curator, an detur quando extat filius illius, qui possidet bona, & vide num. 41.*
40 *Hæreditas non dicitur vacans viuente filio.*
42 *Hæreditatis appellatione in materia statutaria intelligitur de hærede in infinitum.*
43 *Amplia, vt etiam veniat fideicommissarius.*
44 *Hæres, an hoc casu debeat esse in effectu.*
45 *In datione curatoris, citandus est is, cui hæreditas, est delata.*
46 *Comparente eo, cui est delata hæreditas negante adiuisse, vel petente tempus ad deliberandum datur curator.*
47 *Statutum generaliter loquens, an comprahendat minorem.*
48 *Statuti tempus ad vnguem obseruandum, alias actus dicitur nullus.*
49 *Curator, quando dandus hæreditati iacenti, & quæ seruanda remissiuè.*
50 *Curator, quando dandus bonis absentis vagabundi debitoris.*
51 *Curator datus hæreditati, quas actiones intentet.*
52 *Curator ad litem, qui remissiuè.*
53 *Curator bonorum iacentium, an habeat eandem potestatem, quam habet curator ad negotia.*
54 *Mortuo principali debitore fit excussio contra hæreditatem iacētem, dato primo curatore ad formam huius statuti.*
55 *Statutum loquens de agnatis, an intelligatur de proximioribus, & vide num 56.*
57 *Agnatus in casu huius statuti, an præferendus cognato.*
58 *Statutum præferens agnatos cognatis in successione, dicitur etiam præferre in tutella.*
59 *Curatores regulariter tenentur ad confectionem inuentarij, sicut tutores.*
60 *Amplia idem in curatore dato ad litem.*
61 *Limita stante hoc statuto.*
62 *Curator datus ad omnem casum, an teneatur conficere inuentarium.*
63 *Curator de iure communi, nullo apparente hærede datur bonis iacentibus.* (reditati.
64 *Hærede conuento contumace, datur curator hæ-*
65 *Aduersarium suum nemo tenetur instruere.*
66 *Non refert a quo sit factum, modo factum sit.*
67 *Non curatur de modo, dummodo sequatur effectus.*
68 *Non refert ex æquipollentibus, quid fiat.*
69 *Ratihabitio æquiparatur mandato, & vide numero 99.*
70 *Citatus pestis tempore, non tenetur comparere.*
71 *Processus est ipso iure nullus, cum citatio est facta inegitimo tempore, vel continet grauamen.*
72 *Contumacia nō ligat citatū legitimè impeditum.*
73 *Testium dicta tempore contagioso examinatorum nulla.*
74 *Minor non tollit legem maioris.*
75 *Processus contra hæreditatem iacentem, quando inualidus.*
76 *Filij, & hæredes testamentarij citandi antequam detur curator hæreditati iacenti.*
77 *Curator non datur, quando quis potest se deffendere per se, vel per procuratorem.*
78 *Forma a statuto inducta obseruanda, alias actus dicitur nullus.*
79 *Forma remota, remouetur eius effectus.*
80 *Forma ad vnguem obseruanda, & num. 88.*
81 *Processus cum curatore hæreditatis, factum, non seruata forma, nullus.*
82 *Fundans se in statuto debet probare obseruasse omnes solemnitates à statuto inductas.*

83 *Forma statuti non potest per æquipollens adimpleri, & num. 98.*
84 *Extensio de persona ad personam in statutis prohibita.*
85 *Modus obseruandus, sicut forma.*
86 *Aliquis dictio vniuersalis omnia comprahendēs.*
87 *Curator qualiter dandus, quādo extant hæredes.*
89 *Alioquin dictio, quid importet.*
90 *Tantum dictio, quid importet.*
91 *Ipse verbum personalissimum est.*
92 *Argumentum à contrario sensu in statutis validum.*
93 *Obligatus principaliter, & insolidum dicitur debitor.*
94 *Debitor minoris non potest esse tutor.*
95 *Decretum ex falsa causa nullum.*
96 *Non præsumitur quò ad ordinem processus.*
97 *Curator datus nō intelligitur quo ad cās futuras.*
100 *Iudex appellationis, quando possit sententiam nullam, quo ad merita conformare, & vide nu. 101.*

AD hoc statutum videndi sunt, Azo, & alij in titul. ff. de curat. bon. dand. Purpur. conf. 128. nu. 20. & seq. Neuiz. conf. 17. Capic. decis. 87. Menoc. de arbitr. iud. cent. 2. cas. 150. per tot. Martin. Garrat. Lauden. conf. 6. per totum, Bero. consil. 128 nu. 37. lib. 2. Ang. conf. 105. Dec. conf. 509. Carpan ad statuta Mediolani libr. 1. cap. 34. & dixi supra ad statutum 9. num. 2. & sequen.

1 Ad rubricam, † modus est dispositio, vel qualitas adiecta dispositioni, l. obligationū. §. modus. ff.
2 de act. & oblig. † & semper attendi dēt, iuxta illud.
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltrò citroquè nequit consistere rectum,
vt tradit Horatius, quem citat Speculat. in titu. de
3 aduocatis, §. nūc de exordijs, nu. 4. † & variè consideratur, vt tradit Rebuff. de mut. petit. art. 1. gl. secunda, nu. 39. & in titul. de consuetud. artic 2. gl. 3. num. 38. & in tit. de citatione in præfatione, nu. 62. & latè per Galgagnet. in tracta. de condit. & demonstr. part. j. cap. 92. nu. 1. & sequen. consideraturquè in procedendo, vt hic, & vt notat Bossius in sua praxi, in titulo quomodò proceda-
4 tur per præcepta pœnalia, nu. 1. † cum sequen. & eius naturæ est, vt adimpletur per contrahentem, vel per obligatum non stet, quòminus adimplea-
5 tur, gloss. in rubr. ff. de condit. & demonstrat. † & idem operatur sicut forma, quæ ad vnguē debet obseruari, aliter nullus redditur actus, l. j. ff. de verbor. obligat. Fœlyn. in cap. cum dilecta, num. 6. & 10. extra de rescript. Bald. in l. omnes populi, colum. penult. ff. de iustit. & iure, & alibi sæpè pari ratione, si certus modus in agendo, vel procedendo constituitur, & non seruatur actus redditur nullus, vt voluit Marcus Antonius Maut. singular. 104. quod si fit alio modo, quàm debeat, non valet, vt tradit Specul. in titulo de fructu, & interesse. §. primo, versiculo hoc autem, nume.
6 primo, † & verificatur etiam in statuto, Osascus decis. 165. numer. 14. & 15. Borgnin. Caualcan. in tract. de vsufruct. num. 129.
7 Differunt autem † modus, & conditio, nam legatum sub conditione, non debetur, nisi conditionē adueniente, l. legata sub conditione. ff. de conditio. & demonstrat. Legatum verò relictum sub modo, statim debetur præstita cautione per legatarium de modo adimplendo. l. si sibi legatum, ff. de legat. tertio, gloss. in l. demonstratio, §. fin. ff. de cond. & demonst. Peregr. de fideicom.
8 artic. 33. num. 64. † Scias tamen, quod si testator vtatur verbis importantibus modum, & appareat voluisse prius impleri modum, quam quis habeat commodum, tunc verba importantia modum, assumunt naturam conditionis, & conditionem important, Bartol. in l. quibus diebus. §. Termilius, nume. 6. ff. de conditio. & demonst. Alexand. consil. 119. num. 1. lib. 1.
9 † Secundo differunt, quia licet conditio habeatur pro impleta, quoties per eum, cuius interest adimpleri, fit, quominus adimpleatur, l. iure ciuili, ff. de condit. & demonstr. cum cæteris, de quibus per Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 68. nu. 38.
10 † quod procedit etiam, si momento stetit per eū, cui debet adimpleri, quominus fuerit adimpleta Bald. in l. j. nu. 23. C. de instit. & substit. Alexan.
11 cons. 102. nume. 1. lib. 1. Hæc † tamen ampliatio non vendicat sibi locum in modo, qui non habetur pro impleto, dato, quod ille cui debet adimpleri semel fuerit in mora, si postea iterum petat, ita Alex. d. cons. 102. nu. 6 vbi latè Appost. ad eum, qui rationem differentiæ adducit.
12 † Sciendum est autē, ꝙ modus regulariter inducitur per dictionem, vt Barto. in d. §. Termilius, vbi habetur per quę verba modus inducatur datò quod in contractu dicatur, ea conditione pacto,
13 & forma, ac modo, quæ verba nihilominus modum important, l. ea conditione, vbi Bald. C. de rescind. vend Barto. in dicto §. Termilius, nume. 5. Alexand. consil. 102. num. 2. vbi Appostill ad
14 eum alios citat, & ratio affertur, † quia verba, quę se habere possunt ad modum, & conditionē, modum potius denotant. Bartol. in l. cum mota, nu. 2. C. de transac. Alex. d. cons. 102. nu. 2. & quibus verbis importetur modus, & de eius effectu latissimè tradit Galganet. in tract. de condit. & demonstr. parte 1. cap. 92.
15 Ad tex. in verb aliquis] † compræhenditur nō solum masculus, sed ét fœmina l. 1. vbi Rebuff. ff. de verb. signf. cum maximè tractetur de materia, quæ congruit vtrique sexui, & masculinum genus concipiat fœmininum, vt disponit statutum, supra de regim. potesta. 53. & in crimin 78. Bart. in l. iura, in prima lectu. de legibus, Ias. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn iudic. Barto. in l. 1. ff. de regul. iur. & cons. 570. Alciat. cons. 14. lib. 2. Curt. in auth. præterea, nu. 20. C. vnde vir, & vxor, & quamplures alias authoritates adducit Carpa. ad statu. Mediol. vol. 1. cap. 126 nu. 2. cum seq.
16 In verbo agere, & causam mouere] † dic quod sunt sinonyma, & idem important.
17 In verbo contra hæreditatem] † hæreditas est successio in vniuersum ius, ꝙ defunctus habuit tépore mortis. l. hæreditas. ff. de reg. iur. & persona ficta, quæ repræsentat defunctum, Bald. in auth. defuncto, col. 1. ad finem, num. 6. C. ad Tertullianum, Castrens. in l. si sorori. C. de iure deliberan. Ias. in l. si is qui pro emptore numer. 20. ff. de vsu-
18 capio. Curt. sen. consi. 21. col. 5. nu. 7. † & dicitur hæreditas antequam adita sit per hæredem, posteaquam verò adita est, amplius non dicitur hęreditas, quia confunditur cum patrimonio hæredis, & si post aditionem appellatur hæreditas, tunc erit impropria locutio; Bartol. & alij in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. posse. Grass. in §. hęreditas, q. 2. num. j. versicul. contrarium; Cephal. cons. 45. numero 18. Decianus consil. 41. nume. 65. lib. 1.
19 intellige † dummodo sit appræhensa possessio,

secus videtur ante adeptam possessionem, quia sola aditio non facit, quominus etiam hæreditas dicatur, vt declarat Decius in dicta l. hæreditas.
30 ff. de regul. iur. † sed aduerte, quod statutum Papiæ 55. in ciuili, & decretum 16. inter statuta Papiæ, & nouæ Constit. Mediolani, in titulo de continuanda possessione defuncti prouident, quod possessio defuncti sit continuata in hæredē etiam
31 si de appræhensione non appareat† quinimò hæreditas materna censetur adita à filio, nisi intra annum repudiauerit post mortem matris, vt disponunt nouæ Constitut. titulo de acquirend. hæred. §. si filius, loquentes de ea, quæ consistit in bonis immobilibus, aut annuis redditibus. in adeun-
32 da † autem hæreditate sufficit solus animus adeuntis, l. si auia. C. de iure deliberandi. l. gerit. ff. de acquirend. hæredit. quod licet verum sit, tamen
33 plures circunstantiæ debent concurrere; † scilicet, quod volens adire, sit homo liber, non seruus, & sui iuris, non in potestate alterius constitutus; quod sit compos mentis, non furiosus; quod sit maior vigintiquinque annis, non sub tutella, vel cura; quod sciat hæreditatem sibi delatam, & quod nullus præcedat eum in gradu, sicuti latius docet Practic. Papiens. in forma libelli, pro hæredit. ab intesta. delata in gloss. ipsamquè hæreditatem.
34 Scias tamen, † quod animus adeuntis, non sufficit solus ad adeundam hæreditatem, nisi sit declaratus, verbis, vel factis, Bartol. in l. gerit, nume. quinto. ff. de acquiren. hære. Ias. in l. maritum. in fine legis, & in l. qui in aliena, numer. 26. & in l. pro hærede, num. 12. ff. de acquir. hære. Aret. in §. finali, num. 2. Instit. de hæred. qualit. & different. latissimè Marant. in repet. l. is potest. ff. de acquir.
35 hæred. per quæ autem verba, vel facta declaretur iste animus, latè declarat Bart. in dicta l. gerit, nume. 9. vsque ad num. 28. & inter alios modos, scias animum adeundi declarari, & colligi, quando
36 quis facit actum, qui non potest fieri citra ius & nomen hæredis, l. pro hærede. § Papinianus, versic. itaquè, ff. de acquir. hæred. Bart. in dicta l. gerit, nume. 9. versic. is visis, Ias. in dicto §. Papinianus, nume. 7. latissimè Marant in dicta repetit. l. is potest, num. 42. vsque ad nume. 95. vbi nu. 38.
37 modos adducit, ex quibus præsumitur aditio, latissimè Menoch. de præsumpt. part. 2. præsumpt. 100. ac sequent. per totum, Mascard. de probat. conclus. 40. cum pluribus sequentibus, in quibus locis latè disserit, ex quibus verbis, & factis hæreditas præsumatur adita, & vide Clarum in §. fina. praxi crimin. quæstio. 58. num. 32. versic. sed hic
38 incidenter, vbi quærit, † an filius, qui fecit pacem pro morte patris, & acceptauerit pecuniam pro illa pace dicatur adijsse hæreditatem paternam, & concludit ex communi, quod non; fatetur ta-
39 men obseruari, † quod hæredes sanguinis impetrent dispensationem à Senatu Excellentissimo faciendi pacem, citra ius, & nomen hæredis, & ita consulo, quod semper curent obtinere dictam dispensationem ad euitandam disputationem.
30 In verbo vel bona vacantia] † differentia est inter hæreditatem vacantem, & hæreditatem iacentem, quam tradit Castrens. in l. penultima. §. cum autem, numero primo. Cod. ad Trebellian. Menochius de arbitr. iudic. casu 150. nume. primo, cum sequent. vbi declarat, quæ dicatur vacans, & quæ iacens hæreditas; vacans hæreditas habetur pro repudiata ab omnibus, & in illa
32 succedit fiscus; † iacens verò hæreditas est illa, quam hæres nundum adiuit, & habet facultatem deliberandi; & scias quod hæreditas dicitur iacens, etiam si extaret vnus ex filijs testatoris, vt in puncto huius statuti, tenet Menoch. de arbitr. iudic. casu 150. nume. 8. & licet statutum nostrum
33 dicat bona vacantia, † tamen illud accipitur im-
34 propriè, vult enim dicere bona iacentia, cum† in bonis vacantibus non detur curator, sed fisci procurator procedet, & administrationem suscipiet, l. prima. §. cui bona. ff. de iure fisci, l. prima, in principio. ff. de success. edict. Decius consil. 509. numer. primo, ita in terminis huius statuti pariter tradit idem Menoch. de arbit. iudic. dicto casu 150. nume. secundo, & tertio, possimus etiam dicere, quod vacans propriè dicitur, quod à ne-
35 mine est occupatum, seu possessum, † & ideò hæreditas iacens vacare dicitur, & si quid ex ea expilletur, non datur actio furti, quia non dicitur committi furtum, ex quo adita non est, l. secunda, ff. de effract. & expillat. l. hæreditariæ. ff. de furtis, latè Farinac. in suis tractat. crimin. titulo de furt. quæstio. 174. numer. 118. & quæst. 175. num. 139. nam furtum est contrectatio rei alienæ inuito do-
36 mino, † sed hæreditas vacans non habet domiminum, & dicitur in nullius bonis, vt notat Bartol. in l. ea re. §. finali. ff. de stipulatio. seruorum, & in l. hæres, la secunda ff. de acquiren. hæredi. ideò furtum in ea non consideratur, nec habet locum, vt notat Angel. Aret. Institut. de obligat. quæ ex quasi delict. nascuntur, §. furtum est, nume. sexto, & §. quod autem, num. tertio, de vsucapion. nec incurritur pœna, l. si quis in tantam. C. vnde vi, sic gloss. in cap. cum dilectus, extra de success. ab intestato, in fine, in verbo petitione, & gloss. in extrauaganti, ne sede vacante, cap. decimoquarto, in verbo vacantium, versiculo sed quæ beneficia, sequitur Carpanus ad statuta Mediolani, volum. secundo, cap. 163. num. nono, Farinac. dicta quæstio. 175. nume. 139. & ex prædi-
37 ctis videtur dicendum, † quod fideicommissarius propria authoritate, possit capere possessionem bonorum vacantium, multo magis si fideicommissum sit notorium; Possunt autem dici bona
38 vacantia, de iure, & de facto; † item de iure tantum, non autem de facto; item de facto tantum, non autem de iure. Primo casu contingit morte, renunciatione, depositione, permutatione; in alijs autem modis, puta in cessione, & similibus, licet perdatur ius, dum tamen alias legitimè fiat non perditur ipsa possessio, nisi per sententiam Iudicis declaretur, vel nisi possidentem appareat euidentèr habuisse pro derelicto, factis vel verbo, cum semel possidens semper præsumatur possidere, vt latè sequitur, & declarat glo. in dicta extrauaganti, ne sede vacante.
39 Sed † an hoc statutum habeat locum stantibus filijs eius, qui bona dum viueret possidebat, vti
40 dominus, videtur dicendum, quod non, † quia hæreditas non potest dici iacere existente filio, vt notat Bartol. post gloss. in l. cum hæredita. C. depositi, & ibi Baldus tenet, quod non valet processus factus contra hæreditatem iacentem, quia existentia sui hæredis inducit continuationem. Contrarium tamen tenet ibidem Castr. propter beneficium abstinendi, quem sequitur Dec. consi. 344. col. 1. & cōs. 509. & 575. Boer. q. 88. Afflic. decis. 262. Ias. in rub. C. de succes. edic. & Menoch. dicto

dicto casu 150. num. 6. cum seq. & dat practicam Salic. ibi, quod actor in primis conueniat filium, & interroget eum, an vellit esse hæres, vel ne, quod si respondeat se nundum deliberasse, tunc deueniat ad dationem curatoris, iuxta dispositionem statuti, adde Alexan. in l. si cum dotem. §. transgrediamur, in penult. colum. ff. soluto matrimonio, Abb. in cap. 1. extra de solutio. Aretin. consil. 109. in primo dubio, vbi notat, & clarè hanc sententiam probant, illa statuti verba, cuius defuncti hæredis. &c. cum verbum hæredes tamquam generale, compræhendat, tam suos necessarios, quàm extraneos, hæredis enim nomine, vtrique continentur. §. 1. Institu. de hæred. qualit. & differ. l. si filius. ff. de vulg. & pupil.

41 In verbo hæredes ignorantur] † statutum loquens de hærede intelligitur de hærede in infinitum, ita Bald. in l. fin. num. 4. C. de hæred. instit. l.
43 hæredis appellatione. ff. de verb. signific. † & comprehenditur etiam fideicōmissarius, vt notat Gallin. in tract. de verb. signific. lib. 8. c. 20. num. 11. &
44 12. † vtrum autem debeat esse hæres in effectu; responde, quod sic, per l. primam. §. final. ff. quod quisq; iuris, & cap. relatum, de cleric. nō resident. sed quod sufficiat nudum nomen heredis, notatur in l. qui ita scriptus, & in l. qui hæredi. ff. de condit. & demonst. Afin. in prax. iudic. §. 19. cap. 14. nume. 2. verum pro clariori intelligentia, vlterius procedit hoc statutum, & expresse declarat quomodo intelligantur ignorari hæredes, & sufficit eiusdem statuti dispositio, cui standum est.

45 In verbo faciat citari] † quod debeat citari is, cui sciat hrēditatem esse delatam, tenet Aret. consil. 109. in j. dub. Ang. consil. 193. in fin. Felin in c. gratum, colu. 1. extra de offic. delega. Alex. consil. 10
46 col. 3. vol. 5. † & si is compareat, & dicat nundum adiuisse, vel velle deliberare, tunc datur curator bonis, iuxta formā huius statuti, quod ēt dat pro cautela, Feli. in d. l. cum hereditas, C. depositi, nec releuant statuta, & nouæ Const. disponentes, quod hæreditas defuncti censeatur continuata in hæredes, quia hoc fit fauore hæredis, & extenditur ad minorem, ad quem non extenderetur, nisi hoc sta
47 tutū esset fauorabile; quia † lex vel statutū quantuncunq; gñaliter loquens, nō comprehendit minorem sm̄ Barto. in l. in causæ. ff. de minoribus, & ideò eandem cautelam, quàm tradit Fœlin. vbi supra dat etiam Bart. ipse in l. controuersia, col. j. in fine, & colum. 2. in princip. ff. de transact. vide alia, quæ ad propositum scribit Carp. ad statuta Mediol. vol. 1. cap. 5. nu. 42. cum pluribus seqq. & per Martin. Garrat. consil. 6. vbi loquitur in puncto huius statuti nostri.

48 In verbo infra quartā diem] † statuti tp̄s debet ad vnguē obseruari, alias actus est nullus, sic Carp. in prælud. statutor. Mediol. nu. 790. vbi etiam tenet, quod tp̄s præfixum à statuto, nō possit à partibus prorogari: & si nō esset datus terminus iste quatuor dierū, talis datio curatoris nulla esset, & per consequens processus, Bald. in auth. qui semel C. quom. & quando iudex, sequitur Garrat. dicto consil. 6. ante num. 11.

49 In verbo curator ad dictam cām] latissimè † qn̄ curator sit dandus hæreditati iacenti ad instantiā creditorum, & quæ seruanda veniant, circa hanc dationem de iure cōi, vide Capic. decis. 87. vbi ponit quinque requisita, primum quod detur ad instantiam creditorū, & maior pars dēt concurrere, secundò, quod noiat im citentur ij, quorum est successionis causa, nec sufficit citatio gñalis, tertiò, quod si sit hæres extraneus, statuatur terminus saltem dierū cētum, quartò q̄ talis curator faciat inuentarium, & quintò quod satisdet, aliter datio, & processus nulli sunt, latè Menoch. de arbit. iud.
50 d. casu 150. per tot. † vbi etiam tradit, qn̄ curator ad instantiam creditorum, sit dādus bonis debitoris absentis, vel vagabundi, & quod possit dari curator bonis absentis, qui ignoratur, vbi sic tenet glo. in l. ab hostibus, in princ. ff. ex quib. cauf. maior. Neuiz. consil. 17. nume. 24. Boer. q. 88. Alex.
51 consil. 4. nu. 3. lib. 2. vbi etiam tradit † quas actio-
52 nes valeat intentare huiusmodi curator, † & de curatore ad litem vide text. in l. 1. ff. de in lit. dād. tut. Socin. iun. consil. 46. vol. 1. Neuizan consil. 17.
53 Azo in summa de in lit. dand. tut. vel curat. † hic tamen curator datus bonis iacentibus non habet eandem potestatem, quàm habet datus ad negotia, vt notat glo. in rub. ff. de curat. bonorum dād. & in l. 1. in princ. ff. eod. & de hoc curatore latè dixi supra ad statut. ideò hic omitto.

54 Notandum etiā, † quod mortuo principali debitore, si non adsint hæredes ipsius facienda est executio, contra hæreditatem iacentem dato illi ante omnia curatore ad formam præsentis statuti, Alex. consil. 100. num. 10. & seq. volum. 5. Paris. consil. 50. nu. 41. & seq. lib. 1. Andr. Gaill. singu. obseru. lib. 2. obseru. 27. num. 12.

55 In verb. [ex agnatis cognatis] intellige † de proximioribus, vt notat Bal. in l. fin. num. 2. ff. de verbor. signific. Alex. in addit. ad Bart. in l. tertius. in princip. ff. de aqu. pluu. arcen. Marsil. in prax. crimin. §. constante, nu 15. & sing. 678. vbi attesta-
56 tur de communi; † contrarium verò tenet Cotta in memor. in uerb. statutum requirens, Bald. & alij in l. transactionem. C. de transact. Lamb. in commentarijs ad statuta de contractu mulierum, glo. 21. versic. agnati, numer. 8. Tiraquell. de legibus connub. gl. 8. nu. 138. & facit pro hac parte, quam in hoc statuto amplector. ponderatio huius statuti in verbo, qui sibi sufficientior videretur, cum hoc sit positum in arbitrio iudicentis, vt scilicet non attendat proximitatem, sed sufficientiam,
57 sed dubium est † quis præferri debeat ex agnatis, vel cognatis, & dic quod agnatus, vsq; ad tertium gradum de iure canonico inclusiuè, cum per statutum infra 96. in ciuilibus, agnati intra dictum tertium gradum præferrantur in successione, quo
58 casu, quando statutum † præfert agnatos, cognatis, in successione, eodem modo dicitur eos præferre in tutella, & cura, vt in terminis huius statuti considerauit, Menoch. de arbitr. iudic. dicto casu 150. num. 32. cum seq.

59 In verbo, & non teneatur facere inuentarium] regulariter † tenentur curatores facere inuentarium, sicut tenentur tutores, l. finali. C. de curatore furios. & l. de orationibus, C. de episcop. au-
60 dient. † etiam si dati essent ad lites, vt tenet Practic. Papiens. & Appostillat. ad eum in forma libelli, quo agitur ad reddendam rationem, numero 10. Capic. decis. 87.
61 † Sed stante hoc statuto, non tenetur, † sicuti
62 etiam de iure communi curator datus ad vnam causam tantum, sic Practic. Papiens. loco citato, num. 9.

Cætera attenta in hoc statuto nō egent declaratione, sed ꝑ faciliori declōne huius statuti graue mihi visū nō est addijcere hic nonullas allegōnes, alias ꝑ me factas in fauorē hrēdum D. Cesaris

Nouarini, contra D. Laurentium de Mazinis, quæ cum tendant ad declarõnem totius præsentis statuti, & plurimum cõferant ad eius intelligentiam, curaui apponendas in fine statuti.

Incipiunt.) Attentis his, quæ in facto sunt proposita, siue ius cõmune, an potius municipale Papiense sub rubr. 47. in ciuilibus inspiciatur, concludendum videbatur iudicium agitatum per D. Laurentium de Mazinis prætensum creditorem, in bonis nunc cond. D. Cæsaris Nouarini contra Spect. Dominum Ioãnem Angelum Sachum curatorem datum bonis præfati D. Cæsaris iacentibus valere, & subsistere.

63 Et primo inspiciendo ius commune, certũ est, † quod vbi nullus apparet hæres põt iudex ex officio curatorem bonis iacentibus statuere, qui nè bona in sinistrum dilapidentur eorum curam suscipiat, l. prima, vbi gloss. in solutione contrarij, in verbo venditio. ff. de curat. bon. dand. Angel. consil. 103. num. 2. Dec. consil. 509. num. 1. Alex. consil. 221. in fin. libr. sexto. Purpur. consil. 128. num. 20 & seqq. lib. 1. Bero. consil. 128. num. 33. lib. 2. cum ergò ex processu dicti D. Laurentij appareat, hæredes ab ipsis citatos fuisse, nec ipsos aliquemuè eorum nomine comparuisse, vtiquè dicendum videbatur legitimè, quò ad ipsum D. Laurentium curatorem datum fuisse, & consequenter aduersus eum pro actione crediti sui experiri iustè valuisse, stante præcipuè regula, quod vbi hæres conuentus est contumax, potest curator dari hæreditati iacenti, l. debitor. ff. de negot. gest. prout ita considerat, Angel. consil. 192. per gloss. in l. prima. §. cum dicitur. ff si cui plus quam per legem falcid.

Secundò huic annectitur, nam cum ipsi hæredes fuerint citati, eorum erat muneris petere terminum ad deliberandum, neque erant hoc casu
65 monendi, † nam aduersarium suum nemo tenetur instruere l. prima denunciare. ff. de liber. agnóscend. & l. 1. §. denunciare. ff. si vt ab hæred. se abstine. Quarè sufficit eos citatos fuisse, cum nec contradixerint dationi curatoris, & contumaces fuerint, l. 1. C. si sepius in integrum restitu. sit petita, Angel. consi. 192.

Tertiò itaq; quò ad statuti 47. dispositionem attinet, sub titulo de curatore dando bonis vacãtibus; dum disponit fieri citationem alta voce per viciniam, quod si quis vult esse hæres, & alia, &c. videbatur legitimo iure dictum curatorem personam legitimam habuisse standi in iudicio, & dictum Dominum Laurentium contra eum agere valuisse, nam licet talis citatio alta voce, per proclama, & reliqua à statuto in specie requisita non fuerint, per Dominum Laurentium obseruata; attamen cum talis modus, & forma ab vno fuerit seruata, videtur sufficere, quia dum statutum talia fieri mãdat, effectum potius quam actum considerasse videtur, vndè deseruit regu-
66 la † non referre à quo quid factum sit modò factum fuerit, l. si mater. C. de institutio. & substitutio. l. item veniunt. §. petitum autem, versiculo à quo. ff. de petitio. hæreditat. l. mulier. ff. ad
67 Trebellian. nec de modo curandum, † dummodò sequatur effectus, vt in dictis iuribus probatur, & facit, quod tradit Barto. in l. gallus. §. & quid si tantum columna prima, versiculo, & contra. ff.
68 de liber. & posthum. † alias quando quæritur de effectu actus, magis quam actu, non refert quid ex æquipollentibus fiat, quarè cum proclama factum sit, vt in decreto dandi curatoris dictus Dominus Laurentius, & ipse curatorem sui nomine decerni petierit, ratum videtur habuisse dictum proclama, à Domino Antonio, qui for-
69 ma seruata egit, † quæ ratihabitio mandato æqu iparatur, lege vltima. C ad Senatusconsul. Macedonianum, Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. num. 6. Castrens. consil. 84. in vltimo dubio, libro 1.

Corroboratur quarto loco, nam tale proclama ea ratione fieri videtur, vt scientia hæredi, vel agnatis, aut alijs interesse prætẽdentib. inducatur, cum igitur per speciale proclama vnius, ità inducatur, scientia sicut si omnium nomine factum sit, vtiquè potuit legitimè Dominus Laurentius contra dictum curatorem agere tamquam proclama legitimè omnium nomine factum sit, vt in simili latè arguit Tiraquell. dicta gloss. secunda, §. 36. nume. 7.

Rè tamen diligentius, ac maturius considerata, in proposito themate, siuè ius commune, siuè municipale attendamus, & considerato, tam primo iudicio inchoato ante dationem curatoris, quam etiam cum ipso curatore prosecuto, contrarium respondendum, de iure existimo, processumquè ac iudicium respectu dicti Laurentij, ac aliorum, qui formam à statuto requisitam non seruauere, nullum omninò esse, ac huiusmodi per Eruditissimum, ac integerrimum Dominum Iudicem pronunciandum, & declarandum fore pluribus rationibus.

Et incipiendo à primodio litis per dictum Dominum Laurentium, vsquè de anno pestifero 1577. contra hæredes prefati Domini Cæsaris inchoato, quo tempore in hæredum contumaciam, ad ipsius Domini Laurentij fauorem condemna-
70 tio lata dicitur, certè nulli dubium est † pestis tẽpore citatum non teneri comparere, ex diffusè traditis per Dominum Ripam auum meum maternum in tractatu pestis, sub rubrica de priuileg. iudiciorum causa pestis, colum. 1 Vantius de nullita. sub rubr. de nullit. sententiæ ex deffectu iurisdictionis ordinariæ, nume. 165. stante præsertim omnium, & quarumcunque causarum generali suspensione, vndè contumacia non obest, & processus eo tempore factus, est ipso iure nul-
71 lus, † nam vbi citatio est illegitimo tempore facta, continetquè notorium grauamen, processus est ipso iure nullus, clement. pastoralis. §. notorium, de re iudicat. Innocent. & alij in cap. secundo, de dilation. Rip. in præcitato loco, num. 28. & contumacia non ligat, vbi citatus legitimum
72 habuit impedimentum gloss. in cap. quæ sit, versiculo distulerit, de elect. in sexto, Rip. vbi supra, numero 31.

73 † Secundò stante huiusmodi legitimo impedimento testium tunc temporis examinatio est ipso iure nulla, Abb. & Felyn. in cap. 2. numero 19. extra de testibus, & in cap. si querela, de procurator. Gemin. consil. 135. præsertim, quandò iudex scit adesse pestis impedimentum, & locum esse contagiosum, Rip. vbi supra num. 29.

Nec releuat reuocatio facta per tunc Illustr. Papiæ Prætorem, seù ordinatio, vt non attenta generali omnium causarum suspensione, assumerentur dictæ informationes, nam dicta suspensio generalis ab Excellentissimo Senatu Mediolani emanauit, quarè non est hæsitandum minorem, maioris gesta, nec reuocare, nec suspendere, vel

in

74 in totū, aut in parte posse, † vbi enim maior magistratus aliquid mandat suspenditur, & impeditur minoris iudicis iurisdictio, gloss. in cap. denique, in verbo maior 21. distinct. cap. antiqua §. dominico, in verbo nisi in vrbe, de priuileg. cap. inferior 21. distinct. cap. cum inferior, de maiorit. & obed. Ias. in auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imperat. offerend. & in l. omnes populi, nume. 31. ff. de iustit. & iure, stanteque suspensione, quidquid actum sit, nullum dicitur, argumento l. si de proprietate. C. si à non compet. iud.

Sed demus (citra veri præiudicium) tales informationes assumi potuisse, deueniendo ad id, de quo quæstio agitatur, an iudicium potuerit prosequi D. Laurentius, contra D. Ioan. Angelum Sachum curatorem ex Decreto Iudicis constitutum; adhuc dicitur dictum iudicium nullum, tam de iure communi, quàm etiam municipali; & inter cætera a Doctor. in hac materia curatorum tradita, tres casus considerantur, ad quos negotium nostrum reducitur.

Primus est, quando iudicium contra hæreditatem iacentem intentatur, † & hoc casu clarum est processum esse nullum, Angel. in l. quarta. §. toties. ff. de damn. infect. Decius cons. 509. in princip. & tale potest appellari iudicium primo loco intentatum per Dominū Laurentium pestis tempore.

75

76 Secundus † est casus, quando creditores experiri intendunt contra filios, aut heredes testamentarios, & tunc debet is, qui agere vult, citari ipsos facere, quibus non comparentibus, debet à Iudice statui facere terminum competentem, intra quem deliberent, an hæredes esse velint, nec ne; alioquin iudicium nullum redditur, l. si quis instituatur. §. bonorum. ff. de hæred. institu. l. prima. & secunda, ff. de liber. agnoscen. l. si diù. ff. ex quibus cauf. in possess. eatur, Bald. in l. si curatoris. C. de iure deliberan. Dec. consi. 509. versic. quandoque dicta bona, Angel. consil. 193. colum. fina. Alexan. consil. 4. numer. 5. lib. 2. & hic est casus noster, nam cum sciret Dominus Laurentius, adesse hæredes testamentarios, & filios, eius intererat petere, vt statueretur ad deliberandum terminus, vel saltem legitimè probare filios nolle esse hæredes, l cum patris. ff. de acquiren. hæredit. glo. vbi Alex. alia iura citat in l. cum dotem. §. transgrediamur colum. penult. ff. solut. matrimo. quare cum ipse sciret adesse hæredes, & filios, quos tanquam filios, & hæredes conuenit, & requisita à iure communi non seruauerit, iudiciū dr̄ nullum ex supra deductis; adiuuatur hoc ex regula, quæ

77 se habet, † quod non datur curator, quando potest quis se defendere, vel per se, vel per procuratorem suum, Bald. in terminis cons. 173. colum. j. versic. item regula, lib. 2. vbi vide.

Tertius, & vltimus casus negotio nostro magis accommodatus, ille est, quando processus, & iudicium agitur cum curatore bonis vacantibus dato, de quo per Doctor. in l. prima. ff. de cur. bonis dand. Angel. cons. 103. 192. 193. & de quo extat prouisio statuti nostri, & in hoc præcipuè videtur intentio Domini Laurentij fundari, cum aduersus ipsum curatorem, expeditiones, & interlocutiones obtinuerit, creditumq; ipsius vigore, sit consecutus; quæ tamen omnia iure penitus resistente, acta sunt, & iudicium ipso iure nullum, pluribus rationibus redditur, illud autem in primis præfabor.

78 Primò quod † forma à statutis inducta, dicitur substantialis, qua non seruata, actus redditur ipso iure nullus, Bald. in l. comparationes. C. de fid. instrument. Decius consil. 9 colum. 1. 110. colu. 1. 222. colum. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. gloss. 2. num. 29. & in terminis statuti loquentis de forma dandi curatorem, Bald. consilio 146. num. 5. libro 2. & qui non seruata forma procedit, statuti beneficio potiri nequit, omniaq; superindè gesta forma non seruata nulla redduntur, Anchar. consil. 35. visis colum. 2. Bald. consil. 11. colum. final. lib. 1. & 324. lib. 2. Alexand. consil. 138. numero 6. libro 7. l. fina. vbi gloss. C. de vend. rei Ciuil. lib. 11. Alexan. cons. 50. num. 4. lib. quinto, Afflict. decis. 355. num. 4. Riminal. iun. consil. 23. numer. 18. libro 1. si igitur ex infra dicendis constabit, formam ab ipso Domino Laurentio non seruatā, processus nullus erit; & licet ab alio creditore fuerit specifica forma seruata, nihilominus ipsi Domino Laurentio non opitulatur, vt latius dicetur infra in solutione contrariorum; quare

79 stat interim regula, † quod à quo remouetur forma, remouetur, & eius effectus, l. bebius Marcellus. ff. de pact. dot. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. Bald. in authent. sed si & quis, nu. 2. C. de lib. & posthum.

80 Secundo præmittendum est, quod talis forma est ad vnguem obseruanda, alioquin agens succumbit, Soc. sen. cons. 55. colum. 2. lib. primo, glo. in l. mancipia, in verbo aduocandum, vbi Castr. Fulg. & alij. C. de seru. fug. Bart. in l. diuus, ff. de test. milit. Dec. consil. 13. col. 2. 18. colu. 2. 356. col. 1. 434. 440. colum. prima, l. prima, §. ait prætor, vbi Bart. ff. ne quis in flum. publ. Ripauus meus in cap. inter cæteras de rescrip. nu. 66. cum allegatis diffusè per Tiraq. de retract. lign. §. 8. gl. 7. num. 1. 2. quare si in processu cum ipso Curatore agitato, aliquid fuerit omissum quod

81 omittendum non erat, † processus redditur ipso iure nullus, sic clarè in processu cum curatore facto, innuit Bald. consil. 172. versic. & hæc vera sunt volum. 2. & consil. 173. colum. prima, versi. nam ista est forma, eod. lib. 2. quod autem fuerit aliquod omissum, ex infra dinumerandis apparebit, imò licèt multa fuissent obseruata (quæ tamen non sunt) si vnum ex requisitis omittatur, processus est ipso iure nullus, l. cum hij, §. si prætor, ff. de transact. Alex. cons. 7. nu. 7. lib. 7. Dec. in cap. prouidentiam in 4. not. de officio deleg. & consil. 532. num. 5. Roll. à Vall. cons. 173. num. 40. vol. 2. & 72. num. 57. cum seq. Alex. in l. si is qui quadraginta, §. quædam, in secundo not. ff.

82 ad l. falcid. Gam. decis. 79. nu. 13. & † qui se fundat, in lege, vel statuto, aut dispositione exorbitāte, debet obseruare, ac probare omnes qualitates à statuto requisitas, nulla omissa, Socin. cōs. 220. num. 8. & 9. Natta cons. 254. num. 2. 474. num. 38. Paris. consil. 17. num. 28. lib. primo, Soc. iun. cons. 3. lib. primo, cons. 4. nu. 30. lib. 2. Grat. resp. 43. nu. 31. & seq. lib. 2.

83 Tertio considerandum est, † in statutis formam habentibus, non habere locum regulam illam, non referre, quod ex æquipolentibus fiat, Bal. Angel. & Alex. in l. prima, ff. de lib. & posth. Soc. Sen. cons. 24. num. 21. & 33. num. 6. & seq. vol. primo, Alex. qui in specie loquitur de forma in curatore bonis dando requisita, cons. 137. nu. 15. & seq. vol. 2. latè Paris. cons. 12. à num. 43. vsq; ad num. 55. vol. 2. Grat. respons. 6. num. 4. 19. &

19. & seq. concludens formam substantialem, vt 84 est illa, quæ à statuto inducitur, non posse per equipollens impleri, & respons. 52. num. 36. lib. 2. Boer. decis. 2. num. 22. Dec. cons. 446. num. 10. nec vbi qualitas † à statuto requiritur, siue in odiosis loquamur, siue in fauorabilibus, potest de persona ad personam extendi, l. prima. vers. planè, ff. de const. princ. l. quod verò contra, ff. de legibus, Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. casu 352. num. 7. vnde hoc supposito verissimo existente, cum d. curator datus fuerit vni tantū creditori, scilicet D. Antonio, qui formam seruauit, potuit prædictus curator agere, & tueri dictam litem tantum, in qua fuit seruata forma, & quò ad alios, qui non seruata ad vnguem forma processerunt, non habuit legitimam personam standi in iudicio, tex. ad litteram in l. ad protegendam, C. de in lit. dand. tut.

Quod autem formam à statuto requisitam D. Laurentius non seruauerit, patet ex requisitis ab ipso statuto; nam ex verbis illius clarè constat, beneficium suum non impartiri ijs, qui formam, & modum non seruauerint, sed ijs tantum, qui seruata forma processerint.

85 Primò enim rubr. ipsa dicit, de modo dandi curatorem, quare † modus, sicut forma seruanda est, Bald. in l. cum eorum, C. de sententijs, & qđ conditio, & forma dicatur induci, patet ex eo, nam quoties statutum aliquid de nouo inducit, quidquid ibi exprimitur pro forma substantiali reputatur, Dec. consil. 434. nu. 1. & 2. 455. nu. 7. 528. in fine, Soc. cons. 92. vol. 4. Crauet. cons. 182. num. 10.

86 Incipit statutum, statuimus, quod si aliquis, quæ † dictio [aliquis] est indefinita, & vniuersalis, compræhendens omnes personas agere volentes, vigore dicti statuti, Bald. & alij in l. si quis, ff. de iur. omn. iud.

Tertio, magis in specie, non potest dictus curator datus videri, nec dari potuisse, vt legitimā personam haberet, standi in iudicio, cum D. Laurentio, vt expresse firmat statutum in illis verbis [si quis voluerit agere contra hæreditatem, vel bona vacantia, vel aliqua ex ipsis bonis alicuius defuncti, cuius defuncti (hic est scopus) hæredes ignorantur, sicq; statutum aperte intendit tantū prouidere, quando hæredes ignorantur, quare cū d. Laurentius sciret testamentum fuisse conditū, hæredesq; existere, contra quos etiam tamquam hæredes cæpit iuditium; vtiq, quò ad eos attinet, curator non est legitimè datus, & in hoc statutū 87 est conforme iuri communi, † vbi enim adest successor, vel esse speratur, non potest respectu illius, qui tales hæredes adesse scit dari curator, nisi expresse constet hæredes institutos nolle adire, nec esse hæredes, d. l. si quis instituatur, ff. de hæred. inst. sed necesse habet, qui vult agere terminum assignari facere, intra quem deliberare debeat, d. l. prima, §. denunciare, ff. de ventr. insp. cum allegatis supra, & per Capic. decis. 87. versic. tertium, Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cent. 2. casu 150. num. 5. & quando certum est adesse hæredes vel successores, curator dari non potest, quod si fiat processus contra talem curatorem, iudicium est ipso iure nullum, Bald. in specie, vbi Castr. in l. cū hæreditas, num. 2. C. depositi, idem Bald. cons. 173. colum. prima, versic. nec ista est forma, lib. 2. cum igitur hæres sciret beneficio statuti gaudere, non poterat cum curatore experiri, sed supra dicta seruare debebat, ac etiam probare filios, vel institutos, nolle esse hæredes, Alex. supra citatus in l. si cum dotem, §. transgrediamur, col. pen. ff. sol. matrim.

Quartò subdit statutum, & intelligatur ignorari, si hoc iurauerit, ex quibus verbis clare apparet requiri iuramentum, quod in processu D. Laurentij non video præstitum, nec præstari potuisse.

Quintò dicit statutum, quod iusdicens ad petitionem dicti actoris, faciat citari, & requiri ad domum, & per viciniam solitæ habitationis dicti defuncti, publicè, & alta voce, quod si quis est &c. quæ etiam, nec per D. Laurentium 88 seruata fuere † & licet posset dici citationem interuenisse, cum tamen alta voce non fuerit facta, nec ad vnguem seruata statuti forma in omnibus citatio ipsa nulla fuit, Bald. in l. non sunt liberi, in prima lect. ff. de stat. hom. & cons. 213. vt apparet ad finem lib. 4. Alex. loquens de curatore bonis dando cons. 137. col. 3. versic. peccat, & in alio lib. 2. & alia citat, Tiraq. de retract. lign. §. 9. glos. 3.

Sextò, forma statuti, circa verba à nuncio dicenda, præscribitur, quod si quis est, vel esse vult hæres dicti defuncti, infra quartum diem proximè futurum coram Iusdicente compareat, alioquin daretur curator per dictum Iusdicentem ad dictam causam tantum, quæ verba minus etiam interuenisse comperio.

Septimò pondero dicta verba, alioquin daretur per dictum Iusdicentem ad dictam causam tantum] pondero illas duas dictiones, alioquin, quæ omnino ligant Iusdicenti manus, ne possit curatorem statuere, nisi ijs, qui debitam statuti formam seruauerint, ad tradita per scribentes omnes in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. 89 infec. nam primo illa dictio, [alioquin] facit conditionem, l. diuortio, vbi glo. ff. de neg. gest. & talis dictio est resolutiua eius dispositionis, cui adijcitur, vt scilicet si non concurrant omnes qualitates in statuto expressæ, non possit Iudex curatorem constituere, illaq; forma non seruata, processerit, & si alias sit factum, dispositio aut iudiciū soluuntur ipso iure, vt in terminis ad intelligentiam statutorū, in quibus adest dicta dictio, alioquin tradit Domin. de Sancto Geminiano, in cap. vt circa, §. alioquin, col. prima, de elec. in sexto, Ozasch. decis. 145. num. 6.

90 Secundò ponderatur dictio illa [tantum] cuius † est natura omnes alias personas, & causas, præter expressas excludere, l. non solum, §. tale, ff. de lib. leg. Bart. in l. prima, ff si quis iusdic. non obtemp. Bertrand. cons. 184. vide casum in 2. dubio, lib. primo, Bart. in l. si sic stipulatus, la 2. colum. 2. versic. fallit, ff. de verborum obligationibus, DD. in l. gallus, §. & quid si tantum, ff. de liberis, & posthumis.

Octauo, subijcit statutum, Iudex dare, & constituere teneatur, det, & constituat, Curatorem ad causam prædictam; hoc est, non possit Iusdicens curatorem dare, nisi in causa prædicta, in qua ordo seruatus fuerit; quod etiam apparet in illis verbis, cum quo curatore, possit processus, in 91 ipsa causa, verbum illud, † ipsa, est personalissimum, & sic ad causam tantum, in qua seruata fuerit forma extenditur, Rip. auus meus maternus in l. filius familias, §. diui, nu. 111. ff. de leg. primo, Bald. cons. 304. lib. 5. Tiraq. de retract. conuent. §. primo, gl. 6. nu. 25. Roll. à Vall. cons.

58. num. 28. col. 3. Menoch. consil. 85. nu. 109. lib. primo.

Nonò opitulantur illa verba, & quod per ipsum curatorem, & contra eum, in ipsa causa, & quæstione gestum fuerit tamquam cum legitimo curatore, & legitima persona gestum, valeat, & teneat; sicq; vult statutum, quod vbi talis forma fuerit seruata, possit contra curatorem agi, ergo à contrario sensu forma non seruata, quidquid cum eo gestum fuerit nullum erit, & nullius valo-
92 ris iudicandum, quod argumentum à contrario sen su rectè in statutis desumitur, vt per omnes in l. prima, ff. de officio eius, Dec. cons. 110. col. prima, & 507. & seq.

Præterea considero, quod præfatus D. Laurentius, extitit fideiussor principaliter, & insolidum dicti D. Io. Angeli Sachi prætensi curatoris, quare ex eo etiam impediebatur iure resistente, ne
93 posset contra curatorem agere, nam cum sit obligatus principaliter, & insolidum dicitur, & ipse debitor, ad notata per Marsil. ad rubr. ff. de fide-
94 iuss. & per scribentes in l. si quis pro eo, eod. tit. † qui dubio procul non potest curam, vel tutelam bonorum minoris suscipere, imo quod plus est creditum amittit, vt in rubr. iuncto nigro, tex. in auth. vt ij qui oblig. perhib. se hab. res minorum, vbi hoc ad litteram cauetur, nec eget corroboratione, & est glo. in l. Prætor. §. pater, ff. de procurat. tex. cum glo. in Auth. minoris, C. qui dar. tut. §. item propter litem, vbi Bald. P ort. & cæteri, inst. de excus. tut. Bald. cons. 308. num. 3. & seq. volum. primo.

Nec obstat si dicatur, decretum per D. Iusdicentem interpositum esse generale ad omnes lites, quare pro decreto est præsumendū iuribus notis.
95 Nam multipliciter respondetur primò † decretum ex falsa causa interpositum nullum est, l. scire oportet, & l. tutor petitus, ff. de tut. Bald. d. cons. 172. col. 2. lib. 2.

Obreptio autem respectu Magistri Laurentij probatur, nam curator datus fuit bonis iacentibus, ex iuramento D. Antonij de Pesantis, quæ vere respectu illius iacebat, & quo ad d. Laurentium, non poterat dici iacere, cum sciret hæredes testamentarios, in quos ex decreto Nouarum Const. & statutorum continuatum erat dominiū, l. prima, §. sunt, qui in pot. ff. si quis omissa causa testamenti, l. in suis, ff. de lib. & posth. & statutum prouidet dari curatorem, & interponi decretum ijs, qui ignorant hæredes, & nesciunt quo iure experiri, cum ergo decretum sit nullum, processus quoq; nullus est, Ang. cons. 193.
96 Secundo respondetur, quod licet pro decreto præsumatur, non tamen præsumitur quo ad ordinem processus, nam si iuris ordo, vel statutorum non sit seruatus, non præsumitur pro decreto, Bald. in terminis consil. 376. num. primo, versic. quod præsumatur, lib. primo, & cons 174. in prin. lib. 2. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. Castr. cons. 38. colum. prima, versic. in contrarium, vol. 2. Corneus consil. 98. num. 17. volum. primo.
97 Tertiò licèt curator, & decretum generaliter sit interpositum, † non tamen extenditur ad causas futuras, non connexas, & illa generalitas, restringitur ad D. Antonium tantum, qui formam statuti seruauit; ideò quo ad eos, qui formam non seruauerint, non intelligitur decretum interpositum, nec datus curator, Bart. in l. quod, ff. de tutellis, Vant. de nullit. process. ex desec. mand. num. 98. & seq. & num. 111.

Non obstant etiam in contrarium deducta, & ad primum, quod Iudex ex officio potest curatorem dare, & quod stante contumatia hæredum, legitimè ad dationem deuenitur.

Respondetur primò, verum non esse, quod respectu D. Laurentij fuerit curator ex officio datus, cum imò ipse hoc petierit, vnde non potest dici datus ex officio; & cum petierit ipse, & formam non seruauerit à statuto datam, non potest ipsius statuti commodo gaudere, l. qui hæredi, & l. mæuius, ff. de cond. & demonst. quia forma ad vnguem seruanda est, ex supra traditis.

Secundò, posset hoc Iudex facere, vbi versaremur in terminis iuris communis, at cum agamus de statuto, nō potest iudex statuti limina egredi, vt dixi supra.

Ad secundum respondetur; Contrarium verius esse, scilicet, quod dicti D. Laurentij intererat, statui facere terminum ad deliberandum, aut adeundum, vt supra deductum fuit in secundo principali casu, nam cum filij essent infantes, in eis hoc iuditium sustineri non poterat iuribus apertissimis.
98 Tertium, & quartum argumentum pariter cessant; quia vbi à statuto certa forma traditur, † non sufficit adimplere per æquipollens ad consequendum statuti beneficium, Bald. & alij in l. 1. ff. de lib. & post. vbi Alex. & Ias. num. 18. & seq. communè testantur, & multos processus destructos fuisse, dicunt Alex. consil. 42. num. 16. lib. primo. Dec. cons. 455. colum. fin. versic. vltimo respondetur, nec facit, quod ratihabitio manda-
99 to æquiparetur; quia † illud non procedit, vbi agitur de præiuditio tertij, glo. in l. si indebitum, §. si procurator, §. comitti, vbi Bart. ff. rem rat. hab. cum innumeris pene deductis per Tiraq. de retract. lign. §. primo, glos. 10. num. 69. & seq. vbi alias affert responsiones in proposito deseruientes, & in §. 36. gl. 2. num. 9. & seq. Natta consil. 253. num. 9.
100 Non obstat si vltimo loco dicatur, admittendo supra omnia dicta pro veris, † posse nihilominus Iudicem appellationis, vbi pars ius fouet in meritis, dato, quod sententia per primum Iudicem lata, ex deffectu aliquo sit nulla, si tamen constat (vt dixi) de iustitia in meritis, potest primam sententiam nullam confirmare, vt expressè firmat Bart. in l. si expressim, col. pen. ff. de appell. Alex. cons. 73. col. fin. versic. tertio respondeo, num. 11. & cons. 281. num. 15. lib. 6. cum pluribus citatis per Vant. de nullit. in tit. qualiter sententia, & processus nulli repar. & def. poss. num. 129. & seq.
101 Nam respondeo, licet conclusio prædicta sit vera, attamen vbi sententia † est nulla defectu ordinis processus substantialis, & formæ à iure, vel statuti substantificæ, tunc nullo modo potest Iudex appellationis talē sententiā reformare, Abb. & alij in c. cū dilecta, num. 3. & 4. extr. de empt. & vend. Bal. in l. 2. q. 14. C. de rescind. vend. idem D. Alex. cons. 79. prospectis verbis, vers. est verū, lib. 2. Dec. cons. 473. col. 2. vers. nec prædictis, vant. sic dictam oppositionem declarando, in tit. de nullit. sententiæ ex deffectu process. nu. 7. & 8. & vlterius dictam regulā pluribus in casibus cessare tradit nouissimè Ruginel. de appellat. §. 11. gl. pri. c. primo, nu. 35. & seq. Viu. decis. 331. part. 2.

De

De venditione, & insolutum datione fienda de bonis debitoris per Vicarium Potestatis Papiæ, vel Iudices rationis D. Potestatis Papiæ. Rubr. 48.

Item statuimus, quod Vicarius D. Potestatis Papiæ, vel Iudices rationis D. Potestatis Papiæ, non obstante aliquo statuto in contrarium faciente ad petitionem creditorum faciant, & facere teneantur, & debeant insolutum dationem, & traditionem ipsis creditoribus de bonis debitorum suorum condemnatorum verè, vel fictè insolutum, & pro solutione eorum, quæ habere debuerint pro capitali, siuè sorte, damno, interesse, & expensis factis, passis, & quas, & quæ fieri, & pati contigerit, occasione ipsius debiti. ¶ Et quòd in qualibet insolutum datione fienda per eos, vel aliquem ex eis procedatur per hunc modum, videlicet, quòd creditor offerat petitionem in scriptis dicto Vicario, vel vni ex dictis Iudicibus, quam faciat, seu roget scribi in actis ipsorum Vicarij, & Iudicum, in qua petitione contineatur nomen actoris, & rei, & causa, seu narratio causæ, propter quam ipsa insolutum datio petitur, & de quibus bonis debitoris vult, & petit insolutum dationem pro traditione, & venditione sibi fieri. Et si fuerint res immobiles, ponantur, & scribantur ad minus duæ coherentiæ cuiuslibet rei. Quæ petitio sic oblata vim obtineat solemnis libelli, seu petitionis, & ipsam petitionem dictus Iusdicens in scriptis portari faciat, & dari per seruitorem Communis Papiæ, ipsi debitori, vel eius tutori, vel curatori bonorum vacantium ipsius debitoris personaliter, vel ad domum eius habitationis: vel propter ipsius debitoris absentiam ad locum in quo absens veniat citandus: & terminum statui ad respondendum ipsi petitioni vsquè ad tertiam diem tunc proxime venientem. Et elapsa ipsa tertia die, à die relationis seruitoris exclusiuè, de portatione, præsentatione, & datione petitionis prædictæ, lis sit contestata, & pro contestata legitimè habeatur, siuè veniat citatus, siuè non. Qua lite contestata ipso iure currat terminus actori ad præsentandum instrumenta, quibus vti voluerit quinque dierum. Quo termino elapso currat terminus ipso iure reo aliorum quinque dierum producendi omnia sua iura; quibus duobus terminis præsentandi elapsis, currat terminus ipso iure decem dierum vtrique parti probandi quicquid voluerint & potuerint de iure, quibus terminis elapsis dictus iusdicens citato ipso reo vt supra eligat tres idoneos, & legales viros suspitione carentes, habentes notitiam de ipsis rebus, & bonis. Qui tres viri prædictas res, & bona æstiment secundum eorum conscientiam in præsentia ipsius iusdicentis, præstito per eum prius iuramento corporali de ipsis rebus, & bonis legaliter æstimandis, & bona fide. Et vbi duo ipsorum fuerint in concordia de valore, & æstimatione ipsorum, tertius locum non habeat. Et ipsa æstimatio sic facta describatur in actis ipsius iusdicentis, deindè secundum ipsam æstimationem, & pro eo dictus iusdicens ipsa bona declaret esse venalia, etiam absente parte, & non citata. Quibus tribus æstimatoribus prouideatur de eorum salario, & premio æstimationis prædictæ in dispositione prædicti iusdicentis. Qua declaratione facta, faciat dictus iusdicens publicè notificari, & cridari sono tubæ super lapidem altiorem curiæ communis Papiæ, per seruitorem communis Papiæ: quod prædicta bona sunt posita, & declarata esse venalia pro dictis æstimatione, & valore ad petitionem dicti creditoris. Et si est aliqua alia persona, quàm partium prædictarum, quæ habeat anterius creditum condemnatum, vel pro condemnato habitum, quæ velit pro dictis æstimatione, & valore habere dicta bona. Et si non habeat anterius creditum, sed velit plus offerre, vel contradicere insolutum dationi, quæ petitur fieri de prædictis compareat coram dicto iusdicente infra octo dies tunc proximè venientes. Quæ crida, & notificatio fiant, & fieri debeant super lapidem altiorem curiæ communis Papiæ vt supra, & in vicinia in qua debitor habitat in Ciuitate, vel districtu Papiæ sono tubæ, si habitationem ibi habet, & si eam ibi non habet, vbi habitare

consueuit ipse, vel pater eius in Ciuitate, vel districtu Papiæ. Et hoc si ipsa habitatio sit, vel fuerit in tali loco ad quem audeatur iri per seruitorem communis Papiæ. Et intelligatur non auderi ire ad dictum locum, si duo seruitores communis Papiæ iurauerint corporaliter se non audere ire ad dictum locum. Et si in ipso tali loco sit, vel fuerit in quo non audeatur iri, fiant & fieri debeant ipsa notificatio & crida super dictum lapidem vtsupra. ¶ Quæ crida, & notificatio taliter, vt dictum est fiant, siue defensor in causa comparuerit, siue non. Et prædictis octo diebus elapsis fiat, & fieri debeat in quocunq; casu alia notificatio, siue crida similis tenoris, seu sententiæ super dictum lapidem, & ad dictam domum vtsupra. Et post dictam secundam cridam elapsis octo diebus, si nemo comparuerit contradicens, vel se opponens, vel plus offerens, possit teneatur, & debeat dictus Iusdicens citato debitore, vel parte, insolutum dare ipsi creditori dicta bona secundũ dictam æstimationem: primo pro expensis: secundo, pro damno, & interesse: & tertio, pro sorte vsq; ad concurrentem quantitatem debiti, & æstimationis ipsarum rerum, dando creditori denarios sex æstimationis prædictæ pro quinq; loco damni, & interesse. Et quæ insolutum datio præiudicet quibuscunq; creditoribus, quibus tunc temporis competebat ius agendi, & habilibus ad comparendum, vel contradicendum. In dominio verò non præiucet vero domino; & siquidem antequam dictæ insolutum dationes factæ fuerint, & antequam termini sint elapsi dictarum notificationum compareat, vel non compareat aliquis, non propterea differantur dictæ æstimatio, venditio venationis positio, & declaratio, notificatio, & cridæ si fiant, sed earum termini expectentur antequam aliud noui fiat. Sed si antequam dicta insolutum datio fiat compareat aliquis offerens, & idonee satisdans corã dicto Iusdicente de ipsa re emenda, & precio soluendo infra terminum et per dictum Iusdicentem statuendum, tunc Iusdicens res positas, & declaratas venales, dicto plus offerenti vendat, & tradat, & precium ipsarum illi qui petierit venationem fieri si alius habens potiora iura, & meliora se non opposuerit solui faciat. Et si alius creditor se opposuerit, ipsum precium detractis expensis factis per ipsum, qui petierit sibi dictam insolutum dationem, occasione prædictæ petitionis solui faciat potiori, seu potioribus creditoribus secundum quod iura requirunt. Et creditores qui precium receperunt dicto plus offerenti cedere teneantur, & reddant in defensione in causa euictionis rerum emptarum, omnia iura, quæ habuerint in his rebus contra debitores, & eorum bona. Si autem nullus comparuerit plus offerens, sed comparuerint aliqui contradicentes; vel se opponentes vnus, vel plures, tunc dictus Iusdicens inter actorem, & reum, & quemlibet se opponentem de causa cognoscat, & in ea procedat, & diffiniat vtsupra summariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, velo leuato, & omni iuris, & statutorum Communis Papiæ solemnitate obmissa, in qua causa dictus Iusdicens eius arbitrio terminos, & dilationes statuat. Et sapientem non teneatur dare, sic quòd venatio, & insolutum datio, seu venditio fieri possit tàm de fictis, seù feudis, quàm allodijs, etiam sine denunciatione, vel requisitione aliqua dominis fienda, etiam si pactum esset in contrarium. Sit tamen dominis etiam non comparentibus ius eorũ saluum in fictis inuestituris, & fidelitatibus recipiendis suis modis, & temporibus. Et in ipsis insolutum dationibus, seu venditionibus, possit dictus Iusdicens nomine Communis Papiæ, & creditoris cedere recipienti insolutum dationem, vel venditionem omnia iura, quæ habebat debitor in rebus ipsis venditis, seu insolutum datis, vel eorum occasione, siue si cessa fuerint, siue non, nihilominus transeant in eum, ac eum constituat procuratorem in rem suam, & de euictione caueat bona debitoris obligando. Et prædictæ insolutum dationes, & venditiones per dictum Iusdicentem sic factæ vtsupra continetur, perinde valeant, & teneant, & ratæ, & firmæ sint habeantur, & intelligantur, ac si per ipsum debitorem. & ipsos debitores, de cuius, vel quorum bonis dicta venditio, seu insolutum datio factæ essent dictæ venditiones, & insolutũ dationes cũ omni debita, & efficaci iuris, & sta-

Summarium ad statutum 48. in Ciuilibus.

1 DOctores videndi in materia huius statuti.
2 Dictio, insolutum, dicitur ficta solutio, siuè fiat necessariò, siuè voluntariè.
3 Datio insolutum voluntaria, quæ dicatur.
4 Datio insolutũ non retrotrahitur in casu euictionis, nec potest agi primæuis actionib. quod intellige, vt num. 5.
6 Insolutum datio facta à Iudice, & insolutũ datio facta à debitore æquiparantur, & vide num. 7.
8 Insolutum dationes necessaria, & voluntaria, quæ dicantur, & num. 9.
10 Statut. nostrũ loqui de insolutũ datione necessaria
11 Insolutũ datio necessaria firmior, quã volũtaria.
12 Dationis insolutum necessariæ, ac voluntariæ differentia, remissiuè.
13 Insolutum datio, an veniat appellatione venditionis à statuto.
14 Datio insolutũ voluntaria, an dicatur venditio.
15 Statutum, quod de contractu soluatur gabella, an procedat in datione insolutum voluntaria, & vide num. 16. vbi distinguitur.
17 Subhastatio venit sub nomine insolutum dationis iudiciariæ, & quarè nu. 18.
19 Insolutũ datio facta à debitore, hoc modo, quod eo non soluente in tali termino bona intelligantur ex nunc, prout ex tunc insolutũ data, an purificata cõditione habeatur pro pura, adde quod creditor possit ab ea recedere, & vide nu. 20. vbi concluditur, ex veriori haberi pro pura, nec posse ab ea recedi.
21 Limita primo, non procedere, quando appareret remissum in arbitrio creditoris.
22 Limita secũdo, in insolutũ datione facta ad fruẽdum non liberè.
23 Debitum condemnatum verè quid dicatur.
24 Quid dicatur fictè.
25 Statum non habet locum in casu ficto.
26 Fictio tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero.
27 Ars immitatur naturam.
28 Fictio ibi adest, vbi non adest veritas.
29 Fictio triplex, inductiua, priuatiua, & translatiua.
30 Fictio inductiua quæ.
31 Fictio priuatiua quæ.
32 Fictio translatiua quæ, & qualiter hoc statut. loquens de debitoribus intelligatur, & quãto tempore duret facultas dandi bona insolutum.
33 Insolutum datio, quæ actione petatur.
34 Ius patronatus, an possit peti insolutum dari, quid in feudo.
35 Citatio, an primo loco debeat fieri personaliter, et postmodum ad domum.
36 Citatio potest fieri ad domum absq; perquisitione personæ in praxi.
37 Absens qualiter citandus, remissiuè.
38 Aestimatores de quibus in hoc statut. qualiter elligendi, & à quo.
39 Aestimatores de iure cõi elliguntur per Iudices.
40 Tenentur iurare æstimatores.
41 Datio insolutum non seruata forma statuti, circa æstimum nulla.
42 Statutũ requirens tres æstimatores, an sufficiant duo, cum nullus alius in loco existit.
43 Pars an citanda in commissione æstimatoribus facta, & in æstimatione.
44 Aestimatio quandocunq; reuocabilis docto de errore.
45 Limita, quando est consumata per Iudicem, vel æstimator ellectus est de consensu partium.
46 Declaratio Iudicis bona esse, an interlocutoria, vel diffinitiua.
47 Declaratio hæc an parte absente, & non citata fieri possit, & vide num. 50.
48 Citatio in omni actu necessaria.
49 Amplia etiam in his, in quibus Iudex habet arbitrium iudicandi.
51 Vox præconis paucis innotescit.
52 Lapis Arengheria qui.
53 Creditor anterior, quando possit offerre secundo venditori remissiuè, & num. 55.
56 Creditores mariti posteriores possunt offerre dotẽ vxori post mortem mariti.
57 Fallit quando est facta restitutio dotis constante matrimonio, eò ꝙ maritus vergebat ad inopiam.
58 Plus offerre quis dicatur.
59 Primo offerens in pari causa præferendus.
60 Statuti tempus ad vnguem obseruandum, aliàs actus nullus.
61 Datio insolutum extinguit primæua iura pro rata debiti.
62 Creditores de quibus rebus possint accipere insolutum dationem.
63 Creditor accipiens insolutũ dationẽ simpliciter, an intelligatur pro toto debito.
64 Aestimatio qualis esse debeat.
65 Insolutũ datio facta plus debito vitiatur in totũ, & nu. 68. & fructus in sortem imputantur, vel restituuntur.
66 Inuitus nemo cogitur habere cõmunionem.
67 Decretum Iudicis indiuiduum.
69 Datio insolutum, vt valeat, quæ requisita continere debet remissiuè.
70 Datio insolutũ non præcedente legitima æstimatione, nulla.
71 Datio insolutum non seruata forma statuti, nulla. An autem detur retentio pro summa debita.
72 Datio insolutũ sustinetur, qñ pars potest repeti.
73 Venditio pignoris à vẽditore plus debito valida, debet tamen restitui illud, quod excedit debitũ.
74 Datio insolutũ, in qua est excessum in æstimatione valida, nisi petitio plus debito esset.
75 Tenuta vigore pacti executiui non vitiatur, si excedat verum debitum.
76 Hypothecaria non vitiatur, si datur pro plus debito.
77 Datio insolutum pro non sufficienti debito, si sit facta, quid agendum.
78 An hoc casu dici possit debitor.
79 Iudex dando insolutũ, an possit habere fidẽ de prætio.
80 Appellari an possit ab insolutum datione.
81 Statutũ volens dari denarios sex, declaratur per Nouas Mediol. Const. de bonis insolutum dandis.
82 Creditor, qui habuit bona insolutũ, si alij vẽdat cui euincãtur, an teneatur de euictione, & inf. n. 108.
83 Creditorum appellatione an in hoc statuto veniant creditores conditionales, & in diem.
84 An legatarius, & fideicommissarius teneantur sub nomine creditoris.
85 An ẽt veniat cessionarius, & creditor reali actione, vel hypothecarius eius, à quo petitur res à duobus, quid facere debeat.
86 Statutum loquens de creditore, an cõprahendat cessionarium.
87 Satisdatio idonea, quæ, & quis teneatur probare idoneum fideiussorem.
88 Statut. mãdans satisdari, intelligitur si petatur.

1

Irca materiam huius statuti videndus est Menoch. in tract. retinend. poss. remed. primo. nu. 33. nec non videndus est etiam Asin. in suo tract. de exequt. sententiæ, §. 7. cap. 248. cum infinitis capitib. seqq. vbi latissimè tractat de da-
2 tione insolutum, † dicitur autem hæc datio insolutum ficta solutio, cum fingantur bona insolutũ data, prius vendita ei, cui data sunt, & ab ipso pecuniç nomine pretij breui manu receptæ, & deinde eidem loco solutionis pro satisfactione debiti redditæ, vt per D. Cost. de retrotract. c. 8. casu
3 27 nu. 2. vbi nu. 3. † vult hoc procedere, nedũ in insolutũ datione voluntaria, quæ dicitur, quando debitor spontè creditori dat rem pro aliquo debito

bito, l. pretij, C. de rescid. vend. Alex. cõs. 52. ante num. 1. lib. 1. sed ēt in datione necessaria detracta tertia parte veri pretij ad formā Nou. Cōst. Med.
4 in tit. de bonis insolutum dandis,† Limita tamen vt datio insolutū nō retrotraheretur in casibus, de quibus per eundē Costā d. casu 27. c. 8. nu 18. cū seq. primò scilicet qñ datio insolutū esset euicta, nam tunc nō retrotrahitur, nec agi potest primeuis actionibus, & hypothecis, quod procedit siuè loquamur in datione insolutum facta à Iudice, siuè facta à parte; quæ limitatio intelligenda se-
5 cundū eundē D. Costam † nisi recipiens insolutū dationem sibi reseruauerit iura antiqua, vel in dicta datione insolutum dictum sit citrà animum nouandi, sed cautionem cautioni, & ius iuri addendo, vel nisi datio insolutum esset nulla, in his enim tribus casibus posset ille, cui facta est datio insolutum, & postmodum euicta redire ad primeua iura, & veteres hypothecas intentare, vt ibidē latius per ipsum D. Costam, qui plures auctoritates ad hoc allegat, quas non refero, cum de facili apud eum videri possit.

In verbo, Vicarius D. Potestas, vel Iusdicens] declara, vt in præcedenti statuto 45. in ciuili.
6 In verbo, insolutum dationē] insolutum datio facta à Iudice, æquiparatur insolutū dationi factę à debitore, sic Bald. in l. 1. C. si antiq. debit. pign.
7 vend. & cons. 282. in 1. vol. † contrariū tenet Alc. qui testatur de cōi cons. 11. nu. 2. vol 5. Dec. cons. 492. nu. 2. & quæ dicatur datio insolutū voluntaria, & quæ necessaria, vltra sup. dicta abundè declarat Asin. de exequt. sententiæ, §. 7. c. 248. nu. 2. vbi uult, q datio insolutū volūtaria est cū debitor spontè rē creditori suo ad extinguendū debitum insolutū dat ut sup. ēt dixi ex Alex. cons. 52. ante
9 nu. 1. lib. 1. Necessaria insolutum datio est, qñ bona in iudicio à Iudice creditori insolutū dantur. vt l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iud. & per Alex.
10 d. cōs. 52. † & de hac necessaria loquitur hoc stat.
11 † hec autē datio insolutum, necessaria dr firmior quā uoluntaria cū, magis suspitione careat ob Iudicis decretū, q interuenit, ita Asin. d. §. 7. c. 249.
12 nu. 6. † Differunt autē inter se datio insolutum uoluntaria, & necessaria in multis, de quibus per
13 eundem Asin. d. §. 7. cap. 251. insolutū autē datio prædicta species est alienationis, sed nō uenit appellatione uenditionis; sicuti disputando tenet Carp. ad stat. Med. uol. j. c. 417. nu. 514. cum seq. Mascard. concl. 1142. nu. 4. & quod appellatione uenditionis in statuto factę, non ueniat insolutum
14 datio necessaria. Asin. d. §. 4. c. 249. num. 11. † sed quid dicendū in datione insolutū uoluntaria, an dicatur uenditio, & emptio, & dic habere uim emptionis, & uenditionis, ut latè pluribus com-
15 probat Asin. d. §. 7. c. 253. Hinc dicimus, quod statutū uolens, q de qualibet emptione soluatur gabella, habet locū in datione insolutu uoluntaria non autē iudiciali, ut post Bertach. in suo tract. de gabell. in tertio memb. 8. part princ. incip. uidēdū est, firmat Asin. d. §. 7. c. 252. ubi post Bertach. limitat trib. modis, & uide eundē Asin. in d. c. 257. ubi Doct. opiniones inter se cōciliando distinguit
16 qñ statut. loquens in uenditione locū habeat in datione insolutū, nā aut loquimur de datione insolutū uoluntaria, & tunc habet locū statutū, aut verò loquimur de necessaria, & sic iudiciali, & tūc statut. loquens de uenditione nō habet locū insolutum datione, & uide ibid. Asin. alias conciliationes referentē, quas non curo transcribere, Addo Card. Tusch. pract. concl. int. littera D. concl. 24. in uerb. datio insolutum, an differat à uenditione. Mascard. concl. 1142. in tract. de probat. num. 4.
17 appellatione autē insolutū dationis iudiciariæ, † uenit ēt subhastatio inuito debitore, ut sequitur idē Carp. nu. 522. sibi contrarius in eod. uol. c. 164 nu. 15. ex Bald. cons. 300. nu. 3. uol. j. dicens, quod
18 ratio est in promptu euidens, † quia datio insolutū fit creditoribus, subhastatio autē fit etiā extraneo, firmat Ias. in §. quedā nu. 60. inst. de actionib.
19 † Quid si insolutū datio fiat à debitore hoc modo, scilicet, q eo non soluente in termino bona talis loci ex nunc, prout ex tunc, intelligantur insolutum data, an debitore non soluente in termino, & sic conditione non purificata insolutum datio habeatur pro pura, adeo quod possit amplius creditor dictam rem recusare, & agere ad pretiū, uidetur, quod habetur pro puro creditore uolente, Alias poterit agere ad debitū, ità consuluit Dec. cōs. 12. per plura fundamenta, cū quo tenet Asin. de exequt. sententiæ, §. 7. c. 268. per tot. quo loci satisfacit oībus fundamentis, Soc. iun. cōs. 41. lib. 3. qui contrariū tenet cōtra Dec. & pariter satisfacit . ict. Nattæ, & Alciati, qui pariter Dec. d. cōs. 12 reprobarūt. † Ego autē quidquid dixerit Asin.
20 loco sup. citato ad defensionē Decij, crèdiderim huiusmodi dationē insolutū, cū clausula, ex nunc, prout ex tunc, operari, ut purificata conditione ab ea nullatenus recedi possit, adeout creditor non possit amplius agere ad debitā quantitatem, ita reprobato Dec. tenet Thesaur. pedem. decis. 147. quem refert, & sequitur D. Costa de retrotract. effectu 2. c. 19. num. 4. quo loci latè agit de illa clausula, ex nunc, prout ex tunc, Surd. decis. 113. & hanc tenet D. Costa de port. rat. q 153. n. 3. & tenendo cum Soc. d. cons. 41. cuius opinio est magis cōmuniter recepta, teste Thesaur. d. decis. 147. limita non procedere siñ eū ibid. qñ in instrō dat. insolutū, adessent uerba per quæ appareret hoc remissum in uoluntate, & arbitrio creditoris, tūc .n. posset creditor recedere à d. insolut. datio-
22 ne, & pecuniā petere, † limita non procedere, qñ datio insolutū nō esset facta liberè, sed ad utendū & fruendū, donec fuerit facta solutio, præsertim re nondū effectualiter tradita, ita limitat Pet. Ant. Thesaur. in addit. ad Patrem Thesaur. d. decis. 147. Surd. decis. 113.
23 In uerbo, condemnatur uerè, uel fictè] uerè intelligitur, ubi adsūt sñæ, quæ transiuerint in iudi-
24 catū, † fictè intelligitur, ut in casu statuti Pap. 5.
25 in ciuil. quæ debita sint condemnata; & † nisi stat. expressè faceret mentionem de ficta condemnatione, illa minime ueniret in dispositione eiusdem stat. Bar. & DD. in l. 3. §. hæc uerba, ff. de neg. gest. & in l. oēs populi, sub nu. 62. ff. de iust. & iur. & in l. si is qui pro emptore, q. 3. de usucap. remissiuè multas authoritates citat Bal. in l. meminimus, C. de legit. hæred. quem sequitur Gallin. in tract.
26 de uerb. sign. lib. 3. c. 19. num. 9. & 10. & dic, quod tantum operatur fictio in casu ficto, quantum ueritas in casu verò, & non vltra, l. prima, de adop.
27 l. cum ea ratione, C. de excus. tut. † quia ars imitatur naturam, nec vltra extenditur, §. minorem.
28 Inst. de adopt. Aduerte tamen, quod vbi † adest fictio ibi non adest veritas extremorū, cum fictio sit contraria veritati, Tiraq. in tract. le mort. saisit le vif. part. 2. declar. 2. sub num. primo, & 4.
29 † fictio autem est in triplici differentia, scilicet inductiua, priuatiua, & traslatiua, seu extensiua;

30 † prima fictio est in re certa non existente possi-
31 bili, pro existente à iure facta assumptio, † secunda fictio est in re certa existente, quæ vt non existat, etiam si sit possibilis, & pro non existente fa-
32 cta assumptio; † tertia fictio est in certo modo existenti pro alio modo possibili in iure facta assumptio, vt declarat Bart. in l. si is qui pro emptore in 3.4. & 5.q. ff. de vsucap. exemplificat, & plures adducit considerationes, Gallin. in tract. de verb. signif. lib. 3. cap. 22. num. 8 cum seqq. pluribus, plenius D. Cost. in tract. de retrotract. cap. 2. monit. 2. per totum.

In verbo, pro solutione eorum] in casibus, in quibus debitum sit soluendum in pecunia numerata, liquidumq; sit, nec alio modo succurri possit creditori, ad hoc, vt satisfactionem in pecunia numerata consequatur, omnes Iudices competentes aditi à creditore, tenentur, statuto debitori termino viginti dierum ad soluendum in pecunia numerata, & eo non soluente per subhastationem bonorum creditori satisfacere, sicuti disponunt Nouæ Const. Mediol. in tit. de bonis insolutum dandis, in princ. intelligitur autem statutum de debitoribus condemnatis, vel confessis; l. debitoribus, ff. de re iudic. Hæc tamen datio insolutum bona facultas non durat, nisi donec debitor fuerit conuentus, & lis contestata in actione iudicati; quia vnum est in obligatione, aliud in dispositione, l. miles, §. debere, ff. de re iudic. l. item veniunt, §. cum prædiximus, versic. idem rectè. ff. de petit. hæred. Bartol. declarando in l. stipulationes non diuiduntur, col. pen. ff. de verb. oblig.

In verbo, quod hunc modum) dictum fuit supra ad rubr. statut. 47. in ciuili.

In verbo, in qua petitione contineatur] concordat statutum primum supra in ciuili, versic. quod libellus, vel petitio, & vide, quæ ibi notata sunt, & Nouæ Const. Mediolani, in tit. de iudic. §.
33 libellus, seu petitio; † & nota, quod insolutum datio, petitur actione personali competente contra debitorem tantum, Bald. in l. si constante in 2.q. 4. part. princ. ff. sol. matr. Alex. cons. 100. col. 4. versic. dico, lib. 5.

34 In verbo, & si fuerint tres immobiles] † aliter prouisum est, respectu mobilium, statuto ciuili 157. & an ius patronatus, possit dari insolutum, Roch. de Curt. in tract. de iur. patron. num. 31. versic. ipse, vel is, à quo: dic quod ius patronatus non potest dari insolutum à Iudice, cum in solidū apud omnes hæredes remanere debeat, ita Asin. in d. §. 7. cap. 294. post Paul. de Cataldin. de iure patron. in 9. parte, num. 23. fæudum pariter dari insolutum, nequit Ruin. cons. 176. num. 9. & seq. vol. primo.

In verbo, bonorum vacantium] declara, vt dictum est supra statuto ciuili 47.

35 In verbo, personaliter, vel ad domum] dic, † quod debet in primis fieri excussio personæ, vt notat Bart. in l. 4. §. prætor ait, num. 15. ff. de dam. infec. Tiraq. in tract. lignag. §. 7. gl. 2. nu. 36. Soc. tract. de citat. artic. 7. num. 32. Marsil. sing. 84. sequitur Lafranc. de Oriano, in cap. quoniā
36 extra de probat. in tit. de citat. sed † in praxi nō seruatur hæc excussio; quinimo nuncius si casu reperit citandum, illi intimat personaliter, alioquin de directo vadit ad domum citandi, & ibidem relinquit citationem, & refert, se citasse domi habitationis, & valet relatio, & citatio, ita etiā de iure sustineri, tenet Marant. in tract. de ord. Iud. in 6. parte, tit. de citat. nu. 124. & 126. Asin. in sua praxi, §. 6. c. 1. 2. & 3. vbi distinguit, & ità cōcludit; plures alios citat Carpan. ad statut. Mediolani, volu. primo, cap. primo, num. 132. vbi latè versatur.

37 In verbo, absens veniat cittandus] † vide supra statutum ciuile 11. & quæ ibi sunt notata, adde Carpan. ad statuta Mediolani, vol. primo cap. 2. num. 19. 20. & seq. & cap. 5. Marant. in tract. de ord. iud. in tit. de citat. nu. 82. cum seq. Soc. in tract. de citat. artic. 4. num. 11. Vant. tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu citat. nu. 124. vsq; 143. Foler. in praxi crim. parte prima, nu. 39.

38 In verbo, eligit tres idoneos, & legales viros] adde expertos, legales, bonæ opinionis, & famæ, qui iurent, & ea faciant, prout disponit statutum primum in ciuili 158. & tradit Menoch. in tract. adipisc. remed. 4. quæst. 25 nu. 164. hodie autē, isti extimatores eliguntur per Abbates, & Decuriones, vel per consilium generale Ciuitatis, in
39 princ. anni, † & de iure communi debent eligi per Iudices, vt notatur in lib. commun. opinionū
40 in verbo, Iudex debet, & sufficit, † quod ij extimatores, semel iurauerint tempore suę electionis, nec debent iurare in singulis commissionibus, vel relationibus, vide Carpan. ad statuta Mediolani,
41 vol. primo cap. 169. per totum, & aduerte, quod circa æstimum committendum estimatoribus debet seruari ordo huius statuti, alias nulla est insolutum datio, Asin. dicto § 7. cap. 276. num. 16. & vbi etiam non adesset statutum, nihilominus in venditione bonorum immobilium ad hastam requiritur æstimatio, l. si quos, C. de rescind. vend. vbi Castr. & Salic. Afflict. decis. 358. num. 5. Rol. à Val. cōs. 32. nu. 34. lib. j. Franc. decis. 54. nu. 7.

42 † Sed quid si tantum duo sunt in loco, vide §. quid autem, vbi Ang. in Auth. de non alien. Alex. in l. prima, §. fin. col. prima, ff. de verb. oblig. Rip. auus mihi maternus in tract. pestis, in 13. priuil. num. 165. sub tit. de priuil. contract. causa pestis, Bart. in l. constitutiones in 2. lect. C. de fide instr. & dic, quod sufficit, quando in d. loco adsunt tantum duo, vt per auum maternum Rip. vbi sup. num. 165.

In ver. qui tres viri] æstimatori incumbit onus probandi se iustè estimasse, Bart. in l. quotiens, C. de discussor. lib. 10.

43 In verb. & ipsa extimatio sic facta] fieri potest ēt sine partis citatione, licet ad vidédū fieri cōmis-
44 missionem debeat pars citari; † & hæc æstimatio nunquam transit in iudicatum, sed quandocunq; potest retractari facta reuisione extimationis, quę falsa reperiatur, vel detecto errore, vt tenet per plura, Carp d. cap. 170. num. 15. cum seq. vbi nu. 21. & seq. limitat pluribus modis, scilicet nisi fuerit per Iudicem confirmata, secundo, nisi fuerit extimator electus de partium consensu, vel ubi fuerit intimata, & pars non appellet, Plot. de in lit. iurand. num. 526.

46 In uerbo, declarat esse uenalia] an † hęc declaratio sit diffinitiua, uel interlocutoria disputat, & tandem se remittit Sayran. sing. 39. ad finem. ego crederem diffinitiuam esse, cum diffiniat negotiū de quo agitur, uel saltem mixtam, ad tradita per D. Rip. auum meum in rub. ff. de re iud.

47 In verbo, parte absente, & non citata] videtur non valere declarationem, † quia citatio est in-
48 troducta de iure diuino, & naturali, † & requiritur

tur in omni actu, in quo quis lædi potest, sic Marant. in suo specul. 4. part. distinct. prima, num. 10. Vant. de nullit. sententiæ ex defect. citat nu. 14. Rebuff. tract. de citat. num. 2. Cotta in suo
49 memor. in verbo. citatio partis, † & etiam in his, in quibus Iudex habet arbitrium procedendi, & iudicandi, Menoch. de arbitr. iudic. lib. primo, quæst. 17. & ideò statutum remouens citationem, dicitur contra ius, & non valet, iuxta notata per Alberic. in tract. statutorum, lib. primo, quæst. 7. & 8.
50 Contrarium tamen, † tenet Gallin. in tract. de verb. sign. lib. 8. capit. primo, num. 19. & 20. & quod in dubio sit pronunciandum pro validitate instrumenti, tenet Borgn. decis. 2. num. 35.

In verbo, prouideat de salario] prouisio liquidatur per aliud statutum in ciuili.
51 In verbo, & videri] dic quod † vox preconia paucis innotescit Auth. qui semel, C. quomodo, & quando Iudex.
52 In verbo, super lapidem altiorem] † lapis est super quodã infixo muro in Curia palatij, qui vocatur arengheria, ad quem solent citari contumaces, iuxtà formam, & dispositionem statutorum Papiæ in ciuili 11. in fine, & super quo etiam debitores, qui non sunt soluendo, faciunt cessionem bonorum in forma pudenda, iuxta dispositionem statuti Papiæ in ciuili 64.
53 In verbo, anterius creditum] † scias, quod non tollitur facultas priori creditori offerendi, qui est præferendus secundo creditori in casibus, vt per Anton. Neguf. tract. de pignor. in 3. membro
54 quintæ partis princip. num. 17. † & scias, quod regulariter secundus creditor, potest offerre primo creditor creditum, & liberare pignus à primo creditore, & confirmare suam hypothecam, l. prima, C. qui pot. in pign. hab. & latè de hac regula, tradit Neguf. dicto tertio membro, 5. part. num. primo, cum infinitis seq. vbi latè ampliat, &
55 limitat, † ita etiam primus creditor potest offerre secundo creditori in casu, quando primus creditor possidet, atq; etiam si non possidet, vel etiam si primus, & secundus non possideat, sed tertius, ita Neguf. in dicto tertio membro, 5. partis, num. 17. cum duobus seqq.
56 † An autem creditores mariti posteriores possint offerre dotem vxori volenti auocare bona mariti, & distinguendum puto, quod aut vxor soluto matrimonio post mortem viri agit hypothecaria ad bona pro sua dote, tunc possunt creditores posteriores offerre solutionem dotis ipsi vxori, & res pro dote hypothecatas prosequi, l. cum sibi, C. qui pot. in pign. hab. Osasch. decis. 135. nu. 4. Lud. Morot. in tract. de iure offerendi nu. 11. Aut verò quæritur, an creditores mariti posteriores habeant ius offerendi vxori, quando ei est facta restitutio dotis, constante matrimonio, eò quod maritus vergebat ad inopiam, & dic, quod non, Afflict. decis. 199. num. 2. vbi Appostill. ad eum, & ibi Vrsill. in addit. num. primo, Roll. à Vall. cons. 9. num. 39. vol. primo, Alba cons. 80. cum cæteris, de quibus Appostill. ad Pract. Papiens. in forma libelli, quo vxor agit in glo. vxor quondã sub num. 7. in littera I. Vrsill. in addit. ad afflict. decis. 221. num. 3. vbi de magis communi testatur, Neguf. de pignor. membro primo, 5. partis principalis, num. 31. & seq. Osasch. dicta decis. 135. vbi num. 9. ac 12. testatur hanc veriorem, & communiorem intelligendo, vt pro remanenti quantitate dotium ius offerendi hoc casu non cõpetat creditoribus posterioribus, vt Neguf. & Osasch. vbi supra, secus si vxor ageret ad dotis repetitionem soluto matrimonio, vt per Dñum Gasparem Thesaur. decis. 65. lib. 2. & in materia iuris offerendi videndus Berret. consil. 149. Thesaur. decis. 157. Cephal. consil. 550. lib. 4. Caroc. de oblat. part. 2. quæstio. 11. Morot. in tract. de iure offer. posito post eius consilia.

In verbo, pro condemnato habitum] vide statutum Papiæ 5. in ciuili.
58 In verbo, plus offerre] † hoc verbum spontaneã obligationem significat, & non petendi dare l. Iulianus, §. offerre, ff. de act. empt. Practic. Papien. in forma libelli, in actio. reali, in glo. prima, num. 14. adde, Dec. in l. filiæ licet, C. de collat. Tiraq. in tract. de retract. consanguin. §. primo, gl. 17.
59 num. primo; insuper dic, quod † offerens primo in pari causa præfertur, quod intellige in omni dispositione, iuxta notata per Carpan. ad statuta Mediolani, vol. primo, cap. 417. nu. 572. & vide ea, quæ idem scribit in cap. 440.
60 In verbo, infra octo dies] † statuti tempus, debet ad vnguem obseruari, nec potest à partibus prorogari, alias actus est nullus, vt notat Carpan. ad stat. Mediol. in prælud. num. 790.

In verbo, in vicinia] conferunt disposita per Nouas Const. Mediol. in tit. de bonis ad crid. ponendis, §. ijs peractis.

In uerbo audiatur iri] uide statut. ciuile 10. & quæ ibi scripta sunt.
61 In verbo, teneatur, & debeat dictus Iusdicens citato debitore, vel parte, insolutum dare] † dic pro pretio, quo extimabitur pro rata debiti, & crediti, & quod datio insolutum extinguat primeua iura pro rata, firmat D. Costa de port. ratę quæst. 153. num. 2. vt disponit statut. ciuile infra
62 157. † & adde, quod etiam creditores possunt accipere insolutũ à Vicario, vel Iudicibus Papiæ, de bonis, & rebus debitorum suorum, etiam de quibus fictum debetur, etiam irrequisitis dominis, & sine periculo caducitatis, licet præferri debeat dominus si comparuerit infra quindecim dies, si protestati fuerint rem ipsam pro eorum credito habere velle, vt disponit statutum ciuile 50.
63 In verbo, secundum dictam extimationem] † si creditor acciperet insolutum expressa quantitate, tunc censetur accepisse pro toto debito, & non posset postea quicquam amplius consequi, vt notat Rebuff. tract. de litt. oblig. art. 12. gl. vnica, nu. 9. & 11 propterea hoc statutum prouidet, & dicit secundum dictam extimationem; quamobrem aduerte, quod æstimatio debet esse pro vero
64 valore, † & pro conuenienti parte crediti solum, seu pro rata debiti, & crediti, vt disponit statutũ ciuile 157. alioquin si amplius solutum est quam debebatur, totum esse indebitum intelligitur manente pristina obligatione, l. cum amplius, ff. de reg. iur. l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond.
65 indeb. & † si in aliqua parte insolutum datio sit facta plus debito vitiatur tota datio insolutum, & fructus imputantur in sortem, vel sunt restituendi Fulgos. cons. 136. nu. 2. Cephal. cons 298. nu. 2. Surd. decis. 45. per totam, maximè num. 8. ideò autem facta plus debito vitiatur in totum, iuxta
66 Surd. d. decis. 45. num. 3. post alios, † ne inuitus cogatur habere communionem, sequitur Dec. in dicta l. cum amplius, vbi declarat procedere
67 in decreto Iudicis, quia decretum est indiuiduum

68 & quod datio in ſolutum non facta pro menſura
debiti declarati ſit nulla, tenet Aſin. in §. 7. cap.
69 276. num 7. cum ſeq. † quo loci etiam ponit re-
quiſita ad hoc, vt datio in; ſolutum valida ſit, poſt
70 Bald. conſil. 222. nume. primo, eſt etiam nulla
datio in ſolutum, quando non præceſſit legittima
æſtimatio, vel ſubhaſtatio, tum ex diſpoſitione
iuris communis, quàm etiam ex diſpoſitione No-
uarum Conſtitutionum Mediolani, tit. de bonis
inſolutum dandis, vt poſt Aſin. de exequut. ſen-
tent. §. 7. cap. 213. firmat D. Coſta dicto cap. 8.
71 caſu 27. nu. 13. eſt etiam nulla datio inſolutum
facta forma ſtatuti non obſeruata, vt per Aſin.
dicto §. 7. capit. 274. num. primo, poſt Bald.
conſ. 322. vol. ſecũdo, vbi autem datio inſolutum
nulla eſt, datur tamen retentio pro ſumma debi-
ta, vbi creditum ſit liquidum alias non, Surd. de-
ciſ. 46. vbi latè alios adducit.

72 Limita tamen, vt non procedat, quando
pars inuenitur, quæ repeti poſſit, vt colligitur ex
tex. à contrario ſenſu, in d. l. cum amplius, The-
ſaur. deciſ. 153. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 64.
part. 2. Coſt. de remed. ſubſid. re. 3. nu. 3. & ſeq. idẽ.

73 Secundo limita in venditione facta à creditore
de pignore conuentionali, virtute poteſtatis ſibi
datæ in inſtrumento, quia licet vendat rem va-
lentem plus credito ſuo, tamen venditio non re-
tractatur, ſed prætium quod excedit debitori re-
ſtituitur, nec habet locum, tex. in d. l. ſi non ſor-
tem, §. ſi centum, dato etiam, quod Iudex tali in
ſolutum dationi conſentiret, & decretum inter-
poneret, quia non dicitur pignus prætorium, ſed
conuentionale, vt tenet Dec. loco citato, num. 2.
verſic. ſecus eſt.

74 † Tertiò declara dictam regulam habere locũ,
quando erratum fuit in ſumma debiti principalis
vt ſi creditor petierit, & obtinuerit inſolutum da-
tionem, pro maiori ſumma, quam importet cre-
ditum ſuum, tunc enim corruit in totum, ſed ſi
erratum ſit in extimatione tantum, vel in inſolu-
tum datione ſecus eſſet; vt ſi pro vero debito da-
ta fuit res inſolutum, quæ valeat plus, quia tunc
datio inſolutum ſuſtinetur tantum pro vero de-
bito, & pro reſiduo datur repetitio debitori, Bur-
ſat. conſ. 184. nu. 38. Stephan. Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 162. num. 14. 33. & ſeq. Mar Anton.
variar. reſol. lib. 2. cap. 15. num. 14. Dec. loco ci-
tato num. 3. vbi affert alias limitationes, & ſequi-
75 tur appoſtil. limitando, † quando ſumus in tenu-
ta, quæ datur vigore pacti executiui, quia non vi-
76 tiatur, † item quando agitur actione reali, & hy-
pothecaria, quia non vitiatur, licèt plus debito
77 detur; † ſi verò bona inſolutũ data non ſufficiant
ad ſatisfactionem creditoris, tunc poterunt fieri
aliæ executiones, & inſolutum dationes, vſq; ad
concurentem quantitatem crediti, vel contra prin
cipalem debitorem, vel contra eius fideiuſſorem,
78 † & in ſubſidium poterit capi, & detineri debitor,
Rebuff. in tract. de litt. oblig. art. 2. glo. prima,
nu. 65. 68. & glo. 3. nu. 20. niſi eſſet conſuetudo in
contrarium, ſicuti prædicta tenet per plura, Carp.
ad ſtatut. Mediol. vol. primo, cap. 166. num. 4. &
79 ſeq. † an autem Iudex poſſit habere fidem de pre-
tio, vide Pract. Pap. in forma execut. ſententiæ
diffinitiuæ, in glo. publico nuncio, nu. 6. vbi tenet
quod nõ, & ponit etiam, quandò procurator poſ-
ſit habere fidem de pretio, & dixi ſupra de regim.
poteſt. ad ſtatutum 5. nu. 2. & ſeq.

Appellari autem poteſt ab inſolutum datione,
& ſubhaſtatione, & deliberatione, Plot. de in lit.
iur. nu. 526. Coſt. de portion. rat. quæſt. 153. nu.
8. & ſeq. Gal. conſ. 30. nu. 13. & ſeq.

81 In verbo; dando denarios ſex pro quinque] † ex
diſpoſitione verò Nouar. Conſt. Mediol. in tit. de
bonis inſolutum dandis, cap. primo, verſ. Iudex
teneatur; tenetur Iudex alienationem reducere
ad duas partes ex tribus, veræ æſtimationis bo-
norum ad vtilitatem debitorum.

In verbo, loco damni, & intereſſe] vide in ſimi-
li gl. ſecundum vnum intellectum in Auth. hoc
ius porrectum, in verbo, decima, C. de ſac. ſant.
Eccleſ. quod tamen eſt intelligendum, ſecundum
gl. & Bart. in §. ſi vero, in Auth. de alien. emphit.

82 In verbo, inſolutum datio præiudicat] † & pro-
pterea tollitur periculum euictionis, vel ſaltim, ſi
creditor vendat rem, vel bona, quæ habuit inſo-
lutum, & illa euincantur non tenetur de euictione
l. 1. & 2. C. cred. euic. pign. non deb. Duaren. reg.
169. Pract. Papien. in forma reſponſ. libelli, in
actione hypothecaria, in gl. ſatisfacere, num. 5.
Carpan. ad ſtatut. Mediol. vol. primo, cap. 163.
num. 27. & re euicta creditor denuo agit contra
debitorem, l. ſi prædium. C. de euicti, vbi omnes.
Aflict. deciſ. 8. num. 4.

83 In verbo, quibuſcunq; creditoribus] † credito-
rum appellatione veniunt etiam creditores in diẽ,
& creditores conditionales, cum hic agatur de
materia congruenti omnibus creditoribus, vt no-
tat Curt. in l. j. num. 78. ff. ſi cert. petat. ubi alij
Abb. conſ. 74. nu. 14. qui atteſtatur de communi.

An autem creditorum appellatione ueniant le-
gatarius, & fideicommiſſarius, & dic, quod largo
modo ueniunt, & dicuntur creditores, Iaſ. in §.
item ſi quis in fraudem, num. 61. Inſtit. de act.

Sed nunquid creditoris appellatione ueniant
ceſſionarius, Bald. tenet, quod ſic in l. per diuer-
ſas, in 10. quæſt. C. mand. ubi innuit, quod ſtatutũ
faciens mentionem de creditore, intelligitur etiã
de ceſſionario, aduerte tamen, quod ſi ſtatutum
dixerit, quod creditor poſſit capi facere debito-
rem abſq; citatione, tunc non compræhendit ceſ-
ſionarium, cum prius de ceſſione diſcuti oporteat
citato debitore, ita Bald. ibidem ſequitur Alex.
conſ. 95. nu. 6. vbi Appoſtill. latè.

Quid in creditore actione reali, vel hypotheca-
ria, an gaudeant hoc priuilegio, licet abuſiuè, &
impropriè ſecundum aliquos dicuntur credito-
res, vt per Gabr. conſ. 8. nu. 13. lib. primo, Alex.
in l. prima, nu. 40. ff. ſi cert. pet. attamen verior
& magis communis eſt compræhendere etiam
creditores actione reali, & hypothecarios, Niger
in l. prima, nu. 84. ff. ſi cert. pet. Alciat. in l. cre-
ditores, ff. de verb. ſignif. per illum tex. Gomez.
de action. in principio, num. 69. Alb. in terminis
ſtatuti conſ. 589. Bardelon. pleno conſ. 43. qui
reſpondet contrarijs.

In verb. in dominio vero non præiudicat] vide
Pract. Pap. in forma libelli, in actione reali, in glo.
condemnetis, nu. 4. & in forma execut. ſententiæ
diffinitiuæ in gl. ſapiens, num. 17. quibus in locis
bene examinat quæſtiones ad hoc propoſitũ, quã
ſcilicet lite mota contra aliquem, alter actor con-
tra eundem litẽ mouet, quid facere debeat reus, &
qualiter concipienda, tunc ſit ſententia.

87 In verbo, idoneę ſatiſdans] † dr autẽ ſatiſdatio,
vbi idonea cautio ſit præſtita, D. Meno. de adipiſc.
poſſeſſ. remed. 2. num. 93. vbi etiã ponit, quæ dica-
tur idonea cautio, aſſerenti autem fideiuſſorem

eſſe

esse idoneum, si pars neget, incumbit onus probandi. Alexand. consil. 37. num. 3. volum. 2. Mascard. de probat. conclus. 782. plura Carpa. ad statuta Mediolani, cap. 44. num. 17. & 18. & cap. 53. nume. 2. & sequen. Menoch. de præsumpt. libr. 6. præsumpt. 91. Surd. decis. 320. casus autem plures, in quibus non tenetur satisdare recenset, Carpan. ad statuta Mediolani cap. 44. nume. 40. cum sequen. volum. 1. puta si immobilia possideat, si sit probatæ vitæ, sit forensis, &c.

88 † An autem ista satisdatio præstanda sit, si à parte non petatur, anceps est quæstio, cum multi tenuerint non esse præstandam, nisi petatur, per gloss. in l. vniuersa. C. de precibus imper. offer. vbi
89 Bald. & alij, ac præcipuè Castrens. † inferens ad statutum requirens fideiussionem, idem in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. Alex. cons. 96. in principio, libro 4. D. Rip. auus mihi maternus in l. quarta. §. hoc autem iudicium, num. 5. & seq. ff. de damn. infect. Ruin. consil. 43. num. 3. volum. 2. Cucch. de morat. præscript. numer. 53. Marcobrun. consil. 32. num. 92. & sequen. Natta cons. 685. per to-
90 tum, ratio potest assignari, † quia per tacitũ consensum potest renunciare pars, quod contradicẽs non fideiubeat, cum agatur de particulari interesse, gloss. in cap. statutum, in verbo committit, de rescript. in 6. Carp. ad stat. Mediolani, cap. 71. num. 11. & sequen.

In contrarium facere videtur, quia statutum requiritur fideiussionem, vbi quis compareat, & quia statutum fauore publico videtur conceptũ,
91 † cui renunciari minimè potest, Felyn. in cap. si diligenti, num. 2. & 19. de foro competen. glo in dicto cap. statutum, de rescript. in 6. Socin regu. 419. & etiam quia hoc videtur pro forma inductum, cum modum procedendi inducat, qui dicicitur pro forma, Felyn. in cap. cum dilecta, colum. 10. versic. decimo, de rescript. cui consensu partium, nequit renunciari; Ias. in l. penult. nume. 17. C. de pact. Osasc. decis. 166. num. 7. Carpanus latè ad statuta Mediolani, in prælud. nume. 171. & ante nu. 167. & sequen.

Ego in ꝓposito nostro tenerẽ, requiri partis petionem, quia non est verum, quod fauore publico hoc sit inductum principaliter saltem, sed solum fauore ipsius priuati, cum si pars in cuius præiudicium res est vendenda, accepto ferat oblationem, & prætium illius, qui obtulit, dubio procul agitur principaliter de eius fauore, cui potest renunciari, DD. in l. penult. C. de pact. & quatenus posset forsan dici agi in secundario de fauore publico, vt statuta seruentur.

Respondetur causam principalem fauoris in statutis esse cõsiderandam, non secũdariam, Menoch. consilio 427. nume. 9. Minus verum est agi
92 de forma, † cum nõ interuenitur requisita ad faciendum, & constituendũ formam, de quibus latissimè agit Felyn. in dicto cap. cum dilecta, nume. sexto, per quatuor sequ. columnas, de rescrip. Honded. consil. 27. num. 28. & sequen Rimi. iun. cons. 759. Bursat. cons. 307. Peregrin. Ianin. in tracta. de citat. real. lib. 2. cap. 1. num. 138. & seq. benè quidem fateor, quod vbi pro forma talis satisdatio esset à statuto requisita, quod tunc partium consensu nequiret remitti, puta si satisdatio certo, & determinato tempore requireretur, vel statutum vteretur dictione statim, vel conditionaliter, loqueretur negatiuè, puta eo non satisdante, non audiatur, & alijs verbis, quæ etiam consideratin proposito statuti, Surdus decis. 57. per totam.

93 In verbo † opposuerit] opponit se tertius quãdoque ad impediendam executionem, & contradicit, ratione iuris sui, & tunc, an debeat audiri, distingue, aut post distractũ, & addictum pignus contradicens se opponit, re adhuc integra, & antequam executio sit facta, vel cepta fieri; & tunc subdistingue, aut hic, qui contradicit fuit ille cõdemnatus, & non auditur; aut est tertius, qui nunquam fuit in iudicio, & tunc duos considero casus, primus est, quando versamur in actione personali, & tunc quilibet contradictor impedit executionem, & ante ipsam executionem audiendus est de iure suo, summariè, & de plano; Secundus est casus, vbi agit̃ actione reali, & tunc aut illa res à nemine possidet̃, sed est vacans, vt puta hr̃ditas, vel præbenda, vel quid simile, & tunc quilibet cõtradicens auditur, & impedit executionem, vel insolutum dationem, donec de iuribus suis agnoscatur; aut ipsa res possidetur à debitore cõdemnato, & tunc oppositio tertij non impedit executionem; cogitur tamen creditor præstare cautionem, vel fideiussionem de conseruando indemnẽ debitorem ab ipso contradicente, & possidente; aut res ipsa possidetur ab ipso tertio, qui adfuit in iudicio, nec sciuit causam agi, & tunc impeditur executio, & insolutum datio, donec cognoscitur de iure suo; sic docet Practic. Papiens. in form. execut. sentent. diffinit. in glos. sapiens, numer. 16. & sequen. Didac. latè Practic. quæstio. cap. 16. Mysing. centur. 3. obseru. 73. Duen. reg. 224. postquam verò cognitum fuerit super exceptionibus contradicentis, & contingat contra eũ ferri sententiam, non poterit deinde ipse contradictor agere in alio iudicio, vt per Practic. Papiens. dicto loco nume. 19. & latè etiam, quando tertius agere possit, & impedire executionem, etiam remedio appellationis constito de iure suo, Rimin. iun. consil. 445. num. 3. & sequen. lib. 4. & cons. 692. Cephal. cons. 106. Bursat. cons. 362. numer. 20. & sequen. Ioseph. Ludouic. decis. 26. D. Costa de fact. scient. & ignor. cent. 1. distinct. 57. Thessaur. decis. 4.

94 In verbo cedere teneatur] † intellige si possunt cedere, alioquin nolentes cedere ab agendo repellatur per exceptionem cedendarum actionum, l. Stichum, aut Pamphilum. §. si venditor. ff. de except. quando autem possint, vel non possint cedere distinguendo docet, Bartol. in l. si stipulatus. §. si ex duobus. ff. de fideiuss. & latius Pract. Pap. in form. libell. in actio. hyppothec. in glo. cedere, num. 2. cum sequentib. plurib.

95 In verbo in defensione] † obligatus ad aliquem defendendum intelligitur si fuerit interpellatus, vt per Ias. in l. vniuersa. C. de precib. imper. offer. & intelligitur de iusta defensione, Menoch. consil. 281. num. 29. lib. 3.

96 † Et si promisit defendere de iure, & de facto, an armis defendere teneatur, & quomodo tradit idem Ias. in l. stipulatio ista habere in principio, num. 14. ff. de verbor. obligat. vbi infert ad plura notabilia, Angel. cons. 288. Ancharan. cons. 180. Alexand. consil. 127. volum. 5. Practic. Papiens. in forma libell. in caus. vendit. in verbo, & legitima defensione, Boer. decis. 67. Quid si promisit indemnem conseruare, vel suscipere omnem litem, vel aliquid facere, ad quid teneatur, Menoc. consil. 611. numer. 3. & sequen. Honded. cons. 40. nu. 21.

nu.21.lib.secundo, Ruginell.pract. quæst.cap.31.
per totum, Caroc. de excuss. bono. part.2. quæst.
14.num.31. & sequentib.
97 In verbo ex causa euictionis] † de euictione
autem, agi non solum potest re uera, & realiter
euicta, sed etiam vbi timetur illam sequi posse, vt
quia sit in limine ipsius contractus, & tenetur tūc
obligatus dare fideiussorem. l.si post perfectam.C.
de euict.l.penul. C.de peric.& commod. rei vend.
98 Ias. in l.à diuo Pio. §.si post. ff.de re iudic.† quæ
fideiussio præstanda est non solum pro lite mota,
sed etiam pro quacunq; alia mouenda, ex Surd.
99 cons.36. nume. 14. & decis.295. nu 9.† alias non
debetur euictio, nisi re euicta per sententiam ei
sit ablata, Thesa. disputans decis. 102. si tamen
100 euictio immineret solum pro parte rei † vendi-
tæ, respectu partis tantum euictio est præstanda,
non pro tota, Surd. dicta decis.295. nu. 19. Cotta
de portion.ratt. quæst.14.nume.2.
101 † Item intelligitur fideiussionem, tunc esse pre-
standam, quando prætium adhuc non esset solu-
tum, secuta autem prætij solutione, nulla datur
emptori actio, vt pro euictione caueatur, Surd.di-
102 cto cons. 36.num.14.† sicut nec præstatur cau-
tio, vbi venditor est soluendo. Surd. decis.183.nu
me.10. Afflict. antè eum, decis.171.
103 † In diuisione autem facta inter cohæredes, si-
ué per se, sponte, siuè per iudicis sententiam, &
coacte, habet locum euictionis remedium, l.si fra-
tres, C. communia vtriusq; iudic. Alexan. consil
21. libr. 5. nisi tamen scienter diuidentes diuisis-
sent rem subiectam euictionis periculo, l.si fundū.
C.de euict. Ruin.cons.146. lib.primo, vel quando
vtriusque portio esset euictioni obnoxia, Castr. in
l.si familiæ. C.famil.ercifcund. aut pacto conuen-
tum esset, non teneri, etiam re euicta, dicta l.si fa-
miliæ, Gaballin.de euiction.§.4.num.51.
104 † Legatarius verò regulariter, non agit de eui-
ctione, nisi legetur aliquid in genere, vel legare-
105 tur res aliena scienter à testatore, Bar. in l.si do-
mus.§.de euictione.ff.de legat.j. & latè examinat
Gaballin.de euict. §.4. num. 9. cum pluribus se-
quentibus, Menoch. de præsumpt.lib.4.præsum.
118. per totam, vbi plenissimè.
106 † In casibus verò, in quibus legatarius de eui-
ctione agere potest, tenetur hæredi denuntiare
antè litem contestatam, ad differentiam empto-
ris, qui potest quandocunque denuntiare ante
sententiam; differentiæ ratio est, quia legatarius,
legatum consequitur titulo lucratiuo, emptor ve-
rò titulo oneroso, Gaballin.dicto tract. de euict.
§.4.nume 38.
107 † In emphyteusi pariter, cum sit venditioni
similis, locus est beneficio euictionis, Bald. & alij
in cap.primo, de inuestit. de re alien.fact. Gabal-
lin.dicto §.4. num. 55. Surd. decis.290.nu.18.
108 An autem † in datione in solutum, locum ha-
beat euictio, Doctores controuertunt, alij nam-
que voluerunt in ea cessare euictionis beneficiū,
rationibus recensitis per Gabalin. de euiction.
§.4.num.39. quæ quia friuolæ sunt iudicio meo,
illasque iure refellit, & confutat ibidem Gaballin.
non refero eas, sed inhæreo communi sententie,
nempè in datione in solutum habere locum eui-
ctionis beneficium, tamquam venditioni sit simi-
lis, & est text. in l. si prædium.C.de euictio. Ceph.
consil. 98. lib.1. Natta cons.207.
109 † Casus autem omnes in quibus quis tenetur,
vel id minus, de euictione, latissimè prosequitur
Gaballin. dicto tracta. de euiction. dicto §.4. &
§.5. & cum melius alibi non legerim in vnum
omnes casus congestos, quam ibi, eius relatione
sum contentus, & præcipuè, an in donatione lo-
cus sit euictioni, pulcrè examinat dicto §.4.nu-
me. 2.cum sequentibus pluribus, Surd.decis.290.
nume. 3. idem in permutatione, & omnibus con-
tractibus innominatis, nu.43. cum sequent. & per
Surd.alleg. decis.290.num.14.
110 Præ cæteris autem casibus, in quibus de eui-
ctione agi minimè potest † ille est præcipuus, quā-
do res euincitur per iudicis sententiam latam per
imprudentiam, per errorem, aut eiusdem iniqui-
tatem, l.si per imprudentiam. C.de euiction.l.
emptor fundi. C.eodem.cap.finali, de emption.&
vendit. hocque ea ratione, quia iniuria facta em-
ptori, dicitur quidam casus fortuitus, sicut &
iudicis imprudentia. cap. 1.de nou. form. fidelit.
ibi iniustè, vel fortuitò casu, nisi tamen emptor
fuisset causa iniustitiæ, Bart. in dicta l. si per im-
prudentiam, non tamen hoc locum habet, quan-
do iudex non per imprudentiam, sed sensu suo
ductus procederet, non obseruato, & prætermis-
so iuris ordine, nam venditor non tenetur si iu-
dex processit de facto, omni iuris ordine præter-
111 misso, † Gabalin. de euictio. §.5.num.21. mi-
nus tenetur si res euicta est per sententiam arbi-
tri.l.si dictum. §.si compromissero. ff.de euiction.
112 † secus si promisserit de euictione, quomodo-
cunque, & qualitercunque eueniente, quia tunc
propter illa verba geminata, tenebitur de eui-
ctione secundum Ias. in l.fideiussor. §.prætor ait,
nume. quarto. & sequen. ff. qui satisdare cogant.
sicuti etiam tenet Appostill. ad Practic. Papiens.
in d. glo. promittens, in fine. Gabalin. d.tract.de
euiction. d.§.5.nu.65. & sequen.
In verbo inter actorem, & reum, & quemlibet
se opponentem] vide statutum supra Pap.38. in
ciuili, & quæ ibi scripta sunt, vbi plenè.
113 In verbo summariè, & de plano] † ista clausu-
la intelligi debet secundum clemen.sepè. extra de
verb. signific. vt disponit statutum Papiæ 137. in
ciuili, & latè Carpan. ad statuta Mediolani, vol.j.
cap. 47. num.3. & sequen. pract. Papiens. in for-
ma libelli, in actione reali, in verbo summariè, Re
buff. de execut. sententiæ, artic.9. glo.2.num.11.
& sequentibus, & dixi supra ad statutum tertium
colum. prima.
114 In verbo leuato] † quid importet hæc clausu-
la, vide Carp. dicto cap. 47. nume.26. Pract. Pap.
in forma libelli, in actione reali, in glo.summariè,
nume.14. vbi vult, quod idem importat, quod di-
ctio summariè, vt dixi etiam supra ad statutum
tertium.
In verbo omni iuris, & statutorum solemnita-
te omissa] vide Carpan. loco citato, nume.56.&
& Pract. Pap. in forma libelli, in actione reali in
verbo summariè, nume. 15. non autem habet ta-
men locum istud statutum, quando subest aliqua
115 causa † necessaria, Roman. consil.107. num.3.
& 219.num. 8. Roland. à Valle consil. 21. nu.14.
& 15. volum.1.
In verbo arbitrio terminos, & dilationes sta-
116 tuunt] † dic, quod arbitrium iudicis debet re-
gulari secundum qualitatem personarum, & lo-
corū, vt voluit Menoc. de arbit.iud.libr.2.cent.1.
casu 2. nume. 14. & casu 206. nume. 3. & sequen.
& 227.num.7. termini verò, & dilationes duæ sta-
tuūtur in causa ciuili, & prima dilatio datur cum
leui

117 leui causæ cognitione; † secunda datur cũ magna causæ cognitione, & si detur etiam sine causæ cognitione valet; & tertia datur probato impedimento, quod potest probari solo iuramento; quarta verò solet dari in causis pecuniarijs, notat Specul. in tit. de dilat. num. 19. Orian. in cap. quoniam contra extra de probat. tit. de dilat. Marant. in Specul. in 6. parte princip. primo actu versic. de dilat. Asin. in sua praxi, §. 21. ca-
118 pit. j. num. 2. † non tamen conceduntur, nisi parte instante, vt voluit Carpan. ad statuta Mediol. lib. j. cap. 24. num. 15. & seq. Vant. de nullit. ex defectu process. numer. 42. † suntq; conti-
119 nuæ, & veniunt etiam dies feriati, secundum
120 Orian. loco citato, & † omnis dilatio est communis vtriq; parti, secundum auctoritates supra
121 allegatas, † & sunt omnes peremptoriæ etiam quod non dicatur, vt docet Bart. in l. si finita, §.
122 Iulianus num. 9. ff. de damn. infect. † & possunt abbreuiari per Iudicem, postquàm fuerunt concessæ, sic Menoch. in tracta. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 1. casu 52. numer. 14. † & eodem Iure
123 potest prorogari; & ideò bonum est, quod statutum relinquat in arbitrio Iudicis, aliàs si statutum expressisset tempus, vel dilationem, non posset Iudex prorogare, sicuti per multas constat au thoritates, quas adducit, Carpan. ad statu. Mediol. vol. j. cap. 42. num. 40.

In verbo, & sapientem non teneatur dare,] vi-
124 de infra statutum Papiæ 51. in Ciuili, † & quod Iudex non teneatur expectare consilium sapientis, nisi expressè cautum sit per statutum, vt per Bart. in l. 1. §. si plures, ff. de exercit.
125 In verb. venditio fieri possit] dic † quod verbum potest ex sui natura, trahitur ad futura, l. si ita quis vbi glos. & Bart. ff. de leg. 2.

In verb. tam de fictis] vide statutum Papiæ 50.
126 in Ciuili, sed an possit cogi creditor accipere insolutum, vide Salic. in l. eos in fine, C. de execut. rei Iudic. & dicitur infra ad statut. 50.

In verbo, seu fæudis] quomodo potest hoc ha-
127 bere locum in fæudis, † cum prohibita sit alienatio fæudorum, vt toto tit. de prohib. fæud. a-
128 lienat. † & etiam prohibetur fæudum pignora-
129 ri, vt in cap. 1. eod. † tit. imò nec potest in dotem dari, nec pro anima relinqui cap. 1. §. donare in tit. qualiter olim fæud. pot. alien. Huic tamen difficultati responderi posse videtur † pro-
130 hibitionem minimè habere locum in casibus necessarijs, qualis est hæc descendens ex hoc statuto, vel consuetudine, per ea, quæ latè scribũt DD. præcipuè Tiraq. in tract. de legib. connub. gl. 8. in text. de fon. mari num. 196. Roma. cons. 394. Alexand. in l. principalis num. 2. ff. si cert. petat. Curti. Iun. consil. 103. Ruin. consil. 215. volum.
131 secundo, sunt etiam † plures casus, in quibus fæuda possunt alienari, quos recenset Pract. Papiens. in forma libelli quo agitur ad reuocationẽ fæudi, in glo. nec superstitibus, latissimè Rhosental. de fæud. part. j. membr. 1. cap. 9. cum seqq.

In verbo, quàm allodijs] secundum dispositio-
132 nem Iuris communis † dispositum in bonis allodialibus, habet etiam locum in fæudis, quia successiones fæudorum deferuntur ab intestato, sicut successiones aliarum hæreditatum, glos. in
133 cap. 1. in princ. de grad. success. in fæud. † & vbi in fæudis non reperitur specificè determinatum aliter quàm sit per ius commune, stamus et in fæudis dispositioni Iuris communis, cap. 1. de cog. fæud. Alexand. consil. 55. colum. 1. libr. 4. & communem dicit Roland. consil. 57. col. fina: lib. 3. per quæ iura, vide tur concludendũ, quod ex quo per hoc statutum sit aliter dispositũ, quam disponat titulus fæudorum, ideò standum sit dispositioni statutorum, vt scilicet etiam bona fæudalia possint alienari, ex causa necessaria † nem-
134 pè pro satisfaciendo creditoribus, vt disponit hoc statutum; verum his stantibus superflua videtur apposita superior clausula, etiam in fæu-
135 dis, quia † frustra exprimitur, quod tacitè intelligitur, l. 3. vbi Bart. & omnes, ff. de leg. primo, & l. non rectè, C. de fideiuss. l. vnum ex familia, §. j. ff. de leg. 2. l. quæsitum, §. fin. ff. de dist. pignorũ; tollitur tamen hæc difficultas fœdere distinctionis, quam facit Bald. in cap. cum
136 ordinem colum. 6. de rescript. vbi † vult quod si loquamur de expressione relatiua, illa nihil operetur, iuxta l. 3. ff. de leg. primo, sed si loquamur de expressione dispositiua, vt in casu isto, tũc potissima illa sit ad operationem, pro vberiori vero resolutione huius materiæ, quatuor alios casus recenset Camill. Gallin. in tracta. de verb. signif. libr. j. cap. x. nu. 11. & 12. post Rip. auum mihi maternum in l. 3. num. 36. & seq. ff. de leg. primo; primus est quando exprimitur, id quod non ex necessitate, sed ex voluntate inest, secundus quando id quod inest alio modo exprimitur, quàm inest; tertius quando expressio fit in fauorem exprimentis; quartus vt expressum non gaudeat amplius taciti priuilegio.

In verb. sine denunciatione, vel requisitione] hoc videtur appositum propter conuenientiam, quam habet fæudum, cum emphiteusi, † & sicut
137 emphiteota volẽs alienare tenetur in primis denunciare domino, & illum requirere, iuxta dispositionem, l. 2. vbi Ias. & alij, C. de Iure emphit. sequitur statutum Papiæ 77. in Ciuili; sic etiam
138 videtur dicendum † in Feudatario, per text. in cap. imperialem, §. primo, Euerard. in toppica legali, loco à feud. ad emphit. & de emphiteusi, ad feudum, vbi latè proindè volens statutum occurrere huic difficultati, propterea adhibuit hãc clausulam.

In verb. etiam si pactum esset in contrarium]
139 † hoc pactum in contrarium fieri potest inspe-
140 cta iuris communis dispositione, † quia potest quilibet renunciare fauori suo, l. si quis in conscribendo ad finem, C. de pact. Felin. latè in cap. si diligenti num. 1. de foro compet. ideò pacisci
141 licet, & valet pactũ, † nè quis possit offerre, nec dare teneatur bona insolutum, vt notat Cott. in memor. verb. solui non potest versic. ex ista regula; præcipuè si pactum sit de soluendo in pecunia, vt notat Pract. Papiens. in forma resp. libelli in actio. hyppothec. versic. exceptionem num. 4. vbi subdit etiam certas limitationes, & limitando prosequitur decis. Perus. 64. num. 9. & 10. & decis. 65. num. 6. & 7. part. 2. Bursat. consil. 84. num. 29. & 30. volum. 1. Guid. Pap. singul. 885. Ve-
142 rum hæc licet sint vera de iure communi, † tamen locum non habent stante hoc statuto cõtrarium disponente, & derogãte huiusmodi pacto, & resistente actui à principio, cui ideò statuto re-
143 nunciari non potest † per partes, etiam si pactum esset iuramento vallatum, ex ijs quæ tenent Ias. in rubr. nume. 28. Instit. de action. & in l. 1. num. 17. C. de pact. Borgnin. decis. 21. num. 66. Alciat. consil. 72. numer. 4. Borgnin. de Tutore num. 314.

num. 324. ad finem, Osasc. decis. 166. num. 7. & decis. 177. num. 17. & 18. quos sequitur Carpa. ad statuta Mediol. volum. 1. cap. 305. nu. 6. cum seq. & cap. 163. num. 20. volum. primo, vbi etiã adducit plures casus in quibus potest cogi credi-
144 tor accipere insolutũ bona; † & cogi etiã possit debitor tradere mobilia, & in specie bona assignare, transferre dominium, & instrumenta demonstrare, & alia plura tradit videnda vt ibi.

In verb. sit tamen dominis etiam non compa-
145 rentibus ius saluũ,] † & si aliter disponeret statutum non valeret per quod tolleretur ius vni, & daretur alteri, vt decidit Osasc. decisio. 169. nume. 22.

In verb. addentes, quod liceat, & licitum sit debitori eiusque hæredibus, & cuilibet] aduerte,
146 quia non dicit de habentibus causam à debitore, quia tale priuilegium est personale, demonstrans certas personas; propterea non potest cedi Alexand. in l. j. §. fina. in 3. not. ff. de nou. oper. nunti. Ias. ibidem in 3. colum. in fine, Bald. in l. per diuersas quæst. 17. C. mandati, Tiraquel. de retract. lignag. §. 36. glo. j. nume. 61. & seq. vbi à num. 45. vsque ad numerum 91. ponit prohibita cedi, & in glo. 2. dicti §. 36. ponit omnia quæ cedi possunt.

In verbo, & cuilibet de sua parentella] hoc sta-
147 tutum † facultatem luendi debitum dans illis de parentella valet, vt habetur in cap. cõstitutus extra de in integr. restitut.

148 Imò † si statutum solum disponeret, quod si res vendatur, proximior illam redimere possit refuso prætio, adhuc haberet locum in datione insolutum, ita Dec. consil. 586. num. 9. quem refert, & sequitur Asin. de execut. sent. §. 7. cap. 257. nu. 3.

149 Sed quæritur, † numquid si vxor vsufructuaria omnium bonorum repetit dotem ab hæredibus mariti, & tamen obtinuerit fundum insolutum iuxta istud statutum, an hæres vel illi de parentella valeant redimere illum fundum; dic quod possunt, ex isto statuto; an tenebuntur ad vsumfructum illius fundi, prout præstabatur antequàm insolutum dationem obtinuisset, dic quod sic; ita Castr. consil. 388. alias 389. incipiente videtur dicendum.

150 Iuxta hoc quæro † numquid datio insolutum de bonis locatis, vna cum fructibus noceat conductori cui bona reperiuntur locata, & dic quod nõ quando fructus sunt à solo separati, si autem non sunt separati, tunc conductorem opportet, opponere de iure suo, ita Asin. in §. 4. cap. 55.

151 Sed quæritur, † numquid istud ius luendi competens debitori, & cuilibet de parentella, possit cedi extraneo, vide Bald. post Cyn. in l. 3. C. commu. diuid. Castr. cons. 45. alias 85. incipiente videtur dicẽdum adde Barbat. cons. 50. colum. 21. & seq. in prima parte, & in cap. primo, de Iudic. & vide latissimè Tiraquel. de retract. lignag. §. 25. glo. 1. quasi per totum, vbi firmat regulam negatiuam, istud ius minimè cedi posse in extraneũ, & ibi plures ad hoc more solito congerit, quos non refero cum habeas locum plenissimum; quod tamen se-
152 cus est in pacto de retrouendendo, quod benè † per venditionem cede potest in extraneum, vt latè per Cagnol. in l. 2. quæst. 1. num. 36. C. de pact. int. empt. & vendit. quod secus est in casu huius nostri statuti, quod fauore illorum de parentella in-
153 ducit ius luendi, † quo casu si posset cedi in extraneum, eis fieret præiudicium, quorum fauore est introductum, Cagnol. in d. l. 2. num. 37. versic. non obstant in oppositum.

154 Quæritur etiam, † duo dederunt insolutum cũ pacto luendi, vnus eorum vult redimere partem suam, alter non vult, numquid emptor possit cogi ad retrouendendum, dic quod non; Bart. in l. qui vsumfructũ, ff. de vsufru. leg. & omnes in eo transeunt, & sequitur Asin. post Tiraq. Cagnol. & alios in d. §. 7. cap. 284. & vide eundem Asin. §. 2. cap. 62. Cagnol. in l. 2. nume. 102. cum seqq. quæst. 22. C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraq. de retract. lignag. §. 23. gl. prima, vbi plura in proposito, & §. 1. glo. 6. num. 37. de retract. conuent. D. Cost. de portio. rat. quæst. 135. num. 8. & seq.

155 Sed maius dubium est, † quando vnus ipsorum vellet totum redimere, offerendo totum prætiũ, quo casum, vide per Socin. in l. prima. §. sed & quoties, ff. ad trebell. & latissimè in l. stipulationes non diuiduntur, vbi Ias. colum. 22. ff. de verb. oblig. dicit quod potest, præstita tamen cautione de restituenda altera parte, alteri socio, & sequitur Cagnol. in l. 2. num. 103. quæst. 13. C. de pact. inter empto. & vendit.

156 Et scias, † quod hoc casu, quando vnus tãtum redemit, tenetur alteri debitori suam portionem debiti soluendi pro sua portione relaxare, Asin. d. §. 7. cap. 285.

Quid si fuerint datæ duæ res insolutum vendi-
157 tori, separatim, & diuiso preti o æstimatæ, modo debitor, vel aliquis de parentella, vult redimere vnam rem, sine alia, vide Ias. in l. stipulationes nõ diuiduntur colum. 13. ff. de verbor. obligat. vbi dicit debitorem, non posse vnam, sine alia redimere;
158 quia debitum est indiuiduum, † in quo debitor non potest pro parte soluere inuito creditore, l. tutor, §. lucius, ff. de vsur. l. quidam æstimauerunt, ff. si cert. pet. latè Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. glo. prima, & secunda, per totũ, Boer. decis. 251. Fachineus lib. 2. controuers. iur. cap. 41. Magon. Rot. Florent. decis. 28.

In verb. infra vnum annum] hoc etiam tempus limitatum erat de iure communi, Dec. consil. 275. in fine, vide Ias. in l. 2. num. 23. C. de Iur. emphit.
159 † & quid si illi de parentella ignorauerint, an currat tempus, vide Afflict. de iure prothomis. §. vt facto publico proclamate, Deci. cons. 222. colum. 3. Socin. Iun. consil. 22. per totum maximè col. 1. volum. 1. abundè Tiraquel. de retract. lignag. §. 35. glos. 4. per totam, vbi diserit quæ tempora ignoranti currant, & quæ non.

160 Sed quæritur † numquid durante anno luendi in hoc statuto, possit creditor incidere arbores existentes super isto fundo insolutum dato, vide quæ notantur ad Bart. in l. 2 C. de pact. inter emptor. & vendit. Cæpol. in Tracta. de seruit. rust. præd. in Tit de montibus, vbi tenet quod nõ, Tex. in l. eleganter, § non solum, ff. de dol. Cagnol. in l. 2. num. 256. quæst. 95. C. de pact. inter emptor. &
161 vendit. vbi in simili † quærit de emẽte viuaria, in quibus færæ viuæ pascuntur cum pacto retrouendendi, an durante termino possint occidi, & concludit posset occidi færas, & sufficere eundem numerum fætarum venditori assignare, quæ fuerant venditionis tempore, facit Tex. in l. vsufructuarium, §. in viuarijs, ff. de vsufruct. per quem
162 Tex. eidem † vsufructuario permittitur, & circa primam quæstionem de emente syluam cum pacto redimendi, an possit eam extirpare, vide eundem Cagnol. in d. l. 2. q. 54. nu. 82. † quando aũt
163 inci-

incipiat annus, de quo hic, an à die publicati cōtractus, vide Alex. conf. 24. per totum, volum. 4.
164 † quando autem ab ista insolutum datione appellatur, an iste annus currat interim, vide Alex. conf. 36. vol. 4. & infra dicetur in verbo, appella-
165 re, & currit etiam ignoranti, Alex. in l. fin. C. de dolo, & an currat dubitanti, vel alias impedito, vide Bald. in l. quæ maioris, ad finem, C. de
166 inoff. test. † & an currat minori, Abb. in c. constitutus, col. 2. extra de in integr. rest. & ratio
167 istius statuti fortè est, † quia debitor grauatur, nam cogitur inuitus alienare, contra l. nec emere, C. de iur. delib.. & quia cogitur aliud pro alio soluere, contra l. si res, vbi Bart. ff. de leg. primo, ideò in recompensationem disposuit debitorem posse luere, secundum Bald. in l. fin. cum ibi per modernos notatis, C. de dolo.
168 In vebo, addentes] vide tex. in cap. constitutus, de in integr. rest. vbi Abb. & hoc † statutum non compræhendit clericos; Soc. conf. primo, in 2. quæst. vol. 2. Dec. conf. 275. num. 5.
In verbo, quod tunc facta oblatione] vide quæ notantur per Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 21. in fine, ff. de verb. oblig. Scias tamen,
169 quod est vtilis † oblatio prætij, nam post oblationem, iste, cui insolutum res data est, tenetur ad fructus perceptos per offerentem, prout in si-
170 mili dicimus de venditore, cum pacto retrouēdendi vsq; ad certum tempus, quia si post factam oblationem pretij fuerit in mora restituendi, tenetur etiam ad restitutionem fructuum ex fundo perceptorū, ità Cagnol. in d. l. 2. in vlt. not. num. 28. vers. octauo nota, C. de pac. int. empt. & vend.
171 vbi nu. 98. in 10. quæst. limitat † non procedere in hærede illius, cui factum fuit pactum de retrouendendo, quia non tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum post factam oblationem, nisi eidem hæredi de dicto pacto facta prius fuisset fides per instrumentum, vel per testes, cum alias eorum, quæ cum defuncto facta sunt, iustam habeat ignorandi causam, l. qui in alterius, ff. de reg. iur.
172 In verbo, appellare, & de nullitate opponere] nota, quod dum † statutum permittit appellationem à datione insolutum, in hoc est conforme cū iure communi, Soc. sen. conf. 132. num. 2. vol. primo, Magon. Rott. florent. decis. 132. nu. 10. & seq. Afin. in tract. de execut. §. 7. cap. 280. in fine, Plot. in repet. l. si quando, num. 526. C. vnde vi, D. Costa in suo tract. de portione rate, quæst. 154. num. 7. vbi num. 10. declarat hoc nostrum statutum, dum permittit vtriq; parti semel appel-
173 lare à datione insolutum, † vt interim maneant omnia in suspenso, ita quod creditori non liceat
174 variare, nec redire ad primeua iura, † imò pendente tempore appellationis stet in suspenso annus datus à statuto nostro ad redimendum, bona data insolutum, vel aliter subhastata, qui incipit currere dumtaxat à die sententiæ dationis insolutum, & ad hoc allegat, Crauet. conf. 66. & Plot. in d. repet. l. si quando, num. 526.

De condemnationibus expensarum viribus præturæ, siue quas soluerit vnus pro altero, firmis tenendis, & exequendis, exceptionibus iuris, & facti remotis. Rubr. 49.

Item statuimus, quod si de cætero contingerit fieri condemnationem expensarum, quæ condemnatio expensarum facta fuerit pro expensis solutis per partem aliquam pro altera parte, siue viribus præturæ, quod idem censeatur; non possit, nec valeat condemnatus in eis, & pro eis appellare, vel annullare, seu nullam dicere, nec in integrum restitutionem petere, nec sapientem postulare, nec sapientis consilium sibi dari. Sed appellatione, nullitate, in integrum restitutione, sapientisq; consilij petitione, & alijs quibuscunque non obstantibus iuris, vel facti pro dictis expensis, omnibus, & singulis iuris remedijs, Iusdicens teneatur, & debeat ipsum condemnatum cogere realiter, & personaliter ad dictas expensas restituendum victori nulla exceptione obstante, & non obstante aliquo statuto de iure in contrarium faciente. Facto prius præcepto ex parte Iusdicentis debitori de soluendo dictas expensas infra tertiam diem: quo termino elapso fiat, & obseruetur vt supra.

Summarium ad Statutum 49. in Ciuilibus.

1 Doct. videndi circa hoc statutum.
2 Executio sententiæ an impediatur per exceptionem nullitatis remissiuè.
3 Nullitas notoria nunquam censetur reiecta.
4 Exceptio proueniens ex eodem fonte, vndè manat petitio semper opponi potest.
5 Idem in exceptione inadimplementi.
6 Simile in exceptione rei non traditæ.
7 Venditor, & si constituat se emptoris nomine possidere, non tamen liberatur a vera, & effectuali traditione.
8 Constitutum non transfert veram traditionem.
9 Idem, si res aliena scienter vendatur.
10 Venditori agenti ad pretium obstat exceptio rei non traditæ.
11 Venditor potest iuditio pendente rem tradere.
12 Venditor non habens facultatem rei tradendæ, tenetur ad interesse.
13 Appellatio à condemnatione salarij non datur.
14 Salarij taxatio fit secundum consuetudinē locorū.
15 Salarium, quid sit, quomodo debeatur, ac quando remissiuè.

16 Sala-

16 *Salarium ex Nou. Mediol. Constitut. non potest ducentos aureos excedere pro qualibet sententia*
17 *Vbi plura respectiue copulantur ad vnum effectũ, loco vnius habentur.*
18 *Sententia super pluribus rebus, simul, & eodem libello petitis, & prosecutis, vnica dicitur, ad effectum salarij constituendi.*
19 *Connexorum vnum, & idem est iuditium.*
20 *Plures summæ ex diuersis speciebus debitæ si vnica actione cumulentur corã eodem Iudice, vnius summæ nomine continentur.*
21 *Pactorum uis, & virtus.*
22 *Locatio facta per tria triennia successiua, tribus diuersis personis, si vnicũ sit confectum instrumentum, pro vnica habetur.*
23 *Stylus Papiæ seruat cumulari, res & summas petitas coram eodem Iudice, ad salarium constituendum.*
24 *Obseruantia fori, hominum dispositiones, & legũ declarat.*
25 *Salarium Iudex à se ipso taxare nequit, sed per actuarium.*
26 *Stylus Curiæ seruandus est.*
27 *Salarium pro articulo iuris, est solum aurei vnius.*
28 *In reditione rationis articulo, nil certi dicitur deduci.*
29 *Salaria plura ex pluribus capitibus debentur, quando plures sunt personæ in iudicio.*

1 Irca materiam huius statuti, vide Fulgos. cons. 167. colum. 2. versic. circa secundum, & quærit, quando sententia esset nulla, an ista nullitas censeatur reiecta à statuto, & quid in sentẽtia nulliter lata ab ordinario, vel delegato, vide Alex. in l. 4. §. con-
2 demnatum, ff. de re iudic. vbi latissimè tractat, † quãdo executio sententiæ impediatur per exceptionem nullitatis, non refero, cum ibi sit locus ordinarius, & plenissimus est locus Caroli Grassi in tract. de except. cap. 20. per totum, & dixi supra ad statut. primum.
3 In verbo, nulla exceptione obstãte] nota, † quod statutum excludens exceptionem, non videtur excludere exceptionem notoriam nullitatis, etiã si statutum diceret, quod nulla posset opponi exceptio, Bart. in l. diuus, ff. de milit. test. & in l. pri. §. & si parui, ff. quod vi, aut clam. Alex. cons. 33. num. primo, vbi Appost. ad eũ, lib. primo. Grass. dicto cap. 20. num. 4. & seqq. vbi alias tradit declarationes.
4 † Amplia, vt nec etiã videatur vigore huius statuti, exclusa exceptio procedens ex eodem fonte, ex quo procedit petitio, Paul. in auth. præsente, C. de exceptio. Alex. cons. 95. nu. 2. vbi Appost. ad eum, & cons. 119. num. 2. vbi Appost. lib. 2. Grass. de exception. capit. 13. colum. prima, & seq.
5 † Item non intelligitur excludere exceptionem, non adimpleti contractus, Bald. in l. si causam, circa finem, C. de execut. rei iud. Alex. d. cons. 119. num. 2. Grass. d. cap. 13. num. 37. & seq.
6 Item non intelligitur † exclusa exceptio rei non traditæ, Alex. d. cons. 119. nu. 2. vbi Appost. & scias, quod venditor tenetur ad traditionem veram, & effectualem, l. ex empto, in principio, ff.
7 de act. empt. & † licèt venditor constituat se possidere nomine emptoris, non tamen liberatur à
8 traditione, † cum hæc non dicatur vera traditio, glo. in l. ab emptione, vbi Bald. & Castr. nu. 20. ff. de pact. Alex. cons. 28. num. 7. vbi Appost. lib. 2. Bertazzol. de claus. instr. clausul. 41. gl. 3. nu. 2. Ozasch. decis. pedem. 35. Roll. à Vall. cons. 51. num. 15. volum. 2. & cons. 53. num. 3. cum seq. lib. primo, Borgnin. decis. 44. nume. 101. parte prima.
9 † Amplia idem si sit facta venditio rei alienæ scienti, nam tunc venditor etiam tenetur ad traditionem, Alexand. cons. 69. ante num. primum, lib. 4.
10 † Amplia etiam adeò procedere, vt venditori agenti ad prætium rei venditæ obsit exceptio rei, non traditæ, l. ædiles, §. fin. ff. de ædilit edict. Natt. consil. 305. num. primo, lib. 2. Grass. latè dicta except. 13. post Mascard. & alios.
11 Intellige tamen, † vt possit hoc casu venditor pendente iudicio facere traditionem, & tali casu iudicium reconualidatur, Alex cons. 27. lib. primo, cum alijs, de quibus per Menoch. de arb. iud. q. 16. num. 6.
12 † Limita hanc regulam, quando venditor non haberet facultatem rei tradendæ, nam tunc tenetur ad interesse erga emptorẽ, l. si traditio, C. de act. empt. Alb. cõs. 268. nu. 2. Menoc. de arb. iud. cas. 120. vbi docet modum probandi dictum interesse. plura alia circa hanc materiam, videas latè per Carpan. ad statuta Mediol. vol. primo. cap. 42. & per Ant. de Canniro. in suo tract. de execut. instrum. per totum, & vide quæ dixi sup. ad statut. 6. in ciuili, & ideò omitto hic, cum non iuuet repetere, Grass de except. cap. 13. num. 7.
13 Dum verò statutum disponit non dari appellationem pro expensis solutis per alteram partem pro uiribus præturæ, † hoc etiam iure communi cautum est, vt per D. Cost. de portion. rat. q. 86.
14 num. 6. & seq. † & ista salarj taxatio fieri debet secundum consuetudinem locorum, Bertazzol. cons. crimin. 81. num. 3. & seq. & cons. 180. nu. 2. & seq. lib. primo, & de istis sportulis, † ac sala-
15 rio quid sint, quomodo debeãtur, & quãdo, tradit Roll. à Vall. cons. 87. lib. 2. Granut. Theorem. 12. Surd. cons. 42. num. 17. sed contingit, quandoq; Iudices sportularum salarij consueti non esse contentos, vndè habui ego in facto, & obtinui non posse salariũ ducentum aureos excedere, etiam si plura capita in eodem libello sint proposita inter easdem personas, stantibus Mediolani Constitutionibus, tit. de sportul. quibus est cautũ pro qualibet sententia, salarium non posse metam ducentum aureorũ excedere, in causa inter I. C. D. olim Auditorem meum Io. Vicecomitem Vicarium Prætorium Papiæ, de anno 1612. in quẽ cum Dñi Iacobus Antonius, & Petrus Andreas fratres de Bosco, litẽ haberent inter se, super quadam primogenitura, quæ salarium per se ducentum aureorum expostulabat, nec non respectu redditionis rationis, & administrationis bonorũ, ac dotis petitæ, & implicationis fructuum annorũ 20. valoris libr. 20 mille, & multarum aliarum prætensionum, de quibus, cum post latam sententiam in causa primogenituræ eidem I. C. D. Vicecomiti fuisset commissa causa appellationis, & aliæ omnes differentiæ in ipsum, prætendente ipso, vltra scuta ducentum, contrarium verò prætendentibus dictis fratribus; re in Senatum deducta, iudicauit, vt infra; ego qui tuebar partes ipsorum fratrum; ijs seq. sum motus fundamẽtis.

Salarium vltra summam ducentorum aureorũ iã persolutã per DD. Fratres de Bosco eruditiss. I.C.,

I. C. olim Vicario Prætorio Papiæ D. Ioanni Vicecomiti minimè vltra dictam summam debitum esse crediderim.

Primo, quia cum ex Nou. Mediol. Constitut. cautũ
16 sit non posse pro qualibet sententia salarium excedere metam ducentorum aureorum, videtur superfluum hæsitare, in casu aũt nostro vnicam esse sententiam inter easdem partes, probatur ex pluribus.

Primo, quia vnicum factum fuit compromissum omnium causarum, tam appellationum, quam nouiter in compromisso deductarum inter dictos fratres vertentium, pacto quod vnica sententia omnia debeant terminari, ecce agi de vnica sententia, ita vt versemur in casu ipsarum Constitutionum, & cui conueniunt verba, dubio procul conuenit, & dispositio, l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. & licet procedendi modus in ipso compromisso fuerit distinctus, nempè, quod in causa appellationis de iure tantum procederet, in alijs vero de facto, & de amicabili compositione, non ob id tamẽ desinit esse vnicum compromissum, & vnica sen-
17 tentia omnia terminanda, † vbi enim plura respectiuè copulantur ad vnum effectum, loco vnius habentur, l. si hæredi plures, ff. de condit. institut. l. scire debemus, ff. de verbor. obligat. & vbi duo propter vnum, ibi vnum tantum iudicatur. Menoch. de arbitr. iud. cas. 95. num. 5. & 19.

Nec ob id, etiam quod in petitione plura adsint petitionum capita inter dictos fratres hinc, & inde cumulata, dici potest sententiam nõ esse vnicam;
18 † quia sententia super pluribus rebus simul & eodem libello petitis, & prosecutis, vnica dicitur ad effectum saltem de quo agitur, vt vnicã summam ex omnibus cumulatis dicatur continere, Castr. consil. 164 in casu præmisso num. 3. lib. 1. concludens quod licet plures sint accusationes, si tamen vnica est prosecutio, & vnum iudicium, omnes illę accusationes habentur pro vna, vt sic fiat accumulatio de omnibus summis, ac si vnica tantum accusatio fuisset porrecta propter simultaneam prosecutionem factam eodem tempore super omnibus, tota namq; causa ratione connexitatis petitionũ,
19 & capitulorum dicitur vna, nam † connexa vnum & idem reputantur, idemq; omnium est iudicium, cap. translato de constit. Bart. consil. 150. cum prædicta examinare, Surd. cõsil. 338. nu. 3. facit Doctr. Bart. in l. si idem, ff. de iurisd. omn. iud. volẽs quod
20 si † plures summæ ex diuersis speciebus debeantur, si vna tamen, & eadẽ actione comprehendantur, vnius summæ nomine censeri si coram eodem iudice petantur, attẽditur namq; petitio, non aũt singula corpora Putheus decis. 323. lib. 1. idẽ pluribus auctoritatibus, & rationibus comprobauit Hieron. Gabr. cons. 56. quæstio proposita num. 2 lib. 1. citans in id Bart. Bald. Angel. Imol. Alex. & Ruin. Bursat. consil. 219. num. 7. & seq. lib. 2.

Secundò, idq; etiam magis comprobat pactum inter dictos fratres initum in eodem instrumento compromissi dictarum differentiarum inter se vertentium, quod scilicet omnes differentiæ vnica sententia terminentur, quod pactum ab eodem I. C. D. Vicecomite acceptatum, & executioni missum, dum acceptauit compromissum cum omnibus in eo contentis, & vnica sententia omnia compræ-
21 hendens iudicauit, quanta autem sit † pactorum vis, & natura, norunt omnes, cum Dei verbum dicatur, verbum illud pacta seruabo, teste Bald. in rubr. de constitut. & pactum derrogat etiam naturæ feudi Bero. consil. 79. num. 5. lib. primo, & qui petit pacti obseruantiam, habet intentionem fundatam, etiam si esset contra naturam contractus, Surd. abundè decisio. 260. num. 12. & seq.
22 Hinc dixit Francis. Bec. consil. 92. num 17. † locationem factam per tria triennia successiua tribus diuersis personis, pro vna haberi si vnicum sit confectum instrumentum, & vnicus actus interuenerit, nec ob id pensionum distinctionẽ esse considerandam.

Vndè non potest D. Vicecomes dicere tot esse sententias quot capita, seu petitiones cum præter ea quæ supra diximus, pactum ipsum tollat omnem amaritudinem, & dum compromissum acceptauit, illud vidit, nouit, & executus est.

Tertiò magis atq; magis id elucescit ex stylo, & obseruantia in foro Papiensi communiter inter Do-
23 ctores recepta, & seruata, † quod scilicet vbi agitur inter easdem personas, actorem scilicet, & reũ ad salarium constituendum in proferendis sententijs, coaceruatio, & cumulatio fit omnium rerum & bonorum, & summarium hinc indè petitorum, etiam si adessent mille petitionum capita, quorum vnumquodq; per se salarium ducentorum aureorum exigeret, vnicum tamen præstatur salarium, quod metam aureorum ducentum minimè excedit, vt ex fide Iurisconsultorum Collegij DD. Iudicum Papiæ authentica dictæ obseruantiæ Excellentissimo Senatui exhibita constat.

Indè sequitur, quod quicquid de iure disceptari pos-
24 sit, † fori tamen obseruantia vnde ius oritur cuicumq; siue legis, siue hominis dispositioni intellectum præbet Franc. Bec. consil. 101. nu. 49. & pro lege est seruanda Decian. responso 124. num. 41. volum. 1. Rimin. Iun. consil. 814. num. 56. volum. 7 Honded. consil. 92. num. 27. & seq. libr. primo. & consil. 60. num. 11. libr. 2. diciturq; omnium interpretationum reginą, vt per Surd. consil. 362. numer. 10.

Quartò, vbi aliquod salarium sibi deberi vltra metam ducentorum aureorum prætendebat I. C. D. Vicecomes vtiq; id partibus antè sententiæ prolationem denuntiare, & significare debebat,
25 Vel iuxta stylum curiæ Papiensis curare, † vt actuarius causæ citatis partibus illud taxaret, non autem à se ipso taxare in aureis centum, vt fecit in sua sententia, vltra dictos aureos ducentum iã receptos, tum quia in causa propria nemo iudex existit, l. qui iurisdictioni, ff. de iur. omn. iud. l. vnic. C. ne quis in causa propria; etiam aduersario
26 volente, Capic. decisio. 124. num. 2. † tum quia stylus curiæ in quo quis degit seruandus est, alias actus est nullus, Ozasch. plura decisio. 22. num. 6. Surd. decisio. 175. num. 10. nec in foro Papiensi vnquam, vel alibi visum fuit Iudices à se ipsis salarium taxare, & nunc etiam vltra dictos aureos centum per se taxatos vltra dictam summam multò plus prætendere,

Quintò vbi de alio salario agi posset vltra summam ducentorum aureorum vti Iudici appellationis debitorum, cum primus Iudex I. C. D. Landrianus idem solum habuerit, adhuc I. C. D. Vicecomes ex articulo deciso in controuersiam deducto, an reddenda sit administrationis ratio, super quo iudicauit simpliciter reddendam rationem, non pos-
27 set nisi solius aurei salarium cõsequi à partibus, † quod præstatur, & præstari solet Iudicibus articulum solum decidentibus, vt indistinctè obseruatur in Iudicibus Indicatibus an causa sit compromis-

 sibilis,

sibilis, an appellabilis, an tutor quis esse possit, in his enim causis dicitur agi de vno articulo tantũ iuris, vt in petitione compromissi firmat Bald. in l. si ex causa, ff. de mino. & consil. 173. nu. 4. libr. 2. Ias. in l. pen. num. 22. C. de pact. & consil. 26. in fin. lib. 1. & vbi aliqua non requiritur probatio, nec quid certi est in iudicio deductum, vt hic, dicitur agi solum de iuris articulo, cap. sæpe in verbo iuris quæstio, vbi Doctor. de appell. Emil. Ferret. consil. 40. num. 4. cum igitur in hoc articulo an sit red denda ratio, nil certi sit petitum, & simpliciter agatur de iuris articulo non potest prætendi salarium excedens aureum.

Nec valet dicere in redditione rationis comprehen-
38 di omnia bona, & reliquata restituenda; † Nam pro responsione dicitur hoc pendere a futuro euentu, qui non est in iudicio, cum possit esse, vel non esse debitor, nec possit sciri quid adhuc certi sit petitum, & tamen sententia debet esse super certo, §. curare, Instit. de actio. & possit etiam lata sententia petere, vel non petere redditionem rationis. Crau. omnino videndus in puncto cons. 231. num. 2. & 5. versic. 3.

Secundò, si hoc verum esset, sequeretur etiam super articulo an causa sit appellabilis, siue compromissibilis, & similibus, salarium posse auri metam excedere, cum corã Iudice articuli cadant omnia quæ in compromisso, vel appellatione sunt deducenda virtualiter, & tamen id non attenditur, sed soluitur solum nummus aureus pro salario, & taxatio alterius salarij vltra aureum fit deinde iuxta petita coram arbitro, vel iudice appellationis, vt notissimi iuris est, & obseruantiæ.

Tertiò sequeretur pro eadem re quatuor, aut sex esse soluenda salaria, attento valore bonorum, nam super articulo possunt ferri duæ sententiæ cõtrariæ, & tertia confirmans alteram earum, & sic tria essent salaria, super vniuerso valore bonorũ adhuc in iudicio non deductorum, & totidem deinde essent persoluenda iudicibus, qui rationes super certo valore excuterent, siue agatur de compromisso, siue de appellatione, siue de reddenda ratione: quod absurdum videtur, & à iure reprobatum, l. nam absurdum, ff. de op. libert.

Non obstat, quod dicitur adesse Sen. Excellentissimi decretum, mandans plura salaria deberi, iuxta petitionum capita in iudicio cumulata.

39 Nam loquitur decretum, quando † plura capita per diuersas personas in iudicio cumulantur, tunc enim fatemur ratione personarum diuersum ius metientium plura deberi salaria, vt fit in causis contradictionum Bald. in l. ordo sub num. 8. vers. quæro de duobus, C. de execut. rei iudic. Gabr. cons. 56. num. 16. lib. 1. tot enim sunt petitiones, quot personæ, siue agentes, siue conuentæ, & plures etiam sunt ferendæ sententiæ, & vna vno, alia alio modo potest ferri Petr. Cabal. in puncto consil. 31. nu. 3. & 4. omninò videndus allegans Bald. Dec. Socin. & alios; secus vbi agitur de pluribus capitibus ab vna tantum persona cumulatis, quia nõ potest iudex contrarias ferre sententias in eodem subiecto, eodem tempore, l. eum qui ædes, ff. de vsu cap. Et ex his creditur non posse D. Vicecomitem quicquam vltra ducentum aureorum summam iam receptam pro salario prætendere,

Fuit per Senatum Excellentiss. ad mutuas preces decretum, deberi vnicum salarium pro primo capite petitionis bonorum primogenituræ, nec nõ pro secundo cap. fructuum annorum viginti non implicatorum, ac etiam pro tertio capite reintegrationis bonorum alienatorum Turris de Nigris.

Quo vero ad caput petitionis dotis, nec non pecuniarum expeditarum per Iacobum Antonium nomine fratris, ac etiam pro capite reunionis bonorum iam maturatorum, quæ erant 4. 6. & 8. caput prætensionis D. Vicecomitis, deberi salarium.

Quo verò ad quintum caput petitionis redditionis rationis, ac septimum damnorum ob non factam redemptionem bonorum D. Pyrrhi, solum deberi honorarium, ita referente Perillust. D. Senatore Io. Baptista Trotto die 16. Februarij 1615.

Quod creditores accipere possint insolutum dationem in fictis. Rubr. 50.

ITem statuimus, quòd creditores accipere possint à Vicario domini Potestatis Papiæ, & à Iudicibus rationis Communis Papiæ insolutum dationem de bonis, & rebus debitorum suorum, de quibus fictum debeatur, etiam irrequisitis dominis, in tantum scilicet, quòd ob hoc res non aperiatur ipsis dominis: præferantur tamen ipsi domini coram dicto iusdicente in emptione ipsius rei, si protestati fuerint ipsam rem habere velle pro pretio pro quo fuerit estimata, & pro tanto minori, vt continebitur in inuestitura; Et de ipsa re vsquè ad quindecim dies tantum, postquam dominus protestatus fuerit dictam emptionem habere velle. Et quòd facta insolutum datione ipsi creditori dominus prædictus vsq; ad quindecim dies, postquam ad eius notitiam peruenerit dictam insolutum dationem fore factam, possit rem prædictam, de qua sibi fictum præstatur, recuperare, & habere pro illo pretio pro quo dictus creditor ipsam habuit, Et teneatur ipse creditor ipsam rem pro dicto pretio vendere, & tradere dicto domino, & ei de euictione promittere pro se & suo facto, & dato tantum, & cartam venditionis fieri rogare expensis omnibus ipsius domini. Quæ si facere recusauerit dictus creditor, facta per dominum oblatione, & consignatione, & deposito, quòd ipsa venditio, & traditio pro facta habeatur, & teneatur auctoritate præsentis Statuti.

SVM-

Summarium ad statutum 50. in ciuilibus.

1 *Æstimatio in insolutum datione, an fiat secundum valorem rei, an secundum pretium oblatum.*
2 *Emphyteota vendens, vel alienans irrequisito domino, cadit à iure suo.*
3 *Dominus potest de re alienata ipso irrequisito, alterum inuestire primo emphyteota non citato.*
4 *Fallit in alienatione necessaria.*
5 *Alienatione prohibita, non venit alienatio necessaria.*
6 *Dominus in venditione facienda per emphyteotã præfertur omnibus alijs.*

AD hoc statutum, vide supra dicta latè ad statutum 48. vbi plenè.

1 In verbo, pro quo fuerint æstimata] an † ista æstimatio fiat secundum iustum prætiũ, vel valorem rei, an secundum, quod ab alijs reperiretur, vide Ias. in terminis statuti, in l. qui Romæ, §. cohæredes, in fine, ff. de verborum oblig. vbi concludit deberi prætium, quod ab alijs offertur, & non est nouum, quod vnum statutũ ab alio declarationem recipiat, sed supra in statuto 48. insolutũ datio datur plus offerenti, ergo, & in hoc statuto.

In verb. quod ob hoc res nõ aperiatur ipsis do-
2 minis] de iure communi † numquid vendens rẽ emphiteoticam, vel alienans irrequisito domino, cadat à iure suo, dic quod sic ipso iure, regulariter l. fin. C. de iur. emphit. cap. potuit de locat. & con-
3 duct. quod adeò verum est, † vt dominus possit alium inuestire primo emphiteuta non citato. Bald. in cap. quæ in ecclesiarum num. 31. extr. de const. Alexand. consil. 44. num. 1. cum seq. lib. 3. Ias. consil. 138. libr. 1. Corbul. de iur. emphit. tit. de causa priuationis ob alienationem irrequisito domino factam ampliat. 53.

4 Fallit tamen in alienatione necessaria, prout in hac datione insolutum facta à Iudice, in qua potest fieri alienatio etiam irrequisito domino, vt latè per DD. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damn. infect. & per Corbul. in d. tit. de caus. priuat. ob alienat. irrequisito domino factam limit. 19. vbi hoc latè declarat, ampliando, & limitando, & in hoc statutum nostrum dicitur esse conforme
5 iuri communi, quo cautum est, † vt prohibita alienatione, non intelligatur prohibita alienatio necessaria, l. prima in fine, ff. de fund. dotal. Alexand. consil. 155. num. 1. lib. 2. Menoch. de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 189. num. 106. cum seq. vbi exemplificat in alienatione ex causa dotis.

In verb. præferantur tamen ipsi domini] Hoc statutum in hoc est conforme iuri communi, quo
6 iure † emphiteuta volente vendere rem alijs pro eodem prætio, cogitur vendere domino, & sic dominus præfertur, d. l. fin. C. de iur. emphit. & d. c. potuit de locat. & conduct. & videas Corbul. vbi supra limit. 4. & 5.

De assumptione sapientis in causis, & de officio ipsius Sapientis, & de assumptione adiunctorum, & de salarij sapientum assumptorum, & de pena contrafacentium. Rubr. 51.

ITem statuimus, quod D. Potestas Papiæ, & eius Vicarius generalis, & quilibet Iusdicens, possint, teneantur, & debeant omnes, & singulas causas, lites, quæstiones ciuiles, & pecuniarias, quas coram eis, & quolibet ipsorum verti, seu moueri contigerit, à libris quinquaginta Papiensium supra cognoscere, diffinire, & terminare cum consilio sapientum de Collegio Iudicum Ciuitatis Papiæ, si ab eis petitum fuerit infra terminum in statutis Communis Papiæ compræhensum, nisi in casibus, in quibus concessũ esse reperiretur procedi posse per Magistratum Ciuitatis Papiæ absq; vel sine datione sapientis, & hoc si in ipsis statutis reperiatur esse tempus limitatum. Et si non dummodo petitum fuerit infra decem dies à die litis contestatæ, vel habita pro contestata, seu contradictione, vel oppositione. Et si Iusdicens prædictus, qui sapientem assumere tenetur diffinierit, seu terminauerit absque consilio sapientis, si fuerit petitum, non valeat, nec teneat, quod per eum factum fuerit. Et Iudex cadat ipso iure in pœnam librarum quinquaginta Papiensium parti petenti applicandarum. Assumpto itaq; sapiente per quemcunq; Iusdicentem, siue Magistratum Ciuitatis Papiæ in aliqua causa ciuili, siue pecuniaria, teneatur ipse Iusdicens, siue Magistratus partes compellere ad deponendum infra tertiam diem proximè venientem salariũ ipsius contingens pro consilio ipsi Iusdicenti, dando pænes illam personam, quam elegerit Iusdicens. Et si per aliquam partium sapiens postulatus non fuerit, seu sapientis consilium postulatum non fuerit, sed suo motu Iusdicens qualiscunq; sit, vel fuerit consilium sapientis habere voluerit, possit ipse Iusdicens in quacunq; causa, prout ipsi Iusdicenti videbitur committere quæstionem ad sachetos, vel alio modo, non obstante aliquo statuto generali, vel speciali, casu contrario, dummodo committat infra illud tempus, infra quod partes possent

sent petere committi vt supra secundum formam statutorum Communis Papiæ, & dictam causam facere committi, & cogere vtranque partem ad prædictum salarium deponendũ pro medietate infra dictum tempus. Et ipse Consiliarius sic assumptus vt supra, teneatur, & debeat notare articulos commissionis suæ, & quoscunq; actus, & processus necessarios, & vtiles ad cognitionem causæ sibi commissæ facere, & fieri facere: & sententias interlocutorias super incidentibus, & connexis ferre, nisi alio statuto aliud caueatur. Et quæ sapientis assumptio non possit fieri diuisim, nec super aliqua, vel aliquibus particulis dictæ causæ, sed super tota dicta causa, & in simul. Ipsum verò salarium sic dispositum ipsi sapienti non detur, nec ipsum idem sapiens accipiat, donec suum in dicta causa dederit consilium apud Iusdicentis acta in scriptis. Et in dicta causa supradictus sapiens consilium suum dare teneatur cum taxatione expressa, & certa quantitate expensarum, in quibus victus victori fuerit condemnatus sub pœna prædicta. Quod consilium apud acta datum, teneatur Iusdicens vtraq; , seu parte altera instante publicare, & secundum ipsum consilium solemniter, & legitimè pronuntiare, faciendo, prout in ipso consilio continetur infra tempus debitum instantiæ, quod si non fecerit dictum consilium, habeatur pro legitimè publicato. Et sententia secundum ipsum consilium fingatur, & censeatur, & præsumptione iuris, & de iure præsumatur esse data, & promulgata, & lata habeatur, intelligatur, & sic secundũ formam dicti consilij, ac si Iudex sententiam protulisset secundũ continentiã dicti consilij, & nihilominus Iudex, qui dictã sententiã non tulerit, cadat ipso iure in penã prædictam, & ad electionem cuiuslibet sapientis possit quælibet pars dare confidentes tantum, & non suspectos. Et prædicta obseruentur, nisi ab aliquo alio statuto caueatur in contrarium. Et ad hoc, vt partes sciant quicquid, & quantum vt supra deponere debeant. Statuimus, & ordinamus pro euidenti vtilitate partium, & etiam sapientum ciuium Ciuitatis. Quod de qualibet quæstione, quæ sit valoris, siue quantitatis in dispositione iusdicentis à libris quinq; Papiensibus, vsq; ad decem libras, sapiens, qui eligetur ad dandum suum consiliũ, possit, & valeat percipere, & habere pro suo consilio pro interlocutoria, vsq; in duobus solidis, & denarijs sex Papiensium à qualibet parte, & non vltra, & de diffinitiua solidos septem, & denarios sex Papienses pro qualibet parte.

Itẽ statuimus, quòd a libris decẽ Papiensib. vsq; in viginti de interloquutoria, vsq; in sol. quinque pro qualibet parte, & de diffinitiua vsquè in solidis decem pro qualibet parte.

Item statuimus, quòd a libris triginta Papiæ supra vsquè in libris quadraginta Papiensibus de interloquutoria, vsq; in solidis octo Papiensibus a qualibet parte, & de diffinitiua vsquè in solidis viginti Papiensibus pro qualibet parte.

Item a libris quadraginta Papiæ supra vsq; in libris quinquaginta Papiæ de interloquutoria, vsq; in solidis decem Papiensibus pro qualibet parte, & de diffinitiua vsq; in sol. 25. Papieñ. pro qualibet parte.

Itẽ à libris quinquaginta Papiæ, vsq; in libris sexaginta Papiæ de interlocutoria, vsquè in solidis duodecim Papiæ à qualibet parte, & de diffinitiua, vsq; in solidis viginti octo Papiæ pro qualibet parte.

Itẽ à libris sexaginta Papieñ. supra vsq; in libris septuaginta Papiensibus de interlocutoria, vsq; in solidis tredecim à qualibet parte, & de diffinitiua, vsq; in solidis triginta duobus Papiensibus pro qualibet parte.

Itẽ à lib. septuaginta Papiæ sup. vsq; in lib. octuaginta Pap. de interlocutoria vsq; in sol. 15. pro qualibet parte, & de diffinitiua vsq; in sol. triginta quinq; Pap. ꝓ qualibet parte.

Itẽ à libris octuaginta, vsq; in lib. nonaginta de interlocutoria, vsq; in sol. sexdecim pro qualibet parte, & de diffinitiua, vsquè in solidis triginta octo Papiæ pro qualibet parte.

Itẽ à lib. nonaginta Papiæ sup. vsq; in lib. centũ Papiæ de interlocutoria vsq; in sol. decẽ & octo Pap. & de diffinitiua vsq; in solidis quadraginta Papien. pro qualibet parte.

Item

Item à libris centum Papiæ suprà vsq; in libris mille Papiæ, de interlocutoria, vsquè in solidis centum & octo pro primo centenario, & denarijs sex Papiæ pro qualibet decena, vltra centenarios à qualibet parte, & de diffinitiua vsq; in solidis quadraginta Papiensibus pro primo centenario, & vltrà, ad rationem solidorum viginti Papiensium pro quolibet centenario addito à qualibet parte.

Item à libris mille Papiæ suprà, vsquè in duo millia libr. habeant de interlocutoria, vsque in solidis sexaginta Papiæ, à qualibet parte, & de diffinitiua, vsquè in libris decē Papiæ pro quolibet centenario, addito primo milliari pro qualibet parte.

Item à libris duobus milibus suprà quantumcunquè ascendant ipsæ quantitates de interlocutoria vsquè in solidis octuaginta Papiæ pro qualibet parte, & de diffinitiua vsquè in libris quindecim Papiæ pro primis duobus millibus. Et ad rationem solidorum quinque Papieñ. vltra pro quolibet centenario addito ipsi quantitati librarum duorum millium pro qualibet parte.

Statuimus insuper, quòd si aliquis vltrà quantitatem superius taxatam aliquid ab aliqua parte etiam sponte dare volente acceperit pro examinatione instrumentorum iurium, & consiliorum, vel pro aliquo termino assignando, vel assignato, illud ipsi parti quadruplum refundere teneatur, & vlterius soluat Communi Papiæ libras decem Papienses pro qualibet vice, qua contrafecerit, vel contrauenerit.

Summarium ad Statutum 51. in Ciuilibus.

1 Doctores videndi circa materiam huius statuti, & an habeat locum inter Datiarios, & Fiscum.
2 Statutum de Consilio Sapientis non procedit in claris, & decisis, & vbi articulus non habet probabilem iuris dubitationem.
3 Probationes de nouo non possunt fieri coram consultore, & vide num. 5.
4 Iudex, an facta commissione possit testes recipere.
5 Probationes non possunt recipi per Iudicem facta commissione, & vide num. 20.
6 Amplia, vt nec etiam possit de nouo probari coram consultore.
7 Limita in Instrumentis liquidis de nouo repertis.
8 Limita secundo antè conclusum in causa.
9 Probationes, & productiones possunt fieri vsquè ad conclusionem in causa exclusiuè.
10 Conclusum in causa dicitur per terminum ad probandum, & probatum habendum.
11 Fallit regula pluribus modis remissiuè.
12 Petitio consilij non sufficit, nisi instetur, quod causa committatur.
13 Processus factus spreta petitione consilij, quando pars processit ad vlteriora validus.
14 Statutum de causis cōmittendis Consilio Sapientis, de quibus intelligendum.
15 Petitio consilij potest fieri de Iure communi, vsquè ad conclusionem in causa, non post.
16 Sententia lata spreto Consilio Sapientis petito cōditionaliter, an valida, & vide num. 19.
17 Quid si postulatum sit consilium super articulo nō habente probabile dubium.
18 Sententia lata per Iudicem antè habitum consilium nulla.
21 Sapiens, an debeat scire, & rationes allegare.
22 An debeat subscribere.
23 An teneatur arguere ad partes.
24 Iudex, an teneatur sequi consilium iniustum.
25 An Reus habens iustam causam litigandi, teneatur restituere Actori salarium datum consultori.

1 CIRCA † materiam huius statuti, vide quæ latè dicta sunt suprà ad statutū primum in Ciuil. sub Rubric. de commiss. caus. fiend. consult. & vide suprà, quæ dicta sunt de compromissis, & vide Alexand. cons. 59. volum. 4. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. nu. 152. Cephal. in terminis huius statuti consil. 201. num. 3. & seq. volum. 2. Castren. consil. 432. ego puto lib. 2. vbi quærit, an Consilium Sapientis
2 locum habeat inter Datiarios, & Fiscum, & an † huiusmodi statutum habeat locum in claris, & decisis, dic quod non, Orian. in cap. quoniam contra in versicul. interlocutiones extra de probat. post Bart. in l. ex illo. C. de probat. Cæphal. d. cons. 201. num. 5. idem firmans quando articulus non continet probabilem iuris dubitationem, vel per calumniam petatur.

3 † An autem coram isto consultore possit quid noui facere pars, vel probare, vide Pract. Papiens. in form. appellat. à sententia diffinit. in glo. pen. &
4 † an facta commissione possit Iudex, vel Consultor in causa testes recipere, vide appostil. ad Abb. in cap. cum dilecta extra de fid. instrum. Vbi con-
5 cludit, † quod quando causa est commissa Consilio Sapientis, cum debeat esse plenè instructus Iudex qui committit, non potest amplius alias nouas probationes recipere, per text. in l. ex illo, C. de appell. Ias. in l. admonendi col. 48. ff. de iur. iur.
6 † Amplia, vt nè dum Iudex, qui causam cōmisit, sed nec etiam sapiens cui causa est commissa, possit alias nouas probationes recipere, Bart. in l. prima, per illum text. C. de relat. & in l. fin. in vlt. colum. ff. de ferijs, & ibi Bald. colum. 8. idem Bart. in l. j. §. quæsitum, ff. de appell. & in l. in offerendis. C. de appellat.

Intellige † prædicta non procedere in instrumen-
7 tis liquidis, quæ benè possunt coram Consultore
produci, quando pars iurat antè non potuisse pro-
ducere, putà quia eorum notitiam non habuit, ita
limitat Bald. consil. 309. incip. quæritur vtrum a-
dulta num. 2. lib. 2.

8 Intellige secundo prædicta procedere † secun-
dum Scalam de consilio Sapientis, lib. 3. cap. 2,
quando post factam commissionem, & datis ter-
minis, ac post conclusum in causa, scripturæ con-
sultori sunt transmissæ, tunc enim non possunt
amplius probationes fieri, secus autem, quando
causa est commissa consilio sapientis antè conclu-
sionem in causa, nam tunc vsq; ad conclusionem
probationes, & productiones fieri possunt, ita li-
mitat Scala vbi suprà, sequendo Cast r. in l. ex illo,
9 C. de appell. Ex quo nota † quod instrumenta, &
probationes possunt fieri, & produci, non solum
in termino probatorio, sed etiam vsq; ad conclu-
sionem in causa exclusiuè, cap. cum dilectus, vbi
latè Abb. & DD. de fid. instr. Pract. Pap. in form.
product. instrum. in gl. fin. vbi latè Appost. Ma-
rant. in sua prax. iud. in verbo, & producuntur
scripturæ, & instrumenta, nu. 47.

10 Et scias, † quod terminus datus ad probandũ,
& probatum habendum habet vim conclusionis
in causa, Alex. cons. 101. nu. 4. lib. 2.

11 Limitatur hęc regula pluribus modis, † de qui-
bus per Ias. in l. admonendi, num. 61. vbi Auus
maternus Rip. num. 49. ff. de iur. iur. Marant. in
sua prax. de conclusione, in causa, num. primo,
cum seq. Mascard. de probat. conclus. 926. per
totam, non insisto vlterius, cum alias dixerim in
lucubrationibus ad statutum primum supra in
ciuilibus.

12 In verbo, si ab eis petitum fuerit] nota, quod †
non sufficit petere consilium, nisi instetur per
partem, quod causa committatur consulenti, Ias.
in l. vniuersa, colum. 2. C. de precib. imper. offe-
rend. Alex. in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori,
13 ff. de nou. oper. nunt. & ideò si † pars petens pro-
cesserit ad vlteriora, non reseruata petitione fa-
cta, valet processus, Ang. cõs. 136. sequitur Curt.
in l. edita, num. 23. C. de edend. vide Bald. in l. 1.
num. 4. C. ne liceat in vna eademque causa tertio
prouoc. Bart. in l. prima, §. si plures, ff. de exer-
cito act. Imol. in l. prima, §. primo de appellat.

14 In verbo, singulas causas] de † quibus causis
intelligatur istud statutum, vide Alex. cons. 62.
volum. 2.

15 In verbo, infra decem dies] de iure communi,
vide latè per Marsil. in l. maritus, colum. 2. ff. de
quæst. vbi tenet, quod post conclusionem in cau-
sa non potest peti, Ias. in l. prima, ff. de transact.
post Bald. in cap. pastoralis, de caus. poss. & prop.
contrarium tamen, quod imò post conclusum in
causa peti possit de iure communi defendit non-
nullis rationibus, Scala de consilio sapientis, lib.
2. cap. 26. vbi tenet contra communem; Papiæ
autem, hæc disputatio cessat, cum post dies decẽ
cautum sit, non posse peti, vt cauetur in hoc sta-
tuto, & in statuto primo in ciuilibus, vbi latè tra-
ctaui de materia sapientis, adeò vt hic parum di-
cendum sit, cum semel dicta non sint repetenda.

16 In verbo, & si Iusdicens] † quid si consilium
sapientis fuerit petitum conditionaliter; & Iu-
dex eo spreto sententiam tulerit, an sententia va-
leat; Alex. cons. 101. in fine, vol. 5. vide in termi-
nis huius statuti, Alex. in l. si quis mihi, §. fin. ff.
de acquir. hæred. vbi limitat hanc particulam,
& Rip. in rubr. ff. de re iud. num. 5. vbi quærit, an
idem sit in interlocutoria; Vant. latè de nullit. tit.
de nullit. ex defect. iurisd. num. 136. Asin. in sua
prax. §. 25. cap. 11. Scala de consilio sapientis
lib. 4 cap. primo

17 † Intellige tamen, vt hoc statutum dum vult,
quod sententia lata à Iudice spreto consilio sa-
pientis non valeat, nec teneat, vt intelligatur non
procedere, quando est postulatum super articulo,
qui tamen habet probabilem iuris dubitationẽ,
nam tunc poterit per Iudicem denegari, senten-
tiaq; subsecuta valebit, non obstante hoc statuto,
Ias. in l. prima, colum. 5. ff. de nou. oper. nunt.
Asin. in praxi iudic. cap. 2. §. 25. in terminis sta-
tuti, Cephal. cons. 201. num. 3. volum. 2. quos
omnes pariter in pũcto nostri statuti refert, & se-
quitur D. Costa in suo tract. de scient. & ignor.
distinct. 30. cent. prima, num. 9. cum seq.

In verbo, hoc factum fuit, & Iudex] vide Bald.
in l. prima, colum. 4. C. ne liceat in vna eademq;
18 causa &c. Alex. cons. 59. col. 2. vol. 4. † & idem
est, si postquam consilium admisisset, pronuncia-
ret antè habitum consilium, nam potest re-
scindi, l. prima, vbi Bart. ff. de appell. Soc. iun.
19 cons. 80, nu. 4, vol. primò, & quod † sit nulla ip-
so iure si spreta cõsilij petitione iudicauerit, Soc.
cons. 10. num. 11. col. 4.

20 In verbo, necessarios, & vtiles] ex † hoc videtur
quod possit nouas probationes, & instrumenta
recipere, vide tamen Bart. in l. prima, C. de relat.
Imol. in l. prima, §. primo, col. prima, C. de ap-
pell. quod non possit, Soc. iun. cons. 82. in fine,
vol. 4 & dictum est supra.

21 In verbo, & idẽ sapiens accipiat] an † sapiens
debeat allegare iura, & rationes, quibus mouetur
ad ita consulendum, Soc. iun. cons. 62. vol. primo,
Rip. post Io. And. in l. qui Romæ, §. duo fratres,
22 ff. de verb. oblig. † & an debeat subscribere, an
verò sufficiant verba, Ias. in l. plane, §. primo, in
septimo not. ff. de leg. primo, vide Scalã de consi-
lio sapientis, lib. 3. cap. 20. & 21. vbi etiam quærit,
23 † nunquid sapiens teneatur ex consilio arguere
ad partes, & dic, quod de iure sapiens non tenetur
allegare iura.

24 In verbo, & secundũ ipsum consilium] quid †
si consilium sit iniustum, an teneatur Iudex illud
sequi. Abb. in cap. si per debitorem tenet, quod
non, Bald. in l. fuit, §. primo, C. de furt. Soc. cons.
24. colum. 2. volum. primo, Felin. tamen contra,
in cap. potius, colum 3. extr. de homicidio, vide
quæ supra latè dixi ad statutum primum, vbi con-
clusum est in casu statuti Papiæ Iudicem semper
cogendum sequi consilium.

In verbo, statuimus] an ipsa salaria teneatur
reus restituere actori, si iustam causam litigandi
haberet, vide Bald. in l. fin. in vlt. colum. C. de fru-
ctibus, & li. expens. glos. in § tripli, in st. de actio.
dum loquitur de sportulis, & quæ diximus in
materia sportularum, & salarij ad statutum præ-
cedens.

De forma tenenda circa possessiones dandas, & qualiter possessio in re dari debeat. Rubr. 52.

ITem statuimus, quòd non detur alicui petitori possessio aliqua per aliquem Potestatem, vel eius Iudicem Vicarium, vel alium Iusdicentem Papiæ, nisi petitor ostenderit per publicum Instrumentum in quo contineatur debitum pro quo petitur possessio, & nisi iurauerit corporaliter tactis scripturis ad Sancta Dei Euangelia, quòd credit se debere habere debitum pro quo petitur possessio dari, quod sacramentum præstetur à principali persona, & non procuratore, nisi ad hoc habeat speciale mandatum. Et intelligatur principalis persona, tutor, curator, sindicus, actor, & quilibet legitimus administrator, vel nisi petitor ostenderit publicum Instrumentum in quo contineatur rem de qua possessio petitur ad se pertinere iusto titulo habito ab ipso possessore, vel eius prædecessore, cuius ipse possessor hæres sit. Et non valeat datio possessionis, nisi in suprascripta datione possessionis declarata fuerit quantitas debiti, & causa debiti. Et facta fuerit mentio Instrumenti debiti petiti, vel Instrumenti pro quo possessio petitur.

Summarium ad statutum 52. in Ciuilibus.

1 *Possessor contradicens, dicens se habere ius in re, an possit expelli vigore Instrumenti publici.*
2 *Possessore resistente, an liceat ingredi possessionem propria auctoritate.*
3 *Substitutus directò, an valeat propria auctoritate apprehendere possessionem bonorum hæreditariorum.*
4 *Quid, quando possessio non est vacans.*
5 *Quid in fideicommissario.*
6 *Fideicommissarius debet capere de manu hæredis, adhoc vt actiones in eum transeant.*
7 *Fallit in fideicõmisso vniuersali, Ecclesia, vel pauperibus relicto.*
9 *Sublimita quò ad actualem possessionem petendam ab hærede.*
10 *Fallit in fideicommisso conditionali alienato.*
11 *Fallit, grauato non habente hæredem.*
12 *Possessio totius rei, an acquiratur per ingressum partis.*
13 *Limita nisi pars ab alio detineatur.*
14 *Fallit in pluribus rebus.*
15 *Possessio per hæredem acquisita in vna re hæreditaria, non operatur quò ad alias res.*
16 *Hæres petens se immitti in possessionem ex l. fin. C. de edict. diu. adrian. tollen. an teneatur citare possessorem.*
17 *Possessor etiam iniustus non potest sine citatione priuari sua possessione.*
18 *Amplia autem, vt non liceat ingredi propria auctoritate, possessore non citato.*
19 *Amplia in executione, quæ non potest fieri contra tertium non citatum.*
20 *Missio in possessionẽ facta à Iudice, non citato possessore, nulla, & non priuat possessorem sua possessione.*
21 *Amplia, maximè stante clausula in missione apposita, saluo iure cuiuslibet &c.*
22 *Possessor legitimè citatus, potest à Iudice sua possessione priuari.*
23 *Possessio an dicatur tradita per solum aspectum, & quòd non.*
24 *Limita, data impotentia intrandi actualiter.*
25 *Statutum, si requirat declarationem debiti, sufficit, si liquidatio fiat post incontinenti.*
26 *Declaratio de qua in hoc statuto, qualiter fienda.*

1 IN verbo, vel nisi petitor ostenderit] quid si possessor contradicat, dicendo habere ius in re; vtrum ex vi publici instrumenti, poterit expelli, vide aliquid per Rip. in l. centurio, nu. 51.
2 ff. de vulg. vbi concludit, quod possessore resistente, non licèt propria auctoritate possessionem appræhendere ex communi DD. sententia, de qua
3 ibi per eum, & ponit etiã nunquid † directò substitutus, valeat appræhendere possessionem, propria auctoritate bonorum hæreditariorum, & con
4 cludit, quod sic, limitando duobus modis. † Primò, quando possessio esset vacans, alias si esset appræhensa per hæredem primi instituti, appræhendendo propria auctoritate, incurreret pœnam, l. si quis in tantum, C. vnde vi. Limita secundò, †
5 in fideicommissario, & ratio est, quia fideicom-
6 missarius debet capere de manu hæredis, re, vel verbo, ad hoc, vt in eum transeant actiones, l. ex facto, & l. restituta, ff. ad trebell. adeò vt antè factam restitutionem, nec dominium, nec actiones, tàm actiuæ, quàm passiuæ in eum transeant, d. l. restituta, Graff. in suis communibus de success. §. fideicommissum, quæst. 42.
7 Fallit † in fideicommisso, & legato particulari, in quibus nulla requiritur restitutio, vt actio competat fideicommissario, cum recta via transeat dominium, l. à titio, ff. de furt. Alex. cons. 98. num. 3. lib. 2. & cons. 171. num. primo, eod. lib. Peregr. de fideic. artic. 53. num. 11.
8 Fallit secundo, † in fideicommisso vniuersali Ecclesiæ, vel pauperibus relicto, in quos trãseunt iura hæreditaria, & ipso iure fit executio absq; restitutione, l. fin. Cod. de sacr. sant. Eccles. Bart. in l. prima, in 6. quæst. 5. partis eod. tit. de sacr. sant. eccles. idem Bart. in quæst. incip. filiũ adultũ,

Alex.

Alex. cons. 4. num. 16. & 57. nu. 11. in fine consilij, lib. 2. de communi, Grass. de success. §. fideicommissum, quæst. 42. num. 7.

9 Sublimita tamen, † hoc non procedere quò ad actualem possessionem, quæ debet ab hærede peti, Alex. in l. prima, §. quoties, ff. ad trebell. & cõs. 82. nu. 3. vbi appost. lib. 2. Dec. cõs. 424. nu. 15.

10 Fallit tertiò, † in fideicommisso vniuersali alienato, nam eueniente conditione, potest vindicari per fideicommissarium, nec requiritur aliqua restitutio, adhoc, vt actiones transeant, l. fin. §. fin autem, sub conditione, C. commun. de success.

11 Fallit quartò, † quando grauatus non haberet hæredem, & appareret neminem velle esse eius hæredem, tunc enim transeunt iura ipso iure, factis tamen proclamationibus, l. pen. vbi DD. C. ad trebell. Alex. cons. 32. num. 3. lib. 3.

12 Sed quæro, † nunquid sufficiat partem ingredi possessionem partis rei ad obtinendam possessio-
13 nem totius rei. & dic quod sic, † Nisi alia pars ab aliquo detineretur, l. 3. in principio, vbi glo. Bar. Alex. Ias. & cæteri, DD. ff. de acquir. poss. & in l. quod meo, §. fin. per illum tex. ff. eod. Peregr. de fideic. art. 48. num. 73.

14 Limita tamen secundum eum non procedere, † quando essent plures res, nam tunc ex possessione vnius rei non acquiritur possessio aliarum rerum, vt per glo. Bart. Alex. & Ias. in d. l. 3. in principio; ff. de acquir. possess. cum alijs, de quibus per Menoch. in tract. retinen. remed. 3. nu. 282. quæst. 36. Peregr. d. art. 48. num. 78. Hinc est
15 secundum eum, † quod adepta possessione vnius rei hæreditariæ per hæredem, non dicitur acquisita possessio in alijs rebus, vt ibi per eum, nu. 77.

16 Sed nunquid possessor veniat citandus ab hærede, qui petit se immiti in possessione ex beneficio l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. & dic quod sic, vt per Peregr. de fideic. dicto artic. 48. nu. 36.

17 Sciendum † est autem, quod possessor etiam iniustè, & illicitè detinens absq; citatione, non potest sua possessione priuari, vt latè per Anton. Gabr. in suis communib. tit. de citation. concl. prima. num. 72. vbi hoc ampliat duobus modis, & tribus limitat, & per Menoch. in tract. adipisc. remed. 4. num. 448. vbi limitat.

18 Amplia, † vltra Ant. Gabr. vt non liceat propria auctoritate ingredi possessionem non citato possessore, l. meminerint, C. vnde vi, & l. si quis in tantã, C. eod. Alex. cons. 83. nu. 3. vbi appost. lib. 2.

19 Amplia, vt nec etiam executio contra tertium possessorem non citatum fieri possit. Ias. in l. si vnus, §. ante omnia, num. 4. ff. de pact. cum alijs adductis per Asin. in sua prax. iud. §. 31. cap. 2. limit. 5. ac 25.

20 Amplia adeò verum, vt missio in possessionem cum Iudicis auctoritate, non citato possessore sit nulla, & inualida, vt non priuet possessorem sua possessione, d. l. meminerint, & latè, Peregr. de fideic. art. 47. nu. 28. cum seq. & art. 48. num. 36.
21 cum seq. vbi vult hoc indubitanter procedere, quoties missio facta fuisset, cum clausula solita, saluo iure cuiuslibet, cuius clausulæ virtus operatur, vt rem integram constituat, nec alteri dicitur factum præiuditium, nec in possessorio, nec petitorio, ex pluribus ibidem per eum citatis.

22 Cæterum Iudicem † posse possessorem legitimè citatum sua possessione priuare, ac deijcere, nemini dubium est, vt l. qui vniuersas, §. item cum prætio, vbi Ang. & Alex. ff. de acquir. poss. cum alijs, de quibus per Peregr. d. artic. 47. num. 27.

23 An autem possessio dicatur tradita per Iudicẽ, executorem, vel nuntium, per solum aspectum rei, uide Ias. post Bart. in l. prima, num. 96. vbi auus maternus Rip. num. 59. ubi concludunt regulariter, quod huiusmodi possessio per aspectum non sufficiat ad tranferendum tenutã, uel possessionem absq; corporali ingressu, & actuali appræ-
24 hensione, nisi in casu, † quando daretur impedimentum intrandi actualiter, propter uim, uel resistentiã aduersarij, itã Bart. in d. l. prima, num. 23. quem DD. communiter sequuntur, & ibidem auus maternus Rip. num. 65. cum seq. ubi limitat etiam alio modo, & dum statutum requirit debiti
25 declarationẽm, dic, † quod sufficit etiam si incõtinenti post fiat liquidatio debiti, itã in terminis huius statuti tenet Menoch. in tract. de adipisc. remed. 5. num. 68.

26 In uerbo, declarata fuerit quantitas debiti Inota, quod hæc declaratio, seu liquidatio debiti, erit solenniter facienda, scilicet dato libello, citato aduersario, & lite contestata, ut ex pluribus in terminis huius statuti firmat idem Menoch. in tract. adipisc d. remed. 5. nu. 70. cum duob. seq.

De possessione plena vacuanda, & disbriganda, & manutenenda. Rub. 53.

ITem statuimus, quod post possessionẽ plenam per Potestatem Papiæ, vel Iusdicentem, vel pacto contrahentium datam nunc, vel in futurum, vel habitam nunc, vel in futurum pro data, teneatur Potestas, & quilibet eius Iusdicens dictam possessionem ei vacuari, & disbrigari facere, & vacuatã, & disbrigatã dimitti ei facere, & eum in ea manutenere, & defendere per quascunq; manus res debitoris ambulauerit ad aliũ post dictã possessionẽ plenam datam, vel habitam pro data vt supra, perinde, ac si dictæ res essent de bonis debitoris, nisi possessor posset se defendere per præscriptionẽ longi tẽporis statuto, vel iure non vetante, vel q esset anterior, vel potior creditore habente possessionẽ, vel aliquo alio legitimo iure, quo se defendere possit debitor nominatus, & hoc vsq; ad satisfactionẽ debiti sui veri, & iusti. Et si prædictus, qui habuerit d. possessionẽ obtinuerit, & alter aduersus eũ obtinuerit habeat regressum versus debitorẽ suũ, & datorem suũ pro re sibi euicta. Ita q sinè strepitu causæ cõpellatur ille debitor, siuè dator ad restitutionẽ damni, interesse, & expensarum, qui succubuerit in d. causa.

Sum-

Summarium ad statutum 53. in Ciuilibus.

1 *Pract. Papien. ad hoc statutum videndus.*
2 *Statutum hoc procedit in creditore ex quouis contractu.*
3 *Amplia etiam in debitore obligante bona sua cũ constituto.*
4 *Possessio plena, qua*
5 *Emphyteuta an competat beneficium huius statuti.*
6 *Quid in in vsufructuario, nu. 8.*
7 *Emphyteuta, & vsufructuarius possident naturaliter tantum.*
9 *Quando emphyteuta, & vsufructuarius dicantur ciuiliter possidere.*
10 *Emphyteuta constituens, se possidere, intelligitur naturaliter, & ciuiliter.*
11 *Possessio naturalis in emphyteuta, habet effectum ciuilis.*
12 *Cessionario habenti auctoritatẽ ingrediendi possessionem propria auctoritate, an competat beneficium huius statuti.*
15 *Valens ingredi possessionem propria auctoritate, an adeundo Iudicem, sibi praeiudicet, adeo vt teneatur citare partem, dic, quod sic.*
14 *Limitat, quando addit Iudicem, cum protestatione, quod intellige, & nu. 15.*
16 *Tenuta possessionis nulliter, an ex bino iure superueniente possit peti confirmari, dic, quod sic.*
17 *Contrarium, quòd imo sit ante omnia reuocanda, & vide num. 18. & seq.*
20 *Pactum ingrediendi propria auctoritate, non potest exerceri contra singularem successorem.*
21 *Praeceptum ingrediendi possessionem cum missione secuta, causat pignus iudiciale.*
22 *Pactum executiuum in pignore, vel alio contractu inualido, non operatur.*
23 *Officium Iudicis vbi datur, non regulatur instantia.*

1 AD hoc statutum, † adde, quod notat Pract. Papiens. in forma exceptionis, in actione hypothecaria, in uerbo exceptionem, Menoch. de adipisc. possessione, remed. 5. nu. 35. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 155. scias, quod † hoc statutum habet locum in creditore ex quouis contractu, vt in terminis tradit Menoch. in tract. adipisc. remed. 5. num. 35. Item † procedit, ubi debitor obligauit bona sua, & constituit se possidere, Tiraq. de iur. constit. part. prima, num. 3. & 4. Menoch. de recup. possess. remed. 14. quaest. 6. nu. 24. & seq.

4 In uerbo, post possessionem plenam] plena dicitur possessio, in qua quis naturalem habet, & ciuilem, Ias. in l. huiusmodi, §. aedes, ff. de legat. primo, Menoch. de recup. poss. remed. 13. nu. 7.

5 Hinc facilè dubitari potest † emphyteutae non competere beneficium statuti nostri, minus usufructuario, cum non possideant † naturaliter, & ciuiliter, sed naturaliter tantum, glo. in l. 3. §. ex contrario, ubi Bart. ff. de acquir. possess. & in l. interdum, §. fin. ff. eod. Ruin. cons. 148. nu. 5. lib. 1. D. Menoch. de recup. poss. remed. 1. nu. 75. q. 6.

8 Ego † tamen crederem tàm emphyteotae, quàm usufructuario competere beneficium statuti nostri; quia, & emphyteota, & † usufructuarius, & similes, dicuntur habere ciuilẽ possessionem, non respectu rei, sed respectu iuris emphyteotici, secundum opinionem Rogler. de qua in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. & cum habeant vtile dominium, conueniens est, vt ciuiliter possideant. Aret. in d. §. ex contrario, & ibi Ias. nu. 45. Bologn. num. 86. & seq. idem Ias. in l. naturaliter, in principio, versic. secundo quia, colum. 10 prima, ff. eod. & vbi emphyteota constituit se † possidere, intelligitur de possessione naturali, & ciuili admixta, sic tradit Anchar. cons. 63. Moti- 11 ua Iudicis, num. 4. quinimo, estò quod † naturalis tantum possessio, respectu rei, esset considerabilis; habet tamen effectus ciuilis possessionis, sic notabiliter, Anchar. cõs. 443. primo eliciamus, nu. 13.

12 In verbo, vel pacto contrahentium] quaero † an remedium huius statuti, cõpetat etiam cessionario, cui à cedente data sit facultas ingrediendi propria authoritate; & dic, quòd sic; prout in terminis tenet Menoch. d. tract. adipisc. remed. 5. 13 num. 105. sed iuxtà hoc quaero † nunquid ei, cui competit facultas ingrediendi possessionem propria authoritate, si adeat Iudicem pro capienda possessione, teneatur citare partem, & dic requiri citationem partis, glo. in l. 2. in glo. magna in princip. C. de iure emphit. cum alijs pluribus, quos congerit, Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de citationibus, concl. prima, ampliatione 52. 14 num. 223. vbi nu. 235. limitat, † hoc non procedere, quando adeundo Iudicem protestaretur se intẽdere velle, vti facultate capiendi propria authoritate sibi competente, adire tamen Iudicem ad euitanda scandala, ex Salic. in l. creditores. C. de pignor. Alex. cons. 129. col. prima, vol. 4. Dec. cons. 146. col. 5. & alijs per eum citatis, Carpan. ad statuta Mediol. cap. 155. num. 2. & seq. ad- 15 uertat tamẽ adiens Iudicem, ne erret, vt petat sibi dari nuncium, qui associat; nam tunc nulla requiritur citatio; secus autem si peteret à Iudice licentiam ingrediendi propria authoritate, nam tunc requiriretur citatio partis, ità Ias. in l. 2. nu. 113. C. de iure emphit. Alex. cons. 131. nu. 4. lib. 7. Afflict. decis. 326. nu. 2. Soc. sen. cons. 195. col. pen. vers. confirmatur ista conclusio, lib. 2. & cons. 82. col. 3. vers. sexta conclusio, lib. 3. & cons. 167. col. 6. vers. secundò in tali, eod. lib. 2. vbi clarius, Ruin. cons. 152. nu. 6. lib. 4. Grat. cons. 90. nu. 3. lib. 1. quos refert, & sequitur Menoch. in tract. recuper. remed. 8. nu. 97. cũ duod. seqq. & qñ creditor, qui vigore pacti, potest ingredi propria auctoritate, adeundo Iudicem sibi praeiudicet, Asin. de execut. sententiae, §. 7. cap. 94. Rimin. iun. cons. 451. & 592. vbi etiam de pacto executiuo exercendo contra tertium, vel singularem successorẽ.

16 Sed quaero nunquid, † si facta fuit immissio possessionis, nulliter, putà, quia non fuit citata pars, in casu, in quo requiritur, an possit peti confirmari, ex bono iure, an verò antè omnia sit reuocanda; in hac quaestione duplex est opinio Doct. prima est opinio, quod veniat cõfirmanda ex bono iure, Ang. Imol. Alex. in l. si finita, in princ. nu. 7. ff. de damn. infect. Aret. in §. quadrupli, nu. 46. versic. quaero missus, & vers. ego autem, vbi dat practicam, Inst. de actionibus, Dec. cons. 449. nu. 17. & seq. Ruin. cons. 41. col fin. vol. 5. Negusant. in tract. de pignorib. in 2. memb. 3. part. nu. 32.

num.32.Curt.Sen.in l.si pacto quo pœnam num.8 C.de pact. vbi asserit hanc esse communem opinionem, quam refert Roll. à Vall. conf. 5. num.6. lib. 1. Vant. in tract. de nullit. in tit. qualiter, & quibus sententia, & processus qui dicuntur nulli defendi, & reparari possint, num.130. Bart. in d.l. creditores, num.26.C.de pignoribus Soc. conf.82. col.3. versic.6. conclusio lib.3. Ruin.conf.152. nume.10. vers. nec prædictis obstat lib.4. Menoch. in tract. recup. d. remed.8. num.98. cum seqq. Curt. Iun. conf.12. num.5. Neuiz. conf.46. num.7. & 65 num.4. & 140. vbi latè Dec. in c. cum cessante nume.59. de appell. Ioseph. Ludou. decis.40. num.4. quæ opinio multò magis videtur procedere, stante constituto, & pactis executiuis Aretin. conf. 21. num.3. in 3 dubio Gram. decis.92. num.21. & seq. Soc. consil.82. num.8. lib.3 Ruin. conf. 166. lib. 1. de pactis executiuis Bart in d.l. creditores num.26 Marant. in praxi Iud. in verbo, & post omnia aduertatur circa executionem, num.33. Alex. conf. 83. & 105. lib 6.

Contrariam sententiam, quod imò non possit confir-
17 mari, † sed quod sit antè omnia reuocanda, tenuerunt Bald. in l fin. num.22. C. de edic. diu. Adri. toll. Anchar. consil.192. Alex. conf.5. num.4. vbi Appost. ad eum nonnullos citans lib.2. Dec. in l. si pacto quo pœnam, num. 3. post Bald. ibi C. de pactis plures citans, Dec. in l. nihil tam naturale, nu. 4. vbi Appost. ad eum. ff. de reg. iur. Hypoli. Marsil. sing.195. & sing.320. Dec. conf.366. nu.13. Alex. in l.1. num.3. vbi Appost. ad eum C. de carb. edit. Roman. singul.773. & ibi Nicol. Pignol. in addit. Gramat. consil. ciuili 150. num.17. Roman. consi. 158. num.2. & ibi Mandos. latissimè cum alijs aggregatis per eum in addit. sub littera B. vbi respondet contrarijs omnibus. & admittit hanc esse magis communem, Petr. Ant. Angussol. consil.3. num. 32. & seq. lib.4. qui pariter dicit hanc magis communem, Ias. in l.2. num.113. C. de iur. emphit. Bal. in d. l. si pacto quo pœnam idem conf. 332. in fine vol.3. & conf.257. volum.4. Ruin. conf.17. num.7. & consi.24. col.1. in fine vol.4. Gozadin. in d.l. si pacto quo pœnam in secundo notab. Croc. in l. 1. §. nunciatio, num.76. ff. de nou. oper. nunt. Roll. à Vall. conf.5. num.18. lib.1. Felin. in c. qualiter. & quando il primo, num.15. ff. de accus. Borgnin. de-
18 cis.1. num.49. part.1. vbi † loquitur quando tenuta seu captura à Iudice incompetenti fuit omnino
19 facta, & pro hac decisione † an captura, seu tenuta iniustè concessa, veniat reuocanda, an vero possit peti conformari, ex nouo iure, videndus latè Petr. Pech. in tract. de iure sistend. cap.12. vbi post relatos hinc inde doctores distinguit, aut manifestè constat capturam, seu tenutam non ritè factã, & tunc est omninò reuocanda, aut non manifestè constat, & tunc ex nouo iure debet confirmari, & ita hanc tenere quando immissio esset nulla defectu citationis, & stante dicto pacto de ingredien-
20 do rem propriã auctoritate, † sciendum est tamẽ regulariter dictum pactum non posse exerceri, cõtra singularem successorem Bart. in l. creditores in 4.q. princ. C. de pignoribus, Alex. consil. 10. nu.3. lib.1. vide latissimè per Ant. Gabr. in suis communibus in tit de acquir possess. concl.8. per totam. Rimin. iun. consil. 592.

21 Ex tali autem † missione in possessionem, ac præcepto ingrediendi possessionem constituitur pignus, & hypotheca ad fauorem ingredientis, l. non est mirum. ff. de pignor. act. diciturq; pignus iudiciale, Menoc. de retin. possess. remed.3. q.24. num. 229. Carpan. ad Statuta Mediolani cap.155. num. 6. & seq. & per totum illud Statutum latè tractat
22 materiam precepti intrandi in possessionem † Sicenti etiam tale pactum non operatur, quando creditor vult eo vti ad executionem iuris realis in pignore, vel alio cõtractu inualido Menoc. conf.465. num.5. lib.5.

In verbo tenetur potestas] ex illis verbis dicitur oriri offitium Iudicis, Bart. in l. Solent num.7. ff. de alim. & cib. leg. ex traditis per Alex. conf.50. nu.4. vers.
23 sed in proposito lib.2. vbi ait, † quod vbi datur offic. iudicis non regulari causam instantia, quod tamen, idem reprobat per totum consilium.

In verbo possessionem vacuari &c.] hæc verba important effectualem executionem Ias. consil.187. num.23. lib.3. Contard. ad l. vnic. limit.3. num.50. C. si d' mom. possess. ideò videtur prohibita appella. Lancellot. de attentat. app. pend. limit.53. num.51.

De possessione violenta, vel clandestina restituenda. Rubr. 54.

ITem statuimus, quòd si quis occupauit vel de cetero occupauerit, vel intrauit, vel de cætero intrauerit sua auctoritate, iuris vel pacto sibi non concedente, vi vel clam possessionem alicuius rei immobilis, quæ ab aliqua persona ciue Papiæ vel iurisdictionis Papiæ, vel ab eius predecessore tunc temporis verè possidebatur, & cuius possessionis fructus ab ipsa persona percipi consueuerunt, vel quorum fructuum percipiendorum facultas ad ipsam personam pertinebat, vel pertinet. Et quæ possessio dici possit teneatur, & debeat potestas Papiæ, & quilibet eius Iudex, & quilibet ipsorum infra quindecim dies postquam eis vel alicui ipsorum facta fuerit fides per legitimas personas, & idoneos testes summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & sine datione libelli, petitionis in scriptis, & sine solemnitate iuris, & sine litis contestatione facere restitui ipsam possessionem ipsius rei immobilis personæ expulsæ, vel clandestinam occupationem possessionis passæ, vel eius hæredibus. Et res immobiles intelligantur res corporales, quæ possunt palpari, & non moueri.

Sum-

Summarium ad statutum 54. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc Statutum.*
2 *Hoc Statutum competit etiam emphiteota.*
3 *Amplia etiam, vt competat feudatario.*
4 *Item amplia Statutum hoc competere ei, qui possidet per constitutum.*
5 *Limita primo non competere ei, qui velit restitui ad possessionem, quam per vim compulsiuam amissit.*
6 *Limita secundo non competere pradoni.*
7 *Qua remedia competant spoliato possessione rei immobilis.*
8 *Remedium c. Reintegranda 3. q. 1. quibus competat, & vide num. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Remedium dicti c. Reintegranda intentans, qua probare debeat.*
14 *Pertinentia ad supradictum remedium, videas remissiuè.*
15 *Spoliatus antè cognitionem proprietatis restituendus.*
16 *Princeps an de ordinaria potestate possit facere cognoscere prius de causa dominij, quam spolij.*
17 *An dicta regula quod spoliatus restituendus veniat, procedat in spoliato à Principe remissiue.*
18 *Amplia dictam regulam procedere, etiam si spoliatus offerret se incõtinenti probare de dominio.*
19 *Spoliata possessione rei mobilis, qualiter consulatur remissiuè.*
20 *Interdictum vnde vi non competit pro rebus mobilibus.*
21 *An appellatione mobilium veniant Naues, Molendina, & redditus annui.*
22 *Qua veniant in legato mobilium.*
23 *Pecunia an contineatur sub nomine mobilium.*
24 *Nunquid in legato mobilium veniant pisces existentes in piscina, lacu, &c.*
25 *Officium Iudicis vigore huius Statuti, competit ad recuperationem possessionis.*
26 *Quid modo si ita non esset cautum per hoc Statutum.*
27 *An à sententia lata vigore huius Statuti detur appellatio.*
28 *Sententia lata extra tempus limitatum à Statuto an valeat.*
29 *Quindecim dies, de quibus in hoc Statuto, ex stylo Papia incipiunt currere Iudici post publicationem testium, non antè.*
03 *Beneficium huius Statuti, an competat haredi de iure communi, nondum apprehensa possessione.*
31 *Clausula sine solemnitate iuris, quid importet.*
32 *An Iudex vigore dicta clausula possit recipere testes sine iuramento, & diebus feriatis in honorem Dei.*
33 *Consilium sapientis, an vigore dicta clausula omitti possit, & num. 34.*

1 AD hoc Statutum † vide statutum 31. in Criminali, & Pratich. Papien. in forma libelli in causa spoliatæ possessionis per totum, & scias quod reme-
2 dium huius statuti † competit, etiã emphiteotæ, cum is vere naturaliter possidere dicatur, vt per Ias. & Rip. in l. naturaliter in princ. ff. de acquir. poss. ita in terminis Menoch. in tract. recup. remed. 1. num. 76. q. 6. & seq. vbi num. 93.
3 vult † competere etiam feudatario, cum vere possideat, & fructus ad eum spectent, prout requirit hoc statutum; idem sequitur Menoch. d. remed. 1.
4 num. 101. Competit † pariter huius statuti beneficium ei qui possidebat per constitutum Menoch. d. remed. 1, num. 411. & remed. 15. nu. 393. & 414. D. Costa in suo tract. de retrotract. cap. 2, reg. 2. nume. 4. limita tamen vt dispositio huius statuti, &
5 eius remedium non † competat ei qui velit restitui ad possessionem, quam per vim compulsiuam amissit, prius enim debet agere vt rescindatur, quod metu gestum est, deindè experiri remedio huius statuti, ita Menoch. d. remed. 1. num. 108.
6 Limita secundo, † vt nec etiam pariter remediũ ex hoc statuto competat prædoni, cum vere non possideat, nec ad eum spectent fructus, vt huiusmodi statutum exigit, ita hoc nostrum statutum restringit Menoch. d. remed. 1. num. 112.
In verbo possessionem alicuius rei immobilis] de iu-
7 re communi, † quæ remedia competant spoliato possessione rei immobilis, tradit distinguendo Pratich. Pap. in forma libelli in causa spoliatæ possessionis in gl. 1. num. 5. versic. aliquando vt prædixi, vbi latè tradit, qualiter succuratur huiusmodi spoliato, vide Rip. auum mihi maternum in cap. sæpe, nu. 1. de restit. spoliat. & §. 1. nu. 11. eod. tit. vbi tradit spoliato possessione rerũ immobilium prodita esse octo remedia ad eam recuperandam, quorum sex sunt inuenta de iure Ciuili, & alia sũt addita de iure Canonico, scilicet remedium in c. sæpe de restitut. spoliat. & remedium c. reintegrandæ 3. q. 1. & hoc vltimum remedium scilicet, ex d. c. reintegrandæ, est magis fauorabile, & latum, cũ
8 detur † iniuste priuato possessione qualitercumq; & quomodocũq;, & detur contra quascumq; personas, siue singulares, siue vniuersales successores, non solũ malę fidei, sed etiam bonę fidei, adeo vt ante omnia spoliatus restituatur; vt per Pratic. Pap. in d. glo. 1. in forma libelli in causa spoliatæ possess. num. 8. Alex. cons. 92. num. 5. lib. 1. Rip. in d. c. sæpè nu. 20. vers. quarto quæro quos. Menoc. in suo tract. recup. in præludijs num. 43. vbi num. 44. tradit 17. remedia pro recuperanda possessione, quæ declarat per totum discursum materiæ, & remed. 15. num. 1. ac 5. ac per totum, vbi tradit
9 per remedium † ex c. reintegrandę plenius, & pinguius ac efficatius prouissum esse, ac consultum spoliato, ad suam possessionem recuperandã, competit igitur hoc remedium spoliato, qui cecidit à
10 possessione sine causa, si enim † cum iusta causa, vel sua culpa cecidisset à possessione, tunc sibi non daretur remedium ex d. c. reintegrandę Alexan. cons. 92. num. 5. vbi Appost. ad eum lib. 1. Rip. in d. c. sæpè, num. 27. Plot. in repet. l. si quando, num. 71. C. vnde vi sequitur Menoch. plures alios citans d. tract. recuper. remed. 15. num. 95. in 14. q. quo loci tres ad hoc tradit declarationes; Item datur
11 hoc † remediũ tam pro rebus Ecclesiasticis, quã secularibus quibuscumq;, secundum cõmunem opinionem Alex. consil. 51. num. 8. lib. 1. Rip. in d. c. sæpè, num. 21. Ant. Gabr. plures citans in suis communibus in tit. de rest. spoliat. concl. 5. nu. 1. Menoch. d. remed 15. num. 13. in 3. quæstione, non
12 est autem omittendum hoc † remedium non dari

ri contra titulo possidentem,& bona fide,& habentem causam à bonę fidei auctore, ex magis communi, & recepta DD. Sententia; quidquid in contrarium voluerint plures DD. quos longa serie referunt Rip. anus maternus in d.c.sæpè nu.28. vers. venio ad quartum Ant. Gabr. d. concl. 5. de rest. spol.num.38. vbi post plures citatos pro vtraq; opinione, hāc tenet, cui pariter se subscripsit Menoc. in d.tract.recup.remed.15. num.80. cum pluribus seqq. & præsertim num.89. quo loci respondet singulis fundamentis, quibus mouentur DD. tenentes contrariam opinionem.

13 Vltimo loco scias, intentantē hoc remediū, † duo copulatiuè probare debere, primo antiquiorem suam possessionem, & sic quod ante spoliationem possideret, Secundò nouam possessionem rei conuenti, Menoch. d remed.15.num.383. q.31. † cæ-
14 tera autem, ad hoc remedium pertinentia, videas latè per Rip. d.c. sepè Mascard. de probat. conclu. 1327. num.1.& per Menoc.d.remed.15. hæc enim solum volui scribere, ad faciliorem intelligentiam,
15 & ex his habetur, quod † spoliatus ante proprietatis cognitionē est restituendus l.si quis ad se fundū C. ad l.Iul.vnd.vic.1. vbi DD. de rest. spoliat. latissimè circa hanc regulam Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, num.46. cum seqq. pluribus post Bart. ibi num.3. Ias. num.43. ff. de acquir. poss. latissimè Sebast. Medices de reg. iur. part. 2. reg.9. Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de rest. spoliat. concl. 1. per totam, vbi latissimè ampliat, & limitat Mascard. concl.1324.

16 An autem † princeps possit de ordinaria potestate per rescriptum facere cognoscere prius de causa dominij, quam spolij, vide latè Thesaur. Pedam. decis.15. per totam, vbi concludit, quod sic de rigore iuris, licet dicat, quod semper consuleret principi, quod ab huiusmodi rescriptis alterum ledentibus abstineret.

17 An autem † pariter hæc regula procedat in spoliato à principe, vide latè per Peregr. de fideicom. art.51. num. 140. cum sequentibus, vbi latissime.

18 Amplia dictam regulam procedere, † etiā si spoliatus offerret se in cōtinenti probare de dominio, secundum magis communem opinionem, quam testatur Gabr. d. concl.1. num.45. ampl. 23. Mascard. de probat. concl.1324. num.1. Menoch. d. tract. recuper. remed.1. q.19. nu.231. cæteras ampliationes, & limitationes, videas per DD. supra adductos.

Quoniam verò supra dictum est, quibus remedijs succuratur spoliato à possessione rei immobilis, de qua loquitur Statutum nostrum, quæro modo qua-
19 liter consulatur spoliato † possessione rei mobilis, & dic vt per Pratic. Papiens. in forma libelli in causa spoliatæ possessionis in glo. 1. num.2.& seq. hoc
20 vnum tamen scias † interdictum vnde vi non competere pro rebus mobilibus l.1. §. illud vtiq; in dubio. ff. de vi, & vi armat. Pratic. Papien. vbi supra num.3. Menoch. in tract recup. remed.1. num.39.
21 in 2.q. vbi num.40. cum seq. † vult nauem, & molendinum inter mobilia cōnumerari, redditus autem annui, inter immobilia Peregr. decis.70. num. 2.& seq. quæ dicantur mobilia, & quæ immobilia, circa hanc materiam videas latè Tiraqu. de re-
22 tract. consanguin. §.1. glo.7. num.92.& quæ † veniant in legato mobilium vide Pereg. de fideicom. art.5. num.43. vbi vult contineri mouentia omnia corporalia mouibilia de loco ad locum, suppelex,
23 pecunia, merces, & † quod mobilium appellatione contineatur pecunia tenet Tiraq. d. glo. 7. numero 105. Dec. consi.381. num.4. Peregr. decis.32. & decis. 70. quod procedit, etiam si esset destinata ad emptionem prædiorum, & rerum immobiliū, nam adhuc inter mobilia conumerarī, ex magis recepta DD. sententia, quam testatur Grassus de success. §. legatum q.19. num.7.& 8. quo loci etiam tradit
24 numquid † in legato mobilium veniunt pisces in piscina, lacu, vel stagno, existentes, vide etiam Ioseph. Ludouic. in suis communibus concl. 48. vbi ponit quid veniat bonorum mobilium, & immobilium appellatione, Caroc. decis.78. Dec. consi.471. Menoc. consi.407. num.28. Peregr. decis.70.& 71. vbi ponit quid de pecunia credita, & in aliam spetiem conuersa, & quid in pecunia debita per colonos, & libellarios, & an frumentum, & vinum, alijq; fructus de proximo colligendi, concludens affirmatiue venire.

In verbo potestas Papien.] cum ergo referantur ad
25 Iudicem, sequitur † quod competit officium Iudicis, ex beneficio huius Statuti ad istius possessionis recuperationem, vt probatur in l. fin. C. de edic. diu. Adri. toll.& ibi per DD. maximè D. Bal. in 6 q. princip. & nisi cōtrarium esset cautum per hoc statutum, in imploratione istius officij Iudicis, requireretur libellus, cum presuponatur certus con-
26 tradictor, vt in simili † concluditur in d.l. fin. facit doctrina Bar. in l. nec quidquam. §. vbi decretum in 2. colum. in fine. ff. de officio proconf. & legati, & licet per hoc statutum remittatur solemnitas processus, non tamen remittitur, quin ferri debeat sententia, antè executionem, arg. clemen. sæpè de verbor. signif. & eorum quæ Pratich. Pap. in forma libelli quo petitur hæreditas ex testamento, in verb. quare, & in verb. per vestram, vbi dicit quod
27 ab ista † sententia non appellatur, de quo vide omnino Bald. consil.330. in tertio dubio volum. 1. Tiraq. in tract. le mort. saisit le vif. in 3. declaratione præfationis, num.3. Gabr. in suis communibus tit. de acq. vel amitt. possess. remed.9.

28 In verbo infra quindecim dies] quid si † Iudex proferret sententiā diffinitiuam extra illos quindecim dies. vide Practic. Papiens. in forma sententiæ definit. in 1. glo. nu. 36. vbi cōcludit quòd sentētia lata à Iudice extra tempus limitatum à statuto, valet qn̄ verba Statuti referuntur ad Iudicem tm̄, vt in hoc nostro Statuto, Alex. cons.24. nu.2. vol. 6. & cons.73. num.9. eod. volum. Asin. in sua prax. ciuili. §. 2. cap.2. nume 2.& 4. & aduerte quod in
29 hac Ciuitate Papien. stylus est † quod isti quindecim dies incipiunt currere Iudici, post publicationem testium, non ante.

30 An autem † beneficium in hoc Statuto competat hæredi de iure communi, nondum apprehensa possessione, notat Ias. in l. si sorori C. de iure delib. vbi tenet, quod non, cum remedium recuperandæ hoc casu nō possit intentari per hæredem, & vide quæ dixi infra ad Statutum 55. dum proposui, an stante dicto Statuto, quod possessio defuncti intelligatur continuata in hæredem, possit hæres intentare remedium recuperandæ, adde Alex. in l. cum hæredes in princip. ff. de acquir. possess. Honded. cons.18. num.11.& seq. lib.2.

31 In verbo sine solemnitate iuris] quid importent † ista verba, vide Bart. in l. filiusfamilias vbi Alex. ff. de donat. Bart. in l.1. ff. de test. milit. Alex. in l. milites, num.4. C. de milit. test. remissiuè Ias. in §. in bone fidei num.25. Inst. de actio. & dic quod dicta verba importent censeri remissam omnē solemnitatem

tarē de iure ciuili, remanentibus solum ijs, quæ sunt de iure naturali, vel gentium. Bart. in l. filius familias, num. 4. ff. de donat. ad plura inferens, & præcipuè num. 2.
32 † quod Iudex, qui non tenetur seruare iuris solemnitates poterit recipere testes sine iuramento, & diebus feriatis in honorem Dei; quod tamen dicit Bart. de iuramento non est verum, ex quo iuramentum est de iure diuino, vt genes. cap. 31. ideò non potest remitti, vigore dictæ clausulæ, quæ solum trahitur ad solemnitates iuris ciuilis, non naturalis, vel diuini. clem. sepè vbi Imol. de verb. signif. & Bart. esse reprobatum, testatur D. Rip. auus meus maternus in l. admonendi, nu. 194. versic. quid si deponens, ff. de iur. iur. & de hac clausula vide Menoch. de arbitr. iud. q. 9. nu. 2. idem vt supra firmans censeri, scilicet remissam iuris ciuilis solemnitatem, non diuini, aut naturalis,
33 † an autem possit peti in hoc statuto consilium sapientis, videtur, quod non, per hæc verba, siue solemnitate iuris, cum consilium sapientis dicatur de solemnitate iuris
34 † contrarium videtur dicendum per Bart. in l. 4. §. eius, ff. vi bonorum raptorum, vbi dicit,
35 † quod primum statutum de consilio sapientis est per modū regulæ, quo casu istud sequens, debet intelligi secundum illud, & ità consuluit Alex. cons. 95.

Quod emptor in possessione inductus à venditore, intelligatur possidere. Rubr. 55.

ITem statuimus, quod si quis vendiderit alicui diuersa prædia in aliquo Castro, vel Villa, & venditor posuerit emptorem, vel suum missum in possessionem vnius prædij, nomine prædiorum, quorum prætium solutum sit, ipse emptor habeat omnium prædiorum venditorum ipsius Villæ, vel Castri possessionem. Et idem sit in possessione data per seruitorem Communis Papiæ, auctoritate Iusdicentis layci. ¶ Et quòd possessio defuncti intelligatur continuata in personas hæredum, etiam si de appræhensione non appareat, quo ad omnem effectum.

Summarium ad Statutum 55. in Ciuilibus.

1 EX apprehensione possessionis vnius predij, nō acquiritur possessio aliorum.
2 Possessio vnius rei acquiritur per ingressum partis ipsius rei.
3 Possessio quibus modis acquiratur, remissiuè.
4 Possessio an acquiratur per traditionem, remissiuè.
5 Possessio apprehensa ab alio nomine meo sine mandato meo, mihi non acquiritur absque ratihabitione.
6 Possessio, an acquiratur per apprehensionem, an verò per aspectum remissiuè.
7 Propter errorem nunc factum in traditione possessionis non acquiritur possessio.
8 Quibus modis possessio probetur remissiuè.
9 Ex possessione præteriti temporis, an præsumatur in præsens, & è contra num. 10.
11 Possessio quotuplex sit.
12 Possessio ciuilis quæ.
13 Possessio naturalis quæ.
14 Statutum hoc correctorium iuris communis, quo possessio defuncti non transit in hæredem, nisi fuerit apprehensa, vt num. 15.
16 Possessio cuiusque rei à defuncto possessa apprehendi debet.
17 Hoc statutum an & quando comprehendat Ecclesiam, vel fiscum hæredem, & num. 18.
19 Statut. hoc operatur, vt hæres manuteneri debeat in sua possessione virtute continuationis.
20 Amplia in hærede vassali, & emphiteuta.
21 Limita in hærede incapaci, prout spurio, bannito &c.
22 Limita etiam apprehensa per alium possessione.
23 Sublimita ex Nou. Mediol. Constit. tit. de continuand. poss. defunct.
24 Hæres ex dispositione dictarum Nouarum Constitut. potest dare informationem Iudici intrà annum, qualiter sit hæres, & petere continuationē possessionis parte non citata.
25 Limita statutum non procedere in possessione illarum rerum, quas possidebat defunctus nomine alieno.
26 Hoc statutum pariter non comprehendit bona, quorum vsumfructum solum habebat testator.
27 Hoc statutum ita intelligi debet, vt minus lædat ius commune, quam sit possibile.
28 Limita hoc statutum non habere locum in hærede eius, qui tantum naturaliter possedit.
29 Statutum hoc habet locum, tam in hærede particulari, quam vniuersali.
30 Hæc continuatio an, & in quibus casibus admittatur hæredi, secundo hærede, & fideicommissario.
31 Non admittitur hæc continuatio in substituto directo.
32 Substitutio dicitur secunda institutio.
33 Hoc statutum non procedit contra hæredem vltimi defuncti.
34 Bona immobilia transferri non possunt in non subditum, ex statuto Papiæ, & Nou. Med. Constitut.
35 Item statutum hoc non procedit in bonis feudalibus, & emphiteoticis.
36 Statutum hoc de continuanda possessione defuncti in hæredē, habet locum in filia à statuto exclusa.
37 Limita, vt non procedat, quando incontinenti, saltem apparenter constat de bono iure possidentis. Item limita in Ecclesia.
38 An hoc statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem, habeat locum, quo ad detentionem, quæ erat apud ipsum defunctum.
39 Hæc ficta possessio continuata, vigore huius statuti, an pariat interdictum recuperandæ, an verò adipiscendæ, & num. 40.

41 Huiusmodi cõtinuatio ex dispositione Nou. Const. pariat etiam interdictum recuperandæ.
42 Amplia, vt pariat etiam remediũ retinendæ.
43 Amplia etiam, vt pariat remediũ adipiscendæ.
44 Declaratur hæc regula 38. modis, remissiuè.

1 IN verbo, In possessionem vnius prædij] de iure † communi ex appræhensione possessionis vnius prædij, non acquiritur possessio aliorum prædiorum, glo. in l. 3. in princ. vbi Bart. nu. 4. Alex. num. 15. Ias. num. 30. ff. de acquir. possess. Paris. cons. 37. nu. 17. lib. 3. Menoch. alios recensens in tract. re tinendæ, remed. 3. num. 282. q. 36.
2 bene tamen acquiritur possessio vnius rei, DD. in l. 3. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, nu. 20. ff. de verb. oblig. vt latè dixi supra ad stat. 52. addo
3 Borgn. decis. 33. num. 36. † quibus autem modis acquiratur possessio, vide glo. in l. 3. in princ. ff. de acquir. poss. tradens plures modos acquirendi possessionem, vbi DD. Alex. cons. 28. nu. 2. lib. pri.
4 & an possessio acquiratur per traditionẽ, & quando Bart. in l. 1. in princ. nu. 18. vbi Ias. num. 91. & Rip. nu. 56. ff. de acquir. poss. & modos possessionem acquirendi plenissimè prosequitur Mascard. de probat. concl. 1178. cum plurib. seqq.
5 Sed dubium † est, nunquid possessio ab aliquo apprehensa meo nomine, sine meo mandato, mihi acquiratur; & dic. quod non, sine ratihabitione, l. si me in vacuam, in fine, & l. si communis seruus in fine, ff. de acquir. possess. Alex. cons. 110. num. 2. lib. primo.
6 † An autem possessio acquiratur per appræhensionem, an vero per aspectũ, Bart. in l. prima, in princ. num. 16. vbi Rip. nu. 51. ff. de acquir. poss. idem Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 14. ff. de acquir. poss. & dixi sup. ad statut. 52. nunc
7 quæro, quid si nuncius errauit in traditione possessionis, puta quia volens me inducere in possessionem vnius proprietatis, me induxit in aliam, an dicar possidere; dic quod non, l. si me in vacuam, ff. de acquir. poss. Alex. cons. 73. nu. 7. versic. præmissis non obstantibus, lib. 3.
8 † Multis autẽ modis probatur possessio, vt per Lafranc. de Orian. in tract. de testib. nu. 92. versic. tertiò venit probanda possessio, Caroc. de locat. & conduct. tit. de probat. quæst. 11. nu. 20. Dec. cons. 56. num. primo, cum seq. cons. 252. nu. 2. & cõs. 56. nu. 4. latissimè Mascard. de probat. concl. 1184. vsq; ad concl. 1190.
9 † An autem ex possessione præteriti temporis, præsumatur in præsens, latissimè Ant. Gabr. in suis communib., in tit. de præsumpt. concl. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. per totam
10 vbi præsumpt. 65. tradit, † an, è cõtra, ex possessione præsentis temporis præsumatur in præteritum possedisse.
11 † Quotuplex autem sit possessio, dic quod duplex ciuilis, & naturalis, quicquid voluerit Bart. in l. 1. ff. de acquir. poss. quod sit triplex, natura-
12 lis ciuilis, & corporalis, † cuius opinio est communiter reprobata, vt per auum maternum Rip. in d. l. 1. nu. 28. cũ seq. ff. de acq. poss. & in rubr. nu. 18. de causa poss. & propriet. possessio ciuilis est ius insistendi rei non prohibitæ possideri aptum
13 producere, ciuiles actus, respectu dominij; † naturalis est ius insistendi rei non prohibitæ possideri aptũ producere, ciuiles effectus respectu alicuius iuris à dominio separati, respectu naturalium accessorum, vt in emphyteuta, vassallo, & vsufructuario, ita declarat auus maternus Rip. in d. l. 1. ac in d. rub. de causa poss. & propriet.
14 In personas hæredum] † hoc statutum, quod validissimum est, vt per DD. in l. 1. ff. de acquir. poss. & in l. fin. C. de edic. Diu. Andr. toll. Hieron. Gabr. cõs. 36. nu. 8. lib. j. corrigit ius cõmune, quo
15 iure † possessio defuncti non transit in hæredem, nisi fuerit appræhensa, l. cũ hæredes, ff. de acquir.
16 possess. Alex. cons. 37. num. 5. lib. 1. quod adeò † procedit, vt vniuscuiusq; rei à defuncto possessę appræhẽdi possessio debeat, Alex. cons. 70. ad finẽ lib. 6. Neuiz. cõs. 80. nu. 31. Menoch. alios citans in tract. adipisc. remed. 4. nu. 709. quæst. 96. dũ tñ statutũ nostrũ vult possessionem defuncti continuari in hæredẽ, etiã si de appræhensione non ap-
17 pareat. † Hoc statutũ cõpræhendit Ecclesiã, & Fiscũ hæredẽ, per generationẽ finitã, vel ex testamento, non autẽ per confiscationẽ bonorũ, & quẽlibet aliũ succedentẽ per successoriũ edictũ, etiã alio possidente post mortẽ defuncti, stante dispositione Nou. Const. Med. Tiraq. in tract. le mort saisit, in 2. part. declar. 14. nu. 11. 14. & seq. plur.
18 Borgn. dec. 39. nu. 1. & 9. quo loci vult hoc † procedere respectu Ecclesiæ, qñ bona essent profana, & secularia, non autẽ ecclesiastica, quæ non compræhendit statutum de continuanda possessione, sed remanẽt sub dispositione iuris cõis. Dec. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 29. de constit. ità consuluit Ias. cons. 152. nu. 9. col. fin. vol 4. Itẽ opera-
19 tur † hoc statut. vt hęres virtute cõtinuationis debeat manuteneri in possessione, neq; possit spoliari
20 † siue sit hæres vassalli, siue emphyteutæ, vt Tiraq. in tract. le mort saisit declarat. 5. cũ seq. part. 4. Borgn. decis. 36. nu. 128. part. 2. intelligendo tamẽ vt procedat ista continuatio, vigore statuti, quan-
21 do † hæres habilis est, & capax, si n. esset incapax, puta quia fuisset institutus filius spurius, vel bannitus, aut huiusmodi, tunc impediretur ista continuatio, prout istud statut. post alios declarat. Tiraq. le mort saisit le vif, part. 2. declarat. pri. quẽ sequitur Menoch. in tract. adipisc. remed. 4. nu. 7. Plot. ante Menoch. in repet. l. si quando, nu. 849. C. vnde vi, & in repertorio in verbo, decretũ, Borgn. decis. 21. nu. 80. part. 3. & quod huiusmodi statuta debeat intelligi de vero, & iusto hærede, Ruin. cons. 27. col. 3. vol. 3. Rim. iun. cons. 269. nu. 75. cũ seq. lib. 3.
22 Itẽ nõ † procedit hoc stat. appræhẽsa possessione per aliũ, Ias. in l. si sorori, C. de iure delib. Alex. in l. cũ ædes in princ. ff. de acquir. poss. Plot. in repet. l. si qñ, nu. 14. cũ seq. C. vnde vi, vbi limitat hoc non procedere, stante disposit. Nou. Const. Med. in tit. de continuãda poss. defuncti, † expressè di-
23 sponentiũ procedere, etiã si possessio defuncti medio tẽpore per tertiũ fuisset appræhensa, quo casu ipsæ Nouæ Cõst. habent locũ, etiam si possessio fuisset per tertium appræhensa, vt ibi per eũ, plures ad hoc citans, & etiam num. 28. quibus Nouis
24 Const. ità disponentibus, potest † hæres intra annum dare summariam informationem Iudici, qualiter sit hæres, & petere mitti, ac continuari in possessione defuncti, parte nõ citata, & valebit talis ordinatio, & cõcessio, Catelan. Cott. in suo memoral. in verb. decretũ Mediolanense in fine, vers. & generaliter, Plot. in repet. l. si qñ, nu. 89. & 51. ac 110. sequitur Borgn. decis. 20. nu. 1. part. 4.
25 Itẽ intelligitur † hoc statut. procedere solũ, circa possessionẽ ciuilem, & naturalem, quã habebat defun-

defunctus nomine proprio, non autem trahitur ad possessionem illarum rerum, quas defunctus possidebat nomine alieno, nam tunc hęc possessio non intelligitur continuata, quò ad praeiuditium verorum dominorum, & possessorum; secus auté quò ad praeiuditiũ tertij, Tiraq. in tract. le mort, saixit le vif, in 2. parte, in 2. & 4. declarat. Plot. plures alios referens in d. repet. l. si quando, num. 821. & in repertorio, in verbo, decretum; sicut
26 pariter, † non comprehendit statutũ, bona quorum vsusfructus habebat solũ testator, proprietas verò erat aliena, tunc enim possessio horũ bonorunm, no transit in haeredem, vigore dicti statuti, Tiraq. in tract. le mort, saisit le vif, in 3. part. in prima declarat. sequitur Plot. vbi supra, in repertorio, in verbo decretum, Borgn. decis. 39. nu.
27 11. part. 2. ratio est, † quia huiusmodi statutum debet intelligi, vt quanto minus possit, ledat ius commune, l. 2. C. de noxal. & ratio intelligitur de possessione, quae aut apud defunctum ex sui natura transiuit ad haeredes, secus autem, si ex causa non transitoria ad haeredes, vt in vsufructu, Alex. cons. 153. col. 2. vol. 6. Tiraq. in d. tract. in 4. declarat. primę partis, cum alijs, de quibus per Rim. iun. cons. 545. num. 35. lib. 5. nec etiam pariter
28 habet locum statutum in † herede eius, qui tantũ naturaliter possedit, existente ciuili possessione paenes alium, Tiraq. vbi supra in 2. declarat. & Plot. in d. verbo, decretum, Borgn. decis. 36. num. 457. & seq. part. 3. An † autem hoc statutum ha-
29 beat locum in haerede vniuersali, an etiam in haerede particulari; & dic, quod in vtroq; itá Tiraq. in tract. le mort, saicxit le vif, in 4. declarat. secundae partis, Rimin. iun. cons. 352. nu. 14. & 15. & num. 78. lib. 4.
30 Item procedit tantum haec continuatio in primo haerede, † non autem in haerede haeredis, nec in alio secundo haerede, aut fideicommissario, nisi quando primus haeres fuisset incapax, nam tunc secundus haeres gaudet beneficio huius statuti, ita Plot. in repet. l. si quando, nu. 847. vbi nu.
31 seq. vult, † nec etiam procedere in substituto directè puta pupilariter, vel vulgariter, cum dicatur secundus haeres, non autem primus, ex quo sub-
32 stitutio dicitur secunda Institutio, gl. & rubr. vbi Bart. & DD. ff. de vulg. & tamen primus, si esset grauatus restituere haereditatem fideicommissario, sub conditione, vel in diẽ certum, adhuc tamen gaudet beneficio huius statuti, vt possessio defuncti intelligatur in eum continuata, vt aduertit Plot. in d. repet. nu. 849. & quod benefitium huius statuti non habeat locũ in fideicõmissario, Simon. de Praet. de interpraet. vlt. vol. lib. 5. interpraet. 2. dubit. prima, fol. 505. num. 100. & seqq. Honded. cons. 28. lib. 2. Bursat. cons. 389. lib. 4. Ias. cons. 85. lib. 3.
33 Item † non procedit statut. contra haeredẽ vltimi defuncti, Virg. Bocac. de interdicto, vti possidetis, cap. 11. num. 106. Dec. cons. 191. col. 4. Tiraq. in d. tract. le mort. saisit, in 2. parte, declarat. 10. nu. 15. Borgnin. decis. 20. nu. 24. part. 4. Alex. cons. 82. col. 2. vol. 2. & cons. 51. vol. 6. Ias. cons. 146. vol. 4. Dec. in l. fin. col. 7. C. de edic. diu. Adr. toll. Rimin iun. cons. 545. num. 49. lib. 5. quando haeres non esset subditus Ciuit. Papiae, vel huius Dominij, stante dispositione statuti Papiae
34 inf. 147. in ciuilib. † disponentis bona immobilia, non posse transferri in non subditum, & etiã stante simili dispositione, in Nou. Const. Mediol. in tit. de paenis, §. collegijs, nam tunc possessio, non intelligitur continuata in huiusmodi heredem, non subditum, itá Plot. in d. repet. l. si quando, nu. 111.
35 † Item non procedit in bonis feudalib. & emphyteoticis, Ias. cons. 152. vol. 4. & cons. 147. vol. 2 Curt. iun. cons. 108. vol. 2. vers. quod fortius, & cons. 110. col. 9. vers. praeterea militat cũ alijs citatis per Plot. in repet. l. si quando, in verbo, decretum, post Tiraq. in tract. le mort, saisit le vif in quarta parte, in 5. declarat. Ias. in l. quoties, nu. 32 C. de rei vend. Alb. cons. 661. num. 2. vbi loquitur saltim, quando bona feudi sunt non haereditaria, quo casu possessio cõtinuatur in illos, ad quos ipsa haereditas pertinet, Bertaz. cons. ciuil. 26. nu. 38. Paseth. cons. 54. Magon. Rott. lucens. decis. 45. Plot. cons. 2. nu. 12. Bursat. cõs. 137. lib. 2. D. Cost. de portion. ratt. q. 112. nu. 16. & 23.
36 † An autem hoc statutũ de continuanda possessione defuncti in haeredẽ, habeat locũ in filia à statuto exclusa, adeòut in ea continuetur possessio iuxta statuti dispositione; & dic quod sic, ita Tiraq. in d. tract. le mort. part. 2. declar. 8. Menoc. in tract. adipisc. remed. 4. num. 323. q. 41.
37 † Non etiã procedit hoc statutũ, qñ incõtinenti, saltem apparenter, constat de bono iure possidentis, Nonius cons. 80. num. 9. & seq. cũ alijs, de quibus per Borgnin. decis. 39. nu. 12. part. 2.

Non etiam procedit in Ecclesia, quę hoc statuto non ligatur Doct. in c. Ecclesiae Sanctae Mariae, de constit. Borgnin. decis. 36. nu. 129. part. 2. intellige tamen, vt dictum est, in principio huius verbi.
38 † An autem hoc statutũ de cõtinuanda possessione defuncti in haeredẽ, habeat locũ, quo ad detentionem, quae erat apud ipsum defunctum, & tunc distingue, quia aut agitur de detentione aduersus tertium, & tunc illa videntur transire, & continuare à defuncto in eius haeredem, ea ratione, quia nihil attinet ad hunc tertium, quod defunctus esset solum detentor, & nudus possessor, Tiraq. de tract. le mort, part. 3. declarat. 4. nu. 3. & tunc ista detentio operatur effectũ, quod haeres contra tertios, suam illã possessionẽ perturbantes, vel spoliantes habebunt actionẽ, aut verò agitur de detentione aduersus verum, & propriũ possessorem, & tunc vigore huius statuti non continuatur detentio illa defuncti in haeredem, detentoris, in praeiuditium ipsius veri possessoris, ea ratione, quia sicut illa detentio viuo detentore obijci non potuisset vero possessori, multò minus debet posse obijci translata in haeredẽ detentoris, itá pulcrè distinguit Menoch. cõs. 139. nu. 27. lib. 2

In verbo, quo ad omnẽ effectũ]idem, & melius disponitur infr. per decretum 16. sub rubr. quod possessio defuncti, & latius per Nou. Const. Med. in tit. de continuanda possessione defuncti; sed
39 iuxta hoc quaero, † nunquid huiusmodi ficta possessio continuata ex dispositione huius statut. pariat interdictũ recuperandae, an verò adipiscendę; In hac sententia variarunt DD. magni nominis, nam Bald. in c. item cũ quis col. prima, de rest. spol. & in rub. de causa poss. & propriet. col. fin. tenuit parere interdictum recuperandae, & Bald. videtur sequi, Rip. in d. rub. num. 24. plures alios tenentes cum Bald. refert Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de acquiranda, vel amittenda possessione, conclus. 7. numer. primo, hanc veriorem dicunt Coaruu. variarum resolut. lib. 2. cap. 5. § 6. versic. fit, & in interdicto recuperandae, Tiraq. in d. tract.

le mort,sai xit le vif,in 6.part. nu. 2.in fine, & mouentur ipsi, quia hæredes vigore dicti statuti dicuntur habere veram possessionem, non autem fictam, de quo Tiraquel.de iure constit. part. prima,nu.68. in 2. parte, ampliat. 11.

40 Contrariam opinionem, † quod imò huiusmodi possessio translata in hæredem, vigore huius statuti, non pariat interdictum recuperandæ, tenuit Bald. sibi parum constans in Auth.defuncto, nu. 6. circa mediũ, C.ad tertullian.& hanc communem dicit.Alex.in l.in suis, nu. 9. ff.de liber. & posth.& cons. 37.nu.5.lib. primo, vbi latè Appost. ad eum, & maximè ibi Reu. D. Marcus Antonius Rouescala honorandus Præceptor meus, vbi post relatos nonnullos in contrarium, videtur tenere cum Alex. & hanc dicit communem, Rip. in d. rub.de causa possessionis, & proprietatis, nu. 24. plures DD. tenentes hanc, & testantes de cõmuni refert, Ant. Gabr d.concl.7. nu.1. vbi hanc sequitur, hanc pariter tenet Menoch. in tract. adipiscendæ,remed.4. nu.367.

Quid tenendum de iure, sequerer distinctionẽ Rip.aui mei,in l. 1. in prin.num. 37. ff. de acquir poss. quam refert Ant. Gabr. d. concl. 7. num.2. aut nempè statutũ fingit interuenisse traditionẽ, & tunc quia idem operatur, quod vera, operabitur effectum recuperandæ, aut verò statutum simpliciter transfert possessionem,& tunc secus. Hodie tamen cessant hæ opiniones, hoc in dominio, cum habeamus legem apertam in Nouis Const. Mediol. in tit. de continuanda poss. defuncti in

41 hæredem, † quibus cauetur huiusmodi continuationem operari, quò ad omnem effectum, etiam quò ad remedium recuperandæ, quo casu stante expressa dispositione ipsarum Constitutionum, non est dubium quin possessio sic continuata, pariat interdictum recuperandæ, ità in terminis constitutionum, Plot. in repet. l.si quando, nu. 14. ac nu. 838. & in repertorio, in verbo, decretum, Honded. cons. 18. num.20. lib. 2.

42 Ampliatur, vt etiam huiusmodi possessio continuata per statutum operetur, & pariat remediũ retinendæ, adeò ut si hæres, qui vigore huius statuti dicitur possidere, turbetur in ipsa possessione, possit ad ipsam defendendam intentare ipsum remedium retinendæ, Tiraq. in d. tract. le mort. in prima declarat. 6. part. nu. 1. vers. primo declara, Io.Fab. in §. retinendæ, col.3. Inst. de interdic.& in §. sui autem, col. prima, in fine, Inst. de hæred. qual. & differ. cum alijs de quibus per Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de acquir. vel amitt. possess. concl. 7. nu. 3. cui addo Plot. in d. repet. l.si quando, nu. 840. C. vnde vi, Honded. cons. 18. num. 15. lib. 2.

43 Ampliatur, vt pariter operetur remedium adipiscendæ ex interdicto, quorum bonorum, vel ex l.fin. C. de edic. Diu. Adr. toll. ad effectũ, vt hæres, qui dicitur esse in ficta possessione, vigore huius statuti, mittatur in possessionem naturalem, & ciuilem, Tiraq. in d.tract. le mort, in secunda declarat. 6. partis, versic. secundo declara, Gabr. & Plot. supra citati, qui plures ad hoc refferunt, quos omitto, cum apud eos videri possint; Honded. d. cons. 18. nu. 16. vbi num. 17. vult vtrumq; remediũ, scilicet retinendæ, & adipiscendæ dari simul.

44 Hanc verò statuti regulam, quod possessio defuncti in hæredem continuetur, triginta octo modis, declarat Sebast. Medic. in tract. de modo acquir. controu. & amitt. rerum dom. glo. prima, part. 2. à nu. 30. vsq; ad num. 70. Paris. latè de tali. statuto. cons. 41. lib. primo, Honded. cons. 10. lib. 2. Milanens. decis. 3.

Quod Iudex non det licentiam per præceptum alicui de intrando possessionem, non citato possessore. Rubr. 56.

Item statuimus, quòd aliquis Potestas, vel aliquis Iusdicens præsens, vel futurus non debeat concedere alicui personæ, vel Communitati, Collegio, capitulo, Conuentui, vel Vniuersitati, aliquod præceptum, vel licentiam intrandi in possessionem aliquam, seu aliquarum rerum, nisi prius citato eo; qui esset in possessione, seu tenuta ipsius possessionis, vel rerum, seu contra quem, seu in cuius præiuditium dictum præceptum, seu licentia emanaret. Et id quod in contrarium fieret nullius sit ipso facto, & iure valoris, & momenti.

Summarium ad statutum 56. in Ciuilibus.

1 Circa materiam huius statuti, quæ videnda.
2 Hoc statutum strictè intelligendum.
3 Hoc statutum an procedat, quando Dominus directi vellet expellere enphyteutam.
4 An comprahendat præceptum associandi, & vide num. 5. vbi Auctor consuluit in fauorem D. Zerbi.
6 Præceptum associandi non requirit citationem.
7 Possessor de iure communi non potest expelli absq; citatione.
8 Amplia extante statuto permittente, quem posse ingredi propria auctoritate.
9 Amplia in fideicommissario habente facultatem à testatore ingrediendi propria auctoritate.
10 Amplia etiam si possessor ignoretur.
11 Amplia etiam, si iniustè possidens citetur per proclama generale.
12 Possessor certus non potest citari per proclama generale.
13 Possessor incertus, quando per edictum citandus, remissiuè.
14 Amplia in executione, quæ non fit contra tertiũ non citatum.
15 Limita in instrumento continente constitutum.
16 Limita in notoriè iniustè possidente, & nu. 18.
17 Limita in restitutione ad possessionem iniustè occupatam post Iudicis inhibitionem.
19 Limita in possessore de facto.
20 Facta de facto, de facto reuocanda.
21 Limita in hærede petente, simpliciter se mitti in possessionẽ.

22 Limita

22 *Limita quo ad validitatem processus.*
23 *Praeceptum de ingrediendo possessionē secuta missione quid operetur.*
24 *Limita in ficto possessore.*
25 *Possessio tradita non citato possessore nulla.*
26 *Amplia etiā interueniēte interloqutoria Iudicis*
27 *Intellige, vt requiratur declaratoria Iudicis, quod possessio sit nulla.*
28 *Obtinens possessionem, non citato possessore, an se ex illa tueri possit, vigore hyppotheca.*

1 AD hoc statutum, vide inf. statut. 58. etiā vide, quæ dicta sunt ad statut. 52. & latè Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 155. sub rubr. quod non detur præceptum intrandi in possessionem, nisi citato possessore, & cap. 173. Honded. cons. 20. num. 20. lib. 1. volens non citatum non priuari possess. ex plurib. Benintend. decis. 93. num. 5. & seq. idem volens in Iudice ingrediente possessionem, & cum huiusmodi
2 modi statutum debeat strictè, intelligi, vt l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. & vt supra dictum est
3 de regim. Potest. statuto 55. dicendū † est, quod hoc statutum restringitur ad licentiam intrandi, non autem habet locum, quando dominus directi vellet propria auctoritate expellere emphyteutā, propter canonem non solutum, & ad effectum, vt scandala euitentur petit sibi concedi præceptum associandi, per ea quæ tenet Ias. in l. 2. num. 113. versic. si autem, C. de iur. emphyt. Grat. cons. 37. num. 39. lib. j. Carp. ad d. statut. Mediol. cap. 155. nu. 2. ex pluribus tamen casibus conueniendus est possessor, Bald. in l. ea lege, C. de cond. ob causam.
4 In verbo, aliquod præceptum, vel licentiam intrandi] † nota, quod dum statutum nostrum loquitur de præcepto intrandi, non videtur compræhendere præceptum associandi, quod solet concedi parti, quæ ex pacto habet auctoritatem intrandi possessionem propria auctoritate, et non citato possessore, ad euitanda tamen scandala, adeat Iudicem, & petat sibi dari nuncium, vt eum associet in possessione, cum protestatione, quod intendit velle gaudere authoritate sibi concessa ex pacto, nō obstante dicta associetate, nam tunc non requiritur partis citatio, vt supra dictum est in statuto 51. per doctrinam Bart. & DD. in l. creditores, C. de pignorib. cum alijs, de quibus per Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de citat. concl. prima, nu. 225. vers. limita igitur communem opinionem, quibus addo, Afflict. dec. 326 nu. 2. Ruin. cons. 152. nu. 6. lib. 4. Grat. cons. 90. num. 3. lib. primo Menoch. hos referens in tract. recup. possess. remed. 8. nu. 98. quibus addo, Carp. plures allegantem ad statuta Med. vol. primo, c. 155. num. 2. cum seq. & ita per hæc, & alia iura, aliquando respondi in fauorem D. Zerbi, contra
5 Furnarium, † huiusmodi statut. non procedere in præcepto associandi, cum huiusmodi præcepta
6 inter se differant, † cum hoc non requirat citationem ex Alex. cons. 131. num. 3. & 4. lib. 4. & alijs supra citatis, Marcobrun. cons. 90. nu. 17. & seq. quo casu dicebam non esse de vno ad aliud faciendam illationem, cum versaremur in statutis, in quibus stricta est facienda interpraetatio l. 3. ff. de noxal. cum debeant intelligi ad litteram, vt cauetur in vlt. statuto crim.

In verb. rerum] inteligo ego immobilium, nam respectu mobilium reponuntur, & sequestrantur etiam nō citato possessore, Ias. in l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satisd. cog. Carpan. ad statut. Mediol c. 155. nu. 9. & 10.

7 In verb. nisi prius citato eo, qui esset in possessione] hoc etiam procedit de iure communi, † quo iure possessor etiam iniustè, & illicitè detinēs absq; citatione, sua possessione priuari non potest, Innoc. in cap. inter de maiorit. & obed. Bald. in l. 2. C. si propter publicam pensitationem, Bart. in l. fin. col. 7. vers. item extra, gl. quæro, C. de edic. Diu. Andr. toll. tex. in cap. licet episcopus de præbend. Menoch. plures citans in suo tract. recuper. remed. primo, nu. 111. & tract. adipisc. remed. 4. num. 448. q. 56. & remed. 6. nu. 22. Ant. Gabr. plures citans in suis communibus, in tit. de citationibus, concl. prima, nu. 72. vers. nono amplia, vbi infinitos ad hoc congerit, Hond. cons. 20. num. 20. lib. primo.
8 Amplia etiam si extaret statutum permittens posse ingredi possessionē propria auctoritate, nā adhuc illud statut. deberet intelligi, nisi possessio esset ab aliquo occupata, quo ca su debet ingredi parte citata, Dec. in l. fin. nu. 5. C. de edict. Diu. Adr. toll. ante eum, Corn. cons. 166. circa primum, lib. primo, Menoch. in d. tract. adipisc. remed. 23.
9 Amplia etiam in fideicommissario, † cui ex testatoris dispositione competit facultas ingrediendi possessionē, propria auctoritate, nam adhuc tenetur ingredi auctoritate Pretoris, facta citatione quali quali, & parte citata, Bald. cons. 234. lib. 3. quem sequitur Ias. cons. 146. nu. 1. in fine, lib. 4. Durand. de art. testandi, tit. 5. caut. 22. ad finem, quos refert, & sequitur. Menoch. in dicto tract. adipisc. d. remed. 6. num. 24.
10 Amplia procedere etiā, si possessor ignoratur, nam tunc nihilominus talis ignorantia non operatur, quod possessio appræhensa eo non citato valeat, in sui præiuditium, ità pluribus citatis ampliat Ant. Gabr. d. concl. prima, nu. 73. vers. primo amplia.
11 † Amplia procedere, etiam si iniustè possidens fuisset citatus per proclama generale, nā adhuc non sufficit, ita ampliat Gabr. vbi sup. nu. 47. ex
12 Ruin. cons. 17. nu. 5. vol. 5. & † quod non sufficiat generalis citatio, si sit possessor certus, est tex. in l. 1. §. pen. ff. de vent. inspi. Alex. cons. 107. colu. prima, lib. 5. cum alijs de quibus per Menoch. in tract. recup. remed. 8. nu. 102. vbi hanc regulam, quod quando certus est possessor sit specialiter citandus, non autem sufficiat citatio generalis per edictum, pluribus ampliationibus, & limitationibus exornat, quæ apud eum videri poterunt;
13 qui etiam tradit, † quando incertus est possessor, an sufficiat generalis citatio, scilicet per edictū, & ante eū, vide Alex cons. 5. num. 2. vol. 5. remissiuè Carp. ad stat. Med. vol. 1. cap primo, nu. 10.
14 † Amplia, vt nec etiam executio contra tertiū non citatū, fieri valeat, Ias. in l. si vnus, §. ante oīa, nu. 4. ff. de pact. cū plurib. alijs citatis per A in. in. sua prax. iud. §. 3 r. cap. 2. limit 5. ac 25.
15 † Limita hanc conclusionē non procedere, qñ in instrumento adest constitutum, vel precarium, quia tunc potest concedi licentia contra tertium non citatū, Aret. cons. 21. nu. 3. cū seq. in 3. dubio, Soc. sen. cōs. 82. col 3. nu. 8. vol. 3. Grāmat. decis. 92. nu. 21. cū seq. Ruin. cons. 166. nu. 5. vol. 1.
16 † Limita, qñ notoriū esset aliquē possidere iniustè, quia tunc minimè requiritur iuris ordo in expellēdo à possessione, Dec. cōs. 191. col. 3. cū plur. alijs, de quibus per Ant. Gabr. in tit. de citat. dicta

concl. prima, nu. 73. vers. secundo limita, vbi etiã num. 71. limitat † non procedere, quando fit restitutio ad possessionem, antequam aliquis occupauit, post Iudicis inhibitionem, & ad hoc allegat Calcan. cons. 82. col. pen. & seq. † & quando notoriè constat possessorem nullum ius habere, quod tunc necessaria non sit citatio pluribus citatis, tenet Menoch. in tract. adipisc. remed. 4 nu. 450. & in tract. recuperandæ remed. 15. nu. 259. cum seq. & de arb. Iud. q. 17. in fine, num. 15.

17

18

19 † Limita tertio, quando possessor habuit tenutam, & possessionem de facto, nam tunc etiam de facto, & eo in citato poterit ab eo auocari dicta tenuta; ità Roman. sing. 320. num. 4. ad finem,

20 Alex. cons. 5. num. 4. vol. 2. ratiò est, quia, † quæ de facto fiunt, de facto sunt reuocanda, glo. in l. minor, ff. de euic. quam regulã latè exornat Felin. in cap. qualiter, & quando, il primo de accusat. quem refert Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 186. vers. sexto fallit, ff. de acquir. poss.

21 Limitatur quartò, non procedere, quando hæres simpliciter petierit se mitti in possessionem, nam tunc possessor non citatur, Menoch. d. tract. adipisc. remed. 4. num. 453.

22 † Limitatur quintò, quo ad processus validitatem, qui benè valet, licèt tertiò possessori non præiudicet, exemplificando, vt per Menoch. d. remed. 4. num. 456. & seq.

23 Sed iuxtà hoc † quæro, quid operetur huiusmodi præceptum ingrediendi possessionem secuta missione; dic, quod operatur, vt constituatur pignus, & hypotheca a l fauorem ingredientis, l. non est mirum, ff. de pignor. act. Alex. cons. 2. nu. 10. vol. 4. Cotta in suis memorab. in verb. hypotheca, an intelligatur, versic. est memoria dignũ, Rebuf. in tract. de const. reddit. art. primo, gl. 14. num. 48. & dicitur pignus iuditiale non conuentionale, Carp. ad statuta Mediolani, capit. 155. nu. 7. & 8.

24 † Limitatur sextò, † non procedere conclusionem supra firmatam in ficto possessore, qui non venit necessario citandus, Boerius decis. 112. nu. 10. declarando, vt ibi per eum nonnullas alias limitationes ad hoc refert, Carpan. ad statuta Mediolani, vol. primo, d. cap. 155. num. 33. cum seq. quæ non refero, cum apud eum videri possint, vt si dolosè in tertium facta sit alienatio.

25 In verbo, nullius valoris, & momenti] in hoc conuenit cum iure communi, † quo possessio sic tradita, non citato possessore, non acquiritur illi cui traditur, nec præiuditium infert, possessori Anchar. cons. 92. nu. primo, Corneus cons. 193.

26 ad finem, vol. 3. quod procedit, etiam si † Iudex fuerit interlocutus, concedendam esse possessionem possessore non citato; Soc. sen. cons. 158. nu.

27 19. 20. vol. 2. † requiritur tamen, quod Iudex declaret huiusmodi possessionem esse nullam, & eam reuocet, ità Ias. cons. 21. col. 3. versic. tertiò respondetur, vol. 3. Ant. Gabr. in suis communibus, tit. de maleficijs, concl. 12. vbi plures authoritates ad hoc congerit.

28 Sed an ille in quem est translata possessio non citato possessore, possit se tueri in dicta possessione, si habet bona hypothecata, vigore huius hypothecę Neguſ. in tract. de pignor. part. 3. memb. 2. nu. 20. Menoch. alios citans in tract. retinend. remed. primo, num. 34. tenet quod sic.

Quod ex possessione præsumatur dominium. Rubr. 57.

ITem statuimus, quòd ex possessione præsumatur dominium, donec contrarium probetur. Quod statutum obtineat præterquam contra commune Papiæ.

Summarium ad statutum 57. in Ciuilibus.

1 *POssessio quid, & Doctores videndi.*
2 *Dominium quid.*
3 *Dominium triplex vtile, & directum, & quasi dominium.*
4 *Quasi dominiũ dicitur habere emptor bona fidei.*
5 *Dominium directum potentius quasi dominio.*
6 *Dominium deducens, intelligitur de directo.*
7 *Dominium non præsumitur ex possessione de iure communi.*
8 *Intellige quando disputatur principaliter.*
9 *De iure communi, quando præsumatur dominium ex possessione remissiuè.*
10 *Limita, quando agitur de dominio incidenter.*
11 *Sublimita vere apparente possessorem non esse dominum.*
12 *Statutum quod ex possessione præsumatur dominiũ procedit etiãsi de dominio agatur principaliter*
13 *Statutum intelligendum, ne sit superfluum, sed vt addat iuri communi.*
14 *Limita, quando quis indebitè damnum patiatur.*
15 *Hoc statut. procedit, tam in actore, quam in reo.*
16 *Limita statutum, quando dominium non allegaretur a parte, & vide num. 17. & 18.*
19 *Statutum hoc an procedat in quolibet possessore.*
20 *Dominium qualiter probetur, remissiuè.*
21 *Dominium an probetur ex sola apprahensione.*
22 *Dominium non probatur per librum Catastri.*
23 *An probetur per librum censuale.*
24 *An per venditionem.*
25 *Dominium non probatur ex locatione.*
26 *Limita quoad probandum dominium, quod ex possessione causatur.*
27 *An probetur dominium per famam.*

AD hoc statut. videndus, Menoc. olim Collega meus de prçsumpt. lib. 6. prçsumpt. 63 per tota vbi plenè. & lib. 4. præsumpt. 116 Mascard. de probat. concl. 539. Pract. Pap. in form. capitulorum, in verbo, pro sua. Alciat. d. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 20. & cons. 395.

1 Quid sit possessio, videas Bart. in l. prima, in princ. nu. 6. vbi Ias. nu. 29. & 35. ac Rip. num. 26. ff. de acquir. possess. idem Rip. in rubr. de causa possess.

2 & propriet. nu. primo, ac 11. cum seq. † dominiũ autem est ius perfectè disponendi de re etiam respectu naturalium accessoriorum, Bartolus in l. si quis vi. §. differentia, ff. de acquirenda possess.

sess. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune num.
3 8. ff. de acquir. possess. † & est duplex dominium aliud directum aliud vtile vt per Bart. in d. §. diffe-
4 rentia. † Item aliud dicitur quasi dominium quod habet bonæ fidei. emptor, Ias. in §. omnium nu. 61.
5 inst. de actionib. scias aūt † quod dominium directū
5 † dicitur potentius quasi dominio l. qua ratione. § liberæ cum ibi notatis. ff. de acq. rerum dominio Alex. cons. 134. num. 15. lib. 2.

6 Dominium autem deducens debet † intelligi de directo, Bart. in l. si mater. §. eandem num. 3. ff. de except. rei iudic. Alex. cons. 202. nu. 2. lib. 2. quid aūt differat, à proprietate videas Rip. in d. §. nihil commune num. 8. vers. item premittendum est.

7 In verb. ex possessione] † hoc statutum est correctorium iuris communis, cum eo iure ex possessione non præsumatur dominium glo. in l. 3. & in l. cū
8 res C. de probat. Alex. cons. 10. lib. 4. † intelligendo quando disputari contigit de dominio principaliter, Bart. in l. quidam in suo num. 4. vers. 1. casu ff. de cond. inst. Abb. in c. cum ad sedem num. 20. de rest. spoliat. Dec. cons. 21. num. 3. cum pluribus alijs congestis per Menoc. de præsump. lib. 6. præsump. 63. num. 1. cum seq. vbi num. 3. & 4. exten-
9 dit † hoc duobus modis, & latè tradit, quando de iure communi ex possessione præsumatur dominium distinguendo quatuor casus, vt ibi per eum Mascard. de probat. concl. 539.

10 Limita, † vt hæc dispositio iuris communis non procedat, quando de dominio, non principaliter, sed incidenter ageretur, nam tunc bene dominiū præsumitur Bart. in l. pen. ff. de cond. inst. Alexan. consil. 10. num. 4. lib. 4. Abb. in c. cum ad sedem de rest. spol. cum alijs adductis per Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 15. ff. de acquir. possess. & in l. remq; nobis nu. 52. ff. eod. quibus addo Menoch. d. præsumpt. 63. num. 11. vers. 2. casus, infe-
11 rens ad tria vbi num. 20. sublimitat † non procedere quando vere appareret, possessorem non esse dominum, nam cum præsumptio cedat veritati, non potest ex ea possessione, præsumi ad dominium. & allegat Bart. in l. si quis in suo num. 4. versic. nec obstat. ff. de condit. inst. Boer. q. 42. nu. 8. in fine; sciendum tamen est quod stante hoc Statuto, ex posses-
12 sione præsumitur dominium, † etiam quando contigit de dominio disputari principaliter, ita Pratich. Pap. in forma capitulorū actoris in verb. pro sua nu. 1. & forma libelli pro hypotecaria in verb. ex memoratis, num. 6. cum alijs de quibus per Menoch. loquētē in terminis hu⁹ Statuti d. p̄sump.
13 63. num. 5. & ratio esse potest, quia † Statutum debet intelligi ne sit superfluum, sed vt aliquid operetur; & addat iuri communi Bart. in l. 3. ff. de vsucap. & in l. 4. §. prætor ait vers. quæro quid si Statutum. ff. de damn. infec. tex. in l. si quādo. ff. de dam. infec. Alex. cons. 5. num. 3. & cons. 24. num. 12. ac cons. 190. num. 15. lib. 2. & cons. 49. num. 12. lib. 1. & cons. 119. num. 1. lib. 7. & cons. 49. num. 8. lib. 1. Dec. cons. 502. nu. 6. & cons. 466. num. 15. & cons.
14 272. num. 8. Curt. iun. cons. 5. nu. 75. † nisi quando quis indebite damnum patiatur, nam tunc Statutum esset intelligendum, & interpretandum secundum ius commune, etiam si ita intelligendo nihil adderet iuri communi, l. si serui. C. de noxal. act. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. Bart. in l. omnes populi in 6. q. princ. num. 55. ff. de Iust. & Iur. Alexan. cons. 50. nu. 10. & cons. 109. num. 5. lib. 1.

15 Amplia, † vt hoc Statutum habeat locum nedum in actore, sed etiam in reo, ita in terminis huius Statuti respondit Alciat. resp. 395. nu. 2. quem ad hoc allegat Menoc. d. præsump. 63. num. 5.

16 Limita non † procedere hoc Statutū, quando hoc non allegaretur à parte. nā in casibus quib. ex possessione præsumitur dominium, illud procedit si aperte allegatur, alias secus, Alex. cons. 92. num. 9. & 10 lib. 2. Rip. in d. l. naturaliter. §. nihil commune, num. 15. ff. de acquir. possess. & in l. remque nobis num. 54. ff. eod. tit. Menoc. d. præsumpt. 63. num. 18. vbi ad hoc alios citat.

17 Sed aduerte † quod videtur, quod ista præsumptio non veniat alleganda; ex quo enim est expressa, eam expresse allegare non est necesse, vnde si expresse allegatur, sequitur quod talis expressio sit inepta, & vitiat, quia quando casus est necessarius, eius expressio non est necessaria, vt quia talis actus à Iure vel Statuto præsumitur, tunc per expressionem tollitur iuris præsumptio ita Crauet. in tract. de antiq. temp. in 3. parte 6. quæst. princip. num. 459.

18 Teneas † tamen intrepidè limitationem, nempè ad hoc vt dominium ex possessione præsumatur vigore huius Statuti, requiratur, quod allegetur dominium, prout tenet Ias. loquens etiam stante hoc statuto in l. non hoc col. pen. C. vnd. legit. & in §. item Seruiana Inst. de actio.

19 Sed an † hoc Statutum procedat, in qualibet possessione, & distingue, quod aut possessio est vitiosa, & non procedit Statutum hoc, Bart. in l. 1. §. 1. ff. de liber. caus. aut possessio non est vitiosa, & tunc aut possessio est de præsenti, & vendicat sibi locum dispositio huius Statuti; aut possessio est de futuro, & eo casu præsens Statutum minime locum habet, ita Corneus cons. 150. ad finem idem examinat Pratich. Pap. in forma capitulorum in glo. pro sua, vbi tandem concludit, quod hoc Statutum verificatur in possessione de præterito, & de præsenti, non aūt de futuro; & cum eo concordat Alciat. in suo tract. de præsump. præsump. 20. ante eum Cast. in l. cum res in fine. C. de probat. vide tamen Orianūm tenentem, Statutum nostrum debere intelligi de possessione de præsenti tantum in c. quoniam contra in verb. testium num. 95. & seq. extra de probat.

20 Et pro complemento quæro † qualiter probetur dominium, & dic pluribus modis probari de quibus late per specul. in tit. de locato. §. fin. versic. quinquagesimo sexto, Ias. in §. omniū nu. 75. Inst. de actio. latiss. Mascard. de probat concl. 738. cum pluribus seqq. vsq; ad concl. 561. Menoch. de arb.
21 Iud. casu 42. † & quid in rebus corporalibus, & an ex sola apprehensione probatur, vide Rip. in l. rēq. nobis num. 33. ff. de acquir. poss. Mascard. de pro-
22 bat. concl. 540. num. 10. cum seq. & † an dominiū probetur per Catastrum seu librum æstimi. dic q̄d non, tex. in l. si pater vbi Bart. & Bald. C. de actio. empti Rip. resp. 6. num. 17. titul. de causa possess. Alex. cons. 10. Mascard. de probat. concl. 543. per
23 totum, & conclus. 544. † vbi tradit an dominium
24 probetur per librum censualem, † & an probetur per venditionem, vel locationem, Alex. consil. 10.
25 lib. 4. vbi tenet † ex locatione non probari, sequitur Aluarus Valas. in suo tract. iuris emphit. q. 9.
26 num. 9. limita tamen, † vt ex locatione, & perceptione pensionis longi temporis factæ per colonū, bene probetur dominium, quod ex perceptione causatur, Bart. in l. ad probationem, C. locati Rip. in l. remq. nobis num. 47. ff. de acquir. possess. & an probe-

probetur per famam Rip. in d.l. remq; nobis, num. 56. cum seqq. pluribus Alex. cons. 4. num. 11. lib. 2. vbi vult famam esse sufficientem ad probandum dominium in antiquis.

Quod creditor contra extraneum possessorem non possit, vti pacto intrandi in possessionem sua auctoritate nisi seruata forma, & certo casu. Rubr. 58.

ITem statuimus, quòd de cætero aliquis creditor non possit vti contra extraneum possessorem pacto facto per debitorem intrandi in possessionem sua auctoritate alicuius rei, vel rerum, nisi prius citato extraneo possessore, & fide facta Iudici per creditorem de iure suo, & nisi auditis exceptionibus, & defensionibus possidentis iuris ordine seruato dictis creditori, & extraneo possessori. Iurante possessore, quòd non tenet, nec possidet in fraudem creditoris seu petitoris, nec ad commodum seu vtilitatem illius cùm quo pactum fuerit celebratum seu successoris sui. Et si illud Sacramentum recusauerit mittatur petitor in possessionem secundum formam pacti.

Summarium ad Statutum 58. in Ciuilibus.

1 *CREDITOR quis propriè dicatur, & Doctores videndi.*
2 *Creditor in diem, vel sub conditione non dicitur propriè creditor, & num. 6.*
3 *Verba in Statutis propriè intelligenda.*
4 *Statutum de creditore non comprehendit creditorem in diem vel sub conditione.*
5 *Fallit quando subiecta materia hoc suadet.*
7 *Creditor ex delicto non dicitur propriè creditor.*
8 *Licentia de ingrediendo non exequitur contra extraneum possessorem.*
9 *Personalia non transeunt in singularem successorem.*
10 *Fallit regula pluribus modis remissiuè, & vide fallentiam, num. 11.*
12 *Statutum hoc debet intelligi, in casibus in quibus de iure pactum de ingrediendo potest exerceri contra extraneum successorem.*
13 *Statutum intelligendum, vt minus corrigat ius commune quam sit possibile.*
14 *Pactum ingrediendi propria auctoritate an cessibile, & quod sic.*
15 *Limita quatuor modis remissiuè.*
16 *Pactum de ingrediendo an ita possit concipi, vt possit exerceri contra extraneum possessorem non obstante hoc Statuto, & contra hæredes valet.*
17 *Possessor de iure communi citandus.*
18 *Citatio in quibus casibus de iure communi requiratur remissiuè.*
19 *Pactum ingrediendi propria auctoritate intelligitur liquidato negotio, & qualiter liquidatio fiat.*
20 *Pactum ingrediendi iunctum dationi in solutum exigit Iudicis declarationem super pretio, & moram debitoris.*
21 *Pactum ingrediendi propria auctoritate non valet vbi non consistit contractus, cui adijcitur.*

ACcedat ad hoc Statutum Afflict. in titulo de cultu pacis rub. 8. nu. 16. cum seqq. pluribus Marc. decis. 643. part. 2. Bart. in l. creditores C. de pignorib. Carpan. ad Statuta Mediolani cap. 173.

1 In verbo creditor] quæro † quis propriè dicatur creditor; & ille est qui ex contractu fidem alterius secutus est, ei credendo, & confidendo, mox recepturus quod credidit ex intentione, Bart. in l. 1. vers. veniamus ad quartum vbi DD. & præsertim Alex. & Rip. ff. si cert. pet. hinc infertur appellatione creditorũ, propriè non compræhendi cre-
2 ditorem, † cui in diem, vel sub conditione debetur Bart. in d.l. 1. vbi Rip. post Alex. & alios num. 100. testans de communi, & Curt. num. 71. Alciat. consil. 769. cum ille non sit mox restituturus, vt per
3 DD. vbi supra. & ideò † in Statutis in quibus verba propriè intelligi debent l. 3. §. hæc verba. ff. de neg
4 gest. † appellatione creditoris non veniunt huiusmodi creditores in diem, vel sub conditione, Bart.
5 in d.l. 1. † nisi subiecta materia hoc patiatur, vt declarando tenet Curt. in d.l. 1. num. 76. cum seq. in terminis Statuti Carpan. ad Statuta Mediolani,
6 cap. 163. num. 1. cum seq. & † quòd creditor ex contractu conditionali, non dicatur propriè creditor, sed largo modo, & impropriè, tenet Ias. in §. item si quis in fraudem num. 60. Inst. de actio. Gomes. in rub. num. 5. Inst. de actio.
7 Infertur secundo creditores ex delicto, non dici propriè creditores, Bart. in d.l. 1. vbi Rip. num. 95. Ias. in d. §. item si quis in fraudem, num. 57. prout, nec etiam legatarij & fideicommissarij, dicuntur creditores propriè, Rip. post DD. in d.l. 1. num. 91. Ias. in d. §. item si quis in fraudem, num. 61.
In verbo contra extraneum possessorem] hoc
8 idem procedit de iure communi, † quo iure, licentia ingrediendi, & adipiscendi possessionem propria authoritate, non potest exequi contra extraneum singularem possessorem, ita Afflic. in const. regni rub. 8. pacis cultum, nu. 18. lib. 1. & latè dixi supra statuto 56. & ratio est, quia huiusmodi licentia, seu pactum, est personale, vt per Bart. & cæteros DD. in l. 3 C. de pignoribus nu. 23. & 24. Ang. cons. 373. num. 1. Menoch. in tract. adipisc. remed.
9 5. num. 111. & 114. cum seq. in 18. q. † & pacta personalia, non transeunt in singularem successorem, l. vt pomum in princip. ff. de seruit. l. ea lege. ff. de cond. ob turp. causam, l. si vnus. §. ante omnia. ff.
10 de pactis. Boer. decis. 204. num. 47. & 48. † fallit hoc pluribus casibus quos notat Menoch. in d. tract.

tract. adipisc. d. remedio 5. num. 126. vsq; ad num. 142. vbi ad hoc considerat octo casus; & inter alios
11 fallit hæc regula, † quando in instrumento, in quo est appositum huiusmodi pactum de ingrediendo rem propria authoritate, debitum non fuit in eo liquidatum, sed in eo apposita clausula constituti vel præcarij, nam tunc hæc licentia valet exequi contra singularem successorem, etiã resistentem, ac etiã nulla facta liquidatione, ita Menoch. dict. remed. 5. num. 140. vers. nonus, & vltimus casus, & allegat ad hoc Bart. & alios in d. l. creditores, num. 25. vers. Sed pone. C. de pignor. Aret. cons. 21. nu. 4. & hoc casu vbi adest constitutum pacto iunctũ, potest propria auctoritate ingredi possessionem, licet naturalis esset per alium occupata, Maran. de ord. Iudic. part. 6. §. proposui nu. 38. Surd. consil. 221. num. 35. & seq. vbi alios citat Rimin. iun. cons. 592. qui tamen num. 5. & seq. verum intelligit, vbi incontinenti exercetur contra tertium; Secus si ex interuallo; alias fallẽtias ponit Carpan. ad Statuta Mediolani cap. 173. num. 6. cum seqq. pluribus, quo loci adest consimile Statutum.

Hoc tamen est notandum, quod dum Statutum nostrum dat formam procedendi contra extraneũ possessorem, per creditorem, qui ex pacto habet authoritatem ingrediendi rem propria authori-
12 tate, † intelligitur solum procedere, in casibus in quibus à iure communi permissum est huiusmodi pactum posse exerceri contra extraneum, & singularem successorem; non autem in casibus in quibus hoc non reperitur permissum à iure communi, alias Statutum esset multum correctorium iuris
13 communis, quod non est dicendum, † cum Statutum ita debeat intelligi, vt minus lædat ius commune, quam sit possibile c. cum dilectus de cõsuetud. Roman. cons. 197. num. 2. Dec. cons. 12. num 43. plures alios citãs cum cæteris de quibus per Surd. decis. 43. num. 6. & decis. 167. num. 17. decis. 9. nume. 14. decis. 178. num. 15. Alex. consil. 19. num. 4. & 20. num. 3. lib. 1. & ita in terminis hoc Statutum declarat Menoc. in tract. adipis. remed. 5. nu. 142. D. Cost. collega olim meus in tract. de re integr. distinct. 95. num. 16.

14 Sed dubium est † an huiusmodi pactum de ingrediendo rem propria authoritate valeat cedi, & transferri in cessionarium, & posse, tenet Bart. in l. 1. §. vsufructuarius. ff. de oper. nou. nunt. quem pluribus citatis sequitur Menoch. in d. tract. adipi-
15 scendæ remedio 5. num. 100. & 109. † vbi hoc limitat quatuor modis, à nu. 101. vsq; ad nu. 106.

16 An autem † pactum de ingrediendo rem propria auctoritate possit ita concipi, vt hoc Statuto non obstante valeat exequi contra extraneum possessorem huius Statuti forma minimè obseruata, vide Soc. sen. consil. 82. col. 2. & 3. volum. 3. vbi limitat non procedere vbi adest constitutum, vel præcarium.

Taleq; pactum vbi est validum exerceri etiam potest contra hæredes, Salic. in l. 3. in 5. & 7. q. C. de pignor. cum adductis per Honded. cons. 21. nu. 15. lib. 2. Surd. cons. 221. num. 27. & seq.

In verbo nisi prius citato extraneo possessore]
17 hoc etiam † procedit de iure communi, Bart. in d. l. creditores num. 26. in 5. q. C. de pignoribus, & plures alios ad hoc citat Carpan. ad Statuta Mediolani d. cap. 173. num. 14. cum seq. vbi hoc limitat tribus modis, apud quem poteris videre declarationem cæterorum verborum, in statuto nostro comprænhensorum.

18 In quibus † autem casibus de iure communi requiratur citatio partis, & in quibus non, videas latè Asin. in sua praxi iud. §. 7. cap. 5. vbi latissimè, plenè etiam tradit Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de citationibus concl. 1. per totam Marant. in suo specul. iudiciorum parte 6. in verb. rectè concipiatur citatio Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu citationis.

19 Pactum quoq; † intrandi possessionẽ propria auctoritate non potest contra aliquem exerceri, nisi liquidato negotio Bart. in l. creditores num. 14. C. de pign. nisi tamen id quod liquidandũ est notoriũ foret, vt putà, quia notorium esset habens tale pactum causam habere à debitore Negus. de pign. in 4. parte principali num. 21. & 22. Surd. cons. 221. num. 33. vel nisi dictum esset posse ingredi propria auctoritate absq; Iudicis licentia Surd. ibi num. 38. & 39. quæ liquidatio fit citata parte, dato libello, & contestata lite, Alex. cons. 188. num. 2. versic. benefacit volum. 2. & 96. num. 4. lib. 4. Surd. consil.
20 221. num. 3. † imò si sit iunctum pactum dationi insolutum, requiritur in primis iudicis declaratio super prætio, citata parte, Surd. d. cons. num. 7. vlterius requiritur mora debitoris, vt ibi nume. 8. potestq; tale pactum exerceri, etiã contra vniuersalem successorem priuilegiatum, etiam si sit ecclesia. Surd. d. loco num. 44.

21 Tale autem pactum non subsistit vbi contractus cui adijcitur non valet Menoch. de adipisc. poss. remed. 5. num. 14.

Quod venditor, vel possessor non possit alienare rem, de qua petita est venditio, vel processus inchoatus. Rubr. 59.

Item Statuimus, quòd postquam creditor petierit ius sibi fieri coram aliquo iusdicente Ciuitatis Papiæ de aliqua re, & specialiter debitori suo, vel postquam ad petitionem creditoris aliqua res tanquam de bonis debitoris fuerit in iudicium deducta coram aliquo iusdicente Ciuitatis Papiæ, non possit debitor vel possessor ipsius talis rei modo aliquo alienare ipsam talem rem, nec se remouere in præiudicium ipsius creditoris, antequam super tali causa fuerit sententia promulgata, vel inter partes conuentum. Sed possit, & debeat ipse creditor venditionem, insolutum dationem, & executionem sui debiti perindè consequi, & habere, ac si esset in bonis debitoris ipsius, & per ipsum debitorem possiderentur. Et intelligatur, quòd non possit alienare in præiudicium ipsius creditoris absq; expressa voluntate ipsius creditoris, quousq; de debito non fuerit satisfactum.

Sum-

Summarium ad statutum 59. in Ciuilibus,

1 *Doctores videndi circa hoc Statutum.*
2 *Ratio Statuti.*
3 *Res litigiosa prohibetur alienari, & num. 26.*
4 *Litigiosa res quæ dicatur.*
5 *Proprietas non efficitur litigiosa per quæstionem possessionis.*
6 *Ampliа etiam è contra.*
7 *Possessio nihil commune habet cum proprietate, nec è contra.*
8 *Res efficitur litigiosa per confessoriam.*
9 *Res non efficitur litigiosa per hypotecariam.*
10 *Vitium litigiosi incurritur etiam in causa appellationis.*
11 *Vitium litigiosi non incurritur in pluribus casibus Primo in causa matrimoniali.*
12 *Secundus est per litem extra iudicialem.*
13 *Tertiò coram arbitro.*
14 *Quartò, per alienationem necessariam, & nu. 24.*
15 *Quintò, quando est iudicium personale.*
16 *Sextò, quando soror litigans de parte, eam dat in dotem marito.*
17 *Septimò, quando de dominio non agitur.*
18 *Octauò, quando venditio fit sub conditione, si vitiū litigiosi cesset.*
19 *Casus plures in quibus non incurritur litigiosi vitium remissiuè.*
20 *Vitium litigiosi, an contrahatur lite existente inter dominum, & conductorem.*
21 *In actione reali res efficitur litigiosa.*
22 *Res efficitur litigiosa de iure canonico, per solam citationem.*
23 *Vitium litigiosi non incurritur per alienationem in vltima voluntate, & num. 27.*
25 *Alienatio per confiscationem nō operatur vitium litigiosi.*
28 *Vitium litigiosi non incurritur alienatione facta, perempta instantia.*
29 *Alienans litigiosam rem punitur etiam ignorans, & ad quæ puniatur.*
30 *Emptor rei litigiosæ ignoranter qualiter teneatur.*
31 *Executio an possit contra tertium fieri pro re in ipsum alienata pendente lite, an vero reuocatoria sit opus.*
32 *Dictio perindè fictionem importat.*

1
Irca hoc Statutum, videatur Didac. Couaru. practicarum quæst. cap. 15. num. 7. & de hac materia vide Bart. in l. fin. C. de litigiosis vbi Ang. latissimè Lancellot. de attentat. tit. ob attent. lit. pend. nu. 451. cum seqq. pluribus, vbi per reg. & fallentias latissimè hāc materiam enucleat Honded. conf. pleno 20. lib. 1. Natt. conf. 2. & 145. quod ea ratione prohibetur alienatio rei de qua
2 petita est venditio, vel processus incoactus † quia eo casu effecta dicitur litigiosa, vt in Aut. litigiosa
3 C. de litigiosis, † quo casu dicitur prohibita alienatio, toto titu. C. de litigiosis & l. 1. & per totum
4 tit. ff. eod. tex in c. 1. de confir. vtil. vel inutil. † quæ autem dicatur res litigiosa, declarat tex. in Aut. litigiosa, inquit, enim ibi text. litigiosa res est de cuius dominio causa mouetur, inter possessorem, & petitorem, iuditiaria conuentione, vel præcibus principi oblatis, & iudici insinuatis, & per eum fu-
5 turo reo cognitis; † scias tamen quod si fuerit quæstio super possessione, proprietas nō potest dici effecta litigiosa, adeò vt non possit alienari glo. in c. 1. vbi Abb. num. 1. extra de confirmat. vtil. vel inutil. Rip. in l. naturaliter. §. nihil cōmune num. 20. ff. de acquir. possess. Menoch. de arbit. Iud. casu 202. num. 17. & seq. Lancellot. d. tit. de attent. lit.
6 pend. num. 491. & seq. † nec è contra quæstio super proprietate, facit possessionem litigiosam, Io-
7 seph Ludouic. decis. Perusin. 68. num. 9. † & ratio est, quia possessio nihil dicitur habere cōmune cū proprietate, nec è contra proprietas cum possessione, l. naturaliter. §. nihil commune vbi communi-
8 ter DD. ff. de acquir. possess. † si tamen res aliqua per confessoriam pro vsufructu petatur, efficitur litigiosa, cum vsusfructus habeat instar proprie-
9 tatis † secus si hypothecaria agatur pro aliqua, nam tunc non fit litigiosa, §. ad hæc de litigiosis in
10 nouellis; † Item incuritur litigiosi vitium, etiam in appellationis causa, Abb. cons. 3. q. 15. in 2. parte Rim. cons. 270.
11 Sunt tamen † multi casus in quibus non incurritur vitium litigiosi; Primus est in causa matrimoniali, per litis pendentiam, Barb. cons. 46. col. 3. vol.
12 secundo; Secundus est propter litem extraiuditialem, incuritur enim solum propter litem iudicialem, Castr. cons. 298. alias 296. col. 4. versic. sed
13 contra prædicta vol. 2. † Tertius est corā arbitrio, coram quo non incurritur vitium litigiosi, Ias. in l. 2. in fine 5. col. C de edendo, & l. filius familias. §.
14 diui col. 15. ff. de leg. 1. † Quartus non inducitur litigiosi vitium, per alienationem necessariā, Alex. in l. quamquam §. 1. ff. de acqua pluu. arcend. Bal.
15 in l. alienationes. ff. fam. ercisc. † 5. litigiosum non incurritur quando est iuditium personale Bal. cōs.
16 142. in 5. volum. Roman. cons. 270. † Sextò, si soror litigans de parte sua cum fratre lite pendente dat partem sua viro in dotem, glo. & Bart. in l.
17 ante diuisionem C. de iure dot. † Septimus non incurritur, si de rei dominio non agatur, Felin. in c. dilecte col. 5. de except. Rom. cons. 270. Abb. cons. 110. part. 2. Calcan. consil. 115. col. 3. Dec. in cap. 1.
18 de confirm. vtil. vel inutil. col. 2. † Octauus non incurritur litigiosi vitium si fiat venditio quandocumq; res desierit esse litigiosa, Guid. cons. 82. plu
19 res † alios casus in quibus contrahitur vitium litigiosi, & in quibus non, enumerat latè Carpan. ad Statuta Mediolanni cap. 68. volu. 1. num. 28. cum pluribus seqq. & num. 44. vsq; ad num. 61. vbi latissimè versatur, & per Lancellot. melius d. tit. de attentat. lit. pendente, num. 464. cum seqq. pluribus, vbi ponit viginti duas fallentias, post quinq; ampliationes prius traditas, ad quem me remitto, vbi etiam num. 504. & seq. & ex industria omitto, cum apud eos videri possint; & meæ intentionis non sit, eius dicta transplantare; & nota vnū, in quo etiam
20 contrahitur vitium litigiosi, † puta si lite pendente inter dominum, & conductorem, fiat alienatio, & an emens incurrat vitium litigiosi, & quandò nō vid as latè Osasc. decis. Pedam. 144. quasi per totam, & latè Appost. ad Pratich. Papiens. in forma responsionis rei sub glo. exceptionem in verb. litigiosi, & latè dictum est supra.

In verbo petierit sibi ius fieri] in hoc est confor
21 me iuri communi, † quo iure in actione reali res efficitur litigiosa, per libelli oblationem, de iure nouo Authenticorum Aut. litigiosa, C. de litigiosis

fi licet solum olim induceretur, per litis contesta-
22 tionem. l. 2. C. eod. de † iure autem Cannoncio, res efficitur litigiosa per solam citationem clem. 1. vt lite pendente Pratich. Pap. in forma responsionis rei in glo. exceptionem, num. 3. & in forma libelli in actione reali, in glo. veris ac legitimis num. 60. quem ad hoc allegat Carpan. d. cap. 68. num. 15. cum sequentibus.

In verbo alienare] intellige inter viuos, secus au
23 tem † in vltima voluntate, per quam impune citra vitium litigiosi fit alienatio, l. fin. in fine cum glo. ibi C. de litigiosis, quo casu hæres, tenetur prosequi litem, & si vicerit tradet legatario, seu fideicómissario, alias tradet æstimationem l. quicumq; C.
24 eod. de litigiosis. † item intellige ex causa voluntaria, secus autem necessaria, Carpan. ad d. statutum 68. num. 122. vbi exemplificat, quando dicatur alienare ex causa necessaria; tu autem vltra
25 eum exemplifica † in alienatione, quæ fit per confiscationem, quæ non impeditur per vitium litigiosi, l. si constante. §. fin. ff. sol. matr. Balb. decis. 86. Amplia vt ne dum res litigiosa prohibetur alienari, sed nec etiam obligari, secundum Bald. in l. 1. ff. quæ res pignor. oblig. possunt; extende etiam alijs modis vt per Carpan. d. cap. 68. num. 106. cum non
26 nullis seq. † scias, quod etiam de iure communi, rei litigiosæ prohibita est alienatio l. 2. & l. fin. & Aut. litigiosa. C. de litigiosis glo. in c. 1. de litigios. Guid. Pap. q. 337. Natt. cons. 401. Mysing. obser. 55. cent. 1. vbi ponit modos nonnullos in quibus fallit hæc regula, scilicet, vt sit licita alienatio rei litigiosæ, in illis casibus puta in alienatione neces-
27 saria, † & in vltima volontate, de quibus, & item
28 adde si fiat alienatio perempta instantia, nam tunc litigiosi vitium, non incurritur Felin. in c. causamq; col. 8. versic. item declara de testib. col. fin. Ias. in l. 2 in fine 5. colum. C. de edendo, & l. cum mota colu. 4. C. de transac. plures alios casus enumerat Carpan. d. cap. 68. num. 78. cum pluribus seqq. latissimè Lancellot. de attentat. lit. pen. nu.
29 504. cum seq. pluribus † punitur autem alienans rem litigiosam nulla facta distinctione sciuerit, aut ignorauerit, rem litigiosam, cum semper præsumatur scire, l. quisquis, C. de rescind. vend. vt teneatur ad interesse emptoris, licet nedum ad prætium, sed etiam ad omnia damna emptori resarcienda, emptor autē punitur sit, quia si fuit sciens rem esse litigiosam tenetur ipsam rem communi venditori restituere, ac prętium suum perdit, quod applicatur Fisco, vna cum tantumdem soluendo
30 à venditore, si autē † emptor fuit ignorans, quod in dubio præsumitur l. verius, C. de probat. tunc restituat rem emptam venditori, & ab eo accipiat pretium, & tantumdem de suo, quorum duæ partes debentur Fisco, tertia verò pars cedit lucro ipsius emptoris ignorantis, ex quo uenditor eum decepit, non dicendo rem esse litigiosam. l. fin. C. de litigiosis ita Prat. Papien. in forma respons. rei in d. glo. exceptionem num. 4. & in forma libelli in action. reali, num. 60. Mysing. singul. obseruat. obseruat. 55. cent. 1. num. 4.

31 An autem † si fiat alienatio rei in iudicium deductæ pendente lite, possit fieri executio contra tertium, in quem alienatio facta fuit, an uerò sit necesse agere reuocatoria, contra ipsum tertium; dissentiunt Doct. nā Bart. in l. à diuo Pio. §. si super rebus num. 3. versic. si verò vbi Alex. num. 10. veriorem ait. ff. de re iudic. item Bart. in l. creditores num. 23. C. de pign. & alij multi relati per Menoch. cons. 1187. nu. 2. lib. 12. vbi enumerat viginti tres Auctores tenentes reuocatoria agi debere; Bald. verò in l. ob maritum, num. 8. C. ne vxor pro marito cum alijs citatis ab eodem Menoch. d. cōs. 1187. num. 4. tenent agi posse ad executionem contra tertium absq; nouo processu, vbi alienatio facta sic in fraudē paratæ, & multò magis factæ executionis, Cæphal. cons. 195. num. 16. Surd. consil. 405. num. 10. & cons. 533. num. 4. idem vbi is in quem facta est alienatio, sciret id factū in fraudē, & quia ageretur de pignore ad hastam vendito, cū non admittatur ignorātia eorū quæ publicè fiunt, Rip. auus mihi maternus, in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebell. Surd. d. cons. 405. num. 10. vel quia debitor omnia bona alienasset, l. omnes, §. Lutius ff. de his quæ in fraud. credit. & tunc alienatio habetur pro non facta, Castr in d. l. à Diuo pio. §. si super rebus ad fin. Menoc. cons. 226. num. 13. & cons. 685. num. 36.

In verbo perinde consequi, & habere] not. quod verè tamen, & propriè talia bona non dicuntur in
32 bonis delatoris, sed fictè, & impropriè, † cum dictio perinde fictionem denotat l. sed & si lege. §. proinde. ff. de petit. hæred. l. qui à patre, vbi Bart. ff. de confirm. tut. & in l. si is qui pro emptore in tertia oppos. primæ partis, vbi Ias. ff. de vsucap. Tiraq. de legibus connub. glo. 7. in verbo expressē num. 187. Ozasc. decis. 119. num. 10. Vulpel. de proposit. signific. in verbo proinde, cū tamen per statutum hoc fictio subrogetur loco casus veri habetur pro verò, Gallin. noster de verbor. signif. lib. 3. cap. 11. nu. 10. cum seqq. Aldatan. Mascard. de generali Statut. interpræt. conclus. 10. num. 47. sicut etiam vbi apparet de mente statuentium, vt hic casus fictus ad verū, & econuerso extenditur Alex. consil. 85. num. 8. lib. 4. Paris. consil. 16. nu. 51. volu. 3. Alderan. Mascard. dict. concl. 10. num. 49. & deseruiunt tradita per Menoch. cōs. 211. nu. 9. quod quando lex statuit aliquid de his, quæ sunt in sua potestate, etiam si verbis fictionem importantib. vtatur, non fictè, sed propriè dicitur facere, item quando Statutum in casu ficto vult, idem esse prout in verò, idem iudicatur, prout de verò, Idem Menoch. consil. 124. num. 107.

Quantum possit peti pro melioramento monetæ. Rubr. 60.

Item statuimus, quòd aliquis qui habere debet vel debuerit aliquod debitum ab aliquo, de quo debito statuto non vetante, petere potest melioramentum, seu deterioramentum, non possit nec debeat aliquo modò petere, consequi, vel habere, pro melioramento, seu deterioramento monetæ tempore contractus, siue pro interesse monetæ non habitæ tempore contractus quàm velit dicere sua interesse ante habere quam aliam monetam, nisi pro modo infrascripto.

pto. *Quia aut debitum fuit contractum ante annum cursum millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto exclusiuè, & tunc quandocunq; de cætero fiat solutio dicti debiti de moneta nunc vel in futurum currente communiter Papiæ possit petere consequi vel habere solidos xxx. Papieñ. pro libra dicti sui debiti, & sic pro solidis quibuslibet viginti dicti debiti solidos quinquaginta Papieñ. Aut fuit contractum dictum debitum à dicto Anno millesimo ducentesimo quinquagesimoquarto vsq; in annum cursum millesimo ducentesimo nonagesimo octauo exclusiuè, Et tunc quandocunq; fiat solutio dicti debiti de moneta nunc, vel in futurum currente communiter Papiæ non possit petere consequi, vel habere nisi solidos quindecim denarios quattuor pro libra. Aut fuit contractum dictum debitum ab Anno millesimo tercentesimo nonagesimo nono inclusiuè, vsq; ad annum cursum millesimo tricentesimo vigesimotertio dicta die mensis Nouembris exclusiuè. Et tunc quandocunq; fiat solutio dicti debiti de moneta nunc vel in futurum currente communiter Papiæ non possit petere consequi vel habere nisi solidos septem Papien. pro libra dicti sui debiti. Et sic pro quibuslibet viginti solidis dicti debiti solidos vigintiseptem Papien. Aut fuit contractum dictum debitum à dicto die decimo Nouembris inclusiuè citra vsq; nunc vel de cætero contrahatur. Et tunc quandocunq; fiat solutio dicti debiti de moneta nunc vel in futurum currente communiter Papiæ quod debitor teneatur soluere creditori suo secundum valimentum monetæ quæ currebat tempore contractus obligationis. Et teneatur crediror recipere quamlibet monetam currentem secundum valorem ipsius dando debitor tantam monetam æquiualentem por respectum ad monetam quæ valebat, & currebat tempore contractus, & si quis fuerit debitor in florenis, quòd soluat in florenis, aut in tanta moneta currente pro floreno, secundum quòd communiter curret tempore solutionis. Et aliter, & alio modo non possit petere aliquod melioramentum seu deterioramentum monetæ. Vorba autem suprascripta debitum, creditum, contractus, creditor, & debitor, intelligantur. & intelligi debeant in eorum significationem tam stricta larga largiore, & largissima, quam in alia quacumque.*

Summarium ad statutum 60. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc Statutum, & num. 2.*

2 *Hoc Statutum procedit etiam in vltimis voluntatibus.*

3 *Augmentum monetæ qualiter præstandum, quando dos consistit sub nomine librarum.*

5 *Monetæ valor si creuit a tempore contractus, vsque ad tempus solutionis qualiter præstandus.*

6 *Debitor an possit soluere totum debitum de pecunia minuta, & num. 7. & 8.*

9 *Monetæ valor cuius periculo crescat, vel decrescat, & num. 11. 12. & 13. vbi declaratur, & num. 14. 15 & 16.*

16 *Debitor morosus tenetur ad estim. quanti plurimi.*

17 *Monetæ augmentum, vel diminutio non debetur stante pacto.*

18 *Moneta de proximo prohibenda stante rumore, an solui possit.*

1 D hoc Statutũ vide infra 121. & 76. & vide Gabr. in suis communibus in tit. de solut. conclu. 1. vsque ad conclu. 8. Gabr. cons. 164. lib. 1. Brun. in tract. de augumen. monetæ in prima part. num. 6. in 6. partic. Curt. sen. tract. de monet. num. 3. & nouissimè thesaur. de augmento monetæ, ac variatione monetar. Surd. cons. 335. lib. 3. & 434. lib. 4. & cons. 242. Alciat. cons. 34. lib. 8. Mascard. de probat. conclus. 1069. vbi quomodo moneta probetur falsa Menoch. cons. 138. lib. 2. Berret. cons. 58. Marcobrun. cons. 105. Bertaz. consil. ciuil. 71. Bero. cons. 143. num. 25. cum seq. & 148. num. 10. lib. 1. Bursat. cons. 325. num. 33. Curt. inn. cons. 24. Puth. decis. 149. part. 2. Campeg. de dot. q. 88. Borgn. decis. 16. num. 41. part. 2. vbi ampliat in pensionibus legatis, oneribus, mutuo & similibus, distinguendo inter bonitatem intrinsecam, & extrinsecam, Fachin. controuer. iur. lib. 2. capit. 9. cum seqq. Leon. pulcrè cons. 31. Purpur. cons. 290 num. 5. lib. 1. & 350. Rott. Auenion. decis. 41. & 49. sperel. cons. 44. vbi pulcrè Crauet. cons. 836. Asin. de execut. §. 7. cap. 161. Alex. Rauden. consi. 33. lib. 2. Thesaur. decis. 174.

2 Sed quia † vt plurimum huius statuti dispositio contigit in tractatibus dotis, ideo videas DD. de huiusmodi materia tractantes, precipuè Bald. nouel. tract. de dot. part. 1. princip. col. 1. num. 2. & in primis, aduerte quod examinat Crauet. cons. 185 & Abb. cons. 22. dum constituunt differentiam inter augmentum dotis, & donationẽ propter nuptias, & respectu distinctionis temporum faciendæ solutionis, vt in hoc Statuto, vide Borg. decis.
3 16. num. 4. in secunda part. vbi declarat † hoc Statutum procedere ne dum in contractibus, sed etiã in vltimis voluntatibus, nempè in legatis, & etiam

in

in pensionibus, & oneribus, sicut & in mutuo, & similibus, distinguit etiam inter bonitatem extrinsecam, & intrinsecam, & antè eum, vide Afflict. decis. 194. Natt. cons. 454. vol. 2. Soc. iun. cons. 142. vol. 2. Aret. cons. 11. Roman. cons. 123. Pancirol. cons. 186. Surd. cons. 335. lib. 3. & 454.

4 lib. 4. † si verò mutuum, vel dos constat, sub nomine librarum, quomodo præstari debeat augmentum monetę, vide Bart. in l. paulus, num. 10. ff. de solut. & Rebuff. & Brun. in tract. de monet. Gabr. in dicto tit. de solut. concl. 5. Borgnin. dec. 3. nu. 30. Surd. & Gaspar Thesaur. in locis supra citatis, Anton. Sola in trac. de monet. Campeg. in d. tract. de dote, quæst. 88. & statut 88. in ciuili.

5 † Et aduerte, quod sæpissimè contingit dubitari de hac quæstione, putà vendidi alicui prædium pro prætio scutorum mille cum termino soluendi infra annos duos, tempore vēditionis scutum valebat libras sex, tempore solutionis fiendæ, valet solum libras quinq; , an solutio debeat fieri habita ratione ad tempus contractus; an verò ad tēpus solutionis; & dic, quod ex magis communi opinione DD. pecunia erit soluenda, habito respectu ad tempus contractus, & sic iuxtà valorem currentem tempore contractus, in solutione tamē considerandum tempus solutionis, scilicet, vt soluatur moneta vsualis proportionabiliter ad æstimationem antiquæ, ita de magis communi testastatur Gaspar Thesaur. de augm. monetæ, parte prima, quæst. 10. per Borgnin. d. decis. 16. & Mysinger. obseruat. cent. 4. cap. primo, ac infinitos alios ibid. per eum citatos, intelligendo tamen, vt exemplificat idem Thesaur. d. quæst. 10. num. 56.

6 cum seq. Cauet. cons. 887. † sed iuxta hoc statutum quæri potest nunquid debitor valeat soluere debitum in totū de moneta minuta, & dic quod; Aut conuentū est, quod solutio monetę fiat in tot ducatonibus, siue aureis, & tunc standū est pacto, nec potest solui in moneta, ita Bart. in l. paulus, in fine, ff. de solut. Thesaur. de augm. monet. part. prima, nu. 72. vers. decimatertia conclusio, & nu. 80. nisi dicta species monetæ, de qua conuentum est non reperiretur, nam tunc solutio esset fienda arbitrio Iudicis, vt per eundem Thes. d. par. 1. nu. 82. declarando, vt ibi per eum; Aut nullum est factum pactū, & tunc dic, quod de consuetudine, quidquid de iure sit, potest vna moneta pro altera solui, etiam inuito creditore, scilicet argentea pro aurea, grossa pro minuta, minuta pro grossa, ita Thesaur. vbi sup. num. 79. concl. decimaquinta. †

7 Quid autem si debitor vellet soluere in totum de pecunia minuta, an sit audiendus, & creditor cogatur talem solutionem in pecunia minuta recipere; prout sæpe contingit Berret. consil. 58. dicit quod non potest creditor cogi recipere monetam minutam pro tota summa, maximè, quando summa est maxima, cum pecunia minuta non ea ratione sit facta, vt soluantur magnæ summæ, sed ad expendendum pro rebus minutis, ac cibarijs; & pro agio monetæ grossæ, ita per hanc rationem, tenet Gaspar Anton. Thesaur. in addit. ad patrē decis. 174. vbi hanc opinionem dicit veriorem, & & tutiorem, & adducit temperamentum, vt solutio fiat, pro tertia parte in auro, pro tertia in argento, & pro tertia in moneta minuta, idem Thesaur. in dicto tract. de augm. monetæ, par. prima, nu. 8?. cum nonnullis sequentibus, vbi latius di-

8 stinguit. Amplia prædicta, multò magis procedere cum debitor esset in mora, tunc enim nullo modo potest cogere creditorem ad recipiendum in moneta minuta, ita Thes. in addit. ad Patrem, dicta decis. 174. & supra etiam dixi.

9 Sed quia sæpe cōtingit, quod monetæ valor decrescit, aut accrescit, † quæritur cuius sit damnū, an debitoris, an verò creditoris, de qua quæstione agunt, Coaruu. de veterum colatione numismat. c. 7. §. vnic. nu. 3. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gl. 8. nu. 27. Brun. de augment. monet. concl. vlt. Ant. Fab. de var. nummor. debit. solut. c. 5. & dic, quod aut interuenit mora ipsius debitoris, & tunc monetæ ipsius diminutio cedit damno ipsius debitoris, Bart. in d. l. paulus, col. 2. vers. 2. modo, ff. de solut. plures alios ad hoc citat, Anton. Gabr. in suis cōmunibus, in d. tit. de solut. concl. 3. vbi hoc limitat quatuor modis, cui addo Thesaur. pedem. decis. 174. nu. 4. sequitur Gaspar Anton. Thesaur. iun. de augmento monetæ, part. 1. q. 9. nu. 53. vbi vult debitorem morosum teneri ad omnem damnum, & periculum, quod sentiet creditor ex variatione monetæ, siue illa extra rem, siue extrinse-

10 cus cōtingat, ratio esse potest, † quia debitor morosus tenetur ad æstimationem quantiplurimi à die mor e, l. virum, vbi Doct. & præsertim Dec.

11 ff. si cert. pet. † aut non interuenit mora ipsius debitoris, & tunc attēditur tempus obligationis; non autē solutionis regulariter; puta si debeantur ducentum aurei, augmentum, & diminutio ipsius aurei medio tempore superueniens, cedit lucro, & damno ipsius creditoris, non autem debitoris, & ideò si aureus tempore obligationis valebat solū libras quinquę, tempore autem solutionis valebat libras sex, debet solui ad computum librarum sex, non autem quinq; , & si è contra tempore obligationis valebat quinque, deindè diminutus est medio tempore, adeò quod tēpore solutionis solum valeat libras quatuor, debet solui solū ad computum librarum quatuor, & hæc est verior, & communis opinio, quidquid in contrarium voluerint nonnulli, scilicet, quod attendatur valor existens tēpore obligationis, non autem solutionis, quos refert, & reprobat Boer. decis. 327. nu. 4. 8. 9. & 13. vbi hanc veriorem & communiorem testatur, præsertim num. 19. cum sequentibus, & infinitos citat. Ant. Gabr. in d. tit. de solution. concl. 2. nu. primo, & hanc ēt opinionē sequitur Gaspar Anton. Thesaur. in dicto tract. de aug-

12 mēto monetæ, par. 1. q. 8. nu. 52. † vbi tenet, quod variata moneta in bonitate extrinseca, hoc est in solo valore, & estimatione, nulla facta mutatione in substātia, & pondere illud augmentum cedit lucro, & commodo debitoris nō morosi, vbi hanc defendit, quidquid in contrarium voluerit, Bald. & alij per eum citati, volentes omnes haberi etiā in extrinseca bonitate variationis rationem fauore creditorum; durum sibi videntes, vt super pecunia lucrum faciat debitor cursu temporis, & creditor minus consequatur, quā ipse soluit.

13 Limita inter alias † non procedere quoties tempore obligationis, quis conuenisset soluere centū aureos ad computum librar. quinq; pro quolibet scuto, nam tunc semper illa æstimatio attendi debet, & non res, sed æstimatio peti debet, ita limitat Boer. d. decis. 327. nu. 10. sequitur Gabr. d. concl. 2. nu. 8. vers. primo limita, vbi alias ad hoc affert limitationes, Gaspar Thesaur. supra citat.

15 † Limita secundo nō procedere, qn̄ augmentū monetæ propter intrinsecę bonitatis variationem contigit puta, quia moneta nouiter excussa loco

veteris, in bonitate, & substantia variata sit, nam tunc augmentum semper creditori debetur, ità Thesaur. iun. de augm. monetæ, part. prima, q. 7. nu. 49. vbi de communi testatur, ex pluribus per eum ibi citatis, vbi adducit rationem, quia res tradi debet in eadem bonitate, quæ erat tempore contractus, ad quod semper contrahentes respe-
15 xisse censentur. † Ampliatur hæc limitatio procedere, etiam si ex facto, & decreto Principis mutata fuerit antiqua moneta, cum non sit credendum Principem voluisse contrahentibus præiudicare, ita post Guid. Pap. q. 493. nu. 1. firmat The-
16 saur. d. q. 8. nu. 49. vbi nu. 51. hoc pariter † ampliat procedere etiam stante statuto prohibente capi augmentum monetæ, prout est Vercellis, nam adhuc secundum eum debetur augmentum, quod cõtigit propter intrinsecæ bonitatis variationem, cum statutum illud non debeat intelligi de bonitate intrinseca, vt firmat Cagnol. in terminis dicti statuti in l. 2. num. 216. C. de pact. inter
17 empt. & vendit. Intellige tamen hoc procedere, stante pacto, quod non debeatur augmentum monetæ, tunc non debetur augmentum à deteriorata moneta causatum, ita Thesaur. d. quæst. 8. num. 51. post Crauet. conf. 836. nu. 8.
18 Vbi autẽ debitor vellet soluere in moneta currenti, quæ tñ de proximo esset prohibenda, & exbannienda, rumorq; & murmuratio adesset ipsam pecuniam esse exbanniendam, tunc creditor illã recipere non cogitur, Calcan. conf. 14. D. Manfredus, nu. 9. & seq. Neuiz. conf. 49. nu. 16. Menoc. de ab. iud. cas. 232. nu. 6. Curt. iun. conf. 28. nu. 1. Caroc. decis. 63. nu. 2. Vrsil. ad Afflict. decis. 90. ad finem, quod verum intelligo, vbi hæc murmuratio esset publica, & ab omnibus recepta, & certa, vt præcitati loquuntur.

De eo, qui bonis interdictum est, & de forma interdicti bonorum. Rubr. 61.

ITem statuimus, quòd cuicunq; de quo probabitur per publicã vocem, & famam, saltem per quinq; testes bonæ opinionis, & famæ omni suspitione carentes, quod sit prodigus, vel insensatus, vel dissipator bonorum suorum per ludum taxillorum, vel per vitium gulæ, vel luxuriæ, vel quod sit mentecaptus, prodigus, vel furiosus. Quod ad petitionem patris, vel matris, vel fratris, vel sororis, vel vxoris, vel filij, vel his deficientibus ad petitionem duorum ex propinquioribus suis, interdicatur administratio bonorum summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij per quemcunq; Magistratum Ciuitatis Papiæ. Et facto prædicto interdicto teneatur Magistratus, & debeat, vel Iusdicens prædictum interdictum in publico arengo facere nunciari in Curia Ciuitatis Papiæ, super lapidem altiorem sono tubæ præmisso, in contrata, & vicinia ipsius interdicti per vicos, & plateas ipsius Ciuitatis Papiæ: Tali interdicta est administratio bonorũ suorũ. Quibus interdicto nunciatione, & crida sic factis, nulla persona, cum prædicto sic taliter interdicto, nec in iudicio cum eo, nec contra eum esse possit. Et si quis contractus, vel distractus, vel iudicium, seu pactum factum fuerit cũ prædicto taliter interdicto, ipso iure, & facto sit nullus, & nullũ, & pro infecto habeatur. Sed ipsi taliter interdicto, & eius bonis ad postulationẽ cuiuslibet prædictorũ, qui interdictum petierint, & ad postulationem cuiuscunq; volentis agere cum eo teneneatur, & debeat prædictus Iusdicens dare curatorẽ. Qui curator administrationẽ habeat bonorum, & rerũ negociorũ, & causarũ taliter interdicti, secundũ quod iura disponunt. Duret autẽ, & durare debeat prædictũ interdictũ, vsq; quo prædictus taliter interdictus probauerit corã Iusdicente Ciuitatis Papiæ per quinq; testes bonæ opinionis, & famæ, omni suspitione carẽtes, vicinos, vel attinentes talis interdicti, quòd ipse interdictus post ipsũ interdictũ fuerit, & steterit boni regiminis per duos annos tunc proximè præcedentes, à die obligationis, siue petitionis retrò. Et in prædictis omnibus, & singulis procedatur per quemcunq; Iusdicentem Ciuitatis Papiæ summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij.

Summarium ad Statutum 61. in Ciuilibus.

1 *DOctores vidẽdi circa materiã huius statuti.*
2 *Personæ, quibus de iure interdicitur plures.*
3 *Statutum hoc non loquitur de hæreticis, & criminosis, quibus bonis interdicitur, & quare.*
4 *Prodigus ante interdictionem an citandus, & vide nu. 5. vbi de communi, quod sic.*
5 *Furiosus in interdictione bonorum non citatur.*
6 *Causa cognitio requiritur in interdictione bonorũ*
7 *Citatio necessaria in causa cognitione.*
8 *Prodigus qualiter probetur de iure communi.*
9 *Testes simpliciter deponentes aliquem prodigum non probant, & quid habeant deponere.*
10 *Prodigus in dubio non præsumitur, sed probandus*
11 *Quod quis sit prodigus, magis creditur testibus coniunctis.*
12 *Qualitas testium, quãdo articulanda, & ꝓbanda*
13 *Prodigus quis.*
14 *Prodigalitas triplex.*
14 *Mulieri criminosæ fit interdictio bonorum.*
16 *Prodigo morũ fit interdictio.*
17 *Lusori interdicitur bonorum administratio.*
18 *Lusor ad hoc, vt quis dicatur quæ requirantur.*

19 *Ludus*

1 Irca materiã huius statuti, vide Soc. conf. 102. col. 3. vol. 3. latè per Rip. auum meum maternum, & DD in l. is cui bonis, ff. de verb. oblig. latissimè Carpan. ad stat. Mediol. cap. 424.
2 cum suis capitibus sequentibus, † & scias, quod de iure plures reperiuntur, quibus bonis interdicitur: primo sunt hæretici, l. Manicheos, l. fin. C. de hæret. secundò, criminosi crimine lesę Maiestatis, l. repetundarũ, & l. ex iuditiorũ, ff. de accusat. ter-
3 tio prodigi, de † istis tñ hæreticis, & criminosis non loquitur statutũ nostrũ, sed solũ de prodigis, insensatis, mente captis, furiosis, quibus in eorũ fauorem interdicitur administratio bonorum, cũ tamen ipsis hæreticis, & criminosis interdicatur administratio bonorum in eorum odiũ, & pœnã, & nõ cõpræhendantur in l. is cui bonis, ff. de verb. oblig. prout optimè considerauit Rip. ibi num. 1:
4 † sed quæro nunquid is cui bonis vult Iudex interdicere, veniat citandus, quidam tenuerunt, quod non, inter quos fuit Dec. cõs. 274. & in l. furiosi, ff. de reg. iur. Ruin. cõs. 89. nu. 13. & seq. vol. 5. Vasq. in tract. de success. lib. 1. §. 1. num. 3.
5 Contrariam opinionem, quod imò prodigus citandus veniat, quando ei interdicitur bonorum administratio, & datur curator, tenuerunt Ang. Cast. Alex. Imol. vbi Rip. nu. 26. testans de cõi in d. l. is cui bonis, quam ẽt asserit Claudius Aquens. ibidẽ Cagnol. in l. furiosi, circa finẽ, ff. de reg. iur. & ab hac vti cõi non est discedendũ, quã ẽt seruari quotidie videmus in practica, quã ẽt secutus est, Tiraq. in tract. res inter alios acta, limit. 4. & fundamentis contrariæ opinionis satisfacit, Aquens. in d. l. is cui bonis, hanc etiã cõmunẽ plurib. relatis testatur, Ant. Gabr. in suis cõmunib. in tit. de citat. concl. prima, nu. 103. cũ duob. seqq. ampliat.
6 45. vbi limitat † hoc non procedere in furioso, de quo fortasse dicemus infra, & Cagnol. in d. l. furiosi, fundatur hæc cõis opinio irrefragabili ratione, quia

6 †quia in interdictione bonorũ adhibenda est cau-
7 sæ cognitio.l.obseruare,ff.de curat. furios. † & in causæ cognitione adhibenda, sẽper venit pars citanda, vel debet esse præsens, l.in causæ la prima, §.causa cognita,ff.de minorib.Alex.cõs.124.nu. 2.lib.1.Rip.hanc rationem ponit in d.l.is cui bonis,num.26.

8 In verb. per publicã vocẽ,& famã] †de iure cõi quomodò probetur,quem esse prodigũ,& de modo articulandi, quod quis dicatur prodigus,docet Dec.cõs.274.nu.4.Guid.Pap.sing.869.&vide Mascard.de probat.concl.1240.nu.12.vbi vult,ꝙ
9 ad probandũ aliquẽ prodigũ,† non sufficit,quod testes simpliciter deponant, illũ esse prodigũ, sed requiritur, ꝙ deponant de actibus inferentibus prodigalitatẽ, puta, quod prodigaliter viuat luxuriosè,vel ludendo, vel donãdo, vel prætijs villibus, nulla subsistente causa alienando bona sua,vbi ad hoc allegat Bertrand.cons.222.nu.3.lib.3.cũ alijs
10 de quibus per eũ,& scias,†ꝙ prodigus quis in dubio non præsumitur,& ratio debet probari,secundum Mascard.d.concl.1240.nu.2.cũ seq.vbi hoc
11 limitat quatuor modis ; & an † quis sit prodigus, vel nè, magis creditur testibus coniunctis, vti melius informatis,quam alijs, Dec cons. 274.nu.2.

12 In verb.bonæ opinionis,& famæ] †qualitas hęc debet articulari,& probari.Bursat.cons.135.nu.5 & seq.lib.2.& cons.307.nu.38.lib.3. & ꝙ qualitas testiũ veniat articulanda,& probanda,tenet Bart. in l.1.§.si quis negat, col.fin.num.12. ff. quemad. test.aperiantur,Alex.cons.82.nu.3.vbi appost.ad eum lib primo.

13 In verb.quod sit prodigus] † prodigus dr̃, qui, neq; finẽ,neq; modũ expẽsarũ habet, sed bona sua dissipando, vel dilacerando profundit, l. 1. ff. de curat.furios.Dec.in d.l.furiosi,nu.1.Rip.in d. l. is
14 cui bonis nu.2. Mascard. d. concl. 1240. nu. 1. † est autẽ triplex prodigalitas,bonorũ,famę,& morũ,Rip.in d.l.is cui bonis. nu.3. vbi ponitur qualiter singulis sit consultũ ; & scias quod sit interdi-
15 ctio,non solum prodigo bonorũ,†sed ẽt personę, & honoris sui,veluti mulieri luxuriosæ, Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit.ex defect. inhabil, mand.num. 24. & ante eũ Rip.in d.l.is cui bonis,
16 nu.18.†vbi prodigo morum , quibus bona ipsius prodigi deuorantur,posse interdictionẽ bonorum fieri,firmat ibi nu. 21. cum seq. vultq; procedere etiã in lusore, ac guloso.

17 In verb. vel dissipator bonorũ suorũ per ludum taxillorũ] hoc ẽt procedit de iure cõi, † quo iure lusori interdicitur bonorũ administratio, cũ dicatur malè vti substantia sua,qui quotidiè ludit, & præsumendũ sit lusorẽ debere dissipare sua bona,ita Rip.in d.l.is cui bonis, nu.21. post Bald.in Auth.quod locũ,C.de collat.& Dec.cõs.162.scias
18 † autẽ, quod ad hoc, vt quis dicatur lusor,requiritur, quod exercitium constituerit in ludo , non autem sufficit,quod semel tantum luserit, cũ nomina verbalia, quæ denunciantur ab vsu,nõ verificentur in vnico actu,l.1.§.1.ff.de solut. Bald. in d. auth.ad locũ,ad finẽ,Rip.in d.l.is cui bonis,nu, 21.† est autẽ sciendũ, quod ludus est regulariter
19 prohibitus,maximè ludus taxillorũ, & alearum,
20 l.alearũ vsus,C.de relig.& sumpt.fun.†quod procedit siue versemur in ludis, in quib. sola sors versatur,siue in his,in quibus adest mixtura ingenij, prout in ludis taxillorum,& alearum,ita Iul. Clar.
21 in §.ludus, nu.1.& 2. vbi per hoc infert † ludum scaccorũ esse de iure permissum,ac licitũ, cũ in eo solũ versetur ingenium;aliquãdò tñ ludus, in quo solũ versatur ingeniũ,dr̃ prohibitus,vt per Bursat. cons. 116.nu.6.Baiard.in addit.ad Clar.in d.§.lu
22 dus, nu. 6. quæ autẽ sit pœna ludentis ad ludum prohibitũ,vide Clar.in d.§.ludus,nu.8.vbi Baiar. nu.12.latè Menoc.de arbitr.iud. casu 395.vbi ponitur non solũ qualiter puniatur laicus ludens ad ludos prohibitos,sed etiam clericus,& vide eundẽ
23 casu 400. vbi ponit, † qua pœna puniatur delinquens in ludo, & de ludente ad ludos prohibitos. an peccet tàm clericus, quàm laicus, vide Tolet. de instruct.Sacerdotũ,lib.5. c.37. Rebel. in tract. de obligat.iustitię,lib.12.tit.de contractibus ludi, q. 1.& Thom.secunda secundæ q. 3. art. 32. q.7. ad 2.

24 † Sed quæro nunquid ludens ad ludos prohibitos,teneatur ad restitutionẽ lucri , & dic de iure sic D.Thom.2.2.q.32.q.7. ad 2. Rebel. de oblig. castit.lib. 12.tit.de contrac. ludi.q.2. de consuetudine tñ cõtrariũ seruatur ita Clar.in d.§.ludus, nu.9.licet ẽt de iure posse retineri,teneant Sot. de iust.& iur.lib.4.q.5.art.2.Coaruu.ad reg.peccatũ part.2.§.4.n.2.& 5.Leonard.Less.in tract.de iust. & iur.lib.2.c.26.tit.de ludo. dubit.3. nu.16.& 17. datur quidẽ ludenti repetitio,secuta Iudicis sen-
25 tentia,vt penes eos, itẽ impeditur retentio interueniẽte fraude,quod ẽt tenet Nauar.in suo manual.
26 confess.c.20.nu.19.dũmodò tñ vincat ab eo, qui potest donare , hinc est, quod vincens pecuniam filio familias,vel seruo,tenetur eam restituere patri, vt per Rip.in d.l.is cui bonis,nu.22.per tex. in l.fin.ff.de aleatorib.& l.seruus cuiusdã,ff.de cond. indeb.sequitur Nauar.in suo manuali confessar.d.
27 c.20.nu.12.vbi limitat,ꝙ ludẽs cũ talib.q. nõ possunt donare,si modo res notabilis sit, peccat mortaliter,siuè sit laycus,siuè clericus, ex exemplificat in stultis,pueris, mancipijs,filijs fam. in potestate
28 patris prodigis,coniuge,monialibus, monacis, vt ibi per eum,sequitur Tolet. de instruct. sacerdot. lib. 5. cap. 27. num. 8. vers. primus est , vbi vult. quod vincentes talibus supra nominatis,tenẽtur reddere etiam antè condemnationem , scias etiã, quod mutuans in ludo,potest repetere de consuetudine, licet de iure contrarium sit , vt per eundẽ Clar. vbi supra, nu. 10. plura de ludo Gramatic. dec. 40.Ang. de Malefic.in verb.meritor de dadi falsi, Carpan. ad statuta Mediol.cap.419.Menoc. cons.691. num. 9. Rebel.latè materiam ludi enucleans in d. tract. de obligat iustit. lib.12. tit. de contract. ludi Less. d.cap.26. de ludo .

30 In verbo,vel per vitium gulæ] idem de iure cõmuni,Rip. in d.l. is cui bonis, nu. 23. † est autem gula, vitium inclinans ad comedendum,& bibendum inordinatè , vt per Nauar. in d. suo manuali cap. 23. num. 119. vbi adducit quinq; species gulæ, & quinq; modis peccatur, præmoperè, lautè, nimis ardenter, studiosè declarat Leonard. Less. de iust. & iur. lib. 4. cap.3. de gula, ebriet. &c. per quindecim dubitationes.

31 In verbo, vel luxuriæ] † idem de iure cõmuni, vt per Rip. in d.l. is cui bonis, num. 18.

32 In verbo, mente captus] † mente captus dupliciter potest accipi, in genere, & in specie; In genere dicitur ille , qui non habet animi iuditium, et est alienatus à mente, c. fin. de success. ab intest.
33 & isto modo ẽt furiosus,† dr̃ mẽte captus, ex quo mẽte caret.§.pterea,inst.quib.nõ est permiss.fac. test.& §.furiosus,inst.q test.tut.dar.poss.2.modo
34 mente captus accipitur in spe,slz.ille cui mens,& con-

consiliũ deficit, nullũ tñ furorem ostendit; & ita accipitur hic, & tunc differt à furioso, eo quia †
35 furiosus dr ille, qui est ét rabię furoris euidentis, & sic qui furorẽ ostendit, puta proijciẽdo lapides, l. furiosũ, vbi DD. C. qui test. facere possunt, mẽte captus autẽ, qui furorẽ habet interius, & nõ facit exteriora, Bal. in l. si furiosi, C. de nupt. & in l. humanitatis, col. 3. vers. venio ad quartũ notabile, C.
36 de impub. & alijs subst. Alex. cons. 54. nu. 1. lib. 1. † æquiparantur autẽ furiosus, & mẽte captus in materia annullãdi testñ, & contractus, ita Curt. Iun.
37 cons. 151. nu. 9. & seq. qd autẽ differãt inter se furiosus, insanus, demẽs, & mẽte captus, freneticus, stultus, & fatuus, vide Menoch. de præsump. lib. 6. præs. 45. nu. 2 cũ seqq. & qualr probetur demẽtia, latè tradit Mascard. de probat. concl. 504. p totã
38 vbi nu. 20. vult, † iura, & decisiones loquentes de furioso, habere ẽt locũ in mẽte capto, ꝙ ẽt firma-
39 uit Curt. iun. d. cõs. 151. nu. 10. hinc dicimus, qd contractus celebratus cũ mente capto, est ipso iure nullus perinde, ac si esset celebratus cũ furioso, Dec. cõs. 80. col. pen. sequitur Alba cõs. 257. nu. 1. idẽ Dec. cõs. 112. in pric. & 397. nu. 1. & 448. in princ. & nu. 3. in fine, & in l. furiosum, nu. 7. C. qui
40 test. fac. poss. ꝙ autẽ † furiosus nõ sit capax alicuius cõtractus, firmat Ias. in l. furioso, nu. 2. ff. de re iud.
41 Hinc pariter dicimus, ꝙ sicut furiosus nõ potest testari, §. furiosi, inst. quib. nõ est permiss. fac. testam. ità nec ét mẽte captus, prout in terminis D. Costa cõs. 11. nu. 1. cũ seq. vbi nu. 3. ampliat, idẽ in
42 fatuo, vt nõ possit testari, & nu. 4. declarat, qñ fatuus possit testari.
43 In verb. prodigus, vel furiosus) quid sit furiosus, dixi sup. in verb. mente captus; † qualr autẽ quis probetur furiosus, videas Ias. in l. furiosũ, nu. 4. C. qui test. fac. poss. Alex. cõs. 54. nu. 2. vbi Appost. ad eũ lib. 1. Curt. iun. d. cons. 151. nu. 2. latè Mascar. de probat. cõcl. 826. per totã, & 824. Alex. cõs. 141 nu. 2. vbi appost. lib. 1. qui docet quatuor modos probandi furorẽ, per testes, latè Menoc. lib. 6. præsumpt. 45. nu. 24. vsq; ad nu. 59. qui tradit decem
44 quinq; coniecturas, ad probandũ furorẽ, † an autẽ quis sit furiosus, nec ne statur peritis in arte Bal. in l. 2. ff. de testam. Bart. in tract. de test. lib. nu. 98. Alc.
45 cons. 141. nu. 11 col. fin. lib. 1. vnũ tñ scias, † ꝙ qui semel fuit furiosus, sẽper præsumitur furiosus, nisi contrariũ probetur, gl. in c. fin. in verb. comporẽ, vbi Abb. ext. de success. ab intest. Ias. in d. l. furiosũ nu. 3. vbi Dec. nu. 23. Curt. iun d. cons. 151. nu. 7. latè Mascard. de probat. concl. 825. per totã, Menoch. de pręsump. lib. 1. pręsump. 24. nu. 14. & lib. 6. præs. 45. nu. 59. vsq; ad finẽ, & præsump. 44. † &
46 ideò furiosus, qui verè, vel præsumptiuè tempore testamenti erat furiosus, non potest testari, l. 2. & l. in aduersa, ff. de testam. l. furiosum, C. qui test. fac. poss. Alex. cõs. 141. n. 3. lib. 1. Crass. de success.
47 §. testamentũ. q. 21. ꝙ † amplia, ẽt si furiosus habuisset dilucida interualla, nã adhuc testm̃ ab eo factũ præsumitur factũ in furore; & q vult dicere contrariũ ipse tenetur hoc probare, Alex. cõs. 141 nu. 4. 5. & 6. cũ seq. lib. 1. cum alijs, de quibus per Mascard. d. conclus. 825. nu. 10.
48 Contrariũ tñ, qd imo testm̃ conditũ à furioso habente dilucida interualla valeat, licet non fuerit probatũ tẽpore cõfecti actus habuisse dilucida interualla, tenuit Cast. in l. qui testamẽto, §. neq; furioso ff. de testam. & hęc verior est, & magis cõis
49 qñ istud testm̃, ita gestũ est ritè, & rectè, vt nullũ furoris signũ ostendit, alias procedit cõtraria opinio, ita conciliãdo opiniones, tenuit Mascard. d. concl. 825. nu. 13. cũ seq. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 45. nu. 63. cũ seqq. & præsertim nu. 13. quẽ sequitur Crass. de success. d. §. testamentũ, q. 21. nu. 2. vt in simili dr de furioso dilucida habẽte interualla, an pręsumatur deliquisse furoris tẽpore ꝙ verũ asserũt DD. ad excludendũ delictũ, nisi ex qualitate delicti aliter sit præsumendũ, vt qu ia inimicitia ꝓcederet post delictũ fugerit, & alia fecerit, de quib p Farin. de pen. tẽp. q. 94. n. 10. & seq.
50 Nõ est ẽt hoc in loco omittendũ, ꝙ furiosus dr mori cũ peccato mortali; ante furorem cõmisso, si illius non habuerit pænitentiã, dũ esset sanæ mentis, & punitur apud Deũ, l. nunqu id, §. si quis rei, vbi Bald. ff. de vsucap. Ias. in l. ex facto, nu. 29. vbi Rip. nu. 73. ff. de vulg.
51 Sed quid apud homines † nunquid furiosus valeat pro delicto cõmisso ante furorẽ puniri, nã pro delicto cõmisso in furore non est dubiũ remanere
52 impunitũ, † cũ satis suo furore puniatur, & ignoret quidquid faciat, l. infãs, ff. ad l. Cornel. de sicar. l. diuus, ff. de off. præsid. §. furiosus, inst. de inut. sti-
53 pul. † & dic minime posse puniri pæna ordinaria, ita Ias. in d. l. ex facto, nu. 30. vbi Rip. nu. 73. limitans nonnullis modis, ff. de vulg. sequitur Clar. in sua praxi crim. q. 60. nu. 4. & 5. vbi vult puniri pęna extraordinaria, qñ furor superueniat iã perfecto processu suarũ deffensionũ, secus autẽ si ante quo casu tenet nullo modo posse puniri, sequitur Menoch. de arb. iud. casu 325. num. 12. vers. quis est casus, & latius videas apud eũ de hac quæstione, scilicet an qñ furiosus ꝓ delicto possit puniri, vbi distinguit quatuor casus, & latissimè apud Farin. de pæn. temperãd. q. 94. per totã, vbi per regulam, & ampliationes procedit multipliciter declarãdo.
54 Itẽ sciendũ est, ꝙ † furiosus in hoc differt à prodigo, quia furioso statim per legem est interdicta
55 administratio; prodigo autẽ, ẽt notorio, & manifesto nõ interdicitur administratio per legẽ, sed per Iudicẽ, gl. in l. 1. ff. de curat. furios. glo. & Doct. in d. l. is qui, ff. de testam. Boer. dec. 33. nu. 35. & seq.
56 Hinc dicimus † valere gesta à prodigo, ẽt notorio & manifesto ante interdictã administrationem, adeo vt possit contrahere, & alienare anteqũ sibi à Iudice interdicatur administratio, & ità tenet Rip. in d. l. is, cui bonis, post DD. ibi cõmuniter, nu. 5. ff. de verb. oblig. vbi ante eũ Ias. etiã testatur hãc esse cõmunẽ opinionẽ; hoc tñ est speciale in pro-
57 digo minore, vt si ante cõtradictionẽ contrahat, possit eius curator aduersus illos contractus restitui, si iustam cãm allegat, l. patri pro filio, ff. de minor. l. 1. & l. nec nõ, §. prætor, ff. ex quibus caus. maior. Roman. sing. 226.
58 Limita tñ coẽm, † non procedere in manifestè prodigo contrahente in actis, & gestis manifestę prodigalitatis, nã tunc cõtractus nõ valeret, ẽt nõ facta interdictione, ità Bart. & DD. in d. l. is cui bonis, vbi Ias. nu. 10. hanc coẽm testatur, quam ẽt tenuit Bald. in c. ex parte ext. de consuetud. sequitur Alb. cõs. 257. nu. 2. alias tres limitationes ad hanc regulã videre poteris per Rip. in l. is cui bonis, num. 10. cum seqq.
59 Differunt ẽt secundo loco furiosus, & prodigus in delictis, vt per Cagnol. in l. furiosi, nu. 13. ff. de reg. iur. furiosus. n. aliquãdo nõ obligatur ex de-
60 licto, vt supra dixi; † prodigus tñ bene delinquendo obligatur, nec ob prodigalitatẽ excusatur, vt cõmunem testatur Ias. in d. l. is cui bonis, num. 17. post Bart. ibi num. 6. vbi cæteri DD. & in l. si quis

in tantum, C. vnde vi, Tiraq. de legibus connubialibus, gl. 3. nu. 147. de communi pariter Rip. in d. l. is cui bonis, nu. 53. sequitur Iulius Clar. in
61 §. fin. prax. crim. q. 60. nu. 8. & ratio est, † quia quod prodigus non obligetur in contractibus, est introductum in eius fauorem, ne bona dilapidet, cuius fauore redditur indignus delinquendo, ita DD. in l. is cui bonis, quod extende, vt conclusio.
62 adeo vera sit, vt † prodigus delinquens, quando delictum est tale pro quo ingeritur pœna mortis, possit ad mortem condemnari, Bald. in l. furiosi, circa finem, C. qui test. fac. poss. Ang. in l. fulcinius, §. adeo, ff. ex quibus caus. maior. Aret. in d. l. is cui bonis, in fine, Dec. in d. l. furiosi, num. 6. Farinac. de pen. temperand. q. 94. nu. 46. declarans, num. 47. non procedere in delictis in omittendo.

63 † Conueniunt tamen in hoc prodigus, & furiosus, quia ambo æquiparantur pupillo, Bart. in l. Imperatores, ff. de re iud. Fœlin. in cap. cum non licet, nu. 9. vbi latè hoc probat de præscript.
64 & fruitur prodigus omnibus remedijs prærogatiuis priuilegijs, quæ, vel in furiosos, vel in minores 25. annis conferuntur, Alexand. & Iacobinus de Sancto Georgio, in l. si curatorem habens, Cod. de rest. in integr. Alexand. & Ias. in l. Imperatores, ff. de re iud. Alexand. in l. centurio, num. 13 ff. de vulg. Felin. in cap. pastoralis, de iudicijs, Bolognet. in rubr. num. 6. ff. si cert. pet. P. Ant. Gomes. de contract. cap. 13. nu. 30. exceptis tamen delictis, vt supra dictum est.

65 In verbo, quod ad petitionem] † an autem Iudex ex officio nemine petente possit dare curato-
66 rem prodigo; dic quod sic, † licet ex consuetudine, debeat peti per agnatos, & proximiores ipsius prodigi, glo. Bart. & alij communiter in l. hęc autem, ff. ex quibus caus. in possess. eatur, cum alijs de quibus per Rip. in d. l. is cui bonis, nu. 39. idem Rip. in l. 4. §. hoc autem Iudicium, nu. 40. cum seq. C. de iudicijs.

67 In verbo, & crida sic factis] nota, † quod prodigus ante dictam cridam, & interdictionem valet contrahere, vt supra dixi in proximo verbo.

68 In verbo, ipso iure, & facto sit nullus] sed † quid si prodigus in contractu celebrato sine curatoris authoritate, iuret, an obligatur, & dic, quod nec tenetur ad huiusmodi iuramenti obseruationem, & communis est, Bart. in d. l. is cui bonis, vbi Alex. & Ias. nu. 18. vbi Roman. & Anton. Federic. de senis consil. 46. Alciat. in cap. cum contingat de iure iurando, Rip. in d. l. is cui bonis, num. 57. & seq. Curt. iun. de magis communi, cons 53. num. 5. Simoncell. de decret. minorum, lib. 3. tit. 8. num. 161. Mancin. in tract. de iuramento part. 4. effect. 54. sed dubium est, †
69 nunquid si Iudex interdicat administrationem alicui, vti prodigo, qui re vera non sit prodigus, an valeat interdictio, & curatoris datio; & omissis diuersis opinionibus, circa hoc; de quibus per gl. & DD. in l. is cui bonis, dicitur ualere interdictionem, propter authoritatem Iudicis interdicentis, prout de magis communi testatur Ias. in d. l. is cui bonis, quem sequitur Cuman. pariter de magis communi testans, Alex. cons. 182. vol. 5.

70 † Item scias, quod prodigi, & furiosi seruantur illęsi à præscriptione, adeout contra eos non currat pręscriptio aliquo modo, gl. in l 2. C. de curat. furios. Bart. in l. prima, ff. de bon. poss. furios. Bald. in l. infantis, q. 3. C. qui admitti, sequitur Balb. de præscript. in prima part. 6. & vlt. princip. nu. 46.
71 vbi adducit rationem, quia † furiosi, & prodigi vt supra dixi gaudent ijsdem priuilegijs, quibus
72 pupilli, adeout † sicut res pupilli præscribi non possunt. l. bonæ fidei ff. de acq. rer. domin. ita nec prodigi, & furiosi secundum eum, & quod præ-
73 scriptio longissimi temporis non curret etiam contra furiosum, & prodigum, cui bonis est interdictum, firmat Odd. de restit. in integr. quæst. 90. art. 2. nu. 10.

74 Adde, quod † sicut pupillus indebitum solutum repetit ipso iure absq; ope restitutionis, vt per Bart. in l. interdum, vbi DD. communiter ff. de cond. indebit. & latè Odd. de restitut. in integr. q. 52. artic. fin. num. 87.
75 Item etiam prodigus, & furiosus gaudeat eodem priuilegio, vt repetant indebitum solutum ipso iure absq; aliqua restitutione, Odd. dicta quæst. 52. ante fin. num. 88. post Bart. ad l. interdum, &
76 scias in proposito, quod † præscriptio 30. annorum non currit contra minorē, sed dormit, l. fin. C. in quibus caus. in integr rest. non est necess. Alex. cons. 169. num. 7. lib. 2. Balb. de præscrip. in 2. parte, sextæ, & vltimæ princip. num. 11. & hanc regulam latè tradit Odd. de restit. in integ. quæst. 88. artic. 2. vbi plures ad hoc adducit limitationes.

77 Limitatur primo, † non procedere in præscriptionibus iudicialibus, quę currunt contra minorem, licet possit restitui, ita Odd. dicta quæst. 88. art. 3. vbi ad plura infert.

78 Limita secundo † non procedere, quando fuisset incohata cum prædecessore minoris, prout de communi testatur Odd. d. quæst. 88. art. 4. & q. 90. art. primo, nu. 3. & hæc est magis communis. Curt. sen. cons. 58. per totum, Soc. iun. pleno cōs. 46. lib. 4. Surd. cons. 335. nu. 72. lib. 3. & decis. 4. num. 16. Lancellot. Gal. cons. 48. num. 48.

79 † Limitatur tertio non procedere in præscriptionibus statutarijs, & consuetudinarijs, vt per Odd. dicto art. 5. vbi declarat nonnullis modis.

80 In verbo, dare curatorem] sed quæro; † an prodigo adulto detur curator vti adulto, an verò, vt prodigo, & dic, quod curator datur; vt adulto, non autem vt prodigo, gl. in l. prima, C. de curat. furios. Bald. in l. si curatorem, C. de in integr. rest. minorum, prius tamen debet interdici prodigo bonorum administratio, & postea dari curator, vt minori, non autem prodigo, & hoc ad euitandū inconueniens; quia si daretur curator, vt adulto, obligaretur naturaliter, quod esset contra d. l. is cui bonis, ff. de verb. oblig. quod tamen cessat si prius sit interdicta administratio, Alex in d. l. is
81 cui bonis, qui dicit hanc communem, † & sciat quod in actu interdictionis bonorum eidem dat. curator non petenti, Dec. cons. 274. num. primo,
82 is tamen † curator dari debet, qui sit proximior ipsius prodigi. Dec. in d cons. 274. num. 2. vers. & similiter, & obligatur, prout cæteri curatores pro
83 mala administratione, & tenetur facere inuentarium, alias contra eum poterit iurari in litem, si illud non confecerit, Dec. d. cons. 274. nu. 3. & 4.

84 In verbo vsque quo prædictus taliter interdictus probauerit] in hoc corrigitur ius commune, † quo iure prodigus rediens ad sanos mores, desinit esse sub cura absq; Iudicis facto, vbicunq; notorium sit eum pristinam sanitatem recuperasse,
85 † alias opus est sententia declaratoria Iudicis, secundum Bart. in d. l. is cui bonis, Felin. in c. Rodulphus

dulphus.num.37.de rescript.sequitur Ias. testans hanc magis cōmunē,ibidē nu.16. Hier.Buttigella num.33. Rip.num. 41. Dec. dicto cons. 274.
86 hoc † idem etiam procedit in furioso,qui ipso iure desinit esse sub cura,postquam ad bonam frugem, & ad sanos peruenerit mores, l. prima.vbi Bald. C.de curat. furios. DD.in l. humanitatis. C.de impub. & alijs subst. Guid. Pap. decis. 260. sed quæro † qualiter probetur, quem ad sanos mores redijsse; dic probari per actus sanitatem mentis arguentis,vt quia non facit ea quę prodigalitatem denotant, sed imò ea quæ à prudentibus uiris geri sunt solita, Decian.respons.2.num. 16.& seq. lib.3. probatur etiam, quando consta-
88 ret,† quod per triennium nullum actum prodigalitatis fecit, ex quo per tantum tempus præsumitur emendatus. Decian.d.resp.2.nu.16. cum alijs de quibus per Mascard. de probat. conclus. 1240. num. 13. cum seq.vbi hos duos modos po-
89 nit, & subdit num.15. non † sufficere ad probandum prodigum redijsse ad sanos mores, si testes deponant vidisse emere res bono prætio, & vendere cariori, & bene administrare, ac diligenter negotia sua,nisi rationem aliam diligentis administrationis subijciant, & mutationem talem arguentem indubitanter mutationē,vt per Rim. cons.531.num.8.cum seq. lib.3. vnde infert Rip. in d.l. is cui bonis,num.42.quod ista probatio debet ita fieri, vt ea concludenter inferatur ad sani-
90 tatem recuperatam, † vnde secundum eum,non sufficeret probare prodigum factum doctorem,
91 vel decurionē,† cum non desint plures Doctores, & Consiliarij prodigi,vt docet experientia rerum
92 magistra,cap.quam sit de elect.in sexto,ex † quo enim huiusmodi probatio esset dubia non releuaret probantem,l. non hoc, C. vnd. legit. l. neque tales,C. de probat. cap.in præsentia eod.tit.

Quæ donatio debeat insinuari, & quæ non. Rubr. 62.

ITem statuimus, quòd quælibet donatio inter viuos, quæ de cætero facta fuerit per aliquem de Ciuitate, vel districtu Papiæ, vel territorij. Et quælibet donatio, quæ de cætero facta fuerit inter viuos in Ciuitate Papiæ, vel Territorij alicui personæ, Collegio, Communi, & Vniuersitati cuiuscunq; status, & conditionis fuerit à quinquaginta libris exclusiuè supra non valeat, nec teneat ipso iure: sed si cassa, & irrita, & nullius valoris. Etiam si fuerint plures in vno instrumento donationes factæ per eundem eidem, quarum quælibet per se sit infra dictam summam librarum quinquaginta, sed coaceruatæ simul excedant dictam summam, nisi dicta donatio fuerit insinuata. Et insinuatione facta valeat, sicut de iure posset, & deberet. Et intelligatur facta insinuatio, si fuerit facta in præsentia, & cum auctoritate Iusdicentis alicuius. Et quod statutum valeat, & teneat, & seruetur omni tempore in futurum, non obstante consuetudine, obseruatione, statuto, vel lege generali, vel speciali in contrarium faciente.

Summarium ad statutum 62. in Ciuilibus.

1 VIdenda ad hoc statutum.
2 Insinuatio quid sit, & vide nu. 3.& 4.
5 Donatio causa mortis non requirit insinuationē, quod intellige, vt num.6.
7 Donationis inter uiuos deffinitio.
8 Statutum simpliciter loquens de donatione, an etiam comprahendat donationem causa mortis.
9 Genus à quo remouetur, intelligitur remota quælibet species.
10 Donatio in dubio nō præsumitur,sed potius error.
11 Donatio an in dubio præsumitur inter viuos.
12 Fallit quando est facta pio loco ab infirmo, qui decessit in infirmitate.
13 Donatio in qua est facta mentio mortis, præsumitur in dubio causa mortis.
14 Amplia maxime, quando est collata post mortem.
15 Intelligitur regula procedere in dubio.
16 Fallit, quando est facta mentio mortis per modū dilationis.
17 Donans si in donatione promittat non reuocare, an dicatur inter viuos.
18 Donatio inter viuos,cum promissione non reuocandi præterquam in casu mortis,an dicatur inter viuos, vel causa mortis.
19 Donatio vsq; ad quingentos aureos,de iurè communi valida sine insinuatione,
20 Gabella, & expensa non computantur in summa donationis.
21 In donatione plures summæ concurrentes excedentes summam huius statuti, an requirant insinuationem.
22 Statutum requirens insinuationem, an procedat in donatione sub conditione.
23 Insinuatio an valeat remitti.
24 Donatio vltra summam librarum 50. an in totū vitietur.
25 Quid in donationibus prohibitis tàm respectu rei, quam personarum.
26 Iuramentum an suppleat defectum insinuationis, & vide num.27.& 28.
29 Iuramentum in donatione appositum, an suppleat defectum publicationis ex Nou.Mediol.Constit. requisita.
30 Insinuatio an requiratur in donatione ob causam.
31 Insinuatio, in quibus casibus non sit necessaria remissiuè.
32 Insinuatio an requiratur in donatione remuneratoria.

33 De-

33 Donatio rei inæstimabilis an requirat insinuationem.

34 Verba statuti, vbi non conueniunt, non habet locũ eius dispositio.

35 Statutum quod de quolibet contractu soluantur sex denarij pro libra, non procedit in contractu super re inæstimabili.

36 Insinuatio an requiratur in dote data à matre filia, vel ab alio extraneo.

37 In donatione debet iurari ad formam Nouarum Constit. Mediol. aliàs est nulla.

38 Amplia. vt in terminis dictarum Constitutionũ non sufficiat iurari per clausulam, in omnibus, & per omnia.

39 Iuramentum ad formam statuti Papiæ 135. requiritur in donatione.

40 Amplia vt requiratur, tàm in expressa, quàm tacita donatione.

41 Solemnitas in donatione requisita, non potest partium consensu remitti.

42 Princeps an possit remittere solemnitates donationis.

43 Iuramentum in donatione appositum die feriato in honorem Dei inualidum.

44 Donatio si est omnium bonorum, vel maioris partis requirit publicationem ex Const. Mediol.

45 Petens infringi donationem ob defectum publicationis, quid teneatur probare.

Proceditq; statutum, etiam in donatione facta per forensem, & in cessione ob causam.

46 Insinuatio in donatione, duplici ratione inuenta, & vide latius nu. 67.

47 Insinuatio in quo loco facienda.

48 Acta voluntariæ iurisdictionis, possunt fieri in quocunq; loco.

49 Insinuatio coram quo Iudice facienda.

50 An fieri possit coram Iudice, cui non subsit donator, nec res donata, & vide nu. 51.

51 Insinuatio donationis facta per Magistratum habentem merum, & mixtum imperium, potest fieri coram ipso.

53 Insinuatio donationis factæ Constantinopoli, coram quo Iudice facienda.

54 Vrbs Constantinopolitana hodie occupatur à Turcis ob Christianorum discordiam.

55 Insinuatio facienda coram Iudice particulari ad hoc electo.

56 Insinuatio excedens summam aureorum ducentũ Mediolani facienda coram I. C. Iudice.

57 Insinuatio potest fieri tàm in ipsa donatione, quàm ex post facto ex interuallo, & vide rationẽ, nu. 58.

59 Insinuatio non potest fieri extra tempus statutum ad insinuandum.

60 Actus factus extra tempus à statuto præfixum inualidus.

61 Statutum Papiæ an dicatur præfigere tempus ad faciendam insinuationem.

62 Donatio ante insinuationem dicitur stare in suspenso.

63 Donatio ante insinuationem, potest reuocari, vel alteri fieri.

64 Donatio nulla donatore ante insinuationem decedente.

65 Insinuatio aliquando fieri potest voce preconia.

66 Statutum non determinans tempus faciendi actũ operatur, vt actus possit fieri ex interuallo.

68 Interpretatio qua consulitur vtriq; parti in dubio sumenda.

69 Insinuatio non potest fieri in præiudicium eius, cui medio tempore est ius acquisitum.

70 Insinuatio vsq; ad quod tempus facienda, & vide num. 74.

71 Decretum Iudicis an necessarium in insinatione.

72 Decretum, & auctoritas differunt.

73 Decretum in donatione Papiæ, solet communiter apponi.

75 Insinuatio an fauorabilis, vel odiosa.

76 Insinuatio an facienda in donatione facta clerico, vel Ecclesiæ.

77 Statutum infringens donationem non insinuatã an comprahendat clericum donantem.

1 AD hoc statutum, vide decretum 7. ac 8. & statutum ciuile infra 135. & supra 60. Maluas. cons. 3. Cassan. cons. 7. vbi agit de donatione inter
2 patrem, & filium, † dicitur autem insinuatio scriptura facta in præsentia publicarũ parsonarum, §. alia, versic. & cum, vbi etiam glo. in verbo insinuatio, inst. de donat. vel dic, quod
3 † insinuatio donationis nihil aliud est, quam eam facere redigi in scriptis coram Iudice. Bart. in l. modestinus, n. 2. vbi Rom. & Cast. ac alij sequun-
4 tur, ff. de donat. vel secundum Cuman. ibi † insinuatio est reductio donationis ad acta Iudicis, vt ex pluribus allegatis firmat Rimin. iun. inst. de donat. §. primo, num. 398. cum seqq. & hoc est etiam de mente statuti nostri inf. 161 & intelligatur facta insinuatio, si fuerit facta cum præsentia, & cum authoritate Iusdicentis alicuius; cętera circa materiam insinuationis dicentur infra in verbo insinuata, & per Rebuff. in tract. de donation. insin. in princ.

5 In verbo, quod quælibet donatio inter viuos] hoc dicit ad exclusionem donationis causa mortis, in qua non requiritur insinuatio, Pract. Pap. in forma libelli, quo agitur ad donationem, in glo. solemniter, num. 3. vers. 7. Corneus cons. 237. maxime num. 15. volum. 2. Tiraq. in tract. de ll. connub. in tex. ex pouour. de son Marij, gl. 5. nu.
84 Rebuff. in tract. de donat. insinu. artic. primo,
6 glo. prima, num. 28. quod intellige verum, quando † quinq; testes interuenerint, l. fin. vbi Bar. Bal. & alij, C. de donat. caus. mortis, & ita intelligi debent DD. simpliciter dicentes, donationẽ causa mortis, non requirere insinuationẽ, prout Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de donat. concl. prima, limit. 18. & DD. per eũ citati, ità restringit Rimin. iun. §. primo, inst. de donat. nu. 1300.
7 vbi hoc probat iuribus, & authoritatibus; † est igitur donatio inter viuos, pstatio alicuius rei, à mente facta, vt statim fiat accipientis, nullo casu reuersura, liberalitatis causa, l. munus, §. dona, ff. de verb. signif. Rimin. iun. in rubr. inst. de donat. nu. 83.

8 † Sed iuxtà hoc quæro, numquid statutum simpliciter loquens de donatione, comprahendat nõ solum donationem inter viuos, sed etiam causa mortis; & distingue, nam aut statutum loquitur de donationibus pmissiuè, & tunc donatio causa mortis non comprahenditur, Bal. in cap. imperialem, col. 4. versic. quæro si vassallo, de prohib. feud. alien. quem ibi sequitur Card. Alex Aret. in l. qui in potestate, in princip. ff. de testam. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, donatione, num. 191. C. de reuoc. donat. aut verò statutum loquitur prohibitoriè, puta, quòd mulieres non possint donare, & tunc comprahendit etiã donationem causa mortis,

9 mortis, cum † à quo remouetur genus, intelligitur etiā remota quælibet eius species, cap. de liberatione, §. prohibemus; & ibi glo. de off. leg. in 6. ita Rimin. Iun. Inst. de donat. in princi. nu. 698. cum seqq.

10 † Sciendum est autem, quod donatio in dubio non præsumitur, sed potius error, vbi potest capialia coniectura, Deci. in l. cuius per errorem, num. 3. ff. de reg. Iur. & in Auth. ingressi num. 24. C. de Sacr. Sanct. Eccles. latè hanc regulam cum ampliationibus, & limitationibus, Menoch. de arb. Iud. casu 88. per totum, & latissimè Ioseph. Ludou. in suis communib. conclu. 9.

11 † Item in dubio, donatio præsumitur inter viuos etiam si sit facta ab infirmo in mortis articulo constituto, nisi sit facta mentio mortis, vt hanc regulam cum ampliationibus, & limitationibus firmat Ias. in l. dotis post Bart. ibi nume. 26. & seq. ff. solut. matrim. latissimè Rimin. Iun. Instit. de donat. in princip. num. 988. vsquè ad num. 1005 latè Menoch. de præsumpt. libr. 3. præsum. 35. & seq. hæc tamen regula inter alias.

12 † Fallit quando donatio facta esset pio loco, ab infirmo, qui ex ea infirmitate decessit, nam tunc præsumitur causa mortis, datò quod non sit facta mentio mortis, Alex. consil. 81. num. 3. lib. 1. Rimin. Iun. Instit. de donat. in princip. nume. 992. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 36. nu. 6.

13 Item scias, quod è contra, † quando est facta mentio mortis in donatione, quod in dubio præsumitur causa mortis, l. seia in fine, ff. de donat. causa mortis, Bart. in d. l. quæ dotis num. 3. Alexand. consil. 14. ante nume. 1. libr. primo, & hoc
14 maximè † quando fuit collata post mortem, d. l. seia, Alexand. consil. 81. numer. 2. vbi appost. ad eum libr. primo, & vide circa hoc, Menoch. d. præsumpt. 35. libr. 3. vbi tradit quindecim coniecturas, ex quibus donatio præsumitur inter viuos, datò quod sit facta mentio mortis, latè Rimin. Iun. Instit. de donat. in princip. nume. 917. cum seqq. plurib. vsquè ad numer. 988. qui tradit duodecim limitationes, Mascard. de probat. conclus. 572. octo fallentias ad hanc regulam ponit etiam Ias. in d. l. quæ dotis numer. 29. cum seqq. pluribus.

15 † Limita hanc regulam inter alias, procedere in dubio, secus autem quando appareret, quod animo donandi facta esset inter viuos, nam tunc dicitur donatio inter viuos, datò quod sit facta mentio mortis, Alex. d. cons. 14. nu. 1.

16 † Limita secundo, quādo est facta mentio mortis, per modum dilationis, nam tunc intelligitur donatum inter viuos, Bald. in l. 2. C. de Iur. dot. vbi docet quando dicatur facta mētio mortis per modum dilationis, Alexand. d. cons. 14. num. 2. lib. 1.

17 † An autem, quando donans promisit non contrauenire, & non reuocare, dicatur donatio inter viuos dato quod sit facta mentio mortis; Alex. in l. quæ dotis, ff. solut. matrim. Deci. cons. 470. & 305. Menoch. d. præsumptio. 35. num. 21. cum seqq. pluribus, Mascard. de probat. conclu. 562. qui omnes tenent esse donationem inter viuos.

18 Non tamen hoc in loco omittendum, † quod si sit facta donatio inter viuos, & prouisum sit, quod non possit reuocari, præterquam in casu in quo præmoreretur donatarius, quod si dicta conditio purificatur, erit donatio causa mortis, in ceteris casibus remanebit donatio inter viuos, & sic fiet irreuocabilis; Bart. in l. si alienam, §. primo, ff. de donat. causa mortis, quem secuti sunt Castr. Roman. & Corn. ac Ruin. relati per Menoch. d. præsumpt. 35. num. 24. & seq.

19 In verb. à quinquaginta libris exclusiuè] † in hoc corrigit ius cōmune, quo iure donatio vsq; ad quingentos aureos valet sine insinuatione, vltra secus, l. sancimus, in principio, & l. pen. in fine, C. de donat. §. perficientur, Inst. de donat. Alex. cons. 4. num. 9. vbi docet de quibus aureis intelligatur, lib. primo, latissimè de hac regula Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de donat. conclus. prima, per totam, latissimè etiam Ioseph. Ludouic. in suis communibus, concl. 17. per tot.

20 † Intellige tamen, hoc procedere deductis gabellis, & expensis, quæ non computantur in summa harum librarum quinquaginta, Bart. in l. quoties, ff. ad l. falcid. Roman. sing. 203. cum plu-
21 ribus alijs per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 324. num. 86. † sed dubium est, quod si sint pluplures donationes in eodem instrumento, quæ simul coaceruatę ascendunt, vltra summam dictarum librarum quinquaginta, an in eis requiratur insinuatio; & dic, quod sic, vt per plures firmat Gabr. in d. concl. prima, de donat. nu. 14. vers. octauo amplia, & vide Pract. Papiens. in forma libelli, quo agitur ad donationem in glo. solemniter, vbi circa hoc distinguit, & nu. 4. & nu. 5. concludit, non valere, si donans in tali donatione dicat, quod tot sint donationes, quot sint res; huiusmodi enim protestatio, non impedit coaceruationem, cum videatur adiecta in fraudem, sequitur Gabr. d. concl. prima, nu. 8. versic. quarto amplia.

22 † Sed quero nunquid statutū hoc de insinuāda donatione, habeat locum in donatione, sub conditione, dic quod sic, ita Ang. in l. fin. C. de donat. quem refert, & sequitur Rim. iun. inst. de donat. in principio, num. 178. cum seq. hinc etiam dicimus, qd̄ si statuto cauetur, qd̄ quælibet donatio debeat insinuari, nō intelligitur stat. de donatione qua transfertur ius post mortem, quia contractus non est purus, Bal. in Auth. eo decursum in fine, C. de donat. ante nupt. Arét. cons. 11. nu. 2. sequitur Menoch. cons. 388. num. 22. lib. 4.

23 Item amplia, † vt hæc insinuatio requisita à statuto nostro, non etiam valeat remitti, vt tenet Bart. in l. nemo potest, num. 8. vbi Ias. in 2. lect. nu. 41. & Rip. nu. 57. ff. de leg. primo, Gabr. d. concl. prima, & Pract. Papiens. in glo. solemniter, cui addo Carpan. latè declarantem ad statuta Mediolani, cap. 424. Berret. cons. 11. num. 15. Alciat. responso 759. ad finem.

24 Sed quæro quid si facta sit donatio, vltra dictā summam librarum quinquaginta absq; insinuatione, an in totum vitietur, an verò illud solum, quod superest, vltra dictas libras quinquaginta; & dic valere, & sustineri vsq; ad d. summam, reliquum verò, quod superest vitiari, d. l. sancimus, §. 1. C. de donat. Pract. Papiens. in glo. solemniter. nu. 3. Ant. Gabr. d. concl. prima, nu. 57. in 2. limit.
25 † vbi sublimitat, hoc nō procedere in donationib. prohibitis, tam respectu rei, quam personarum, quæ in totum vitiantur, sequitur Carpan. ad d. cap. 324. num. 98. vbi pariter hoc limitat non p̄cedere, quando summa non esset diuidenda, nam tunc in totum corrueret, & allegat Lambert. in suo tract. ad statutum de alienat. mulierum gl. 5. q. 1. in princip.

26 Limita

36 † Limita hanc regulam non procedere interueniente iuramento, quo casu supplet defectum insinuationis. Alexan. consil. 4. num. 10. & consil. 12. num. 4. lib. primo, & consil. 125. num. 11. vbi Appostil. lib. 1. ac consil. 32. num. 6. vbi appostil. lib. 2. Parisi. de commu. consil. 69. num. 95. cum seq. lib. 3. Petr. Duen. reg. 224. limit. 5. vers. octauo fallit Menoch. conf. 1. nu. 377. & conf. 465. num. 6. & 15. vbi declarat, & 451. num. 28. Honded. consil. 59. nu. 31. cum seqq.

37 Hæc limitatio dubia videtur, quia si loquimur de Iure communi vtiq; iuramentum supplet defectum insinuationis eo Iure requisitæ, & ita loquuntur DD. supra citati, & hanc magis communem pluribus citatis, tenent Ant. Gabr. d. conclus. 1. num. 72. limit. 17. quam etiam magis cōmunem infinitis citatis, firmat Riminal. Iuni. Instit. de donat. §. 1. num. 703. cum seq. plurib. loquens in simplici iuramento de non contrauenien do, vbi etiam respondet fundamentis DD. tenentium contrarium, & limitat hanc magis communem quatuor modis, vt ibi per eum nu. 728. 737. 740. & 750. & hanc esse tutiorem, & communissimam testatur, Bero. conf. 63. num. 30. volum. j. Neuiz. conf. 8. num. 10. Decis. Perusi. Ioseph. Ludouic. decis. 66. num. 6.

38 † Si vero loquimur de insinuatione requisita de Iure statutario, prout hic in casu nostro, & tunc distingue, tres casus; primus est quando lex, vel statutum requirit, quod insinuatio fiat aliquo tēporis interuallo post factam donationem, prout in casu huius nři stat. vt inf. late probaui in verb. fuerit insinuata, & donator in ipso donationis instrumento simpliciter iurauit, attendere & obseruare ipsam donationem, & ei non contrauenire, & tunc simplex Iuramentum non supplet ipsam insinuationem; cum ei non dicatur renunciasse, ita vere respondit Feder. de Senis in consil. 281. casus talis est Statutum, numer. primo, qui reddit rationem, quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus, at quia res non ita stat, si donatarius neglexit insinuari facere, sicq; sua culpa donatio effecta est nulla, sic etiam Cald. consil. 2. tit. de iur. iur. qui clarius loquitur Feder. & Calder. secuti sunt Roman. in l. modestinus num. 18. ff. de donat. Imol. in cap. cum contingit in 7. membr. nu. 74. de iur. iur. Aret. consil. 2. vol. 2. versic. nam Federicus dicit &c. Corn. consil. 221. num. 1. lib. primo, & consil. 69. num. 14. & 15. lib. 2. & consil. 186. num 18. lib. 2. & consil. 14. num. 5. libr. 4. Barb. consil. 16. num. 23. lib. 2. & inter consilia Curt. Sen. consil. 67. in fine colum. penult. & vlt. cui subscripserunt Io. Ant. de Placentinis. Io. Petrus Nicolinus de S. Nazario, Io. Baptista de S. Seuerino inter consil. Soc. Sen. consil. 77. num. 19. & consil. 80. num. 10. & 11. lib. ptimo, Bald. Nouell. inter consil. Socin. Sen. consil. 78. num. 2 lib. primo, Ruin. in l. nemo potest num. 43. ff. de legat. primo, Anton. Cannarius in tracta. de insinuatione in 2. parte quæst. 28. Curt. Iun. in consil. 141. in fine, & consil. 47. nume. 8. & 9. Bero. consil. 56. num. 9. lib. primo, Gozad. consil. 87. num. 13. Rip. auus meus, in l. nemo potest num. 58. ff. de legat. primo, Aufrerius in addit. ad Capellam Tholosan. in quæst. 381. Petrina in tract. de virtute iuramenti effectu duodecimo, Port. in consil. 36. num. 54. & consil. 80. numer. 16. Torniel. inter consil. d. Port. consil. 81. num. 31. Socin. Iun. consil. 8. num. 17. libr. 4. Natt. consilio 110. num. 16. Franc. Zoarellus conf. 6. num. 2. consil. 6. num. 2. Cephal. consil. 202. num. 15. & 208. num. 25. Nonius in consil. 152. nume. 7. inter conf. Crimin. Emanuel. in verb. donatio nume. 170. Alciat. respons. 54. num. 5. secundum impręssionem antiquam Lugdunensem, Ant. Gabr. in tit. de donat. conclu. 1. num. 67. & 69. Syluan. consil. 40. num. 18. qui in terminis Constitutionis huius dominij, respondit Rolād. consil. 93. num. 38. lib. 1. Berret. consil. 11. numer. 15. Iul. Clar. in §. donatio quæst. 18. in fine, Seraphin. in tract. de priuil. iuram. priuil. 73. num. 23. versic. verumtamen melius qui habita longa disputatione affirmat hanc esse veram opinionem, & ab ea non esse recedendum, & eod. in priuileg. 73. num. 76. idem scribit Rimin. Iun. in §. primo, nume. 663. Instit. de donat. & consil. 516. nume. 55. libr. 5. Franc. Bec. consil. 62. numer. 44. versic. 3. respondeo, Menoch. consil. 29. num. 40. lib. 1. & ita per has authoritates aliquando dicebā in terminis Nouarum Constitut. Mediol. in tit. de do-
29 nat. §. fin. volentium donationem omnium bonorum, vel partis quæ minor non sit dimidia publicari debere voce præconia intra mensem postq̄ factæ erunt, quę cum huiusmodi solemnitates publicationis requirāt post factam donationē, quod iuramentum in donatione simpliciter appositum non suppleret dictam publicationem, ita etiam multis citatis nouissime tenet D. Costa in suo tracta. de Portione Ratæ quæst. 125. nume. 14. vbi loquitur in terminis Nouar. Constit. Mediol.

Secundus casus est, quando in eodem instrumento donationis donator renunciat specialiter futurę insinuationi, & ipsam renunciationem con confirmat iuramento, hoc casu valet renunciatio, & non solum donator, sed etiam eius hæres tenetur obseruare ipsam donationem, Federic. d. conf. 281. nu. 2. versic. si autem in instrumento donationis, Cald. d. conf. 2. tit. de iur. iur. qui reddit rationem, & loquitur absolutè Cald. nullaq; facta distinctione, quod statutum mandet intra certū tempus fieri insinuationem, vel quod possit fieri in casu ipsius donationis, Federic. sicuti sunt Rom. Imol. Aret. Cun. Barb. Io. Baptista de Sancto Seuerino, Bald. Nouell. Curt. iun. & reliqui sup. relati, qui vtroq; in casu Federici respon sum probarunt.

Tertius est casus, quando statutum requirit, & mandat, quod insinuatio donationis fiat in eodem casu, sicq, vnico contextu, cum ipsa donatione, & hoc casu simplex iuramentum in ipso donationis instrumento appositum, scilicet, quod ipse donator attendet, & obseruabit ipsam donationē &c. suplet insinuationem, ita Ruin. conf. 51. num. 9. & 19. lib. primo, Magon. in decis. Rott. Florent. dec. 64. nu. 50. Cæsar Barz. decis. Rott. Bonon. decis. 25 nu. 53. qui refert eiusdem opinionis fuisse Cur. Iun. consil. 141. num. 22. vsque ad finem, & Fhanuc. in tract. de inuent. in 2. parte nu. 195. quibus addit. Aret. consil. 2. colum. 3. versic. & est aduertendum, quod Corneus consil. 69. num. 26. lib. 2. Curt. Iun. consil. 47. nu. 9. & ita aliquando distinguendam in terminis huius statuti in fauorem Perill. Equitis Salimbeni, addo Mancin. de iuram. part. 4. effect. 19.

30 † Quid in donatione ob causam, an requiratur insinuatio, communis est sentētia insinuationem non requiri, pulchrè Pelegr. consil. 76. num. 30. & seq. lib. primo, vbi notabiliter versatur declarando

rando nonnullis modis, Clar. in §. donatio, q. 18. Seraphin. de priuil. iuramenti, priuil. 73. nu. 23. versic. verumtamen, melius & num. 76. Idem Rimin. Iun. consil. 576. num. 55. & 56. lib. 5. Francis. Bec. consil. 62. num. 44. Curt. Iun. cons. 141. num. 21. & seq. nouissimè Cæsar Barz. decis. Bonon. 25. num. 52. & 53. vbi pulcrè versatur in materia, Ruin. consil. 51. nu. 9. lib. 1. Magon. Rot. Florent. decisio. 65. num. 49. & 50. Lancell. Gall. consil. 100. num. 48.

31 † Plures alias limitationes ad hanc regulam videre poteris per Gabr. d. conclusio. prima, & per Practic. Pap. in d. glo. in verb. solemniter nu. 3. & latissimè per Rim. Iun. in d. §. primo, Instit. de donat. num. 974. vsque ad num. 1337. vbi decem sex casus enumerat, in quibus valet donatio de iure communi, & de veritate cuiuslibet disputat, quos omnes late recensendo pariter enumerat Carpan. ad Statuta Mediol. d. cap. 324. num. 1. vsq; ad nu. 81. vbi hoc ampliat, & limitat infinitis modis.

32 Quid † autem in donatione remuneratoria, præter supra citatos latè Peregr. cons. 76. lib. 1.

33 Vnum tamen non est omittendum, † quod si fiat donatio super re inestimabili, quod tunc in ea non requiritur insinuatio vigore huius Statuti, prout exemplificando tenet Pract. Papiens. in d. glo. solemniter nume. 13. Gallinius in tract. de verb. signific. lib. 1. cap. 11. num. 2. & 3. & ratio

34 est, quia † cum verba statuti nostri non conueniant, dum loquitur de donatione vltra quinquaginta libras, non habet locum eius dispositio, l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. l. ita autem, ff. de admin. tut. Alex. consil. 125. nume. 3. colum. 4. in fine lib. primo, & consil. 17. nume. 8. & cons. 50. num. 1. & 57. num. 3. lib. 2. hinc dicimus si sit sta-

35 tutum, † quod de quolibet contractu de quo fiat instrumentum soluantur sex denarij pro libra, non habet locum dictum Statutum si fiat contractus super re inestimabili; Alex. d. cons. 57. nu. 4. cum seq. lib. 2.

36 † An autem insinuari debeat dos à matre, vel ab alio extraneo data filiæ vel extraneæ, cum sit donatio, ex quo alius titulus considerari non potest; & dicas quod non; per l. fin. C. de iur. dot. & an in donatione ex causa dotis requiratur insinuatio latissimè consuluit Surd. consil. 361. libr. 3.

37 † Scias etiam quod vltra solemnitatem positã in hoc statuto, requiritur pariter alia solemnitas in donatione, per Nouas Constitut. Mediol. sub tit. de donat. quæ designant, formam iuramenti præstandi in ipsa donatione per donantem & donatarium; scilicet, quod ipsa donatio sit vera, nõ autem ficta, nec simulata, neq; in fraudem alicuius, sed sincero mentis affectu, & bona fide ad huiusmodi donationem, & cessionem deuenerunt, & absque nulla pactione palam, vel secreto facta, quod vllo vmquàm futuro tẽpore retrodatio, vel retrocessio fiat de bonis iam donatis, & cessis; aliter eo iuramento deficiente procedunt irritando, & annullando; quin amplius imponunt pœnam Notario conficienti instrumenta, non seruata di-

38 cta forma, quæ † verba omnia, debent specifice exprimi in donatione ipsa, alioquin donatio esset nulla, nec conualidaretur per clausulam iurans in omnibus, & per omnia, Marsil. sing. 415. Plot. in repet. l. si quando num. 372. 865. & seq. ac 220. C. vnde vi, Rimin. Iun. in princip. Instit. tit. de donat. num. 192. 429. cum seq. & latissimè Lancellot. Gall. consil. 31. nume. 40. cum seqq. plurib. aliam & formam iuramenti in huiusmodi do-

39 natione dat statutum Papiæ in Ciuili infra 135.

40 vbi etiam imponit pœnam contrahentibus, † & hæc solemnitas iuramenti procedit non solum in donatione expressa, sed etiam tacita, & præsum-

41 pta, & etiam iurata, † adeo quod non possit hu-

42 iusmodi solemnitas consensu partium remitti, † bene tamẽ valeat si à Principe dispensaretur, Plot. in d. repetit. l. si quando num. 866. & in reperto-

43 rio in verb. decretum, & † huiusmodi iuramentum si interponeretur die feriata in honorem Dei non valeret donatio, vt per eumdem Plot. vbi su-

44 pra num. 755. requiritur pariter solemnitas publicationis in donatione, quando donatio est omnium bonorum, vel partis quæ non sit minor dimidia, & hoc ex dispositione pariter Nouar. Constitut. Mediol. in d. tit. de donat. §. & quia, quæ pariter procedunt annullando, & ostendunt qualiter

45 veniat facienda huiusmodi publicatio, † verum tamen est, quod si quis voluerit dicere donationẽ nullam, ratione omissæ dictæ publicationis, tenebitur ipse probare donationem esse omnium bonorum, vel dimidiæ, alioquin donatio valebit, & sustinebitur, ita Plot. in d. repet. l. si quando nu. 354. cum duobus seqq.

Tale autem decretum publicandi, & insinuãdi donationem, procedit etiam in donatione facta per forenses, & clericos, in hoc tamen dominio, Plot. in l. si quando, §. 5. num. 47. alias est num. 269. similiter procedit, in donatione facta extra Territorium de bonis in Territorio existentibus. Alciat. responso 759. Alb. consil. 70. num. 2. & 5. Bursat. pleno cons. 189. Ruin. cons. 160. num. 4. lib. 4. An autem procedat in cessione ob causam, pro affirmatiua consuluit Lancelot. Galia cons. 31. lib. primo, Menoch. cons. 261. num. 33. & seq. lib. 3.

46 In verbo fuerit insinuata] † quæro qua ratione sit inuenta huiusmodi insinuatio, & dic propter duo; primò, ne fiant donationes clandestinæ, & ad euitandas fraudes, scilicet ne homines fraudentur, l. data, C. de donat. secundo quia in magnis quãtitatibus maior obseruantia requiritur, l. fin. cum Auth. ibi posita, C. si cert. pet. ita Bar. in d. l. modestinus, sequitur Rimin. iun. in §. primo, inst. de donat. nu. 413. ac nu. 826. vbi etiam nu. 1343. post Io. Andr. de instr. edit. §. porro, versic. donatio, in addit. ad specul. vult insinuationem inuentam esse, vt possit donator deliberare, an sibi expediat donasse, & nu. 1056. quatuor autem rationes cur requiratur insinuatio, tradit Rebuf. in tract. de donat. insinuan. glo. prima, artic. primo, Canar. in tract. de insinuat. quæst. 9. Menoc. cõs. 261. nu. 19. & 423. nu. 17. quæ enumerantur infra in hoc eodem verbo, in 3. quæstione, dum quæritur an insinuatio debeat fieri in eodem instrumento donationis. Sed hic expedit scire, quo in loco insinuatio fieri possit; secundo coram quo Iudice; tertiò, an requiratur in ipso contractu donationis, an verò post fieri valeat, & vsque ad quantum tempus; quartò, an huismodi insinuatio decretum Iudicis requirat; quintò, & vltimò, an insinuationis materia dicatur fauorabilis, an vero odiosa.

47 † Circa primũ dicas, insinuationem posse fieri in quocunque loco, dummodo tamen honesto, cum sit voluntariæ iurisdictionis, glo. in §. nulla, in Auth. de defens. Bald. in l. illud, col. 2. versic.

notandum

notandum C.de sacr.sanct. eccles. Roman. in d.l. modestinus col. 2. latè Canar. in tract. insinuat.q.
48 6.Ruin.cons.23.nu.12.& ea† quæ sunt volontariè iurisdictionis, non circumscribuntur loco,l.eman cipari vbi notat Bal.ff.de adopt.hinc dicimus insinuationem posse explicari domi, vel in alio quocunq; loco secundum Alber. in d.l. illud colum.2. Nat. conf.28.nu.4. sequitur Rimin. Iun.in d.§.1. Inst.de donat.nu.501.& ita communiter obserua tur Papiæ, vt huiusmodi Insinuatio fiat vbicunq; locorum.

49 † Quò ad secundum casum, coram quo Iudice sit facienda insinuatio, & dic tam de iure st atutario, vt colligitur hic infra in verb. iusdicentis alicuius, quam etiam de iure communi insinuatio-
50 nem coram quocunq; Iudice fieri posse, † etiam cui non subsit donator, nec res donata, ita Bart.& Rom.in d.l.modestinus Salic.in d.l.data Alex.cōs. 156.col.2.vol.2. Guid.Pap.cons.23. num.6. cum alijs de quibus per Rimin. d.§.1. Instit. de donat. num.415.sequitur Carpan.de Rimin.non faciens mentionem, sed alios allegans,ad statuta Medio-
51 lani, d.cap.324.& 138. cum seq; hinc infertur, † quod licet donator non sit subditus iudici, siue ratione originis, siue domicilij, siue ratione contractus, siue ciuilitatis adeptæ, attamen coram illo Iudice valet facta insinuatio,vt clare docet Rimi. d.§.1.nu.416.cū sequent.pluribus quo loci infert nu.425. quod si venetus,venetijs constitutus,rem ibi sitam donet alicui, quod postmodum potest illam donationem coram Iudice Ferrariæ,vel alterius loci insinuare, & nu.428. hanc latè defendit,
52 imo quod magis est, † si fieret donatio per magistratum habentem merum, & mixtum imperiū, insinuatio posset fieri apud se ipsum, secundum, Natt.d.cons.28.nu.4. idem Natt. cons.402.num. 45.& cons.428. num.9. Roll. à Vall. cons.93.col. fin.vol.1.

53 † Limitatur hæc conclusio iuris communis, primò non procedere in donatione facta in vrbe Cōstantinopolitana,quæ dumtaxat apud magistrum census debet insinuari, l. testamenta iuncta gl. C. de testam.sed hæc limitatio seruit. de vento,cum hodie ciuitas cōstantinopolitana occupetur à tur
54 cis, Barbaris immanissimis. † qui ob discordiam, ac bella ciuilia inter christianos existentia, eam in suam ditionem redegerunt, ac omnimodò à christiana pietate & religione abduxerūt, quam faxit Deus,vt Christiani Reges,ac principes concorditer eam recuperent,vnà cū Hierosolimarū regno.

55 † Limitatur secundò non procedere, quandò in Ciuitate statutus esset certus Iudex particularis, corā quo huiusmodi insinuatio fieri deberet, nam tunc coram alio fieri nō posset Bal. in l.in hac C.de donat.ita Rimi.in d.§.1.nu.454.cum seqq. pluribus,vbi hanc limitationem latè comprobat.

56 † Limita, vt quoties donatio excederet summā ducentorum aureorum, debeat fieri insinuatio coram iudice iureconsulto, ita disponentibus Nouis Mediolani Const.in tit.de Consulibus Iustitiæ Mediolani, quæ loquuntur generaliter in quolibet contractu, hæc tamen limitatio seruit nisi solum Mediolanensibus.

57 Circa tertium, dic, † insinuationem posse interponi donationi dum est in fieri, & sic in ipso actu donationis, & ita solet communiter obseruari, potest tamen fieri etiam ex interuallo post donationem, ita Bart.& Roman. in d.l. modestinus Canarius in tract. insinuat. q.2. cum alijs pluribus de quibus per Rimin.in d.§.1.num.526.& ratio est,
58 quia † ex quo lex insinuationem tempore non limitat, sed indeterminatè loquitur, sufficit quod quocunq; tempore fiat, scilicet vel quando donatur, vel post, ex interuallo,l.qui fundum,ff. de contrah. empt. Bart. in l.1.per illum tex.ff.de alleatoribus Rimin.cons.340.in 1.dubio Crau.consil.14. num.4. & cons.84.nu.13.

59 † Limita hanc regulam, non procedere quando certum tempus esset statutum ad insinuandū donationem, nam tunc extra illud tempus facta non valeret. Bald. in l.fin. col.1.C. de donat. ante nupt.Canarius in tract. insinuationis q.28.in prin
60 cip.facit quia † quoties statutum limitat certum tempus ad aliquod faciendum, post illud tempus præfixum,actus factus non valet, & dicitur prohibitus, Bal.in l.obseruare §. proficisci q.3.ff.de officio proconf.& legat.Ias.in l.1.nu.50.ff.de officio eius cui mand.est iurisdictio Alex. cons.3.colu.2. vol.7.& hoc pluribus rationibus, & iuribus confirmat, Rimin. in d.§.1.nu.551. cum sex sequen-
61 tibus,† sed dubium est,numquid statutum nostrū videatur præfigere tempus quo debeat fieri huiusmodi insinuatio, & dic quod per statutum nostrū sancitum est, quod insinuatio fiat aliquo interuallo post donationem, nam inquit statutum, quod donatio vltra quinquaginta libras facta non valeat, nisi dicta donatio fuerit insinuata, & insinuatione facta valeat, sicut de iure possit, & debeat; præsuponit statutum donationem factam,deinde dicit,nisi fuerit insinuata, verbum fuerit est temporis futuri, & propterea significat aliquam distantiam temporis, inter vnum & alterum actum. quæ distantia considerari non potest in insinuatione vnico contentu facta, cum ipsa donatione, quia censerentur eodem tempore confecti duo ij actus,donationis, & insinuationis; & ita ostendūt illa verba, & insinuatione facta valeat, sicuti de iure, præsuponit statutum donationem factam
62 sine insinuatione interim non valere, † atq; ita stare in suspenso, secuta autem insinuatione valere, iuxtà distinctionē Petri Rebuff.in com.ad Constit.Galliæ tom.2.in tract.de donat. insinuād. art. 1.gl.6.dum dixit, quod quando donatio debet insinuari, vsque quò non fit insinuatio, stat ipsa
63 donatio tamquam imperfecta insuspenso, adeo † quod donator posset alteri donari in præiudiciū ipsius primi donatarij, & adiungit idem Rebuff.
64 eod.in loco in gl. vltima nu.3. quod † si donator, nondum facta insinuatione decederet, donatio defectu insinuationis esset nulla, & amplius insinuari posse inter vnum, & alterum actum voluerunt statuentes dari medium aliquod tempus, & illa verba, & intelligatur facta, nisi mentio fuerit facta, in præsentia, & cum authoritate iusdicentis alicuius,non significant insinuationem fieri debere in ipso actu donationis, sed significant mo-
65 dum, & formam vnam faciendi insinuationem, † quæ alio modo solet fieri in foro, voce præconia, vt scribit Canarius de insinua q.2. & q.10. nu.22. & rursus, forma hæc per iusdicentiū præsentiam seruari potest, etiam post factam ipsam donationem, Canarius in d.q.2.nu.3.4.& 5.& q.10.nu.22 & in dubio retinenda est hæc interpretatio, quia
66 † quando statutum non determinat tempus quo fieri debet donationis insinuatio, debet intelligi fieri posse post aliquod temporis interuallum, vt respondit Corneus cons. 221.num.2.lib.1. rursus hæc interpretatio recipienda est, propterea quod magis

magis conuenit, & consentanea est quatuor illis rationibus, ob quas inuenta est insinuatio, commemoratis à Vitali de cambijs in tract. de clauf. tit. an legibus insinuationem exigentibus renun. possit num. 7. ac 13. ab Oldrad. cons. 253. factũ tale est in fine, & à Petro Duenas reg. 224. & à Hier. Magon. in decis. Florent. decis. 64. num. 45.

67 † sunt sanè hæ rationes; prima, vt inter donationem, & insinuationem donans, possit deliberare, an sibi expediat donationem perficere; secunda, vt iteratio actus ostendat mentis perseuerantiã; tertia, vt tollatur deceptionis suspitio; quarta, vt occurratur falsis probationum modis, ac etiam quia Reipubl. interest, ne quis re sua male vtatur; & quod in magnis quantitatibus magna requiritur obseruatio; Hæ sanè rationes repugnãt insinuationi, quæ fit in ipsomet donationis actu, in quo non potest concurrere vera animi deliberatio, cum non detur tempus ad cogitandum, & deliberandum; non etiam concurrit perseuerantia, quæ requirit aliquem cursum temporis; non quoq. euitatur fraudis, & deceptionis suspitio; & demum non occurritur falsis probationum mo-

68 dis; præterea † sumenda est in dubio illa interpretatio, qua satisfactum, consultumq; sit vtriq: partium, l. adoptiuus, §. primo, ff. de rit. nupt. Bal. in l. bonorum, quæst. 3. C. qui admitti, Afflict. decis. 273. in fine, & Crauet. cons. 201. num. 16. & interpretatione hac, quod statutum intelligatur de insinuatione, quæ fit per aliquod temporis interuallum post factam donationem, consultum est vtriq; partium, nempè & donatori, & donatario; consultum sanè est donatori, propter quatuor rationes supra allegatas, satisfit etiam donatario, quia datur ei tempus ad acceptandam donationem, quę fortè posset apparere sibi aeris, plena, & grauosa.

69 † Limita secundo non procedere, quando medio tempore inter donationem, & nundum factã insinuationem, esset ius alteri acquisitum ex contractu celebrato inter eum, donatorem in re donata; nam tunc insinuatio non posset fieri in præiudicium eius, cui medio tempore est acquisitum, sicuti, nec etiam potest fieri post mortem donantis, Canar. in d. tract. de insinuat. q. 29. Aret cõs. 123. col. prima, cum alijs de quibus per Rimin. ita noniter limitantem, d. §. primo, nu. 557. & seq.

70 † Sed iuxta hoc quæro, cũ huiusmodi insinuatio vtsupra dixi de iure communi valeat fieri ex interuallo post donationem, † vsq; ad quantum tempus duret hæc facultas insinuandi, dicas durare vsq; ad 30. annos, vt ex pluribus firmat idem Rimin. vbi supra, nu. 539. cum seq., licet ipse ex Canario, & alijs, teneat durare perpetuo tempus insinuationis.

71 Circa quartum quæritur † nunquid in huiusmodi insinuatione requiratur decretum Iudicis, & dic ex communi DD. sententia non requiri decretum Iudicis, sed sufficere solam præsentiam, prout hanc communem, post Aret. Rogerium, & alios testatur nouissimè Rim. dicto §. primo, nu. 486. cum seq. & 496. per tex. in l. donatio in fine, & in l. in hac, C. eod. in quibus habetur donationem apud Iudicem insinuandam, quæ verba secundum eum non requirunt decretum, sed solum Iudicis præsentiam, l. fin. C. qui admitti, & ita etiam videtur innere statutum nostrum, in illis verbis, infra. ibi, & intelligatur facta insinuatio, si fuerit facta in præsentia, & cum authoritate Ius-

72 dicentis alicuius, nam illud verbum, † authoritas, non videtur importare decretum, cum imò differant decretum, & authoritas, vt tradit Cannarius in dicto tract. insinuat. quæst. 10. in principio, & sequitur Rimin. vbi supra num. 495. quidquid sit,

73 † solet communiter Papiæ interponi decretũ in huiusmodi donationibus per Iudicem, & per illa verba in instrumẽto apponi consueta, scilicet & decretum dantis, præstantis, & interponentis; quare ita semper obserua, cum minime sint mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt, l. minime, ff. de legibus.

74 † Et limita conclusionem cõmunem, non procedere in duobus casibus, vt per Rim. in d. §. primo, num. 504. cum seq. & num. 521. primus qñ comparerent agnati, vel attinentes, dicentes donationem, fraude dolo, vel iracundiæ calore factam, vel secundo, vbi fieret in minore 25. annis, nam his duobus casibus, etiam de iure communi, decretum esset necessarium.

75 Vltimum est dubium, † numquid insinuationis materia dicatur fauorabilis, aut odiosa, dic dici fauorabilem, vti potè inuentam, ad obuiandum fraudibus vtsupra in pricipio huius verbi, & Rim. d. §. 1. nu. 420.

76 † An autem ista insinuatio, habeat locum in donatione facta clerico, vide Abb. in c. quod clericus extra de foro compet. Gab. in tit. de donat. concl. 1. nu. 15. & vide Carpan. ad d. cap. 324. num. 77. vbi quærit quid in donatione facta etiam ecclesię, & concludit non requiri insinuationem in huiusmodi donationibus nisi quando donatio esset facta clerico non contemplatione ecclesiæ, sed personæ suæ ita Gabr. d. concl. 1. nu. 15.

In verbo, & intelligatur facta] hoc idem procedit de iure communi, Bald. in l. sancimus, C. de diuersis rescript. & supra dixi in hoc eodem statuto cęterara verba sunt clara.

77 † An autem huiusmodi statutum infringens donationem, quæ non sit insinuata, compræhendat clericum donantem; dic quod sic, cum loquatur in rem, non autem in personam, vt per Neuiz. consil. 35. num. 15. Barbat. consil. 65. num. 7. vol. 4. ita Surd. consil. 2. num. 8. versic. sexto, & num. 40. versic. sextum pariter fundamentum, lib. pri.

Quòd carceratis ius reddatur omni tempore, etiam feriato, & per quem, & qualiter. Rubr. 63.

Item statuimus, quod carceratis reddatur ius de infrascriptis, & quolibet ipsorum quocunqs tempore etiam feriato repentino, & solemni per Dominum Potestatem, & quemlibet Iusdicentem Ciuitatis Papiæ, præsentes, & futuros, non obstante aliqua lege ciuili, canonica, vel municipali. Et quod de causa, & causis vtrum de iure potuerint detineri, & capi, & incarcerari, sequestrari, & saxiri, vel etiam vtrum de iure debuerint relaxari,

vel liberari. Et de iniuria, & oppressione facta carcerato de cetero in carceribus, fiat ratio, cognitio, sententia, & executio, summariè, & de plano, sine libello, & sine aliquali scriptura, & sine strepitu, & figura iudicij, & omni tempore feriato, & non feriato, solemni, & repentino, non obstante aliqua lege decretali, vel statuto contrario. Qui Potestas, & quilibet Iusdicens non teneatur dare sapientem ad petitionem actoris petentis sapientem. Sed ipse Iusdicens teneatur cognoscere, & diffinire summariè, & de plano, si de iure carceratus potuerit capi, & captus detineri, & de alijs casibus prædictis. Ad petitionem verò carcerati, si per eum, vel eius procuratorem petatur sapiens, ipse Iusdicens dare teneatur sapientem, non obstante aliquo statuto in contrarium faciente. Quod statutum locum habet etiã in pendentibus.

Summarium ad Statutum 63. in Ciuilibus.

1 *Circa hoc statutum, quæ videnda sint.*
2 *Carceres sunt euitandi.*
3 *Carcerati grauantur in pluribus.*
4 *Carcer mala mansio, & æquiparatur morti.*
5 *Carcer inuentus ad custodiam, non ad pœnam.*
6 *Inuectiua contra malos Iudices, & custodes carceratorum.*
7 *Qui nam sint in vinculis, & compedibus ponendi.*
8 *Anima cunctis rebus præferenda.*
9 *Carcer præiuditium irreparabile.*
10 *Carceratio famam, & honorem onerat.*
11 *Carcerandus, quis non est, nisi pro delicto, pro quo ingeritur pœna corporis afflictiua.*
12 *Reus non carcerandus, nisi precedẽte quali quali informatione.*
13 *Auctor solum loquitur de malis iudicibus, non autem de bonis, & Deum timentibus.*
14 *Boni Iudices laudandi.*
15 *Feriæ an procedant in causis criminalibus, & vide nu. 19. & 20.*
16 *Statutum, quod in causis criminalibus procedatur etiam die Dominico validum.*
17 *Carceratorum relaxatio fit etiam die feriato in honorem Dei.*
18 *Carceratus non potest recommendari carceribus die feriato in honorem Dei.*
21 *Tortura an die feriato inferri possit.*
22 *Feriarum tria genera.*
23 *Carceratus nunquid validè contrahere possit.*
24 *Quid si carceratio esset iniusta.*
25 *Carceratus inops alẽdus à creditore, vel à Curia*
26 *Amplia, vt carceratus ad instantiam cessionarij, ab eo veniat alendus.*
27 *Alimẽta ex ordine Senatus Mediolani, qualiter præstanda carceratis.*
28 *Carceratus à contumacia, vel periurio excusatur*
29 *Carceratus ob absentiam causatam per carcerem restituitur in integrum.*
30 *Emphyteuta detentus in carceribus excusatur, si non soluit canonem.*
31 *Carceratus sponte se constituens habet præsumptionem innocentiæ pro se.*

1 Irca hoc statutum, adde aliud statu-
tum supra 27. in ciuili, de ferijs, &
2 quæ ibi dicta sunt, † interim cures
euitare carceres, honestè viuendo,
ac non diuertendo à recto itinere,
verbo, facto, nec consilio, aut scriptura, iuxta l.
aut facta, ff. de pœnis, & Bald. in l. data opera, C.
qui accus. non poss. quem refert, & sequitur Boss.
in tit. de carcer. fideiuss. committ. num. 29. ad hoc
ne gaudeas priuilegio huius statuti, à quo nos li-
3 beret omnipotens Deus, † grauantur enim carce-
rati in pluribus, & infinitis, cum æquiparentur
5 mortuis, † carcer enim dicitur mala mansio, &
morti æquiparatur, Bald. in c. 2. §. deniq;, in tit.
6 quæ fuit prima causa beneficij amitt. † & licet car
cer dicatur inuentus ad custodiam, non ad pœnã
l. incredibile, C. de pœnis, licèt à prauis Iudicibus,
ac sæpe à custodibus carceratorũ, ad extorquen-
das pecunias pauperum carceratorum, videatur
accõmodatus, quod tamen omnino est contra ius
7 & boni Iudices non faciunt, † non .n. quis debet
conijci in vinculis, & compedibus, vel manicis fer-
reis grauari, nisi pro delicto, pro quo venit impo-
nenda pœna corporalis, & sit conuictus, vel aga-
tur de graui scelere, secundum Bart. in l. prima. C.
de cust. reorum, quem sequitur Boss. in sua prax.
de carcerato fideiuss. committendo, nu. 1. & licèt
p Senatũ Excellentiss. verum iuris, & iustitiæ, ac
æquitatis optimum cultorem, sit optimè disposi-
tum, ac per Nouas Const. Med. circa has extor-
siones, quas faciunt mali Iudices carceratis, atta-
men parum curantur ab istis. & non mirum, cum
8 iam animæ detrimentum patiantur, † quæ tamen
cunctis rebus esset præferenda, l. sancimus, C. de
9 sacr. sanct. Eccles. † inferentes huiusmodi carce-
ratis præiuditium irreparabile, Alex. cons. 17. nu.
10 7. lib. 1. carceratio enim famam onerat, & hono-
rem, vt per Rimin. iun. cons. 554. num. 96. & 67.
firmat D. Costa de remed. subsid. remed. 25. nu. 4.
contra dispositionem tam iuris communis, quam
11 etiam Nouar. Const. Mediolani, cum † non possit
ad capturam deueniri, nisi agatur de delicto, pro
quo ingeratur pœna corporalis, vt per Iul. Clar.
§. fin. prax. crim. q. 28. num. 1 & habetur in Nouis
Const. Mediolani, in tit. de accusat. §. rei carceri-
12 bus, † & nisi prius præcedente, saltem aliquali in-
formatione, Foler. in sua prax. crim. in verbo no-
tatos capiat de persona, nu. 1. Boss. in tit. de cap-
tura, nu. 3. Clar. in d. §. fin. q. 20. nu. primo, ac d. q.
28. nu. 2. & inspecta qualitate personarum, & de-
licti arbitrio Iudicis, vt per eundem Clar. d. q. 28.
13 nu. 2. † hæc autem dicta sint solum de malis Iudi-
cibus, ad effectum solum, vt se emendent, & aua-
ritiam deponant; non autẽ de iustis Iudicibus, ac
Deũ timentibus, qui honorificè laudabiliter offi-
14 tia sua administrant, † qui ab omnibus laudandi
veniunt, & magna fulgent gloria sm̃ Ang. in Aut.
vt iud. sine quo suffrag. §. oportet, his sic incidẽter
dictis veniamus ad declarationẽ huius nostri stat.

15. & quod feriæ non habeāt locum in causis criminalibus, vide tex. in l. prouinciarum, vbi DD. C. de ferijs.

16 In verbo, non obstante aliqua lege ciuili] scias valere statutū, quod in causis criminlibus possit procedi, etiam die Dominico, Bald. in suo tract. de statuto, in verbo ferię, Bonacos. in quæstionib. crimin. in verbo, diebus feriatis.

17 In verbo, vtrum de iure debuerint relaxari] † scias, quod relaxatio carcerum potest fieri die feriato etiam in honorem Dei, etiam accipiendo fideiussorem de carcerato repræsentando, Bald. in l. lecta, ff. si cert. pet. Ias. in l. prima, §. sed excipi-
18 untur, nu. 11. ff. de ferijs, vbi tamen † vult tali die feriato non posse carceratum recomendari car-
19 ceribus, & † quādo aliquis est carceratus pro causa ciuili, siue criminali, quod in illa causa possit procedi die feriata de iure communi, est tex. in l. custodias, ff. de custod. reorum, ita Ias. in l. diuus Traianus, nu. 4. ff. de ferijs, item scias, quod die feriato etiam in honorem Dei, potest debitor suspectus de fuga capi, & carcerari, vt per Ias. in d. §. sed excipiuntur, nu. 9. antè eum, Bald. cons. 166 nu. 1. vol. 5. Coarun. var. resol. lib. 2. c. 20. num. 14. Farinac. de carcerib. & carceratis, q. 27. nu. 107.

20 † Sed quæro, nunquid in causis criminalibus militent feriæ, adeò vt earū tempore procedi non possit, & dic tēpore Quadragesimæ prohibitā esse cognitionem causarum criminalium, l. quadraginta, C. de ferijs, de consuetudine tamen nō obseruatur, vt testatur Abb. in c. fin. num. 7. extr. de ferijs, Iul. Clar. in § fin. prax. crim. q. 50. num. 2. vbi tamen mentionem non facit de Abb.

21 † Sed nunquid tortura inferri possit die feriato, dic quod, aut agitur de criminibus atrocibus, & potest procedi ad torturam omni tempore, etiam in die Paschatis, l. prouinciarum, C. de ferijs, vbi habetur, quod tempore feriarum in honorē Dei, potest quis propter enormitatem delicti, prout in insigni latrone, ad furcas mitti, vbi Bald. hoc ibi sequitur, aut verò agitur de minoribus delictis, & tunc rei pro delictis capitalibus nō torquentur, in diebus feriatis in honorem Dei. l. nemo, C. de epis. audient. ita Clarus in §. fin. prax. crim. q. 64. nu. 33. vers. quæro an tortura, vbi testatur, ita obseruari à Iudicibus Deum timentibus, sic idem Clar. in d. §. fin. q. 97. nu. 6. vers. quæro etiam, vbi tamē ait nunquam vidisse in hoc Dominio capitalem executionem fieri in die feriato in honorem Dei, sequitur Baiard. in add. ad eum ibi nu. 8. & seqq.

22 In verbo, solemni, & repentino] † feriarum tria sunt genera, quædā sunt introductæ in honorem Dei, & appellantur solemnes, quædam dicuntur publicæ, siue rusticæ, vt quæ statuuntur causa messium, vel vindemiarum, quædam dicuntur repentinæ, ex eo appellatę, quia repentè indicuntur, vt quando Princeps eas inducit propter rem prosperam, vt quia natus est sibi filius, vel duxit vxorem, vel ex simili causa, & hæ à solo Principe possunt induci. l. à nullo, C. de ferijs, ità Abb. in c. fin. nu. 8. post gl. ibi de ferijs, vbi etiam quādo huiusmodi ferijs possit per partium consensum renunciari.

23 In verbo, ad petitionem verò carcerati] † quæro numquid carceratus possit contrahere, & dic, quod de iure non valet contractus factus à carcerato, de consuetudine tamen seruatur contrarium, & ita videmus carceratos cōstituere procuratores, satisdare, & alios contractus facere, seruata statutorum forma, prout ita seruari testatur Iulius Clarus in d. § fin. prax. crim. quæst. 46. nu. 6. post Alb. in l. qui in carcerem ff. quodmet causa, vbi Baiard. in addit. ad eum, nu. 40. limitat ex Farinac. crimin. quæstionū, quæst. 3. in fine, vbi carceratio esset iusta, & licita, nec vllus metus, ac
24 vis carcerato infertur, † secus autem si carceratio esset iniusta, & ad fauorem carcerantis, vis, & metus carcerato illlata fuisset, nā tunc eò casu contractus celebratus non valeret, & de quo sup. latius dixi.

25 Non omitto etiā, quod carceratis de iure plura alia priuilegia sunt indulta, † quorum primus est, ꝙ carceratus inops ad instātiā creditorū, si nō habeat aliundè, alimenta debent præstari à creditoribus, aliàs è carceribus est relaxandus, gl. in l. 2. C. de erogat. milit annonæ lib. xij. & ex pluribus alijs firmat D. Cost. de remed. subsid. remed. 27. illat. prima, num. primo, cum seq. vbi extendit etiam in carcerato ob delictum, qui in subsidium
26 à Curia est allendus, & ampliat in † cessionario creditoris, & tractat, qualis hoc casu debeat esse taxatio alimentorum de iure communi, ac concludit relinqui arbitrio Iudicis; hodie autem ex †
27 ordine Excellentiss. Senatus Mediolani, edito die 12. Aprilis anni 1554. cautum est carceratis ob debita præstari debere à creditoribus solidos tres singulo die pro alimentis, adeòut si per tres dies continuos cessauerint creditores in solutione dictorum solidorum trium, non possint morā purgare, sed carcerati è carcere liberentur.

28 Secundò, priuilegiatus † carceratus est, vt à contumatia in princip. vel periurio excusetur, vel saltim in integrum restituatur, vt per eundem D. Costam dict. tract. de remed. subsid. remed. 125. nu. 12. cum seq.

29 † Tertiò, carceratus propter eius absentiam à carcere causatam, restituitur in integrum, vt latè firmat Odd. de rest. in integ. q. 7. art. 5. vbi hoc la-
30 tè ampliat, & limitat, hinc dicimus, quod † emphyteuta, qui pro toto tempore biennij, vel triennij, fuit detentus in carceribus excusatur, adeò vt non possit expelli ob canonem non solutum, vt pluribus citatis firmat Corbul. in tit. de causa priuationis ob nō solutū canonem, limit. 10. vbi vult procedere, etiam si fuisset carceratus sua culpa, putà ob delictum, vt ibi per eum.

31 Quartò, † quia carceratus, qui se spontè constituit, habet maximā præsumptionem innocentiæ pro se, Nouellus in suo tract. crim. ad defensam, in tit. responsio reorum in constitutis, nu. 110. pag. mihi 113. Boss. in tit. de mandato ad homicidium, nu. 26. Mascard. de probat. conclus. 1336. per totū, habent etiam plura alia priuilegia carcerati, quæ si omnia hic recensere vellem, magis laboriosum esset, quam vtile, cætera igitur poterit diligens lector addere.

De cessione fienda super lapidem Communis Papiæ. Rubr. 64.

ITem statuimus, quòd quicunq; debitor captus & detentus, volens bonis cedere, ad cessionē bonorum admitatur, seruata infrascripta forma, videlicet, quòd ipse probet coram

iusdicente se stetisse, & quòd steterit in carceribus Communis Papiæ per sexaginta dies, die, noctuq; . Et ipsa probatione sic facta sono tubæ præmisso per Tubatorem Communis Papiæ in publica concione, & publico arengo, prædictus volens bonis cedere publicè, & alta voce cridet, dicat, & protestetur, quòd ipse talis captus cedit bonis, & ipsa eius bona omnia, & singula præsentia, & futura, exceptis vestibus de dorso ipsius cedentis, liberè dimittit, & relaxat creditoribus suis, & dat ipsis creditoribus licentiam accipiendi, & auferrendi eius bona, quantacunq; & vbicunq; ea inuenerint eorum propria auctoritate vsq; ad solutionem integram eius, quod habere debent. Et cessione dicto modo facta, dictus qui cessit bonis, capi, & detineri non possit pro aliquo priuato debito. Et si prædicta non interuenerint, capi possit, & detineri, cessione facta non obstante, pro debito, quod debetur tempore cessionis bonorum. Et eius beneficio non possit remissione, conuentione, acceptillatione, sacramento, vel contractu aliqualiter renunciari. Et qui amodò cedet bonis, vel qui fecerit cessionem, non possit habere aliquem honorem, vel aliquod beneficium, qui, & quod descendat à Communi Papiæ, & non possit esse procurator, nec curator, nec Syndicus, nec Actor, nec Incantator redditũum Communis Papiæ, nec testis.

Summarium ad Statutum 64. in Ciuilibus.

1 *HOc statutum vti ignominiosum, an validum.*
2 *Statutum Romæ, quod volens cedere bonis, ascendat leonem marmoreum, & dicat, cedo bonis inualidum.*
3 *Hoc statutum de facto obseruatur.*
4 *Senatus Mediolani solet dispensare, circa cessionẽ fiendam contra formam statuti.*
5 *Hoc statutum an comprahendat vniuersitatem.*
6 *Statuta loquentia per verba (si quis) non comprahendunt vniuersitatem.*
7 *Vniuersitas quoddam corpus fictum.*
8 *Cedere bonis quilibet potest de iure communi.*
9 *Vniuersitas Collegium, & Ecclesia an possint cedere bonis.*
10 *Persona quibus conceditur priuilegium cedendi bonis, remissiuè.*
11 *Debitor occasione fictorum non valet cedere bonis.*
12 *Cessionis beneficium, quare inuentum.*
13 *Cessionis beneficium miserabile.*
14 *Beneficium subsid. cessionis tres operatur effectus.*
15 *Cedens, an de post acquisitis, teneatur erga creditores, & quid stante hoc statuto, & vide nu. 26. & nu. 40.*
16 *Cessionis beneficium, an tollat obligationem ciuilem, & naturalem.*
17 *Beneficium cessionis an procedat in obligationib. [ex delicto.*
18 *Fideiussor de præsentando carceratum, an admittatur ad cessionem.*
19 *Debitor an possit cogi cedere bonis.*
20 *Renunciare fauori suo quilibet potest, quod intellige, vt nu. 21.*
22 *Debitor non molestandus, an valeat cedere bonis.*
23 *Quid si vnus tantum creditor molestet.*
24 *Debitor an possit cedere bonis creditore renũciante iuri faciendi carcerare debitorem.*
25 *Cessio bonorũ de iure communi qualiter fienda.*
27 *Cedens bonis ex forma huius statuti, an in totum liberetur, & nu. 38.*
28 *Et quid si cessio sit facta cõtra voluntatẽ creditoris*
29 *Debitor post factam cessionem, an valeat pœnitere.*
30 *Cessio bonorum, an possit fieri in foro conscientia.*
31 *Sonus tubæ, & reliqua ab hoc statuto requisita inducta ad vituperium cedentis.*
32 *Cedens bonis an efficiatur infamis.*
33 *Cedenti bonis, an omnia sint auferenda, & quid in vestibus, num. 35.*
34 *Cedẽs fraudans aliquã rẽ, an perdat beneficium [cessionis.*
36 *Facta cessione, an creditores possint recuperare bona propria auctoritate.*
37 *Curator datus bonis cessis, quibus creditoribus primo cedere debeat.*
41 *Debitor post cessionẽ acquirens turrim magni valoris, an teneatur eam vendere.*
42 *Beneficio cessionis bonorum, non potest renunciari*
43 *Amplia, vt nec etiam cum iuramento,*
44 *Necessaria quæ sint, vt debitor possit gaudere beneficio cessionis, remissiuè.*
45 *Cessionis beneficiũ amittunt mercatores, & decoctores dolosi, itẽ & debitor, qui negauit debitum.*

1 HOC statut. de iure videtur non valere,
vti ignominiosũ, vt post multos tenet
Ias. in §. fin. nu. 29. inst. de actio. sequitur Roll. à Vall. cons. 7. nu. 12. lib. 2. cũ
alijs plurib. de quibus per Carpan. ad statut. Med.
2 c. 408. nu. 179. prout etiã non valere statut. quod
volens cedere bonis, ascendat leonẽ marmoreũ,
& dicat cedo bonis, prout Romæ statutũ exstat,
tenet Alex. cõs. 210. nu. 16. lib. 2. Bald. in l. 2. C. qui
3 bon. ced. poss. Bald. cõs. 301. lib. 5. Papiæ, † tũ de facto
4 videmus quotidie obseruari, licet soleat † Senatus Excellentiss. Mediol. dispensare, vt possit
validè fieri cessio nõ seruata hac forma pudenda,
sed solum seruata forma tradita à iure communi,
vt per D. Cost. de remed. subsid. remed. 27. nu. 4.
5 In verb. quod quicunq; debitor captus, & detentus] quæro † nunquid huiusmodi statut. compræhendat vniuersitatẽ; & dicas quod non, primo
6 quia statuta † loquẽtia per verba, si quis, quicunq;
& similibus verbis nõ cõpræhendũt Vniuersitatẽ,
Ias. in l. si quis maior, nu. 7. C. de transact. Calcan.
cons. 1. nu. 2. & 3. Paris. cons. 21. num. 30. lib. 4.
secundò, quia cum huiusmodi statutum sit ignominiosum, non debet vniuersitas hac ignominia
7 affici, † cum sit quodam corpus fictum, Ias. in d. l.
si quis maior, nu. 7. & in l. mortuo, ff. de fideiuss.
ita per has duas rationes in terminis huius statuti
decidit, Menoc. de arb. iud. casu 183. nu. 14. cum
duob.

8 duob. seqq. & scias, quod etiam de iure cōmuni quilibet admittitur ad cessionem bonorum, §. fin. inst. de act. siue sit masculus, siue fœmina. sequitur Menoc. de arb. iud. d. casu 183. nu. 12. vbi ampliat
9 dari hoc priuilegium etiam vniuersitati, collegio,
10 & Ecclesiæ; † plures etiam personas, quibus conceditur hoc beneficium cessionis bonorū, & quibus non, latè recenset Brun. in suo tract. de cessione bonorū, q. 4. principali, cū seqq. quęstion. vsq. ad q. 35. quos omnes non refero, cū eos omnes recollectos habeas, per Carpan. ad stat. Mediol. c. 408. nu. 6. vsq; ad nu. 105. quo loci pariter enumerat casus; & personas, in quibus nō habet locum hoc cessionis beneficium, quorum nouem habeas per Ias. in d. §. fin. nu. 10. vsq; ad num. 19. & remissiuè per Menoch. de arb. iud. d. casu 183. num. 17.
11 cum seq. & nota casum quod non † valet cessio, quando quis est debitor, occasione fictorum, vt habetur inf. in decreto 6. post statuta criminalia.
12 In verbo, captus; & detentus] ea † ratione est inuentum cessionis beneficium, ad euitandos carceres per debitores, & vt carcerati relaxentur. l. 1. pen. & fin. vbi Bald. C. qui bon. ced. poss. Menoc.
13 d. casu 183. nu. primo, hinc dicimus, † quod cessio bonorum est beneficium, siue remedium miserabile, & flebile debitori pro carceribus euitandis concessum, d. l. prima, & pen. ita deffinit Brun. in d. tract. de cess. bonorum, q. 1. princ. nu. primo, vbi nu. 2. appellat hanc cessionē bonorū acerbā, inuidiosam, & terribilem, & ad hoc allegat Federic. de Senis cons. 193. in quæstione vertente, &
14 quod † beneficium cessionis dicatur subsidiariū remedium, firmat D. Costa de remed. subsid. remed. 27. vbi num. 2. adducit tres effectus huius remedij cessionis bonorum, quorum primum est, quod liberat debitorem è carcere, licet non à li-
15 quidatione crediti, & expēsarum; † secundò, quod cedens de postea acquisitis, non tenetur erga creditores, nisi in quantum facere potest; per hoc tñ statutum non habet locū in cessione facta ad formā huius statuti, ignominiosa enim infamia loco solutionis habetur, quæ in totum extinguit debitum, intelligendo tamen, vt ibi per eum, & infra
16 dicetur. Tertium † remedium est, quod obligationem ciuilem, nec naturalem tollit quidquid in contrarium, & male voluerit, Rot. decis. 31. de sententia, & re iud. in antiquis, tamen exceptionē cedenti parat, & executionē suspendit, Costa d. remed. 27. nu. 3. & seq.
17 Sed hic quæro, nunquid cessionis beneficium habeat † locum in obligationibus ex delicto, adeo vt cōdemnatus ex delicto pecunialiter, possit cedere bonis; & dicas, quod non, cum huiusmodi beneficium detur solum debitori ex contractu, nō autem ex delicto, ita post Alb. & alios plures per eum citatos, tenet Clar. in §. fin. q. 95. nu. 5. vers. sed pone, & ideo si non habent in ære luant in corpus, iuxta glo. in l. fin. ff. de in ius voc. Carpan. ponentem quatuor limitationes ad statuta Mediol. d. c. 408. nu. 62. vsq; ad nu. 68. Farinac. de delict. & pœnis q. 26. nu. 4. seq. sequitur D. Cost. d. re-
18 med. 27. num. 11. Limita vltra Carp. in fideiussore de repræsentando inquisitum, vel carceratum, qui admitti debet ad cessionem bonorum, Franc. dec. 507. vol. 3. quem refert, & sequitur Ba ard. in addit. ad Clar. d. quæst. 95. nu. 16.
19 In verbo, volens bonis cedere] † an autē quis possit cogi cedere bonis, & dic quod non; nam cum huiusmodi beneficiū sit introductum in fauorem solum ipsius debitoris, ne detrudatur in carceribus, potest debitor huic fauori renūciare,
20 & illo non vti, † cum iuribus pro se introductis quilibet renunciare possit, l. pen. C. de pact. l. pactum inter hæredem. C. de pact. intelligendo ta-
21 men † de renunciatione tacita, quæ fit per debitorem in soluendo, vti tali benefitio, secus autem de renuntiatione expressa, quæ fieri non potest, nec valet, vt per Menoch. d. casu 183. num. 18. & infra dicetur.
22 † Sed quid, si huiusmodi debitor non molestatur à suis creditoribus, velit tamen cedere bonis, an possit; dic quod non, vt tenet Brun. in d. tract. de cess. bonorū, q. 7. quartæ q. princ. vbi plures ad hoc allegat, & adducit rationem, quia huiusmodi benefitiū dicitur miserabile, & subsidiariū, adinuentum ad euitandos carceres, cum ergo creditoribus non petentibus, non adsit periculum carceris, meritò cessat dictū beneficium, & ideò statutum nostrū solū loquitur in debitore detento, & carcerato, & vide Carpan. ad d. c. 408. nu. 105. &
23 106. vbi vult, quod † sufficit, quòd vnus instet, & faciat incarcerari, & tunc præiudicat alijs, ex Didac. in tract. variarum resolut. cap. 1. nu. 5. lib. 2. & refert etiam Sard. in addit. ad Ias. in d. §. fin. num. 17. tenentem contrarium per plura fundamenta.
24 † Sed quid si creditor renunciat iuri debitorē incarcerari faciendi, nunquid isto casu huiusmodi debitor bonis cedere possit, dic quod non, Bal. in l. prima, nu. 17. C qui bon. ced. poss. quem DD. ibi communiter sequuntur, Io. Fab. & Ias. in d. §. fin. nu. 17. inst. de actio. ratio est secundū Bal. vbi sup. quia ratio carceris cessat, qua cessante beneficium bonis cedendi cessare debet, Bal. sequitur Brun. in dict. tract. de cess. bonorum. q. 35. quartę q. principalis.
25 In verbo, seruata infrascripta forma] † de iure communi cessionis bonorum forma, nulla est, sed fieri potest simplici verbo, per nunciū, & per epistolam, & non tantū in iuditio, sed extra iuditium agnoscendo prius debitum, & præsente, & absente aduersario, Ias. in d. §. fin. nu. 28. Brun. d. tract. de cess. bonorū, q. 6. princ. nu. 1. cū seq. & tunc curator datur bonis cessis, & illius authoritate hastę subijciuntur, plusq; offerenti liberantur, ita Menoc. d. casu 183. nu. 19. cū seq. debet etiam cedens
26 cauere, quod † si ad pinguiorem fortunam deuenerit, quod satisfaciet in quantum potest, deducto ne egeat, vt per Menoch. vbi sup. num. 2. idem tenuit Brun. in d. tract. de cess. bon. q. 6. princ. vbi
27 vult, num. 9. † quod sufficiat iuratoria cautio, si fideiussorē inuenire non poterit, aduerte tñ vt sup.
28 dixi, quod facta † cessione ignominiosa ad formā huius statuti, debitor omnino liberatur à debito, adeo vt amplius nō teneatur, si ad pinguiorem fortunam deueniat, ex multis citatis pe D. Costā de
29 remed. subsid. remed. 27. nu. 3. quod tñ † intellige procedere, si cessio fiat de voluntate creditoris, alias secus, si creditore renitente, & contradicente, & ideo monet creditorē, debere protestari; ꝙ tñ in pratica sm̄ eum non seruatur, vt per Muscat. Francū, & Cęualos p eū citatos. An autē cessio bonorū in foro cōscentiæ admittatur, tradit D. Cost. d. remed. 27. n. 19. & seq. cōcludens, ꝙ nō; ex dicto Euangelij, serue nequā, oē debitū dimisi tibi. nonne ergo oportuit te misereri cōserui tui, & quia ex mēte Diui Tho. danda est de superfluo eleemosina ad uictum.
29 Sed quæro nunquid debitor post factā huiusmodi

modi cessionem valeat penitere, & huiusmodi cessioné reuocare,& dic,quod potest, si res adhuc sit integra, & bona nundum sint per creditores occupata, l.qué peniter, ff.de cess.bon.Ias.in d.§. fin.nu.23. idest est, si bona nundum sunt per creditores distracta,nam adhuc locus est penitentiæ, dummodo tamen ipse debitor creditoribus soluere sit paratus, vt per Brun. de cess. bon.quæst. 14. in principio D. Costa olim collega meus, in tract. de re integr.distinct.74.

31 In verbo,sono tubæ præmisso] hoc,† & reliqua quæ sequuntur fiunt pro maiori dedecore, & vituperio cedentis, cum de iure communi,solo verbo, vel per epistolam possit fieri cessio, vt supra dixi in verbo,seruata infrascripta forma.

32 Sed dubium est, † nunquid cedens bonis efficiatur infamis,& dic,si cessio fiat secundum ius commune,quod non,l.prima;&l.fin.& ibi glo.in verb. æstimatione, C.eod. & l.debitores, C.de infamib. si verò cessio fiat vituperosè, secundum formam huius statuti, vel aliorum locorum, ita disponentium, tunc cedens efficitur infamis, infamia facti, non iuris Alb. in d.l. debitores, & sequitur Brun. de cess. bon.quæst.6. princ. nu.3.& 4. vbi etiam enumerat plures formas cedédi bonis vituperosè, in pluribus Italiæ locis vigentes, & facit mentionem pariter de statuto nostro Papiensi.

33 In verbo,& ipsa eius bona omnia, & singula præsétia,& futura,exceptis vestibus de dorso &c.] idem de iure communi, † quo iure cedenti bona omnia sunt auferenda,adeòut si cedens sibi reseruaret vnum denarium,non valeret cessio,glo.in l. pen. ff.de cess. bon.Bart.in l.fin.in 2.colum.C.qui bon.ced. poss.Ias.in d.§.fin.nu. 26. & seq. & vide

34 Brun. quæst. 5. princ. vbi vult, † quod si cedens, qui tenetur bona omnia indicare, aliquam rem fraudauerit, cessionis benefiriú amittit,vt ibi per eum; vnde si debitor cóuinceretur, quod partem bonorum non indicasset ex malignitate, & dolo, tunc repellendus est omni modo ab huiusmodi cessionis bonorú beneficio, l. fin. ff. quæ in fraud. cred.secundum lecturam, Bart. communiter approbatam, ibi, idem tenet Bart. Castr. & Alex. in l.alia, §. eleganter, ff. sol. matrim.Bal.in l. prima, C qui bon.ced.poss.sed iuxta hoc quæritur, nun-

35 quid † cedenti bonis omnia sint auferenda, adeo vt, nec etiam vestis necessaria ei relinqui debeat; dic quod vigore huius statuti sibi relinquuntur vestes de dorso,de iure autem communi, nec vestes necessariæ, nec artis instrumenta, quibus victum comparat auferri possunt,prout de iure communi testatur Didac. Coaruu. lib. 2. variarum resol. cap. primo, num. 5. ad finem, ante eum, Io. Fab. in §.vlt.num.10.inst.de actio. quæ tamen postea ab illius hæredibus extorqueri poterunt, vt voluit Bald. frequenter receptus in l.1 nu. 29. C.de iure fisci,lib.10.

36 In verbo, eorum proria authoritate] de iure autem communi † facta bonorum cessione per debitorem,creditores non possunt bona debitoris propria authoritate occupare, nec iure dominij retinere, nec inter eos diuidere, nec appropriare possunt, l.legis Iuliæ,vbi Bart. Bal. Ang. Sa-

37 lic. & Cast. de cess. bon. sed † habent instare creditores, dari curatorem bonis cessis, qui curator ea bona vendet, & creditoribus pro portione, & anterioritate satisfaciet, l. fin. ff. de curat. bon. dand. sequitur D. Costa de portione rata,q.74. & de remed. subsid. d. remed.27.nu.179. quib.locis vult creditores hypothecarios in solutione præferendos chirographarijs,& contra debitores cedentis vtiles actiones exercebit, l.de curatore, circa princ. ff. de curat.bon. dand.ita Brun.in tract. de cess.bonorum, q. 18. princ. sequitur Menoch. d. casu 183.num.19.

38 In verbo,& cessione dicto modo facta, dictus, qui cessit bonis capi, & detineri] nota † quod cedens bonis secundum formam huius statuti in totú liberatur, ratione ignominiæ, adeò vt, nec etiá teneatur in quantum facere potest, ita in terminis huius statuti tradit Menoch.de arb.iud.dicto casu 183. nu.22. cum seq. de iure autem commu-

39 ni † debitor cedens bonis non liberatur actione naturali, nec ciuili, sed competit exceptio, Bart. in l.1. in princ. C. eodem, sequitur Brun. testans de communi in tract.de cess. bon.q. 19.princ.per totam, & præsertim num. 3. & ideò de iure com-

40 muni loquendo,si cedens peruenerit ad pinguiorem fortunam, poterit contra eum cum effectu agi, & poterit conueniri, non obstante cessione, in quátum facere potest,deducto nè egeat, §. fin. vbi DD. & præsertim Ias. instit. de actionib. & l. prima,vbi Bart. Bald. & alij C. qui bon.ced. poss. deducet tamen huiusmodi cedens, qui ad pinguiorem fortunam deuenit congrua alimenta,iuxta conditionem suæ personæ,l.4. ff.de cess. bon. Menoch.d. casu 183.nu.21. Brun.de cess. bon.q.31. in princ.vbi nu.6. vult in hac deductione alimentorum, attendi familiam ipsius debitoris, quam ex necessitate educare habet, & tradit etiá qualiter ista deductio facienda veniat in iuuene,sene, artifice,doctore,milite,ciue, hoc vide dictum supra,in verbo,seruata infrascripta forma.

41 Sed dubiú, quid si debitor post cessioné acquirat turrim magni valoris, an teneatur eam vendere, & domum minori pretio emere, residuum verò creditoribus assignare; dic hoc relinqui arbitrio Iudicis, qui iuxta qualitatem personarum ac creditorum, hoc decernet, si enim erit nobilis, Doctor, vel alias in dignitate existens, iudicabit non esse vendendam, si verò rusticus secus, ita Bald. in l. fin. col. penult. versic. quæro quis nam sit, C. qui bon. ced. poss. sequitur Brun. de cess. bon.q.28.princ.Menoch. de arbit.iud.dicto casu 183.nu.24.cum quatuor sequentib.

42 In verbo,eius beneficio non possit] idem de iure communi, quo iure† beneficio cessionis bonorum expressè renunciari non potest,Bald.& Bart. in l.alia, §. eleganter,ff.sol.matr. Bald.in l.1.vbi Salic.C. qui bon.ced.poss.Canonistæ in c.Odoardus de solut. & hæc est magis cómunis sententia, quá testatur Bened.Capra reg.75.nu.26.& 29.q

43 adeò procedit, † vt nec etiá huiusmodi cessionis beneficio, possit renunciari cú iuramento ex magis cói DD.sententia recepta, Alciat. in c.cú contingit.nu.69.de iur.iur.Menoc.d.casu 183.nu.18. ratio est, quia huiusmodi pactú factú per debitorem se obligantem ad carceres, & renunciantem d.beneficio cessionis,dicitur contra bonos mores, vt per Alciat.in d.c.cum contingat,quo casu non ligat d.c.cum cótingat,idem tenet Brun.de cess. bon.q.20. princ.& vide latè appost ad Pract.Pap. in for. inquisitionis,in gl.1.in verb.cesserit,vbi latè,& sequitur D.Cost.d.remed.27.nu.10. vbi testatur hanc opinionem,vti tutioré, & humanioré in praxi seruari absq; eo, quod absolutio à iuraméto obtineatur. Vincent. Mancin.de iurament. part.4.effectu 22. nu.19.

Cætera

Cætera ad declarationem huius statuti pertinentia videas latè p Carpan. cumulata ad statuta Mediolani d. cap. 408. cū duobus capitibus seqq. & latissimè tradita per Brun. d. tract. de cess. bonorum Costam de remed. subsid. dicto remed. 37.

44 Quæ autem necessaria sint † vt debitor, possit gaudere beneficio cessionis bonorū, post Brun. & alios tradit D. Costa d. remed. 27. nu. 7. quo loci tradit quinq; requisita, ad hoc, quæ non refferro cum apud eum videri possint.

45 † Hoc autem cessionis beneficium non competit, mercatoribus seu decoctoribus dolosis, qui nō fortunæ vitio, sed culpa propria, & dolo in paupertatem inciderunt, Brun. de cess. bon. in 5. q. quartæ quæstionis principalis Strach. de decoct. part. 3. nu. 8. & seq. Farinac. de delict. & pęnis q. 26. nu. 26. & seq. Similiter denegatur debitori qui debitū negauit, & hoc in pęnam mendacij Aflic. decis. 296. nu. 1. Paris. cons. 160. nu. 6. volu. 3. Brun. de cess. bon. q. 2. sub. num. 6.

Quòd quilibet alteri stipulari, & acquirere possit. Rubr. 65.

ITem statuimus, quòd quilibet possit stipulari, & acquirere nomine, & vice alterius etiam absentis, & quòd ex ipsa stipulatione, & acquisitione ius & actio acquiratur illi, cuius nomine stipulatum, & acquisitum fuerit, non obstante aliquo iure in contrarium faciente.

Summarium ad Statutum 65. in Ciuilibus.

1 *HOc statutum validum.*
2 *Forensis non potest gaudere priuilegio huius statuti.*
3 *Stipulationis diffinitio.*
4 *Stipulatio fit quibuscunque verbis.*
5 *Stipulatio vnde dicta.*
6 *Stipulatio dicitur firmior contractus.*
7 *Stipulatio contractus iuris ciuilis.*
8 *Stipulatio contractus nominatus.*
9 *Contractus hodie nullus pænitentia reuocabilis ob stipulationem.*
10 *Contractus innominatus pænitentia reuocabilis.*
11 *Fallit interueniente stipulatione.*
12 *Fallit secundo interueniente iuramento.*
13 *Stipulari alteri nemo potest de iure communi regulariter.*
14 *Amplia etiamsi stipulatur in eum qui fit obligatus de communi.*
15 *Limitatur regula de iure canonico, vide tamen de veritate num. 17.*
16 *Stipulatio alteri facta de iure canonico producit naturalem obligationem.*
18 *Limitatur regula interueniente iuramento.*
19 *Stipulatione alteri facta, eo nō volente, pars eius accrescit alteri parti in totum stipulanti.*
20 *Hoc statutum intelligitur ratihabitione secuta.*
21 *Actio, an acquiratur absenti per stipulationem absque ratificatione.*
22 *Ratificatio hac potest fieri expresse, & tacitè.*
23 *Actio absenti, an quæratur ante secutam ratificationem absque cessione, & vide num. 25.*
24 *Ex stipulatione notarij absque ratificatione, & cessione actio quæritur absenti, vt actus ante reuocari non possit.*
26 *Statutum contrarium iuris communis non extendendum.*
27 *Casus, in quibus actio quæritur absenti per stipulationē eius nomine factam absque ratificatione*

1 HOc statutum † ita disponēs valet, vt notat Aret. cons. 41. nu. 3. ad finem Alex. cons. 63. nu. 23. ad finem vol. 4. Anchar. Iun. q. 38. nu. 7. lib. 1. & quòd huiusmodi statutum valeat, tenet Appost. ad Ias. in l. stipulatio ista §. alteri sub nu. 3. ff. de verb. oblig. Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de verb. oblig.
2 conclus. 1. nu. 79. in 12. limitatione † non tamen porrigitur dispositio huius statuti quò ad forenses, vt eis possit acquiri vltra dispositionem iuris cōmunis, Ang. cons. 73. in princ. sciendum est au-
3 tem, † quod stipulatio est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum, facturum ve id quòd interrogatus est respondet, l. 5. §. stipulatio ff. de verb. oblig. DD. in rub. & præsertim
4 Rip. nu. 1. ff. de verb. oblig. † & potest hodie fieri stipulatio quibuscunq; verbis dummodò sint talia, quibus partium consensus demonstratur, §. sed
5 hæc solemnia Inst. de verb. oblig. † dicta autem est stipulatio, à stipulo, quod apud veteres idem est quod firmo, à stapite, & firmitate descendens,
6 §. 1. Inst. de verb. oblig. † nam stipulatio dicitur firmior contractus qui sit in mundo, vti potè munita triplici funiculo, scilicet consensu, solemnitate verborum, & præsentia partium, l. 1. in prin-
7 cipio, & §. qui præsens, ff. de verb. oblig. Item † stipulatio est contractus iuris ciuilis, & sic est inuenta de iure ciuili, non autem de iure gentium, DD. communiter, & præsertim Rip. in rub. num. 36. ff. de verb. oblig. gl. Bart. Bal. Ias. & alij omnes in l. ex hoc iure ff. de Iust. & iur. gl. Are. & Ozerius in §. ius autem gentiū nu. 34. Inst. de iur. nat. gen. & ciuil. Thob. Non. in §. in omnibus nu. 10. Inst. de verb. oblig. vbi hanc communem fatetur, à quà vt communiter recepta non est recedendū, vt testatur Rui. in d. rub. nu. 65. & seq. ff. de verb. obligat.
8 † Dicitur etiam stipulatio contractus nominatus, Bart. in l. 2. C. de cond. ob causam Cast. & alij in rub. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 279. nu. 1. Cassineus cōs. 53. nu. 56. ex quo sequitur vtilitas, quod cum stipulatio in omnibus cōtractibus de quibus
9 fit instrumentum apponi soleat per Notarios, † quod nullus contractus poterit per pęnitentiam reuocari; cum propter stipulationem appositam dicatur contractus nominatus, Cast. Alex. Soc. & cæteri in rub. ff. de verb. oblig. Cassineus d. consil. 53. nu. 57. Corasius in Miscell. iur. ciuil. lib. 1. cap.
10 23. propè finem, † hinc colligitur limitatio ad regulam, quæ se habet, quod in contractibus innominatis locus est pęnitentiæ, l. si pecuniam. ff. de cond.

11 cond. caussa datta, † nam illa regula inter alias limitatur non procedere interueniente stipulatione Alex.cons.16.nu.1.vbi appost.lib.2.Ias.in l. cum mota nu.7.& seq.C.de trãsact. Rip.in d.rub.
12 nu.38.ff. de verb. oblig. † limitatur secundo hæc regula non procedere, interueniente iuramento, quod facit contractus pęnitentia reuocabiles irreuocabiles, gl. in l.si pecuniam in verb. necesse, ff. de cond.ob caussam, latè Ant. Gab. in suis communibus in tit. de iur.iur. conclus.9. qui latè circa hoc versatur.

His sic præmissis, venio ad declarationem hu-
13 ius nostri statuti & scias† quod huiusmodi statutum est contra ius commune, quo iure stipulari alteri nemo potest regulariter, & si stipulatum nõ valet l.stipulatio ista §.alteri vbi DD.& presertim Ias.ampliando, & limitando.ff. de verb.oblig.Peregr. de fideicomiss. artic.51.nu.11. & seq. quod
14 † etiam procedit si in eũ cui stipulatur pro pęnis atq;meritis obligatus sit de communi Ias.in l.huiusmodi num.21.ff.de leg.1.& cons.41.lib.3.Dec. in c.ad nostram num.3. de probat. Alex. cons.13. num.11.lib.1. Ant.Gab. in suis cõmunibus in tit. de verb oblig.concl.1.qui hanc regulam latissimè
15 ampliando & limitando exornat, † intellige tamen hanc regulam procedere de iure ciuili,secus autem de iure Canonico, quo iure stipulari alteri
16 quis potest, † ea ratione quia huiusmodi stipulatio facta alteri producit naturalem obligationẽ, quæ per ius Canonicum attenditur, c.1.de pactis vt ex pluribus citatis per Ant. Gabr.d. conclus.1.
17 num.67.versic.6.limita, † tu tamen dicas regulam supra firmatã procedere nedũ de iure ciuili, sed etiam de iure Canonico, ex veriori doctorum sententia,cum quibus transit Ias.in d.§.alteri nu.5.versic.quinto limita Ant.Gab. vbi suprà nu.67. Fœlin. in proemio, Gregor.c. Gregorius num.26.
18 † fallit hæc regula inter alias interueniente iuramento, Alciat. de communi in c. cum contingat nu.221.de iur.iur. Ias.in d.§.alteri num.4. vbi ad hoc tradit quatuor rationes pluribus citatis Gab. d.concl.1.nu.69.versic.7.limita;plures alias limitationes videre poteris per te in locis mox allegatis.Rim.Iun. Cons.112.nu.244.Io.Bot.consil.58. nu.27. Bursat.cons.118. nu.5. & seq.lib.1. Cæsar Barz.decis.Bonon.26.num.11.

In verb. stipulari, & acquirere nomine, & vicè
19 &c.] nota † quod stante hoc statuto si faciet stipulationem coniunctam, altero nolente partem suam illa pars acrescit alteri in terminis Rip. in l.
20 reconiuncti nu.223.ff.de leg. 3. † & intellige hoc statutum, dummodo sequatur ratihabitio tempore debito eius nomine, quo quis stipulatus est Alex.cõs.95. ad finẽ vt inf.dicetur.

In verb. ius, & actio acquiratur illi &c.] num-
21 quid † autẽ huiusmodi actio acquiratur absenti, cuius nomine stipulatum est absq; ratificatione, & dic requiri ratificationẽ, vt ex pluribus firmat Ant. Gab.d.concl.1.nu.100.versic. 2. declara vbi hanc magis cõmunem dicit sequitur Rimin. Iun. in rub. Inst.de actio.num. 49. vbi pariter testatur de communi, Pereg.de fideic.art.51.num.14.& in tract. de iure fisci lib.6.tit.1.num.23. Carpan. ad Statuta Mediolani cap. 337.num.29. licet in hoc statuto non requiri ratificationẽ consuluerit Alb. cons.480.num.11.& seq. lib. 3. & hæc ratificatio
22 † potest fieri non solum expræsse, sed etiam tacitè Alciat.cons.132.nu.10.& seq. contrarium tamen quod scilicet ex stipulatione notarij pro absente vtilis actio quæratur absq; cessione, etiam non secuta ratificatione,tenuit Roll.à val.cons.19.nu. 22.lib.1. & magis communem testatur Ozasc. decis.33.nu.4.& 8. Rim.Iun.cons.112.num.238. & seq. Magon.declar.Rot. Florent.decis.57.num.1 Turret. plenè cons. 60. vol. 2. Cesar Barz. decis. Bonon.26.num. 10. Menoc. declarans cons. 753. nu.20.& seq. & contraria opinio procedit quo ad acquisitionem dominij & possessionis,vt præcitati omnes concludunt;vel intelligitur quo ad actus irreuocabilitatem qui talis fit secuta ratificatione secus ante,Barz.d. decis.26 nu.10.vers.præterea.
23 † Sed dubium est, numquid statim secuta ratificatione, quæratur actio absenti absq; cessione, an vero requiratur cessio;& dic quod si loquimur in notario stipulante, non est dubium quæri actionem secuta ratificatione absq; cessione, Bart.in l. stipulatio ista §.si stipuler sub num.3.in tertia fallent.Cast.cons.295.col.3.Gab.d.conclus.1.num. 100.Pereg.d.art.51.num.14.Carp.ad statuta Me
24 diolani, cap.337.num. 11. Imo quòd magis est † actio quæritur ipsi & absq; cessione, & absq; ratificatione,adeò vt antè acceptatione, vel non secuta ratihabitione non possit nihilominus actus reuocari, vt post Ozasc.& Fab.Turret. firmat D. Costa de retroctat.cap.10.effectu 3. nu.4. intelligendo tamen, vt ibi per eum.
25 † Aut verò loquimur in stipulatione priuati nomine absentis, & tunc non quæritur actio, nisi præcesserit cessio,vltra ratificationem.l.si ego,ff. de neg.gest l. possessio,§.1.ff. de acquir. poss. vbi Bart.latissime,& in d.§.si stipulor nu.3. vbi Alex. & cæteri DD. Pereg.d.art.51. num. 12.& 14.vbi ita distinguit, & ita crediderim procedere hoc sta
26 tutum correctorium iuris communis, † quod nõ debet extendi, nisi prout de eo specialiter exprimitur, l. præcipimus in fine,C. de appellat.Alex.
27 consil.131. num.3. lib.1. † plures autem casus in quibus per stipulationem factam nomine absentis acquiratur actio sine acceptatione seu ratificatione, enumerat latè Carp. d. cap. 337. num. 33. cum seqq.pluribus,Peregr.de fideic.artic.51.nu. 6.cum seqq. pluribus.

Quod venditor præferatur creditori emptoris pro prætio rei vendite, & dominus & locator præferantur quibuscunq;creditoribus, conductoris, vel emphyteotæ in re locata & affictata, & eius fructibus. Rubr. 66.

Item statuimus, & ordinauimus, quòd si aliquis homo Papiæ, vel terre Papiæ, vendiderit, dederit, vel alienauerit, seu alienauit, vel in societate posuerit aliquam rem mobilem, vel immobilem, alicui vel aliquibus, quòd venditor vel eius hæredes, cuius, vel quorum fuerint res præferantur in ipsa re, & in prætio ipsius omnibus creditoribus illorum

quibus

quibus res vendita, vel venditæ fuerint seu alienatæ, ita quòd habeat prætium, vel rem ipsam. Idem ius habeat locum in quocunq; domino, qui mutuauerit laboratori suo, seu massario, vt præferatur omnibus creditoribus dicti sui laboratoris seu massarij posterioribus, & anterioribus, quantum est in fructibus qui exiuerint de terra, quam dictus massarius seu laborator laboraret & ad laborerium teneret à dicto domino, & bobus plaustro & alijs rebus mobilibus ipsius laboratoris, seu massarij vsq; quo dicto domino integrè fuerit satisfactum de omni eo quod dictus dominus monstrauerit se habere debere à suo laboratore seu massario testibus, vel instrumentis qualicunque dicta occasione ipsius laborerij.

¶ Et eodem modo concessor ad fictum vel pensionem, & eius hæredes, seu causam ab eo vel eis habentes pro ficto, & pensione præferantur creditoribus emphyteotæ & conductoris in re emphiteoticata, & concessa ad pensionem & fructibus & prouentibus ipsius rei, etiam si forent tempore anteriores. Et prædicta vendicent sibi locum in præteritis pendentibus, & futuris.

Summarium ad Statutum 66. in Ciuilibus.

1 *CReditor posterior præfertur anteriori pro prætio rei venditæ ex hoc Statuto contra regulam.*

2 *Creditor anterior regulariter præfertur posteriori late cum ampl. & limit. remissiuè.*

3 *Venditor habita fide de prætio transfert dominiũ in emptorem.*

4 *Venditor si expressè sibi reseruet hipothecam in re vendita pro prætio, dicitur potior alijs creditoribus anterioribus in ipsa re.*

5 *Limita in vxore emptoris habentis pro dote omnia bona emptoris obligata.*

6 *Dominus mutuans massario respectu fructuum præfertur anterioribus creditoribus.*

7 *Concedens rem ad fictum perpetuum pro pensione præfertur anterioribus.*

8 *Semen dans ad seminandum, præfertur anterioribus creditoribus.*

9 *Creditor posterior soluens priori, præfertur anterioribus sibi.*

10 *Creditor posterior præfertur anteriori, quando post secundam obligationem facta est nouatio prioris obligationis.*

11 *Mutuans in necessariam refectionem an præferatur anterioribus.*

12 *Quid in locante pascua, vel vendente fœnum, an præferatur anterioribus.*

13 *Creditor habens generalem hipotecam an valeat pecuniam secundo creditori solutam per debitorem reuocare & nu. 15.*

14 *Genus numquam perire potest.*

16 *Hoc statutum præferens venditorem in re vendita procedit etiam si res vendita materiam & formam mutauerit.*

17 *Intellige dummodo probetur identitas rei parte negante.*

1 IN verb. in prætio ipsius omnibus creditoribus illorũ] † nota casum quòd creditor posterior, præfertur creditori anteriori, quod est contra regulam
2 quæ se habet, † quod creditor qui prior est tempore, præferatur omnibus creditoribus posterioribus in hypotheca, l. qui balneum in prin. & l. potiores in prin. ff. qui potior. in pign. hab. c. qui prior de reg. iur. in 6. quam regulam late exornat Rip. auus mihi maternus ampliando octo modis 26. limitando in l. priuilegia nu. 4. cum seqq. pluribus vsq; ad numerum 51. ff. de priuil. cred. & vide etiam Negusan. de pignoribus in secundo membro quintæ part. princ. vbi hanc regulam ampliat. 20. modis, & totidem limitat, & vide etiã latè Cassaneum in catalogo gloriæ mundi in 12. parte vbi ampliat. in 21. casibus & 25. modis limitat; Asinius de execut. sniæ, §. 7. cap. 1. & seq. pluribus; scias autem quod statutum nostrum
3 in hoc corrigit ius commune, quo † iure venditor habita fide de prætio, quo casu dicitur translatũ dominium in emptorem l. quidam, ff. de in rem verso l. procuratoris, §. si dedi mercedem, ff. de tribut. nõ est potior in dicta re, nec præfertur alijs
4 creditoribus anterioribus, † nisi expressè conuenerit, quòd res vendita sit sibi expressè hypotecata pro suo prætio, quo casu dicitur potior alijs in dicta re; Vbert. de Bob. & Alb. in l. licet C. qui pot. in pign. habeantur, quos refert & sequitur Negusant. d. membro secundo quintæ partis princip. quem refert, & sequitur Cephal. cons. 131. nu. 1. cum seq. vol. 1. quo loci hoc dictum limitat, & intelligit, quod licet venditor sibi reseruauerit specialem hypothecam in re vendita quousq; sibi in-
5 tegrè fuerit satisfactum de prætio, † non tamen præfertur vxori emptoris habentis bona omnia emptoris obligata, etiam in re vendita, sed solũ vt præferatur cæteris creditoribus deducta vxore emptoris, Afflic. decis. 306. nu. 4. & sic habes casum specialẽ, in quo posterior creditor præfertur
6 priori creditori, † adde secundo loco, idem esse in domino mutuante massario, siue laboratori, qui respectu fructuum exeuntiũ de terra massaritij, & rerũ mobilium, plaustri, bouum ipsius massarij
7 † habet pariter prælationem, idem est in concedente rem ad fictum, qui pro pensione præfertur creditoribus anterioribus in re datta ad fictum, & in fructibus ex ea prouenientibus, vt in hoc sta-
8 tuto disponitur, & circa illud quod dicitur de † massario, scias quod de iure communi dans semẽ ad seminandum, venit præferendus cæteris creditoribus etiam anterioribus tempore ad semen ipsum percipiendum, l. procuratoris §. in tributum versic. quid tamen, ff. de tribut. Practic. Papiens. in forma libelli in actione hypot. in gl. sub eadem obligatione bonorum num. 12. adde alium casum
9 † de iure communi, vt creditor posterior offerens

& soluens

& soluens priori creditori in eius locum succedat, & præferatur alijs creditoribus sibi anterioribus, & posterioribus illius in cuius locum successit l. si ventri §. fin. vbi Bar. & Rip. ff. de priuil. cred. idem Rip. in d. l. priuilegia nu. 43. versic. decimonono fallit, Neguf. d. membro secũdo, quintæ partis nu. 29. versic. quintodecimo fallit, de quo videas latissimè per ampliationes, & limitationes per eundem Negusant. in 3. membro dictæ quintæ partis.

10 Additur etiam † alius casus, in quo creditor posterior præfertur anteriori, scilicet quando post secundam obligationem prioris obligationis nouatio facta fuit Asin. de execut. sentētiæ, §. 7. cap. 43. nu. 1. D. Costa de retrotract. cap. 9. casu primo num. 12. cum seq.

11 Additur, & alius, † nimirum in creditore mutuante in necessariam refectionem domus, vel nauis, qui licet habeat solum tacitam hypothecam, tamen præfertur omnibus anterioribus creditoribus, etiam habentibus expressam, vt per Bart. in l. interdum vbi glo. C. qui pot. in pign. hab. latè Neguf. de pignor. part. 5. in secundo membr. num. 15 cum infinitis seqq. Asyn. de execut. sentent. §. 7. cap. 13. per totum Gail. singul. obseruat. obser. 12. num. 3. lib. 2. Mysing. cent. prima, obseru. 60. D. Cost. de retrotract. cap. 9. cas. primo, num. 12. vbi post suprascript. Doct. intelligit hoc procedere, dummodò expresse mutuum in causa refectionis factum sit à principio, secus si pecunia simpliciter mutuata sit, nulla expressa causa à principio.

12 Hinc etiam † dicimus, quod vendens fœnum ad pascendas bestias, præfertur creditoribus etiã anterioribus habentibus hypothecam etiam expressam, vt post Menoch. Surd. & Borgnin. testatur D. Cost. dict. cas. 1. cap. 9. num. 12. Intelligendo tamē, si ab initio sint locata pascua, vel venditũ fœnum expresse in causam pascẽdi dictas bestias, aliàs secus, vt ibi per eum.

13 † Sed hic quæro numquid prior creditor habēs generalem hypotecam in bonis debitoris, possit reuocare pecuniam per debitorem solutam secundo creditori, & tunc videtur distinguendum, aut pecunia extat, & tunc potest reuocari per priorē creditorem condictione, ex lege fin. §. si verò creditore, C. de iure delib. Ang. Salyc. Castr. in l. pe-

14 cuniam, C. de iure delib. & ratio est † quia genus numquam perire potest l. in ratione, ff. ad l. falcid. Bart. in l. inter stipulantem, §. sacram nu. 6. ff. de verb. oblig. aut verò pecunia fuit consũpta, & tunc secus, Cuman. in l. pupillus, ff. quæ in fraud. cred. Fulgos. in d. l. pecuniã, & in l. ex facto, ff. de peculio Io. Fab. in §. item si quis in fraudē Inst. de actio.

15 † Contra tamen hanc distinctionem tenuerunt nonnulli, nempe quod pecunia soluta bona fide pro secundo creditore, siue extet, siue sit consumpta, non possit per creditorem priorem reuocari ne aliàs confundantur, & conturbentur contractus Afflic. decis. 190. Paris. cons. 69. ita lib. 4. cum alijs de quibus per Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 6. nu. 8. cum seq. vbi hos sequitur.

16 † An verò hoc statutum præferens venditorem in re vendita locum habeat, vbi res vendita, materiam, & formam mutauit, vt putà, quia ex frumento facta est farina, ex panno vestis, dic quod sic, Surd. in puncto decis. 139. Rott. Auenon. decis. 96. per tot. quos sequitur D. Cost. de remed. subsid. remed. 12. nu. 14. vbi loquitur in proprijs terminis huius Statuti, & scias quod hoc Statutũ intelligitur, dummodò probetur identitas rei, si pars negaret; idem D. Cost. in dict. tract. de remed. subsid. remed. 124. nu. 40. vbi vult dari conditionem ex hoc Statuto.

De Inuestituris recipiendis per illos qui succedunt in rebus emphiteoticis. Rubr. 67.

Item statuimus, quod quæcunque persona quæ donationem vel venditionem vel in dotis donationem habuerit, vel alio modo receperit de aliqua re seu aliquibus rebus de qua, vel de quibus præstari debeat fictum, & quicumque alius in quem ipsa res vigore alicuius vltimæ voluntatis, vel successionis, vel quocunque alio titulo peruenerit teneatur, & debeat cogi, & compelli possit omnibus iuris remedijs recipere ad fictum, & in emphytehosim ipsam rem à domino, cui de ipsa re dari debeat fictum modis pactis, & tenoribus in ipsa inuestitura de ipsa re contentis, & descriptis, & de quantitate ficti contenti in inuestitura antiqua addendo, & in summa ponendo dictæ quantitati ficti additionem melioramenti monetæ, si quòd competit, & secundum terminationem Statutorum communis Papiæ. Et inuestituram debitam ipsi domino soluere: Nisi iure hæreditario in eum peruenerit si fuerit infra quartum gradum, vel intra, & nisi titulo dotis datæ inestimatæ receperit: & in his duobus casibus, vel altero ipsorum inuestitura non soluatur. Quam inuestituram recipere teneatur infra tres menses postquam ei fuerit denunciatum per dominum, vel iussum per iusdicentem, vel ex parte iusdicentis personaliter ad petitionem ipsius domini, sub pœna amissionis iuris quod haberet in ipsa re. ¶ Ita quod ipsa res elapsis dictis tribus mensibus per dictum emphiteotam non recepta inuestitura dicto domino sit aperta; & liceat ipsi domino suo propria auctoritate appræhendere, & intrare tenutam dictæ rei, & ipsam habere tamquam rem propriam. Et in quolibet prædictorum casuum teneatur inuestitus dare suis expensis domino proprietatis

tatis cartam inuestituræ in formam publici Instrumenti. Et prædicta locum habeant in alienationibus fiendis, & in alienationibus iam factis.

Summarium ad statutum 67. in Ciuilibus.

1 *Ad hoc statutum quæ videnda sint.*
2 *Emphiteusis an possit alienari sine requisitione domini, ex hoc statuto.*
3 *Statutum vltimum semper præualet.*
4 *Statutum hoc qua ratione confectum.*
5 *Renouatio inuestituræ fit propter tria.*
6 *Emphiteuta potest cogi recipere inuestituram, ad tollendum obscuritatem, & difficultatem probationum.*
7 *Emphiteuta an teneatur requisitus recognoscere dominum.*
8 *Dominus an possit cogere emphiteutam ad ostendendam inuestituram.*
9 *Quid in locatore, an possit cogere conductorem.*
10 *Emphiteuta recusans edere domino Instrumentũ inuestituræ, priuatur iure suo.*
11 *Intellige nisi soluisset per triginta annos.*
12 *Intellige secundo non procedere, quando emphiteusis negaretur.*
13 *Cautela pro emphiteuta, vt ostendat aliqua bona deteriora, melioribus omissis.*
14 *In hæredem dicitur continuatio, non autem de nouo acquisitio.*
15 *Comprehensi in inuestitura non soluunt laudemiũ*
16 *Hæredes emphiteutæ diuidunt emphiteusim, domino irrequisito.*
17 *In diuisione, an vni tantum res emphiteuta adiudicari possit.*
18 *Laudemium, an debeatur, quando vni tantum res emphiteuta in diuisione adiudicatur, & vide, num. 19.*
20 *Dos inæstimata cedit lucro vxoris.*
21 *Emphiteusis potest dari in dotem irrequisito domino.*
22 *Emphiteusis potest donari irrequisito domino, & absq; solutione laudemij.*
23 *Amplia hoc, tam in emphiteusi ecclesiastica, quã priuati.*
24 *Emphiteusis potest legari, & relinqui in vltima voluntate, absq; consensu domini.*
25 *Emphiteuta, an possit vsumfructum constituere, sine consensu domini.*
26 *Emphiteuta potest hypothecare emphiteusim irrequisito domino, ac eo inuito.*
27 *An etiamsi emphiteusis perueniat ad dominum, extinguatur hypotheca.*
28 *Emphiteuta, quando pignorando rem emphiteoticam, cadat à iure suo.*
29 *Emphiteuta de iure communi stans per duos menses in non petendo inuestiturã, priuatur iure suo.*
30 *Emphiteuta quando habeat annum, & diem ad petendum nouam inuestituram.*
31 *Plures casus, in quibus emphiteuta non priuatur iure suo non petendo inuestituram remissiuè.*

Ad hoc statutum vide infra statutum 77.
1 & supra † statutum 60. & ponderando verba istius statuti videtur dicendum,
2 quòd † res emphiteotica possit alienari, iuxtà latissimum alienationis nomen de quo per glo. & DD. in c. 2. extra de rebus eccles. non alien. id quod verum esset, nisi succederet dispositio sequentis Statuti infra num. 68. quod cum sit
3 posterius derogat † dispositioni huius præsentis Statuti; cum semper statutũ vltimum debeat præualere antiquiori, & priori, Cyn. in l. 2. C. de test. tut. Bar. in l. si certam, §. fin. ff. de test. milit. & in l. omnes populi in 3. princ. q. in fine, ff. de iust. & iur. Ias. in l. duobus, §. item pomponius, ff. de iur. iur. num. 5. Surd. decis. 49. num. 5. Borgnin. de tutore & curat. num. 98.

In verb. ad fictũ & in emphiteusim) nota quod Statutum hoc ideo videtur cõfectum propter obligationem canonis emphiteutici, ad quem nouus
4 emphiteota alias non teneretur ex obligatione auctoris sui, nisi reciperet nouam inuestituram glo. in l. si vsufructus nomine §. 1. ff. de vsufruc. & quẽadmodum causatur Ias. in l. fin. nu. 33. versic. vndecimo prĩcipaliter, C. de iure emphit. vbi notat nouationem inuestituræ propter mutatam successionem in singularem successorẽ fieri propter tria
5 principalia; primum est, propter commoditatem laudemij, quam habet dominus; secundo propter obligationem canonis vt supra dixi, tertiò propter vtilitatem successoris, & vide latè per eum casus
6 † in qbus potest cogi emphiteota recipere renouationem inuestituræ, & scias inter alios cogi ad recipiendum nouam inuestituram ratione tollende obscuritatis, & difficultatis probationum; puta quando per antiqua Instrumenta non apparerent cõfines noui, puta quia essent mutati, ita Ias. in dicta l. fin. nu. 32 vers. 4. & vltimo principaliter; & an emphiteota teneatur recognoscere dominũ
7 toties † quoties fuerit per eũ requisitus, vide Guid. Papa, decis. 417. per totam, vbi cõcludit quod sic; sed hic quæro numquid Dominus possit cogere
8 emphiteotam ostendere † inuestituram, & quæ bona habeat sibi in emphiteusim datta, & eorum confines, & dic quod sic; Ias. post Specul. Ang. & alios per eum allegatos in l. 2. num. 175. C. de iure emphit. cum pluribus alijs de quibus per Aluarũ Valascum in suo tract. de iure emphit. q. 8. nu. 2.
9 quod amplia idem esse in conductore † qui nisi ostendat quæ bona habeat in tali loco conducta, omnia præsumuntur conductibilia, & ab eis expelli poterit; sicut idem procedit in emphiteuta,
10 qui si recusauerit domino † directo edere instrumentum, poterit Iudex finitam esse emphiteusim Iudicare, Bald. cons. 225. vol. 1. Aluar. d. q. 8. num. 19. Carocius de locat. & conduct. part. 7. q. 46. & vide etiam de hoc latè Corbulum in tract. de iure emphit. in tit. de causa priuationis ex eo quod emphiteuta non ostendit domino Instrumentum inuestituræ, vbi etiam tenet, quod si emphyteuta sit requisitus a Domino ostendere instrumentũ suæ inuestituræ, & ipse fateatur se emphyteutã, sed non ostendat instrumentum, negans se illud habere, poterit à Domino expelli, quasi præsumatur finita emphyteusis, nisi emphyteuta probaret se soluisse canonem per 30. annos, nam tunc præsumeretur emphyteusis perpetua, ita Corbul. ibidem, post Ang. in l. prætor ait, §. huius ædicti, ff. de edend.

Limita conclusionem procedere quando emphiteusis

12 phiteusis non † negatur, & constat illum contra quem agitur esse emphiteutam Alciat. in l. 1. in 6. casu C. de edendo ita Aluar. d. q. 8. nu. 9. aliàs enim si negaretur emphiteusis tunc dominus directus secundum eum haberet probare & intentionem suam fundare nec cogeretur tunc emphiteuta ædere nec copiam suorum instrumentorum facere per regulam l. qui accusare, & l. fin. C. de edendo plures aliàs limitationes ad hoc tradit Aluar. d. q. 8. & videas latè Corbulum loco mox citato, nota
13 tamen † cautelã scilicet quod emphiteuta ostendat aliqua bona deteriora melioribus omissis nam tunc domino in cumberet onus probandi contrarium ita hanc cautelam tradit Magon. Rot. Florent. 2. nu. 10. relatus per Caroc. d. conclus. 46.

In verb. nisi iure hæreditario] ratio esse potest quia in hæredem personã res non dicitur de nouo
14 acquiri sed potius † continuata DD. in l. emancipata vbi Ias. C. qui admitti, & de iure communi huiusmodi comprehensi in inuestitura non soluũt
15 laudemium † Crauet. cons. 215. in fine Bertazol. cons. 114. nu. 23. Rimin. Iun. cons. 579. nu. 3. & 15. vol. 5. quos in terminis huius nostri statuti refert, & sequitur D. Costa in suo tract. de fact. scient. & ignorantia distinc. 11. cent. 1 nu. 21. hinc est quod hæredes emphiteotæ possunt diuidere emphiteu-
16 sim inter se † irrequisito domino Bart. in l. qui romæ §. duo fratres nu. 24. vbi Rip. nu. 86. post Ias. ff. de verb. oblig. Bal. in l. & ideo, ff. de cond. furt. Alex. cons. 186. lib. 2. Fœlin. in c. quæ in ecclesiarum num. 89. versic. octaua declaratio extra de constit. Iulius Clarus in §. emphiteusis num. 14. Corbulus in suo tract. ex quibus caus. emphit. iure suo priuetur in tit. de causa priuat. ob alienatio
17 nem limitatione 7. nu. 3. cum seq. sed † numquid in diuisione possit res emphiteuta vni tantum adiudicari, & alteri bona allodialia, dicas quòd sic, Rip. in d. §. duo fratres num. 86. vbi Crot. nu. 136. versic. 2. casus, secundum veriorem, & crebriorem sententiam, de qua per Hierom. Gabr. consil. 84. nu. 8. quem refert & sequitur Corbul. d. tit. de causa priuat. ob alien. limit. 2. nu. 5. & 6. quid quid dixerit Ias. in l. fin. nu. 114. C. de iure emphit.

18 Sed dubium † numquid quando res emphiteutica vni tantum hæredi attribuitur, an debeat solui laudemium pro parte quæ fuerat aliorum, cùm etenim emphiteutæ plures diuidunt emphiteusim inter se, siue emphiteusis sit ecclesiastica, siue secularis, non tenentur soluere laudemium, Ias. in l. fi. nu. 47. C. de iure emphit. post Bart. in l. & ideo vbi Bal. loquens etiam in emphiteusi ecclesiastica, ff. de furt. & hoc receptissimum est, quicquid aliqui contrarium senserunt And. à Pont. in suis quæst. Laudemial. q. 25. nu. 2. Molin. de contract. disput. 460. Gam. decis. 242. Circa igitur hanc quæstionem, duplex reperitur opinio; prima est, quod quando emphiteusis vni tãtum attribuitur quod veniat soluendum laudemium, quã tenuit Pract. Papiens. in forma libelli pro hæred. vel re singul. diuidenda in glo. domum vnam num. 5. sequitur Bertrand. cons. 320. incipiente ponitur in facto ad finem in 2. vol. Tiraq. in tract. de vtroq; retra. §. 1. gl. 14. nu. 77. Marian. Soc. Iun. cons. 70. nu. 6. in 3. volum. remissiuè Redoan. de rebus ecclef. non alien. q. 66. num. 53.

19 † Contrariam opinionem nempe quod non debeatur laudemium tenuit dec. Tholos. 75. Hiero. Gab. cons. 84. Neuizan. cons. 15. nu. 15. Alex. in l. si domus, §. fin. ff. de leg. 1. & hanc opinionem de consuetudine seruari dicit idem Practich. Pap. in in forma libelli quo agitur ad ficti præstationem in gl. alienauit nu. 3. in fine Rip. in dicto §. duo fratres num. 86. Appost. ad Redoan. d. q. 66. & hæc verior, & ita vidi obseruari Papiæ, Amod. à Põt. q. Laudem. 25.

In verb. & nisi titulo dotis datæ in estimatæ re-
20 ceperit] ratio esse potest quia † dos inestimata cedit lucro mulieris, & semper in casu iuris accrescendi continuata censetur in persona vxoris, non autem cedit ad vtilitatem propriam mariti, iuxta ea quæ cõsiderant DD. in l. quoties, C. de iure dot. & in l. vnica versic. in fundo, C. de rei vxor. act. &
21 quod emphiteusis possit dari in dotem irrequisito domino, nec ei debeat solui laudemiũ, tenet Ias. in l. fin. nu. 49. C. de iure emphit. Alex. loquens in emphiteusi ecclesiastica cõs. 173. nu. 1. lib. 2. Am-
22 plius † emphiteusis potest donari irrequisito domino absq; laudemij solutione Ias. in d. l. fin. num. 67. & 69. Rip. auus maternus in l. qui Romæ, §.
23 duo fratres num. 87. ff. de verb. oblig. † & hoc procedit, tàm in emphyteusi Ecclesiæ, quam priuati, ex magis communi Doct. opinione de qua per Clar. in §. emphiteusis, q. 15. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. irrequisit. dom. limit. 13. Amod. à
24 Pont. de Laudem. q. 29. † Amplia vt possit etiam emphiteusis legari vel alienari in vltima voluntate, nõ solum titulo legati sed etiam institutionis, sine domini consensu, Specul. de locat. §. nunc aliqua versic. 113. Alex. cons. 189. nu. 12. lib. 2. Cor-
25 bul. d. tit. mox citat. limit. 14. † potest pariter emphiteuta vsumfructum constituere in re emphiteutica irrequisito domino Bald. in l. 1 ff. quãd.
26 vsusfr. amitt. Alex. cons. 120. in fin. lib. 1. † sicut etiam potest hypothecare dictam rem inconsulto domino, & irrequisito Rip. auus meus in l. Filius Fam. §. diui nu. 40. ff. de leg. 1. & in l. 1. num. 10. & seq. ff. de pignor. vbi ponit etiam quid in feudo,
27 Clar. in §. emphyteusis q. 18. † scias tamen quod si vtile dominium peruenerit ad dominum directi consolidatur, & extinguitur hypotheca tamquã ius reale concomitans ipsam rem, Alex. cons. 173. nu. 5. vbi Apostil. lib. 2. sequitur D. Cost. olim collega meus in tract. de retrotrac. ca. 8. cas. 1. nu. 10.
28 Boer. decis. 181. † Numquid autem emphiteuta pignori tradens rem emphiteuticam, pro tanta quan titate quæ verisimiliter excludit spem luitionis, cadat in commissum, & debeat solui laudemum; dic quòd sic D. Cost. dicto tract. de retrotrac. cas. 10. cap. 8. num. 18. intelligendo, vt ibi per eum, nisi scilicet intuitu affectionis subesset verisimilitudo eum esse redempturũ bona pignorata.

In verbo quam inuestituram recipere teneatur
29 intra tres menses] de iure communi secus est, † cum immo emphyteuta requirens emphiteusim, teneantur intra duos menses post acquisitionem factã, nouam petere inuestituram sub caducitatis pena, l. fin. vbi Ias. & alij, C. de iur. emphit. & licet tex. in cap. 1. §. præterea il primo de prohib. feud. alien. per Frideric. videatur concedere an-
30 num, † & diem à tempore scientiæ, ad petendam inuestituram, vt per Ias. in l. 2. num. 23. C. de iur. emph. Rom. cons. 22. nu. 6. vbi Mandos. plures citat in addit. illud tamen intelligunt Doctores procedere, quando post lineam finitam, & emphiteusim deuolutam quis tamquam proximior petit à Domino directi sibi inuestituram fieri, vel quando res fuit ad certum tempus concessa, pacto adiecto, vt emphiteuta tẽpore finito teneatur se de

nouo renouare, vt per plures tradit Corb. de cauſ. priuat. ob non petitur Inueſtituram nu. 3. & ſeq. & ibi latè per totum illum titulum verſatur am-
39 pliando, † & declarando, qualiter quis cadat vel excuſetur ob nō petitā inueſtituram: præ cæteris autē excuſatur nouus emphiteota ſi aliquo iuſto impedimento non potuit obtinere nouam inueſtituram, vt, ob infirmitatem, iuſtam abſentiam, ignorantiam peſtem, bellum, carcerationem domini excomunicationem, ætatem vt quia ſi infans vel pupillus ſit, & alijs modis, de quibus ibi per Corbul. ad quem lectorem remitto.

Qualiter fictuales vendere, & alienare poſſint. Rubr. 68.

Item ſtatuimus, quòd aliquis emphiteota rem emphiteoticatam non poſſit vendere, nec permutare, nec in dotem eſtimatam dare, nec alicui inueſtire vltra decem annos, nec aliquo titulo inter viuos in alium transferre abſq; denunciatione, vel requiſitione facta principali domino. Et ſi ſecus fecerit cadat ipſe emphiteota à iure ſuo. Et ſi ipſe emphiteota volens ipſam rem donare, permutare, vel alij inueſtire vltra decem annos vt ſupra requiſitionem vel denunciationem fecerit domino. Et dictus dominus ipſam rem requiſitione, vel denunciatione facta ſibi habere velit, tunc in præſentia iuſdicentis ciuitatis Papiæ, ipſi dominus, & emphiteota infra tertiam diem proximè poſt denunciationem vel requiſitionem eligere teneantur duos legales viros ipſius rei notitiam habentes, vnum pro quolibet, qui æſtiment prætium, & valimentum rei prædictæ. Et ſi dicti duo non fuerint in concordia infra tertiam diem teneantur tertium eligere habentem ſimilem notitiam ipſius rei. Et vbi duo fuerint concordes tertius locum non habeat. Qui duo & tertius iurare teneantur, & compelli poſſint per iuſdicentem ciuitatis Papiæ, de dicta re legaliter æſtimanda ad dictam æſtimationem fiendam. Et poſſit ipſe dominus prædictam rem emere, & habere à prædicto emphiteota prætio prædicto quo fuerit æſtimata. Et ipſe emphiteota prædictam rem vendere teneatur, & tradere domino prædicto pro præcio ſupraſcripto, & valimento, & de euictione, & reſtitutione præcij intereſſe, & expenſarum in caſu euictionis, & cuiuſcunq; imbrigamenti ipſius de iure promittere, & de ipſa venditione cartam fieri rogare ſecundum naturam, & morem talis contractus. Et ſi vſque ad quindecim dies poſt declarationem ipſius pratij dictus dominus rem prædictam non emerit, & prætium ipſum dicto emphiteotæ non ſoluerit, vel cum effectu obtulerit ſeparatum dare, & ſoluere. Poſſit poſtea dictus emphiteota elapſis dictis quindecim diebus dictam rem in dotem dare, & donare, & modis prædictis transferre cum onere ficti, quòd ex ipſa re debetur. Saluo domino iure inueſtituræ habendæ, & inueſtituræ recipiendæ per perſonam, in quam peruenerit.

Summarium ad Statutum 68. in Ciuilibus.

1 Emphiteota, & vaſſalus ob alienationem factā abſq; domini conſenſu, priuantur iure ſuo.
2 Amplia etiam, venditione facta cum pacto de retrouendendo.
3 Amplia etiam, re recuperata.
4 Amplia etiam, parte rei emphiteotica alienata.
5 Argumentum, à feudo ad emphiteuſim, validum.
6 Feudi partem alienans ſinè conſenſu domini, cadit à iure ſuo.
7 Quid in pluribus hæredibus emphiteuta, quorum vnus partem ſuam tantum alienat.
8 Pars alienata ab vno ex hæredibus, an debeatur domino, aut cæteris cohæredibus.
9 Ampliatur regula, vt emphiteuta per alienationem cadat, etiam facta proteſtatione, ſaluo, & reſeruato conſenſu domini.
10 Quid ſi proteſtatio ſit facta per hæc verba. ſaluo & reſeruato conſenſu domini, & non aliter, nec alio modo.
11 Emphiteota vendens cum proteſtatione, in quantum de iure poteſt, & non aliter, an excuſetur.
12 Ampliatur regula, etiam ſi emphiteota poſt alienationem, obtuliſſet rem domini venalem, à quo obtinuerit licentiam alienandi.
13 Ampliatur etiam in muliere, ruſtico, & milite ſine conſenſu domini alienantibus.
14 Mulieribus, ruſticis, & militibus non parcitur, niſi in caſibus à iure expreſſis.

15 *Ampliatur, vt emphiteuta alienando, praeiudicet vocatis post se in inuestitura.*
16 *Ampliatur, vt emphiteuta cadat ipso iure.*
17 *Dominus, emphiteuta alienante sine eius consensu, potest emphiteusim alteri concedere, etiam primo emphiteuta non citato.*
18 *Ampliatur regula, ẽt in cõductore ad lõgũ tẽpus,*
19 *Ampliatur ĩ cẽsuario, & superficiario, & vide n.29*
21 *Ampliationes plures ad hanc regulam remissiuè.*
22 *Limitatur primo regula in alienatione facta sinè traditione, & nu.25. vbi pcedit ẽt in feudatario*
23 *Venditio non est perfecta antem traditionem.*
24 *Alienationis verbum, de quo in hoc statuto intelligitur cum effectu.*
25 *Quid si alienationi interuenit ficta traditio, scilicet per constitutum, & precarium.*
26 *Constitutum quid operetur.*
27 *Limitatur regula, vno emphiteuta alteri emphiteuta partem suam alienante.*
28 *Limitatur, alienatione existente nulla,*
29 *Limitatur in assignatione fructuũ facta creditori*
30 *Limitatur in alienatione ignoranter facta.*
31 *Limitatur in emphiteuta aliquid legante super emphiteusi.*
32 *Limitatur in alienatione facta cũ protestatione, saluo, & reseruato consensu domini, & nõ aliter.*
33 *Limitatur in emphiteusi accepta pro se, haeredibus, & quibus dederit.*
34 *Limitatur in emphiteuta exponẽte ius suũ venale*
35 *Limitatur domino volente, aliàs secus.*
36 *Limitatur stante pacto alienandi.*
37 *Limitatur in domino alienante directum.*
38 *Pactũ qđ emphiteuta possit alienare in quẽ voluerit, an ĩtelligatur cũ cõsensu domini, an verò sinè.*
39 *Verba pacti non debent stare sine operatione.*
40 *Emphiteuta an possit de iure communi permutare emphiteusim absq; domino,*
41 *Emphiteuta an valeat trãsigere super emphiteusi*
42 *Transactio dicitur alienatio.*
43 *Emphiteuta, an compromittat de emphiteusi sinè domino.*
44 *Emphiteuta, an imponat seruitutem sinè consensu domini.*
45 *Conductor patiendo seruitutem imponi, non praeiudicat domino.*
46 *Emphiteuta hypothecat emphiteusĩ absq; domino*
47 *In generali bonorũ obligatione venit emphiteusis*
48 *Aestimatio facit venditionem.*
49 *Emphiteusis, an possit dari in dotem, vel donari, propter nuptias, intellige vt nu.50. & 51.*
52 *Maritus nõ soluẽ do canonẽ, nõ praeiudicat vxori.*
53 *Pater, an possit emphiteusim acceptam pro se, & filijs, vni tantum praelegare.*
54 *Emphiteuta non potest emphiteusim alteri in emphiteusim concedere.*
55 *Alienationis appellatione, venit Emphiteusis.*
56 *Emphiteusis an possit dari in feudum sinè domino.*
57 *Secundus emphiteuta, an in alienatione teneatur requirere consensum primi domini.*
58 *In alienatione emphiteusis, debet requiri consensus domini.*
59 *Emphiteuta per alienationem sine domino, cadit a iure suo, respectu rei alienatae.*
60 *Quid in emphiteuta ignoranter alienante.*
61 *Quid stante pacto in inuestitura alienandi.*
62 *Emphiteusis potest donari sinè domino, & absq; laudemio.*
63 *Potest etiam legari domino irrequisito, & quid in emphiteusi ecclesiastica nu.64. & vide nu. 66. & 67. vbi ratio habetur.*
65 *Donatarius, an possit ingredi possessionem emphiteusis sinè domino.*
68 *Dominus consentiendo alienationi, non praeiudicat laudemio.*
69 *Laudemium, qua ratione soluatur.*
70 *Laudemium debitum iure actionis.*
71 *Laudemium quid, & cui debeatur remissiuè.*
72 *Laudemium. est quinquagesima pars.*
73 *Laudemium soluendum per acquirentem.*
74 *Laudemium, an soluendum vsufructuario, an proprietario.*
75 *Dominus in emphiteusi pfertur alijs p eodẽ ptio.*
76 *Emphiteuta cadit ob non factam denuntiationem iusti pretij.*
77 *Iudex competens in causa emphiteotica.*
78 *Iudex competens inter vassalum, & Dominum.*
79 *Emphyteuta de iure communi post denuntiationem, expectat per duos menses.*
80 *Promittens rem vendere nisi alicui, quantum tempus debeat expectare. & num.81.*
81 *Emphiteuta post denũtiationẽ, domino declarante voluntatẽ suam, non tenetur amplius expectare.*

IN verb. rem emphiteuticam non pos
1 sit vendere] † hoc idem de iure communi quo iure emphiteuta, vel vassallus alienantes rem emphiteuticã, vel feudum irrequisito domino cadunt à Iure suo l fin. vbi latè Ias. C. de iure emphit. c. potuit extra de locato Iulius Clarus in §. emphiteu-
2 sis q. 13. † quod procedit etiã si sit facta venditio, cum pacto de retrouendendo, vel etiam si fuerit alienatio facta, & redempta virtute pacti de retro uendendo, nam tunc nihilominus emphiteuta nõ excusatur à pena caducitatis, Tiraq. de retract. municip. §. 20, nu. 1. Dec. cons. 160. col. fin. Ias. in l. fin. num. 132. & 135. C. de iur. emphit. Clar. d. §.
3 emphiteusis q. 13, nu. 6. & † quod recuperatio nõ releuat à caducitate iam incursa, est communis opinio teste Ias. d. l. fin. nu. 135. & hoc procedit de rigore iuris, secus autem de aequitate, secundum Ant. de Butrio cons. 34. in fine & Bertrand. consil. 145. num. 5. cum alijs seqq. vol. 5.
4 Amplia conclusionẽ procedere, † etiam si pars tantum rei emphiteoticae fuerit alienata absq; cõsensu domini, nam adhuc emphiteuta cadit à tota emphiteusi Bal. in c. 1. versi. quaero vtrum propter pecatum partis nu. 9. de alien. feud. Soc. Iun. in l. 4. §. cato nu. 91. versic. nec obstat, ff. de verb. oblig. qui pluribus argumentis comprobat, Roll. à Vall. cons. 17. nu. 18. cum seq. in 2. tom.

Contrarium tamẽ quod imò huiusmodi emphiteutica amittat solum partem alienatam videtur verius, & magis communiter receptum, prout testatur Iulius Clarus in d. §. emphiteusis q. 13. nu. 30. de communi Gramat. decis. 49. num. 2. Paris. cons. 14. nu. 11. vol. 1. Raphael Cuman. in l. quidã in iure §. 1. ff. de donation. & consil, 99. idem tenet Ripa in l. 4. § Cato nu. 45. ff. de verb. oblig. fũdatur autem haec communis opinio, argumento
5 sumpto à feudo ad emphiteusim, † quod argumentum in iure validum est, specul. in tit. de feudis §. quoniam cum pluribus alijs de quibus per Clar. in §. emphiteusis quaest. fin. & in §. feudum in d. quaest. 3. & latè per Euerard. in suis argumentis
6 legalibus, loco à feudo ad emphiteusim; † nam sicut alienans partem feudi, sine consensu domini, cadit solum à parte alienata, ex communi

DD. sentẽtia de qua per Clar. in §. feudũ. q. 3. nu. 7. versic. sed pone, ita arguendo de vno ad alium, idem videtur dicendum in emphiteusi, Corbul. d. caus. priuat. ob alien at. ampliat. 42.

7 Limita tamen hanc cõem opinionẽ non procedere, qñ plures essẽt hæredes emphiteutæ, & vnus partem suã alienasset, nam tunc licet regulariter solum incidat in cõmissum pars alienantis ex sup. deductis, tñ si emphiteuta promisisset per se, & hæredem suũ non alienare, sub penã iuris inscio dño directo, tunc vno hæredũ alienante partem, oẽs alij cohæredes caderent in penam, eo quod euenisset conditio stipulationis hæreditariæ, ita limitat Ripa in d. §. cato num. 45.

8 Sciendum est ẽt circa hoc, quod † si emphiteusis sit concessa pluribus, & vnus alienet partem suã inscio dño, quod huiusmodi pars alienata debet peruenire ad dominum, non autem ad cæteros vocatos in inuestitura, ita Alex. conf. 30. nu. 16. lib. 1.

9 Amplia secundo principalem conclusionem, etiam si emphiteota alienaret cum protestatione in alienatione apposita, quod eam facit saluo, & reseruato consensu dñi, & eius iure directi dominij, nam adhuc non excusatur à caducitate, cum huiusmodi protestatio sit contraria facto, ita Rip. in c. cum M. Ferariensis, num. 80. de constitut. post Ias. & alios citatos, vbi hanc ampliationem restrin-
10 git, non procedere quãdo † protestatio esset concepta per hæc verba, saluo & reseruato consensu domini, & nõ aliter, nec alio modo, nam tunc emphiteuta propter alienationem non caderet ab ipsa emphiteusi, ẽt si esset secuta vera, & actualis traditio, cum alijs de quibus per D. Cost. de retrotrac cap. 8. cas. 1. num. 23. vbi num. 24. tenet huiusmodi clausulas resolutiuas contractus, nihil operari ad fauorem emphiteotæ alienantis irrequisito domino ex Rim. Iun. cons. 285. num. 55. vol. 3. quod maximè dicendum est secundũ eum, in hoc dominio stante dispositione Nouarum Mediolani Constitutionum, tit. de iur. emphit. quibus cauetur tradita actuali tenuta, non excusari emphiteotam à caducitate, per appositionem clausularum contractus resolutiuarum, quæ cõstitutiones cum sint fauorabiles clericis, & religiosis personis, eis vti poterunt, vt per Cost. ibidem in fine, nisi tamen esset facta in talem personam, ita protestantẽ, à qua difficilis esset recuperatio, ita Rip. in omnibus sequitur Clarus in dicto, §. emphiteusis q. 13. nu. 5. & hoc etiam quod dicimus de alienatione facta cum dicta protestatione in potentiorem à quo difficilis sit recuperatio, quod tunc non releuat protestatio, tenet etiam Menoc. 1. responso causæ finariensis post tract. recuperande num. 55. quod responsum fuit redditum per venerandum Collegium Papiense, sequitur Asin. in sua prax. Iud. §. 31. cap. 2. limit. 13. nu. 4. & idem dicendum
11 est † si emphiteuta venderet cum protestatione, si in quantum de iure potest, & nõ aliter, nã adhuc excusaretur, vt per Bald. in c. 1. §. hoc quoq; col. pen. de success. feud. quem refert & sequitur Ias. in l. fi. col. vltima in 25. q. C. de iure emphit. & ad hoc allegat etiam Alcar. in c. 1. col. pen. versic. quæro quid si vassallus vendat de prohib. feud. alien. per fideicommiss. de quibus vidẽdus etiam Corbul. de caus. priuat. ob alienat. limitat. 36.

12 † Ampliatur tertiò, conclusionem procedere, etiam si emphiteuta qui alienauit rem sine licentia domini, videns se malè fecisse, postea obtulisset rem dño venalem, & dñs recusasset emere, & dedisset licentiã alienandi, nam nihilominus si dominus fuit ignorans talis alienationis, non videtur ius commissi remisisse, ita Paul. Cast. in l. si quis filio. §. irritum, ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. & in l. hæc conditio filiæ meæ, §. si sic. ff. de condit. & demon. Alex. cons. 146. vol. 5.

13 Ampliatur † quarto conclusionem habere locum etiam in muliere, rustico, milite, alienantibus emphiteusim sine consensu domini, vel fæudum, nam adhuc cadũt à iure suo; nec ex cusantur cum
14 eis † non liceat ignorare iura contractus, nec eis pareatur nisi in casibus à iure expressis, l. fin. C. de iur. & fact. ignor. ita Bald. in c. 1. in pen. q. in tit. de contro. inter dominum & emptorem sequitur Ias. in l. fin. q. 16. C. de iure emphit.

Ampliatur quintò conclusionem adeò veram
15 esse, † vt per alienationem factam ab emphiteuta irrequisito domino, inferatur præiudicium filijs, & hæredibus, vocatis in inuestitura, Bar. in l. eum vbi appos. ff. de interd. & releg. Alc. cõs. 9. n. 11. lib. 1.

16 † Ampliatur sexto, adeò procedere regulã supra firmatam, vt emphiteuta alienans sine domini consensu, ipso iure cadat ab emphiteusi, adeò vt aliqua sententia nõ requiratur, gl. in l. fin. in verb. cadat vbi Ias. nu. 103. & seq. C. de iure emphit. se-
17 quitur Clar. in d. §. emphiteusis q. 13. nu. 2. & † cõstito de vera alienatione absq; sententia, poterit per dominum alteri concedi Cast. cons. 69. in casu præsenti puto sic dicẽdum vol. 2. Crauet. cons. 18. nu. 7. & cons. 302. & etiam non citato primo emphiteota, Alex. cons. 44. nu. 1. cum seq. lib. 3. post Bal. in c. quæ in ecclesiarum num. 31. de const. Ias. cons. 138. lib. 1. Corbul. in tit. de causa priuat. ob alienationem irrequisito domino factam ampliat. 53. Fachin. lib. 1 controuer. iur. cap. 95. Non tamen poterit huiusmodi emphiteuta alienans expelli, nisi facta declaratione, & secuta sententia, Cast. vbi supra Alex. cõs. 87. vol. 7. Afflic. decis. 97. vide tamen ibi Vrsillum tenẽtem contrarium, vide etiã D. Costam optimè distinguentem in tract. de Retrotrac. c. 9. casu 16. vbi pulchrè distinguit, quæ nõ referro, cum apud eum videri possint.

18 † Ampliatur septimò, procedere etiam in conductore ad longum tẽpus, Fulgos. cons. 25. quod dictum pro singulari refert, & sequitur, Ias. in l. 1. col. 7. versic. circa differentias, C. de iure emphit. idem Ias. testans de communi in l. 1. nu. 35. C. eod. Alex. cons. 119. nu. 7. lib. 3. & cõs. 165. lib. 2. Ruin. cons. 161. n. 30. cũ infinitis alijs de quibus per Al-
19 uar. in suo tract. iur. emphit. q. 29. nu. 22. † idem est etiam in censuario, & superficiario Ias. in d. l. fin. 18. q. & in conductore sub annuo ficto, Soc. in cons. 287. in 2. parte, illud tamen quod dicitur de superficiario, intellige procedere in superficiario, qui conduxit superficiem sub certa annua pensione, nam adhuc ipse non potest alienare absq; do-
20 mini consensu, † secus autem in superficiario, qui emit superficiem sine obligatione alicuius annuæ præstationis, iste enim potest alienare quocunq; titulo absq; domini consensu, ita distinguit Aluarus in d. tract. iur. emphit. q. 33. nu. 12.

21 † Nonnullas alias ampliationes ad hanc regulã poteris videre per Ias. in l. fin. C. de iure emphit. & in l. non solum §. morte, ff. de nou. oper. nũt. & per Corbulum in tit. de priuatio. ob alienationem, vbi latissimè adducit quĩquaginta tres ampliationes, & quadraginta quatuor limitationes ad hanc regulam, apud quem poteris videre hæc omnia; ponam tamen nonnullas limitationes hic, quæ mihi

vel liberari. Et de iniuria, & oppressione facta carcerato de cetero in carceribus, fiat ratio, cognitio, sententia, & executio, summariè, & de plano, sine libello, & sine aliquali scriptura, & sine strepitu, & figura iudicij, & omni tempore feriato, & non feriato, solemni, & repentino, non obstante aliqua lege decretali, vel statuto contrario. Qui Potestas, & quilibet Iusdicens non teneatur dare sapientem ad petitionem actoris petentis sapientem. Sed ipse Iusdicens teneatur cognoscere, & diffinire summariè, & de plano, si de iure carceratus potuerit capi, & captus detineri, & de alijs casibus prædictis. Ad petitionem verò carcerati, si per eum, vel eius procuratorem petatur sapiens, ipse Iusdicens dare teneatur sapientem, non obstante aliquo statuto in contrarium faciente. Quod statutum locum habet etiã in pendentibus.

Summarium ad Statutum 63. in Ciuilibus.

1 CIrca hoc statutum, adde aliud statutum supra 27. in ciuili, de ferijs, &
2 quæ ibi dicta sunt, † interim cures euitare carceres, honestè viuendo, ac non diuertendo à recto itinere, verbo, facto, nec consilio, aut scriptura, iuxta l. aut facta, ff. de pœnis, & Bald. in l. data opera, C. qui accuss. non poss. quem refert, & sequitur Boss. in tit. de carcer. fideiuss. committ. num. 29. ad hoc ne gaudeas priuilegio huius statuti, à quo nos li-
3 beret omnipotens Deus, † grauantur enim carcerati in pluribus, & infinitis, cum æquiparentur
5 mortuis, † carcer enim dicitur mala mansio, & morti æquiparatur, Bald. in c. 2. §. deniq;, in tit.
6 quæ fuit prima causa beneficij amitt. † & licet carcer dicatur inuentus ad custodiam, non ad pœnã l. incredibile, C. de pœnis, licèt à prauis Iudicibus, ac sæpe à custodibus carceratorũ, ad extorquendas pecunias pauperum carceratorum, videatur accõmodatus, quod tamen omnino est contra ius
7 & boni Iudices non faciunt, † non .n. quis debet conijci in vinculis, & compedibus, vel manicis ferreis grauari, nisi pro delicto, pro quo venit imponenda pœna corporalis, & sit conuictus, vel agatur de graui scelere, secundum Bart. in l. prima, C. de cust. reorum, quem sequitur Boss. in sua prax. de carcerato fideiuss. committendo, nu. 1. & licèt p Senatũ Excellentiss. verum iuris, & iustitiæ, ac æquitatis optimum cultorem, sit optimè dispositum, ac per Nouas Const. Med. circa has extorsiones, quas faciunt mali Iudices carceratis, attamen parum curantur ab istis, & non mirum, cum
8 iam animæ detrimentum patiantur, † quæ tamen cunctis rebus esset præferenda, l. sancimus, C. de
9 sacr. sanc. Eccles. † inferentes huiusmodi carceratis præiuditium irreparabile, Alex. cons. 17. nu.
10 7. lib. 1. carceratio enim famam onerat, & honorem, vt per Rimin. iun. cons. 554. num. 96. & 67. firmat D. Costa de remed. subsid. remed. 25. nu. 4. contra dispositionem tam iuris communis, quam
11 etiam Nouar. Const. Mediolani, cum † non possit ad capturam deueniri, nisi agatur de delicto, pro quo ingeratur pœna corporalis, vt per Iul. Clar. §. fin. prax. crim. q. 28. num. 1 & habetur in Nouis Const. Mediolani, in tit. de accusat. §. rei carceri-
12 bus, † & nisi prius præcedente, saltem aliquali informatione, Foler. in sua prax. crim. in verbo notatos capiat de persona, nu. 1. Boss. in tit. de captura, nu. 9. Clar. in d. §. fin. q. 20. nu. primo, ac d. q. 28. nu. 2. & inspecta qualitate personarum, & delicti arbitrio Iudicis, vt per eundem Clar. d. q. 28.
13 nu. 2. † hec autem dicta sint solum de malis Iudicibus, ad effectum solum, vt se emendent, & auaritiam deponant; non autẽ de iustis Iudicibus, ac Deũ timentibus, qui honorificè laudabiliter offi-
14 tia sua administrant, † qui ab omnibus laudandi veniunt, & magna fulgent gloria sm̃ Ang. in Aut. vt iud. sine quo suffrag. §. oportet, his sic incidẽter dictis veniamus ad declarationẽ huius nostri stat.

&

15. & quod feriæ non habeãt locum in causis criminalibus, vide tex. in l. prouinciarum, vbi DD. C. de ferijs.

16 In verbo, non obstante aliqua lege ciuili] scias valere statutũ, quod in causis criminlibus possit procedi, etiam die Dominico, Bald. in suo tract. de statuto, in verbo ferię, Bonacos. in quæstionib. crimin. in verbo, diebus feriatis.

17 In verbo, vtrum de iure debuerint relaxari] † scias, quod relaxatio carcerum potest fieri die feriato etiam in honorem Dei, etiam accipiendo fideiussorem de carcerato repręsentando, Bald. in l. lecta, ff. si cert. pet. Ias. in l. prima, §. sed excipi-
18 untur, nu. 11. ff. de ferijs, vbi tamen † vult tali die feriato non posse carceratum recomendari car-
19 ceribus, & † quãdo aliquis est carceratus pro causa ciuili, siue criminali, quod in illa causa possit procedi die feriata de iure communi, est tex. in l. custodias, ff. de custod. reorum, ita Ias. in l. diuus Traianus, nu. 4. ff. de ferijs, item scias, quod die feriato etiam in honorem Dei, potest debitor suspectus de fuga capi, & carcerari, vt per Ias. in d. §. sed excipiuntur, nu. 9. antè eum, Bald. cons. 166 nu. 1. vol. 5. Coaruu. var. resol. lib. 2. c. 20. num. 14. Farinac. de carcerib. & carceratis, q. 27. nu. 107.

20 † Sed quæro, nunquid in causis criminalibus militent feriæ, adeò vt earũ tempore procedi non possit, & dic tẽpore Quadragesimæ prohibitã esse cognitionem causarum criminalium, l. quadraginta, C. de ferijs, de consuetudine tamen nõ obseruatur, vt testatur Abb. in c. fin. num. 7. extr. de ferijs, Iul. Clar. in § fin. prax. crim. q. 50. num. 2. vbi tamen mentionem non facit de Abb.

21 † Sed nunquid tortura inferri possit die feriato, dic quod, aut agitur de criminibus atrocibus, & potest procedi ad torturam omni tempore, etiam in die Paschatis, l. prouinciarum, C. de ferijs, vbi habetur, quod tempore feriarum in honorẽ Dei, potest quis propter enormitatem delicti, prout in insigni latrone, ad furcas mitti, vbi Bald. hoc ibi sequitur, aut verò agitur de minoribus delictis, & tunc rei pro delictis capitalibus nõ torquentur, in diebus feriatis in honorem Dei, l. nemo, C. de epis. audient. ita Clarus in §. fin. prax. crim. q. 64. nu. 33. vers. quæro an tortura, vbi testatur, ita obseruari à Iudicibus Deum timentibus, sic idem Clar. in d. §. fin. q. 97. nu. 6. vers. quæro etiam, vbi tamẽ ait nunquam vidisse in hoc Dominio capitalem executionem fieri in die feriato in honorem Dei, sequitur Baiard. in add. ad eum ibi nu. 8. & seqq.

22 In verbo, solemni, & repentino] † feriarum tria sunt genera, quædã sunt introductæ in honorem Dei, & appellantur solemnes, quædam dicuntur publicæ, siue rusticæ, vt quæ statuuntur causa messium, vel vindemiarum, quædam dicuntur repentinæ, ex eo appellatę, quia repentè indicuntur, vt quando Princeps eas inducit propter rem prosperam, vt quia natus est sibi filius, vel duxit vxorem, vel ex simili causa, & hæ à solo Principe possunt induci, l. à nullo, C. de ferijs, ità Abb. in c. fin. nu. 8. post gl. ibi de ferijs, vbi etiam quãdo huiusmodi ferijs possit per partium consensum renunciari.

23 In verbo, ad petitionem verò carcerati] † quero numquid carceratus possit contrahere, & dic, quod de iure non valet contractus factus à carcerato, de consuetudine tamen seruatur contrarium, & ita videmus carceratos cõstituere procuratores, satisdare, & alios contractus facere, seruata statutorum forma, prout ita seruari testatur Iulius Clarus in d. § fin. prax. crim. quæst. 46. nu. 6. post Alb. in l. qui in carcerem ff. quod met causa, vbi Baiard. in addit. ad eum, nu. 40. limitat ex Farinac. crimin. quæstionũ, quæst. 3. in fine, vbi carceratio esset iusta, & licita, nec vllus metus, ac
24 vis carcerato infertur, † secus autem si carceratio esset iniusta, & ad fauorem carcerantis, vis, & metus carcerato illlata fuisset, nã tunc eo casu contractus celebratus non valeret, & de quo suplatius dixi.

25 Non omitto etiã, quod carceratis de iure plura alia priuilegia sunt indulta, † quorum primus est, ꝙ carceratus inops ad instãtiã creditorũ, si nõ habeat aliundè, alimenta debent præstari à creditoribus, alias è carceribus est relaxandus, gl. in l. 2. C. de erogat. milit annonæ lib. xij. & ex pluribus alijs firmat D. Cost. de remed. subsid. remed. 27. illat. prima, num. primo, cum seq. vbi extendit etiam in carcerato ob delictum, qui in subsidium
26 à Curia est allendus, & ampliat in † cessionario creditoris, & tractat, qualis hoc casu debeat esse taxatio alimentorum de iure communi, ac concludit relinqui arbitrio Iudicis; hodie autem ex †
27 ordine Excellentiss. Senatus Mediolani, edito die 12. Aprilis anni 1554. cautum est carceratis ob debita præstari debere à creditoribus solidos tres singulo die pro alimentis, adeò ut si per tres dies continuos cessauerint creditores in solutione dictorum solidorum trium, non possint morã purgare, sed carcerati è carcere liberentur.

28 Secundò, priuilegiatus † carceratus est, vt à contumatia in princip. vel periurio excusetur, vel saltim in integrum restituatur, vt per eundem D. Costam dict. tract. de remed. subsid. remed. 125. nu. 12. cum seq.

29 † Tertiò, carceratus propter eius absentiam à carcere causatam, restituitur in integrum, vt latè firmat Odd. de rest. in integ. q. 7. art. 5. vbi hoc la-
30 tè ampliat, & limitat, hinc dicimus, quod † emphyteuta, qui pro toto tempore biennij, vel triennij, fuit detentus in carceribus excusatur, adeò vt non possit expelli ob canonem non solutum, vt pluribus citatis firmat Corbul. in tit. de causa priuationis ob nõ solutũ canonem, limit. 10. vbi vult procedere, etiam si fuisset carceratus sua culpa, putà ob delictum, vt ibi per eum.

31 Quartò, † quia carceratus, qui se spontè constituit, habet maximã præsumptionem innocentiæ pro se, Nouellus in suo tract. crim. ad defensam, in tit. responsio reorum in constitutis, nu. 110. pag. mihi 113. Boss. in tit. de mandato ad homicidium, nu. 26. Mascard. de probat. conclus. 1336. per totũ, habent etiam plura alia priuilegia carcerati, quæ si omnia hic recensere vellem, magis laboriosum esset, quam vtile, cætera igitur poterit diligens lector addere.

De cessione fienda super lapidem Communis Papiæ. Rubr. 64.

ITem statuimus, quòd quicunq; debitor captus, & detentus, volens bonis cedere, ad cessionẽ bonorum admitatur, seruata infrascripta forma, videlicet, quòd ipse probet coram

iusdicente se stetisse, & quòd steterit in carceribus Communis Papiæ per sexaginta dies, die, noctuq; . Et ipsa probatione sic facta sono tubæ præmisso per Tubatorem Communis Papiæ in publica concione, & publico arengo, prædictus volens bonis cedere publicè, & alta voce cridet, dicat, & protestetur, quòd ipse talis captus cedit bonis, & ipsa eius bona omnia, & singula præsentia, & futura, exceptis vestibus de dorso ipsius cedentis, liberè dimittit, & relaxat creditoribus suis, & dat ipsis creditoribus licentiam accipiendi, & auferrendi ejus bona, quantacunq;, & vbicunq; ea inuenerint eorum propria auctoritate vsq; ad solutionem integram eius, quod habere debent. Et cessione dicto modo facta, dictus qui cessit bonis, capi, & detineri non possit pro aliquo priuato debito. Et si prædicta non interuenerint, capi possit, & detineri, cessione facta non obstante, pro debito, quod debetur tempore cessionis bonorum. Et eius beneficio non possit remissione, conuentione, acceptillatione, sacramento, vel contractu aliqualiter renunciari. Et qui amodò cedet bonis, vel qui fecerit cessionem, non possit habere aliquem honorem, vel aliquod beneficium, qui, & quod descendat à Communi Papiæ, & non possit esse procurator, nec curator, nec Syndicus, nec Actor, nec Incantator redditũm Communis Papiæ, nec testis.

Summarium ad Statutum 64. in Ciuilibus.

1 *HOc statutum vti ignominiosum, an validum.*
2 *Statutum Romæ, quod volens cedere bonis, ascendat leonem marmoreum, & dicat, cedo bonis inualidum.*
3 *Hoc statutum de facto obseruatur.*
4 *Senatus Mediolani solet dispensare, circa cessionẽ fiendam contra formam statuti.*
5 *Hoc statutum an comprahendat vniuersitatem.*
6 *Statuta loquentia per verba (si quis) non comprahendunt vniuersitatem.*
7 *Vniuersitas quoddam corpus fictum.*
8 *Cedere bonis quilibet potest de iure communi.*
9 *Vniuersitas Collegium, & Ecclesia an possint cedere bonis.*
10 *Personæ quibus conceditur priuilegium cedendi bonis, remissiuè.*
11 *Debitor occasione fictorum non valet cedere bonis.*
12 *Cessionis beneficium, quare inuentum.*
13 *Cessionis beneficium miserabile.*
14 *Beneficium subsid. cessionis tres operatur effectus.*
15 *Cedens, an de post acquisitis, teneatur erga creditores, & quid stante hoc statuto, & vide nu. 26. & nu. 40.*
16 *Cessionis beneficium, an tollat obligationem ciuilem, & naturalem.*
17 *Beneficium cessionis an procedat in obligationib. [ex delicto.*
18 *Fideiussor de præsentando carceratum, an admittatur ad cessionem.*
19 *Debitor an possit cogi cedere bonis.*
20 *Renunciare fauori suo quilibet potest, quod intellige, vt nu. 21.*
22 *Debitor non molestandus, an valeat cedere bonis.*
23 *Quid si vnus tantum creditor molestet.*
24 *Debitor an possit cedere bonis creditore renũciante iuri faciendi carcerare debitorem.*
25 *Cessio bonorũ de iure communi qualiter fienda.*
27 *Cedens bonis ex forma huius statuti, an in totum liberetur, & nu. 38.*
28 *Et quid si cessio sit facta cõtra voluntatẽ creditoris*
29 *Debitor post factam cessionem, an valeat pœnitere.*
30 *Cessio bonorum, an possit fieri in foro conscientiæ.*
31 *Sonus tubæ, & reliqua ab hoc statuto requisita inducta ad vituperium cedentis.*
32 *Cedens bonis an efficiatur infamis.*
33 *Cedenti bonis, an omnia sint auferenda, & quid in vestibus, num. 35.*
34 *Cedẽs fraudans aliquã rẽ, an perdat beneficium [cessionis.*
36 *Facta cessione, an creditores possint recuperare bona propria auctoritate.*
37 *Curator datus bonis cessis, quibus creditoribus primo cedere debeat.*
41 *Debitor post cessionẽ acquirens turrim magni valoris, an teneatur eam vendere.*
42 *Beneficio cessionis bonorum, non potest renunciari*
43 *Amplia, vt nec etiam cum iuramento,*
44 *Necessaria quæ sint, vt debitor possit gaudere beneficio cessionis, remissiuè.*
45 *Cessionis beneficiũ amittunt mercatores, & decoctores dolosi, itẽ & debitor, qui negauit debitum.*

1 HOC statut. de iure videtur non valere, vti ignominiosũ, vt post multos tenet Ias. in §. fin. nu. 29. inst. de actio. sequitur Roll. à Vall. cons. 7. nu. 12. lib. 2. cũ alijs plurib. de quibus per Carpan. ad statut. Med.
2 c. 408. nu. 179. prout etiã non valere statut. quod volens cedere bonis, ascendat leonẽ marmoreũ, & dicat cedo bonis, prout Romæ statutũ exstat, tenet Alex. cõs. 210. nu. 16. lib. 2. Bald. in l. 2. C. qui
3 bon. ced. poss. Bald. cõs. 301. lib. 5. Papiæ, † tñ de fa-
4 cto videmus quotidie obseruari, licet soleat † Senatus Excellentiss. Mediol. dispensare, vt possit validè fieri cessio nõ seruata hac forma pudenda, sed solum seruata forma tradita à iure communi, vt per D. Cost. de remed. subsid. remed. 27. nu. 4.
5 In verb. quod quicunq; debitor captus, & detentus] quæro † nunquid huiusmodi statut. compræhendat vniuersitatẽ; & dicas quod non, primo
6 quia statuta † loquẽtia per verba, si quis, quicunq; & similibus verbis nõ cõpræhendũt Vniuersitatẽ, Ias. in l. si quis maior, nu. 7. C. de transact. Calcan. cons. 1. nu. 2. & 3. Paris. cons. 21. num. 30. lib. 4. secundò, quia cum huiusmodi statutum sit ignominiosum, non debet vniuersitas hac ignominia
7 affici, † cum sit quodam corpus fictum, Ias. in d. l. si quis maior, nu. 7. & in l. mortuo, ff. de fideiuss. ita per has duas rationes in terminis huius statuti decidit, Menoc. de arb. iud. casu 183. nu. 14. cum duob.

8 duob. seqq. & scias, quod etiam de iure cõmuni quilibet admittitur ad cessionem bonorum. §. fin. inst. de act. siue sit masculus, siue fœmina, sequitur Menoc. de arb. iud. d. casu 183. nu. 12. vbi ampliat
9 dari hoc priuilegium etiam vniuersitati, collegio,
10 & Ecclesiæ; † plures etiam personas, quibus conceditur hoc beneficium cessionis bonorũ, & quibus non, latè recenset Brun. in suo tract. de cessione bonorũ, q. 4. principali, cũ seqq. quæstion. vsq. ad q. 35. quos omnes non refero, cũ eos omnes recollectos habeas, per Carpan. ad stat. Mediol. c. 408. nu. 6. vsq; ad nu. 105. quo loci pariter enumerat casus; & personas, in quibus nõ habet locum hoc cessionis beneficium, quorum nouem habeas per Iaf. in d. §. fin. nu. 10. vsq; ad num. 19. & remissiuè per Menoch. de arb. iud. d. casu 183. num. 17.
11 cum seq. & nota casum quod non † valet cessio, quando quis est debitor, occasione fictorum, vt habetur inf. in decreto 6. post statuta criminalia.
12 In verbo, captus, & detentus] ea † ratione est inuentum cessionis beneficium, ad euitandos carceres per debitores, & vt carcerati relaxentur. l. 1. pen. & fin. vbi Bald. C. qui bon. ced. poss. Menoc.
13 d. casu 183. nu. primo, hinc dicimus, † quod cessio bonorum est beneficium, siue remedium miserabile, & flebile debitori pro carceribus euitandis concessum, d. l. prima, & pen. ita deffinit Brun. in d. tract. de cess. bonorum. q. 1. princ. nu. primo, vbi nu. 2. appellat hanc cessionẽ bonorũ acerbã, inuidiosam, & terribilem, & ad hoc allegat Federic. de Senis cons. 193. in quæstione vertente, &
14 quod † beneficium cessionis dicatur subsidiariũ remedium, firmat D. Costa de remed. subsid. remed. 27. vbi num. 2. adducit tres effectus huius remedij cessionis bonorum, quorum primum est, quod liberat debitorem è carcere, licet non à li-
15 quidatione crediti, & expẽsarum; † secundò, quod cedens de postea acquisitis, non tenetur erga creditores, nisi in quantum facere potest; per hoc tñ statutum non habet locũ in cessione facta ad formã huius statuti, ignominiosa enim infamia loco solutionis habetur, quæ in totum extinguit debitum, intelligendo tamen, vt ibi per eum, & infra
16 dicetur. Tertium † remedium est, quod obligationem ciuilem, nec naturalem tollit quidquid in contrarium, & male voluerit, Rot. decis. 31. de sententia, & re iud. in antiquis, tamen exceptionẽ cedenti parat, & executionẽ suspendit, Costa d. remed. 27. nu. 3. & seq.
17 Sed hic quæro, nunquid cessionis beneficium habeat † locum in obligationibus ex delicto, adeo vt cõdemnatus ex delicto pecunialiter, possit cedere bonis; & dicas, quod non, cum huiusmodi beneficium detur solum debitori ex contractu, nõ autem ex delicto, ita post Alb. & alios plures per eum citatos, tenet Clar. in §. fin. q. 95. nu. 5. vers. sed pone, & ideo si non habent in ære luant in corpus, iuxta glo. in l. fin. ff. de in ius voc. Carpan. ponentem quatuor limitationes ad statuta Mediol. d. c. 408. nu. 62. vsq; ad nu. 68. Farinac. de delict. & pœnis q. 26. nu. 4. seq. sequitur D. Cost. d. re-
18 med. 27. num. 11. Limita vltra Carp. in fideiussore de repræsentando inquisitum, vel carceratum, qui admitti debet ad cessionem bonorum, Franc. dec. 507. vol. 3. quem refert, & sequitur Baard. in addit. ad Clar. d. quæst. 95. nu. 16.
19 In verbo, volens bonis cedere] † an autẽ quis possit cogi cedere bonis, & dic quod non; nam cum huiusmodi beneficiũ sit introductum in fauorem solum ipsius debitoris, ne detrudatur in carceribus, potest debitor huic fauori renũciare,
20 & illo non vti, † cum iuribus pro se introductis quilibet renunciare possit, l. pen. C. de pact. l. pactum inter hæredem. C. de pact. intelligendo ta-
21 men † de renunciatione tacita, quæ fit per debitorem in soluendo, vti tali benefitio, secus autem de renuntiatione expressa, quæ fieri non potest, nec valet, vt per Menoch. d. casu 183. num. 18. & infra dicetur.
22 † Sed quid, si huiusmodi debitor non molestatur à suis creditoribus, velit tamen cedere bonis, an possit; dic quod non, vt tenet Brun. in d. tract. de cess. bonorũ, q. 7. quartæ q. princ. vbi plures ad hoc allegat, & adducit rationem, quia huiusmodi benefitiũ dicitur miserabile, & subsidiariũ, adinuentum ad euitandos carceres, cum ergo creditoribus non petentibus, non adsit periculum carceris, meritò cessat dictũ beneficium, & ideò statutum nostrũ solũ loquitur in debitore detento, & carcerato, & vide Carpan. ad d. c. 408. nu. 105. &
23 106. vbi vult, quod † sufficit, quòd vnus instet, & faciat incarcerari, & tunc præiudicat alijs, ex Didac. in tract. variarum resolut. cap. 1. nu. 5. lib. 2. & refert etiam Sard. in addit. ad Iaf. in d. §. fin. num. 17. tenentem contrarium per plura fundamenta.
24 † Sed quid si creditor renunciat iuri debitorẽ incarcerari faciendi, nunquid isto casu huiusmodi debitor bonis cedere possit, dic quod non, Bal. in l. prima, nu. 17. C qui bon. ced. poss. quem DD. ibi communiter sequuntur, Io. Fab. & Iaf. in d. §. fin. nu. 17. inst. de actio. ratio est secundũ Bal. vbi sup. quia ratio carceris cessat, qua cessante beneficium bonis cedendi cessare debet, Bal. sequitur Brun. in dict. tract. de cess. bonorum. q. 35. quartę q. principalis.
25 In verbo, seruata infrascripta forma] † de iure communi cessionis bonorum forma, nulla est, sed fieri potest simplici verbo, per nunciũ, & per epistolam, & non tantũ in iuditio, sed extra iuditium agnoscendo prius debitum, & præsente, & absente aduersario, Iaf. in d. §. fin. nu. 28. Brun. d. tract. de cess. bonorũ, q. 6. princ. nu. 1. cũ seq. & tunc curator datur bonis cessis, & illius authoritate hastę subijciuntur, plusq; offerenti liberantur, ita Menoc. d. casu 183. nu. 19. cũ seq. debet etiam cedens
26 cauere, quod † si ad pinguiorem fortunam deuenerit, quod satisfaciet in quantum potest, deducto ne egeat, vt per Menoch. vbi sup. num. 2. idem tenuit Brun. in d. tract. de cess. bon. q. 6. princ. vbi
27 vult, num. 9. † quod sufficiat iuratoria cautio, si fideiussorẽ inuenire non poterit, aduerte tñ vt sup.
28 dixi, quod facta † cessione ignominiosa ad formã huius statuti, debitor omnino liberatur à debito, adeo vt amplius nõ teneatur, si ad pinguiorem fortunam deueniat, ex multis citatis pe D. Costã de
29 remed. subsid. remed. 27. nu. 3. quod tñ † intellige procedere, si cessio fiat de voluntate creditoris, alias secus, si creditore renitente, & contradicente, & ideo monet creditorẽ, debere protestari; quod tñ in pratica sm̃ eum non seruatur, vt per Muscat. Francũ, & Ceualos p eũ citatos. An autẽ cessio bonorũ in foro cõscentiæ admittatur, tradit D. Cost. d. remed. 27. n. 19. & seq. cõcludens, quod nõ; ex dicto Euangelij, serue nequã, oẽ debitũ dimisi tibi, nonne ergo oportuit te misereri cõserui tui, & quia ex mẽte Diui Tho. danda est de superfluo elemosina ad uictum.
29 Sed quæro nunquid debitor post factã huiusmodi

modi cessionem valeat penitere, & huiusmodi cessioné reuocare,& dic, quod potest, si res adhuc sit integra, & bona nundum sint per creditores occupata, l.qué penitet, ff.de cess.bon. Ias.in d.§. fin.nu. 23. idest est, si bona nundum sunt per creditores distracta, nam adhuc locus est penitentiæ, dummodo tamen ipse debitor creditoribus soluere sit paratus, vt per Brun. de cess. bon. quæst. 14. in principio D. Costa olim collega meus, in tract. de re integr. distinct. 74.

31 In verbo, sono tubæ premisso] hoc,† & reliqua quæ sequuntur fiunt pro maiori dedecore, & vituperio cedentis, cum de iure communi, solo verbo, vel per epistolam possit fieri cessio, vt supra dixi in verbo, seruata infrascripta forma.

32 Sed dubium est, † nunquid cedens bonis efficiatur infamis, & dic, si cessio fiat secundum ius commune, quod non, l. prima; & l. fin. & ibi glo. in verb. estimatione, C. eod. & l. debitores, C. de infamib. si verò cessio fiat vituperosè, secundum formam huius statuti, vel aliorum locorum, ita disponentium, tunc cedens efficitur infamis, infamia facti, non iuris Alb. in d.l. debitores, & sequitur Brun. de cess. bon. quæst. 6. princ. nu. 3. & 4. vbi etiam enumerat plures formas cedédi bonis vituperosè, in pluribus Italiæ locis vigentes, & facit mentionem pariter de statuto nostro Papiensi.

33 In verbo, & ipsa eius bona omnia, & singula presétia, & futura, exceptis vestibus de dorso &c.] idem de iure communi, † quo iure cedenti bona omnia sunt auferenda, adeòut si cedens sibi reseruaret vnum denarium, non valeret cessio, glo. in l. pen. ff. de cess. bon. Bart. in l. fin. in 2. colum. C. qui bon. ced. poss. Ias. in d. §. fin. nu. 26. & seq. & vide

34 Brun. quæst. 5. princ. vbi vult, † quod si cedens, qui tenetur bona omnia indicare, aliquam rem fraudauerit, cessionis beneficiú amittit, vt ibi per eum; vnde si debitor cóuinceretur, quod partem bonorum non indicasset ex malignitate, & dolo, tunc repellendus est omni modo ab huiusmodi cessionis bonorú beneficio, l. fin. ff. quæ in fraud. cred. secundum lecturam, Bart. communiter approbatam, ibi, idem tenet Bart. Castr. & Alex. in l. alia, §. eleganter, ff. sol. matrim. Bal. in l. prima, C. qui bon. ced. poss. sed iuxta hoc quæritur, nun-

35 quid † cedenti bonis omnia sint auferenda, adeo vt, nec etiam vestis necessaria ei relinqui debeat; dic quod vigore huius statuti sibi relinquuntur vestes de dorso, de iure autem communi, nec vestes necessariæ, nec artis instrumenta, quibus victum comparat auferri possunt, prout de iure communi testatur Didac. Coaruu. lib. 2. variarum resol. cap. primo, num. 5. ad finem, ante eum, Io. Fab. in §. vlt. num. 10. inst. de actio. quæ tamen postea ab illius hæredibus extorqueri poterunt, vt voluit Bald. frequenter receptus in l. 1 nu. 29. C. de iure fisci, lib. 10.

36 In verbo, eorum proria authoritate] de iure autem communi † facta bonorum cessione per debitorem, creditores non possunt bona debitoris propria authoritate occupare, nec iure dominij retinere, nec inter eos diuidere, nec appropriare possunt, l. legis Iuliæ, vbi Bart. Bal. Ang. Sa-

37 lic. & Cast. de cess. bon. sed † habent instare creditores, dari curatorem bonis cessis, qui curator ea bona vendet, & creditoribus pro portione, & anterioritate satisfaciet. l. fin. ff. de curat. bon. dand. sequitur D. Costa de portione rata, q. 74. & de remed. subsid. d. remed. 27 nu. 179. quib. locis vult creditores hypothecarios in solutione præferendos chirographarijs, & contra debitores cedentis vtiles actiones exercebit, l. de curatore, circa princ. ff. de curat. bon. dand. ita Brun. in tract. de cess. bonorum, q. 18. princ. sequitur Menoch. d. casu 183. num. 19.

38 In verbo, & cessione dicto modo facta, dictus, qui cessit bonis capi, & detineri] nota † quod cedens bonis secundum formam huius statuti in totú liberatur, ratione ignominiæ, adeòvt, nec etiã teneatur in quantum facere potest, ita in terminis huius statuti tradit Menoch. de arb. iud. dicto casu 183. nu. 22. cum seq. de iure autem commu-

39 ni † debitor cedens bonis non liberatur actione naturali, nec ciuili, sed competit exceptio, Bart. in l. 1. in princ. C. eodem, sequitur Brun. testans de communi in tract. de cess. bon. q. 19. princ. per totam, & præsertim num. 3. & ideò de iure com-

40 muni loquendo, si cedens peruenerit ad pinguiorem fortunam, poterit contra eum cum effectu agi, & poterit conueniri, non obstante cessione, in quãtum facere potest, deducto nè egeat, §. fin. vbi DD. & præsertim Ias. instit. de actionib. & l. prima, vbi Bart. Bald. & alij C. qui bon. ced. poss. deducet tamen huiusmodi cedens, qui ad pinguiorem fortunam deuenit congrua alimenta, iuxta conditionem suæ personæ, l. 4. ff. de cess. bon. Menoch. d. casu 183. nu. 21. Brun. de cess. bon. q. 31. in princ. vbi nu. 6. vult in hac deductione alimentorum, attendi familiam ipsius debitoris, quam ex necessitate educare habet, & tradit etiã qualiter ista deductio facienda veniat in iuuene, sene, artifice, doctore, milite, ciue, hoc vide dictum supra, in verbo, seruata infrascripta forma.

41 Sed dubiú, quid si debitor post cessioné acquirat turrim magni valoris, an teneatur eam vendere, & domum minori pretio emere, residuum verò creditoribus assignare; dic hoc relinqui arbitrio Iudicis, qui iuxta qualitatem personarum ac creditorum, hoc decernet, si enim erit nobilis, Doctor, vel alias in dignitate existens, iudicabit non esse vendendam, si verò rusticus secus, ita Bald. in l. fin. col. penult. versic. quæro quis nam sit, C. qui bon. ced. poss. sequitur Brun. de cess. bon. q. 28. princ. Menoch. de arbit. iud. dicto casu 183. nu. 24. cum quatuor sequentib.

42 In verbo, eius beneficio non possit] idem de iure communi, quo iure† beneficio cessionis bonorum expressè renunciari non potest, Bald. & Bart. in l. alia, §. eleganter. ff. sol. matr. Bald. in l. 1. vbi Salic. C. qui bon. ced. poss. Canonistæ in c. Odoardus de solut. & hæc est magis cõmunis sententia, quã testatur Bened. Capra reg. 75. nu. 26. & 29. q.

43 adeò procedit, † vt nec etiã huiusmodi cessionis beneficio, possit renunciari cú iuramento ex magis cõi DD. sententia recepta, Alciat. in c. cú contingit. nu. 69. de iur. iur. Menoc. d. casu 183. nu. 18. ratio est, quia huiusmodi pactú factú per debitorem se obligantem ad carceres, & renunciantem d. beneficio cessionis, dicitur contra bonos mores, vt per Alciat. in d. c. cum contingat, quo casu non ligat d. c. cum cõtingat, idem tenet Brun. de cess. bon. q. 20. princ. & vide latè appost ad Pract. Pap. in for. inquisitionis, in gl. 1. in verb. cesserit, vbi latè, & sequitur D. Cost. d. remed. 27. nu. 10. vbi testatur hanc opinionem, vti tutioré, & humanioré in praxi seruari absq; eo, quod absolutio à iuraméto obtineatur. Vincent. Mancin. de iurament. part. 4. effectu 22. nu. 19.

Cætera

Cæterũ ad declarationem huius statuti pertinentia videas latè p Carpan. cumulata ad statuta Mediolani d. cap. 408. cũ duobus capitibus seqq. & latissimè tradita per Brun. d. tract. de cess. bonorum Costam de remed. subsid. dicto remed. 37.

44 Quæ autem necessaria sint † vt debitor, possit gaudere beneficio cessionis bonorũ, post Brun. & alios tradit D. Costa d. remed. 27. nu. 7. quo loci tradit quinq; requisita, ad hoc, quæ non referro cum apud eum videri possint.

45 † Hoc autem cessionis benefitium non competit, mercatoribus seu decoctoribus dolosis, qui nõ fortunæ vitio, sed culpa propria, & dolo in paupertatem inciderunt, Brun. de cess. bon. in 5. q. quartæ quæstionis principalis Strach. de decoct. part. 3. nu. 8. & seq. Farinac. de delict. & pœnis q. 26. nu. 36. & seq. Similiter denegatur debitori qui debitũ negauit, & hoc in pœnam mendacij Aflic. decis. 296. nu. 1. Paris. cons. 160. nu. 6. volu. 3. Brun. de cess. bon. q. 2. sub. num. 6.

Quòd quilibet alteri stipulari, & acquirere possit. Rubr. 65.

ITem statuimus, quòd quilibet possit stipulari, & acquirere nomine, & vice alterius etiam absentis, & quòd ex ipsa stipulatione, & acquisitione ius & actio acquiratur illi, cuius nomine stipulatum, & acquisitum fuerit, non obstante aliquo iure in contrarium faciente.

Summarium ad Statutum 65. in Ciuilibus.

1 *HOc statutum validum.*
2 *Forensis non potest gaudere priuilegio huius statuti.*
3 *Stipulationis diffinitio.*
4 *Stipulatio fit quibuscunque verbis.*
5 *Stipulatio vnde dicta.*
6 *Stipulatio dicitur firmior contractus.*
7 *Stipulatio contractus iuris ciuilis.*
8 *Stipulatio contractus nominatus.*
9 *Contractus hodie nullus pœnitentia reuocabilis ob stipulationem.*
10 *Contractus innominatus pœnitentia reuocabilis.*
11 *Fallit interueniente stipulatione.*
12 *Fallit secundo interueniente iuramento.*
13 *Stipulari alteri nemo potest de iure communi regulariter.*
14 *Amplia etiamsi stipulatur in eum qui sit obligatus de communi.*
15 *Limitatur regula de iure canonico, vide tamen de veritate num. 17.*
16 *Stipulatio alteri facta de iure canonico producit naturalem obligationem.*
18 *Limitatur regula interueniente iuramento.*
19 *Stipulatione alteri facta, eo nõ volente, pars eius accrescit alteri parti in totum stipulanti.*
20 *Hoc statutum intelligitur ratihabitione secuta.*
21 *Actio, an acquiratur absenti per stipulationem absque ratificatione.*
22 *Ratificatio hac potest fieri expressè, & tacitè.*
23 *Actio absenti, an quæratur ante secutam ratificationem absque cessione, & vide num. 25.*
24 *Ex stipulatione notarij absque ratificatione, & cessione actio quæritur absenti, vt actus ante reuocari non possit.*
26 *Statutum contrarium iuris communis non extendendum.*
27 *Casus, in quibus actio quæritur absenti per stipulationẽ eius nomine factam absque ratificatione*

1 HOc statutum † ita disponẽs valet, vt notat Aret. cons. 41. nu. 3. ad finem Alex. cons. 63. nu. 23. ad finem vol. 4. Anchar. Iun. q. 38. nu. 7. lib. 1. & quòd huiusmodi statutum valeat, tenet Appost. ad Ias. in l. stipulatio ista §. alteri sub nu. 2. ff. de verb. oblig. Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de verb. oblig.
2 conclus. 1. nu. 79. in 12. limitatione † non tamen porrigitur dispositio huius statuti quò ad forenses, vt eis possit acquiri vltra dispositionem iuris cõmunis, Ang. cons. 73. in princ. sciendum est au-
3 tem, † quod stipulatio est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum, facturum ve id quòd interrogatus est respondet, l. 5. §. stipulatio ff. de verb. oblig. DD. in rub. & præsertim
4 Rip. nu. 1. ff. de verb. oblig. † & potest hodie fieri stipulatio quibuscunq; verbis dummodò sint talia, quibus partium consensus demonstratur, §. sed
5 hæc solemnia Inst. de verb. oblig. † dicta autem est stipulatio, à stipulo, quod apud veteres idem est quod firmo, à stapite, & firmitate descendens,
6 §. 1. Inst. de verb. oblig. † nam stipulatio dicitur firmior contractus qui sit in mundo, vti potẽ munita triplici funiculo, scilicet consensu, solemnitate verborum, & præsentia partium, l. 1. in prin-
7 cipio, & §. qui præsens, ff. de verb. oblig. Item † stipulatio est contractus iuris ciuilis, & sic est inuenta de iure ciuili, non autem de iure gentium, DD. communiter, & præsertim Rip. in rub. num. 36. ff. de verb. oblig. gl. Bart. Bal. Ias. & alij omnes in l. ex hoc iure ff. de Iust. & iur. gl. Are. & Ozerius in §. ius autem gentiũ nu. 34. Inst. de iur. nat. gen. & ciuil. Thob. Non. in §. in omnibus nu. 10. Inst. de verb. oblig. vbi hanc communem fatetur, à quà vel communiter recepta non est recedendũ, vt testatur Rui. in d. rub. nu. 65. & seq. ff. de verb. obligat.
8 † Dicitur etiam stipulatio contractus nominatus, Bart. in l. 2. C. de cond. ob causam Cast. & alij in rub. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 379. nu. 1. Cassineus cõs. 53. nu. 56. ex quo sequitur vtilitas, quod cum stipulatio in omnibus cõtractibus de quibus
9 fit instrumentum apponi soleat per Notarios, † quod nullus contractus poterit per pœnitentiam reuocari; cum propter stipulationem appositam dicatur contractus nominatus, Cast. Alex. Soc. & cæteri in rub. ff. de verb. oblig. Cassineus d. consil. 53. nu. 57. Corasius in Miscell. iur. ciuil. lib. 1. cap.
10 23. propè finem, † hinc colligitur limitatio ad regulam, quæ se habet, quod in contractibus innominatis locus est pœnitentiæ, l. si pecuniam. ff. de cond.

11 cond. caussa datta, † nam illa regula inter alias limitatur non procedere interueniente stipulatione Alex.cons.16.nu.1.vbi appost.lib.2.Ias.in l. cum mota nu.7.& seq.C.de trăsact. Rip.in d.rub.
12 nu.38.ff. de verb. oblig. † limitatur secundo hæc regula non procedere, interueniente iuramento, quod facit contractus pęnitentia reuocabiles irreuocabiles, gl. in l.si pecuniam in verb. necesse, ff. de cond.ob caussam, latè Ant.Gab. in suis communibus in tit. de iur.iur. conclus.9. qui latè circa hoc versatur.

His sic præmissis, venio ad declarationem hu-
13 ius nostri statuti & scias† quod huiusmodi statutum est contra ius commune, quo iure stipulari alteri nemo potest regulariter, & si stipulatum nó valet l.stipulatio ista §.alteri vbi DD.& presertim Ias.ampliando, & limitando.ff. de verb.oblig.Peregr. de fideicomiss. artic.51.nu.11. & seq. quod
14 † etiam procedit si in eũ cui stipulatur pro pœnis atq;meritis obligatus sit de communi Ias.in l.huiusmodi num.21.ff.de leg.1.& cons.41.lib.3.Dec. in c.ad nostram num.3. de probat. Alex. cons.13. num.11.lib.1. Ant.Gab. in suis cõmunibus in tit. de verb oblig.concl.1.qui hanc regulam latissimè
15 ampliando & limitando exornat, † intellige tamen hanc regulam procedere de iure ciuili,secus autem de iure Canonico, quo iure stipulari alteri
16 quis potest, † ea ratione quia huiusmodi stipulatio facta alteri producit naturalem obligationẽ, quæ per ius Canonicum attenditur, c.1. de pactis vt ex pluribus citatis per Ant. Gabr.d. conclus.1.
17 num.67.versic.6.limita; † tu tamen dicas regulam suprà firmatã procedere nedũ de iure ciuili, sed etiam de iure Canonico, ex veriori doctorum sententia, cum quibus transit Ias.in d.§.alteri nu.5.versic.quinto limita Ant.Gab. vbi suprà nu.67. Fœlin. in proemio, Gregor.c. Gregorius num.26.
18 † fallit hæc regula inter alias interueniente iuramento, Alciat. de communi in c. cum contingat nu.221.de iur.iur. Ias.in d.§.alteri num.4. vbi ad hoc tradit quatuor rationes pluribus citatis Gab. d.concl.1.nu.69.versic.7.limita;plures alias limitationes videre poteris per te in locis mox allegatis.Rim.Iun.Cons.112.nu.244.Io.Bot.consil.58. nu.27. Bursat.cons.118. nu.5. & seq.lib.1. Cæsar Barz.decis.Bonon.26.num.11.

In verb. stipulari, & acquirere nomine, & vicè
19 &c.] nota † quod stante hoc statuto si faciet stipulationem coniunctam, altero nolente partem suam illa pars acrescit alteri in terminis Rip. in l.
20 reconiuncti nu.223.ff.de leg. 3. † & intellige hoc statutum, dummodo sequatur ratihabitio tempore debito eius nomine, quo quis stipulatus est Alex.cõs.95. ad finẽ vt inf.dicetur.

In verb. ius, & actio acquiratur illi &c.] num-
21 quid † autẽ huiusmodi actio acquiratur absenti, cuius nomine stipulatum est absq; ratificatione, & dic requiri ratificationẽ, vt ex pluribus firmat Ant. Gab d.concl.1.nu.100.versic.2. declara vbi hanc magis cõmunem dicit sequitur Rimin.Iun. in rub.Inst.de actio.num. 49. vbi pariter testatur de communi,Peregr.de fideic.art.51.num.14.& in tract. de iure fisci lib.6.tit.1.num.23. Carpan. ad Statuta Mediolani cap. 337.num.29. licet in hoc statuto non requiri ratificationẽ consuluerit Alb. cons.480.num.11.& seq.lib.3.& hæc ratificatio
22 † potest fieri non solum expræssè,sed etiam tacitè Alciat.cons.132.nu.10.& seq. contrarium tamen quod scilicet ex stipulatione notarij pro absente vtilis actio quæratur absq; cessione, etiam non secuta ratificatione,tenuit Roll.à val.cons.19.nu.22.lib.1. & magis communem testatur Ozasc. decis.33.nu.4.& 8. Rim.Iun.cons.112.num.238. & seq. Magon.declar.Rot. Florent.decis.57.num.1 Turret. plene cons. 60. vol. 2. Cesar Barz. decis. Bonon.26.num. 10. Menoc. declarans cons. 753. nu.20.& seq. & contraria opinio procedit quo ad acquisitionem dominij & possessionis,vt præcitati omnes concludunt;vel intelligitur quo ad actus irreuocabilitatem qui talis fit secuta ratificatione secus ante,Barz.d.decis.26.nu.10.vers.præterea.
23 † Sed dubium est, numquid statim secuta ratificatione, quæratur actio absenti absq; cessione, an vero requiratur cessio;& dic quod si loquimur in notario stipulante, non est dubium quæri actionem secuta ratificatione absq; cessione, Bart.in l. stipulatio ista §.si stipuler sub num.3.in tertia fallent.Cast.cons.295.col.3.Gab.d.conclus.1. num.100.Pereg.d.art.51.num.14.Carp.ad statuta Me-
24 diolani, cap.337.num. 11. Imo quòd magis est † actio quæritur ipsi & absq; cessione, & absq; ratificatione,adeò vt antè acceptatione, vel non secuta ratihabitione non possit nihilominus actus reuocari, vt post Ozasc.& Fab.Turret. firmat D. Costa de retroctat.cap.10.effectu 3. nu.4. intelligendo tamen, vt ibi per eum.
25 † Aut verò loquimur in stipulatione priuati nomine absentis, & tunc non quæritur actio, nisi præcesserit cessio,vltra ratificationem.l.si ego,ff. de neg.gest l. possessio.§.1.ff. de acquir. poss. vbi Bart.latissime,& in d.§.si stipulor nu.3. vbi Alex. & cæteri DD. Pereg.d.art.51. num. 12.& 14.vbi ita distinguit, & ita crediderim procedere hoc sta-
26 tutum correctorium iuris communis, † quod nõ debet extendi, nisi prout de eo specialiter exprimitur, l. præcipimus in fine,C. de appellat. Alex.
27 consil.131. num.3. lib.1. † plures autem casus in quibus per stipulationem factam nomine absentis acquiratur actio sine acceptatione seu ratificatione, enumerat latè Carp. d. cap. 337. num. 33. cum seqq. pluribus, Peregr.de fideic.artic.51.nu. 6.cum seqq. pluribus.

Quod venditor præferatur creditori emptoris pro prætio rei vendite, & dominus & locator præferantur quibuscunq;creditoribus, conductoris, vel emphyteotæ in re locata & affictata, & eius fructibus. Rubr. 66.

Item statuimus, & ordinauimus, quòd si aliquis homo Papiæ, vel terre Papiæ, vendiderit, dederit, vel alienauerit, seu alienauit, vel in societate posuerit aliquam rem mobilem, vel immobilem, alicui vel aliquibus, quòd venditor vel eius hæredes, cuius, vel quorum fuerint res præferantur in ipsa re, & in prætio ipsius omnibus creditoribus illorum quibus

quibus res vendita, vel venditæ fuerint seu alienatæ, ita quòd habeat prætium, vel rem ipsam. Idem ius habeat locum in quocunq; domino, qui mutuauerit laboratori suo, seu massario, vt præferatur omnibus creditoribus dicti sui laboratoris seu massarij posterioribus, & anterioribus, quantum est in fructibus qui exiuerint de terra, quam dictus massarius seu laborator laboraret & ad laborerium teneret à dicto domino, & bobus plaustro & alijs rebus mobilibus ipsius laboratoris, seu massarij vsq; quo dicto domino integrè fuerit satisfactum de omni eo quod dictus dominus monstrauerit se habere debere à suo laboratore seu massario testibus, vel instrumentis qualicunque dicta occasione ipsius laborerij.

¶ Et eodem modo concessor ad fictum vel pensionem, & eius hæredes, seu causam ab eo vel eis habentes pro ficto, & pensione præferantur creditoribus emphyteotæ & conductoris in re emphiteoticata, & concessa ad pensionem & fructibus & prouentibus ipsius rei, etiam si forent tempore anteriores. Et prædicta vendicent sibi locum in præteritis pendentibus, & futuris.

Summarium ad Statutum 66. in Ciuilibus.

1 *CReditor posterior præfertur anteriori pro prætio rei venditæ ex hoc statuto contra regulam.*

2 *Creditor anterior regulariter præfertur posteriori latè cum ampl. & limit. remissiuè.*

3 *Venditor habita fide de prætio transfert dominiũ in emptorem.*

4 *Venditor si expressè sibi reseruet hipothecam in re vendita pro prætio, dicitur potior alijs creditoribus anterioribus in ipsa re.*

5 *Limita in vxore emptoris habentis pro dote omnia bona emptoris obligata.*

6 *Dominus mutuans massario respectu fructuum præfertur anterioribus creditoribus.*

7 *Concedens rem ad fictum perpetuum pro pensione præfertur anterioribus.*

8 *Semen dans ad seminandum, præfertur anterioribus creditoribus.*

9 *Creditor posterior soluens priori, præfertur anterioribus sibi.*

10 *Creditor posterior præfertur anteriori, quando post secundam obligationem facta est nouatio prioris obligationis.*

11 *Mutuans in necessariam refectionem an præferatur anterioribus.*

12 *Quid in locante pascua, vel vendente fœnum, an præferatur anterioribus.*

13 *Creditor habens generalem hipotecam an valeat pecuniam secundo creditori solutam per debitorem reuocare & nu. 15.*

14 *Genus nunquam perire potest.*

16 *Hoc statutum præferens venditorem in re vendita procedit etiam si res vendita materiam & formam mutauerit.*

17 *Intellige dummodo probetur identitas rei parte negante.*

IN verb. in prætio ipsius omnibus cre-
1 ditoribus illorũ] † nota casum quòd
creditor posterior, præfertur credito-
ri anteriori, quod est contra regulam
2 quæ se habet, † quod creditor qui
prior est tempore, præferatur omnibus creditori-
bus posterioribus in hypotheca, l. qui balneum
in prin. & l. potiores in prin. ff. qui potior. in pign.
hab. c. qui prior de reg. iur. in 6. quam regulam
latè exornat Rip. auus mihi maternus amplian-
do octo modis 26. limitando in l. priuilegia nu. 4.
cum seqq. pluribus vsq; ad numerum 51. ff. de pri-
uil cred. & vide etiam Negusan. de pignoribus in
secundo membro quintæ part. princ. vbi hanc re-
gulam ampliat. 20. modis, & totidem limitat, &
vide etiã latè Cassaneum in catalogo gloriæ mun
di in 12. parte vbi ampliat. in 21. casibus & 25. mo-
dis limitat; Asinius de execut. sniæ, §. 7. cap. 1. &
seq. pluribus; scias autem quod statutum nostrum
3 in hoc corrigit ius commune, quo † iure venditor
habita fide de prætio, quo casu dicitur translatũ
dominium in emptorem l. quidam, ff. de in rem
verso l. procuratoris, §. si dedi mercedem, ff. de
tribut. nõ est potior in dicta re, nec præfertur alijs
4 creditoribus anterioribus, † nisi expressè conue-
nerit, quòd res vendita sit sibi expressè hypoteca-
ta pro suo prætio, quo casu dicitur potior alijs in
dicta re; Vbert. de Bob. & Alb. in l. licet C. qui pot.
in pign. habeantur, quos refert & sequitur Negu-
sant. d. membro secundo quintæ partis princip.
quem refert, & sequitur Cephal. cons. 131. nu. 1.
cum seq. vol. 1. quo loci hoc dictum limitat, & in-
telligit, quod licet venditor sibi reseruauerit spe-
cialem hy pothecam in re vendita quousq; sibi in-
5 tegrè fuerit satisfactum de prætio, † non tamen
præfertur vxori emptoris habentis bona omnia
emptoris obligata, etiam in re vendita, sed solũ
vt præferatur cæteris creditoribus deducta vxore
emptoris, Afflic. decis. 306. nu. 4. & sic habes ca-
sum specialẽ, in quo posterior creditor præfertur
6 priori creditori, † adde secundo loco, idem esse in
domino mutuante massario, seu laboratori, qui
respectu fructuum exeuntiũ de terra massaritij,
& rerũ mobilium, plaustri, boum ipsius massarij
7 † habet pariter prælationem, idem est in conce-
dente rem ad fictum, qui pro pensione præfertur
creditoribus anterioribus in re datta ad fictum,
& in fructibus ex ea prouenientibus, vt in hoc sta-
8 tuto disponitur, & circa illud quod dicitur de †
massario, scias quod de iure communi dans semẽ
ad seminandum, venit præferendus cæteris credi-
toribus etiam anterioribus tempore ad semen ip-
sum percipiendum, l. procuratoris §. in tributum
versic. quid tamen, ff. de tribut. Practic. Papiens.
in forma libelli in actione hypot. in gl. sub eadem
obligatione bonorum num. 12. adde alium casum
9 † de iure communi, vt creditor posterior offerens
& soluens

& soluens priori creditori in eius locum succedat, & præferatur alijs creditoribus sibi anterioribus, & posterioribus illius in cuius locum successit l. si ventri §. fin. vbi Bar. & Rip. ff. de priuil. cred. idem Rip. in d. l. priuilegia nu. 43. versic. decimonono fallit, Neguſ. d. membro secũdo, quintæ partis nu. 29. versic. quintodecimo fallit, de quo videas latissimè per ampliationes, & limitationes per eundem Negusant. in 3. membro dictæ quintæ partis.

10 Additur etiam † alius casus, in quo creditor posterior præfertur anteriori, scilicet quando post secundam obligationem prioris obligationis nouatio facta fuit Asin. de execut. sententiæ, §. 7. cap. 43. nu. 1. D. Costa de retrotract. cap. 9. casu primo num. 12. cum seq.

11 Additur, & alius, † nimirum in creditore mutuante in necessariam refectionem domus, vel nauis, qui licet habeat solum tacitam hypothecam, tamen præfertur omnibus anterioribus creditoribus, etiam habentibus expressam, vt per Bart. in l. interdum vbi glo. C. qui pot. in pign. hab. latè Neguſ. de pignor. part. 5. in secundo membr. num. 15 cum infinitis seqq. Asyn. de execut. sentent. §. 7. cap. 13. per totum Gail. singul. obseruat. obser. 12. num. 3. lib. 2. Mysing. cent. prima, obseru. 60. D. Cost. de retrotract. cap. 9. cas. primo, num. 12. vbi post suprascript. Doct. intelligit hoc procedere, dummodò expressè mutuum in causa refectionis factum sit à principio, secus si pecunia simpliciter mutuata sit, nulla expressa causa à principio.

12 Hinc etiam † dicimus, quod vendens fœnum ad pascendas bestias, præfertur creditoribus etiã anterioribus habentibus hypothecam etiam expressam, vt post Menoch. Surd. & Borgnin. testatur D. Cost. dict. cas. 1. cap. 9. num. 12. Intelligendo tamẽ, si ab initio sint locata pascua, vel venditũ fœnum expressè in causam pascẽdi dictas bestias, aliàs secus, vt ibi per eum.

13 † Sed hic quæro numquid prior creditor habẽs generalem hypotecam in bonis debitoris, possit reuocare pecuniam per debitorem solutam secundo creditori, & tunc videtur distinguendum, aut pecunia extat, & tunc potest reuocari per priorẽ creditorem condictione, ex lege fin. §. si verò creditore, C. de iure delib. Ang. Salyc. Castr. in l. pe-

14 cuniam, C. de iure delib. & ratio est † quia genus numquam perire potest l. in ratione, ff. ad l. falcid. Bart. in l. inter stipulantem, §. sacram nu. 6. ff. de verb. oblig. aut verò pecunia fuit consũpta, & tunc secus, Cuman. in l. pupillus, ff. quæ in fraud. cred. Fulgoſ. in d. l. pecuniã, & in l. ex facto, ff. de peculio Io. Fab. in §. item si quis in fraudẽ Inst. de actio.

15 † Contra tamen hanc distinctionem tenuerunt nonnulli, nempe quod pecunia soluta bona fide pro secundo creditore, siue extet, siue sit consumpta, non possit per creditorem priorem reuocari ne aliàs confundantur, & conturbentur contractus Afflic. decis. 190. Paris. cons. 69. ita lib. 4. cum alijs de quibus per Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 6. nu. 8. cum seq. vbi hos sequitur.

16 † An verò hoc statutum præferens venditorem in re vendita locum habeat, vbi res vendita, materiam, & formam mutauit, vt puta, quia ex frumento facta est farina, ex panno vestis, dic quod sic, Surd. in puncto decis. 139. Rott. Auenon. decis. 96. per tot. quos sequitur D. Cost. de remed. subsid. remed. 12. nu. 14. vbi loquitur in proprijs terminis huius Statuti, & scias quod hoc Statutũ intelligitur, dummodò probetur identitas rei, si pars negaret; idem D. Cost. in dict. tract. de remed. subsid. remed. 124. nu. 40. vbi vult dari condictionem ex hoc Statuto.

De Inuestituris recipiendis per illos qui succedunt in rebus emphiteoticis. Rubr. 67.

Item statuimus, quod quæcunque persona quæ donationem vel venditionem vel in dotis donationem habuerit, vel alio modo receperit de aliqua re seu aliquibus rebus de qua, vel de quibus præstari debeat fictum, & quicumque alius in quem ipsa res vigore alicuius vltimæ voluntatis, vel successionis, vel quocunque alio titulo peruenerit teneatur, & debeat cogi, & compelli possit omnibus iuris remedijs recipere ad fictum, & in emphytehosim ipsam rem à domino, cui de ipsa re dari debeat fictum modis pactis, & tenoribus in ipsa inuestitura de ipsa re contentis, & descriptis, & de quantitate ficti contenti in inuestitura antiqua addendo, & in summa ponendo dictæ quantitati ficti additionem melioramenti monetæ, si quòd competit, & secundum terminationem Statutorum communis Papiæ. Et inuestituram debitam ipsi domino soluere: Nisi iure hæreditario in eum peruenerit si fuerit infra quartum gradum, vel intra, & nisi titulo dotis datæ inestimatæ receperit: & in his duobus casibus, vel altero ipsorum inuestitura non soluatur. Quam inuestituram recipere teneatur infra tres menses postquam ei fuerit denunciatum per dominum, vel iussum per iusdicentem, vel ex parte iusdicentis personaliter ad petitionem ipsius domini, sub pœna amissionis iuris quod haberet in ipsa re. ¶ Ita quod ipsa res elapsis dictis tribus mensibus per dictum emphiteotam non recepta inuestitura dicto domino sit aperta: & liceat ipsi domino suo propria auctoritate appræhendere, & intrare tenutam dictæ rei, & ipsam habere tamquam rem propriam. Et in quolibet prædictorum casuum teneatur inuestitus dare suis expensis domino proprietatis

tatis

tatis cartam inuestituræ in formam publici Instrumenti. Et prædicta locum habeant in alienationibus fiendis, & in alienationibus iam factis.

Summarium ad statutum 67. in Ciuilibus.

1 *Ad hoc statutum quæ videnda sint.*
2 *Emphiteusis an possit alienari sine requisitione domini, ex hoc statuto.*
3 *Statutum vltimum semper præualet.*
4 *Statutum hoc qua ratione confectum.*
5 *Renouatio inuestituræ fit propter tria.*
6 *Emphiteuta potest cogi recipere inuestituram, ad tollendum obscuritatem, & difficultatem probationum.*
7 *Emphiteuta an teneatur requisitus recognoscere dominum.*
8 *Dominus an possit cogere emphiteutam ad ostendendam inuestituram.*
9 *Quid in locatore, an possit cogere conductorem.*
10 *Emphiteuta recusans edere domino Instrumentũ inuestituræ, priuatur iure suo.*
11 *Intellige nisi soluisset per triginta annos.*
12 *Intellige secundo non procedere, quando emphiteusis negaretur.*
13 *Cautela pro emphiteuta, vt ostendat aliqua bona deteriora, melioribus omissis.*
14 *In hæredem dicitur continuatio, non autem de nouo acquisitio.*
15 *Comprahensi in inuestitura non soluunt laudemiũ*
16 *Hæredes emphiteutæ diuidunt emphiteusim, domino irrequisito.*
17 *In diuisione, an vni tantum res emphiteuta adiudicari possit.*
18 *Laudemium, an debeatur, quando vni tantum res emphiteuta in diuisione adiudicatur, & vide, num. 19.*
20 *Dos inestimata cedit lucro vxoris.*
21 *Emphiteusis potest dari in dotem irrequisito domino.*
22 *Emphiteusis potest donari irrequisito domino, & absq; solutione laudemij.*
23 *Amplia hoc, tam in emphiteusi ecclesiastica, quã priuati.*
24 *Emphiteusis potest legari, & relinqui in vltima voluntate, absq; consensu domini.*
25 *Emphiteuta, an possit vsumfructum constituere, sine consensu domini.*
26 *Emphiteuta potest hypothecare emphiteusim irrequisito domino, ac eo inuito.*
27 *An etiam si emphiteusis perueniat ad dominum, extinguatur hypotheca.*
28 *Emphiteuta, quando pignorando rem emphiteoticam, cadat à iure suo.*
29 *Emphiteuta de iure communi stans per duos menses in non petendo inuestiturã, priuatur iure suo.*
30 *Emphiteuta quando habeat annum, & diem ad petendum nouam inuestituram.*
31 *Plures casus, in quibus emphiteuta non priuatur iure suo non petendo inuestituram remissiuè.*

Ad hoc statutum vide infra statutum 77.
1 & supra † statutum 60. & ponderando verba istius statuti videtur dicendum,
2 quòd † res emphiteotica possit alienari, iuxtà latissimũm alienationis nomen de quo per glo. & DD. in c. 2. extra de rebus eccles. non alien. id quod verum esset, nisi succederet dispositio sequentis Statuti infra num. 68. quod cum sit
3 posterius derogat † dispositioni huius præsentis Statuti; cum semper statutũ vltimum debeat præualere antiquiori, & priori, Cyn. in l. 2. C. de test. tut. Bar. in l. si certam, §. fin. ff. de test. milit. & in l. omnes populi in 3. princ. q. in fine, ff. de iust. & iur. Ias. in l. duobus, §. item pomponius, ff. de iur. iur. num. 5. Surd. decis. 49. num. 5. Borgnin. de tutore & curat. num. 98.

In verb. ad fictũ & in emphiteusim) nota quod Statutum hoc ideo videtur cõfectum propter obligationem canonis emphiteutici, ad quem nouus
4 emphiteota alias non teneretur ex obligatione auctoris sui, nisi reciperet nouam inuestituram glo. in l. si vsufructus nomine §. 1. ff. de vsufruc. & quẽadmodum causatur Ias. in l. fin. nu. 33. versic. vndecimo prĩcipaliter, C. de iure emphit. vbi notat nouationem inuestituræ propter mutatam successionem in singularem successorẽ fieri propter tria
5 principalia; primum est, propter commoditatem laudemij, quam habet dominus; secundo propter obligationem canonis vt supra dixi, tertiò propter vtilitatem successoris, & vide latè per eum casus
6 † in qbus potest cogi emphiteota recipere renouationem inuestituræ, & scias inter alios cogi ad recipiendum nouam inuestituram ratione tollende obscuritatis, & difficultatis probationum; puta quando per antiqua Instrumenta non apparerent cõfines noui, puta quia essent mutati, ita Ias. in dicta l. fin. nu. 32 vers. 4. & vltimo principaliter; & an emphiteota teneatur recognoscere dominũ
7 toties † quoties fuerit per eũ requisitus, vide Guid. Papa, decis. 417. per totam, vbi cõcludit quod sic; sed hic quæro numquid Dominus possit cogere
8 emphiteotam ostendere † inuestituram, & quæ bona habeat sibi in emphiteusim datta, & eorum confines, & dic quod sic; Ias. post Specul. Ang. & alios per eum allegatos in l. 2. num. 175. C. de iure emphit. cum pluribus alijs de quibus per Aluarũ Valascum in suo tract. de iure emphit. q. 8. nu. 2.
9 quod amplia idem esse in conductore † qui nisi ostendat quæ bona habeat in tali loco conducta, omnia præsumuntur conductibilia, & ab eis expelli poterit; sicut idem procedit in emphiteuta,
10 qui si recusauerit domino † directo edere instrumentum, poterit Iudex finitam esse emphiteusim Iudicare, Bald. cons. 225. vol. 1. Aluar. d. q. 8. num. 19. Carocius de locat. & conduct. part. 7. q. 46. & vide etiam de hoc latè Corbulum in tract. de iure emphit. in tit. de causa priuationis ex eo q emphiteuta non ostendit domino Instrumentum inuestituræ, vbi etiam tenet, quod si emphyteuta sit requisitus a Domino ostendere instrumentũ, suæ inuestituræ, & ipse fateatur se emphyteutã, sed non ostendat instrumentum, negans se illud habere, poterit à Domino expelli, quasi præsumatur finita emphyteusis, nisi emphyteuta probaret se soluisse canonem per 30. annos, nam tunc præsumeretur emphyteusis perpetua, ita Corbul. ibidem, post Ang. in l. prætor ait, §. huius ædicti, ff. de edend.

Limita conclusionem procedere quando emphiteusis

12 phiteusis non † negatur, & constat illum contra
quem agitur esse emphiteutam Alciat. in l. 1. in 6.
casu C. de edendo ita Aluar. d. q. 8. nu. 9. aliàs enim
si negaretur emphiteusis tunc dominus directus
secundum eum haberet probare & intentionem
suam fundare nec cogeretur tunc emphiteuta ædere
nec copiam suorum instrumentorum facere
per regulam l. qui accusare, & l. fin. C. de edendo
plures aliàs limitationes ad hoc tradit Aluar. d. q.
8. & videas latè Corbulum loco mox citato, nota
13 tamen † cautelã scilicet quod emphiteuta ostendat
aliqua bona deteriora melioribus omissis nam
tunc domino incumberet onus probandi contrarium
ita hanc cautelam tradit Magon. Rot. Florent.
2. nu. 10. relatus per Caroc. d. conclus. 46.

In verb. nisi iure hæreditario] ratio esse potest
quia in hæredem personã res non dicitur de nouo
14 acquiri sed potius † continuata DD. in l. emancipata
vbi Ias. C. qui admitti, & de iure communi
huiusmodi comprehensi in inuestitura non soluũt
15 laudemium † Crauet. cons. 215. in fine Bertazol.
cons. 114. nu. 23. Rimin. Iun. cons. 579. nu. 3. & 15.
vol. 5. quos in terminis huius nostri statuti refert,
& sequitur D. Costa in suo tract. de fact. scient. &
ignorantia distinc. 11. cent. 1 nu. 21. hinc est quod
hæredes emphiteotæ possunt diuidere emphiteu-
16 sim inter se † irrequisito domino Bart. in l. qui romæ
§. duo fratres nu. 24. vbi Rip. nu. 86. post Ias.
ff. de verb. oblig. Bal. in l. & ideo, ff. de cond. furt.
Alex. cons. 186. lib. 2. Fœlin. in c. quæ in ecclesiarum
num. 89. versic. octaua declaratio extra de
constit. Iulius Clarus in §. emphiteusis num. 14.
Corbulus in suo tract. ex quibus caus. emphit. iure
suo priuetur in tit. de causa priuat. ob alienatio-
17 nem limitatione 7. nu. 3. cum seq. sed † numquid
in diuisione possit res emphiteuta vni tantum adiudicari,
& alteri bona allodialia, dicas quòd sic,
Rip. in d. §. duo fratres num. 86. vbi Crot. nu. 136.
versic. 2. casus, secundum veriorem, & crebriorem
sententiam, de qua per Hierom. Gabr. consil. 84.
nu. 8. quem refert & sequitur Corbul. d. tit. de causa
priuat. ob alien. limit. 2. nu. 5. & 6. quid quid dixerit
Ias. in l. fin. nu. 114. C. de iure emphit.

18 Sed dubium † numquid quando res emphiteutica
vni tantum hæredi atribuitur, an debeat solui
laudemium pro parte quæ fuerat aliorum, cùm
etenim emphiteutæ plures diuidunt emphiteusim
inter se, siue emphiteusis sit ecclesiastica, siue secularis,
non tenentur soluere laudemium, Ias. in l. fi.
nu. 47. C. de iure emphit. post Bart. in l. & ideo vbi
Bal. loquens etiam in emphiteusi ecclesiastica, ff.
de furt. & hoc receptissimum est, quicquid aliqui
contrarium senserunt And. à Pont. in suis quæst.
Laudemial. q. 25. nu. 2. Molin. de contract. disput.
460. Gam. decis. 242. Circa igitur hanc quæstionem,
duplex reperitur opinio; prima est, quod
quando emphiteusis vni tãtum attribuitur quod
veniat soluendum laudemium, quã tenuit Pract.
Papiens. in forma libelli pro hæred. vel re singul.
diuidenda in glo. domum vnam num. 5. sequitur
Bertrand. cons. 320. incipiente ponitur in facto ad
finem in 2. vol. Tiraq. in tract. de vtroq; retra. §.
1. gl. 14. nu. 77. Marian. Soc. Iun. cons. 70. nu. 6. in
3. volum. remissiuè Redoan. de rebus eccles. non
alien. q. 66. num. 53.

29 † Contrariam opinionem nempe quod non debeatur
laudemium tenuit dec. Tholos. 75. Hiero.
Gab. cons. 84. Neuizan. cons. 15. nu. 15. Alex. in l.
si domus. §. fin. ff. de leg. 1. & hanc opinionem de
consuetudine seruari dicit idem Practich. Pap. in
in forma libelli quo agitur ad ficti præstationem
in gl. alienauit nu. 3. in fine Rip. in dicto §. duo fratres
num. 86. Appost. ad Redoan. d. q. 66. & hæc
verior, & ita vidi obseruari Papiæ, Amod. à Põt.
q. Laudem. 25.

In verb. & nisi titulo dotis datæ in estimatæ re-
20 ceperit] ratio esse potest quia † dos inestimata cedit
lucro mulieris, & semper in casu iuris accrescendi
continuata censetur in persona vxoris, non
autem cedit ad vtilitatem propriam mariti, iuxta
ea quæ cõsiderant DD. in l. quoties, C. de iure dot.
& in l. vnica versic. in fundo, C. de rei vxor. act. &
21 quod emphiteusis possit dari in dotem irrequisito
domino, nec ei debeat solui laudemiũ, tenet Ias.
in l. fin. nu. 49. C. de iure emphit. Alex. loquens in
emphiteusi ecclesiastica cõs. 173. nu. 1. lib. 2. Am-
22 plius † emphiteusis potest donari irrequisito domino
absq; laudemij solutione Ias. in d. l. fin. num.
67. & 69. Rip. auus maternus in l. qui Romæ, §.
23 duo fratres num. 87. ff. de verb. oblig. † & hoc procedit,
tàm in emphyteusi Ecclesiæ, quam priuati,
ex magis communi Doct. opinione de qua per
Clar. in §. emphiteusis, q. 15. Corbul. de caus. priuat.
ob alienat. irrequisit. dom. limit. 13. Amod. à
24 Pont. de Laudem. q. 29. † Amplia vt possit etiam
emphiteusis legari vel alienari, in vltima voluntate,
nõ solum titulo legati sed etiam institutionis,
sine domini consensu, Specul. de locat. §. nunc aliqua
versic. 113. Alex. cons. 189. nu. 12. lib. 2. Cor-
25 bul. d. tit. mox citat. limit. 14. † potest pariter
emphiteuta vsumfructum constituere in re emphiteutica
irrequisito domino Bald. in l. 1. ff. quãd.
26 vsusfr. amitt. Alex. cons. 120. in fin. lib. 1. † sicut
etiam potest hypothecare dictam rem inconsulto
domino, & irrequisito Rip. auus meus in l. Filius
Fam. §. diui nu. 40. ff. de leg. 1. & in l. 1. num. 10. &
seq. ff. de pignor. vbi ponit etiam quid in feudo,
27 Clar. in §. emphyteusis q. 18. † scias tamen quod
si vtile dominium peruenerit ad dominum directi
consolidatur, & extinguitur hypotheca tamquã
ius reale concomitans ipsam rem, Alex. cons. 173.
nu. 5. vbi Apostil. lib. 2. sequitur D. Cost. olim colega
meus in tract. de retrotrac. ca. 8. cas. 1. nu. 10.
28 Boer. decis. 181. † Numquid autem emphiteuta
pignori tradens rem emphiteuticam, pro tanta
quantitate quæ verisimiliter excludit spem luitionis,
cadat in commissum, & debeat solui laudemium;
dic quòd sic D. Cost. dicto tract. de retrotrac.
cas. 10. cap. 8. num. 18. intelligendo, vt ibi per
eum, nisi scilicet intuitu affectionis subesset verisimilitudo
eum esse redempturũ bona pignorata.

In verbo quam inuestituram recipere teneatur
29 intra tres menses] de iure communi secus est, †
cum immo emphyteuta requirens emphiteusim,
teneantur intra duos menses post acquisitionem
factã, nouam petere inuestituram sub caducitatis
pena, l. fin. vbi Ias. & alij, C. de iur. emphit. & licet
tex. in cap. 1. §. præterea il primo de prohib.
feud. alien. per Frideric. videatur concedere an-
30 num, † & diem à tempore scientiæ, ad petendam
inuestituram, vt per Ias. in l. 2. num. 23. C. de iur.
emph. Rom. cons. 22. nu. 6. vbi Mandos. plures citat
in addit. illud tamen intelligunt Doctores procedere,
quando post lineam finitam, & emphiteusim
deuolutam quis tamquam proximior petit
à Domino directi sibi inuestituram fieri, vel quando
res fuit ad certum tempus concessa, pacto adiecto,
vt emphiteuta tẽpore finito teneatur se de

nouo renouare, vt per plures tradit Corb. de cauſ. priuat. ob non petitur Inueſtituram nu. 3. & ſeq. & ibi latè per totum illum titulum verſatur am-
39 pliando, † & declarando, qualiter quis cadat vel excuſetur ob nõ petitã inueſtituram: præ cæteris autẽ excuſatur nouus emphiteota ſi aliquo iuſto impedimento non potuit obtinere nouam inueſtituram, vt, ob infirmitatem, iuſtam abſentiam, ignorantiam peſtem, bellum, carcerationem domini excomunicationem, ætatem vt quia ſi infans vel pupillus ſit, & alijs modis, de quibus ibi per Corbul. ad quem lectorem remitto.

Qualiter fictuales vendere, & alienare poſſint. Rubr. 68.

Item ſtatuimus, quòd aliquis emphiteota rem emphiteoticatam non poſſit vendere, nec permutare, nec in dotem eſtimatam dare, nec alicui inueſtire vltra decem annos, nec aliquo titulo inter viuos in alium transferre abſq; denunciatione, vel requiſitione facta principali domino. Et ſi ſecus fecerit cadat ipſe emphiteota à iure ſuo. Et ſi ipſe emphiteota volens ipſam rem donare, permutare, vel alij inueſtire vltra decem annos vt ſupra requiſitionem vel denunciationem fecerit domino. Et dictus dominus ipſam rem requiſitione, vel denunciatione factà ſibi habere velit, tunc in præſentia iuſdicentis ciuitatis Papiæ, ipſi dominus, & emphiteota infra tertiam diem proximè poſt denunciationem vel requiſitionem eligere teneantur duos legales viros ipſius rei notitiam habentes, vnum pro quolibet, qui æſtiment prætium, & valimentum rei prædictæ. Et ſi dicti duo non fuerint in concordia infra tertiam diem teneantur tertium eligere habentem ſimilem notitiam ipſius rei. Et vbi duo fuerint concordes tertius locum non habeat. Qui duo & tertius iurare teneantur, & compelli poſſint per iuſdicentem ciuitatis Papiæ, de dicta re legaliter æſtimanda ad dictam æſtimationem fiendam. Et poſſit ipſe dominus prædictam rem emere, & habere à prædicto emphiteota prætio prædicto quo fuerit æſtimata. Et ipſe emphiteota prædictam rem vendere teneatur, & tradere domino prædicto pro præcio ſupraſcripto, & valimento, & de euictione, & reſtitutione præcij intereſſe, & expenſarum in caſu euictionis, & cuiuſcunq; imbrigamenti ipſius de iure promittere, & de ipſa venditione cartam fieri rogare ſecundum naturam, & morem talis contractus. Et ſi vſque ad quindecim dies poſt declarationem ipſius pratij dictus dominus rem prædictam non emerit, & prætium ipſum dicto emphiteotæ non ſoluerit, vel cum effectu obtulerit ſeparatum dare, & ſoluere. Poſſit poſtea dictus emphiteota elapſis dictis quindecim diebus dictam rem in dotem dare, & donare, & modis prædictis transferre cum onere ficti, quòd ex ipſa re debetur. Saluo domino iure inueſtituræ habendæ, & inueſtituræ recipiendæ per perſonam, in quam peruenerit.

Summarium ad Statutum 68. in Ciuilibus.

1 *Emphiteuta, & vaſſalus ob alienationem factã abſq; domini conſenſu, priuantur iure ſuo.*
2 *Amplia etiam, venditione facta cum pacto de retrouendendo.*
3 *Amplia etiam, re recuperata.*
4 *Amplia etiam, parte rei emphiteotica alienata.*
5 *Argumentum, à feudo ad emphiteuſim, validum.*
6 *Feudi partem alienans ſinè conſenſu domini, cadit à iure ſuo.*
7 *Quid in pluribus haredibus emphiteuta, quorum vnus partem ſuam tantum alienat.*
8 *Pars alienata ab vno ex haredibus, an debeatur domino, aut cateris coharedibus.*
9 *Ampliatur regula, vt emphiteuta per alienationem cadat, etiam facta proteſtatione, ſaluo, & reſeruato conſenſu domini.*
10 *Quid ſi proteſtatio ſit facta per hac verba. ſaluo & reſeruato conſenſu domini, & non aliter, nec alio modo.*
11 *Emphiteota vendens cum proteſtatione, in quantum de iure poteſt, & non aliter, an excuſetur.*
12 *Ampliatur regula, etiam ſi emphiteota poſt alienationem, obtuliſſet rem domini venalem, à quo obtinuerit licentiam alienandi.*
13 *Ampliatur etiam in muliere, ruſtico, & milite ſinè conſenſu domini alienantibus.*
14 *Mulieribus, ruſticis, & militibus non parcitur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

15 Ampliatur, vt emphiteuta alienando, præiudicet vocatis post se in inuestitura.
16 Ampliatur, vt emphiteuta cadat ipso iure.
17 Dominus, emphiteuta alienante sine eius consensu, potest emphiteusim alteri concedere, etiam primo emphiteuta non citato.
18 Ampliatur regula, ẽt in cõductore ad lõgũ tẽpus,
19 Ampliatur ĩ cẽsuario, & superficiario, & vide n.20
21 Ampliationes plures ad hanc regulam remissiuè.
22 Limitatur primo regula in alienatione facta sinè traditione, & nu.25. vbi pcedit ẽt in feudatario
23 Venditio non est perfecta ante traditionem.
24 Alienationis verbum, de quo in hoc statuto intelligitur cum effectu.
25 Quid si alienationi interuenit ficta traditio, scilicet per constitutum, & præcarium.
26 Constitutum quid operetur.
27 Limitatur regula, vno emphiteuta alteri emphiteuta partem suam alienante,
28 Limitatur, alienatione existente nulla,
29 Limitatur in assignatione fructuũ facta creditori
30 Limitatur in alienatione ignoranter facta.
31 Limitatur in emphiteuta aliquid legante super emphiteusi.
32 Limitatur in alienatione facta cũ protestatione, saluo, & reseruato consensu domini, & nõ aliter.
33 Limitatur in emphiteusi accepta pro se, heredibus, & quibus dederit.
34 Limitatur in emphiteuta exponẽte ius suũ venale
35 Limitatur domino volente, aliàs secus,
36 Limitatur stante pacto alienandi.
37 Limitatur in domino alienante directum.
38 Pactũ qđ emphiteuta possit alienare in quẽ voluerit, an ĩtelligatur cũ cõsensu domini, an verò sinè.
39 Verba pacti non debent stare sine operatione.
40 Emphiteuta an possit de iure communi permutare emphiteusim absq; domino.
41 Emphiteuta an valeat trãsigere super emphiteusi
42 Transactio dicitur alienatio.
43 Emphiteuta, an compromittat de emphiteusi sinè domino.
44 Emphiteuta, an imponat seruitutem sinè consensu domini.
45 Conductor patiendo seruitutem imponi, non præiudicat domino.
46 Emphiteuta hypothecat emphiteusĩ absq; domino
47 In generali bonorũ obligatione venit emphiteusis
48 Aestimatio facit venditionem.
49 Emphiteusis, an possit dari in dotem, vel donari, propter nuptias, intellige vt nu. 50. & 51.
52 Maritus nõ soluẽdo canonẽ, nõ præiudicat vxori.
53 Pater, an possit emphiteusim acceptam pro se, & filijs, vni tantum prælegare.
54 Emphiteuta non potest emphiteusim alteri in emphiteusim concedere.
55 Alienationis appellatione, venit Emphiteusis.
56 Emphiteusis an possit dari in feudum sinè domino.
57 Secundus emphiteuta, an in alienatione teneatur requirere consensum primi domini.
58 In alienatione emphiteusis, debet requiri consensus domini.
59 Emphiteuta per alienationem sine domino, cadit a iure suo, respectu rei alienatæ.
60 Quid in emphiteuta ignoranter alienante.
61 Quid stante pacto in inuestitura alienandi.
62 Emphiteusis potest donari sinè domino, & absq; laudemio.
63 Potest etiam legari domino irrequisito, & quid in emphiteusi ecclesiastica nu.64. & vide nu. 66. & 67. vbi ratio habetur.
65 Donatarius, an possit ingredi possessionem emphiteusis sinè domino.
68 Dominus consentiendo alienationi, non præiudicat laudemio.
69 Laudemium, qua ratione soluatur.
70 Laudemium debitum iure actionis.
71 Laudemium quid, & cui debeatur remissiuè.
72 Laudemium. est quinquagesima pars.
73 Laudemium soluendum per acquirentem.
74 Laudemium, an soluendum vsufructuario, an proprietario.
75 Dominus in emphiteusi pfertur alijs p eodẽ ptio.
76 Emphiteuta cadit ob non factam denuntiationem iusti pretij.
77 Iudex competens in causa emphiteotica.
78 Iudex competens inter vassalum, & Dominum.
79 Emphyteuta de iure communi post denuntiationem, expectat per duos menses.
80 Promittens rem vendere nisi alicui, quantum temporis debeat expectare. & num. 81.
81 Emphiteuta post denũtiationẽ, domino declarante voluntatẽ suam, non tenetur amplius expectare.

N verb. rem emphiteuticam non possit vendere] † hoc idem de iure com-
1 muni quo iure emphiteuta, vel vassallus alienantes rem emphiteuticã, vel feudum irrequisito domino cadunt à Iure suo l fin. vbi latè Ias. C. de iure emphit. c. potuit extra de locato Iulius Clarus in §. emphiteu-
2 sis q.13. † quod procedit etiã si sit facta venditio, cum pacto de retrouendendo, vel etiam si fuerit alienatio facta, & redempta virtute pacti de retro uendendo, nam tunc nihilominus emphiteuta nõ excusatur à pena caducitatis, Tiraq. de retract. municip. §. 20, nu. 1. Dec. cons. 160. col. fin. Ias. in l. fin. num. 132. & 135. C. de iur. emphit. Clar. d. §.
3 emphiteusis q. 13, nu. 6, & † quod recuperatio nõ releuat à caducitate iam incursa, est communis opinio teste Ias. d. l. fin. nu. 135. & hoc procedit de rigore iuris, secus autem de æquitate, secundum Ant. de Butrio cons. 34. in fine & Bertrand. consil. 145. num. 5. cum alijs seqq. vol. 5.
4 Amplia conclusionẽ procedere, † etiam si pars tantum rei emphiteoticæ fuerit alienata absq; cõsensu domini, nam adhuc emphiteuta cadit à tota emphiteusi Bal. in c. 1. versi. quæro vtrum propter pecatum partis nu. 9. de alien. feud. Soc. Iun. in l. 4. §. cato nu. 91. versic. nec obstat, ff. de verb. oblig. qui pluribus argumentis comprobat, Roll. à Vall. cons. 17. nu. 11. cum seq. in 2. tom.

Contrarium tamẽ quod imò huiusmodi emphiteutica amittat solum partem alienatam videtur verius, & magis communiter receptum, prout testatur Iulius Clarus in d. §. emphiteusis q. 13. nu. 10. de communi Gramat. decis. 49. num. 2. Paris. cons. 14. nu. 11. vol. 1. Raphael Cuman. in l. quidã in iure §. 1. ff. de donation. & consil. 99. idem tenet Ripa in l. 4. § Cato nu. 45. ff. de verb. oblig. fũdatur autem hæc communis opinio, argumento
5 sumpto à feudo ad emphiteusim, † quod argumentum in iure validum est, specul. in tit. de feudis §. quoniam cum pluribus alijs de quibus per Clar. in §. emphiteusis quæst. fin. & in §. feudum in d. quæst. 3. & latè per Euerard. in suis argumentis
6 legalibus, loco à feudo ad emphiteusim; † nam sicut alienans partem feudi, sine consensu domini, cadit solum à parte alienata, ex communi

DD.

DD. sentētia de qua per Clar. in §. feudū. q. 3. nu. 7. versic. sed pone, ita arguendo de vno ad alium, idem videtur dicendum in emphiteusi, Corbul. d. caus. priuat. ob alien at. ampliat. 42.

7 Limita tamen hanc cōem opinionē non procedere, qñ plures essēt hæredes emphiteutæ, & vnus partem suā alienasset, nam tunc licet regulariter solum incidat in cōmissum pars alienantis ex sup. deductis, tñ si emphiteuta promisisset per se, & hæredem suū non alienare, sub pęnā iuris inscio dño directo, tunc vno hæredū alienante partem, oēs alij cohæredes caderent in pęnam, eo quod euenisset conditio stipulationis hæreditariæ, ita limitat Ripa in d. §. cato num. 45.

8 Sciendum est ēt circa hoc, quod † si emphiteusis sit concessa pluribus, & vnus alienet partem suā inscio dño, quod huiusmodi pars alienata debet peruenire ad dominum, non autem ad cæteros vocatos in inuestitura, ita Alex. conf. 30. nu. 16. lib. 1.

9 Amplia secundo principalem conclusionem, etiam si emphiteota alienaret cum protestatione in alienatione apposita, quod eam facit saluo, & reseruato consensu dñi, & eius iure directi dominij, nam adhuc non excusatur à caducitate, cum huiusmodi protestatio sit contraria facto, ita Rip. in c. cum M. Ferariensis, num. 80. de constitut. post Ias. & alios citatos, vbi hanc ampliationem restrin-
10 git, non procedere quādo † protestatio esset concepta per hæc verba, saluo & reseruato consensu domini, & nō aliter, nec alio modo, nam tunc emphiteuta propter alienationem nō caderet ab ipsa emphiteusi, ēt si esset secuta vera, & actuális traditio, cum alijs de quibus per D. Cost. de retrotrac cap. 8. cas. 1. num. 23. vbi num. 24. tenet huiusmodi clausulas resolutiuas contractus, nihil operari ad fauorem emphiteotæ alienantis irrequisito domino ex Rim. Iun. cons. 285. num. 55. vol. 3. quod maximè dicendum est secundū eum, in hoc dominio stante dispositione Nouarum Mediolani Constitutionum, tit. de iur. emphit. quibus cauetur tradita actuali tenuta, non excusari emphiteotam à caducitate, per appositionem clausularum contractus resolutiuarum, quæ cōstitutiones cum sint fauorabiles clericis, & religiosis personis, eis vti poterunt, vt per Cost. ibidem in fine, nisi tamen esset facta in talem personam, ita protestantē, à qua difficilis esset recuperatio, ita Rip. in omnibus sequitur Clarus in dicto, §. emphiteusis q. 13. nu. 5. & hoc etiam quod dicimus de alienatione facta cum dicta protestatione in potentiorem à quo difficilis sit recuperatio, quod tunc non releuat protestatio, tenet etiam Menoc. 1. responso causæ finariensis post tract. recuperande num. 55. quod responsum fuit redditum per venerandum Collegium Papiense, sequitur Afin. in sua prax. Iud. §. 31. cap. 2. limit. 13. nu. 4. & idem dicendum
11 est † si emphiteuta venderet cum protestatione, si in quantum de iure potest, & nō aliter, nā adhuc excusaretur, vt per Bald. in c. 1. §. hoc quoq; col. pen. de success. feud. quem refert & sequitur Ias. in l. fi. col. vltima in 25. q. C. de iure emphit. & ad hoc allegat etiam Alcar. in c. 1. col. pen. versic. quæro quid si vassallus vendat de prohib. feud. alien. per fideicommiss. de quibus vidēdus etiam Corbul. de caus. priuat. ob alienat. limitat. 36.

12 † Ampliatur tertiò, conclusionem procedere, etiam si emphiteuta qui alienauit rem sine licentia domini, videns se malè fecisse, postea obtulisset rem dño venalem, & dñs recusasset emere, & dedisset licentiā alienandi, nam nihilominus si dominus fuit ignorans talis alienationis, non videtur ius commissi remisisse, ita Paul. Cast. in l. si quis filio. §. irritum, ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. & in l. hæc conditio filiæ meæ, §. si sic. ff. de condit. & demon. Alex. cons. 146. vol. 5.

13 Ampliatur † quarto conclusionem habere locum etiam in muliere, rustico, milite, alienantibus emphiteusim sine consensu domini, vel fæudum, nam adhuc cadūt à iure suo; nec excusantur cum
14 eis † non liceat ignorare iura contractus, nec eis parcatur nisi in casibus à iure expressis, l. fin. C. de iur. & fact. ignor. ita Bald. in c. 1. in pen. q. in tit. de contro. inter dominum & emptorem sequitur Ias. in l. fin. q. 16. C. de iure emphit.

Ampliatur quintò conclusionem adeò veram
15 esse, † vt per alienationem factam ab emphiteuta irrequisito domino, inferatur præiudicium filijs, & hæredibus, vocatis in inuestitura, Bar. in l. eum vbi appost. ff. de interd. & releg. Ale. cōs. 9. n. 11. lib. 1.

16 † Ampliatur sexto, adeò procedere regulā supra firmatam, vt emphiteuta alienans sine domini consensu, ipso iure cadat ab emphiteusi, adeò vt aliqua sententia nō requiratur, gl. in l. fin. in verb. cadat vbi Ias. nu. 103. & seq. C. de iure emphit. se-
17 quitur Clar. in d. §. emphiteusis q. 13. nu. 2. & † cōstito de vera alienatione absq; sententia, poterit per dominum alteri concedi Cast. cons. 69. in casu præsenti puto sic dicēdum vol. 2. Crauet. cons. 18. nu. 7. & cons. 302. & etiam non citato primo emphiteota, Alex. cons. 44. nu. 1. cum seq. lib. 3. post Bal. in c. quæ in ecclesiarum num. 31. de const. Ias. cons. 138. lib. 1. Corbul. in tit. de causa priuat. ob alienationem irrequisito domino factam ampliat. 53. Fachin. lib. 1 controuer. iur. cap. 95. Non tamen poterit huiusmodi emphiteuta alienans expelli, nisi facta declaratione, & secuta sententia, Cast. vbi supra Alex. cōs. 87. vol. 7. Afflic. decis. 97. vide tamen ibi Vrsillum tenētem contrarium, vide etiā D. Costam optimè distinguentem intract. de Retrotrac. c. 9. casu 16. vbi pulchrè distinguit, quæ nō referro, cum apud eum videri possint.

18 † Ampliatur septimò, procedere etiam in conductore ad longum, tēpus, Fulgos. cons. 25. quod dictum pro singulari refert, & sequitur, Ias. in l. 1. col. 7. versic. circa differentias, C. de iure emphit. idem Ias. testans de communi in l. 1. nu. 35. C. eod. Alex. cons. 119. nu. 7. lib. 3. & cōs. 165. lib. 2. Ruin. cons. 161. n. 30. cū infinitis alijs de quibus per Al-
19 uar. in suo tract. iur. emphit. q. 29. nu. 22. † idem est etiam in censuario, & superficiario Ias. in d. l. fin. 18. q. & in conductore sub annuo ficto, Soc. in cons. 287. in 2. parte, illud tamen quod dicitur de superficiario, intellige procedere in superficiario, qui conduxit superficiem sub certa annua pensione, nam adhuc ipse non potest alienare absq; do-
20 mini consensu, † secus autem in superficiario, qui emit superficiem sine obligatione alicuius annuæ præstationis, iste enim potest alienare quocunq; titulo absq; domini consensu, ita distinguit Aluarus in d. tract. iur. emphit. q. 33. nu. 12.

21 † Nonnullas alias ampliationes ad hanc regulā poteris videre per Ias. in l. fin. C. de iure emphit. & in l. non solum §. morte, ff. de nou. oper. nūt. & per Corbulum in tit. de priuatio. ob alienationem, vbi latissimè adducit quiquaginta tres ampliationes, & quadraginta quatuor limitationes ad hanc regulam, apud quem poteris videre hæc omnia; ponam tamen nonnullas limitationes hic, quæ mihi

videbuntur scitu digna, in reliquis semper recurras ad corbulum.

Hæc conclusio sic ampliata limitatur pluribus
22 modis; Primo † vt non procedat in alienatione emphiteusis facta sine traditione, nam alienatio sine traditione caducitatẽ non inducit, specul. in tit. de locato, §. nunc aliqua versic. 195. Canonistę in c. potuit eod. tit. Bertrand. cons. 146. nu. 1. vol. 5. de communi Ias. in l. cum dubitatur nu. 132. C. de iur. emphit. ita Bertrand. testans de communi cons. 243. nu. 1. vol. 8. Tiraq. de retrac. consang. §. 1. gl. 2. nu. 42. cum duobus seqq. Clar. d. q. 13. in §. emphiteusis nu. 3 sequitur Corbul. vbi supr. limit. 38. vbi de communi, & hanc ampliationẽ duobus
23 modis restringit; ratio huius limitationis est, † quia venditio non dicitur perfecta ante traditionem, c. cum ioannes de fide instr. §. venditæ Inst. de
24 rerum diuis. & † verbum alienationis, de quo in hoc nostro statuto intelligi debet cum effectu, c. relatum de cler. nõ resid. l. 1. §. hæc verba, ff. quod
25 quisq; iuris, & hæc limitatio † procedit ne dum in emphiteusi, sed etiam in feudo Alexan. cons. 173. col. 2. vol. 2. Ias. in d. l. fin. col. pen. Siluan. consil. 2. num. 54. Negusan. de pign. in 3. membro secundæ part. princ. nu. 79. Tiraq. vbi supra.

Sed quid si non interuenit vera traditio, sed ficta tantum, puta per constitutũ appositum in in-
26 strumento venditionis, † per quod transfertur ficta possessio ciuilis, & naturalis simul, l. quod meo in princ. vbi DD. ff. de acquir. poss. glo. in l. ab emptione vbi DD. ff. de pact. Alex. cons. 92. nu. 1. & 4. lib. 1. & cons. 28. nu. 1. lib. 2. Ias. in l. fin. nu. 133. C. de iur. emphit. & in l. 1. in principio nu. 103. ff. de acquir. poss. Pract. Papiens. in forma libelli in causa vendi in gl. vendidit nu. 4. & in glo. constituens vbi latè ad eum, an tunc emphiteuta cadat à iure suo, & dic ꝙ sic, vt per Ias. in d. l. fin. Ant. de Butr. cons. 34. de communi Tiraq. de constit. part. 3. limit. 26. n. 6. quos sequitur Clar. d. §. emphiteusis q. 13. nu. 4. vbi dicit hanc opinionem esse veriorem de rigore iuris, de æquitate tamen posse, teneri cõtrarium; hanc etiam magis cõmunem testatur Roll. à Vall. cons. 51. nu. 22. 26. 37. in 2. vol. sequitur Corbul. vbi suprà limit. 38. nu. 3. & ampliat. 30. vbi hanc magis communem, & veriorẽ dicit, contrariam autem æquiorem esse, & sequendam, & amplectendam vbi iudicandum esset, sola facti veritate inspecta, Guid. Pap. cons. 147. nu. 6. versi. itẽ si fuerit, licet, requiratur vera traditio, non autẽ sufficit ficta, & ita seruandum esse quoties venit iudicandum sola facti veritate inspecta.

27 † Limitatur 2. conclusionem non procedere, si vnus emphiteuta alienat. partẽ suã alteri emphiteutę, Hippol. de Mars. sing. 28. incip. emphiteuta.

28 † Limitatur 3. quãdo alienatio esset nulla, puta quia contractus nõ teneret, Marsil. in l. fi. nu. 12. ff. de quæstion. Bald. in l. 2. col. 1. C. de episc. audien. ratio est, quia venditionis verbum absolutè prolatum, non comprehendit venditionem nullam, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. ita etiam Ias. in l. fin. q. 22. C. de iur. emph. Surd. decis. 102. nu. 22. & decis. 51. num. 18. & 220. num. 39. & 40.

29 † Limitatur 4. non procedere quoties emphiteuta sine domini cõsensu assignasset fructus fundi emphiteotici insolutum suo creditori, tunc. n. non cadit à iure emphiteotico, in quo non transfert ius in re, nec possessionem in emptorem, Bald. in c. quæ in ecclesiarum de constit. & in l. codicilis §. instrumento, & ibi Alex. ff. de leg. 2. Ias. in l. filius familias, §. diui in secunda lectura versic. duodecimo. ff. de leg. 1.

30 † Limitatur 5. non procedere, quando ignoranter alienaret propter dotem, vel donationem propter nuptias, Hippol. sing. 443. Bertrand. cons. 380 nu. 1. part. 5.

31 † Limitatur 6. non procedere, quando emphiteuta legaret 20. florenos super re emphiteotica, nam tunc non dicitur alienasse, ita Rip. in l. filiusfam. §. diui nu. 90. ff. de leg. 1.

32 † Limitatur 7. non procedere, quando emphiteuta alienat. cum protestatione saluo, & seruato consensu domini, & non aliter nec alio modo, de quo vide supra in secunda ampl.

33 † Limitatur 8. non procedere, quando emphiteusis fuisset recepta pro se, & hæredibus quibus dare voluerit, nam tunc poterit alienari sine consensu domini, ex quo à principio interuenit volontas domini, Ias. in d. l. fi. col. 3. vers. 2. iuxta prædictum notabile, de communi Dec. cons. 146. nu. 3. Torniel. in rub. nu. 156. ff. de verb. oblig. Rui. cons. 213. lib. 1. Clar. in d. §. emphiteusis q. 13. num. 7. versic. vlterius quæro.

34 † Limitatur 9. vt benè emphiteuta possit ius suum exponere venale sine cõsensu domini; Abb. in c. potuit in secundo not. extra de locato, quem refert, & sequitur Ias. in d. l. fin. in quinta col. vers. Quæro principaliter.

35 Limitatur decimo conclusionem procedere volente domino, aliàs secus, Rol. cons. 22. num. 43. & cons. 81. num. 6. & 7. lib. 3. hinc est quod si dominus tacuit per decem annos præsumitur consensisse, Ias. in l. 1. num. 16. C. qui admitti.

36 † Limitatur 11. stante pacto quod emphiteuta possit irrequisito domino alienare, ꝙ vtiq; pactũ valet, gl. in l. 2. C. eod. de iure emphit. Ias. in d. l. fin. post specul. in tit. de locato §. nunc aliqua versic. 89. Corbul. in d. tit. de causa priuat. ob non solutum Canonem limit. 44.

37 † limitatur vltimo regulã nõ procedere è contra, in domino alienante dominium directum sine consensu emphiteutæ, non enim cadit à Iure suo Ias. in d. l. fin. nu. 17. versic. iuxta istum textũ Corbul. in d. tit. de causa priuat. ob alienationem &c. limitatione 11.

38 † Sed iuxta hãc limitationem quæro, numquid stante pacto in inuestitura apposito, quod emphiteuta possit alienare cuicunq; voluerit, intelligatur cum consensu domini, an verò sine; & tene opinionem affirmatiuam, nempè quid tunc vigore dicti pacti, non requiratur cõsensus domini, Salic.
39 in d. l. fin. in 1. col. vbi Ias. ratio est, quia † verba pacti debent aliquid operari, argumento l. si stipulat', ff de usuris l. si quãdo, ff. de leg. 1. plures aliàs limitationes poteris uidere penes Corbulum in d. tit. de causa priuat. ob alien. & per Ias. in dicta l. fi. hæc enim solum uolui apponere ad utilitatem iuuenum, qui copiam librorum non habent.

In uerb. nec permutare] in hoc corrigit ius
40 commune, † quo iure secundum cõmunem opinionem, emphiteuta potest permutare rẽ emphiteuticam inscio domino, Bal. & alij in l. si domus, ff. de leg. 1. specul. in tit. de locato §. nunc aliqua uersic. 121. Ias. in d. l. fin. nu. 101. quidquid postea in contrarium uoluerit, & malè in l. fin. nu. 4. ff. de cond. causa datt. & non secuta, de communi pariter Rip. in l. qui Romæ, §. duo fratres nu. 86. ff. de uerbor. oblig. Clar. in d. §. emphiteusis quæst. 17. Abb. consil. 74. nume. 4. lib. 1. Dec. consil. 160. num. 1.

num.1. DD. omnes in d.§. fratres vbi Crot. num. 135. Hippol. sing. 28. Gozadin. conf. 20. num. 9.
41 † Sed iuxta hoc quæro, numquid emphiteuta possit transigere super bonis emphiteuticis, & vi-
42 detur dicendum quod non, cũ † transactio sit alienatio l. 1. vbi gl. C. si aduers. transac. l. non solũ. C. de prædijs minorum, tu tamen dicas secũdũ Ias. in d. l. fin. in 10. q. quod, aut emphiteuta rem emphiteuticam penes se existentem, ex causa transactionis tradit aduersario, & tunc cum hæc sit alienatio, non potest sine consensu domini, aliàs cadit à iure suo, d. l. non solũ, aut rem retinet, & ex causa transactionis aliquid dat, vel facit aduersario, & potest, cum hæc non dicatur alienatio gl. in l. nulli vbi Bart. ff. de transact. aũt verò res emphiteutica erat penes aduersarium, & illam ex causa transactionis dimisit, seu remisit aliquo recepto, & tũc pariter potest, cum dimittendo rem penes aduersarium existentem, nullam dicatur facere alienationem, siue translationem dominij, l. si pro fundo vbi DD. & præsertim Bart. C. de transact. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. limitat. 38.
43 † An autem emphiteuta possit licitè facere cõpromissum de emphiteusi sine consensu domini; & dicas quod non, ita Ias. in d. l. fi. col. 40. quidquid in contrarium voluerit Bal. in l. fin. ad finem C. com. de leg. ratio est quia, qui non potest aliena re, non potest compromittere c. cum tempore, & ibi Cannonistæ extr. de arbitr.
44 † Vnum tamẽ nota, quod emphiteuta valet sine consensu domini in re emphiteutica seruitutẽ imponere, quę seruitus durabit pro tempore, quo durabit ius emphiteuticum, & non vltra Bal. in l. 3. C. de seruit. & acqua Guid. Pap. deci. 461. Boer. decis. 181. Ias in d. l. fi. nu. 39. versic. 8. quæro; hinc
45 etiam dicimus † quod si conductor durante conductione patiatur vicinum transire per fundum, ire ad puteum, & similia facere, finita conductione, res remanet libera, prout antea, ex pluribus citatis per Caroc. de locat. & conduct. tit. de vsufructu q. 4. num. 2. pag. mihi 81.
46 † Item potest emphiteuta hypotecare emphiteusim inuito domino, & eo non requisito, gl. in l. fin. C. de iure emphit. gl. in c. potuit de locato, & cõducto, Rip. in l. filiusfam. §. diui nu 40. ff. de leg. 1. & in l. 1. nu. 10. & seq. ff. de pignor. Clarus in d.
47 §. emphiteusis q. 18. † imò in generali obligatione bonorum, venit etiam emphiteusis sine domini consensu, de communi Bursat. cons. 56. nu. 11. lib. 1. & cõs. 44. nu. 26. eod. lib. Affiic. decis. 191. tradi tamen non potest sine domini consensu, vt per eũdem Bursat. loco mox relato & cons. 31. num. 18. & dictum est Statuto proximo, & tenet D. Cost. de retrotrac cap. 8. cas. 10. num. 3. cum seq. vbi tamen vult procedere, dũmodò in constitutione hypothecæ abstineatur, ab actuali traditione versus eum, qui non sit de compræhensis, ex pluribus ibidem per eum allegatis.

In verb. nec in dotem æstimatam dare) & hoc
48 ratione quia † æstimatio facit venditionem, quæ est prohibita l. quoties cũ similibus, ff. de iure dot. & ideò de ea dicẽdum est, sicut dictum est de ven-
49 ditione, an † autẽ emphiteusis possit à patre dari in dotem, filię, vel filio in donationem propter nuptias, dic quod sic, vt tenet Ias. post speculat. & Io. And. in d. l. fin. col. 35. ante eum Alex. consil. 173. vol. 2. & cons. 28. vol. 5. Fœlin. in c. quæ in ecclesia-
50 rum col. 27. extra de cõstit. † quod intellige, dummodò huiusmodi emphiteusis sit apud filiam eodem iure, quo erat apud patrẽ, vt per specul. & Io. And. in tit. de locato §. nunc aliqua versic. 111. si
51 verò quærimus † numquid emphiteusis possit dari in dotem pro extranea, tunc dic quod si datur in æstimata, quod sic, si verò æstimata secus, ita Ias. in d. l. fin. col. 36. post Imol. in c. potuit de locato,
52 † An autem isto casu si maritus non soluat cannonem rei emphiteutæ dotalis durante matrimonio preiudicet vxori, dic quod non, ita Bal. cons. 476. ex actis factis lib. 4. quẽ refert, & sequitur Menoc. de arbitr. Iud. casu 39. num. 22. vide Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampl. 32.
53 Sed hic non inutile est quærere † nunquid emphiteusis acceta pro se, & filijs, possit à patre vni tantum filiorum relinqui; & dic quod non; sed debet omnibus æqualiter relinqui, Castr. in l. filiusfamilias, §. cum pater, num. 2. ff. de leg. 1. Dec. cons. 239. num. 6. de quo tamen videas latè Anto. Gabr. in suis communib. tit. de iur. emphit. concl. 2. vbi distinguit.

In verb. nec alicui inuestiturę vltra decem an-
54 nos] † nota quòd etiam de iure communi emphiteuta non potest rem emphiteuticam alteri irrequisito domino in emphiteusim cõcedere, specul. in tit. de locato, § nũc aliqua. n. 125. Imol. in c. potuit de locato Ias. in d. l. fi. col. 36. versic. 2. quæro, & ita de consuetudine obseruari testatur Clar. in
55 dicto §. emphiteusis q. 29. & ratio est † quia appellatione alienationis continetur emphiteusis, c. nulli extra de rebus eccles. non alien. §. nos igitur in verb. alienatio in Aut. de non alienando, & in l. fin. C. de rebus eccles. non alien.
56 † An autem res emphiteutica possit dari in feudum sine consensu domini, specul. in d. §. aliqua versic. 129. tenet quod sic quem refert, & sequitur Ias. in d. l. fin. versic. 3. quæro post Imol. in d. c. potuit facit qui notat Clar. in §. feudum q. 32. hoc tamen non crediderim procedere de iure nostro statutario, expressè prohibente fieri inuestituram vltra decem annos
57 Sed hic subnectitur alia quæstio, † quid si primus emphiteuta cũm consensu domini dederit alteri rem in emphiteusim, & deinde secundus emphiteuta velit ius suum alienare, cuius consensus requiri debeat, & cui veniat soluendũ laudemiũ. & dic deberi primo domino, & eius consensum fore requirendũ, ita specul. in d. §. nunc aliqua vers. 126. sequitur Ias. d. l. fin. vers. 8. quæro idem Ias. in l. 3. §. ex contrario col. 11. ff. de acquir. poss. & vide Ruin. cons. 268. nu. 15.

In verbo absq; denunciatione, vel requisitione
58 facta principali domino] † idem de iure communi l. fin. C. de iur. emphit. c. potuit de locato, & dic quòd ista verba operantur, vt interim non possit etiam quasi dominium transferri, nisi secuta denuntiatione, vt tradit Appost. ad Bar. in l. 2. §. fin. ff. de act. empt.
59 In verbo cadit ipse emphiteuta à Iure suo] † intellige respectu rei tantum alienatę, non autẽ respectu aliarum Ias. in l. 2. nu. 13. C. de iur. emphit.
60 Tiraq. de retrac. glos. 25. §. 1. † fallit etiam si emphiteuta vendens rem emphiteuticam ignorabat ipsam rem esse emphiteuticã, quia non cadit à iure suo vt supra dixi, præcipuè si habuit iustam causam ignorantiæ, ita Socin. regul. falent. 153.
61 vbi idem tenet. † si addictum esset pactũ in inuestitura, quod emphiteuta, possit vendere rẽ emphiteuticam, quia tunc si vendit sine consensu domini, non propterea cadit à Iure suo, & similiter licet

non fuerit seruata forma statuti. vt quia vendit mulieri, vel minori sine consensu agnatorum, vel alia solemnitate.

62 In verb. volens ipsam rem donare] † de iure communi emphiteusis potest donari irrequisito domino. ei tamen debetur laudemium Ias. in d. l. fin. num. 67, & 69. Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 87. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 120. nume. 5. vbi testatur de communi vbi Appost. ad eũ
63 lib. 1. Clar. in §. emphiteusis q. 15. † Amplia, vt etiam possit legari irrequisito domino, Alexan. d. consil. 120. num. 5. vbi Appost. lib. 1. Clar. d. q. 15.
64 † Fallit tamen in emphiteusi Ecclesiastica, quæ nullo modo potest legari, nec alienari l. vniuersas vbi Bart. C. ne rei dominic. vel temporal. &c. Alex. consil. 9. num. 10. lib. 2. scias tamen quod licet pos-
65 sit donari irrequisito domino † donatarius tamẽ non potest accipere possessionem sine licentia domini Guid. Pap. consil. 26.

Item intellige vt emphiteusis possit legari irre-
66 quisito domino, † vt procedat quando testator legaret ius suum emphiteuticum; secus autem si testator simpliciter legaret, vel donaret prædiũ emphiteuticum, nam tunc emphiteuta priuatur suo iure, secundum Bart. in l. si domus. §. fin. ff. de leg. 1. cuius opinionem dicit cõmunem Alex. ibi, Corneus cons. 84. videtur vol. 2. Ias. cons. 109. spe-
67 ctabilis vol. 2. & ratio esse videtur, † nam testator legando, videtur malè, vti re sibi in emphiteusim data, cum ex eo pareatur legatario causa contra dominum præscibendi, Auth. qui rem C. de sacr. sanct. Eccles. & per Bald. in l. ædem. C. locat. & in l. vsufructus. ff. solut. matr.

In verbo requisitione vel denuntiatione facta]
68 nota † quod si fiat denuntiatio domino, & dominus consentiat, nõ tamen talis cõsensus derrogat iuribus laudemij Amod. à Pont. de laud. q. 14. cũ seq. & in fin. q. 15. Bursat. consil. 137. nam laude-
69 mium † datur pro laudatione, & approbatione emphiteutæ, quam facit dominus recipiendo eũ, vt nouum, & idoneum emphiteutam, Imol. in c. potuit num. 13. de locat. Hier. Gabr. consi 84. nu. 12. & 15. neq; dominus sibi præiudicat simpliciter laudando, & approbando, nouum emphiteutam sine reseruatione laudemij; quidquid in contrarium teneant Anchar. cons. 63. Io. de Annan. consil. 90. Gozad. consil. 69. quia respondetur
70 † quod tale laudemiũ debetur iure actionis propter huiusmodi approbationem, si emphiteuta illud non soluit l. fin. C. de iure emphit. l. cum de indebito, ff. de probat. Menoch. cons. 197. num. 36.
71 † quid autem sit laudemium, cui debeatur, & alia multa per Cassan. super consuetud. laudem. rubr. 11. §. 1. & latè Appost. ad Redoan. de rebus Ecclesiæ non alien. q. 66. Amod. à Põt. in tract. de lau-
72 dem. † ratione autẽ laudemij soluuntur duo pro centenario, & istud dicitur laudemium, l. fin. C. de iure emphit. Clar. in d. §. emphiteusis q. 23. de-
73 bet † etiam solui laudemium per acquirentem, non autem per emphiteutam alienantem. Ias. in l. fin. num. 41. C. de iure emphit. Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 66. nu. 23. Clar. in d. §. emphi-
74 teusis q. 23. num. 4. sed dubium est † numquid debeatur domino proprietatis, an verò domino vsufructus, dic deberi vsufructuario, Io. Fabr. in §. proprius aũt inst. de hæred. Instit. vbi vult, quod proprietarius tenetur facere inuestituram, & vsufructuario debetur laudemium, idem tenet Ias. in l. fin. num. 45. C. de iure emphit. Redoan. d. q. 66. num. 14. & seq. Clar. d. q. 23. num. 5. Socin. Iun. cons. 70. num. 31. lib. 3. circa laudemium vide plura infra ad Statutum 75.

In verb. vel denuntiatione facta sibi habere ve-
75 lit] nota † quod dominus volens rem emphiteuticam emere pretio, quod inuenitur ab alijs, præfertur alijs. l. fin. ibi & si quidẽ dominus C. de iure
76 emphit. & ideò debet emphiteuta † volens alienare, denunciare domino verum prætium, quod offertur, non autem simulatum, & factum, alias denunciatio habetur pro non facta, & emphiteuta cadit à iure suo, ita Ias. in d. l. fi. nu. 21. vers. 6. principaliter, verum autem pretium est, quod communiter inuenitur, non autem, quod dominus offert. vt per Ias. ibidem vers. & propterea per hunc tex. decidit Bal. faciunt quæ vult Alex. in l. qui Romæ §. cohæredes col. pen. & vltima. ff. de verb. oblig.

In verbo in præsentia iusdicẽtis ciuitatis Pap.]
77 idem de iure communi † nam Iudex cõpetens in causa emphiteutica est is, in cuius territorio bona sita sunt, Ias. in l. 1. col. 20. C. de iur. emphit. vbi allegat Lud. Rom. cons. 212. Anau. cons. 84. Old.
78 cons. 272. † quis autem sit Iudex competens in controuersia inter dominum, & vasallum, vide Alex. cons. 79. ante nu. 1. lib. 1. vbi nu. 1. ponit, quãdo agens innitatur iure cõmuni, non aũt ex feudo.
79 In verbo elapsis dictis quindecim diebus] † de iure communi emphiteuta post denunciationem factã domino directo, tenetur expectare per duos menses, quibus elapsis potest postea vendere, cui vult d. l. fin. ibi si aũt duorum mensium spatium, & ibi Ias. in septima colu. in octauo notabili, nu. 23.
80 vbi num. 24. dicit hoc esse vtile pro his † qui promiserunt non vendere rem, nisi tali, vt sibi fiat denuntiatio, & protestatio, & expectetur per duos menses, quibus elapsis poterit securè vendere cuicunq; voluerit, & allegat, Ang. ibi, qui dicit quod ita fecit practicari, & addo Rom. cons. 27. scias ta-
81 men secundum Ias. ibi † quod etiã elapsis duobus mensibus re integra adhuc dominus poterit purgare moram, & sic alijs preferetur, ante eum Paul. Castr. in l. qui Romæ, §. cohęredes, ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. istud aũt quod dicitur quod
82 emphiteuta debet expectare per duos menses, † limita nisi prius dominus declarauerit volontatẽ suam, nam tunc vlterius non est expectandũ, Canonistæ in c. potuit de locat. & conduct. Ias. in d. l. fin. nu. 14. vbi adducit rationẽ, quia quoties alicui datur terminus ad declarandum voluntatẽ suã, si ante terminum declarat, cessat præfixio termini, nec est vlterius expectandus, dicto c. potuit.

De consignatione proprietatum emphiteoticarum. Rubr. 69.

ITem statuimus, quòd quilibet emphyteota, & quicunq; eius successor ad requisitionem domini, vel eius successoris teneatur, & debeat & cogi, & compelli debeat per quemcunq; iusdicentem Ciuitatis Papiæ omnibus, & singulis iuris remedijs, summariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij per agrimensorem expertum mensurari facere expensis communibus

munibus domini, & emphyteotæ omnes & singulas res, & proprietates de quibus per ipsum emphyteotam præstatur fictum singulis quibuscunq; decem annis, siue in quocunq; decennio, & de ipsa consignatione, & mensuratione cartam fieri rogare per notarium publicum, in qua describantur ipsæ proprietates per quantitatem, qualitatem, loca, & latera. Quod statutum locum habeat in inuestituris præteritis & futuris. Et renouationem antiquæ inuestituræ de prædictis recipere teneantur à domino expensis domini.

Summarium ad Statutum 69. in Ciuilibus.

1 *Circa hoc statutum, quæ videnda.*
2 *Hoc statutum qua ratione confectum.*
3 *Emphyteuta cogitur ostẽdere, quæ bona habeat in emphyteusim, & vide cautelam pro emphyteuta.*
4 *Quis probare teneatur rem emphyteuticam.*
5 *Res in dubio præsumitur allodialis.*
6 *Res in dubio præsumitur libera.*
7 *Emphyteusis, an probetur per solutionem, libros, antiquos, & censuales.*
8 *Quando etiam probetur per testes, & scripturam.*
9 *Emphyteusis, an præsumatur ex cursu longi temporis.*
10 *Recognitio emphyteuta, quid operetur, & vide num. 11.*
12 *Emphyteuta semel recognoscens, potest iterum cogi recognoscere.*
13 *Finita emphyteusi per generationem, potest proximior volente domino alijs inuestire, cogere ipsum ad eum inuestiendum.*
14 *Rusticus, qui quotannis soluit par vnum caponorum alicui nobili, an si cesset, cogi possit ad solutionem.*

1 Circa materiam huius statuti, plura dicta sunt supra statuto 67. vbi dictum est, quando emphyteuta cogatur se recognoscere, & quando recipere nouã in-
2 uestituram; † hoc statutum ideò videtur confectum, ad subleuandum dominum à probatione
3 rei emphyteuticæ, nam licèt emphyteuta† teneatur domino ostendere, quæ bona habet in emphyteusim, vt per Specul. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, versic. 76. Bald. consil. 365. lib. 2. tamen potest vti cautela, ostendendo aliqua bona deteriora melioribus omissis, quo casu domino incumbit postmodum onus probandi cõtrarium, secundum Magon. Rot. Flor. dec. 2. nu. 10. relatum per Caroc. de Locat. & conduc part. 7. conclus. 46.
4 Natt. consil. 3. item † quia emphyteuticas res esse asserenti, incumbit onus probandi, Paris. cons.
5 138. num. 25. volum. 4. † cum in dubio res præsumatur allodialis, non autem emphyteutica. Host. in cap. nimis de iur. iur. Curt. iun. cons. 108. num. 11. & consil. 140. num. 4. ac consil. 180. nu. primo, Alex. cons. 129. num. primo, vbi appost. ad eum lib. primo, latissimè Anton. Gabr. in suis communibus, in tit. de feud. concl. 3. & Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. per totam; ra-
6 tio rationis est, † quia res in dubio præsumitur libera, non autem seruituti obnoxia, l. altius, C. de seruit. Alex. cons. 129. num. primo, lib. primo, latè Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsũpt. 89. nè igitur dominus possit grauari hoc onere, & vt facilius hoc possit probare, videtur constitutũ hoc
7 statutum; † quæro igitur qualiter probetur res emphyteutica: & dic probari per solutionẽ, libros antiquos, & censuales, Rom. cons. 127. Abb. cõs. 74. in prima parte, Alex. cons. 50. in vltima col. lib. 5. & vide etiam Alex. cons. 113. col. vlt. vers. vnde in proposito, volum. 4. & cons. 124. volum. 5 Ias. in l. 2. in 3. colum. C. de iure emphit. & vide
8 Mascard. de probat. conclus. 603. vbi vult, † emphyteusim regulariter probari per scripturam, & concl. 603. adducit nonnullos casus, in quibus suf-
9 ficit probari emphyteusim per testes; & † an emphy[illegible] præsumatur ex cursu longi temporis, tradit latè eidem Mascard. concl. 604. scias etiam
10 probari emphyteusim, † si quis recognoscat aliquem in dominum, nam huiusmodi recognitio sufficit ad probationem dominij, respectu illius, in cuius fauorem est facta recognitio, Guid. Pap. quæst. 272. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 545. num. 7. vsq; ad finem; Crauet. cons. 153. nu. 5. relatus per Menoch. de arb. iud. casu 42. nu. 5. Aluar. Valasius in suo tract. iur. emphyt. quæst. 9.
11 num. 18. † Intellige tamen, quando essent duæ recognitiones, vel vna vallata stipulatione, vel approbata solutione canonis, nam tunc transfertur, & probatur dominiũ, per ea quæ notat Bart. in l. cum scimus, C. de agric. & censit. lib. 11. ità
12 limitat appost. ad Guid. Pap. dicta q. 272. † Scias tamen, quod si emphyteuta semel rem recognouerit, poterit demum cogi adhuc recognoscere, quamuis specialiter ad id non fuerit obligatus, §. emptoribus in auth. de non alien., Guid. Pap.
13 decis. 47. † insuper notandũ, quod si emphyteosis finita esset per generationem, possunt descendentes proximiores volente domino, rem alijs in emphyteosim concedere, ipsum iuris remedijs compellere ad faciendam nouam inuestituram in eorũ persona, Bart. in l. prima, ff. de priuil. credit. in l. prima, §. permittitur, ff. de acq. quotid. & æstiu. Rip. auus mihi maternus de remed. præseruat. contr pest. num. 260. Roman. cons. 22. sub num. 5. vbi Mandos. plures adducit, Ant. Gabr. ampliando, & declar. de iur. emphyt. concl. prima, Honded. cons. 51. nu. 6. & seq. Rim. iun. de magis communi cons. 835. num. 41. & 42. secus si dominus pro se retinere vellet, Rip. auus meus in l. prima, nu. 9. ff. de priuil. cred. Hond. dicto cons.
14 51. nu. 42. † Sed quæro, rusticus aliquis per multos annos soluit cuidam nobili par vnum caponorum, vel quid simile, cessat in solutione, an nobilis cogere poterit, vt soluat iuxta solitum; Respõdetur, quod non, nisi doceatur de aliqua præcedenti causa, vel titulo, cum alioqui præsumatur donatio, Bart. in l. cum de in rem verso, num. 14. ff. de vsur. Rip. auus meus in cap. primo, antè num. 43. extra de caus. poss. & propr. Menoch. cons. 201 nu. 64. Vasq. controu. Ill. cap. 84. num. 30. Surd. cons. 24. nu. 16. & seq.

Quod

Quod fictualis perpetuus possit repudiare, & quando cadat à iure suo. Rubr. 70.

Item statuimus, quòd quilibet, qui sit, & fuerit inuestitus in perpetuum, & quilibet alius emphyteota perpetuus de aliqua re, possit, & valeat repudiare ipsum fictum, & ipsam rem domino dimittere, dummodò prius soluerit domino totum fictum præteritum, & anni incepti tempore repudiationis, & dummodò dicta proprietas non sit deteriorata facto, vel occasione ipsius emphyteutæ, & aliter non valeat repudiatio. ¶ Et si aliquis fictualis aliquo tempore steterit per duos annos continuos, quòd non soluerit fictum, quod debetur domino, quòd ipso iure, & facto ipsa proprietas cum omni melioramento ibi facto sit aperta domino sine aliqua denuntiatione inde fienda. Et nihilominus teneatur emphyteuta ad solutionem ipsius ficti retenti. ¶ Et in predictis casibus, & quolibet ipsorum, possit dominus rei emphyteuticatæ sua propria auctoritate intrare corporalem possessionem, & tenutam proprietatum, & rei emphyteuticæ, & ipsam habere, & tenere tanquam rem propriam absque contradictione fictualis. Saluis, & reseruatis manentibus in prædictis omnibus, & singulis pactionibus, & conuentionibus factis, & quæ fierent inter contrahentes.

Summarium ad statutum 70. in Ciuilibus.

1 *Hoc statutum dicitur iniquum.*
2 *Emphyteuta non repellitur, alio meliorem offerente conditionem.*
3 *Emphyteuta, de iure communi non valet dimittere rem, domino contradicente.*
4 *Vassallus, an possit relinquere feudum inuito domino.*
5 *An emphyteuta ex hoc statuto possit in praiuditiū creditorum dimittere emphyteusim domino.*
6 *Requisita, adhoc, vt emphyteuta valeat dimittere rem domino ex hoc statuto.*
7 *Dummodò dictio, restrictiua, & limitatiua precedentium.*
8 *Emyphteuta deteriorationem faciens, potest expelli.*
9 *Emphyteuta incidens arbores fructiferas expellitur.*
10 *Amplia, si vna re tantum malè versetur, quo casu cadit ab omnibus.*
11 *Ampliatur in vassallo deteriorante rem feudalem.*
12 *Ampliatur in conductore malè versante in re conducta.*
13 *Qualis deterioratio requiratur, vt locus sit huic statuto.*
14 *Conductor etiam modici deteriorando expellitur, quando venit contra pactum iuratum.*
15 *Quod procedit, etiam emphyteuta veniente contra pactum iuratum.*
16 *Conductor per deteriorationes non cadit, quando locator passus est eum adhuc perseuerare.*
17 *Ampliatur, vt emphyteuta propter deteriorationem cadat ipso iure, absq; declaratoria Iudicis.*
18 *Ampliatur, vt emphyteuta non possit siluam extirpare.*
19 *Limitationes ad hanc regulam remissiuè.*
20 *Emphyteuta Ecclesiæ differens per biennium, & priuati per triennium, soluere pensionem, cadit à iure suo.*
21 *Ex hoc statuto, emphyteuta priuati differens per biennium, cadit à iure suo.*
22 *Ampliatur, vt hoc casu perdat melioramenta.*
23 *Ampliatur etiam, si vnus ex hæredibus suam partem non soluerit, vt omnes cadant.*
24 *Intelligitur, nisi de voluntate domini facta sit diuisio.*
25 *Ampliatur etiam emphyteuta deficiente in vno nummo.*
26 *Ampliatur etiā, si emphyteusis pereat pro parte.*
27 *Emphyteuta tenetur ad refectionem rei emphyteuticæ, & ad canonem.*
28 *Ampliatur etiam, si in contractu emphyteutico sit apposita pœna propter canonem non solutum.*
29 *Ampliatur, vt emphyteuta priuetur fructuum rei emphyteuticæ.*
30 *Intellige, vt perdat fructus à die declarationis, non cessationis.*
31 *Ampliatur, vt emphyteuta cadat non expectato biennio, quando iurauit soluere singulo anno.*
32 *Ampliatio hæc, an procedat, si iuramentum sit appositum in fine contractus.*
33 *Ampliatur in conductore ad longum tempus.*
34 *Ampliationes plures remissiuè.*
35 *Limitatur primò, conclusio principalis, domino volente.*
36 *Limitatur secundò, quando dominus deberet tantundem emphyteutæ.*
37 *Compensatio fit ipso iure ad euitandam pœnam.*
38 *Limitatio, an procedat canone debito in quantitate, & domino debitore alternatiuè.*
39 *Limitatur tertiò, domino post biennium recipiente canonem.*
40 *Prælatus, an recipiendo pensionem, possit caducitatem remittere.*
41 *Quid in Prælato in mortis articulo constituto.*
42 *Quid domino recipiente canonem, cum protestatione.*
43 *Limitatur quartò, hæredibus iustè ignorantibus, quibus detur restitutio in integrum.*
44 *Limitatur quintò, emphyteuta moram purgāte.*
45 *Quid in emphyteuta priuati, an possit morā purgare.*

46 Limi-

1 OC statutum est iniquum, vt declarat Bald. in l. inuitos, C. locat. & cõs. 290. vol. 2. & circa hoc statutũ, vide quæ dicta sunt supra ad statutu. 68.

In verbo, emphyteuta perpetuus] 2 † scias, quod ab emphyteuta perpetuo res auferri non debet, licèt alius meliorẽ offerat conditionem, Bart. in l. 3. per illum tex. C. de fund. patrim. lib. 11. refert, & sequitur, Ias. in l. prima, in fine, 2. colum. C. de iure emphyt. Alex. loquens in emphyteuta ecclesiastico, cons. 79. num. 6. in fine, lib. primo, Cast. cons. 63. volum. 2. Curt. cons. 47. in 2. col. cum seq.

3 In verbo, & ipsam rem domino dimittere] contrarium est dispositum de iure communi, † quo iure emphyteuta non potest dimittere rem, quam habet in emphyteusim domino contradicente, glo. in cap. primo de vassallo, qui cõtum. &c. Specul. in tit. de locato, §. nunc aliqua, versic. 138. Abb. in cap. iudicatum, num. primo, de immun. Eccles. Ias. in l. 2. nu. 24. C. de iur. emphyt. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 76. de constit. Corbulus in tract. ex quibus causis emphyt. iure suo priuetur in tit. de causa priuationis ob renunciationem, nu. 4. Thesaur. pedem. decis. 20. nu. 2. 4 † sed an hoc procedat in vassallo licitè, vt possit derelinquere fæudum inuito domino, & dic, vt per Bald. in d. c. primo, de vassallo, qui contum. q. vlt. & in cap. primo, §. talia de prohib. feud. alien. & vide Ias. in d. l. 2. nu. 25. vbi remissiuè, Brunus cons. feud. 126. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarũ, nu. 76. post Bald. ibidem num. 21 de const.

5 Limitatur hoc statutum, non procedere, respectu creditorum, qui vtile dominium obnoxium habent, secundum Alciat. in tit. de verb. signif. lib. primo, pag. 29.

6 In verbo, & dummodo dicta proprietas non sit deteriorata facto] ad † hoc, vt emphyteuta, vigore huius statuti, possit dimittere rem emphyteuticam, requiritur; primò, quod soluerit fictum totum præteritum, etiam anni incepti tempore 7 repudiationis; secundò, † quod dicta proprietas non sit deteriorata facto, vel occasione ipsius emphyteutæ, ponderando illas duas dictiones, dummodò, quæ restringunt, & limitãt verba præcedentia, l. cum ab eo, ff. de contr. empt. l. lucius, §. qui habebat cũ glo, ff. ad trebell. tex. in tit. de pace const. §. in causis appellationum, Ias. in l. j, nu. 11. ff. si quis iusdic. non obtemp. & in l. si mora, nu. 7. ff. sol. matrim. Rot. Rom. decis. 226. num. primo, part. prima, in nouiss imis, Simon. de Præt. de interpræt. vlt. volunt. lib. 3. solut. 3. num. 53. Ozas. decis. 128. num. 16. Menoc. de arb. iud. quæst. 86 num. 28.

8 Et dum statutum loquitur de deterioratione; scias. † quòd de iure communi emphyteuta priuati, siue Ecclesiæ, propter deteriorationem rei emphyteuticæ expelli potest; Dec. in auth. qui rem, num. 5. C. de sacr. sanct. Eccles. vbi Bald. Salic. Ias. Cagnol. Ias. in l. 2. num. 98. C. de iur. emphyt. Rodoan. de rebus Eccles. non alien. q. 79. cap. 6. Menoch. de arb. iud. cas. 78. num. 3. Corbulus in tract. de caus. ex quibus emphy. iure suo priuatur, in tit. de causa priuationis ob rei deteriorationem, nu. 4. Aluarus Valasius in tract. iuris emphyt. q. 38. nu. 22. Clar. in dict. §. emphit. quæst. 26.

9 Hinc est, quod emphyteuta incidens arbores fructiferas expelli potest, Bart. in l. in fraudem, §. conductor, ff. de iure Fisci, & in l. diuortio, §. si fundum in fine, ff. solut. matr. cum alijs adductis per Dec. in d. Auth. qui rem, num. 5. Ias. in d. §. si fundum. Clar. dicta q. 29. vbi appost. Corbul. vbi sup. num. 2. sequitur D. Costa de portione ratæ, quæst. 144. nu. 11.

10 † Amplia etiam, si sit emphyteuta plurium rerum ex vnico contractu, & vna re male vtatur, nã perdit totum, Bald. in l. cum eiusdem in fine, ff. de edil. edict. Corbul. vbi supra, nu. 7. cum seq.

11 Amplia idem in Vassallo rem fæudalem notabiliter deteriorante, qui potest feudo priuari, moderni Paris. citati per Clar. §. feudum, q. 56. licèt ipse Clar. ibi teneat contrarium, & malè, quem reprobat Aluar. Valasc. in d. tract. iuris emphit. q. 38. nu. 22.

12 Amplia idem in conductore, qui locatione adhuc durante expellitur, quando in ea malè versatus est, l. quæro, §. inter locatorē, ff. locat. l. æde, vbi DD. C. locati, Auth. qui rem, vbi Bald. C. de sacr. sanct. Eccles. Roll. à Vall. cons. 49. num. 20. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 69. cap. 6. per totum, Menoch. de arb. iud. casu 78. vbi docet, quæ deterioratio requiratur ad hoc, vt conductor possit expelli.

13 Scias tamen, quod ad hoc, vt habeat locum huiusmodi ampliatio, tria copulatiuè requiruntur; primò, quod deterioratio sit in proprietate, non autem in fructibus; secundò, quòd sit facta dolo malo, culpa lata, vel leui; tertiò, quòd sit notabilis deterioratio] arbitrio Iudicis considerauda, cum modica non sufficiat, Bald. in d. l. æde num. 14. & in Aut. qui rem, num. 2. C. de sacr. sanct. Eccles. Menoch. d. casu 78. nu. 6. cum seq. Redoan. d. quæst. 79. cap. 6. cum alijs, de quib. per Caroc. d. quæst. 7. nu. 41. cum seq. Corbul. vbi supra num. 24.

14 Vnum tamen scias, quod licet requiratur notabilis deterioratio ad hoc, vt conductor expelli possit, tamen quoties conductor deteriorando fecisset contra pactum iuratum in instrumento locationis apositum, tunc posset expelli, dato, quod læsio esset modica, ità in terminis Thob.

15 Nonius cons. 58. num. 17. ac 19. hinc est, † quod emphyteuta cadit a iure suo propter leuem deteriorationem, quando promisit vti emphyteusi arbitrio boni viri, & illam meliorare, & non deteriorare, & ita iurauit, Corbul. de causa priuat. ob rei deteriorationem num. 10. ampliat. 2.

16 † Item limita quoties locator post malam versionem factam per conductorem, adhuc patiatur ipsum perseuerare in conductione, recoligendo fructus, & recipiendo ab eo pensionem, nulla facta protestatione, siue reseruatione, nam tunc censetur remittere, adeo vt amplius non possit expellere, ratione dictæ malæ versionis preteritæ, Ruin. cons. 58. nu. 9. Caroc. de locat. & conduct. in tit. de euict. num. 58.

17 Amplia principalem regulam, adeò procedere, vt emphyteuta post deteriorationem, facta prius declaratione caducitatis per dominum, cadat ipso iure, à iure emphiteotico, adeò vt nulla requiratur sententia Iudicis declaratoria, Afflict. dec. 97. Cagnol. in l. si quis maior, nu. 107. C. de trãsac. Hier. Gabr. cons. 88. Clar. in §. emphyteusis q. 9. vbi appost. de magis communi, vide Corbul. in tit. de causa priuat. ob rei deteriorationem. num. 18. cum seq.

18 Amplia, vt nec etiam emphyteuta, possit syluã emphyteuticam extirpare inuito domino, Bald. in l. prima, in vltima col. vbi Ias. col. 28. seu pen. C. de iure emphyt. Florian. in l. hactenus, §. cassius, ff. de vsufructu, An autem emphyteuta possit pratum emphyteuticum reducere ad culturam, vide Bologn. cons. 67. vbi tenet, quod sic.

19 Limitationes ad hanc regulam, videas per Corbul. in d. tit. de causa priuationis ob rei deteriorationem; vbi sex adducit declarationes.

20 In verbo, steterit per duos annos continuos] † de iure communi idem procedit in emphyteusi ecclesiastica, in qua, si per biennium emphyteuta differat soluere pensionem, cadit à iure suo, cap.

21 potuit de locato; si † verò sit emphyteusis priuati, requiritur, quod differat soluere per triennium, de iure communi, quod tamen est correctũ per hoc statutum, & reductum ad biennium, l. 2. C. iure emphyt. Auth. qui rem, C. de sacr. sanct. Eccles. latè Clar. in §. emphyteusis, quæst. 9. & 27. latius Corbul. de caus. priuation. ob non solut. canonem.

22 † Ampliatur adeò procedere, vt emphyteuta cadens à iure suo propter canonem non solutum, non possit petere melioramenta, Clarus in d. §. emphyteusis, quæst. 45. Curbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. emphit. 36. Surd. decis. 317. num. 16. alias enim potest melioramenta tollere, quæ fecit, Surd. decis. 300. num. 15.

23 † Ampliatur etiam si fuerint plures hæredes, nam vno ex eis non soluente suam Partem, omnes cadunt à iure suo, Dec. in d. Auth. qui rem, num. 18. Bart. in l. stipulationes, non diuiduntur, num. 22. ff. de verb. oblig. Clar. in §. emphyteusis, q. 8. nu. 13. quam ampliationem intelligas procedere,

24 † nisi de voluntate domini directi hæredes inter se diuiserint, Rip. in l. 4. §. cato, nu. 44. ff. de verb. oblig. latè disputat Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 8.

25 † Amplia adeo procedere, vt si emphyteuta soluendo defecerit in vno nũmo, cadat à toto iure suo, Bal. in rub. q. 10. C. de contr. empt. Oldrad. cons. 29. Ias. de communi, in l. 2. num. 54. C. de iure emphyt. cũ alijs de quibus per Hippol. Rimin. inst. tit. de donat. §. primo, num. 4 latè Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 5. Pappon. cons. 37.

26 † Amplia etiam, si emphyteusis pereat pro parte, nam adhuc emphyteuta tenetur ad solutionẽ canonis, Bart. in l. prima, C. de iure emphyt. glo. in §. adeo, inst. de locato, & conducto, Surd. decis. 198. num. 2. hinc est, quod si furnus fuerit pro

27 parte dirutus, † vel domus pro parte diruta, emphyteota non solum tenetur ad refectionem, sed etiam ad solutionem canonis, Ioseph. Ludouic.

in suis communibus concl. 12. imò domo in solùm combusta adhuc emphiteotam teneri ad solutionem canonis tradit ex multis Surd. decis. 198. nu. 11. nisi tamen vellet areã, & fundũ domino cedere vt ibi per eum num. 7.

28 † Amplia etiam si in contractu emphiteutico apposita sit pena propter solutionis cessationẽ canonis, nam tunc nihilominus tali appositione penæ non obstante, poterit expelli Ias. in d. l. 2. num. 135. post gl. ibi Clar. d. q. 8. num. 12. vbi restringit tamen, vt non possit emphiteuta vtrumq; facere sed eligere illud quod sibi magis placet. Corbul. d. tit. de caus. priuat. ob non solut. can. ampliat. 9. vbi latè versatur.

29 † Amplia adeo procedere, vt emphiteuta differens soluere Canonem, non solũ perdat rem emphiteuticam, sed etiam fructus ipsius rei, Ang. in §. si verò Auth. de non alien. Bal in l. si pater, C. de vsufruc. Ias. in d. l. 2. Felin. in c. de quarta col. 10,
30 de præscrip. intelligendo tamen † vt perdat fructus rei cum ipsa re, non à die qua cessauit à solutione canonis, sed à die declarationis factæ per dominum emphiteutam incidisse in commissum ita determinauit Rot. Bononiens. teste Petr. Benitend. dec. 37. per totam Corbul. d. tit. ampl. 26.

31 † Amplia conclusionem multo magis procedere, quando emphiteuta iurasset soluere canonem singulis annis, nam tunc incidit in commissum solum cessando per vnum annum. Alex. cons. 85. in 2. vol. quod est repetitum consil. 126. eod. vol. & cõs. 106. vol 8. Ias. in l. si quis maior in 3. col. C. de transac. & in l. quod te in 9. col. ff. si cert. pet. Rip. in c. ex parte nu. 20. de rescrip. Clar. in §. emphiteusis q. 8. nu. 2. vbi tamen inclinat in partem contrariam, & dicit, quod si casus occureret forte contra iudicaret, & vide ad hoc Carpan ad statuta Mediolani cap. 453. nu. 9. vbi hanc ampliationem notabiliter declarat quatuor modis, & inter alios
32 scilicet † vt procedat si iuramentum sit appositũ post permissionem terminorum, non in fine contractus, secundum Borgnin. dec. 43. nu. 20. Roll. à Val. cons. 69. nu. 31. in 4. vol. & nu. 43. Vegius cõs. 68. num. 38. cum seq. aliàs tres poteris videre ibi per eum.

33 † Ampliatur procedere etiam in conductore ad lõgum tempus, qui si steterit per biennium, quod non soluerit pensionem poterit expelli; tex. in l. quero, §. inter locatorem ff. locati Abb. in c. propter sterilitatem §. fin. num. 3. ac 10. de locato Caroc. de locat. & conduc. in tit. de recusstat. q. 14. per totam vbi latè circa hoc ampliando, & limitando, & præsertim num. 50. vbi limitat hoc non procedere in conductore ad modicum tempus, quo casu non expectatur biennium, sed statim expelli poterit, cùm tempus est elapsum, Abb. in d. c. propter sterilitatem Petr. de Vbaldis in tract. de duobus fratribus part. 8. nu. 34.

34 † Aliàs duas ampliationes videas infra in hoc statuto, & vide etiam plures per Afflic. dec. 153. vbi Vrsillus in addition. ad eum cum pluribus seq. Gramat. dec. 52. Ias. in l. 2. vbi DD. C. de iure emphit. & videas latè Corbul. in tit. de causa priuat. ob non solutum canonem vbi. 41. adducit ampliationes. & 41. limitationes, & dictum est supra.

35 † Limita primo, hanc conclusionem procedere domino volente, & declarante, aliàs secus, Ias. in l. non solum §. morte nu. 47. ff. de oper. nou. nunt. tex. in l. 2. in verb. volenti, & in verb. si voluerit vbi Bart. & Ias. C. eod. Clar. in d. §. emphiteusis q. 9. Alex. cons. 79. nu. 11. vbi appost. ad eum lib. 1. Corbulus in tract. de causis ex quibus emphit. iure suo priuatur in tit. de cã priuat. ob non solutum canonem nu. 5, cum duobus seqq. Surd. decis. 194. num. 7.

36 † Limitatur secundo, si dominus directus deberet tantundem emphiteutæ, Ias. in §. in bone fidei nu. 83. Inst. de actionibus, nam tunc fit com-
37 pensatio, † quæ licet regulariter non fiat nisi apponatur ab homine, tamen ad euitandam penam caducitatis, fit ipso iure, Barb. in c. 2. deposit. DD. in l. 2. C. de iur. emphit. Alex. cons. 74. nu. 4. lib. 5. tex. in l. si constat vbi Bart. & ibi appost. C. de compensat, Bart. in l. gerit nu. 28. versic. venio ad quintum ff. de acquir. hæred. Tiraq. in terminis de retrac. lignag. §. 3. gl. 3. nu. 4. quem refert, & sequitur Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de iure iur. concl. 7. num. 10. Roll. à Vall. cons. 87. nu. 26.
38 lib. 1. † quid autem si Canon in quantitate pecuniæ consistebat, & erat debitor emphiteutæ subalternatione quantitatis pecuniæ, vel speciei, ita vt esset in eius electione, an tunc possit vti compensatione ad euitandam pænam, & dic quod non Corbul. in d. tit. de caus. priuat. ob nõ solut. canon. limit. 5. num. 3.

39 † Limitatur tertiò, quando dominus post biennium vel trienium recepit pensionem, nam tunc videtur remittere, gl. in l. 2. C. de iure emphit. Bar. in l. meuius §. duorum nu. 21. ff. de leg. 2. Clar. in d. §. emphiteusis q. 10. nu. 1.

40 † An autem possit prelatus pensionem recipiendo caducitatem remittere, ac ecclesiæ, & successori præiudicare, & dic quod sic, Corbul. in d. tit. de caus. priuat ob non solut. canonem limitat. 21. nu. 5. versic. 3. conclusio Clar. in d. §. emphiteusis q. 10. nu. 3. Ias. in l. 2. nu. 130. C. eod. Alex. cõs. 105. num. 5. lib. 3. Dec. cons. 329. Polydor. Rip. in suo
41 tract. de actis in artic. mortis cap. 85 nu. 3. † vbi limitat in prælato constituto in articulo mortis;
42 † sed quid si dominus accipiat pensionem cum protestatione quod sibi reseruat ius caducitatis an sibi præiudicet, & tunc dic quod talis protestatio sibi prodest, quando recepit solùm pensionem tẽporis præteriti, scilicet elapsi ante incursam caducitatem, si autem recipiat pẽsionem etiam pro tempore futuro, idest decurso post causatam caducitatem, tunc talis protestatio in nihilo iuuat sed dicitur caducitas remissa ita Clar. in d. §. emphiteusis q. 10. nu. 10. quod est notandũ nam multi falluntur in hoc, & vide latè Corbul. in tit. de causa priuationis ob non solutum canonem limitat. 21.

43 † Limitatur quartò, quando hæredes emphiteutæ ignorabant rem etiam emphiteuticam, Bal. cons. 518. nu. 1. vol. 5. & cons. 290. vol. 2. Clar. in d. §. emphiteusis q. 8. nu. 9. dicas tamen hoc casu, hæredem ignorantem cadere à iure suo, propter tamen iustam ignorantiam restitui in integrum, gl. fin. in l. 2. C. de iure emphit. Bart. in l. cum filius §. in hac num. 4. ff. de verb. oblig. Alex. consil. 71. nu. 4. lib. 1.

44 † Limitatur quinto, quando emphiteuta ante sibi declaratam caducitatem purgauerit moram celeri satisfactione, nam non cadit à iure suo, intelligendo tamen solum de emphiteuta ecclesiæ, qui potest purgare moram, dato quod in Instrumento adesset iuramentum, vel clausula rato manente pacto, tex. in c. potuit de locato Ias. in l. 2. q. 29. C. de iure emphit. Afflic. decis. 174. num. 1.

Aluar.

Aluar Valas. in suo tract. iuris emphit. q. 5. num. 13. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 41. vbi multipliciter declarat, infra quantum tempus autem possit purgari dicta mora, statur arbitrio Iudicis Menoch. de arb. Iud. casu 7. num. 13. Corbul. d. limit. 41. num. 25.

45 Sed † emphiteuta priuati, moram purgare non potest ita Afflic. d. decis. 174. Ias. in d. l. 2. nu. 73. Alex. cons. 102. vol. 3. hanc veriorem, & communem testatur Rip. in l. si insulam, nu. 37. ff. de verb. oblig. Clar. in d. §. emphiteusis q. 8. num. 15.

46 Limitatur † sexto quando emphiteuta erat absens ex causa iusta, nam tunc per non solutionem

47 non incidit in commissum; † nec etiam tenetur relinquere procuratorem, nisi sit absens ex causa voluntaria, quo casu procurator ab eo relinqui debet. quo non soluente nullum tamen affertur praeiuditium emphiteutae, Ias. in l. 2. num. 65. q. 21. C. de iure emphit. Dec. cons. 138. num. 8. versic. postremo idem tenet Oddus de rest. in integr. q. 89. art. 9. per totum vbi ponit de restitutione quae datur aduersus canonem non solutum lapso tempore, quando autem quis dicatur abesse ex iusta causa tradit idem Oddus de rest. in integr. q. 6. art. 10 idem dicendum est si dicto tempore in carceribus detentus fuisset, aut pestis adfuisset in loco vbi canonem soluere debet, Ias. in l. 2. q. 21. num. 65. C. de iur. emph. Rip. auus mihi maternus de pest. tit. de priuileg. cont. caus. pest. num. 12. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. Canon. limit. 10. & 11.

48 Limitatur † Septimò, quando emphiteuta lite pendente cum domino non soluit, nam tunc non cadit à iure suo ita Surd. decis. 6. per totam vbi pulcrè, qui tamen videtur tenere contrarium, nisi penderet lis super eo an esset emphiteota, vel ne, & affirmatiuam, quod etiam pendente lite super bonis teneatur nihilominus emphiteota soluere, vel deponere tenet idem Surd. decis. 221. num. 18. Puth. decis. 416. part. 4. Rott. Rom. decis. 692. part. 1. in nouissimis, num. 3. Mar Anton. var. resol. lib. 1. resol. 61. num. 4. declarans id verum nisi emphiteota absq; eius culpa expulsus fuisset à possessione bonorum.

49 Limitatur † octauò, quando maritus durante matrimonio nõ soluit canonem rei emphiteuticae dotalis, nam tunc minimè praeiudicat vxori, ad effectum, vt incidat in commissum, Bal. cons. 476. lib. 4. Menoch. de arb. Iud. casu 38. num. 32.

50 Limitatur nonò, † quando alius etiam non habens authoritatẽ pro emphiteuta soluit, Roman. cons. 113. Dec. in aut. qui rem num. 11. C. de sacros. sanct. Eccles. Bart. in l. arboribus, ff. de vsuf. Alex. cons. 71. num. 8. lib. 1. vbi latè Appost. ad eum plures citans, & scias qđ hanc solutionem potest etiã facere creditor emphiteutae etiam eo inuito facit l. etiam. ff. qui potior in pign. habe. Cast. in l. tutor §. fin. ff. de pign. act. Rip. in l. 1. num. 12. ff. de pign. Corbul. de caus. priuat. ob non solu. canon. limit. 6. & 7. Contrarium, quod non cogatur dominus ab alio recipere cum eius intersit, vt ab emphiteuta recognoscatur tenet Ias. in l. 2. num. 70. C. de iur. emphiteot. Surd. post Tiraq. Caroc. & alios decis. 174. num. 32. & decis. 80. num. 10. Stephan. Gratian. lib. 1. disceptat. Foren. cap. 8. num. 8. vnde conciliando dicas; aut dominus contentatur recipere, & conseruatur ius emphiteuticum, aut nõ contentatur, & cogi non potest Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 7. num. 2. & seqq.

51 Limitatur decimò, † in emphiteuta, qui ob bellorum calamitatem nullos fructus percipere potuit, nam tunc non tenetur ad solutionem illius anni, quo nihil percepit, & excusatur à caducitate; intelligendo tamen quando nihil prorsus percepit, ita Clar. in d. §. emphiteusis q. 8. nu. 6. intel-

52 ligendo, vt ibi per eum, † quod sublimita nisi emphiteuta suscepisset in se casum belli, vt per Caroc. de locat. & conduct. in tit. de remiss. merced. q. 3. num. 5. vbi latè circa hoc versatur, & sublimitat etiam nonnullis alijs modis, vt ibi per eum, & vide latè Aluar. Valas. in suo tract. iuris. emphit. q. 27. num. 7. cum infinitis seqq. vbi firmat regulam cum ampliationibus, & limitationibus.

53 Extenditur haec † limitatio vt procedat etiam si per innundationem fundus pro quo soluitur emphiteusis nullos fructus fecit, nam tunc emphiteuta non tenetur ad pensionem pro illo anno l. cum vnus. §. fin. ff. de bon. auth. Iud. possid. l. interdum. §. quod si ex naufragio, vbi Bart. ff. de acquir. poss. idem in l. 2. in fine, C. de iure emphit. Alex. consil. 112. num. 1. vbi appost. ad eum lib. 1. Boss. in tit. de remiss. mercedis num. 104. & seq.

54 Quid autem si res emphiteutica non sit in totum innundata, sed pro maiori parte, & pensio que solui debet correspondeat fructibus, non autem sit modica in recognitionem dominij, & minus perceptum sit medietate fructuum solitorum percipi, an debeat fieri remissio ad ratam, vide Alex. d. consil. 112. nu. 2. vbi latè appost. ad eum lib. 1. Boss. in d. tit. de remis. merced. q. 3. nu. 7. cũ seq. Aluar. d. q. 27. num. 11. & vide D. Cost. de portione ratae q. 38. num. 7. tenentem teneri ad portionem ratae.

55 Limitatur in contractu censuali, in quo etiam si cessaretur per mille annos à solutione census, non propterea locus est priuationi, c. constitutus cũ gl. & Inn. de relig. domibus Mascar. de proba.

56 concl. 602. vbi etiam vult † in dubio censeri bona censualia non etiam emphiteutica per tradita per Ias. in l. 2. C. de iure emphit. Menoch. lib. 3. praesumpt. 106. num. 3. post Clar. ita hanc limitationem sequitur Bertrand. consil. 21. volum. 6.

57 plures limitationes tradit Corbul. supr. adductus Clar. in d. §. emphiteusis q. 8. DD. in aut. qui rem & praecipuè ibi Dec. Ias. in l. 2. C. eod. & infra poterunt colligi ex quaestionib. dicendis.

58 An autem emphiteota qui cecidit propter canonem non solutum dicatur pariter cecidisse, à iure, & pacto affrancandi, duae sunt contrariae opiniones, prima negatiua, altera affirmatiua.

Et prima facie videbatur dicendum quòd sic, primo quia iure minime cautum reperitur, quod ob nõ solutum canonem, cadat quis à commodo francandi, & vbi lex hoc non dicit, nec nos dice-

59 re debemus, † nec poenam imponere in casibus à iure non expressis etiam ex identitate rationis gl. in c. fin. vbi Abb. de iur. patro. nec poenae sunt ampliandae cõtra c. odia de reg. iur. in 6. l. si de interpretatione. ff. de poen.

Secundò, probari videtur haec opinio per tex.

60 in l. si domus. ff. de seruit. vrb. praed. vbi † si habeo duas seruitutes per domum vicini domui meae debitis vnam remittendo nõ dicor remisisse alterã, à simili itaq; cum in instrumento emphiteusis de quo agitur adsint duo pacta, vnum soluendi canonem sub poena caducitatis, alterum affrancandi, si vno priuetur emphiteuta non debet esse priuatus altero.

61 Tertiò confert, quòd ait Bald. in l. 2. in 8. q. C. de rescind. vend. † quod exclusus ab vno capite contractus non censetur exclusus ab altero.

Quartò facit, quia pœna vni contractui apposita, ad alium trahi non debet, l. iurisgentium. §. adeò, ff. de pact. hic autem videntur duo contractus, vnus scilicèt respectu caducitatis, alter respectu affrancationis, pœna igitur circa vnum apposita ad alterum trahi minime potest; minor probatur, quiá huiusmodi pactum affrancationis propriè loquendo, dicitur contractus de per se, iuxta glo. in l. prima, ff. de act. & oblig. & licèt possit dici pars cõtractus hoc procedit p fictionẽ, l. lecta, in verbo in causa videtur, ff. si cert. pet. †

62 proprietas autem non fictio attendi debet, maximè cum agatur de pœna vitanda. Bald. in l. cũ proponas, colum. fin. C. de hær. instit. & in cap. primo, in fin. de milit. Vassallo qui contumax est.

63 Quintò, contractus, † & instrumenta tot censentur, quot sunt capitula, & negotia principalia in eo enunciata. Dec. cõs. 421. nu. 3. & 4. quod maximè procedit cũ non tendat ad eundem effectũ, & quodlibet capitulum de per se considerari possit, sub rõne separata. Alb. cõs. 217. n. 3. & 225. n. 18

Sextò, pœna respiciens principalẽ contractũ ad pactum porrigi non debet, l. in testamento, ff. de cond. & demonst.

64 Septimò, quia † licèt principalis contractus tollatur, non tamen tollitur pactum incontinenti appositum. Dec. in l. in bonæ fidei num. 11. versic. vlt. nota, C. de pact.

65 Et ita † rationibus, & iuribus supra recensitis in terminis, tenuerunt Dec. in dict. l. in bonæ fidei nu. 11. Alc. de p̃sump. reg. 3. p̃sump. 45. n. 3. vbi hãc opinionẽ dicit æquiorẽ, idẽ Alci. in l. petẽs cir. fin. C. de pact. sub dubitatione tñ, possẽ, & alios adducere cõgestos à Corbul. in tract. ex quib. caus. emphit. priu. iur. suo tit. de caus. priuat. ob nõ solut. canon. limit. 38. nu. 3. & seq. sed quia nõ loquũtur in terminis nris cõsulto, & ex industria omitto.

Pro affirmatiua vero opinione infrascripta facere videntur.

66 † Primo, quia ex quo emphiteuta in dicto instro cõtractus nõ soluendi canonẽ cõtrauenit pacto iurato in eodẽ instro apposito, dicitur pariter priuatus omni iure, & cõmodo dicti cõtractus, & per cõsequẽs priuatus ẽt pacto affrãcãdi. l. si quis maior vbi late Doct. C. de trãsact. latiss. Mascard. de probat. cõclu. 1393. per totũ, & præsertim nu. 9. Ant. Gabr. in suis cõib. tit. de trãsact. concl. 1. vbi nu. 5. vult dictã l. si quis maior pcedere nedũ in trãsactione, sed ẽt in quolibet cõtractu iurato, prout ẽt tenuit Alex. cõs. 122. nu. 2. cũ seq. vol. 2. cum alijs de quibus per Caroc. in tract. de locat. & cond. sub tit. de euict. nu. 53 hinc dr̃ quod ad hoc, vt quis ex cõtractu vltro citroq; obligatorio agere possit requiritur, vt agẽs pbet ex sui parte adimpleuisse, l. quæro, §. inter locatorẽ, vbi Bart. ff. locat. de quo abũde agit Mascard. & Caroc. pxime citati, & in proprijs terminis notat Fel. cons. 25. nu. 21. Quod aũt emphiteuta dicatur cõtrauenisse pacto iurato id optimè deducit ex illa clausula in calce instri apposita, & ab oibus Notarijs apponi solita, vlz.

67 iurantes oia, & singula &c. † cuius clausulæ natura est, vt inferatur ad omnia, quę principaliter, seu incidẽter, vel accessoriè narrata sunt in instro Bart. in l. si cui. §. si à filio, ff. de leg. primo. Alex. cons. 17. nu. 2. lib. 3. Bertazzol. de clausul. instrum. clausul. 4. glo. 3. num. primo

Secundo facit, quia huiusmodi pactũ affrãcancandi dr̃ pars cõtractus inuestiturę, qñ in eodem instro est appositũ, l. fũdi partẽ, ff. de contr. empt. quo casu si emphiteota cadit à cõtractu, debet ẽt cadere à d. pacto affrãcandi, q̃ est pars contractus d. l. si quis maior, & ita in puncto arguit Ias. in l. 2. num. 5. C. de iur. emphit.

68 Tertiò, pro hac opinione facit, quod in simili dicimus † de emphyteuta, cui à dño in instro est factũ pactũ de renouãdo ea finita, nã si ob omissã canonis solutionẽ caderet ab emphiteusi, caderet pariter à pacto renouãdi, q a si duraret pactũ, pena priuationis, nũquã posset habere locũ, cõtra l. seruus, C. de pen. Corbul. de caus. priuat. ob nõ solut. can. ampl. 44. in casu itaq; nro si duraret pactum affrãcãdi pœna priuat. ob nõ solutũ canonem in eodem instrumento expressè apposita, nunquam haberet locũ, effectumq; perpetuũ heret, ergo.

69 Quartò, negari † nõ potest, quin cõtractus principalis emphiteusis ob canonẽ nõ solutũ extinctus õnino sit, iuxta l. 1. C. de iur. emphit. extincto autẽ principali cõtractu, extinctę pariter cẽsentur oẽs clausulę illi adherẽtes, & oia in d. cõtractu apposita, & per cõsequẽs ẽt d. pactũ affrancandi, l. fin. vbi Ang. in fi. ff. de cõst. pecun. Bal. in l. si absẽtis, n. 11. vers. vnde scias, C. si cert. pet. Fel. d. cõs. 25. nu. 23.

70 Quintò, cũ † huiusmodi pacta sint facta vnico contextu, in vno, codẽq; instro, codẽq; tẽpore, seq; inuicẽ cõpatiãt pręsumũt, & dicũt correspectiua. D. Menoc. de p̃sũpt. lib. 6. præsump. 12. nu. 4. vers. primus, cui addo Hier. Gabr. cõs. 168. q. 2. nu 11. lib. j. vbi vult oia pacta in eodem instro, & contractu apposita dici correspectiua, dato ẽt q̃ per pactũ videretur fieri trãsitus ad aliũ cõtractũ, quo casu vno deficiẽte cetera corruere necesse est. Bal. in l. petẽs, nu. 49. C. de pact. cũ ceteris, de quib. per Menoc. d. præs. 12. nu. 2. q̃ maximè dicẽdũ vidr, si respectũ habeamus ad quãtitatẽ canonis solui pmissam per ipsum emphiteutam, ad cõputũ slz. solid. quadragintaquinq; pro singula pertica, quę quãtitas canonis arguit correspectiuitatẽ, cũ non sit p̃sumẽdũ, q̃ d. emphiteota dedisset tantũ canõnẽ, nisi sibi pariter concessũ fuisset pactum affrancandi, ita in specie hanc rationem considerat Corbul. dictæ limit. 38. nu. 5.

71 Sextò, † hãc opinionẽ in pũcto tenuerũt Cepol. in tract. de simul contract. præsumpt. 2. ad finem, Appostil. ad Alex. cõs. 228. in verb. separatũ, lib. 6. Ias. in l. 2. nu. 5. C. de iur. emphiteot. Cagnol. in l. 2. nu. 168. q. 45. C de pact. inter empt. & vẽd. Tiraq. tenens simplr̃ cũ Cepol. de retract. conuention. ad finẽ tit. nu. 90. Alb. cons. 194. nu. 6. cum seq. licèt fateatur articulũ disputabilẽ, hanc pariter sequit Felin. d. cons. 25. nu. 21. cum seq. Corbul. artic. benè discusso, tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 38. num. 5. ubi testatur ita fuisse per Dominos de Rotta iudicatũ, quicquid sit, quãdo pactũ affrancandi esset in diuerso instr. & diuerso tempore concessum & ita disting. tenet Borgnin. decis. 16. sub nu. 26. part 2. & decis. 37. à nũ. 9. usq; ad nu. 13. part. 3. Cesar Manent. de contract. libellar. q. 4. nu. 3. Secus tamen est quando tale pactum francandi est appositum in contractu emphiteot. mediante rei emptione celebrata, puta emo rem, postea eam uenditori in emphiteusim concedo cũ d. pacto francandi, tunc etenim cadens ab inuestitora cadit, & à cõmodo francandi. Fran. dec. 267. nu. 7 latè Cesar Manent. de cõtrac. libel. q. 4. p tot. ubi improbat contrariũ tenẽtes, & eorũ arg. respondet

Tenendo hanc opinionem tamquam veriorem, & cōmuniorem contrarijs facile erit respondere.

Ad primū etenim, respondetur nullā fieri in casu nostro pœnarum extensionem, sed ratione contrauentionis cadere à cōmodo totius contractus d.l.si quis maior. C.de transac.

Præterea Respondetur in penalibus licitam pariter extensionem quando versamur in casu in quo si non fieret extensio, de facili eluderetur dispositio penali; Alex.in l. 1.nu.25.vbi Auus meus maternus Rip.num.58.ff.de verb oblig.at in casu nostro de facili eluderetur pactum ca lucitatis, si posset emphiteuta vigore dicti pacti affrancādi recuperare bona post incursam caducitatem, ergo.

Respōdetur, ad fin̄ de l. si dom⁹.ff.de seruit.vrbanor.præd. d.l. non procedere in correspectiuis cum pro vno habeantur, Crauet. cons.198.nu.13. & vno sublato alterum corruere necesse est, l.filio. §.matri & l.alimenta. §.scia.ff.de adim.legat.Bal. in l.petens, num.49. C. de pacti. cum alijs de quibus per Menoc.d.præsumpt.12.num.2.

Secundò, non procedit dispositio d.l.si domus, quando vnum necessario dependet ab altero, l. quæro.§. Lutius.ff. de testam.tutel.prout in casu nostro in quo ratione correspectiuitatis vnum pactum dependet ab altero.

Ad tertium, ita pariter respondetur, ad doctrinam Bald.in l.2. 8.q.C.de resc.vend.quod nō procedit in correspectiuis, in quibus exclusus ab vno censetur exclusus ab altero.

Præterea, dicitur non procedere quando quis esset exclusus ob expressam cōtrauentionem, nam tunc dicitur pariter exclusus ab omni commodo dicti contractus d.l.si quis maior. præter id quod Bald.loquitur ibi quando exclusus est ob errorem, secus si ob culpam, vt in casu nostro.

72 Ad quartum pariter† respondetur etiam in pęnalibus fieri extensionem ad accessoria indiuidua, & ea ad quæ si non fieret extēsio sequeretur, quod pena non haberet effectū suū, vt in casu nostro vtsupra dixi, & ita in puncto considerat Corbul. d. lim.38.vltra quod dici potest hic non agi de extensione, ex quo lex expresse disponit contrauenientē cadere à toto contractu.

Ad secundum respōdetur ex eodē Dec.d.cons. 431.nu.4. nō procedere quoties plura in cōtractu sunt capitula & apparet contrahentes non nisi cū dictis capitulis seu pactis voluisse contrahere, nam tūc reputatur solū vnus contr. vt in casu nostro; in quo verisimile est, quod emphiteota non dedisset secundum canonē, nisi simul interuenisset dictū pactū affrancandi, vt cōsiderat Corbul.d.lim.38.post Rott. hoc enim casu rōne correspectiuitatis vnus reputatur contractus, & ex hoc videtur etiam cessare dictum Albæ cons.213.nu.3.& 225.nu.18. cū vt dixi dicta pacta sint correspectiua, & vnum sine altero stare non possit.

Ad sextū de l.in testam.ff.de condit.& dem.respondetur, non ea ratione voluisse emphyteutam nō soluentē canonē pariter cadere à pacto frācādi in eodem instrumento appositi, quod pena nō solutionis trahatur ad pactū francādi, sed quia contrauenit pacto iurato, per qđ cōmodo totius cōtractus priuatur d.l.si quis maior, quæ procedit dato quod contrauentio sit in parte, secundum Mascar. d.concl.1393.nu.25.

Ad vltimū arg. respondetur procedere, quoties pactū incōtinēti appositū habet naturā separatā à cōtractu Alb.cons.45.colu.3.secus quando correspectiuū vt hic, Menoc.d.præsumpt.12.ad finem.

74 † Sed quero quid si emphiteuta dicit se soluisse canonem, dominus aūt directus negat, cui incumbat onus probandi, dicatis emphiteutā teneri, gl. in l. 2. super verbo repellere circa mediū vers. itē si quis probabit vbi Ias. de cōmuni nu. 134. C. de iure emphit. Gab.in suis cōmunibus in tit.de pro-

75 bat.concl.602.n.4.† scias tamē quod si emphiteuta probauerit se ꝑ trienniū proximū soluisse, præsumitur retro semper soluisse, quod procedit nedum in emphiteusi priuati, sed etiā ecclesiastica, Mascard.de ꝓbat. concl.1194.num.14. cū tribus seqq.& concl.1326.num.9. Corbul. d.tit.de caus.

76 priuat. ob non solut. canno.q.4. num.2. † & hoc procedit etiam in simplici censuario, & colono, & alio quolibet obligato ad annuam præstationē, ex identitate rōnis.tex.in l.quicūq; C. de apoc. pub. lib.11.Bero.cons.152.nu.3.vol.1. Curt.Iun.cōs.96 nu.5.latè Gab.in suis cōibus tit.de pręsumpt.concl.21.Crau.cōs.313.per tot Menoc.de ꝑsump.lib. 3.pręsump.139.

77 † Vnum tamen scias quod † emphiteuta poterit probare solutionem canonis, etiam per testes, de communi Corneus cons. 315.vol.4. Ias. in l.in emphiteuticarijs nu.134.C. de iure emphit.

78 † An autem emphiteuta in solutione canonis teneatur ire domū Domini directi si habitat in eodē foro dic quod sic, si vero dominus habitaret in diuerso foro, tūc nō tenetur ire domū dicti domini, sed ipse debet mittere ad accipiendū, Bart.in l.itē illa ff.de cōst.pecun. si aūt dominus non veniat vel mittat ad accipiēdū, tūc sufficeret ꝙ emphiteuta ꝓtestaretur ēt in domo ꝓpria, ꝙ solueret canonē, si esset qui reciperet, idē tenet Ias. in l. 2.nu.92.cū seq.C.de iure emphit. Aret. in §. præterea nu.35. Inst.de actio. Abb.in c.significāte nu.10.de pignoribus Roll.à Vall.cons.87.nu.14.cum seq.lib.1.

79 † Sed quid si non fuerit protestatus se esse paratū soluere, an incidat in penā.& dic quod nō, Alex. cons.92.nu. 9. & 12. lib. 1. & cons.172.nu.3.lib.2. Aret.cons.173.appost. ad Bart. in d.l.item illa sub nu.9. Rip.in tract.peste in tit.de priuileg.iudic.ex causa pestis nu. 26. idē ēt tenet pluribus Citatis Roll.à Vall.d.cons.87.nu.17.lib.1.Dec.cons.566. in fine Ias.in l.ad diem ff. de verb.oblig.Corbul.in d.tit.de causa priuat. ob nō solut.canon.limit.15.

80 nu. 5.† & quod emphiteuta non cadat, quando non erat cui solueretur, Alex.d.cons.92.num.9.&

81 12.Corbul. vbi supra limit.9.nu.1. cum seq.† sed quid si dominus allegat se habuisse procuratorē in loco, in quo erat facienda solutio, dic quod ipse

82 probare debet, Alex.d.cons.92.nu.12.† quid aūt si dominus tempore statuto nō fuit in loco, in quo debet fieri solutio, deinde postea veniat, an debitor absq; interpellatione constituatur in mora, dic quod nō, Bar.in d.l.item illa versic.quæro quid si postea Alex. d cons.92.nu.12

83 † Iuxta hoc quæro, si non sit persona cui soluatur, puta quia dominus sine hærede decessit, vel fortè iacet hæreditas, an tunc emphiteutā nō soluens per biennium, aut trienniū cadat à iure suo, specul.in tit.de locato §.nunc aliqua versic.19.cū duobus seqq. tenet quod sic, & cum eo tenet ibi Io. And. Alber. in d.l.2. qui dicit tutius esse quod pecunia deponatur.

84 † Contrariam opinionem tenet ipse Alberic. in leg.4. §. cæterum, ff. de damno infecto. Bald. in dicta l. 2. in finalibus verbis Alexan. dicto consil. 92.in 4. colum. in princ. volum.1. Ias.in dicta l.2. num.16.

num. 16. cum seq. q. 20. & credo veriorem.

15 † Sed dubium est numquid emphiteuta possit inuito domino, p pluribus annis soluere, puta, p decem annis, dic non, speculat. & Io. And. in d. §. nūc aliqua versic. 42. & 43 Bart. in l. eum qui ff. de annuis legat. Bal. Alex. in d. l. 2. vbi Iaf. q. 22. plures authoritates allegans, & cōem dicit Clar. in d. §. emphiteusis q. 12. vers. sed pone, ratio esse potest, quia solutio tot annorum posset afferre domino incommodum, quantum ad probationem recognitionis dominij, quia licet per solutionem annuam decem annorum præsumatur debitum, l. si certis annis cum similibus, C. de pactis, tamen non esset idem, si fieret vnica solutio pro decem annis, secundum Bart. in d. l. eum qui Dec. in l. cum tempus. num. 8. ff. de reg. iur. Aret. in l. qui Romæ in princ. ff. de verb. oblig. vbi de communi idem Iaf. in d. l. 2. num. 66. cum seq.

86 Sed numquid † emphiteuta, qui non soluit canonem per 40. Annos dicatur perscripsisse, adeo vt sit tutus, & distingue aut quærimus numquid emphiteuta per omissam solutionem per tempus quadraginta annorum, dicatur præscripsisse directum dominium, cum ipse solum vtile dominium habeat, directum autem remaneat penes dominū, l. 1. §. fin. ff. si ager vectig. vel emphit. petatur Iaf. in §. omnium num. 60. Inst. de action. & dic quod

87 non, † non enim potest præscribere rem emphiteuticam, & sic directum dominium, etiam spatio mille annorum, l. cum notissimi §. nullaq. danda vbi Bart. & Bal. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum Iaf. in d. l. 2. in 63. col. versic. 3. quæro, C. eod. Aluar. in suo tract. iuris emphit. q. 18. nu. 30. appost.

88 ad Clar. in §. emphiteusis q. 7. † Aut verò quærimus numquid præscripserit liberationem à pensione soluenda, & dic quod sic, Bart. in d. l. comperit, C. de præscrip. Iaf. in l. 2. nu. 156. C. de iure emphit. intellige tamen modo interueniat bona fides, quæ non solum requiritur de iure canonico c. fin. vbi DD. de præscrip. sed etiam de iure Ciuili ad euitandum Pecatum Bart. in l. omnes populi in 3. q. princ. nu. 22. ff. de iust. & iure Abb. in c. peruenit nu. 3. vbi appost. ad eum de empt. & vend. de hac magis communi pluribus citatis Pereg. de priuil. fisci lib. 6. tit. 8. num 11. & seq. Bero. consil. 114. nu. 11. & seq. lib. 1. Thesaur. decis. 179. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. can. limit. 31. Fachin. controu. lib. 8. cap. 99.

In verbo ipso iure, & facto ipse proprietatis]

89 intellige tamen domino volente, & ita declarante, secundum veriorem sententiam, ita Rol. consil. 81. num. 6. & seq. lib. 3. Iaf. in l. 2. num. 10. C. de iu-

90 re emphit. Dec. consil. 206. † Sed dubium est numquid per huiusmodi cessationem solutionis possit dominus alium inuestire, non monito, nec citato primo emphiteuta, dicas, quod sic Roman. consil. 212. num. 1. cum seq. sequitur Alex. consil. 130. nu. 2. lib. 1. & cons. 6. nu. 20. cum seq. lib. 3. Soc. consil. 4. super quæstione nu. 25. lib. 3. cum alijs de qui-

91 bus per Appost. ad Roman. vbi supra, & scias † quod interueniente declaratione domini, quod emphiteuta etiam de iure communi propter canonem non solutum cadit ipso iure, adeo vt nulla requiratur sententia iudicis declaratoria, est magis communis DD. opinio, quidquid in puncto iuris in contrarium dici possit, teste Iulio Clar. in §. emphiteusis q. 9. Corbul. in d. tit. de causa priuat. ob nō solut. Canon. ampl. 45. licet Rom. dicto consil. 212. nu. 7. auctor. specul. in tit. de locato §. nunc aliqua versic. 47. tenuerit cōtrarium, & malè, nempè requiri declaratoriam, contra quem est magis communis opinio, teste Mandosio ibi in appost. illis ad eum, & in casu huius nostri statuti tollitur omnis dubitatio, cum expressè statutum nostrum velit emphiteutam cadere ipso iure, quare versamur in fortioribus terminis quā de iure communi, cum ibi in l. fin. C. de iur. emphit. vtatur lex verbo præsentis temporis scilicet cadat, per quod verbum præsentis temporis volunt DD. si citati, induci canonem latæ sententiæ, ei sic ipso iure, vt latè docet Tiraq. in repet. l. si vnquam in verb. reuertatur nu. 151. cum pluribus seqq. C. de reuoc. donat. ac nu. 21.

In verb. cum omni melioramento ibi facto]

92 † idem de iure communi quando emphiteuta cadit à iure suo propter culpam, vel propter canonē non solutum vel, vel quod sit male versatus in re emphiteutica secus si caderet propter finitam generationem, nam tunc ei vel hæredibus deberentur melioramenta, teste Claro in d. §. emphiteusis q. 45. Rol. à Val. cons. 49. nu. 16. lib. 2. Corbul. de caus. priuat. ob rei deteriorat. nu. 13. & 14.

In verb. & nihilominus teneatur emphiteuta ad solutionem ipsius ficti retracti] idem de iure

93 communi † quo iure pariter emphiteuta tenetur ad solutionem ficti præteriti tēporis, Dec. in Aut. qui rem nu. 13. C. de sacr. sant. eccles. Clar. in d. §. emphiteusis q. 10. num. 3. vbi vult hoc procedere

94 † quando dominus directi expellendo emphiteutam ob canonem non solutum, reseruauit sibi ius petendi pensionem præteritam, secus autem si nō sibi reseruauit, nec potest tutus esse, tunc enim non potest amplius petere loquendo semper de emphiteusi priuata, nam in emphiteusi ecclesiæ est constitutum, quod ecclesia possit vtrumquè consequi per text. in Auth. qui rem, C. de sacr. sant. eccles.

In verb. sua propria autoritate] idē pariter de

95 iure communi, quo casu † dominus post declaratam caducitatem pōt propria autoritate ingredi possessionem rei emphiteutæ, secundum gl. in l. 2. in verb. expellere cuius sententiam communē esse dicit Dec. cons. 146. nu. 7. Alex. cons. 117. num. 2. vol. 4. Sigismond. cons. feud. 37. nu. 3. & Corneus cons. 271. vol. 3. quamuis contrarium, & malè, tenuerint aliqui DD. nempè in expellendo requiri auctoritatem iudicis, quorum sententiam ait cōmunem Alb. in d. l. 2. vbi Iaf. opinio tamen gl. est magis cōis, & ab ea non est tutū recedere; & retinendo opinionem magis communē, quæ est quod expulsio possit fieri propria auctoritate, tū de iure

96 cōi, tum ex forma huius statuti, † quid si dominus directi vadat ad iudicem & petat licentiam ingrediendi, citata parte, & data quali quali petitione, an tunc poterit postea recedere à Iudicio, & ingredi propria auctoritate, dic quod non, nisi sibi reseruasset Ius ingrediendi propria authoritate, tunc enim potest illa authoritate vti; expedit tamen quod requirat ab officiali sibi concedi præceptum associandi, & nuncium qui associet ipsum dominum volentem, & protestantem velle vti propria authoritate in expellendo ipsum emphiteutam, & qui nuntius prohibeat ne scandalla oriantur, hoc enim casu ad obtinendum tale præceptum seu licentiam minimè requiritur citatio emphiteutæ, Iaf. in d. l. 2. nu. 113. & num. 35. & ita seruatur in praxi, & vide quæ latius & clarius supra dicta sunt ad statutum 56.

Quòd emens aliquam rem cum onere alicuius ficti soluendi soluat fictum. Rubr. 71.

ITem statuimus, quod si contingat aliquem vendere, vel alienare seu quouis titulo in aliquem transferre aliquid, cum onere soluendi aliquod fictum alicui, quòd ille acquirens illud cum dicto onere teneatur, & cogi possit per illum cui fictum debetur per continentiam dictæ emptionis, & venditionis ad solutionem cuiuscunq; ficti, cum memoratione ei deberi fictum in instrumento prædicto. Et quod notarius teneatur ipsi domino dare instrumentum venditionis licet non sit factum ad sui postulationem habita competenti solutione.

Summarium ad Statutum 71. in Ciuilibus.

1 *EMens rem emphiteuticã, vel censui obnexiã quando pro præteritis teneatur.*
2 *Venditor non certiorans emptorẽ de ficto ad quid teneatur, & num 3.*
4 *Venditor dicens rem non esse alteri obligatam, & mentiens dicitur falsum committere.*
5 *Quid si dissimulauerit.*
6 *Vendens rem aliquam non potest pretendere sibi seruitutem deberi.*
7 *Vendens fundum habentem accessum per fundum meum, an intelligatur venditus accessus.*
8 *Iri an possit ad fundum meum per agrum vicini, quando via est destructa.*
9 *Venditor sciens de proximo publicandũ decretũ, qđ frumẽtũ tali pratio vẽdatur, si vẽdat maiori pratio ante decretum factum, ad quid teneatur.*
10 *Venditor an præsumatur scire vitium rei.*
11 *Vendens triticum cum lolio mixto an puniatur.*
12 *Quid in aromatario vendente ceram mixtam cũ fabis tritis.*
13 *Vendentes annonã corruptã qualiter puniantur.*
14 *Vẽdẽs rẽ vitiosã, ad quid in foro cõsciẽtiæ teneat.*
15 *Notarius tenetur copiam instrumenti dare, cuicunq; interest & nu. 17.*
16 *Publicum nemini denegandum.*
18 *Not. an possit cogere partes ad extrahẽdũ instrum.*
19 *Notarius negãs tradere instru. ad quid teneatur.*
20 *Notario edenti instrumentum debetur salarium.*
21 *Fallit quando petens copiam esset pauper.*
22 *Quantum solui debeat pro mercede instrumenti.*



1 † D hoc statutum vide infra statutum 77. & est iuridicum, quod bona transeãt cum onere suo, & ideo emẽs quis rem emphiteosi obnoxiam obligans pro solutione canonis omnia bona sua, tenetur ad census etiam præteriti solutionem Ancharan. cons. 386. col. 1. Crauet. consil. 317. nu. 5. Afflic decis. 95. Surd. decis. 32. nu. 4. & seq. Quod secus si non adesset hypotheca bonorũ, nã licet bona empta onere solutionis sint affecta, nõ tamen datur hypotheca, & actio personalis contra rei possessorem licet res vendicari possit à manibus possessoris, Menoc. conf. 444. num. 20. & seqq. Surd. allegata decis. 32. col. 1. nisi tamen emens illam acceptasset cum illo onere; Alba dicta decis. 95. nu. 6. Surd. vbi supra nu. 10. & seq.
2 † si autem venditor non certiorauerit emptorem de onere soluendi fictum, emptori ignoranti, tenetur ad omne interesse, l. 1. §. 1. l. Iulian⁹ post princ.
3 & l. quæro ff. de act. empt. † quod verum est quando pariter venditor fuit sciens huiusmodi ficti, ad quem erat obligata res vendita, si vero fuit ignorans tenetur quanti minoris emptor fuisset empturus, si sciuisset onus ficti l. quoties, ff. de edil. edic. l. Iulianus in princ. & l. labeo, ff. de contr. empt. l. 1. §. causa, ff. de edil. edic. latè Berta. de claus.
4 inst. cla. 24. gl. 1. num. 1. † & scias quod si venditor dicat rem non esse alij obligatam, cum sit, committit falsum, Fœlin. in c. cum Ioannes col. 10. de fide instr. Bar. in l. qui duobus nu. 1. ff. ad. l. Corn. de fals. Farinac. declarans de falsit. & simul. q. 150
5 nu. 227. & seqq. † si verò dissimulauerit punitur pena arbitraria, & crimine stellionatus, Plot. in repet. l. si quando nu. 667. & seq. C. vnde vi Menoch. de arb. Iud. casu 382. & seq. & de præsump. lib. 5. præsump. 3. nu. 73. Farinac. de falsit. & simulat. q.
6 150. nu. 220. † scias etiam quod venditor alicuius rei non potest prætẽdere sibi competere aliquod ius seruitutis in re vendita, nisi sit dictũ, Bal. conf. 367. venerabilis in Christo pater, num. 2. lib. 3. an
7 etiam e † contra vẽdit. fundo cum annexis ad quẽ non datur accessus nisi per fundum meum, intelligatur etiam venditus accessus, & constituta seruitus, & die quid non Alex. consil. 194. in fine lib. 2.
8 vbi appost. ibidem ponit, quid † si fundus esset propè viam publicam, & via esset extincta, vel destructa, quod Ire possit in per agrum vicini adminus damnum, allegat Bald. & Salycet. in l. per agrum, C. de seruit. & aqua.
9 Quid † autem de eo qui scit faciendum esse decretũ de proximo, quod frumentũ vendetur pro prætio librarum decem pro singulo modio, & ante factum decretum vendat magnam quantitatẽ furmenti pro maiori prætio, reticendo de huiusmodi decreto, an teneatur ad interesse versus emptorem, dic quod sic, Castr. in l. contra ff. de legibus Bertazol. d. claus. 24. gl. 1. nu. 3.
10 † Dubium aũt numquid venditor præsumatur scire vitium rei quam vendidit, & ex cõi DD. sniã nõ præsumi scientiã, & ita sm̃ hãc vidisse iudicari testatur Bertaz. d. gl. 1. nu. 2. vbi plures ad hoc allegat reprobato Corneo tenente contrariũ in cons. 81. in 2. col. in 3. volu. Corneum sequitur Neniz. conf. 37. Surd. decis. 288. nu. 51. & 52.
11 † An aũt vendens triticũ cũ lolio mixto puniatur, & dic quod non; ex quo mixtura patet, secus
12 si nõ pateret, † prout in aromatario vẽdente cerã mixtã cũ fabis tritis, ita auus maternus Rip. in l. mutuum damus in princ. num. 41. ff. si cert. pet.
13 † Qua etiam pœna puniatur vendens annonã corruptam; vel aromatarij vendentes corrupta aromata, & qui in summitate cauaneæ bonos fructus colocant, & in medio putridos, & corruptos dic puniri pena arbitraria, Menoch. de arbit. Iud.
14 casu 382. † Qualiter autem teneatur in foro conscientiæ vendens rem vitiosam, & an teneatur reuelare vitium rei; vide Tolet. de instruct. sacerdot. capit. 49. tit. de fraude ratione rei venditæ, imò si vitium sciuisset, & pactus fuisset nolle teneri de aliquo vitio tenetur Curt. Iun. in l. ea que comendandi nu. 5. ff. de contr. empt. Surd. cons. 35. num.

16. &

16.& decis. 288. num. 56. & seq. debet re emptori certiorare de tali vitio nisi. patens esset, vt ibi per Surd & decis. 265. nu. 49. & seqq.

In verb. ipso domino dare instrumentum venditionis] idem de iure communi, † quo iure Notarius tenetur dare copiam instrumenti, & scripturæ cuicunq; interest, l. si quis ex argentarijs, de edendo. Bald. in l. scripturas C. qui potior. in pignor. hab. quod maximè procedit cum instrumentum sit publica scriptura, & cum † quod est publicum nemini denegari debeat, vt habetur per specul. in tit. de instr. edir. §. breuiter & vide Pract. Papiens. distinguentem in forma petendi copiam instrumentorum in gl. cum anno num. 3. vbi † vult, quod notarius non teneturedere instrumentum tertiò, etiam quod eius intersit vbi eum non rogauit, & restringit hoc tribus modis, idem sequitur Ias. in l. prætor ait in princ. num. 9. ff. de edendo, vbi pariter firmat hanc regulam cum tribus limitationibus; eamdem regulam firmat Felin. in c. 1. nu. 14. versic. fallit 7. vbi limitat nouem modis de probat.

18 † Sed quæro numquid in casibus, in quibus notarius potest cogi ad edendum instrumentū partibus, vel interesse prætendentibus, an pariter valeat cogere partes ad illud extrahendum, & redimendum, & dic quod non, & ita obseruatur, & scias quod hodiè Papiæ, Notarij dant instrumēta omnibus petentibus, etiā quod eorū non intersit.

19 † Quid autem si notarius negauerit se velle tradere Instrumentū, dic quod de iure punitur pena dupla mercedis eius, nisi per eum probetur impedimentum Afflic. in constit. reg. rubr. 73. de ferijs nu. 26 lib 1. & adhoc compelli potest officio Iudicis Pract. Pap. vbi supra in d. gl. cum anno num. 4. ex. in l. argentarius in 2. resp. ff. de edend. Ias. in d. l. in princ. versic. vltimo præmitto C. de edendo Alciat. cons. 311. nu. 3.

In verb. habita competenti solutione] Idem 20 de iure communi quo iure † Notario edenti instrumentum debetur merces Dec. in c. 1. num. 46. 21 de probat. vbi hoc procedere vult, † nisi petens huiusmodi copiam esset pauper; idē tenet Osasc. dec. 57 nu. 7. & quod notarius cōficiens instrumentum de aliquo actu, vel contractu pauperis, non debeat de iure aliquid percipere nomine salarij, tenet Ias. in §. tripli num. 56. Inst. de actio. quæ au-22 tem dicatur competens solutio, recurendum, est ad ordines venerādi Collegij Notariorum editos super mercede instrumentorum.

A quo tempore citra nullā sit cursa præscriptio. Rubr. 72.

ITem statuimus, & ordinauimus, quòd ab anno cursō, Millesimo trecentesimo quinquagesimosexto vsq; ad annum cursum Millesimo trecentesimo sexagesimo, exclusiue nulla sit vel esse intelligatur cursa præscriptio realis vel personalis. ¶ Et quod de cetero non interrumpatur nec interrupta sit aliqua præscriptio propter inundationes aquarum. ¶ Nec propter innundationes prædictas perdita vel interrupta possessio esse intelligatur.

Summarium ad Statutum 72. in Ciuilibus.

1 *Ratio huius statuti.*
2 *Præscriptio tempore belli non currit.*
3 *Præscriptio in 29. casibus non currit remissiuè.*
4 *Præscriptio non currit tempore hostilitatis humanæ, & pestis.*
5 *Præscriptio in quibus casibus interrumpatur remissiuè.*
6 *Interruptio naturalis an fiat per fluminis inundationem.*
7 *Annua præstatio num præscribatur.*
8 *Ius coloniæ, præscribitur.*
9 *Debitor an debitum possit præscribere,*
10 *Ius aquas ducendi quando præscribatur.*
11 *Liberatio ab administrat. tutelæ nō præscribitur.*

1 † HOc statutum nolens dicto tempore currere præscriptionem, ea ratione est confectum, quia tunc temporis 2 tota Italia bello ardebat, † & tempore belli, nec etiam de iure communi currit præscriptio, Bart. in l. naturaliter nu. 22. 3 ff. de vsucap. † & nota viginti nouem casus in quibus præscriptio non currit, de quibus per Pract. Pap. in forma responsionis rei, in gl. præscriptionis nu. 25. vbi latè appost. ad eum, Balb. in tract. de præscrip. 6. parte princip. prima particula Petr. Gilchen. in auth. quas actiones cap. 1. & seq. C. de 4 sac. sanct. eccles. aliàs † non currit præscriptio tēpore hostilitatis humanæ c. ex transmissa de præscript. l. ab hostibus C. quibus nō obijci long. tēp. præsc. & etiam tempore hostilitatis diuinæ, scilicet pestis, vt pluribus citatis firmat auus mihi mi-nus Rip. in tract. de peste in tit. de priuileg. cōtrac. causa pestis nu. 151. versic. 6. pestis excusat.

In verb. & quod de cætero non interumpatur] 5 In quibus casibus interumpatur præscriptio vide Practich. Papiens. in d. gl. præscriptionis nu. 27. cū seq. latè Balbus de præscrip in 2. parte 6. partis vers. 4. principaliter. Nepos. à monte Alb. in tract. de excep. cap. 25. nu. 9. cum seq. Io. Baptista Bonerius de præscript. gl. 21. & inter alios de iure, inter-6 ruptio † naturalis fit per fluminis inundationem, vt plerūq; accidit in possessionibus iuxta flumen Padil. per vniuersas §. idem labeo l. possideri §. labeo ff. de acquir. poss. hoc tamen reperitur correctum per hoc nostrum statutum, prout etiā adnotauit Pract. Pap. in d. gl. præscriptionis nu. 27.

7 † Annua præstatio an præscribi possit, communis est affirmatiua, Signorol. de Homod cons. 31. Stefan. Gratian. decis. 3. Boer. decis. 336. Peregr. consil. 81. lib. 2. Viu. decision. 465. num. 7. Aldo-8 uin. consil. 82. nu. 15. sicut etiam † præscribitur ius coloniæ, Magon. Rott. Florentin. decision. 2. 9 Peregr. decis. 52. item † & debitum præscribitur à debitore concurrentibus ijs de quibus per Caroc. decis. 44. nu. 11. & seq. Surd. cons. 296. num. 5. 10 & num. 27. & seq. † ius autem vtendi, & ducendi aquas iure naturali defluentes nō præscribitur nisi factum homin. accedat, Crau. de antiq. tēp. in vlt. part. quartæ part. principalis nu. 39. Calcan. cons. 32. nu. 5. Roll. cons. 53. nu. 26. vol. 2. Borell. consil. 41. num. 20. & seq. D. Berret. cons. 44. num. 7. Sicut 11 nec † præscribitur liberatio ab administratione tutelæ, Surd. pleno cons. 296.

De denunciationibus, & requisitionibus fiendis per emphiteotam domino quando vendere vult. Rubr. 73.

ITem statuimus, quod de cetero emphyteota qui voluerit vendere, in dotem estimatam dare, donare permutare, vel, alienare rem emphyteoticatam, seu melioramentum rei emphyteoticatæ, teneatur denunciare, & notificare domino personam seu personas, cui vel quibus vendere, donare, vel in dotem dare, vel alienare velit, & prætium siue quantitatem pro quo vel qua vendere velit, vel aliter alienare. ¶ Et dictus emphyteota, & persona cui vendere velit, vel aliter alienare teneantur, & compelli possint summariè, de plano sine strepitu, & figura iudicij, per quemcunque iusdicentem Ciuitatis Papiæ, declarare per eorum, & vtriusque ipsorum Sacramentum ipsi domino prætium verum seu valimentum, seu quantitatem, pro quo, seu qua dictæ res venduntur vel alienantur. Et si dominus ipsam rem pro ipso prætio seu quantitate emere velit, teneatur dominus declarare voluntatem suam, quomodo emere uel habere uelit infra 15. dies proximos. Et tunc ipse emphyteota teneatur prædictam rem tradere, & uendere domino prædicto pro prætio suprascripto, seu ualimento, & tanto minori, quanto teneretur secundum formam pactorum inuestituræ, & eidem domino uenditionem & traditionem facere ipsius rei, & de euictione, & restitutione prætij damnorum interesse, & expensarum in casu euictionis, & cuiuscunqi imbrigamenti de iure ipsius rei pro se, & suo facto tantum promittere, & se, & sua bona & deinde alteri obligare, & cartam de prædictis fieri rogare secundum morem talis contractus. ¶ Et quòd facta dicta denunciatione per dictum emphyteotam domino liceat minime dicto emphyteotæ penitere. Sed teneatur ipsi domino uendere, & uenditionem facere utsupra dictum est. Et econuerso nec dominum possit penitere, postquam dixerit se habere uelle dictam rem suprascripto prætio. ¶ Transactis uero dictis quindecim diebus, si dominus non declarauerit se habere uelle dictam rem, sicut emphiteota, tunc ipse emphiteota possit uendere & alienare ei pro quo denuncia facta est domino libere & impune, cum onere tamen ficti præstandi, & inuestituræ.

Summarium ad Statutum 73. in Ciuilibus.

1 *VIdendi circa hoc statutum.*
2 *Emphiteota volens donare vel legare tenetur notificare domino, & quare.*
3 *Licentia alienandi, non extenditur ad remissionem laudemij.*
4 *Clausula summariè quid importet.*
5 *Emphiteota non denuntians verum prætium cadit in commissum.*
6 *Quid si denuntiauerit domino velle vendere pro iusto prætio.*
7 *Dominus facta denuntiatione an teneatur nouum emphiteotam inuestire.*

1 CIRCA materiam huius Statuti latè supra est tractatum in Statuto 68. vbi adest simile Statutum, & ibi latè est versatum circa denunciationes fiendas per emphiteutas vendere volentes, & vide tex. in l. 2. & 3. C. de Iure emphit. & ibi Ias. num. 10. idem Ias. in l. fin. nu. 13. cum seq. & num. 22. C. eod. Neguz. de pignorib. fol. 9. nu.
2 8. Borgnin. dec. 44. nu. 69. & seq. † Idem dicendũ si emphiteuta voluerit donare, vel legare, quia domino notificandum est, non, vt præferatur dominus in ipsa donatione, vel legato, sed vt dominus cogatur nouum emphiteutam accipere, & corporalem possessionem, ei tradere, ita Salic. in l. fin. col. 1. versic. quæro cum gl. C. de iure emphit. Clar. in §. emphiteusis q. 23. versic. sed quæro Bertrand. cons. 143. nu. 1. lib. 4. Ias. in d. l. fin. num. 48.
3 Soc. cons. 70. nu. 12. † & prædicta intellige si nouus emphiteuta obtulerit laudemium, quia talis licentia alienandi non extenditur ad remissionem laudemij, Salic. in d. l. fin. col. 1. Soc. Iun. consil. 70. num. 14. cum seq. & ratio est quia talis licentia est stricti iuris, & contra naturam emphiteusis vt per dictas auctoritates.
4 In verb. summariè] intellige hanc clausulam secundum clem. sepæ extra de verb. signif. ita dispo nẽte statuto Papiensi, in ciuili inf. nu. 137. vbi dixi
5 In verbo prætium verum] nota, quod emphiteuta non denuncians domino verum prætium, sed maius, perindè habetur, ac si non denunciauerit, & cadit à iure suo, Corbul. de causa priuat. ob alienationem irrequisito domino factam Ampl. 20. & vide Ampl. 21. vbi † vult non sufficere
6 si emphiteuta obtulerit domino venditurum emphiteusim pro iusto prætio sed debet offerre, ei vendere pro prætio quod inuenit ab alijs, vt ibi per eum.

In verb.

7 In verbo, ad statutum in fine] dic, † quod postquam facta fuerit talis venditio, tenebitur dominus directi infra duos menses per se, & non per procuratorem, de necessitate nouum emphyteutam inuestire, & corporalem possessionem eidem tradere, si tamen dominus causam contradicendi non habeat, l. fin. vbi Ias. num. 52. C. de iur. emphyt.

De oblatione, & consignatione fictorum fienda dominis. Rubr. 74.

Item statuimus, quòd si emphyteuta per publicum instrumentum denunciauerit, & cum effectu paratum se obtulerit domino personaliter, vel ad domum habitationis ipsius domini, se velle soluere fictum, seu debitum canonem, & oblationem eidem domino, vel ad domum fecerit, tunc de ipso ficto, seu debito canone, quod ipsa oblatio, & consignatio nullo deposito fiendo sufficiat emphyteutæ ad hoc, vt à re emphyteuticata non cadat, sed domino non aperiatur propter cessationem in solutione debiti ficti, seu canonis. Et si sic facta denunciatione, & oblatione prædicta, si dominus ab emphyteuta requisiuerit fictum prædictum, & dictus emphyteuta post requisitionem prædictam per ipsum dominum factam per instrumentum publicum, vel per seruitorem Communis Papiæ, ex parte alicuius Iusdicentis, ad petitionem domini per decem dies cessauerit in solutione dicti ficti, dicta oblatio, & consignatio per eum ipsi domino facta, vel ad eius domum, nil ei prosit, sed pro infecta habeatur.

Summarium ad Statutum 74. in Ciuilibus.

1 *Emphyteuta, & debitor, an teneatur canonem, vel debitum ad domum creditoris portare.*
2 *Oblatio verbalis an sufficiat ad excusandum a mora.*
3 *Quid, si creditor dicat se nolle acceptare.*
4 *Oblatio verbalis an sufficiat in obligato reddere rationem.*
5 *Oblatio verbalis an excuset a solutione vsurarum*
6 *Verbalis oblatio, quando sufficiat remissiue.*
7 *Emphyteuta sola oblatione euitat caducitatis pœnam.*
8 *Fallit ad consequendam liberationem, & nu. 11.*
9 *Oblatio emphyteutæ fieri debet congruo loco, & tempore, ac realiter.*
10 *Oblatio verbalis in emphyteuta sufficit, quando dominus recusat recipere.*
11 *Oblatio sola, quando liberationem inducat.*

1 Dubitatur an emphyteuta, vel debitor, teneatur mittere, vel portare solutionem ad domum domini, & venditoris, an verò in contrarium dominus, & creditor, teneantur mittere ad domum emphyteutæ, & debitoris ad accipiendam; de iure communi, vide Alb. de Rosate in l. 2. num. 22. C. de iur. emphyt. vbi vult, quod dominus mittat ad domum debitoris, sed hanc quæstionem latius examinat, Pet. Duen. reg. 161. vbi ponit regulam cum 19. limitationibus, & vide Bart. in l. item illa, nu. 9. & 13. vbi Castr. num. 13. ff. de const. pecun. Alex. cons. 92. num. 9. lib. primo, & cons. 172. num. 2. lib. 2. Dec. cons. 566. num. 5. Roll. cons. 87. num. 16. in princ. latè Ant. Gab. in suis communibus, in tit. de solut. concl. 9. num. 18. cum seq. & vide quæ supra dicta sunt ad statutum 70. Ias. in l. 2. q. 37. C. de iur. emphyt. Bursat. consil. 194. num. 9. Bertazzol. latè de clausul. instrum. claus. 41. gl. 4. num. 8. & seq. Rimin. iun. cons. 171. & 546. Borgnin. decis. 21. num. 56. & 43. num. 41. part. prima.

2 In verbo, denunciauerit, & cum effectu se paratum] de iure communi † an sufficiat oblatio verbalis ad excusandum debitorem à mora; dic quod non, sed requiritur realis, l. qui decem, §. idem responsum, ff. de solut. Alex. cons. 7. nu. 9. 3 lib. 2. † sed quid si creditor dicat se nolle acceptare, & tunc dic, quod verbalis oblatio perinde operatur, ac si esset realis, Bal. in l. prima, colum. prima, in fine, C. ne liceat tertio prouocare de magis communi, vt per Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de solut. concl. 8. vbi hoc limitat 4 tribus modis, † an autem sufficiat oblatio verbalis, in obligato reddere rationem suæ administrationis, vide Alex. cons. 102. num. 5. lib. primo, 5 vbi tenet quod non, & quando † debitor vult se ab vsuris liberare, quòd habeat necesse offerre sortem, & deponere in loco idoneo, si non habet cui soluat, est tex. in l. acceptam, C. de vsuris, & vide ad hoc latè Menoch. de arb. iud. casu 233. vbi ponit nouem requisita, quæ obseruanda veniunt hoc in casu, & quādo oblatio verbalis sufficiat, & quid præstet. videas D. Costam de remed. subsid. remed. 121. vbi latè post Caroc. in tract. de oblat. & de depos. volens re integra oblationē sufficere modo sit realis, & integra.

7 In verbo, nullo deposito fiendo] † de iure pariter communi sufficit sola oblatio, non autem requiritur depositio, & consignatio, ad hoc, vt emphyteouta euitet pœnam caducitatis, & sic ex-8 pelli non possit; † ad hoc autem, vt sequatur plenariam liberationem vtrumq; requiritur, scilicet oblatio, depositio, & consignatio, & ita se habet communis opinio, teste Ias. in d. l. 2. nu. 182. licèt ipse inclinet in contrariam sententiam, & pariter communem, sequitur Corbul. in tit. de causa priuat. ob non solutum canonem, limit. 37. num. 11. Iulius Clar. in d. §. emphyteusis, q. 8. nu. 10. vbi 9 intelligit duobus concurrentibus, scilicet, † quod oblatio fiat loco, & tempore congruo, secundò. quod fiat realiter, non autem tantum sufficit verbalis

balis, maximè, quando dominus offeret se para-
20 tum recipere, scilicet, † si dominus recusaret recipere fortè sufficeret verbalis, Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 37. D. Cost. collega meus de remed. subsid. remed. 121. nu. 4. Surd. consil. 331. num. 39.

21 Oblatio autem, vt liberationem inducat præter requisita, de quibus supra debet fieri in iuditio, Surd. decis. 262. num. 3. & consil. 331. num. 41.

Quantum præstetur pro inuestitura. Rubr. 75.

ITem statuimus, quòd si in instrumento inuestituræ conuentum fuerit inter contrahentes, quantum præstetur pro inuestitura illud seruetur. Et si non apparet quantum conuentum fuerit, tunc soluatur de inuestitura de qualibet libra pretij, seu valimenti rei denarios duodecim Papien. Quam inuestituram ille, in quem res peruenerit soluere teneatur, & cogi possit per quemcunq; Iusdicentem Ciuitatis Papiæ, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij. ¶ Saluo, quòd prædicta non habeant locum in rebus peruentis in aliquem ex testamento, siue ex successione vsq; ad quartum gradum inclusiuè, & in rebus datis in dotem inæstimatis. Teneatur tamen emphyteuta denunciare domino, quomodo talem rem quam habet, & tenet ad fictum, tradidit, vel tradere vult tali in dotem inæstimatam. Et si secus fecerit, cadat emphyteuta à iure suo.

Summarium ad Statutum 75. in Ciuilibus.

1 VIdenda ad hoc Statutum.
2 Pactum inuestitura seruandum.
3 Laudemium debetur etiam, si ex pacto, possit emphyteuta rem vendere, cui voluerit.
4 Solidus Papiensis quot denarijs constet.
5 Laudemium quid, & an ad ratã pretij debeatur.
6 Laudemium soluendũ per acquirentem.
7 Laudemium an debeatur vsusfructuario, an proprietario.
8 Et an emptori cum pacto luendi.
9 Emphyteusis an legari possit absq; domini consensu, & an debeatur laudemium.
10 Legatarius venit appellatione successorum.
11 Laudemium an per hæredem soluendum, & nu. 18
12 Laudemium soluendum per non comprehensum in inuestitura.
14 Cõprehensus in inuestitura, quãdo quis dicatur.
15 Laudemium an per diuisionem debeatur vsq; ad num. 24.
16 Laudemium non debetur ob alienationem necessariam,
21 Ius accrescendi habet locum in emphyteusi accepta pro se, filijs, & descendentibus.
24 Ius accrescendi, quando locum habeat in emphyteusi.
26 Laudemium an debeatur ex causa dotis.
27 Plures casus, in quibus laudemium debetur, remissiuè.
28 Emphyteuta tradens rem emphyteoticam in dotem domino irrequisito, an cadat à iure suo.

1 AD hoc statutum, vide statutum supra 67. & quę ibi latè adnotata sunt.

2 In verbo, illud seruatur] idem de iure communi, † in quo primo loco seruatur, quod est conuentum, inter dominum, & emphyteutam, l. 2. & fi. C. de iur. emphyt. scias tamen, † quod li-
3 cet in contractu emphyteutico sit conuentum, quod emphyteuta possit vendere cuicunq; voluerit, quod tamen illud pactum non pręiudicat laudemio, ita post Salic. & Soc. iun. firmat Clar. in d. §. emphyteusis quæst. 23. num. 3. vbi adducit rationem, scilicet, quia solutio laudemij fit ratione nouæ inuestituræ, Amed. à Pont. in suis q. laudemial. quæst. 14. Surd. decis. 200. num. 4. & 5. Thesaur. decis. 196.

4 In verbo, denarios duodecim Papienses] † nota, quod denarij duodecim Papienses faciunt vnũ solidum Papiensem, & sic vult, statutum solui solidum Papiensem pro singula libra, & in hoc cor-
5 rigit ius commune, † quo iure soluitur quinquagesima pars precij, & sic duo pro quolibet centenario dño directi, ratione nouæ inuestituræ, l. fin, vbi DD. C. eod. Clar. in d. §. emphyteusis, quæst. 23. num. primo, D. Costa de portione rat. q. 112. nu. 3. vbi vult, quod cessante pacto, consuetudine, vel statuto, vt hic, laudemium est quinquagesima pars per d. l. fin. & aduerte secundum eum ibidem num. 3. quod laudemium debetur ad ratam prætij, & non valoris rei, etiam si maior sit prætio, Alex. cons. 5. col. prima, lib. 5. Crauet. cõs. 389. Beccius cons. 2. num. 2. & 3. Marius Antoninus variarum resol. cap. vlt. lib. 2. casu 30.

In verbo, quam inuestituram, ille in quem res peruenerit soluere teneatur] idem de iure com-
6 muni, † quo laudemium soluere tenetur acquirens, non autem emphyteuta alienans. glo. in l. fin. in verbo accipere, vbi Ias. num. 41. C. de iure emphyt. Clar. d. quæst. 23. §. emphyteusis, nu. 4. Redoan. de rebus Ecclesiæ non alien. quæst. 66. num. 23. D. Costa de portion. ratę, quæst. 112. nu. primo.

7 An autem † laudemium debeatur vsufructuario, an domino proprietatis, dic vsufructuario, Ias. in l. fin. tit. 45. C. de iur. emphit. Io. Fab. in §. proprias autem, num. 10. inst. de hæred. insti. Clarus in §. emphyteusis, q. 23. num. 5. Redoan. de reb. eccles. non alienand. quæst. 66. num. 14. cum seq. Soc. iun. cons. 70. num. 31. lib. 3. Amed. à Pont. in suis quæst. laudemial. quest. 20. Molin. de iur. primogen. lib. primo, cap. 22. num. 12. & seq.

8 seq. † idem dicentes in emptore, cum pacto redimendi, nisi tamen res emphyteutica in commissū cecidisset, cuius proprietas applicatur proprietario, vt per Amad. d. quest. 20. num. 5.
9 In verbo, ex testamento, siue ex successione] per hoc dicas, quod † emphyteusis, potest legari sine consensu domini, nec inuestituram nouam tenetur petere à domino, nec illis laudemium soluere, † si emphyteusis sit accepta pro se, & suc-
10 cessoribus, quia legatarius venit appellatione successorum, & de comprehensis in inuestitura dicitur, Salic. in l. fin. C. de iure emphit. num. 11. col. 3. Ias. in l. quędam, §. nihil, ff. de edendo, cum allegatis, per Berret. cōs. 137. Amed. à Pont. in quæst. laudemial. quæst. 31. vbi Addit. Item dicitur, quod hæres est eadem persona cum defuncto, & in eum continuatur possessio, vigore constitutionum Mediolani, in tit. de continuanda possess. defuncti, quæ habet etiam locum in emphyteuta, ita Tiraq. tract. de possess. defunct. contin. in hæredem, declar. 6. num. 3. cum seq. part. 4. Bursat. d. cons. 137.
11 † Sed hic quæro, nunquid laudemium per hæredem soluendum sit; respondetur, aut loquimur
12 in hærede extraneo, & debetur † tamquam non sit comprehensus in prima inuestitura, glo. in l. fin. vbi Ias. num. 50. C. de iur. emphit. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. irrequisit. domino fact. ampl. 27. num. 4.
13 † Aut verò loquimur de hærede ab intestato, vel ex testamento, comprehenso in inuestitura, & tunc non tenetur D. Cost. de portion. ratæ,
14 quæst. 112. num. 14. & seq. & num. 18. declarat, † quis dicatur de comprehensis in inuestitura Idem D. Cost. in tract. de retrotract. cas. 11. cap. 8. nu. primo.
15 Sed an debeatur laudemium, quando bona emphyteotica diuiduntur, controuersus est articulus; distinguo, aut diuidentes sunt fratres, & nullum debetur laudemium, Ias. in l. fin. num. 47.
16 C. de iur. emphit. † dicitur. n. alienatio necessaria, pro qua non soluitur laudemium, Clar. in §. emphyteosis, quæst. 14. Gabr. cons. 84. num. 6. lib. primo, alios refert, Mar. Antonin. var. resolut. lib. primo. resol. 32. num. 2. volens ex Surd. Cor-
17 bul. & alijs hoc procedere, † etiam si inter dominum, & emphyteutam sit conuentum, quod lau-
18 demium soluatur quandocunq; res alienetur, † & inter fratres diuidentes nulla est dubitatio.
19 † Secundus est casus, quando in diuisione res
20 emphyteotica vni solum attribuitur, & † tunc alij tenent deberi laudemium, Pract. Papien. in for. libel. pro hæred. vel rei singul. diuis. in glo. domū vnam, num. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. primo, glo. 14. num. 77. Soc. iun. cons. 70. num. 13. lib. 3. Marius Anton. alijs adductis, var. resolut. lib.
21 primo, resol. 32. num. 3. † contrarium sententiā, nullum scilicet deberi laudemium, Capel. Tholos. decis. 75. & de consuetudine seruari testatur, Pract. Pap. in form. libel. quo agitur ad fict. præstat in glo. alienauit, num. 3. Molin. de contract. disput. 460. Gab. decis. 242. distinguendum puto, Aut loquimur de emphiteusi, in qua habet locum ius accrescendi, puta, quando est accepta
22 pro se, filijs, & hæredibus, † quo casu locum habet ius accrescendi, Alex. in l. si domus, §. fin. nu.
23 7. ff. de leg. primo. & tunc etiam si res emphiteutica vni solum sit in diuisione assignata, nullum debetur laudemium, Alex. in d. §. fin. Rip. auus meus maternus in l. qui Romę, §. duo fratres, num. 8. ff. de verb. oblig. Gabr. consil. 84. nu. 6. lib. primo, Mar. Anton. dicta resol. 32. num. 4. †
24 Aut non habet locum ius accrescendi, & tunc debetur laudemium, Gab. Rip. & alij citati per dictum Mar. Antonin. dicta resolut. 32. num. 3. vbi in fine limitat non procedere, quando res emphiteotica, ideo tota vni assignaretur, quia commodam diuisionem non pateretur ex Surd. decis.
25 305. num. 31. cum seqq. † Quando autem in emphiteusi habeat locum ius accrescendi, videndus Bart. in l. si mihi, & titio in principio, vbi Ias. nu. 10. ff. de verb. oblig Rip. auus meus in l. re coniuncti, nu. 228. ff. de leg. 3. Clar. in §. emphiteusis quæst. 39. Grass. de success. §. ius accrescendi, quest. 25. Corbul. de caus. priuat. ob lineam finit. num. 96. vsq; ad num. 102. & num. 106. & 119. cum seq.
26 In verbo, & in rebus datis in dotem in ęstimatis] vide supra latè statuto 67. † & quod non debeatur laudemium ex causa dotis, vidè latè Crau.
27 cons. 215. vol. 2. † & plures casus, in quibus non debet solui laudemium, enumerat, Appost. ad Redoan. dicta q. 66. & plura de laudemio, vide per D. Cost. de portione ratę, quæst. 112. per totam. & in tract. de retrotract. cap. 8. casu 11. & vide plura ad statut. 68. num. 70. cum seqq. plurib.
28 † In verbò cadat emphiteuta à iure suo] vide † Ias. in l. 3. colum. 3. vers. primo ergo in ordine, & vers. successiuè iuxtà predicta quero, & vers. sequitur postea, & colum. 2. vers. quero. C. de iure emphyt.

Qualiter nouus dominus possit constringere emphyteotam ad recipiendum inuestituram. Rubr. 76.

ITem statuimus, quod si dominus, cui debetur fictum, iura sui ficti vendiderit, vel aliquo alio titulo alienauerit, vel in alium quoquo modo transtulerit alicui personæ, vel vniuersitati, quòd emphyteota ad requisitionem emptoris, siue illius, in quem ipsa iura ficti peruenerint, teneatur, & debeat recipere inuestituram, & cogi, & compelli possit, & debeat per quemcunq; Iusdicentem omnibus, & singulis iuris remedijs, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij ad ipsam inuestituram recipiendum absq; onere solutionis alicuius inuestituræ, de proprietate ficti prædicti ab ipso tempore, seu ab ipso, in quem peruenerint iura dicti ficti ad dandum, & soluendum fictum tantum, quantum venditori,

seu

seu alienatori d. ficti solui debebat. Addendo, & in sũma ponendo, & dictæ quantitati ficti adijciendo melioramentũ monetæ, si quòd competit, & secundũ determinationem statutorum Communis Papiæ, cum pactis, & modis in antiqua inuestitura descriptis. Teneatur tamen in ipso instrumento inuestituræ nouæ fiendæ promittere, & se, & bona sua obligare dicto emphiteotæ de conseruando ipsum emphyteotam, & eius bona indemnem, & indemnia de dicto ficto à principali domino, qui vendiderit, vel alienauerit, seu à se remouerit iura ficti prædicti. Et teneatur dominus suis expensis facere, dare emphyteotæ instrumentum inuestituræ prædictæ. Et locum habeat præsens statutum in præteritis pendentibus, & futuris.

Summarium ad Statutum 76. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Statuta laycorum de emphyteusi, an comprehendant emphyteusim Ecclesiasticam.*
3 *Dominus an possit vendere ius absq; consensu emphyteutæ.*
4 *Dominus an possit alienare feudũ inuitis vassallis.*
5 *An autem possit feudum pignorare.*
5 *Moneta si decrescat cuius sit damnum remissiuè.*
6 *Promissio de conseruando indemnem, quid operetur.*
7 *Promittens conseruare indemnem ab extraneo, an teneatur à se ipso.*
8 *In generali sermone non intelligitur comprahensa persona loquentis.*
9 *Promissio indemnitatis non præstat occasionem temerè litigandi, nec comprahendit quæ eueniunt culpa sui.*
10 *Promissio de conseruando indemnem obligatur versus cessionarium.*
11 *Promissor indemnitatis, tenetur de casu fortuito.*
12 *Et siue de facto, siue de iure molestia inferatur.*
13 *Promittens releuare indemnem cum iuramento soluendo interesse non liberatur.*

1 Irca † statutum hoc, vide plura adnotata supra ad statutum 67. quod reperitur hic duplicatum, & vide etiam supra statutum 60. Salic. & alios DD. in l. fin. C. de iure emphit.
2 & dic, quod statuta † laycorum, dum loquuntur de emphyteusi, habent etiam locum in emphyteusi Ecclesiastica, ita Dec. in l. ex conuentione. C. de pactis.
3 † Sed quæro, an dominus directus possit vendere ius suum, sine consensu emphyteutæ, & dic. quod sic. Ias. in l. fin. num. 17. C. de iur. emphyt. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. irrequisit. dño fac. limit. 11. † Sed nunquid possit dominus feu-
4 dum vendere, aut alienare inuitis vassallis, communis opinio est negatiua, vt per Clar. in §. fæudum, quæst. 28. intelligẽdo, vt ibi per eũ, volens etiam dominum alienantem feudum contra iuris
5 dispositionem illo priuari; † potest tamen feudum pignorare vassallis inuitis, Rip. auus meus maternus in l. obligatione, num. 40. ff. de pignor. Clar. d. quæst. 28. nu. 4.
5 In verbo adijciendo melioramentum monetę, si quod competit] † ad cuius periculum spectet monetæ valor si decrescat, vide latè Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de solut. & lib. conclus. prima, cum 6. conclus. sequetibus, & vide Thesaurum pedem. decis. 174. & dictum est supra ad statutum 60.
6 In verbo, de conseruando] † promissio autem de conseruãdo indemnem operatur, vt promissor teneatur iuditium suscipere, & defendere, & lata sententia condemnatoria, tenetur soluere sortẽ. & vsuras, cum damnis, & interesse, Bertazzol. de clausul. instrum. 21. glo. 29. num. 2. Socin. iun. cons. 27. num. 16. vol. 2. & 141. num. 5. lib. 3. Honded. cons. 40. num. 21. lib. 2. Barz. decis. Bonon. 34. Menoch. cons. 611. num. 3. & seq.
7 Promittens autem indemnem seruare, non solum tenetur seruare indemnem ab extraneo, sed etiam à se ipso, l. frater à fratre, vbi Alex. num. 7. Ias. num. 15. ff. de condict. indeb. & ibi declarat
8 regulam, quod in † generali sermone non comprahenditur persona loquentis, de qua latè per Gabr. in suis communibus, tit. de verb. signif.
9 concl. 9. scias tamen, quod promissor indemnitatis non tenetur ei, cuius culpa damnum contingit Paris. cons. 104. num. 11. & seq. lib. 3. Soc. sen. cons. 70. vol. 3. Cagn. in l. quod quis ex cul-
10 pa, num. 5. ff. de reg. iur. † teneturq; promissor indemnitatis versus cessionarium, Soc. sen. cons. 288. lib. 2. Paris. cons. 709. num. [illegible]. vol. primo,
11 † tenetur pariter de casu fortuito, Salicet. in l.
12 prima, in 4. not. C. admod. † & siue de iure, siue de facto molestia inferatur, Ozasch. decis. 4. nu. 8. Surd. cons. 150. nu. 9. & si talis promissio sit iurata operatur, vt promittens soluendo interesse non liberetur, Grat. cons. 7. nu. 24. lib. 2. Borg. decis. 11. num. 10. part. 2. Ruginel. pract. quæst. cap. 31. num. 3.

De pœna vendentis, vel alienantis rem sine commemoratione fictus, & pensionis, & quòd emptor teneatur, vt venditor tenebatur. Rubr. 77.

ITem statuimus, quòd tenens nunc, vel in futurum rem ad fictum, vel ad pensionem, non possit ipsam vendere, donare, vel alienare, sine commemoratione affictus, vel pensionis.

Et

Et si contrafecerit, non valeat, nec teneat ipso iure, quòd contrafactum fuerit. Et nihilominus teneatur possessor ad præstationem ficti, & pensionis domino rei, & cogi possit realiter, & personaliter, & cum effectu in omnibus, & per omnia, vt poterat ab illo, qui vendiderit, donauerit, vel alienauerit, nullo obstante. ¶ Et nihilominus contrahentes, cadant à iure suo, si domino placuerit.

Summarium ad Statutum 77. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Res alienata, si reperitur alteri obligata, quid agendum.*
3 *Vendens rem sine commemoratione ficti, tenetur pœna falsi.*
4 *Amplia, vt etiam contra venditorem possit iurari in litem.*
5 *Vendens quicquid possidet intra tales confines, tenetur de dolo, si partem tantum possideret, & emptorem non certiorasset.*
6 *Vendens rem alteri obligatam, vti liberam, an teneatur actione de dolo.*
7 *Quid, si dixit rem liberam, & quatenus contrarium appareat, promittit liberare, an excusetur à pœna falsi, & quid à pœna nullitatis.*
8 *Emptor non potest cogi pratium soluere imminente euictionis periculo.*
9 *Venditori qualiter consulatur aduersus emptorẽ procurantem mouere litem, ad effectum differendi solutionem pratij.*
10 *Vendens rem sine commemoratione ficti, potest puniri, vti stelio.*
11 *Stelionatus crimine quis puniatur.*
13 *Stelionatus crimen, quando committatur.*
14 *Venditor in casu huius statuti, an possit carcerari, stante dispositione Nouarum Constitutionũ Mediolan. de prohib. & concess. excuset.*

1 AD hoc statutum, adde aliud statutũ in criminalibus, nu. 35. & vide supra statut. 68. 70. & 71. vbi plura, circa materiam huius statuti dicta
2 sunt. † & adde, quod si res vendita, aut donata, vel alienata, sine commemoratione fictus, vel pensionis reperitur alij obligata, vel quod ei insit æs alienum manifestum, vel notoriũ, tenetur venditor illam liberare, antequam cogatur emptor, vel successor singularis, vel soluere pratium, vel promissa per eum adimplere, ita Ang. Aret. in §. nouissimè, num. 3. inst. de suspec. tut. cũ adductis per Farinac. de falsit. & simulat. quæst. 150. num. 220. & seq. part. prima, q. 19.
3 num. 36. & seq. † quinimò ipse uenditor dicitur mendax, & tenetur pœna falsi, tex. est iuxta glo. & ibi Bart. in l. si debitore, ff. de falsis, poteritq; ne dum contractus annullari, & pro nullo haberi
4 ipso iure, virtute huius statuti, † sed etiam poterit contra venditorem iurari in litem pro damnis, & interesse emptoris, l. in actionibus, ff. de in litem iur.
5 Amplia, † vt etiam vendens quidquid possidet intra confines expressos, si sciebat partem aliquã non possidere, & ignorantem emptorem non certiorauit, tenetur versus eum de dolo, Bertaz. de clausulis instrum. clausula 26. gl. 6. nu. 6. vbi limitat, nisi venditor vendidisset conditionaliter,
6 scilicet si possideo, vel quatenus possideo, † Limita tamen à iure communi, quando venditor non exprimit illam esse liberam, sed dissimulat alteri esse obligatam, & reperitur alteri obligata, tenetur pœna arbitraria ex crimine stellionatus, & poterit iurari, nisi dixisset illam non esse alteri
7 obligatam, † & si contrarium appareat promittit illam liberare, quia hoc modo euitat pænam falsi, ità Plot. in repet. l. si quando, num. 667. cum seq. C. vnde vi, non tamen euitat pœnam nullitatis contractus virtute, & ex dispositione huius statuti.
8 Sed iuxta hoc quæri potest, an emptor possit cogi ad solutionẽ prætij, si immineat periculum euictionis rei emptæ, & dic, quod non, l. ex his prędijs, l. si post perfectam, C. de euict. Menoch.
9 de arbit. iud. casu 224. quo in loco adducit, † quatuor cautelas, ad eludendum emptorem, qui in fraudem ad hoc ne cogatur tempore conuento soluere pretium curat sibi ab aliquo amico moueri litem super re empta, ad hoc, vt valeat obijcere emptori imminere periculũ euictionis, & ad hoc vide etiam Plot. Aret. & Portium in §. nouissimè, inst. de suspect. tutoribus, de quo videas etiam latè Bertazzol. de clausul. instrum. claus.
10 42. glo. 11. per totum, † vbi vult, quod emptor, qui nundũ prætiũ venditori soluit, si sibi moueatur lis super re empta, potest cogere venditorem, vt sibi prestet fideiussorem de euictione, & legitima defensione rei venditę.

In verbo, nec teneat ipso iure] hęc pœna annollationis contractus, & amissionis rei ad com-
11 modum domini directi, dicitur solum inducta, † poterit tamen uenditor etiam tanquam stellio puniri erga Fiscum, vt in terminis huius nostri statuti, tradit Menoch. de arb. iud. casu 381. nu. 8.
12 sciendum est † autem crimine stellionatus puniri eum, qui dissimulata obligatione per caliditatẽ, rem alij distraxerit, vel permutauerit; aut in solutum dederit, l. 3. §. primo, ff. de crim. stellionatus, & uide plures casus enumeratos per Menoc. d. casu 381. in quibus quis potest plecti pœna stellionatus, cum nonnullis declarationibus, & latè, † quando committatur hoc crimen stellionatus, uideas Bossium in suo tract. crimin. tit. de crimine stellion. Decian. in suo tract. crim. tit. de crim. stellionat.

In uerbo, & cogi possit realiter, & personaliter] Aduerte ad dispositiónem Nouar. Const. Mediol. in tit. de prohibitis, & concessis execut. ex quibus
15 disponitur, † quod nemo personaliter detineri possit, nisi ex ipsis Constitutionibus caueatur; Scias tamen posse personalem capturam concedi, ex dispositione contentorum in hoc statuto, & hoc etiam stante dispositione ipsarum Nouarum Constit. primò, quia ipsę Nouę Constitutiones, dum prohibent personalem executionem dicunt, nisi ex pręsentibus Constitutionibus, & etiam

subauus

subsunt, vel iure municipali Ciuitatum, vel lo corum caueatur, cum igitur ex hoc iure municipali caueatur, non obstant Nouæ Const. Secundò, quia ipsæ Nouæ Const. pariter volunt, quod coloni, partiarij, fictabiles, emphyteutæ, & qui societatis nomine animalia tenent, ac pensionantes, & molendinarij pro debitis ad creditoris petitionem carceri mancipari possint, & cum clarè loquantur, & exceptuant hunc casum à regula negatiua conueniunt, cum dispositione huius statuti, & propterea non obstant.

Qualiter, & quomodo retinens massarios, seu bubulcos alterius domini dare debentes possit conueniri. Rubr. 78.

ITem statuimus, quòd si aliquis massarius, vel bubulcus laborans cum bestijs possessiones alicuius domini, & qui habitauerit super dicto laborerio alicuius domini, qui ipsi domino sit obligatus, vel aliquid dare teneatur seu debeat per publicum instrumentum, vel alio modo, recesserit ab ipso domino de massaritio, seu de laborerio ipsius domini quocunq; modo, & non soluto debito, quod dicto domino dare tenebatur, & venerit ad standum cum aliquo domino, seu super massaritio, seu super laborerio alicuius alterius domini, quòd massaritium sit super districtu Papiæ. Quod tunc ad petitionem, & instantiam dicti primi domini creditoris, quicunq; iusdicens Ciuitatis Papiæ, facta ei fide de debito, quod dictus primus dominus habere debet per publicum instrumentum, vel alio modo: possit teneatur, & debeat cogere, & compellere quibuscunq; iuris remedijs, quibus ei visum fuerit prædictum massarium, vel bubulcum ad redeundum standum, & habitandum super laborerio, seu massaritio dicti primi domini, à quo recesserit, si ipsi primo domino placuerit, si dictum debitum non soluerit dicto primo domino, cum illis modis, & pactis, quibus ante dictum eius recessum stabat, quousq; ipsi domino solutum fuerit de dicto debito. Et etiam ipse Iusdicens possit, teneatur, & debeat ad petitionem dicti primi domini creditoris vt supra, præcipere, & præcipi facere per seruitorem in scriptis prædicto domino, seu alij, qui ipsum talem massarium, vel bubulcum receperit, acceptauerit, vel terras aliquas, seu possessiones ad massaritium concesserit, quòd talem maßarium, vel bubulcũ non retineat, sed ipsum à se, & de suo laborerio, seu massaritio licentiet, & expellat infra mensem vnum tunc proxime futurum, vel quod tunc dicto primo domino soluat debitum, quod dictus primus dominus habere debet, specificando in ipso præcepto quantitatem debiti, quam dictus primus dominus habere debet. Et si facto dicto tali præcepto dictus dominus, seu qui ipsum retinuit, vel vt supra retinuerit secum, seu super suo massaritio, seu laborerio dictum massaritium, seu bubulcum, & eum non expulerit, seu non licentiauerit secundum præceptum iusdicentis, quòd tunc ipso iure & facto dictus dominus seu qui ipsum retinuit, vel prout supra dictum massarium, seu bubulcum retinuerit, sit & esse intelligatur debitor dicti primi domini creditoris, & habere debentis à dicto massario, vel bubulco in tanta quantitate, & vsq; ad tantam quantitatem quam probauerit, & fidẽ legitimã fecerit dictus talis dñus, & creditor habere debere à dicto tali massario seu bubulco. Et contra ipsum secundum dominum ad petitionem dicti primi domini creditoris fiat exequutio realiter & personaliter sicuti si esset condemnatus, vel pro condemnato habitus, & pro plena possessione data de suis bonis, & secundum formam iuris, & statutorum communis Papiæ summariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij processus fiat, & fieri debeat contra talem personam executio fiat, sicut, & quemadmodum proceditur, & procedi potest contra debitorem in quacunque causa summaria secundum formam statutorum Communis Papiæ. Et contra ipsam talem personam fiat, & fieri possit executio realis & personalis vt supra dictum est. Et quod dicta talis persona, quæ dictum massarium, vel bubulcum receptauerit, & retinuerit soluendo, & solutione facta dicto tali domino, & creditori de omni, & toto eo, quod dictus talis maßarius, vel bubulcus dare tenebatur, & debebat dicto suo domino, & creditori, possit & valeat constringere

gere

gere dictum talem dominum, & creditorem ad cessionem, & datum iuris faciendum de omnibus suis talibus iuribus, & actionibus, quas, & quæ habet, & habebat, & habere videbatur contra dictum talem massarium, vel bubulcum, sicut, & quemadmodum natura talis contractus desiderat, & requirit. Et quod dictus talis dominus teneatur, & debeat omnibus iuris remedijs summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & omni solemnitate statutorum, & ordinum Communis Papiæ, omissa, & non seruata. Et sine aliqua datione consilij sapientis, etiam si dixerit se grauatum, & grauari, teneatur, & debeat solutione facta sibi de omni, & toto eo, quod dictus massarius eius, vel bubulcus eidem dare tenebatur, & debebat cessionem iurium, & datum iuris facere dictæ tali personæ soluenti pro tali massario, vel bubulco, & cæteras promissiones, obligationes, confessiones, & renunciationes facere in dicta cessione iurium, & dato iuris contra dictum talē massarium, vel bubulcum, & contra res, & bona ipsius massarij, vel bubulci. Et contra tenentes, & possidentes de ipsius massarij, vel bubulci bonis, & rebus, prout, & sicuti, & quemadmodum natura talis contractus desiderat, & requirit secundum formam iuris, & in forma communi. Et prædicta omnia faciant, & exequantur, & executioni mandentur, & inuiolabiliter obseruentur.

Summarium ad statutum 78. in ciuilibus.

1 *VIdendi ad hoc statutum.*
2 *Dominus habens obligatos fictabiles, & emphyteutas, an possit, vti remedio huius statuti.*
3 *Creditor, an teneatur probare sibi, nō fuisse solutū*
4 *Fundans se super negatiua, tenetur illā probare.*
5 *Debitum, & creditum correlatiua.*
6 *Statutum loquens de domino, comprahendit eius heredem.*
6 *Hoc statutum, quod recipiens laboratorem, teneatur soluere debitum, non procedit, si recipiens peniteret.*
8 *Ab hoc statuto non datur appellatio, nec opponi potest nullitas.*
9 *Appellatio ab executione, quando detur.*
10 *Dispositio huius statuti non procedit, si massaritiū negatur.*

1 D hoc statutum, vide sup. statut. 66. & infra statutū 79. 80. 105. 106. decretū 6. & 19. & vide Nouas Const. Mediol. in §. coloni, in tit. de prohibitis, & concessis execut. & de validitate huius statuti, agit D. Rip. auus mihi maternus, in tract. de pest. tit. de remed. præseruat. contr. pest. nu. 254. & plura pro dilucidatione huius statuti Carpan. ad statuta Mediolani cap. 379. lib. 2. D. Costa collega meus in trac. de retrotract. monit. 7. ad cap. 2. à num. 14. vsquè ad finem, volens hoc statutum non extendi ad subconductorem, minus ad cessionarium domini, nec pariter ad filios, cum quibus pater habitat, licet secus dicendum veniat in filio habitante cum patre; estq; hoc statutum fauore agriculturæ factum de quo in §. sed etiam in auth. de mandat. princip. & per Caroc. de locat. & conduc. in princ. tit. colonor. priuilegia, & de agrorū cultura, & de priuilegio agriculturæ agit etiam D. Cost. olim collega meus consil. primo, num. 151. & seq. & dic quod si dominus habet obligatos fictabiles, vel emphiteutas
2 & similes personas velitq; hoc remedio vti, videtur, quod prima facie inspecta dispositione iu-
3 ris Ciuilis teneatur † probare negatiuam, quod non fuerit facta solutio, per l. qui accusare, C. de edendo, & potest esse ratio, quia qui se fundat super negatiua, tenetur illā probare, vt per Hercul. in tract. negatiuæ num. 2. & 3. licet pro veriori solutione idem Hercul. contrarium teneat ibidē num. 35. tantò minus tenetur ipsam negatiuam solutionis ꝓbare inspecta dispositione huius statuti, ex quo sufficit fidem fieri de debito, & verba statuti loquuntur, dum vult sufficere productionē instrumenti inuestituræ, ex quo appareat de credito domini, quia successiuè apparet de debito
5 massarij, vel emphiteutæ, † nam debitum, & creditum sunt correlatiua, & correlatiuorum est natura, vt vno cognito, & probato, aliud admitti necesse sit, vt latè per Euerard. in sua topica loco à vi correlatiuorum; scias etiam, quod hoc statutū dicitur inductum fauore colēdorum agrorū, ꝓut in terminis meminit Rip. & validum esse dicit, in tract. de peste in tit. de remed. præseruat. contra pestem num. 254.

6 In verbo ipsi domino] † Intellige etiam in herede ipsius domini, ita Ias. in l. si quando, col. 2. C. vnde vi l. pactum, C. de probat.

In verb. vel quod tunc dict. primo domino sol-
7 uat debitum] † nota quod hoc statutum volens recipientem laboratorē alienū teneri soluere debita dictorum laboratorum, non habet locum si post acceptationem recipientem peniteat, nam tunc amplius non tenetur ad debita, ita Caroc. de locato, & conducto in tit. de statutis nu. 53.

In verb. summariè de plano &c.] † In hoc concordat decretū 6. infra in hoc volumine statutorū
8 versic. & si controuersia † vndè attenta illa clausula sola facti veritate inspecta, & attenta dispositione huius statuti, debet procedi executiue, & non potest dici de nullitate, nec potest appellari ex decreto prædicto, quò circa vide Negusant. in tract. de pignor. 3. memb. 8. part. num. 3. vers. & hoc nisi, & licet ab executione aliquando detur
9 appellatio, tñ stante hoc statuto, & d. decreto cēset reiecta appellatio, & est opportuna fallētia ad regulā q̄ se habet, ꝙ statutū tollēs appellationē

 intelligi-

10 intelligitur de friuola. † sed si negatur contractus massaritij, vel emphiteuticus, & super eo sit cõtrouersia, hoc casu non procedit hoc statutum, cum omnis dispositio præsupponat substantiam actus, ità Crauet. de antiq. temp. §. 3. num. 4. Carpan. ad statuta Mediol. cap. 379. nu. 485. & seq. vol. 2. Alb. cons. 278. Lancelot. de attenta. appellat. pen. limit. 8. per totum, Ruginel. de appellat. §. 2. c. 3. num. 554. cum seqq. pluribus, vbi plura reperies circa materiam appellationis, ad hoc statutum.

Quòd credatur domino contra massarium, & bubulcum in eius sacramento, vsq; ad certam quantitatem, & quod possit capi personaliter pro debito massaritij. Rubr. 79

Item statuimus, & ordinamus, quòd vt velocius, & celerius dominus possit suum debitum consequi à massarijs, vel bubulcis, qui de suo laborerio recesserunt, & occurratur fraudibus massariorum, & bubulcorum, qui sepè solent consumere dominos suos, & de eorum possessionibus recedere. Quod contra eos, & secundos dominos, qui eos retinuerint vtsupra in præcedenti capitulo continetur, credatur primo domino vltra id, quod apparebit massarium, vel bubulcum debere primo domino per publica instrumenta suo sacramento vsq; ad quantitatem librarum quinquaginta Papiæ. Teneatur tamen, & debeat dictus primus dominus in sacramento causas exprimere, propter quas dictam pecuniam, & res eiusdem valoris habere debet à dicto massario, vel bubulco, vt in illis quantitatibus fiat executio contra secundum dominum, iuxta formam præcedentis statuti nulla cauillatione obstante, reseruato tantum primo domino omni suo iure contra dictum massarium, vel bubulcum, de quo non posset probare per publicum instrumentum, sed per testes, vel alias legitimas probationes in maiori quantitate dictarum librarum quinquaginta Papiæ. Item, quòd si contingat dictum massarium, vel bubulcum recedere vtsupra dictum est à domino suo, nec esse apud aliquem, secundum dominum, vel esse apud alium dominum, qui recusaret, vel differret in debito soluere primo domino, possit capi, & detineri personaliter in carceribus. Et quod quilibet Iudex de hoc requisitus, teneatur vinculo sacramenti ad pœnam librarum centum Papiæ prædicta executioni mandare omni cauillatione, & exceptione remota. Statuto, seu decreto aliquo in contrarium non obstante.

Summarium ad Statutum 79. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Statutum volens credi iuramento domini, contra massariũ, comprahendit etiã eius hæredẽ.*
3 *Statutum, quod credatur iuramento alicuius, intelligitur nisi probetur contrarium.*
4 *Confessio, siue promissio, sine causa nulla.*
5 *Amplia etiam interueniente stipulatione.*
6 *Amplia etiã in confessione facta in instrumento.*
7 *Amplia etiam in obligatione.*
8 *Limita sufficere causã persuasiuã, siue impulsiuã.*
9 *Causa dicitur contineri ex calculo, & rationibus gestis.*
10 *Limita, vt semiplenè probet, & possit iurare in supplementum.*
11 *Limita in numeratione pecunia.*
12 *Limita in confessione iuditiali.*
13 *Limita in confessione liberatoria.*

1 AD hoc statutum, vide decretum sextũ cum seq. & statutum ciuile 66. & vide statutum 42. & quæ ibi dicta sunt, nec non, & Curt. iun. in l. Iudices, nu. 11. C. de Iudicijs.

2 In verbo, domino] dic. & etiam eius hæredi, ita Ias. in l. si quando, col. 2. C. vnde vi; scias† tamen, quod non propterea censetur sublata facultas cõtrarium probandi, Ias. in d. l. si quando, C. vnde vi, & potest implorari offitium Iudicis, Bart. in l. planè de pet. hæred. Marsil. in l. prima, §. si serui. nu. 6. ff. de quæstionib. quod est notabile pro omnibus statutis.

4 In verbo, causas exprimere] nota, † quod confessio sine causa, seu promissio non valet. l. cum de indebito, §. fin. ff. de probat. c. si cautio, vbi DD. de fid. instrum. Alex. cons. 4. nu. 2. & 6. lib. 1. & cons. 159. nu. 2. lib. 2. & cons. 37. nu. 7. lib. 3. latissimè Mascard. de probat. conclus. 345. & præter eum, qui versatur ampliando, & declarando multipliciter, nouissimè Bardelon. cons. 82.

5 Amplia etiã si in ea interueniat stipulatio, Alex. cons. 13. nu. 2. lib. 1.

6 Amplia ꝓcedere nõ solũ in cõfessione absq; causa facta in scriptura priuata, vel libro rationũ, sed etiã in instrõ, Alex. cons. 3. nu. 2. vbi appost. lib. 2.

7 † Amplia etiã in obligatione, quæ non valet sine causa, Alex. cons. 138. nu. 2. lib. 2. vbi docet, quãdo obligatio dicatur causata.

8 Intellige, vt sufficiat, quod causa sit persuasiua, vel impulsiua, nõ autẽ concludens obligationẽ, Bal. in l. generaliter, in 4. quæst. C. de non num. pecc.

9 † Hinc est, quod si cõtineret causã calculirationum, & negotij ad inuicẽ gestorũ, quod sufficeret, Alex. cons. 83. num. 8. in fine cons. lib. primo.

10 Limi-

10 Limitatur secundò, vt valeat, quò ad semiplenam probationem, si per eum, cui facta est confessio allegatur aliqua causa Alex. cons. 14. num. 12. lib. 1. & hoc casu potest petere sibi deferri iuramentum in supplementum probationum, iuxta l. admonendi, ff. de iureiur. ita Alex. cõs. 83. num. 7. lib. primò vbi appost.

11 Limitatur tertiò, in numeratione pecuniæ, quæ lz. sit facta sine causæ expressione, præsumitur tamen ex causa mutui, vel depositi, & valet Alex. cons. 37. nu. 8 lib. vbi Appostillator reprobat, latè Port. Imol. lib. 5. recep. sentent. concl. 2.

12 † Limitatur quartò, in confessione facta in iuditio, glo & DD. in c. fin. de confess. Alex. d. cõs. 13 nu. 4. lib. 1. Limitatur quintò, quando contineret causam in genere, Alex. d. cons. 83 nu. 6.

13 † Limitatur vltimò, in confessione liberatoria, l. tale pactũ, vbi Bart. ff. de pactis, l. generaliter, C. de non num. pec. Ias. cõs. 3. col. fin. nu. 6. lib. pri. plures alias ampliationes, & limitationes uidere poteris apud DD. in locis supra citatis.

De malo laborerio massariorum, & colonorum. Rubr. 80.

ITem statuimus, quòd si dominus probauerit coram aliquo Iusdicente Ciuitatis Papiæ, massarium, seu colonum male laborasse, rem, vel res sibi locatam, & locatas, vel ad massaritium concessas, seu ipsam rem, seu res debitis temporibus non laborasse, seu furtum fecisse de fructibus ipsius rei, vel ipsarum rerum, vel damnum fecisse super re, vel rebus locata, vel locatis, vel ad massaritium concessis, vel iniuriam fecisse ipsi domino, vel alicui de sua familia, amittat ipse massarius, vel colonus massaritium, & expelli possit de re, vel rebus locata, vel locatis, vel ad massaritium concessis per quemcunq; Iusdicentem Ciuitatis Papiæ, ad petitionem ipsius domini, & nihilominus teneatur ipse massarius, vel colonus ad restitutionem damni, & interesse domino prædicto. Saluo tamen ipsi massario iure suo in fructibus, tunc pendentibus super rebus prædictis, & de quibus possit cognosci summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij.

Summarium ad Statutum 80. in Ciuilibus.

1 *Colonorum species quæ, remissiuè.*
2 *Colonorũ, quidã mercenarij, quidã partiarij.*
3 *Partiarij Coloni qui.*
4 *Statutũ hoc loquitur de partiarijs, & mercenarijs.*
5 *Coloni, & Inquilini qui dicantur.*
6 *Colonus agrum benè colere tenetur, licet nihil sit dictum. iusse.*
7 *Dominus tenetur probare colonum, non benè co-*
8 *Fundamentum suæ intentionis, quilibet tenetur probare. [matiua.*
9 *Amplia etiam, si fundamentum consistat in affir-*
10 *Idem, si consistat in negatiua.*
11 *Colonus promittens benè colere, tenetur hoc probare.*
12 *Colonus non benè colens, expelli potest.*
13 *Amplia, vt etiam possit contra eum iurari in litẽ.*
14 *Colonus, an teneatur fundum sterilem colere.*
15 *Colonus, an teneatur ponere semen de suo.*
16 *Iniuria committitur verbo, vel facto.*
17 *Iniurians, an puniatur, si iniuria erat vera.*
18 *Iniurians, an excusetur, si dicat se penitere, vel ira motum fecisse. [catur.*
19 *Iniuria facta vni, an omnibus coniunctis facta di-*
20 *Colonus pluribus in casibus expelli potest.*
21 *Colonus expelli potest, ob non solutam pensionem tempore debito.*
22 *Amplia, & limita multipliciter remissiuè, & 23.*
24 *Resoluto iure datoris, resoluitur ius accepturis.*
25 *Conductor per biennium desinẽs soluere pensionẽ, potest expelli.*
26 *Fal. stante iuramẽto, de soluendo singulo termino.*
27 *Colonus malè versando in reconducta, expelli põt.*
28 *Deterioratio, quæ requiratũ vt colonus expelli possit.*
29 *Quid, quando conductor deteriorando, contrauenit pacto iurato.*
30 *Dominus patiens colonum post deteriorationem perseuerare, an censeatur remittere.*
31 *Conductor incipiens abesse, an possit expelli.*
32 *Fundo vẽdito, an veniant fructus partis colonicæ.*
33 *Emptor an possit cogere colonum obseruare conuenta cum venditore.*

1 IN verbo, massarium, seu colonum] † colonorum species sunt octo, de quibus per glo. in rubr. C. de agric. & cens. lib. 11. & remissiuè per Gomesium in §. itẽ seruiana nu. 8. inst. de action. & remissiuè etiam per Carotium de locato, & conducto, in princ. q3. nu. 2. tu tñ dicas, † quod colonorum quidã dicuntur mercenarij, qui certa mercede fundũ conductum habent, & ij cõmune nomine appellantur fictabiles, l. res pignoris, ff. de acquir. poss. l. fin. ff. de vi, & vi armata; † quidã dicuntur partiarij, & ij sũt, qui nõ pecunia, sed certa fructuũ parte fundũ colunt, de quibus latè per Gomes. in d. §. itẽ seruiana, nu. 8. † & de his duobus speciebus colonorũ loquitur statutũ nostrum in illis verbis, locatas, vel ad massaritiũ concessas, & vide etiam quatuor species colonorũ, de quibus Bertazzol. de clausul. instrum. clau. 15. gl. 1. nu. 2. † & scias, quod colonus, & inquilinus differunt, nã colonus dr̃, qui rusticum prædiũ colit, inquilinus verò, qui vrbanũ inhabitat, gl. in l. emptorẽ, vbi DD. C. locati. Bertazzol. d. clauf. prima, nu. primo.

6 In verbo, malè laborasse] nota, † colonum teneri colere agrũ benè, & diligenter, ad usum boni, & diligentis coloni, arbitrio boni uiri, dato quod in conuentione nihil de hoc sit dictum, Caroc. de locat. & conduct. in titu. socio personam exercente, q. 2. num. 5. domino autem incumbit onus probandi colonum non benè coluisse, tum

vigore huius statuti in illis verbis, ibi, quod si do-
minus probauerit, tùm etiam ex dispositione iu-
8 ris communis, cum vnusquisq; teneatur probare
fundamentum suæ intentionis, l. ei qui, & l. in ex-
ceptionibus, & l. ab ea parte, ff. de probat. Alex.
cons. 47. num. 10. & cons. 66. num. primo, lib. pri-
mo, & cons. 57. num. 5. lib. 2. de qua regula latis-
tissimè per Ioseph. Ludou. in suis communibus
9 concl. 14. quod † procedit, siue fundamentum
consistat in affirmatiua, Alex. cons. 22. nu. primo,
10 & seq. lib. 2. † siue in negatiua, vt in casu nostro,
Bart. in l. in illa prima, ff. de verb. oblig. Alex.
11 cons. 28. nu. 12. lib. 2. † scias tamen, quod quo-
tiescunq; colonus ꝓmisisset, & bene colere in in-
strumento, tunc sufficeret domino exhibere in-
strumentum, in quo facta est promissio, & tunc
colono incumberet onus probandi fundum bene
coluisse, Berous cons. 150. volum. primo, Bursat.
cons. 167. nu. 31. vol. 2. cum alijs, de quibus per
Caroc. de Locat. & conduct. in tit. de fideiuss.
part. 2. pag. 246. quæst. 6. num. 20. versic. iuxta
prædicta, sequitur D. Costa in terminis huius sta-
tuti, in tract. de facti scient. & ignor. inspec. 53.
nu. 9. Magon. Rot. Florent. decis. 101. & scias,
quod stante pacto communiter apponi consueto
12 de meliorando, & non peiorando, † nisi colonus
colat etiam, quod vellet soluere ficta, poterit ex-
pelli, ita Rip. auus meus in suo tract. pestis, in tit.
remed. præseruat. ad curandum pestem, nu. 261.
13 imò contra colonum, qui promisit colere, & do-
lo, malo non colit, poterit iurari in litem, & quo
ad damna, interesse, & expensas, vt per Plot. de
in lit. iur. num. 190.
14 † An autem colonus teneatur fundum sterilem
colere, dic quod non, secundum glo. & Bart. in l.
2. C. de agric. & cens. lib. 11. quem etiã sequitur
15 Alciat. de verb. signif. lib. primo, pag. 11. † & an
teneatur ponere semen proprium, vide Bald. in l.
societatem, col. 3. vers. septimo quæro, ff. pro so-
cio, vbi concludit, quod sic, & per Caroc. de Lo-
cato, & conduc. tit. de paleis, oliuis glandibus,
pag. 223.
16 In verbo, iniuriam fecisse ipsi domino] † iniuria
pluribus modis cõmittitur, verbo, vel facto, exem-
plificando, vt latè per Iulium Clar. in sua praxi
criminali, § iniuria, nu. primo, vbi latè Baiard.
in addit. ad eum, num. primo, vsq; ad num. 44. an
17 autem iniurians aliquem puniatur, quando iniu-
ria facta erat vera, vide Iulium Clar. in d. §. iniu-
ria, nu. 16. vbi Baiard. nu. 67. vbi etiam Clar. nu.
18 17. & Baiard. nu. 72. vbi ponunt † an excusetur
iniurians, si dicat se penitere, vel fecisse calore
iracundiæ, Laderch. cons. 182. & iniuriarũ actio
continet damnum, & interesse, pro quanto nollet
iniurians pati iniuriam, quod Iudicis arbitrio
committitur, Crau. cons. 119. Hond. pulchrè de
iniurijs cõs. 99. & 112. lib. j. Farin. de iniur. q. 105.
19 In verbo, vel alicui de sua familia] † quando
iniuria facta vni, censeatur facta eius coniunctis,
vide Menoch. de arb. iud. casu 262. & iniuria facta
vni de agnatione, seu cognatione, intelligitur fa-
cta omnibus, l. lex cornelia in princ. vbi Bart. ff.
de iniur. Farin. d. q. 105. inspec. 6. nu. 253. & seq.
Alex. cõs. 24. nu. 19. vbi Appost. ad eũ lib. 2. Surd.
decis. 89. vbi plura in materia iniuriarum.
20 In verbo, & expelli possit] nota, † casus vltra
ius cõmune, in quibus colonus, vel massarius pos-
sunt expelli, primus est, si malè laborauerit, vel nõ
debitis temporibus laborauerit; secundus est, si
furtum fecerit de fructibus rei conductæ, vel ad
massaritium cõcesse; tertius, si damnum dederit;
quartus, si iniuriam fecerit domino, vel alicui de
sua familia; in his enim casibus amittit massari-
tium, & expelli potest, vt clarè habetur in hoc sta-
21 tuto; de † iure autem expelli potest conductor,
propter non solutam pensionem tempore debito,
cap. propter sterilitatem, §. fi. extra locat. l. quæ-
ro, §. inter locatorem, ff. locat. Abb. in d. c. prop-
ter sterilitatem, §. fin. nu. 2. & 10. latè Caroc. am-
22 pliando, & limitando, in suo tract. de locat. & con-
duc. part. 2. in tit. causæ recusat. quatuor, q. 14.
pag. 202. Aluarus Valacus in suo tract. iuris em-
phit. q. 21. nu. 1. vbi latissimè, quod ampliatur ha-
23 bere locum, etiam si conductor sublocasset alteri,
nam nihilominus poterit conductor dictum sub-
conductorem expellere, propter pensionem non
solutam per conductorem, etiam dato, quod sub-
conductor soluisset primo conductori, ita Bald.
in l. certa, C. vt in possess. legatorum, licet con-
trarium tenuerit idem Bald. & male in l. ædem,
nu. 10. C. locat. cum Bal. in d. l. certa, tenet Caroc.
de locat. & conduct. part. 4. in tit. causæ recusat.
quatuor, q. 14. num. 30. & fundatur hoc ea po-
24 tissimum regula, quæ se habet, † quod resoluto
iure datoris resoluitur, & ius acceptoris, l. lex ve-
ctigali, vbi Bart. ff. de pignor. Surdus loquens in
fæudo, & emphyteusi decis. 286. per totã, Tiraq.
in repet. l. si vnquam, nu. 330. in verbo, reuerta-
tur, C. de reuoc. donat. Borgnin. loquens in loca-
tione in suo tract. de vsufruct. mulier. relic. num.
176. Alex. cons. 91. nu. 10. ac cons. 92. nu. 2. lib. 1.
25 Ad hoc autẽ, vt conductor ob pensionem non
solutam, possit expelli regulariter requiritur bien
nium, d. l. quæro, §. inter locatorem, vbi Bart. ff.
locat. Caroc. vbi supra, num. 50. quod tamen
26 fallit, † quando conductor iurasset soluere in
quolibet termino, nam si cesset in vno termino,
poterit statim expelli, non expectato biennio, ita
Alex. cons. 85. per totum, lib. primo, Bero cõs. 150.
colum. prima, lib. primo.
27 † Potest etiam expelli secundo loco conductor
de iure communi, quando in re locata male ver-
satur, l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. l. æde.
vbi DD. C. locat. Auth. qui rem, vbi Bald. C. de
sacr. sant. Eccles. Roll. à Vall. cons. 49. num. 20.
Menoch. de arb. iud. casu 78. vbi docet, quæ mala
28 tractatio in hoc requiratur, & concludit, † quòd
ad hoc, vt possit expelli ratione deteriorationis,
requiritur primò, quòd deterioratio sit notabilis
arbitrio Iudicis consideranda, habita ratione re-
rum locatarum conductoris, ac locatoris Bald. in
d. l. æde, nu. 13. & in auth. qui rẽ, nu. 2. C. de sacr.
sant. Eccles. secundò requiritur, quod deteriora-
tio sit in proprietate, nõ autẽ in fructibus; Tertiò,
quòd sit facta dolo malo, culpa lata, vel leui, non
autẽ sufficit leuissima, Menoc. d. casu 78. nu. 6. cũ
seq. Roll. à Vall. d. cõs. 49. nu. 20. Caroc. de locat.
& conduc. in d. tit. causæ recusat. quatuor q. 7.
nu. 41. & seq. Hæc tamen tria requisita velim in-
29 telligas non procedere, quando conductor dete-
riorãdo cõtrauenisset pacto iurato in instrumẽto
apposito, nam tunc posset expelli, dato, quod de-
terioratio esset modica, prout in terminis respon-
dit Thob. Nonius cons. 58. nu. 17. ac 19. scias tñ,
30 † quod si dñus post factã malã versionẽ per cõdu-
ctorẽ, adhuc eũ patiatur perseuerare in cõductio-
ne recolligendo fructus, & recipiendo ab eo pen-
sionem, nulla facta reseruatione, siue ꝓtestatione,
quod

quod eo in casu censetur remittere, prout in terminis nostris tradidit Ruin. cōs. 58. nu. 9. relatus per Caroc. de locato, & conduc. in tit. de euict. num. 58.

31 Potest etiam expelli conductor, quādo re conducta incepit abesse, adeò quòd dominus non possit habere pensionem. Menoch. de arb. iud. casu 79. vbi docet, quæ in hoc casu absentia requiratur.

32 In verbo, saluo tñ ipsi Massario iure suo in fructibus] † quæro, quid si dñus vendat fundū ad massaritiū datū, an in ea venditione veniat etiam pars fructuū spectantiū ipsi Massario, & dic quod sic. Castr. in l. Iulianus, §. ex empto, num. 4. in fine nu., ff. de act. empt. idem Castr. in l. cū filio famil. nu. 20. vbi Ias. nu. 173. Rip. auus maternus nu. 55. ff. de leg. 1. Intellige nisi reseruetur ius Coloni, vt per Bertazzol. de clauf. instrorū, clauf. 15. glo. 1. nu. 3. vbi latè tractat de clausula, saluo iure Coloni in instris venditionū apponi solita, & per Cost. de remed. subsid. in prælud. nu. 7. Gaspar Thesaur. quest. forens. lib. 2. q. 84. vbi disputat, an veniant uasa vinaria.

33 Sed nunquid emptor valeat cōpellere Colonū colere, & obseruare conuentiones cum venditore initas; & dic regulariter, quod nō, cū. n. emptor nō teneatur stare Colono, ita nec Colonus emptori, l. qui fundū, ff. loc ati.

Limita tñ nō procedere, stante clausula in instro vēditionis apposita, slz. cessionis, & constitutionis ꝓcuratoris in rē suā; qua clausula sic stāte poterit cogere Colonū ad obseruādū cōuenta cū vēditore Bart. & DD. in d. l. qui fundū, Bertazzol. de clauf. instrū. clauf. 27. gl. 1. n. 2. vers. secūdus est effectus.

De non compellendo Ciues Ciuitatis Papiæ ad aliqua onera per Homines, & Communia locorum, & Vniuersitates districtus, & terræ Papiæ, & de possessionibus, & rebus ipsorum non imbrigandis per dicta Communia, & Vniuersitates. Rubr. 81.

ITem statuimus, quòd nullum Commune, nec aliqui homines aliquorum Communium, Burgorum, Villarum, Castrorum, & terrarum Papiæ, ac districtus: ipsius audeant, nec præsumant imponere, vel imponi facere aliquod onus, vel grauamen reale, vel personale, vel mixtum, vel aliam qualemcunq; exactionem Ciuibus Ciuitatis Papiæ, vel eorum terris possessionibus, & rebus, vel occasione ipsorū, vel cuiuscunq; ipsarū aliquo colore quæsito, vel massarijs colonis, vel inquilinis, vel fictabilibus ipsorū, vel alios quoscunq; laboratores de terris, possessionibus, & rebus dictorū Cōmunium inquietare, vel molestare, seu inquietari, vel molestari facere directè, vel indirectè, occasione prædictorum onerum, seu grauaminum impositorum, seu imponendorum ipsis ciuibus, vel eorum possessionibus terris, vel rebus per prædicta communia, vel vniuersitates, & homines ipsorum vel eorum officiales, nec ipsis ciuibus, terris, & possessionibus, & rebus, vel aliquibus ipsorum præsumant, nec præsumere debeant dare deuetum, interdictum, vel imbrigamentum, vel dari, vel fieri facere quoquomodo, sub pœna librarū ducentarū cuilibet Cōmuni, loco, Communitati, & Vniuersitati ipsorū locorū quoquomodo censeamur. Et quòd aliquis Ciuis Papiæ masculus, vel fœmina, siue ibi habitet, siue non, teneatur aliquo modo ad solutionē salarij Potestatis, Capitanei, vel Rectoris, seu Officialis dictæ terræ Cōmunitatis, vel Vniuersitatis Ciuiū, vel non Ciuium, nec ad aliquas fortilitias fiendas, nec ad campariā, nec ad aliquas alias expensas, vel onera realia, vel personalia, siue mixta, nec ad aliqua alia onera, nisi solummodo ad salarium camparij, vel campariorū de foris, nec Rector dictæ terræ quicunq; sit, vel fuerit habeat, vel exerceat iurisdictionē aliquā in Ciuem masculū, vel fœminā, nisi sine fraude, vel colore quæsito in damno, quòd de cætero daretur, & ad denunciationē Camparij, vel in ludo azari in sua Terra, vel Curia reperto personaliter per Rectorem, vel eius familiā, & nisi in capiendo ipsū, vel ipsam in casu, in quo teneretur per aliquod statutū Communis Papiæ, vel de mandato alicuius Iusdicentis Ciuitatis Papiæ, & nisi in saxiendo bona ipsius, & custodiendo, & Papiam conducendo ad mandatum Iusdicentis Ciuitatis Papiæ. Et nullus Rector aliquorum prædictorum locorum, vel Vniuersitatum, vel alius quicunq; Officialis dictorum Communium, & Vniuersitatum audeat vel præsumat aliquem processum facere, vel fieri facere aliquo colore, quæsito contra aliquem Ciuem Ciuitatis Papiæ, vel terras, vel possessiones, vel res ipsorum Ciuium, nec contra massarios, colonos, inquilinos, laboratores, & fictuales ipsorum Ciuium, occasione prædictorum onerum, seu grauaminum, & si contrafecerit, puniatur per Dominum Potesta-

tem Papiæ qualibet vice in libris centũ Papiæ. Et nihilominus teneantur dicta Cõmunia, & vniuersitates, & homines ipsorum ad reficiendum ipsi Ciui, omne damnum illatum per eos. Et prædicta teneatur Potestas Papiæ, & quilibet Iusdicens eius facere obseruari vinculo sacramenti, & sub pœna librarum ducentarum Papien. Et super prædictis teneãtur, & possint summariè procedere per accusationem, inquisitionem, denunciationem, & quoquomodo sibi videbitur, tàm contra Cõia, & homines, & vniuersitates, quàm contra rectorem ipsorum. Et si prædicta Communia, Vniuersitates, & loca, & homines prætenderent aliquos prædictorum Ciuium aliqua onera, vel aliquid debere dictis Communibus, & Vniuersitatibus locis, & hominibus dictos Ciues conueniant sub Potestate Ciuitatis Papiæ, vel alijs Magistratibus dictæ Ciuitatis. Et prædicta obseruentur, non obstantibus aliquibus priuilegijs, immunitatibus, gratijs, iurisdictionibus, & auctoritatibus hinc retrò concessis aliquibus Communitati, vel Vniuersitati, & hominibus per Commune Papiæ. Quibus omnibus, & singulis intelligatur, & sit derogatum auctoritate præsentis statuti, perinde, ac si de eis, & quolibet ipsorum specialis mentio facta foret. Et prædicta obseruentur aliqua præscriptione, consuetudine, vel vsantia in aliquo non obstante. Et intelligantur Ciues, quo ad obseruantiam præsentis statuti illi, qui habitabunt continuè in Ciuitate Papiæ, vel Burgis, saltem per tres menses continuos, secundum formam statuti positi, sub rubrica, quòd quilibet Ciuis teneatur habitare per tres menses, cum familia &c.

Summarium ad Statutum 81. in Ciuilibus.

1 Burgus quis dicatur.
2 Villa, quæ dicatur, & num. 3.
4 Castri appellatione quid veniat.
5 Castrum vnde dicatur.
6 Onerum quædam realia, quædã personalia, quædam mixta.
7 Mensualis, an sit onus reale.
8 Onus personale, an dicatur salarium Prætoris, & Officialis, ac onus salis.
9 Taxæ æquorum an dicantur onera mixta.
10 Taxa æquorum, a quo originem habuerint.
11 Hospitatio militum, an onus reale.
12 Ciuis propriè, quis dicatur, & num. 16.
13 Ciuilitas tribus modis acquiritur remissiuè.
14 Ciuis in dubio quis præsumitur non forensis.
15 Ciuis nominatio in instrumento, quam probationem faciat.
17 Ciuium appellatione in statutis, qui veniant.
18 Statutum hoc, an massarium minimum comprahendat.
19 Statutum tollens præscriptionem, vel consuetudinem, an intelligatur de futuris.
20 Statutum an possit tollere præscriptionem.
21 Stat. tollens præscriptionẽ, an tollat consuetudinẽ
22 Stat. tollens præscriptionem, de qua intelligatur.
23 Præscriptio per pactum tolli nequit.
24 Fallit pluribus modis, remissiuè.

1 IN verbo, Burgorum] quid sit Burgus, tradit Rebuff. in l. 2. vers. septimò, ff. de verb. signif. & in l. pupillus, §. oppidum, vers. pagus. ff. de verbor. signif. nempè, quòd propriè sit locus muratus, habens domos continuas per viam rectam.

2 In verbo, Villarum] Villa † dicitur locus sine muris, Marsil. in tract. bannit. in verb. Ciuitate, nu. 2. & propriè dicuntur Villæ, quæ sunt extra Ciuitatem, Rebuff. in l. vrbanum prædium, vers.
3 adsunt ipsi, ff. de verb. sign. vel dic Clarius † quod Villa est edificium sine muris, vel fossis, quæ nullum habet iurisdictionem de iure communi, sed subest alicui Ciuitati, vel Villa, dicitur Ciuitas quarundam domorum sine muris quasi Vallis vallata, vt per Bertazzol. de claus. instrum. claus. 20 glos. 22. vbi ponit, vnde dicatur Villa, & quotuplex, in iure capiatur; In gallia autem Ciuitates appellantur, sub nomine Villarum, vt admonet ibidem Bertazzol. num. 5.

4 In verbo, castrorum] quid † veniat appellatione Castri, notat Rebuff. in l. Villis appellatio, vers.
5 tertio ampliatur, ff. de verb. signif. † & dicitur castrum à castrando, quia in Castro castratur licentia habitantium, idest firmatur, ac pateat hostibus passim vagandi, vel dicitur casa arcta, seu stricta, cum habitatio Castri non debeat esse diffusa, ne multa custodia egeat, Bertazzol. in dicto tract. de claus. instrum. claus. 20. gl. 24. nu. 9.

6 In verbo, reale, vel personale, vel mixtum] hoc dicitur, vt comprehendat omnia onera, † quorũ quædam sunt realia, quædam personalia, & quædam mixta, l. rescripto, §. sciendum, & l. fin. ff. de mun. & honoribus, Bart. Ias. & alij in l. placet, C. de sacr. sant. Eccles. Lancelot. Galia cons. 59. nu.
7 2. vbi etiam latè exemplificat, ac etiam tradit, † an mensualis, qui soluitur pro bonis allibratis, & descriptis in æstimo sit munus merè, reale, & per D. Cost. olim collegam meũ cons. primo, nu. 199.
8 scias † etiam, quod salarium Prætoris, Medici, & ceterorum officialium, ac onus salis, quod pro bucis, seu capitationibus distribuitur, dicitur onus personale, Boss. in sua prax. crim. in tit. de princ. & priuil. eius nu. 100. & seq. Gallia d. cons.
9 59. num. 4. & 45. cum seqq. plurib. † inter autem onera mixta enumerantur taxæ æquorum, quæ personę indicuntur pro rebus, Bellon. cons. 12. nu. 3. q. 12. & 15. ad finem, Crau. cons. 72. ante nu. 7. Plot. in repet. l. si quando, nu. 27. vbi etiam ponit à quo habuerint vigorem dictæ taxæ æquorum, C.

vnde

vnde vi Gallia d. conf.59.nu.56. versic. quo vero
11 ad quartam speciem; inter † etiam onera realia connumerantur hospitatio militũ & eorum alimonia, Natta consil.409. num.3. Gallia d. consil.59. num 3.
12 In verb. ciuibus Ciuitatis Papiæ] † ciuis proprie dicitur, qui natus est in ciuitate, & originarius eius est. Brun. in trac. statutorum fęminas, excludentis art.12.q.4.nu.10. Bertaz. d. clauf.instr.
13 clauf.3.glo.1.nu.9. vbi ponit ciuilitatem † tribus
14 modis consequi l. ciues, C. de incol. & nu. 10. vult † in dubio præsumi quem ciuẽ eius ciuitatis in qua
15 reperitur non autẽ forensis. † & si quis in aliquo instrumento describatur vti ciuis alicuius ciuitatis probatur ciuilitas inter ipsas partes & plura alia exempla Bertazol. dicto loco tradit, ciuis etiã originarius dicitur qui ex lõga & multiplici obseruatione ac communi opinione pro tali reputatur Menoc.cons.80.nu.15. D. Cost.cons.41. num.20.
16 dicitur etiam proprie ciuis, qui non sustinet onera in communi. Boss. in sua praxi crimin. in tit. de princip. & eius priuileg. num.363. cui conueniunt Nouæ Constit. Mediolani in tit. de fęudis cap. interdictum est. §. habeanturq; pro ciuibus, credi-
17 derim tamen † eos non comprehendi, cum appellatione ciuis in Statutis, solum cõprehendantur originarij, Aret. cons.77.num.1. & 2. limita tamen hoc statutum, non habere locum in casu posito à Nouis Constit. Mediolani in tit. de oneribus vers. quicumq; Ciuis.
18 In verbo, vel massarijs] † an habeat locum hoc Statutũ in quolibet minimo massario, vide Alex. consil.108. viso themat. lib.4. concludentem non procedere nisi maiorem bonorũ partem sub massaritio habeat, ad idem Ias. in l. Scriniarios, C. de milit. testam.
In verbo, & prædicta obseruentur aliqua præ-
19 scriptione] † an autem istud Statutum derroget consuetudinibus, an vero etiã futuris, vide Alex. & modernos in l. si mihi. §. in legatis. ff. de leg.1.
20 † An autem Statutum possit tollere præscriptionem; dic quod sic; Balb. de præscrip. part.5.q.
21 7. num.1 vbi num.2. vult, † Statutum tollens præscriptionem simplicem, non tollere consuetudinẽ, cum differat à præscriptione. & vide eundem q.9.
22 vbi quærit, & resoluit † Statutum tollens præscriptionem non inteligi de centenaria.
23 † An autem per pactũ possit tolli præscriptio, dic quod non, ex communi Doct. sententia Oldr. Cyn. & Bald. in l. centurio. ff. de vulg. Dyn. in l. nemo potest, ff. de leg.1. & hanc receptiorem testatur Balb. de præscript. part.5. princip. q.6. num.1. cum seqq. Anton. Gabr. in suis communibus tit.
24 de præscript. concl.6. num.10. † Fallit tamen hæc reg. plurib. modis de quibus per Felin. in rub. extra de prescript. & per Rip. auum meum maternũ. in l. nemo potest nu.104. cum seq. ff. de leg.1. Gab. dicta concl.6. nu.11. Balb. d. q.6.

De his qui iuerunt ad alium locum ad habitandum conueniendis. Rubr. 82.

ITem statuimus, quod siquis homo alicuius loci terræ Papiæ, iuerit ad habitandum ad alium locum terræ Papiæ, ab ipso tempore citra quo factum fuerit instrumentum debiti communis loci in quo consueuerat stare, habeat creditor potestatem conueniendi, & possit conuenire suprascriptum hominem ita quod ipsi creditori debeat, & teneatur soluere perinde ac si habitaret in dicto loco de quo recessit.

AD materiam huius statuti quando debitor ex contractu extra locum contractus possit conueniri, videndi sunt Doct. in l. hæres absens, §.1. ff. de iudic. Bertazol. de clauf. gl.4. clauf.41. Didac. Coaruu. pract. quæst. cap.10. nu.3. Borgnin. decis. 2. part.1. Marc. Brun. cons.84.

De rusticis relinquentibus sedimina, & de blauis diuidendis. Rubr. 83.

ITem statuimus, quòd si rustici vel massarij reliquerint sedimen domini quod teneatur à domino, si ædificatum fuerit ibi de lignamine rustici & massarij, habeat potestatem ipse rusticus vel massarius portandi ædificium quocunqs voluerit, nisi dominus voluerit præstare estimationem lignaminis quod fuerit rustici vel massarij. Et si edificium fuerit factum de lignamine domini remaneat ipsi domino totum, & lignamen quòd ibi fuerit sit ipsius domini. Et paleæ domini in sedimine vnde exiuerunt remaneant. Sed fenum contingens ipsi massario seu rustico pro eius parte sit ipsius, & deferat quocunque voluerit portare. Et quod nullus massarius possit diuidere blauas grossas vel minutas vel legumina in campis, sed postquam fuerint ad aream domini, si eam habet, vel in alia in quam consueuit dominus facere conduci sua blada, ad quæ ipse massarius compelli possit, tunc ibi massarius habeat suam partem bladi vel leguminum batuti vel batutorum. Et paleæ remaneant in ipsa area pro reponendo in terris vnde exiuerunt. Attamen massarius perseueran-

de

do in laborerio possit uti dictis paleis perseuerando ibidem, ita quod ledamen ipsarum palearum vadat super terris domini, vnde exiuerunt paleæ, reportari.

Summarium ad Statutum 83. in Ciuilibus.

1 *Palea an diuidenda.*
2 *Palea an veniat fructuum appellatione.*
3 *Masarius qui solum vsq; ad medietatem anni perseuerat, an partem paleæ habeat.*
4 *Area venit appellatione ædificij.*



1 IN verbo paleæ] nota † quod alias de iure palea venit diuidenda, ita Roman. in notabili suo incipiente palea in 15. fol. col. 4. & scias, quòd palea ve-
2 nit appellatione fructuum l. si vsufructuarius messem versic. stipula ff. quéadm. vsufr. amitt. cum pluribus de quibus per Caroccium de locat. & conduct. par. 4. in tit. de paleis, oliuis glandibus, num. 3. vbi num. 4. ponit, quid obseruandum, circa paleas, quando colonus recedit.

3 In fine statuti in verb. paleæ reportari] † quid si perseueretur tantum vsquè ad medietatem anni, an Colonus nouus interim possit, eo inuito vti paleis; distingue aut vsus palearum ambobus sufficeret, & potest dominus concedere l. lucio. ff. de aqua quotid. & æstiu. aut non sufficeret, & dico colonum non esse remouendum, arg. c. 1. in fine, extra de integr. rest. vbi glo. & c. cum enim, in verbo industriam de constit. præsertim cum par vtilitas præstetur domino læduminis tam à veteri quam à nouo.

4 In verbo ad arcam domini] Area venit† appellatione ædificij, l. si fundum. §. qui fundum. ff. de leg. primo, idem si fuit legatum areæ, diruto ædificio, non debetur legatum areæ Bart. post glo. in l. seruum filij. §. si areæ. ff. de leg. 1.

Quod Statuta communia locorum contra Commune Papiæ non valeant. Rubr. 84.

ITem statuimus, quòd dominus potestas vel eius Vicarius teneatur, & debeat omni anno semel vinculo sacramenti inquirere, examinare, seu inquiri, vel examinari facere omnia, & singula statuta, & ordinamenta, siue capitula prouisiones, & reformationes locorum omnium Collegiorum, & vniuersitatum ciuitatis Papiæ, & districtus. Et si inuenerit aliquid, aliqua, seu aliquas, factum, facta, vel factas esse, quòd faciat, vel sit contra commune Papiæ, vel ciues Ciuitatis Papiæ illud, illa, vel illas cassare, & cassari facere teneatur, ac præcipere, ne deinceps faciant simile, vel similia, & illud, illas, & illa vigore præsentis Statuti sint cassæ, & irrita, & casse, & irrita. Et quòd potestates terrarum, & Consules locorum, & villarum districtus Papiæ, nullam habeant iurisditionem, vel bailiam vltra quantitatem librarum quinq; Papien. in causis ciuilibus.

VIde ad hoc Statutum, supra de reg. potest. Stat. 49. & ibi dicta.

Quod traditio quartæ, vel tertiæ, & Sponsalitij, & lex Lombarda de cætero locum non habeat. Rubr. 85.

ITem statuimus, quòd in aliquo instrumento dotali de cætero non fiat, nec fieri debeat aliqua traditio alicuius tertiæ, vel quartæ, nec Sponsalitij. Et quod lex Lombarda locum non habeat de cætero in Ciuitate Papiæ, & territorio, & districtu in aliquo casu in negotijs, & causis futuris. Quod Statutum locum habeat tam in instrumentis dotalibus factis quam fiendis.

AD hoc Statutũ vide Statutum 88. 103. 121. & 113. quid autem sit ista lex Longobarda de qua in hoc Statuto fit mentio vide tex. in l. 1. & tot. tit. de his quæ à viro in mulier. dar. vel relinq. lib. 2. de legib. Longobard. & ista tertia, & quarta appellatur ibi Morgiaca Afflict. in titul. de filijs natis ex matrimonio ad morg. num. 1. in vsibus feudorum Alex. in l. pro hærede. §. si sepulcri. ff. de acquir. hæred. ratio autem huius Statuti illa esse potest, quia vbi fuit extinctum Regnum Longobardorum à Carolo Magno Imperatore, pariter dicuntur extinctæ leges ipsius Regni Bal. in c. translato de constit. relatus per Alex. in d. §. si sepulchri nu. 8. Feli. in c. ex parte il 1. n. 47. de rescript. vbi etiam vult, quod lex Longobardorũ etiā erat liber specialis iura super dotibus statuens Borgn. decis. 30. num. 75. vsq; ad num. 90. part. 3. vbi de hac quarta, aut tertia antiquitus debita late diserit Belon. conf. 17.

Quod mulieres durante matrimonio non possint contra creditores mariti vti aliquo tertio pluri, nec augumento dotis. Rubr. 86.

Item statuimus, quòd mulieres durante matrimonio non possint vti contra creditores mariti tertio pluri dotis suæ, nec aliquo augumento dotis constitutæ in re mobili impedire nec contradicere quominus ipsi creditores solutionem habeant de bonis virorum suorum, licet pronunciatum, & probatum esset ipsos vergisse ad inopiam. Post mortem autem viri sui, non noceat nec præiudicium faciat ipsi mulieri in dicto tertio, seu augumento aliqualis obligatio seu alienatio, quæ facta esset de bonis viri sui, nisi dicta mulier ipsi obligationi vel alienationi expresse consenserit. Et prædicta locũ habeant in præteritis, pendentibus, & futuris. Addentes attamen quòd mulier constante matrimonio non possit petere maritum vergi ad inopiam, nisi prius fecerit fieri cridam super lapidem altiorem curiæ communis Papiæ, & in atrio Sancti Siri, & in vicinia dicti mariti sui horis debitis iudicij tertiarum seu vesperarum, quòd vult facere pronunciari maritum vergere ad inopiam, & si quis vult contradicere comparere debeat coram ipso iudice vel officiali, coram quo fieri intenditur processus prædictus, infra decem dies tunc proxime sequentes, alioquin procedetur ad ipsum processum fiendum. Et facta dicta crida procedatur prout de iure & secundum formam Statutorum Ciuitatis Papiæ, videbitur procedendum.

Summarium ad Statutum 86. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*

2 *Creditor mariti habens hypothecã expressam, præfertur ipsi vxori, de iure communi.*

3 *Quid sit tertium plus dotis, de quo in hoc statuto.*

4 *Vxor ob vergentiam mariti ad inopiam, non potest impedire creditores ipsius mariti etiam posteriores, nisi ipsa prius à Iudice obtineat, assignari tot bona ob eius dotem.*

5 *Vxor non potest agere contra tertios possessores ob eius anterioritatem, nisi prius excussis bonis mariti.*

6 *Limitatur id non procedere, quando in instrumento dotali insertum esset generale constitutum, & remedium l. si constante, ff. sol. matr.*

7 *Vxor petere potest eius dotem constante matrimonio de iure cõi, quando maritus vergit ad inopiam, & vide nu. 9. quod amplia, vt nu. 10. & 11.*

8 *Maritus quando dicatur vergere ad inopiam.*

12 *Restitutio dotis, quæ fit constante matrimonio, & debet deseruire oneribus matrimonij, an proprie dicatur restitutio.*

13 *Quoties vxori fit restitutio dotis propter inopiam mariti, tunc cessat ius offerendi quo ad creditores posteriores, ex magis communi.*

Quod tamen limita nu. 14.

15 *Solutio dotis propter inopiam mariti, quomodo fieri debeat.*

16 *Ius repetendi dotem propter inopiam mariti, alteri cedi nequit.*

1 AD hoc Statutum vide late DD. in l. si constante. ff. sol. mat. & D. Costam de remed. subsid. remed. 1. vbi latè. In verbo creditores mariti] intellige posteriores, si enim essent anteriores

2 superfluum videretur hoc Statutum, † cum ij etiã de iure communi quando habent hypotecam expressam præferantur ipsi vxori Bart. & Bal. in l. fin. C. qui potior. in pign. habeantur latè Rip. in l. 1. num. 1. ff. solut matr.

3 In verbo tertio pluris] † quid sit istud tertium plus dotis. & quantam summam faciat, declaratur infra p Statutũ 88. vbi habetur non posse excedere libras centum. præter autem casum tertij pluris, & augmenti monetæ, de quibus loquitur hoc statutum, potest vxor ratione hypothecæ dotis etiam excipiendo impedire executionem, alienationem, & bonorum confiscationem pract. Papien. in for. lib. quo vx. agit ad dotẽ, in verbo vxor vbi Addition. Natt. cons. 300. nu. 2. Magon. Rott. Florent. decis. 68 nu. 1. datur tamen facultas creditori fideiubendi de restituenda dote, probata mariti inopia, Flamin. Chartar. decis. Genuæ 8. Ozasch. decis. 135. Thesaur. decis. 207. Cost. de remed. subsid. remed. 1.

4 † In verb. impedire]. nota quod licet maritus vergat ad inopiam, nihilominus non potest vxor impedire creditores mariti etiam posteriores ob anterioritatem eius dotis, nisi ipsa prius agendo contra maritum obtineat à Iudice, assignari tot bona ob eius iura dotalia, ita Marsil. in sua praxi

5 § aggrediar nu. 118. sicut etiam † non potest agere contra tertios possessores ob dictam eius anterioritatem, nisi prius excusso marito, & eius bonis vt per eumdem ibi nu. 119. sequitur D. Costa. d.

6 remed. 1. nu. 5. vbi limitat nu. 6. non procedere † quando in instrumento dotali insertum esset generale constitutum, & remedium l. si constante cumulatum esset cum remedio Saluiani vel constituti electa via executiua, præcipuè Statuti Papiæ, 54. & 58. nam tunc cessat excussio, vt ibidem late per eundem D. Costã plures ad hoc allegantem, & consilium Dec. 247. reprobantem.

In verb. licet pronunciatum & probatum esset

7 ipsos vergisse ad inopiam) de iure communi, † vxor marito vergente ad inopiam potest petere dotem constante matrimonio, l. si constante in

8 princ. vbi late per DD. ff. solut. matr. † dicitur autem maritus tunc vergere ad inopiam, quando incipit malè vti substantia sua, & tunc dato quod

habeat

9 habeat bona sufficientia, & vxori, † ac creditoribus, nihilominus potest agere vxor ad dotem, ita Bart. in d.l. si constante, num. 4. vbi Rip nu. 8. qualiter autem hoc probetur, tradit Pract. Pap. post DD. in d.l. si constante, & præsertim Rip. num. 37 in forma libelli, quo vxor agit ad dotem &c. in
10 glo. vxor, num. 11. vbi Appost. ad eum. † procedit etiam si maritus, qui vergit ad inopiā offerrat dare fideiussores, nam tunc nihilominus potest vxor spreta fideiussione, agere ad repetitionē, ita Bart. in d.l. si constante in 5. opposit. num. 6. & num. 46. in 10. & vltima q. primę partis princip. vbi Ias. num. 3. ac Rip. num. 12. nec huic impedimento,
11 esse posset, † si vxor tempore traditę dotis esset stipulata dotem sibi reddi, quandocumq; soluto matrimonio, nam nihilominus valet agere ad dotem constante matrimonio marito vergente ad inopiam, secundum Bart. in d.l. si constante in 5. q. secundæ partis, num. 53. vbi Ias. num. 190. & seq. & Rip. num. 93.
12 † An autem ista restitutio, quæ fit constante matrimonio, cum habeat deseruire oneribus matrimonij l. vbi C. de iure dot. dicatur propriè restitutio, vide Bart. in d.l. si constante, num. 53. 55. & seq. ac 59. vbi Ias. num. 191. & Rip. num. 95. & 97. vbi concludit, quod non, sequitur D. Cost. de remed. subsid. remed. 1. num. 3. cum seq. vbi num.
13 4. concludit, † hoc casu non esse locum iuri offerendi per credito res posteriores, quando vxori fit restitutio dotis, eò quod maritus vergat ad inopiam, & de magis communi per Ozasch. decis. 135. num. 12. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 221 num. 3. Alb. consil. 80. & aliàs etiam dixi.
14 Intellige † tamen hoc, nisi assecuratio, vel sequestratio dotis esset facta de bonis, fructum sui natura, non producentibus, quia donec sunt reducta ad pecuniam, est locus iuri offerendi, ita post Capic. decis. 41. in fine, firmat D. Cost. d. remed. 1. num. 4.

In verbo addētes] hæc secunda pars huius Statuti fortè non procederet, quando mulier acciperet de iuribus suis cōtra anteriores creditores mariti, ad notata per Bald. consil. 301. in secundo euidentiali volu. 5. & dictum est supra.

14 In verbo ad inopiam] † quomodò autem fieri debeat solutio dotis hoc in casu, vt postea non molestentur hæredes mariti in futurum ex aliqua causa, vide Soc. Iun. cons. 55. per totum maximè num. 12. & seq. vol. 2. vbi ponit tres modos.

16 An autem † possit mulier tale ius dotem repetendi ob inopiam mariti alteri cedere, negatiuè respondetur, cum ratio repetendæ dotis sit constituta super sustentatione mariti, & filiorum l. vbi adhuc C. de iur. dot. Curt. Sen. cons. 57. summatotius Socin. iun. cons. 53. num. 11. lib. 2.

Quod post mortem mariti mulier non possit petere fructus bonorum parafernalium. Rubr. 87.

Item Statuimus, quòd post mortem mariti mulier non possit petere, consequi, vel exigere ab hæredibus mariti aliquid pro fructibus bonorum parafernalium, quos percepit vir in vita sua, ipsa patiente, & non contradicente.

Summarium ad Statutum 87. in Ciuilibus.

1 *Doctores de bonis parafernalibus tractātes.*
2 *Item quid de fructibus extra dotalibus.*
3 *Rubrica huius Statuti, an possit allegari ad decisionem causarum.*
4 *Vxor dicitur habere bona triplicis generis.*
5 *Bona parafernalia quæ dicantur.*
6 *Statutum hoc procedit etiam in bonis extradotalibus.*
7 *Fructus bonorum parafernalium, an de iure communi debeantur ab hæredibus mariti.*
8 *Fructus bonorum parafernalium percepti per maritum vxore tacente, & non contradicente, an præsumantur donati, & num. 18.*
9 *Fructus bonorum parafernalium consumpti in promiscuos vsus si maritus non sit factus locupletior, non debentur vxori.*
10 *Melioramenta per maritum facta in rebus extra dotalibus, an repeti possint.*
11 *Vxor qualiter possit disponere de fructibus, & bonis parafernalibus.*

1 Circa bona parafernalia plura scribunt DD. & præcipuè Natta cons. 75. volum. 1. Afflict. decis. 44. Menoch. tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 9. Bursat. cons. 302. num. 2. & 6. volum. 3. & cons. 75. volu. 1. Aret. cons. 159. colu. 1. & 2. Soc. Sen. cons. 82. lib. 4. in secundo dub. Bald. nouel. de dot. part. 12. Campeg. de dot. q. 8. & seqq. Soc. Iun. cons. 150. lib. 1. Crau. cons. 193. num. 5. Bero. cons. 44. vol. 1. & q. 22. vbi agit de expensis factis per maritum cum bonis illis parafernalibus, & extra dotem: vultq; compensari cū fructibus perceptis, Io. Bott. cons. 20. num. 52. cum seqq. pluribus Cephal. cōs. 122. & conditum est hoc Statutum ad tollendum dubium, quod est inter Doct. nostros, an scilicet maritus qui patiente, & non contradicente vxore fructus bonorum parafernalium percepit, eos lucretur, an verò illos restituere teneatur, de quo dicam infra Bart. consil. 125. quæstio talis est lib. 1.
2 Dec. cons. 521. Hierony. Gabr. cons. 164. lib. 2. † & de fructibus bonorum extra dotem, vide Alex. cons. 42. volum. 1. & in l. pen. ff. ad l. falcid. Menoch. vbi supra, & Bursat. pariter loco prælegato, & Bald. consil. 366. num. 2 lib. 2. & consil. 418. ad primum dico lib. 3. Io. Crisp. tract. de fructibus dotium, cap. 6. est autem hoc Statutum intelligendum ad litteram, & videndum circa hoc, decre-
3 tum 21. & circa hanc rubricam nota, † quod cum ipsa habeat orationem perfectam, attendi debet ad decisionem causarum, & intellectus nigri debet adaptari ad mentem rubricæ Castr. cons. 83. vol. 2. DD. in l. 1. ff. si cert. pet. Roman. cons. 15. nume. 4. vbi Mandos. Alex. cons. 70. nu. 8. lib. 6. Euerard.

rard. in loco à rubr. ad nigr. Morot. conf. 7. nu. 7. cum alijs pluribus adductis per Borgnin. dec. 30. num. 79. part. 3. qui propriè loquitur in terminis huius rubr.

4 In verbo, pro fructibus bonorũ parafernalium] vxor dicitur habere bona triplicis generis, dotalia nimirũ parafernalia, & extra dotalia, Alex. conf. 42. num. 2. lib. 1. vbi appost. ad eum, idem Alex. conf. 63. nu. 7. lib. 2. Vrsillus in addit. ad Afflict. decis. 44. num. 3. Pract. Papiens. in forma libelli, quo agit vxor ad dotem, in glo. tamquam bona. nu. primo cum seq. vbi declarat has tres species,

5 & secundum eum † bona parafernalia sunt illa, quæ vxor tempore traductionis ad domum mariti secum defert, quorum administrationem viro concedit tacitè, vel expresse, dicta à para, quod est iuxta, & pherna, quòd est dos, & declarat etiam Alex. d. conf. 42. nu. 15. vbi appost. ad eũ, & d. conf. 63. nu. 7. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 8. num. primo, & seq. Surd. conf. 290. & vide etiam D. Costam in suo tract. de scientia, aut ignorantia, distinct. 47. cent. prima, nu.

6 2. quo loci declarat † statutum hoc nostrum loqui in bonis parafernalibus, intelligendo de bonis extra dotalibus aduentitijs, seu hæreditarijs, non autem in eis, quæ sunt dotis merè accessoria, quæ per rarò sunt in fructu, vt per Bald. conf. 454. lib. 5. Dec. cõs. 521. & vide et Borgnin. decis. 29. seu 30. num. 79. & seq. part. 3. quo loci vult statutum nostrum intelligi de quibuscunq; bonis, parafernalibus, extradotalibus, & sic tàm de illis, quæ sunt iuxtà dotem, quàm extra dotem, & præter dotem, etiã quod hoc nostrum statutum comprehendat etiam fructus bonorum extradotalium, firmat etiam D. Costa de remed. subsid. remed. 86. num. 7.

7 An autem de iure communi, fructus bonorum parafernalium debeantur vxori per hæredes mariti, vide tex. in l. hac lege, & l. fin. C. de pact. conuentis, Bart. in l. pen. vbi DD. & præsertim Alex. ff. ad l. falcid. Bart. conf. 125. vers. quæstio talis est Titius habens in prima parte, Alex. distinguens d. conf. 42. num. primo, & 2. & conf. 63. num. 6. lib. 2. Afflic. decis. 44. num. 5. Pract. Pap. in d. glo. tamquam bona, num. 6. vbi appost. ad

8 eum, & dicas, quod de iure communi etiã fructus bonorũ parafernalium percepti per maritum vxore viuente, & non contradicente, non præsumuntur donati ab vxore, ut post Decian. conf. 84. num. 26. cum seq. volum. 4. firmat D. Costa de remed. subsid. remed. 86. & Menoch. dicta præsumpt. 9. lib. 3. vbi plures casus considerant, quos cum videri possint nõ refero, & nota casũ, in quibus etiam de iure communi, vxor non potest petere fructus bonorum parafernalium, de quibus

9 per Menochium, & Cost. dicto loco; primus est, quando huiusmodi fructus sunt consumpti in promiscuos vsus matrimonij, nec apparet maritum factum locupletiorem, nam tunc hæredes mariti non tenentur ad huiusmodi fructus, etiam circumscripta dispositione huius statuti, qui tamen in alio grauantur, quia si maritus fecerit melioramenta in rebus extradotalibus, illa non possunt repeti ab hæredibus, cum cẽseantur compensata cum fructibus eorumdem bonorum, vt ex Vrsill. ad Afflict. decis. 44. Grat. conf. 54. num. 57. lib. primo, Menoch. consil. 739. num. 4. vol. 7. & in tract. recuper. remed. 15. nu. 500. cum seq. firmat D. Costa, vbi sup. num. 7. dicta distinct. 47.

11 † An autem vxor, de iure cõi possit petere fructus bonorum extra dotalium, perceptos per maritum, distingue, vt per Alex. d. conf. 42. nu. 2. post Bart. in d. l. pen. Afflict. dicta decis. 44. num. 3. Alex. d. conf 63. num. 5. cum seq. vsque ad finem, & dic, ex hoc statuto, quod non, vt supra dixi, ex Menoch. Costa, & alijs.

12 † Quomodò autem, & an vxor possit disponere de fructibus, & bonis parafernalibus, & vsquè ad quantum tempus, vide infra decretum 21.

13 In uerbo; ipsa patiente, & non contradicente] in hoc corrigitur, ut dixi supra ius commune, quo iure non sufficit scientia uxoris, una cum patientia, adhoc, ut maritus lucretur huiusmodi fructus parafernales, cum semper uxor habeatur pro contradicente, quod secus est in casu huius nostri statuti, ut per Thesaur. latè decis. 187. per totam, Costa ubi supra d. distinc. 47. cent. prima, num. 4. & 5. quo loci uult num. 7. quod licitum sit uxori absq; solemnitate, Io. Bott. allegato cõs. 20. num. 53. & seq.

Quid, & quantum, cuius, & quibus restitutio dotis, & tertij pluris fieri debeat soluto matrimonio. Rubr. 88.

ITem statuimus, quòd quælibet mulier post decessum viri sui post terminum à iure statutum habeat dotem suam, & augumentum ipsius dotis, & lucretur tertium plus ipsius, quòd tertium non ascendat nec ascendere possit vltra libras centum monetæ currentis tempore soluti matrimonij, & plus extrahere non possit, & intelligatur tertium plus quod duo denarij faciant tres. Si dos fuerit à libris ducentum Papien. vel ab inde infra. Si verò abinde supra quantacunquè sit, habeat pro tertio pluri dotis libras centum tantum. Et prædicta locum habeant nõn obstante aliquo pacto in instrumento dotali posito, vel lege aliqua in contrarium loquente.

Summarium ad Statutum 88. in Ciuilibus.

1 VIdenda ad hoc statutum.

2 Hoc statutum, an intelligatur, quando maritus superuixit vxori.

3 Dos post mortẽ viri, an statim restituenda vxori.

4 Hæredes mariti, intra annum luctus tenẽtur alere uxorem.

5 Quid

5 *Quid post annum luctus remissiuè.*
6 *Quid in casu, in quo dos est statim restituenda, si hæredes mariti præstiterint alimenta vxori, an lucretur fructus, & pro qua quantitate.*
7 *Quid si sit plus expensum in alimentis, quam sit in fructibus.*
8 *Vxor, an post annum possit petere alimenta præterita, & vide rationem num. 9.*
10 *Alimenta debita iure actionis, comprehendunt etiam futura, secus si debita officio Iudicis.*
11 *Vxor, an durante anno alimentorum, teneatur operari hæredibus mariti.*
12 *Videnda circa augmentum dotis.*
13 *Vsusfructus tertij pluris, an erit filiorum, vel patris.*
14 *Tertium plus, an debeatur, muliere legante marito.*
15 *Augmentum dotis permissum ex statutis Papiæ, imo de iuris necessitate faciendum, & tolluntur argumenta tenentium contrarium.*
16 *Augmentũ dotis, dicitur donatio ꝓpter nuptias.*
17 *An post mortem vxoris, debeatur hæredibus viri.*
18 *Quid stante pacto in contrarium.*
19 *Dotis augmentum gaudet ijsdem priuilegijs, quibus dos.*
20 *Statutum de dote, procedit etiam in augmento.*
21 *Augmentum dotis iudicatur eo modo, quo dos.*
22 *Limita, vt pro hoc augmento, nullum debeatur interesse marito.*
23 *Augmentum est eius natura, cuius res adiuncta.*
24 *Augmentum dotis debetur vxori, solum ad ratã dotis soluta, & num. 33.*
25 *Amplia, stante etiam iuramento.*
26 *Limita, quando maritus sequutus fuit fidem promissoris, & prout latius ibi.*
27 *Statutum hoc, de quibus libris intelligatur.*
28 *Media declarantur per præcedentia, & sequẽtia.*
29 *Augmentũ dotis, an debeatur ꝓ dote inæstimata.*
30 *Vbi non conueniunt verba, nec dispositio.*
31 *Verba monetæ currentis, qualiter intelligenda.*
32 *Tertium plus, an debeatur in dote præsumpta.*
34 *Augmentũ dotis, an debeatur hæredibus vxoris.*

1 D hoc statutum, vide statutum 86. & statutum 103. ac statutum 121. Borgnin. decis. 3. num. 30. & an valeat huiusmodi statutum, vide Soc. cons. 126. ad finem, & 56. vol. 3. D. Costam de portione ratæ, quæst. 88. & 111.

2 An autem hoc statutum versa vice intelligi debeat, quando maritus superuiueret vxori; dic, quod non, cum veniat intelligendum ad litteram, iuxta dispositionem statuti 55. supra de regim. Potest.

3 In verbo, post terminum à iure statutum] † terminus à iure statutus vxori ad petendam dotem post mortem viri, est annus, si consistat in rebus mobilibus, si verò in rebus immobilibus, tunc sta-
4 tim debent dari vxori, & durante dicto anno, tenentur hæredes mariti ipsam vxorem alere, si non habeat vnde se alat, Bart. in l. diuortio, vbi Castr. & Alex. ff. solut. matrim. Ias. in §. fuerat, nu. 23. Inst. de actio. latissimè Surd. qui testatur de magis communi, in tract. de alimentis, tit. primo, quæst. 44. nu. 11. Thesaur. decis. pedemont. 43. num. primo, vbi pariter testatur de communi, Io-
5 seph. Ludouic. in suis communibus, concl. 36. † vbi etiam ponit, quid post annum luctus, & vide D. Costam de portione ratæ, quæst. 95. num. primo,
6 vbi vult, quod si hæredes mariti decernant, vel præstent alimenta uxori non contradicenti, quod tunc lucrantur fructus dotis, quæ in bonis immobilibus consistit pro rata eius, quod erogatum in alimenta, reliquum autem tenentur restituere, †
7 si non sit impensum in alimentis plus quam sit perceptum ex dictis fructibus, tunc hæredes mariti non repetunt, vt ibi per eum, qui adducit rationem.

8 Sed † quid si infra annum non se petat alimentari, an post annum possit petere alimenta præteriti temporis; dic quod non, Castr. in d. l. diuortio num. 6. Ias. in d. §. fuerat, nu. 26. & in d. l. diuortio, nu. 22. Afflict. decis. 284. vbi Vrsillus in addit. ad eum, num. 6. Plot. in repet. l. si quando, num. 468. cũ seq. pluribus, C. vnde vi, Thesaur. testans de communi, decis. 43. nu. 2. ratio est secundum
9 præfatos DD. quia † huiusmodi alimenta debentur officio Iudicis, ex quadam miseratione, quo casu præterita non debentur, cum cesset miseratio, cum iam vxor fuerit alimentata, quod secus esset, si alimenta deberentur iure actionis, & sic
10 ex dispositione hominis, quo casu debentur etiã præterita, & ad hæredes transeunt, Alex. cons. 7. num. 10. lib. 2. Borgnin. de tut. & cur. num. 241. & de vsufr. mulier. relic. num. 169. Thesaur. Pedem. decis. 44 num. primo, Afflict. decis. 10. nu. 4. vbi Vrsillus in addit. ad eum num. 12. Bart. in l. libertis quos, §. manumissis, num. 3. ff. de alim. & cib. legat. Dec. in l. de alimẽtis, n. 5. post cæteros DD. C. de transac. Gallia in consuetudine Alexandrina, in verbo, solidos, nu. 51.

11 Vnum tamen scias, † quod durante dicto anno alimentorum, vxor operari debet illis à quibus alimentatur, Bar. in d. l. diuortio num. 3. vbi etiam ponit quid si vxor non velit stare in domo, cum hæredibus viri, an debeat alimentari extra domũ, & quando fiat deductio operarum, sequitur ibi Castr.

12 In verbo, & augmentum ipsius dotis] respectu † augmenti dotis, & tertij pluris, vide supra statutum 60. in ciuili, & Bart. in l. paulus, ff. de solut. Cephal. cons. 31. vol. primo, & cons. 773. nu. 31. cum seq. Ias. in rubr. ff. sol. matrim. Purpur. in l. cum quid, ff. si cert. pet. Crauet. cons. 47. num. 7. volum. primo, Paris. consil. 126. lib. primo, Roll. à Valle de lucr. dot. quæst. 100. Belon. cons. 18. num. 10. Bursat. cons. 120. num. 3. & 19. vol. primo. Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de solution. concl. prima, per totam, & omnium latissimè Gaspar Thesaur. decis. 9. part. 2. Curt. iun.
13 cons. 24. An autem vsusfructus istius tertij pluris erit filij, an verò patris, vide glo. in auth. vt liceat
14 matri, & auiæ, in versic. parentibus, † quid si mulier legat marito aliquid, an debeatur istud tertium plus, vide Alex. in l. si cum dotem, §. si patri.
15 ff. sol. matr. † & nota hoc statutũ, quod videtur permittere augmentum dotis, licet aliqui videantur tenere contrarium, & malè, non enim reperitur in spetie prohibitum argmentum per statuta Papiæ, imò admissum, vt ex hoc statuto, & statuto 86. ac 121. prout fatetur D. Costa de portione ratæ. quæst. 111. num. 18. post Borgnin. decis. 30. nu. 77. part. 3. & latè de augmento dotis, & qualiter consideretur, tradit D. Costa de portione ratæ, d. quæst. 111. imò de necessitate iuris est faciendum vxori dotis augmentum, quia dos data donationem propter nuptias meretur, auth. dos data, C. de donat. prop. nupt. & donatio propter

nuptias

nuptias tempore contracti matrimonij non constituta ipso iure constituitur, Rimin. iun. cons. 496. num. 12. & 16. lib. 5. cogiturq; maritus ex legis dispositione, talè donationem facere, Surd. abundè cons. 397. nu. 13. lib. 3. potestq; tàm ante, quampost matrimonium fieri, Borgnin. decis. 30. num. 81. Iudexq; pariter ex offitio solet augmentum dotis taxare, habito respectu ad dotis quantitatem, Gaspar Thesaur. decis. 9. nu. 7. & 8. part. 2. vbi uult augmentum dotis ad quartam dotis regulari, & licèt aliqui uoluerint, imò in hac patria mea Papiæ esse prohibitum dotis augmentū, ponderantes statutum 121 infra sub rubr. de lucr. matrimonialibus in illis uerbis, quod mortuo marito uxor lucratur tertium plus dotis de bonis uiri, & non plus, loco tertiæ, uel quartæ antiquitus debitæ, seu donationis propter nuptias, intelligēdo donationem propter nuptias pro augmento dotis, ut per Crau. cons. 185. nu. 5. Alb. cons. 22. nu. 4. & 5. ubi addit, & cons. 68. nu. primo, Hond. cons. 48. num. primo, maxime effectu considerato, ad id facere videtur statutum 85. supra, sub rubr. quod traditio quartæ, vel tertiæ, vel sponsalitij, quo videtur prohibita sponsalitia largitas, quæ idem est, quod dotis augmentum, & donatio propter nuptias, & licet statutum nostrum faciat mentionem de augmento dotis, illud intelligunt de augmento monetæ, vt in puncto Paul. de Montepic. consil. 88. in primo dubio. His addunt cōmunem stylum, & obseruantiam fori Papiensis, qua practici, & Notarij, ac procuratores omnes id pro absoluto habentes esse prohibitum dotis augmentum, passim instrumenta conficiunt, in quibus maritus actualiter se recepisse fatetur eam quantitatem peccuniarum, quam donat vxori ꝓ dotis augumento; ego tñ nō recedo ab opinione D. Costæ Collegæ mei, quod scilicet nullo statuto sit prohibitum hoc dotis augmentum pōderādo statutum nostrum, quod expresse de eo facit mentionem, & augmentum dotis ijsdem argumentis terminatur, ac ipsa dos; lōgeq; differt à donatione ꝓpter nuptias, & sponsalitia largitate, vt plenissime probat multis cumulatis, Borgnin. decisio. 30. num. 75. vsque ad num. 90. parte 3. vbi omnia statuta Papiæ loquentia de tertio pluri, desponsalitia largitate, de donat. propter nuptias, determ tia, vel quarta antiquitus debita, & de hoc dotis augmento tamquam penitus diuersis, plenissimè pōderat, stante maximè, qđ statuta Papiæ ad literam sunt intelligenda, & ibi latissimè videndū, & apud Bursat. cons. 129. num. 8. & seq. lib. 2. D. Cost. dict. tract. de port. ratt. quæst. 111. nu. 18. nec vim facit notariorum cautela, quia ego eam appello corruptelam, cum illaqueat animas mariti, vxoris, falsum iurantis, & ipsius notarij falsum dolo, & scienter scribentis.

16 Et scias, † quod huiusmodi augmentū dotis dicitur propriè donatio, quæ fit à marito vxori ꝓ-
17 pter nuptias, † quod post mortem viri, & sic soluto matrimonio debetur hæredib. mariti, saltem post mortem vxoris l. 2. vbi Bald. C. de bon quæ lib. Crauet. consil. 185. num. primo, Alb. cons. 22. & cons. 68. num. 2. & seq. Rol. à Val. consil. 62. num. primo. cum seq. lib. primo. Roger. de dot. quæst. 19. num. 14. Cost. olim collega meus de port. rat. quæst. 88. per tot. max. num. 1. & 8. & quæst. 111. nu. 2. Gaspar Thesaur. decis. 9 nu. 1.
18 part. 2. † fallit tamen si maritus ex pacto promisisset restituere vxori, & eius hæredib. in casu dotis restituendę, Doct. supra citati Cost. d. q. 111.
19 num. 2. Honded. cons. 48. lib. primo, † Sciendum pariter, quod dotis augmentū gaudet omnibus priuilegijs doti concessis, Menoch. consil. 93. nu. 13. lib. primo, Cephal. consil. 156. num. 25. lib. 2.
20 Rol. d. lucro dot. quæst. 100. hinc † Statutum loquens de lucro dotis, habet locum etiam in au-
21 gmento vt per Doct. proxime citatos, † eoq; modo iudicatur, quo dos ipsa. Cost. d. q. 111. num. 3. vbi limitat non ꝓcedere, † qđ scilicet ꝓ hoc au-
22 gmento nullum debetur interesse marito, nisi intercedente stipulatione, Peregr. consil. 100. col. fin. lib. primo, afferens in hoc diuersitatis ratioñ, quia dos dicitur debitum, augmentum vero lucrum, nec conuenit lucrum ex lucro deberi. Hinc
23 pariter dicimus augmentum eandem sortiri naturam, qualem res adaucta, & eadem vindicari
24 actione, qua principale, Cost. consil. 23. num. 28. † est autem notandum tale augmentū dotis vxori deberi solum, pro rata dotis solutæ Cost. d. tract. de port. rat. quæst. 88. num. primo, vbi ampliat
25 † procedere etiam si esset iuratum per maritum de restituenda integra dote, & quæst. 111. nu. 4.
26 vbi hoc latè defendit, & limitat, † non procedere quando maritus secutus fuerit fidé promissoris, vel pendente termino ad soluendum decesserit, vel forma instrumēti dotalis aliud exposcat. Natt. consil. 258. Menoch. lib. 3. præsumpt. c. 6. Gaspar Thesaur. decis. 9. num. 10. part 2.

27 In verb. vltra libras centum] † de quibus libris intelligatur hoc statutum, de Papiensibus, an vero de imperialibus, cum statutum hoc non aperiat; dic hoc declarari per sequentia, dum fit mentio de Papiensibus, debet intelligi de libris Papiē-
28 sibus, eo † quia iuxta ꝓcedentia, & sequentia intelligūtur medial. si seruus pluriū, §. fi. ff. de leg. 2.

29 An autem istud augmentum dotis, seu tertiū plus debeatur vxori superuiuenti, quando dos est in prædio inęstimato, & videtur dicendum quod non; quia illa verba statuti à libris ducentum, non videntur conuenire rei immobili datæ in dotem
30 inæstimatam, † quo casu nec etiam debet conuenire dispositio, l. 4. §. toties ff. de damno infect. Contrariam tamen opinionem veriorem atque æquiorem dicit D. Costa in suo tract. de portione ratæ quæst. 111. num. 12. vbi tribus rationibus hanc tuetur, & contrarium supra adductum remouet, & ideo ad eum recurratur, & ego in eandem transeo sententiam.

31 In verb. monetæ currentis] † qualiter sint intelligenda ista verba, vide per Alex. consil. 21. vol. 2. & consil 104. in principio.

32 An † autem istud tertium plus habeat locū in dote ꝑsumpta, dic quod sic, Borgnin. dec. 30. & 73. par. 3. Menoch. consil. 4. & 5. vol. 1. Osasc. decis. 21. Costa in d. tract. de port. rata d. q. 111. nu. 2.

33 Tale † autem augmentum, debetur solum habita ratione ad dotem solutam, & ad eius ratam, vt per D. Cost. de portione rat. quæst. 88. per tot. vbi etiam aliquibus modis declarat, taleq. † au-
34 gmentum, & tertium plus, deberi † etiam hæredibus vxoris ipsa defuncta teneo, tamquam hæredis nomen in statutis, pactis, & quacunque dispositione contineatur, l. si pactum, ff. de probat. Ang. in l. prima. ff. de his quę in testam. deb. Surd. plura consil. 133. num. 15. lib. primo. Tiraq. de retract. conuēt. gl. 5. in principio, D. Menoch de præsump. lib. 3. præsump. 42. Cephal. consil. 352. lib. 3. & consil. 630. lib. quinto.

Quæ intelligantur esse relicta pro camera. Rub. 89.

ITem statuimus, quòd si contingat aliquem relinquere, seu legare alicui mulieri, vel alteri suam cameram, quod intelligatur reliquisse, seu legasse vsumfructum ipsius Cameræ, & intelligantur Camera, & de camera, solum hæc infrascripta: lectus fulcitus, videlicet culcitra, & plumacium cum vno coopertorio, siue cultra, parij; duobus linteaminum, & scrinio vno, siue cophino: Item toualias quattuor, toualiolos quattuor, paria duo pannorum de vsu ipsius mulieris, & mutandas ipsius mulieris lini, bacile vnum, sugatoria tria, & omnes velos pro capite ipsius mulieris. Et hoc si prædicta extant, tunc in bonis dicti relinquentis. In ædificio vero ipsius cameræ nullum ius propterea acquiratur ipsi mulieri. Et si qua mulier relicta fuerit per virum suum rectrix, & gubernatrix, domina, massaria, dominatrix, vel aliquibus, seu aliquo modo ipsorum, quòd intelligantur ei esse relicta solummodo alimenta pro se.

Summarium ad Statutum 89. in Ciuilibus.

1 *LEgatum vxori relictum de camera fornita, an extendatur ad bona ibid. post testamentum per vxorem asportata.*
2 *Legatum de fundo cum instrumento, non comprehendit instrumēta, post testamentum præparata.*
3 *Legatum relictum vxori de omnibus mobilibus, an comprehendat mobilia post testamentum acquisita.*
4 *Legatum per verba indefinita factum, comprehēdit ea solum quæ aderant tempore testamenti.*
5 *Amplia vt etiam comprehendātur præparata tēpore testamenti.*
6 *Legatum Ecclesijs factum non comprehendit Ecclesias postea ædificatas.*
7 *Priuilegium concessum capellis, non trahitur ad capellas postmodum acquisitas.*
8 *Dispositio per verba præsentia, an trahatur ad futura remissiuè.*
9 *Publicatio bonorum, futura non comprehendit.*
10 *Priuilegium immunitatis, an trahatur ad bona futura, remissiuè.*
11 *Legatum vxori relictum, an de præsenti, an de futuro intelligatur.*
12 *Quid si testator tempore testamenti non habebat vxorem.*
13 *Legatum alimentorum fauorabile.*
14 *Legatum alimentorum relictū in minus solemni voluntate, si per biennium soluatur, perpetuam inducit obligationem.*
15 *Amplia etiam si sit relictum diuiti.*
16 *Legatum alimentorum relictum pauperi, dicitur pium, & fauorabile.*
17 *Vestes quotidianæ post mortē mariti sunt vxoris.*
18 *Fall. in vestibus festiuis.*
19 *Vestes festiuæ, quæ & quis teneatur probare.*
20 *Iocalia debentur hæredibus mariti.*
21 *Hæredes mariti, an teneantur, ad vestes lugubres & viduales versus vxorē, quid de iocalibus donatis à consanguineis mariti, vel vxoris, & quid in emptis à socero.*
22 *Legatum vsusfructus relictum vxori existentib. liberis, trahitur solum ad alimenta.*
23 *Amplia, & limita pluribus modis remissiuè.*
24 *Fallit quando filij decederent.*
25 *Super legitima filij, non debetur vsusfructus.*
26 *Fallit, vbi vxor sit relicta vsufructuaria certarū rerum.*
27 *Item fallit extraneo instituto.*
28 *Intellige fallentiam etiam si sint instituti ascendentes, vel collaterales.*
29 *Fall. vbi vsusfructus relinquitur pleno iure.*
30 *Legitima tamen de dicto vsufructu detrahitur.*
31 *Legatum vsusfructus vxori relictus cum onere nō deducendi dotem, an super dotis vsufructu possint filij habere legitimam.*

1 CIRCA hoc statutum, sciendum, † qđ de iure communi si sit relictū legatum vxori de camera fornita de omnibus bonis, quæ ibi reperientur. quod huiusmodi legatum non comprehendit ea, quæ postmodum ad illum locum per vxorem asportata fuere, l. cum ita. vbi Cast. ff. de leg. 2. Port. instit. de hæredit. quæ ab intest. deferuntur in principio num. 25.

2 Item legatum relictum de fundo instructo, vel cum instrumentis, non comprehendit instrumenta post testamentum parata l. Iulianus, §. fin. cum l. seq. ff. de leg. 3. Alex. cons. 178. nu. primo
3 lib. 2. † An autem legatum vxori relictum de omnibus quæ reperiuntur in bonis testatoris tēpore mortis, comprehendat mobilia post testamentum acquisita, latè arguendo ad partes concludit pro affirmatiua Bald. consil. 35. volum. 6. vbi dixi in meis lucubrationibus, ex eo quod quoties in legato quid vniuersale continetur, vt in hoc casu, veniunt etiam acquisita post testamentum; si verò legatum sit particulare, tunc distinguendum est, aut acquisita post testamentum veniunt accessoriè ad rem legatam, & debentur; aut sunt æquè principales, & tunc non includuntur in legato, vt etiā consideraui in additionibus ad dict. consil. Bald. 35. lib. 6. ex hac autem distinctione
4 notandum, † quod si legatum fieret à testatore per verba indefinita, putà de argento, vel auro, non venit nisi illud quod erat in bonis testatoris tempore testamenti l. si ita, & l. medico, ff. de aur. & argent. legat.

5 † Intellige tamen, vt comprehendantur etiam ea, quæ præparata sunt tempore testamenti, putà, si testator misisset seruum ad emendum argentum l. cum quidam. ff. de aur. & argent. legat. Alex. cons. 170. num. 12. lib. 2.

6 Item † legatum factum Ecclesijs Ciuitatis, nō intelligi-

intelligitur de Ecclesijs postmodum ædificatis, Alex. in l. qui filiabus num. 2. vbi DD. ff. de leg. 1.

7 Item † priuilegium concessum Monasterio, & Capellis, non trahitur ad Capellas postmodum acquisitas, glos. in cap. cum in Capella de priuil. Alex. consil. 178. num. 5. Intelligendo, vt per eum num. 18. lib. 2. Ias. in l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur num. 9. ff. de verbor. oblig. vbi ad
8 plura infert circa materiam, † quando dispositio trahatur ad præsentia tantum, non autem ad fu-
9 tura, vbi num. 6. vult, † publicationem bonorum non trahi ad bona futura, & sic quę post condemnationem peruenerunt ad bannitum, quod etiã voluit Boss. in tit. de bonorum publicatione num. 27. & seq. vbi adducit cautelam ad hoc euitandũ Clar. in §. fin. prax. crim. quęst. 78. num. 23.

10 † Limita tamen, quod dictum est de priuilegio; vt non procedat in priuilegio immunitatis generaliter, & indefinitè. Illud enim trahitur etiam ad bona post priuilegium acquisita, & ad onera futura, Alex. cons. 178. nu. 15. vbi latius appost. ad eum lib. 2. Paris. cons. 168. num. 7. cum plurib. seqq. lib. primo, idem Alex. consil. 197. nu. 8. vbi appost. libr. 2. & vide latè per Doct. in l. si ex toto, vbi Auus maternus. Rip. num. 12. cum seq. ff. de leg. primo. Sed † quid si sit relictum legatum vxori de camera fornita, si postea vxor moriat, & testator ducat aliam, an secundę vxori debeatur huiusmodi legatum, & dic quod non, ex quo huiusmodi legatum restringitur ad vxorem quæ erat tempore testamenti, ita Bal. in l. fin. num. 7. C. de indic. vid. toll. sequitur Dec. in c. quoniam Abbas num. 84. de off. deleg. vbi appost. ad eũ & licet Alex. cons. 171. num 2. cum seq. vol. 2. videatur tenuisse contrarium; tamen ipse loqui-
11 tur † quando testator tempore testamenti nullam habebat vxorem, & ideò distingue, vt habeas perfectam doctrinam, & dic, quod quando legatum est factum à marito vxori, vel cognatis, aut testator tempore testamenti habebat vxorem, vel cognatos, & tunc intelligitur solum de his, qui sunt tempore testamenti, argumento l. si ita. ff. de aur. & arg. leg. Bar. in si cognatis in pen. quę. ff. de reb. dub. Peregr. de fideic. art. 22. num 16. vers. limi-
12 tatur autem. Aut † testator tempore testamenti non habebat vxorem, vel cognatos, & tunc intelligitur de vxore, vel cognatis futuris, Bar. in d. l. si cognatis vers. venio ad secundam lecturam, Peregr. d. art. 22. num. 8. & vide eundem Alex. vbi supra num. 4. vbi ponit an legatum alimentorum relictum futuræ vxori alicuius, debeatur omnibus, an verò priori tantum, & tenet deberi omnibus, cum legatum alimentorum sit valdè fauorabile, l. prima, C. de fideic. per quem tex. dicimus, quod legatum alimentorum solutum per triennium in-
13 ducit perpetuam obligationem, † & si sit relictũ in voluntate minus solemni, Cephal. consil. 564. num. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 131. vbi
14 plenè. † Intellige, vt legatum alimentorum dicatur fauorabile, etiam si sit relictum diuiti. l. cũ hi, §. nihil. ff. de transact. Alex. d. consil. 171. nu. 4.
15 lib. 2. † Si autem sit relictum pauperi, dicitur piũ & fauorabile. Bar. in tract. alimentorum colum. 3. versic. quæro vtrum legatum alimentorum, Aret. in §. fin. num. 4. inst. ad l. falcid. Dec. consil. 120. num. 4. Cephal. consil. 564. nu. 8.

17 In verbo paria duo pãnorũ de vsu ipsius mulieris] quid de cęteris † vestibus quotidianis, ad vsum ipsius vxoris factis an debeantur ipsi vxori, dic quod sunt ipsius vxoris, si verò sint vestes fe-
18 stiuę † tunc debẽtur hæredibus viri, ita Bal. in l. in hijs rebus. §. 1. ff. sol. matr. post gl. ibi Bar. in l. gerit, num. 26. ff. de acquir. hæred. Alex. cons. 42. num. 12. vbi appost. ad eum lib. primo. Menoch.
19 de arb. Iud. casu 218. per tot. vbi † declarat, quę dicantur vestes quotidianę, cui autem incumbat onus probandi vestes festiuas esse, tradit Natta
20 consil. 197. post nu. 8. & 10. † iocalia autẽ quæ à viris mittuntur vxoribus, debentur hæredibus mariti, Pract. Pap. in forma libelli pro hæred. vel re sing. diuid. in gl. communiter num. 23. vbi Medda latissimè, & appost. ad eum, Roll. à Vall. cons. 10. num 12. vol. primo. testans de magis cõmuni Clar. lib 4. recept. senten. § donatio q. 10. Menoc. plures alios adducẽs de arb. iud. casu 218. & in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 24. Stef. Gratian. disceptat. forens cas. 189. num. 10. cum
21 seqq. pluribus. An † autem hæredes mariti teneãtur ad vestes lugubres, & viduales ipsius mulieris, vide Alex. in l. si quis alias si vsufructus §. dos, ff. ad l. falcid. quid in iocalibus emptis, & donatis à consanguineis mariti, vel vxoris, communis est, vt donata à cõsanguineis vxoris remaneãt vxori, donata verò ab affinibus viri sint hæredis mariti, Bertazol. de magis communi consil. ciuil. 59. num. 76. Roll. consil. 10. num. 11. lib. primo, Stefan. Gratian. dicto cas. 189. num. 2. 3. & 4. & si maritus legat vxori quę eius causa sunt comparata, venient etiam ea, quę socer nurus nomine comparauit, l. si quid earum vers. in quibus, ff. de leg. 3. Stefan. Gratian. discept. forens cap. 189. num. 6. parte prima.

22 In verb. rectrix, & gubernatrix.] de iure communi † si testator vxorem suã dominam, massariam, dominatricem, reliquerit, vel vsufructuariã omnium bonorum liberis existentibus, solum extenditur huiusmodi legatum ad alimenta, Bar. in l. titio, §. fin. ff. de leg. secundo. Ias. in l. & si contra tabulas num. primo, ff. de vulg. Pract. Pap. in forma libelli quo vxor agit ad dotem in gl. donec num. 5. Alex. consil. 53. volum. 3. Dec. consil. 428. & consil. 456. latissimè de hac regula Borgnin. de
23 vsufr. mulier. relic. num. 17. † & Ant. Gab. in suis communibus in tit. de vsufr. concl. 2. per totã vbi latissimè hanc regulam ampliat, & limitat, vide etiam latè per Grassum de success. §. legatum. quæst. 24. latissimè etiam Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsump. 139. per totam, vbi tradit ad hoc 31. coniecturas.

24 † Fallit hęc regula, quando filij decederent, nam tunc de alimentaria fit vsufructuaria, Bart. in dict. §. titia num. 10. Bart. & alij in Aut. hoc locum, C. si second. nupt. mulier. Socin. iunio. consil. 74. num. 3. volum. 4. Gozad. de communi consil. 99. num. 9. Gab. dict. concl. 2. num 62. Pereg. de fideic. art. 12. num. 28. aduerte tamen,
25 † quod hoc casu non consequitur vsufructũ super legitima filij gl. in aut. hoc locum. C. si second. nupt. muli. Pereg. d. art. 12. num. 29.

26 † Fallit secundò, quando relicta esset vsufructuaria certarum rerũ. nam tunc integer habetur vsufructus, etiam filijs existentibus, Bal. in l. si pater per illum tex. C. de vsufr. Benedict. in repet. cap. Raynutius de testam. num. 22.

27 † Fallit tertio extraneo, hęrede instituto, l. vxori meę, ff. de vsufr. leg. Bar. in d. §. titia, num. 17. Ant. Gabr. in d. tit. de vsufr. concl. 3. per tot. vbi latè hanc fallentiã ampliando, & limitando ex-

ornat, Graff. d.q.24. num. 12. latissimè Menoch. lib.4. præsump. 140. per totam.

28 † Ampliatur hęc fallentia, vt procedat, etiam si testator instituisset hęredes ascendétes, vel collaterales, putà fratres, nam tunc nihilominus habebit vxor vsumfructum, Bar. in l. titia, §. fin. in fine, Alex. conf. 57. num. 2. vbi appost. lib. 3. Menoc. dict. presumpt. 140. num. 2.

29 † Fallit vltimò pro nunc, quando vxori fuisset relictus vsusfructus pleno iure, vel plenus, & integer vsusfructus, vel esset dictum, quod nō importet alimenta tantum, sed totum & integrum vsumfructū, in his enim omnibus casibus vxor habebit vsumfructum etiam liberis existentibus; vt per Borgnin. vbi supra num. 49. versicu. 8. limita. & num. 61 versic. decimo octauo, plures alias limitationes ad hanc regulam, videas ibi per Borgnin. post Gabr. vbi supra, & per Carpan. ad Statuta Mediolani cap. 315, num. 49. cum seqq. pluribus.

30 † Aduertendum tamen est, quòd de dicto vsufructu erit detrahenda legitima filiorum, Alexan. conf. 28. vol. 4. Ant. Gabr. in suis cōmunib. in tit. de legitim. conclus. 1. num. 5. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 29.

31 † An autem hoc casu, quo testator relinquit vxorem vsufructuariā pleno iure cū pacto, quod non possit deducere suā dotem, quo casu filij habent suam legitimam super qua non potest cōstitui vsufructus vt supra dixi, an isto casu filij possint petere aliquam partem legitime de vsufructu dotis vxoris, & dic quòd non, vt per Alex. d. conf. 57. num. 7. in 2. dub. lib. 3.

Quod maritus non possit vxorem ipsius hæredem instituere, legare, nec relinquere in aliqua vltima voluntate vxori suæ, nisi vsufructum. Rubr. 90.

Item statuimus, quòd de cetero aliquis maritus non possit vxorem ipsius instituere, vel legare, nec relinquere in aliqua vltima voluntate vxori sua, nisi vsumfructum, proprietatem autem alicuius rei relinquere non possit. Sed dicto vsufructu, vti non possit, nisi honestè, & in viduitate manendo, & thorum viri sui honestè custodiendo. Alimenta autē possit ipse maritus relinquere dictæ vxori suæ lectum viri sui honestè in viduitate custodiendo, vendere verò, nec alienare vxori, vel alteri pro ea constante matrimonio non possit. Et si secus factum fuerit non valeat, nec teneat ipso iure.

Summarium ad statutum 90. in ciuilibus.

1 *DOct. videndi ad hoc statutum, & vide nu. 8.*
2 *Hoc statutum validum.*
3 *Hoc statutum, an odiosum, vel fauorabile, & vide num. 5.*
4 *Maritus potest vxori reliquere de iure communi.*
6 *Ratio statuti est, ne contingat mutuo amore inuicem se spoliare, & vide num. 7. aliam rationem.*
8 *Hoc statutum, an liget in foro conscientia.*
9 *Vxor, an licitè in foro conscientia, rem sibi à marito legatam, detineat.*
10 *Vxori non potest relinqui, ex hoc statuto, etiam per interpositam personam.*
11 *Maritus relinquēdo vxori per interpositam personam, an sit tutus in foro conscientia.*
12 *Ille, cui fuit relictum in confidentiam pro vxore, an peccet retinendo.*
13 *Vxor, an hoc casu in monitorialibus teneatur reuelare.*
14 *Maritus legando patri, vel fratri vxoris, an præsumatur in fraudem statuti, & an legatum validum.*
15 *Maritus dicitur prohibitus ex hoc statuto vxorē pupillariter substituere, & vide nu. 16. vbi cōtra.*
17 *Maritus, an possit ex hoc statuto, dare facultatē vxori, distribuendi pro anima.*
18 *Maritus ex hoc statuto, dicitur prohibitus donare vxori causa mortis.*
19 *Vxori per fideicommissum non potest relinqui, ex hoc statuto.*
20 *Hæres grauatus de restituendo cui velit, an possit elligere vxorem testatoris.*
21 *Confessio dotis à marito facta in testamento, an valida.*
22 *Confessio dotis in testamento inducit legatum, nō probationem.*
23 *Confessio dotis à marito facta constante matrimonio, an valida.*
24 *Quando præiudicet dicta confessio marito, & creditoribus anterioribus, ac posterioribus.*
25 *Confessio dotis constante matrimonio, an dicatur facta in fraudem creditorum.*
26 *Hoc statutum, an procedat in vxore, legante marito, & vide num. 27.*
27 *Maritus potest prohibere hæredi, ne deueniat ad alienationem, vel locationem sine vxore.*
28 *Vxor relicta vsufructuaria, nullo dato hærede, an sit hæres ex hoc statuto.*
29 *Maritus potest donare vxori inter viuos.*
30 *Donatio inter virum, & vxorem, regulariter est prohibita, & vide num. 100.*
31 *Fallit cum iuramento.*
32 *Fallit propter merita.*
33 *Fallit, vt confirmetur sequta morte.*
34 *Hæres institutus à marito, potest reliquere vxori.*
35 *Forensis, Papiæ existens, an possit legare vxori.*
36 *Hoc statutum, an comprehendat sponsam, & vide num. 50.*
37 *An comprehendat quartam, debitam vxori inopi ex auth. præterea C. vnd. vir. & vxor.*

38 *Vxor*

1 CIRCA hoc statutum, vide Cæphal. côs. 69. & 70. Curt. sen. consil. 11. Menoc. consil. 11. vol. primo. Berret. cons. 22. Gallia qui circa hoc statutum latè
2 versatur, in consuetudine Alexandrina; † & hoc statutum disponens maritum non posse relinquere vxori præter vsumfructum, vel alimenta validū est, Alex. cons. 128. num. 1. vol. 7. Dec. cons. 196. nu. 4. Bursat. cons. 189. nu. 1. cum seq. vol. 2. Borgnin. de vsufruc. mulier. relic. num. 122. Gallia in consuetudine Alexandrina in 4. præfatione nu. 4.
3 † est autem odiosum huiusmodi statutum, cum prohibeat disponere de re sua in personam de iure communi capacem, ex magis cōmuni, de qua per Bursat. cons. 189. nu. 60. vol. 2. de iure autem
4 cōi † potest maritus oīa bona sua vxori relinqre l. fin C de Instit. & subst. l. fin. C. si quis aliquem test. prohib. Curt. iun. cons. 6. nu. 7. Pract. Papien. in forma libelli quo vxor agit ad dotem, gl. dedit nu. 1. Menoch. de pſump. lib. 4. pſump. 97. nu. 2. cū

duobus seqq. Gallia in consuetud. Alexand. in 4. præfat. nu. 3. non tamen defuerunt multi tenen-
5 tes, † huiusmodi statutum dici fauorabile, inter quos fuit Rip. auus meus maternus in l. 2. nu. 14. vbi Alciat. num. 3. ff. de leg. 2. Soc. sen. cons. 74. num. 2. volum. 2. Cephal. cons. 59. num 8. vol. primo, ante hos, Roman. cons. 39. num. 2. quos etiam secutus est, Menoch. cons. 11. num. 9. & seq. vol. primo, & nouissimè D. Costa cons. 13.
6 num. 26. † ratio, qua moti sunt statuentes ad ità disponendum ea esse potest, ne coniuges inter se mutuo amore se spolient, Alex. cons. 41. num. 7. vol. 5. Rip. in l. 2. num. 14. ff. de leg. 2. cum alijs pluribus relatis per Galliam in d. consuetud. præfat. 5. nu. 16. cum seq. & vide Pract. Papiens. adducentem aliam rationem in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in gl. dedit, & legauit, nu. 2. Plot. in repet. l. si quando, num. 424 C. vnde vi,
7 Curt. sen. cons. 11. col. 3. alia † ratio est, ne maritus blanditijs, & rationibus mulieris allectus, propriã sobolem successione debita priuet, Barb. cons. 23. num. 4. in fine, lib. 4. Soc. sen. cons. 75. col. 2. in fine, lib. 3. cum alijs adductis per Menoc. cons. 11. num. 4. vers. 9. vol. primò.

8 † Circa materiam huius statuti plura, & prope infinita dici possent, sed quia de his omnibus latè habetur per Lancellot. Galliam in sua consuetudine per totum, & Petrum Pechium in cõmentarijs de testam. coniugum, ac etiam latè per Carp. ad statuta Mediolani, cap. 295. per totum, ideò omissis pluribus solum supponam nonnullas quęstiones vtiles, & scitu dignas, deinde deueniam ad declarationem verborum ipsius nostri statuti.

9 † Sciendum est autem, quod huiusmodi statutũ nostrum ligat etiam in foro conscientiæ, adeò quod in illo foro non tenetur hæres præstare legatum à marito relictum vxori contra dispositionem huius statuti, ità Gallia in d. consuetud. Alexand. in glo. non possit, nu. 1. vbi etiam nu. 16. ponit, an vxor rem legatam detinens sit tuta in foro conscientiæ, & concludit, quod sic, quando detinet sine fraude, ac adulationibus, & absq; importunitate, seu relictis extra testamentũ cũ nõ censetur hoc casu psũptiõ deceptionis, super qua dicitur fundatum hoc statutum, ità Galiam refert, & sequitur D. Costa de remed. subsid. remed. 124. nu. 11.

10 † Secundo loco procedit huiusmodi statutũ, vt nec etiam possit relinqui vxori per interpositam personam, puta eam substituendo hæredi scripto, vel relinquendo coniunctæ personæ dictæ vxoris, ita pluribus citatis, tenet Menoc. de arb. iud. cent. 5. casu 459. num. 28. idem Menoch. de præsump. lib. 4. præsumpt. 97. num. 7. loquens in terminis huius statuti, Curt. iun. d. cons. 6. nu. 7. ac 19. & Alciat. respons. 71. nu. 5. Pract. Papiens. in dicta glo. dedit, & legauit, num. 2. Anton. Gabr. in suis communibus, tit. de secund. nupt. conclus. 4. num. 8. & seq. Vinc. Honded. consil. 14. nu. 18. & seq. lib. primo. Alberic. in tract. statutorum, part. 2. quæst. 112. Humanissimus olim inter auditores meos, & nunc doctissimus I. C. D. Petr. Anton. Lazar. in suo tract. de monitor. sect. 3. q. 5. num. 17. & seq. Gallia in d. consuetud. Alexand. in verbo, non possit, num. 15. & in verbo, vxori suæ, num. 11. & in verbo, legare, quæst. prima, nu.
11 22. & seq. vbi vult † maritum relinquendo interpositæ personæ non fore tutum in foro conscientiæ, refertq; coniecturas fraudis, & vide etiam Borgnin. decis. 71. num. 75. cum duobus seqq. part. 3. quo loci vult tenentes dicta bona à marito relicta in confidentiam, in fraudem statuti, occultè, & secretè, peccare mortaliter; cum statutum irritum faciat huiusmodi legatum; vlte-
12 riusq; vult, nu. 77. quod licet mulier non sit obli-
13 gata in monitorio propalare, si tamen † fulminetur ipsum monitorium, & intra tempus non re-
14 stituerit, remanebit excommunicata, vnum tamen scias quod si maritus instituerit patrem, vel fratrem vxoris, vel legatum eis reliquerit; huiusmodi legatum debetur, non obstante hoc statuto, cum non sufficiat simplex suspitio, nisi aliunde liqueat defraudulentia, & ideò ad hoc, vt eis auocaretur huiusmodi legatum, vti in fraudem statuti factum, necesse esset constare de fraude, vt per Curt. iun. cons. 6. num. 5. & 19. vol. primo, Plot. cons. 17. num. 24. cum seq. & cons. 168. nu. 25. & seq. inter consil. vlt. volunt, quos omnes in terminis huius nostri statuti refert, & sequitur D. Costa in suo tract. de portione ratæ, q. 4. num. 12. affinibus, .n. & attinentibus vxoris non prohibetur legari, aut relinqui, Gal. in d. tract. in verbo, vxori, quæst. 3. num. 4. & seq. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 459. num. 28. & in filio consuluit, Alex. cons. 99 num. 5. & 10. lib. 7. in donatione facta sorori vxoris; Castrens. cons. 193. lib. 2.

15 † Tertiò, vigore huius statuti, maritus prohibetur vxorem pupillariter substituere, Zancha in l. hæredes mei. §. cum ità, num. 522. ff. ad trebell. Medda in appost. ad Pract. Papien. in dicta glos. dedit, & legauit, sub num. 2. in verbo. possit vxori, Ias. in l. si is, qui num. 6. ff. de vulg. & pupil. subst. Petr. Pechius in suo tract. de test. coniug. lib. 4.

16 † Contrarium tamen, quod imò, stante hoc statuto, non prohibeatur maritus vxorem pupillariter substituere, tenent Cum. & Alb. in d. l. si is, qui, vbi, Alexand. in fine, Cassan. in comment. ad consuetud. Burgond, rubr. 4. §. 7. num. 12. Plot. cons. 168. num. 44. inter consilia vltimarũ voluntatum, quos sequitur Gallia in consuetud. Alexand. in verbo, legare, quæst. 5. nu. 6. Menoc. testans hanc receptam, in consil. 45. num. 39. lib. 6. id ego verum arbitror, quando fit substitutio in bonis ipsius pupilli, secus si in bonis testatoris, vt per Ias. in dicta l. si is, qui num. 15. ff. de vulg.

17 † Quartò non potest maritus dare facultatem ipsi vxori distribuendi pro anima, Petr. Girard. sing. 99.

18 † Quintò, per hoc statutum maritus prohibetur donare causa mortis ipsi vxori, vt per plures rationes ostendit, Rip. auus meus maternus, in l. sciendum, num. 14. ff. de leg. primo, vbi reprobat Dec. tenentem contrarium, cons. 196. idem quod Rip. tenet Alciat. in d. l. sciendum, & respons. 226. & in puncto statuti Alexandriæ, Menoch. cons. 11. per totum, vol. primo, vbi etiam num. 15. versic. octauo, ac vltimò, post Alciatum testatur, ità fuisse iudicatum per Collegium Mediolanense, & pluribus rationibus pleno consilio ostendit huiusmodi statutum vendicare, sibi locum in donatione causa mortis, & ideò ad eum recurratur.

19 † Sextò, comprehendit, vt nec etiã possit vxori per fideicommissum relinqui, Gallia vbi supra in verbo legare, nu. 5. & 12. quem refert, & sequitur

Menoch.

Menoch d. præsumpt. 97. num. 6. & ratio est secundum eumdem Galliam, quia statutum loquẽs de legatis, trahitur ad fideicommissum, & è contra, Cranet. in Rub. de leg. primo, nu. 175. Cum. cons. 185. col. prima, lib. primo.

20 † Septimò, habet locum in casu in quo testator grauasset hæredem restituere cui vellet, quo casu stante hoc statuto, non posset hæres eligere vxorem. Gallia in dict. verb. legare num. 13. Menoch. dict. num. 6.

21 † Octauò, per hoc statutum improbatur confessio dotis facta à marito, sub prætextu, quod tot acceperit ab vxore, quæ eijdem debentur, ita Gallia in dict. consuetud. in verb. viginti, quæst. 8. num. 9. cum seq. quod intellige secundum Carpan. ad statuta Mediolani, dict. cap. 295. nu. 100. cum decem sequentibus, qui hoc dictum extendit septem modis, & restringit vnico modo, quæ omnia omitto, cum apud eum videri possint, & ratio esse potest licet Carpan. non ponat, quia

22 † confessio facta in testamento non inducit probationem, sed tantum habet vim legati, Bar. in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3. quam regulam latè exornat Mascard. de probat. concl. 359. per totam, de cuius veritate multi dubitant, vt apud Surd. decis. 285. num. 4. & seq. & consil. 169. num. 5. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 116. num. 42. cum seqq. plurib.

23 † Quando autem confessio dotis facta à marito constante matrimonio valeat, vide Pract. Papiens. in forma libelli, quo vxor agit in gl. dedit, & tradidit num. 3. vbi appost. ad eum, & num. 5. vbi appost. Dec. consil. 202. nu. 2. & 3. Ant. Gabr. in suis communib. in tit. de donat. concl. 3. Iulius Clar. in §. donatio, quæst. 9. num. 6. vbi Appost. ad eum, latissimè Ioseph. Ludouic. in decision. Perusin. part. 2. decis. 66. Didac. Coaruu. variarũ resolution. cap. 7. num. 4. lib. primo, Ias. in §. fuerat, post Aret. ibi num. 76. Inst. de actionib. Lancellot. Gal. pulcre cons. 89. Roll. à Vall. cons. 74. lib. 4. Crauett. latè consil. 40. diffusè Gallia in dict. consuetud. Alexand. in gl. viginti, num. 30. cum plurib. sequentib. Roll. à Vall. consil. 92. per totũ lib. primo. Menoch de præsumpt. lib. 3. præsump.

24 12. vbi post. DD. supra citatos docet, † quando habeat præiudicare marito, ac creditorib. tam anteriorib. quàm posteriorib. de quo videas etiam per Constant. Boras. in tit. de dote, quæst. 5.

25 num. 25. & Crauett. cons. 44. vbi ponit † quando dicta confessio facta constante matrimonio dicatur facta in fraudem creditorum anteriorum, vel posteriorum Afflict. decis. 402. vbi Vrsillus in addit. ad eum latè Mascard. de probat. conclus. 362. per totam Menoch. præsumpt. lib. 3. præsump. 13.

Plures alias extensiones ad hoc statutum poteris colligere, per Carpan. & Galliam supra citatos, nota tamen plures casus in quibus, non ha-

26 bet locũ dictum statutum; Primus † est in vxore relinquente marito, quo casu huiusmodi legatũ valet licet maritus, & vxor sint correlatiua, & statutum loquens in vno de correlatiuis vendicat sibi locum in altero, tamen hoc non procedit stãte statuto, quod ad litteram intelligantur pro vt Papię de quo infra in criminalibus stat. fin. ita in terminis Curt. iun. consil. 6. nu. 15. & seq. Crau. de antiquit. tempor. in quarta part. num. 35. Plot. in l. si quando num. 434. C. vnde vi, Roll. à Vall. consil. 60. num. 37. volu. 1. Ruin. cons. 174. num. 6. & 8. volum. primo, Iacob. Berett. consil. 22. qui pariter loquitur in terminis statuti Papiensis, Cæphal. consil. 408. volum. 3. & hanc communem videri attestatur Medda in appost. ad Pract. Papiens. in dict. gl. dedit, & legauit sub num. 2. in verb. posset vxori suę nouissimè. Gallia in dict. consuetud. Alexandr. in verb. legare, quæst. 7. num. 95. in verb. vxori, quæst. 4. nu. 37. cum seq. Menoch. consil. 11. nu. 18. lib. primo Petr. Anchar. quæst. 23. parte prima, Petr. Pech. de testam. coniug. lib. 4. capit. 3. Borgnin. decis. 31. num. 78. part. tertia, sequitur Carpan. plures alios citans dicto capit. 295. num. 69. & seq. vbi limitat vnico modo ex Gallia in dicto verb. vxori, num. 90. & 91. vt non procedat quando constaret maritum infestasse vxorem ad sibi relinquendum.

27 † Contrarium tamen, quòd huiusmodi statutum comprætendat etiã vxorem legantem marito dicit magis communem D. Costa consil. 13. per totum, quo loci post relata pro vtraque opinione fundamenta, & DD. auctoritates ostendit hanc affirmatiuam, ex dinumeratione DD. communiorem, eã quæ latè defendit Maluas. cons. 74. Attamen licet Cost. dict. cons. 13. affirmatiuã cõmuniorẽ appellet, ex auctorũ dinumeratione cũ viginti sex, Doct. tenentes eã dinumeret, & decẽ & octo solum pro negatiua, rectè intuenti cõstabit etiam ex numero auctorum negatiuam esse communiorem; ex illis namque viginti sex, si rectè videantur, quinque solum habet veros auctores, nempè Ias. Ambros. Opizon. Curt. sen. & Laderch. eos citantẽ consil. 96. alij verò, vel loquntur in diuersis terminis, vel perfunctoriè id enuntiãt, aut sunt inter se cõtrarij Ruin. n. cõs. 174. in principio, lib. primo loquitur in diuersis terminis, quando statutum prohibet vxori relinqui extantibus filijs, imò tenet vxorem posse marito relinquere Paul. Pic. in auth. præterea citatus, contrarium tenet, & in l. titia, §. titia, num. 41. nihil de hoc Rip. auus meus in rub. num. 7. & l. si constante num. 62. loquitur solum de correlatiuis, Plot. ad l. si quando num. 434. hanc tenet negatiuam, vbi statuto maritus prohibeatur relinquere vxori, Curt. in l. omnes populi, num. 185. item Neuiz. consil. 95. num. 21. & Borgn. de vsufr. nu. 124. perfunctoriè loquũtur, Dec in l. 1. num. 8. C. de in ius vocando facit pro negatiua, dum limitat in statuto dicens, quod si constaret statutum voluisse fauere magis marito, quam vxori, vxor tunc posset relinquere, at in statuto nostro magis voluisse fauere maritis ostendit Curt. iun. consil. 6. Bart. uerò ad l. fin. C. de indic. uid. toll. loquitur simpliciter in correlatiuis. Idem loquitur Felin. in proem. decret. num. 4. & 9. Idem Bald. loquitur de correlatiuis, & dum loquitur de uulg. consuetudine circa maritum vxori relinquentem usumfructum existentibus liberis, ut locum habeat econtra in uxore relinquente marito, non mirum ob rationis identitatem, quæ non est in casu nostro, ut probant Berret. & alij supra in contrarium citati. Rebuf. uerò allegatus in trac. de consuet. artic. secundo, glos. prima, nihil de hoc Ioan. Nicol. ad l. generaliter, num. 42. C. de sec. nupt. nihil in puncto. Rub. Alex cons. 151. num. 4. ait solum, quod maritus, & uxor sunt correlatiua, Boer. decis. 194. nu 5. loquitur in alio casu: habente diuersã rõem, ut uidere est pęnes eũ Gab. de legib. cõcl. 3. nu. 4. licet hoc dicat, a tamẽ nu. 5. declara non ꝓcedere ubi statut. ad litteram

debet

debet intelligi, vt hic Papiæ, Euerard. in loco à correlatiuis num. 10. nihil de hoc quando adest statutum, Siluan. consil. 31. est merus relator consil. Ias. Alban. ad Bart. in l. prima, num. 18. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. refert solum Curt. ita tenentē; Paris. in rub. de acq. possess. nu. 39. nihil resoluit; Menoch. cons. 11. num. 18. est sibi ipsi contrarius, dum ait in prax. esse difficilè ab hac sentētia recedere, & in princ. asseruit hāc opinionem non esse tutam. & rationes allatas pro hac sententia confutat; Gal. in dict. verbo vxori, q. 4. nu. 37. vsque ad finem, ita vt in puncto iuris negatiua sententia, & pondere rationum, & numero auctoritatum communior, & receptior videatur licet pro vtraque sententia diuersimodè fuerit me etiam patrocinante, pro hac sententia iudicatum, vnde in conflictu opinionem bonū est habere iudicem propitium, & fauorabilem.

28 † Secundus casus est, vt non intelligatur prohibitus maritus posse disponere, quod hæredes non possint alienare, vel locare bona sua, sine cōsensu vxoris, cum hoc sit, quid diuersum, Alex. cons. 57. num. 3. lib. 2.

28 † Tertius casus, in quo non habet locum dictū statutum; quando maritus reliquisset vxorē vsufructuariam, nullo dato hærede vniuersali, vel dato, & repudiante, nam tunc vxor erit hæres, & poterit hæreditatem consequi; hoc statuto non obstante, vt per Menoch. in tract. adipiscendę reme. 4. num. 130. post Cæphal cons. 59. num. 16.

29 † Quartus, est in donatione inter viuos, quæ potest fieri à marito vxori stāte hoc statuto. Alex. cons. 54. num. 4. lib. 7. Peregr. de iure fisci lib. 3. tit. 9. num. 12.

30 Aduerte † tamen, quod de iure communi regulariter est prohibita donatio inter virum, & vxorem tot. tit. de donat. int. virum, & vxor. Menoch. de arb. iud. cas. 132. nu. 3. vbi adducit rationem.

31 † Limita tamen interueniente iuramento, ex pluribus citatis per Ant. Gab. in suis communib. tit. de donat. concl. 3. clar. in §. donatio, q. 9. Menoch. cons. 59. nu. 51. Auus maternus Rip. resp. 1. tit. de donat. inter vir. & vxo. nu. 6. & resp. seq. ac resp. 4. vbi post adducta pro vtraq; opinione fundamenta, hanc tenet vti communem, Mancin. in tract. de iuram. par. 4. effect. 40.

32 † Limita secundò, ob benemerita Bar. & Ias. in l. diuortio. ff. sol. matr. Menoch. dict. cas. 132. nu. 4. vbi docet qualia debeant esse merita.

33 † Limitatur tertio sequta morte, ex qua confirmatur donatio. l. antepen. C. de donat. int. vir. & vx. Alex. cons. 45. nu. 6. lib. 1. vbi tradit, an huiusmodi donatio confirmata morte, propriè dicatur legatum, an verò donatio.

34 † Quintus, est quando maritus aliquem hæredem instituit, qui hæres institutus postmodum vxori relinquat, nam tunc relictum valet modo fraus absit; Cæpol. cautel. 39. omitto plures alios casus coaceruatos, per Carpan. in dict. cap. 295. num. 110. cum sequentibus pluribus. & per Lancellot. Gal. dict. tract. vberrimo.

35 † An autem hoc statuto sic stante, possit forensis Papiæ existens, legare vxori, vide Ias. cons. 69. col. 2. vol. 3. Roll. à Vall. in tract. de lucro dotis, quæst. 36. nu. 10. & vide Rimin. iunior cons. 171. num. 32. lib. 2. vbi tenet non comprendere forensem, Alderan. Mascard. de generali statut inte

36 rest conclus. 6. nu. 15. † & an habeat locum in sponsa cum qua numdum est consumatum matrimonium, vide Dec. cons. 540. vbi tenet quod

37 non † Non etiam hoc statutum compræhendit quartam debitam vxori inopi, in bonis mariti locupletis, de qua in Auth. præterea. C. vnde uir. & vxor, cum eam dicatur vxor indotata habere à lege, non autem ab homine, & sic marito, de qua quarta, videas per Ioseph. Ludouic. in suis communibus conclusionibus conclus. 35. ita in terminis huius statuti, tradit D. Costa in suo tract. de portione ratæ, q. 84. num. 14. & seq. quo loci tra-

38 dit, † numquid vxor succedens in illa quarta, teneatur ad ratam creditoribus mariti, & quo iure in illa vxor dicatur succedere, & an pro illa quarta possit reuocare bona alienata à marito, ad quē semper recurras, quia satis eleganter de his tradit & in tract. de remed. subsid. remed. 2. Honded. cons. 93. lib. 1. Rimin. iun. cons. 657. nu. 52. & seq. Decian. responso 70. lib. 2. Surd. decis. 61. & decis. 7. Cæphal. cons. 671. lib. 5. & Rot. Bononien. in puncto de auth. præterea; à quibus omnia quæ dici possint pro declaratione ad dict. auth. percipere, facilè, quisque potest, & per Cost. de fac. scien. & ignor. distinc. 12. vbi post distin. Cæsaris Manent. vberrimū consilium posuit in materia, an vidua ob stuprum post mariti mortem commissum quartam amittat, de quo etiam per Ceual. in tract. communes contr. communes concl. 708. Farinac. de delic. carn. q. 132. & 142. Gutierez canon. quæst. lib. 2. cap. 12. Rebel. in tract. de oblig. iusti part. 2. lib. 6. tit. de societ. bon. inter coniug. quęst. 6. sub rub. de donat. propter nup. ex quorum auctoritate facilè d. tractatus quartæ agi posset.

39 † Quid si maritus supplicauerit principi, pro dispensatione, dic valere Curt. iun. cons. 84. nu. 6. Cæphal. cons. 59. & 60. Gallia in dict. consuetu. in verbo non possit, q. 3. nu. 27. vbi declarat etiā, quando maritus obtinuit gratiam ante factū testamentum, vel relinquit sub conditione, si gratiam obtinuerit.

40 Et quid si maritus faciat d. testamentum extra territorium, an hoc statuto ligetur Alex. consil. 41. num. 7. lib. 5. Bursat. latè cons. 189. volum. 2. Ias. in l. non tantum in primo not. sub nu. 7. ff. de re iudic. volentes ligari maritum.

41 † An autem maritus possit relinquere certam quantitatem pecuniarum vxori, suæ distribuendā pro anima sua, dic quod non, ne fiat fraus legi, seu statuto. l. non dubium, C. de legibus, ita determinant Ias. & moderni in l. captatorias, col. 2. C. de milit. testam. & in l. non dubium. col. 8. C. de legib. vide etiam Alber. de Rosate in secunda part. statutorum; q. 3. Castr. cons. 98. per totum, Alex. cons. 26. vol. 4. Ias. in l. fin. colum. 3. num. 17. C. de fideicom.

42 † Fallit si hæc facultas distribuendi fuerit cōmissa vxori, vna cum alijs personis, quia tunc valet, & propter additionem illarum personarū cessat pͤsumptio fraudis, Alex. cons. 54. nu. 11. vol. 7.

43 † Nota etiam aliquos casus in quibus potest maritus relinquere vxori, de quibus infra statuto

44 122. & † an hoc statutum, habeat locum in concubina, vide Galliam affirmantem consuetud. Alexandr. in verb. maritus quæst. 3. num. 20. cum

45 seq. † & an possit legari concubinę uideas latè per Crauet. cons. 368. Ioseph. Ludouic. in suis communis conclus. 24. Decian. in tract. criminn. tit. de Concubinarijs clericis numero 24. vbi vult

vbi vult concubinæ minimè legari posse alias Fisco applican. &c. l. claudius, cum seq. ff. de his, quibus, vt indignis, Bart. in l. miles, ita §. medic. ff. de milit. testam. cū ceteris ibidē per Decian. cit.

46 Amplia, vt etiam concubinę donari non possit per militem, vel per Clericum, vt per Decian. dict. num. 24. quod tamen secus est in alijs, quibus permissum est donare concubinæ, l. donationes in concubinam, ff. de donat. Alba cons. 257. nu. 6. vbi latè Appost. & quod regulariter concubinę donari, & relaxari possit, firmat latè Pereg. de iure Fisci, in lib. 2. in tit. de concubinis, num. 1. cum seqq. plurib. vbi firmat regulam concubinæ posse donari, vel relinqui, & pluribus modis limitat.

47 † Limita, vt bene possit concubina hæres insti-
48 tui, vt latè per Ias. cons. 37. lib. 3. dicitur autem concubina propria, quando vterq; est solutus, inter quos potuit esse matrimoniū, & quod diu retenta sit in domo, in schemate concubine, & quod cum ea solus ipse vir consuetudinem habuerit, vt ex pluribus firmat Menoch. lib. 6. præsumpt. 54. nu. 4. ad idem Cravetta cons. 368. nu. 1 Decian. vbi
49 supra, num. 2. vbi † limitat in concubina clerici, quæ licet retineatur in domo amici, vel coniuncti, adhuc tamen concubina dicitur.

His igitur premissorum loco suppositis deuenio ad decla rationem verborū huius nostri stat.

50 In verbo, vxorem] † quid in sponsa, vide Dec. cons. 540. nu. 7. Ploc. cons. 17. num. 78. intelligendo tamen, prout distinguit Gallia in verbo.
51 maritus, quæst. prima. nu. 4. vsq; ad finem, † an autem procedat in vxore, cum qua nundum con-
52 sumatum est matrimonium, † & quid, si vxor sit minor, vel forensis, & quid si relinquatur concubinæ adulteræ, vel meretrici, vide latè per Carpan. d. cap. 295. num. 44. cum seqq. plurib. vbi post Galliā con suetud. Alexand. latè hoc verbum declarat, & ampliat, ità vt vlteriori additione minimè sit opus.

53 In verbo, instituere] † Iudæi ligantur dispositione huius statuti, modo habitent Papiæ, Gallia in dicta consuetud. q. 7. num. 5. cum seq. videtur autem superfluū hoc verbū stāte verb. sequenti.
54 legare, † cum prohibitus legare vxori, censeatur pariter prohibitus, etiam heredem instituere. Ploc. cons. 17. nu. 65. Menoch. cons. 11. nu. 12. vol. primo, latè Galia in d. consuetud. in verbo, legare, q. 4. nu. 12. cum seq.

55 In verbo, nec relinquere] † dic, quod statutum nostrum, dum prohibet vxorem institui, vel ei legari, vel relinqui, dicitur complecti, tam vniuersalem, quàm particularem dispositionem, nempè institutionem, legata, & tàm vocationem directā, quam obliquam, vt puta, si per interpositam personam relinquatur, vt in terminis ostēdit Menoc. de præsumpt. lib. 4. presumpt. 97. nu. 5. cū seq. †
56 scias autem, quod dispositio loquens per verbum relinquo, refertur ad vltimas voluntates, gl. in l. his verbis, ff. de hæred. instit. Rip. in l. filiusfam. §. diui, nu. 121. ff. de leg. primo, hinc relictum illud dicitur esse, quod fit in vltima voluntate, l. prima in fine, ff. de tabul. exhiben. Alex. cons. 26. nu. 4. lib. 2. Intellige tamen hoc procedere in du-
57 bio; † secus autem, quando posset esse eadem ratio in contractu, vel in actu inter viuos, nam tunc dispositio loquens per verbum relinquo, vel de relictis, posset habere locum, etiam inter viuos,
58 Dec. cons. 496. ad finem, † hoc autem statutum prohibens relinquere, à contrario dicitur reseruare facultatem liberè dandi, & disponendi inter viuos, ita Bologn. consil. 17. num. 6. Galia plurib. comprobans in consuetud. Alex. in verbo, legare. quæst. 6. nu. 15. cum seqq. plurib.

59 In verbo, in aliqu a vltima voluntate] † stante hoc verbo compræhenditur donatio causa mortis, mortis causa pia, & quęlibet alia vltima voluntas, Gallia in d. consuetud. in verbo legare, q. 9. nu. 6 tamen compræhenditur donatio inter uiuos, itā Alex. cons. [illegible] nu. 4. lib. 7. vbi adducit
60 rationem, † quia testatores cogitatione perturbitati, & plerumq; infirmitate constituti, testantur, quo tempore magis ęgent cura, & diligentia vxorum, ideò facilius seducuntur blanditijs ad eis relinquendum, quæ ratio cessat in donatione inter viuos, Alciat. respons. 127. in fine, sequitur Menoch. cons. 34 num. 6. & nu. 27. versic. non obstat tertium, lib. 4.

61 In verbo, nisi vsum fructum] per hoc † statutum permittitur [illegible] relinqui vsumfructum per maritum, quòd [illegible]presè colligitur, ex illa dictione,
62 nisi, † cuius natura est ponere contrarium orationis præambulæ, l. actione vbi Bart. & Doct. C.
63 de transact. Alex. cons. 83. nu. 3. lib. primo, † quid autem si vxor stet vidua per paucos dies, quomodo debeat habere vsumfructum sibi per maritum relictum, vide Ias. in l. diuortio, in princ. nu. 7. col. 2. ff. sol. matrim. vbi alij, Coarru. lib. primo, var. resol. cap. 15. volentes deberi fructus totius anni.
64 † & quid si vsusfructus omnium bonorum relinquatur vxori per maritum, an etiam intelligatur relictus vsusfructus bonorum fideicommisso subiectorum, quando fideicommissarij sunt instituti hæredes, quidam tenuerunt, quod sic; inter quos fuerunt, Alciat. respons. 611. colum. prima, Soc. iun. cons. 68. nu. 12. & seq. lib. 4. Alba cons. 73. nu. 6. Decian. cons. 57. nu. 12. lib. primo. Borg. de vsufruct. mulier. relic. nu. 104. cum seq. cum alijs pluribus, de quibus per Peregr. de fideicom. artic. 6 nu. 10. quibus addo Menoch. de præsum. lib. 4. præsumpt. 142. nu. 12.

65 † Contrarium tamen, quod in huiusmodi vsufructu, non intelligantur comprehensa bona fideicommissaria per testatorem possessa, & per eius mortem debita hæredi, in statuto tenuerunt plures DD. inter quos fuerunt, Ruin. consil. 25. nu. 45. & 56. in princ. & cons. 9. nu. 32. in 2. Gozadin. cons. 99. Roll. à Vall. cons 78. num. 77. in secundo, Cephal. cons. 7. nu. 20. cum alijs plurib. enumeratis per Peregr. d. art. 6. num. 13. & hanc credo veriorem, quam etiam amplexus est, idem Peregr. d. num. 13. adducens plura fundamenta pro hac opinione, & respondens contrarijs; fundatur autem hæc vltima opinio, ea potissimum
66 ratione, quia † vniuersalis dispositio testatoris, non compræhendit bona hæredis, vel eidem spectantia, & per testatorem debita, Bald. cons. 239. in 2. Alex. cons. 91. nu. 15. lib. primo, Crau. cons. 25. nu. 18. Peregr. vbi sup. nu. 13. qui etiam alios ad hoc citat.

67 Hoc autem procedit multò magis, quandò fideicommissum per testatorem non est restituendum hæredi, sed alteri, quo casu non præsumitur testatorem voluisse relinquere vsumfructū horum bonorum, ità Socin. iun. consil. 68. num. 22. lib. 4. Cephal. consil. 516. nume. 16. lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 4 cap. 142. num. 12. cum seq. vbi adducit rationé, Grassus de successi. §. legatum, q. 27.

An

68 An autem in vsufructu vniuersali relicto vxori, comprendantur bona feudalia, & emphiteutica; negatiuam cum aliquibus declarationibus tenuerunt, Borgnin. vbi supra Menoch. d. præsump. 142. num. 4. & 9. vbi etiam ponit, an comprendantur nomina debitorum, pecunia, iura, actiones annui redditus, & pensiones.

Quæro modo ad quæ teneatur vxor vsufructuaria omnium bonorum à marito relicta; dic

69 † primo teneri conficere inuentarium per instrumentum publicum, in quo sint descripta omnia bona mobilia, & immobilia, per eorum confines, & satisdare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, quę satisdatio pariter fit quoad restitutionē

70 bonorum finito vsufructu; & hęc duo testator remittere non potest, & procedunt ne dum in vxore, sed etiam in extraneo, Alex. consil. 58. num. 10. lib. primo, Boerius cons. 19. num. 4. & 5. Pract. Pap. in forma libelli quo vxor agit, &c. in gl. dedit num. 4. vbi appost. ad eum in forma libelli pro legato rei singularis in gl. pri. num. 5. Rol. à Vall. consil. 92. per totum lib. primo, Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de vsufr. concl. 1. num.

71 28. † Arius Pinell. ad l. 1. par. 2. nu. 73. & seq. C. de bon. mater. vbi latè ampliãdo, & declarando, melius Io. de Castillo in tract. de vsufruct. cap. 14. & seq. per totum, vbi etiam agit, an heres sub pęna possit à testatore cogi fideiubere pro vsufructuario, vel inopem suscipere fideiussorē; vtrũq; negatiuè resoluit, & qualiter præstanda sit cautio pro rebus quæ vsu consumuntur; de quo etiam per Surd. decis. 67. decis. 109. an autem vsufructuarius fructus percepto s ante satisdationem, faciat suos, vide Borgnin. negatiuę opinioni adhærentē de vsufruct. mulier. relict. num. 89. vbi ponit, quid de rebus quæ seruando seruari non possunt & nu. 90. vbi ponit, quid si hæres non petat, Arius Pinel. in l. 1. par. 2. num. 77. & seq. C. de bon. mater. Hieron. à Ceual. in tract. communes contr. cõmunes quæst. 408. per totam latè Io. de Castil. de vsufr. cap. 16. per tot.

72 † Tenetur etiam ista vsufructuaria ad solutionem indictionum, tallearum, ac expensarũ, Alex. consil. 4. num. 1. lib. 5. Borgnin. de vsufr. mulier. relic. num. 162.

73 † Quod tamen restringe, vt non procedat, quãdo tanta esset solutio collectarum, quod æquiualeret perceptioni fructuum, nam tunc tenetur ꝓprietarius, Bart. consil. 230. Alex. & Ias. in l. cum seruis, & in l. si res obligata. ff. de leg. primo. Appost. ad Pract. Pap. in forma libelli quo vxor agitur in gl. dedit.

74 † Non tamen tenetur soluere æs alianum, sed ad hoc tenetur hæres, de magis communi, Dec. consil. 485. & seq. & consil. 490. Roll. à Vall. cons. 8. lib. 2. Bellon. consil. 7. Gozadin. consil. 94. Borgnin. de vsufr. mulier. relict. num. 211. Grass. de success. §. legatum. quęst. 35. per totum Menoch. de p̄sump. lib. 4. præsumpt. 143. vbi tñ adnotat nõ nullos casus, in quibus vsufructuarius ex præsumpta mente testatoris tenetur soluere æs alienum, Crau. consil. 187. & 563. Lancellot. Gal. cons. 4. Mastril. decis. 3. Io. de Castillo in tract. de usufr. cap. 59. per tot. vbi plenè.

75 † Scias tamen, quod licet hæres teneatur ad hanc solutionem, deducit nihilominus ęs alienum ex bonis testatoris, DD. vbi supra, & præsertim Menoch. de præsump. 143. nu. 13. ac 19. vbi etiã ponit, qualiter veniat facienda ista deductio.

76 † Non etiam pariter tenetur vsufructuaria ad impensas funerũ, infirmitatis, factas testatori, sed ad illas tenetur hæres. l. impensa, ff. de relig. & sũp. fun. Paris. cons. 94. num. 23. & seq. & cons. 95. num. 65. volum. 2. Rol. à Vall. consil. 8. num. 11. & seq. volum. 2. Borgn. vbi supra num. 218. & alij supra citati; sunt tamen dict. impensæ deducendæ de bonis testatoris, & in illis non datur vsufructus vxori, vt per Borgn. ibi.

76 † An autem vsufructuaria omnium bonorum debeat habere vsum fructum in his bonis, quę vsu consumuntur; dic quod sic; præstita tamen fideiussione de tantundem restituendo, vel eius æstimationem finito vsufructu, Borgnin. in d. tract. de vsufruct. num. 88. vbi etiam ponit, quid si non pręstiterit huiusmodi fideiussionem, hærede non petente, an tunc faciat fructus suos, Grass. dict. §. legatum, quęst. 30. ac seq. latè Menoch. de præsũp.

77 142. num. 14. † erit tamen in potestate ipsius vsufructuarię finito vsufructu, vel restituere dictas res, in genere eiusdem bonitatis, vel earum estimationem, Alex. consil. 120. num. primo, cũ duobus sequen. num. 6. Borgnin. vbi supra num. 88. & 92.

78 † An autem vsufructuaria omnium bonorum debeat habere emolumentum, quod præcipitur ex protocollis, vide Ias. in l. quædam, §. nihil. interest. num. 12. ff. de edend. Guid. Pap. quæst. 541. num. 4. tenentes affirmatiuam. Et an ista vsufructuaria vniuersalis teneatur soluere legata re-

79 licta à testatore; distingue vt per Borgnin. num. 219. Crass. dict. §. legatum quæst. 36. num. 1. ac 4. Menoch. dict. præsump. 143. num. 17. cum seq. & volunt præfati DD. onus spectare ad hæredem præterquam in legato annuo, ad quod tenetur vsufructuaria, & per Io. de Castillo in tract. de vsufruct. quæst. 57. num. 10. & seqq.

80 † Non potest autem ista vsufructuaria propria auctoritate ingredi possessionem rerum quarum sibi est relictus vsufructus, sed debet capere de manu hæredis, nisi fuerit sibi data facultas capiēdi propria authoritate, Borgnin. vbi supra, nu. 9. cum seqq. pluribus.

81 † Sed dubium est, numquid vsufructuaria durante vsufructu omnium bonorũ, possit deducere bona paraphernalia, & dotem; dic q sic nisi testator aliud disposuerit ita Borgn. in dict. tract. plures allegans num. 112. Cęphal. consil. 184. libr. 2. plenissimè Surd consil 112. ponens etiam coniecturas ex quibus elicitur testatorem voluisse dotem cum vsufructu compensare, vel id minus.

82 † An autem vsufructuarius possit, & conueniri, & conueniri pro debitis, & creditis defuncti, Borgnin. vbi supra num. 198. cum seq.

83 † Et an vsufructuaria finito vsufructu, fructus pendentes faciat suos, distingue vt per Pract. Papiens. in forma libelli quo vxor agit in gl. dedit num. 8. Bart. in l. diuortio num. 11. ff. solut. matr. Alex. consil. 15. num. 3. lib. 2. Rip. respons. 209. num. 5. in nouissimis, Borgnin. vbi supra, nu. 242. ubi num. 245. tradit quid iuris sit in præstationibus, & annis pēsionibus, Pract. Pap. supra citatus, Mandosius ad Roman. consil. 10. Io. de Castil. de usufr. cap. 77. & quid in censu cuius solutionis dies non uenit uiuente usufructuario, Io. de Castil. de usufr. cap. 78.

84 † Ad unum tamen aduertat usufructuaria, ne in re cuius est relictus usufructus malè uersetur, nam tunc eo priuaretur, l. ęquissimũ, §. fructuarius

rius, ff. de vsufruct. laté Menoch. de arbit. iud. casu 78. num. 2. vbi docet, quando dicatur malè versari, ad effectum, vt expelli possit, an verò si malè versetur in vna re, cadat à commodo totius vsusfructus, an solum in ea re, contrariæ sunt DD. opiniones; receptior tamen videtur sententia, vt in totum cadat, prout laté defendit, declarando Crau. conf. 300. Borgnin. de vsufruct. num. 144. laté Io. de Castil. d. tract. de vsufruct. q. 24. per totam.

85 In verbo, nisi honestè, & in viduitate manendo, & thorum viri sic honestè custodiendo] nota † quod priuatur vxor vsufructu per transitum ad secunda vota, vel inhonestè viuendo in viduitate.

86 sed iuxta hoc quæro, † an vxor transeundo ad secunda vota dicatur honestè, & castè viuere, dic quod [illegible] Castr. in l. mulier, §. cum proponeretur, nu. 5. vbi Alex. ff. ad trebellian. And. Gail. singul. obseru. lib. 2. obseru. 98. num. 24. & seq. Marsil. sing. 577. hinc est, quod statutum nostrū adiunxit illa verba; & in viduitate, ratio esse potest, quia

87 vxor transeundo ad secunda vota; dicitur contristare animam mariti, & eius memoriæ facere iniuriam, vt in Auth. de nupt. §. cum autem tutelam, & §. quod verò, nos igitur, Alex. conf. 20.

88 num. 7. lib. 2. † sed dubium est, quid si vxor luxurietur, vel transeat ad secunda vota, an teneatur restituere fructus perceptos tempore quò castè vixit, & in habitu viduali; distingue, vt per Borgnin. vbi supra, nu. 117. hic autem non incongruum

89 est quærere † nunquid vsufructuaria tempore viduali, si inhonestè viuat, & sic committat stuprū, an priuetur dote sua, Paul. Castr. conf. 147. lib. 2. tenuit, quod sic, alios eiusdem sententiæ refert, Hieron. Ceual. in tract. cōmunes contra cōmunes, quæst. 708. eamq; & numero doctorum, & rationibus perpensis veriorem asseruit, Cęsar Manent. in cons. positum post tract. D. Costæ de fact. scien. & ignor. post distinct. 12. contrarium tamen tenuit Soc. iun. conf. 111. num. 7. in fine, lib. 3, Clarus in §. stuprum, nu. 5. vbi Baiard. num. 43. & in addit. ad §. adulterium, num. 104. Bertaz. conf. crim. 316. lib. 2. dicens opinionem contrariam Castren. nec esse veram, nec communiter receptā, sed hanc veriorem, siue intra annum, siue post annum stuprum committat, Pinel. in l. 4. nu. 9. vers. sed contrarium, C. de bon. matern. dicens ab hac non esse recedendum in iudicando, siue intra, siue post annum, stuprum cōmittat Franc. decis. 421. Odd. olim Collega meus conf. 52. repetit. conf. 85. Hieron. Cæual. d. tract. communes contr. cōmunes, quæst. 708. vbi relatis hinc inde opinionibus hanc veriorem existimat, Farinac. de delic. carn. q. 142. nu. 46. & seq. volens, nu. 54. non posse Iudicem errare, qui iudicet non amittere dotem, Gutierez canonic. q. cap. 12. num. 19. disputans ad partes, & hanc veriorem consulendo, & iudicando sequendam, firmat Thom. Sanchez in tract. de matrimon. tit. de impedim. matrim. disput. 90. nu. 9. Io. Frideric. Sol. in tract. de lucr. dot. quæst. 33. Fernand. Rebel. in tract. de obligat. iustic. part. 2. lib. 6. tit. de societ. bonorum inter coniug. q. 6. sub rubr. de donat. propter nupt. sub nu. 4. asserens hāc veriorem, & magis receptā:

90 benè tamen perdit omnia legata sibi a marito relicta, & priuatur successionibus filiorum, Baiard. in d. §. adulterium, num. 106. cum duobus seqq. & in §. stuprum, num. 43. cum seq. & vide Clar. in d. §. stuprum, num. 6. vbi ponit, cui aplicentur huiusmodi relicta; & circa hanc materiam vxoris viduæ inhonestè viuentis, quibus plectantur penis accedant Coaruu. in 4. 2. part. c. 7. §. 6. de sponsal. Gab. de secund. nupt. concl. 4. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. nu. 48. & seq. Odd. conf. 85. per totum. Gutierez canon. quæst. lib. 2. c. 12. Surd. de alim. tit. 7. q. 24. Hieron. Ceual. in tract. cōmunes, contr. communes, q. 708. quibus in locis prædictas, & alias quæstiones plures, in materia viduarum inhonestè viuentium habere dilucidè pertractatas quis potest, & in materia mulierum secundo nubentium, pleniss. Io. de Castill. de vsufr. cap. 2. per totum, ad quos sufficiat lectorem remittere.

91 In verbo, alimenta autem] nota, † quod licèt statutum non permitteret maritum legare alimēta vxori, adhuc tamen posset maritus vxori pauperi relinquere legatum alimentorum, Curt. iun. conf. 7. nu. 10. & conf. 102. nu. 6 Crauet. conf. 135. num. 35, Gallia in d. consuetud. in verbo, solidos, quæst. 6. nu. 76, Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 41.

92 aduerte tamen, † quod si testator relinqueret vxori plura bona excedentia debitam quantitatē alimentorum, præsumeretur fraudandi animo reliquisse, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumt. 96. num. 28. & deberent restringi ad veram, & iustam quantitatem, Bald. in l. eamq; nu. 41. C. de

93 fideicom. † scias autem, quod alimentorum appellatione compræhenduntur vestes, habitatio, medicinæ, ita Menoc. de arb. Iud. casu 170. num. 29. cum seq. Crass. de success. §. legatum, q. 22.

94 nu. 2. Surd. de alim. tit. 4. q. 2. 3. 4. & 5. † quo autē in loco sint præstanda alimenta, & an in domo obligati, an verò extra, tradit Menoch. d. casu 170. nu. 8. cum seqq. pluribus, Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 16. uolens regulariter præstari in domicilio hæredis, ampliando, & declarando, ut ibi

95 † finiuntur tamen dicta alimenta cum uita ipsius uxoris, l. cum hij, §. modus, ff. de transact. Alex. conf. 84. nu. 6. lib. primo, Surd. d. tract. tit. 4. q. 1.

96 & seq. † taxanturq; hæc alimenta officio Iudicis Surd. d. tract. tit. 3. quæst. prima, inspecta qualitatē personæ ipsius uxoris, iuxta distinctionem Galliæ in d. consuetud. in uerb solidos, q. 6. nu. 102. usq; ad nu. 108. Pract. Papiens. in forma libelli pro legato rei singularis, in princ. nu. 98. & Surd.

97 d. tract. tit. 4. quæst. 18. † non tenentur tamen hæredes pro præstandis alimentis uendere bona hæreditaria, sed solum est apponenda manus ad fructus, ac ad lucrum, non autem ad capitale, seu proprietatem, Pract. Pap. in d. forma pro legato rei singularis, in princ. nu. 67. Menoch. de arbitr. Iud. casu 169. num. 3. Gallia in d. uerbo solidos,

98 q. 6. nu. 149. ubi etiam 112. tradit † quo tempore tradenda ueniant alimenta.

99 In uerbo, uendere uerò, nec alienare] in hoc corrigitur ius cōmune, † quo iure possunt simul uendere, contrahere, uel alienare, l. si sponsus, §. circa uenditiones, & l. cum hic status, §. inter uirū

100 ff. de donat. inter uirum, & uxorem, † est tamen inter ipsos ad inuicē prohibita donatio inter uiuos, ut toto tit. ff. de donat. inter uir, & uxor, Pract. Pap. in forma libelli, quo uxor agit ad dotē in glo. dedit, & legauit, in princ. Menoc. de arbitr. Iud. casu 132. num. 3. ubi adducit rationem, ne se mutuo amore inuicem spolient coniuges, ut dixi supra nu. 29. & seq.

101 † Sed † an hoc statutum compræhendat casū assignationis, quando maritus constante matrimonio assignat ℘ pecunia numerata recepta fundum

dũ aliquẽ tanquã dotalẽ; crederim, q̃ non, cũ talis assignatio non sit propriè uenditio, nec alienatio, sed pactum à iure communi permissum dotis fauore, vt res aliqua empta ex pecunia vxoris dotalis efficiatur, Grat. consil. 159. num. 9. libr. 2. Cæsar Barz. decis. Bonon. 27. num. 24. interimq; maritus fructus pro oneribus matrimonij percipit, l. pro oneribus, C. de iure dot. Menoch consil. 201. num. 28. lib. 3.

102 † Item, quia statutum generaliter loquens nõ cõpræhendit casum dotis, Gabr. de mag. cõmuni tit. de legib. & constit. conclus. prima, num. 10. Bursat. consil. 32. nu. 11. & 17. Cephal. cons. 195. num. 31. vbi maximè in eo de quo agitur dos reperitur priuilegiata, Cagnol. de cõi in l. prima, num. 27. ff. de reg. iur. vt hic, cum ex priuilegio dotis constitutum sit, vt dote in pecunia consistente fundus aliquis dotalis assignari possit, cum magis vtilè sit vxori habere fundum dotalẽ, q̃ pecuniã, l. ita cõstante, ff. de iure dot. Natt. consil. 496. num. 12. Alciat. respons. 128. tom. 2. lib. 5. Menoch. consil. 201. num. 28. & seq. lib. 3.

103 † Quinimò nec etiam compræhendere insolutum dationem, quæ fit ob pecuniam debitam licet similis sit venditioni, tenuit Dec. cons. 18. viso puncto, nu. 3. cum in statutis alienationis nomine veniat insolutum datio, vt ibi per Dec. licet contrarium tenuerit Tiraq. de retr. lign. §. primo. gl. 14. nu. 4. Ioseph. Ludou. dec. 60. maximè nu. 9.

104 † Ratio autem cur nec assignatio, nec insolutum datio censeatur prohibita, cum tamẽ sit prohibita alienatio, & venditio, ea est iuditio meo, ne fraudentur creditores mariti, nam cupidus maritus relinquendi, aut legandi vxori, potuisset alienationem, aut venditionem vxori fraudulenter sine pretio facere, at talis finis per assignationem, vel insolutum dationem fieri nequit, quia etsi prædium assignat, iam pecuniam recipit, sibi in dotem datam, cuius loco succedit pretium ipsum, per cuius assignationem non tollitur creditorum hypotheca, qui nõ consenserũt, q̃ si diceretur præferri mulierem creditoribus anterioribus ex dispositione, l. assiduis, C. qui potior. in pign. hab. tunc multò minus præiuditium considerari potest in assignatione, vel insolutum da-

105 tione: † quid modo si maritus legat vxori, & principem, vel Senatum deprecetur, vt tale legatum dignetur confirmare, an poterit mortuo marito vxor confirmationẽ petere, & legatum consequi, dic quod sic, Gal. in tract. de non relinq. vx. in uerbo non possit quæst. 3. num. 28. & ante nu. 27.

106 † potest etiam maritus non obstante hoc statuto legare uxori, si legatum momento solum sit apud uxorem remansurum absque eius commodo, ut quia alteri statim teneatur restituere Menoch. de recuper. possess. remed. 13. num. 13.

107 Quid modo si maritus rogatus sit certam summam uxori relinquere, ipse autem maiorem præstare uelit an ualeat, dic quod sic, argumento tex. in l. si sponsus, §. si quis rogatus, ff. de donat. inter uir. & uxor. potest. n. heres plenius uoluntatem testatoris exequi, Gal. in tract. de non relinq. ux. in uerbo legare. quæst. prima, nu. 35. † meritò ma-

108 ritus lucrũ sibi quærendum, quod si remittatur uxori debetur, remittere potest, & uxori debebitur. Soc. sen. consil. 114. num. 8. lib. primo, Galia dicto verbo, legare, num. 36. † sicut etiam ex

109 eiusdem sententia num. 38. † maritus potest aliquem sibi relicturum rogare, ut uxori relinquat, & ualebit, l. sed si uir, §. quod legatarius, ff. de do-

110 nat. inter uir. & uxor. † An autem possit maritus extra territorium testando, uxori relinquere stante hoc statuto, dic quod non, Alex. cons. 41.

111 num. 7. lib. 5. † potest tamen hæredem grauare ut rem certo pretio uxori uendat, modò pretium sit iustum. Galia. dict. tract. in uerbo legare. q. 7. num. 10. & num. 63.

Vsquequo, & qualiter vxor debeat alimentari de bonis viri sui. Rubr. 91.

ITEM statuimus, quòd de cætero uxor mortuo viro suo viuendo communiter cum hæredibus viri sui expensis hæreditatis viri sui, seu expensis hæredum suorum, quòd tunc præsumatur communiter viuere cum eis in eadem domo, & nil possit consequi, vel habere pro alimentis. Si autem separatim ab hæredibus prædictis viuat, seu viuere velit: quod tunc dicta mulier pro alimentis suis, si dos fuerit quantitatis librarum trecentum Papien. tantum, vel ab inde infra habeat, & habere debeat ad rationem librarum decem Papien. pro quolibet centenario dotis simplicis ipsius mulieris quolibet anno. Si verò dos fuerit à libris trecentis Papien. supra, tũc dentur pro alimentis pro primis trecentis libris libræ triginta Papienses. Et de reliquò veræ dotis quantuncunque ascendat, ad rationem librarum quinque Papien. pro quolibet centenario quolibet anno, & vsquequo dictæ mulieri, vel habentibus causam ab ea de dote sua, & iuribus dotalibus fuerit satisfactum. Quæ solutio alimentorum fiat pro medietate in principio anni, & pro alia medietate finitis primis sex mensibus anni pro rata eius, quòd habere debet ipsa mulier de, & pro dote sua. Et prædicta locum habeant in præteritis pendentibus, & futuris. Et si contingat partẽ dotis solui, vel restitui detrahantur alimenta pro dote debita pro rata totius summæ, ad quam ascendunt alimenta prædicta.

Summarium ad Statutum 91. in Ciuilibus.

1 AD hoc stat. vide sup. stat. 89. in fine, Berret. cõs. 22. Borgn. decis. 3. n. 30. Negusant. in tract. de pignorib. in 5. memb. 5. partis, nu. 17. Soc. cõs. 126. col. fin. Surd. de aliment. tit. 6. q. 3. sed melius, tit. 1. q. 44. vbi plenè pertractat materiã alimentorũ vxori viduę præstãdorũ, Plot. in l. si qño, nu. 461. & seq. C. vnde vi, Carp. ad stat. Med. c. 312. Coaruu. var. ref. lib. 3. c. 1. nu. 3. & seqq. Anchar. cõs. 150. Afflic. dec. 284.
2 Paris. cõs. 64. vol. 4. an autẽ istud statutũ valeat, ex quo vidr̃ permittere vsurã, vide Paul. Castr. in l. titia, ff. de solut. Negusant. in d. trac. de pignor. in 5. parte, 12. partis principalis, circa fin. ideo nõ vale-
3 re, consuluit Abb. cons. 39. lib. 2. & † quod huiusmodi stat. taxãs alimẽta ad certã quãtitatẽ valeat, tenet Abb. in c. salubriter, nu. 5. & 6. vbi appost. de vsur. Felin. in c. consultationibus, nu. 11. de off. & potest Iud. deleg. Soc. in cõs. 180. incipiente diligenter puncti narratione, vers. neq; habet obstare cum vers. seq. Alex. cõs. 56. & 63. nu. 11. & seq. vol. 4. Alb. cons. 524. nu. 15. lib. 4. sequitur D. Cost. in suo tract. de fact. scient. & ignorant. distin. 21. cẽt. 2. nu. 15. quo loci post Albã dicit hoc statutũ taxans alimenta dotis valere, nec dici irrationabile,
4 † cũ sit factũ ad tollendas lites super liquidationibus interesse, non in fraudẽ vsurarum; † Contra-
5 rium tamen, quod imò huiusmodi statutum non valeat, tenet Abb. cons. 39. lib. 2. Rub. cons. 55. dõ côi Soc. cons. 56. nu. 2. lib. 3. Ias. in § fuerat, nu. 19. inst. de act. Plot. in repet. l. si qñ lo. nu. 470. C. vnde
6 vi, quos refert, & seq. Gallia cons. 111 nu. 31. ego tñ credo in casibus, in quibus de iure debetur vxori dotis interesse, vel vsura, vt putà post annũ luctus, vel qñdo statim mortuo marito nupsit 2. viro, & heredes sunt in mora, valere; cum sit factũ vt dictum est ad tollendas lites super plationib. & liquidationibus interesse, non in fraudem vsurarũ, Peregr. cõs. 100. n. 24. & seq. lib. 1. & ita distinguit Lup. tract. de vsur. coment. 1. §. 4. nu. 91. & per D. Cost. d. distinct. 21. nu. 15. idẽ Costa in suo tract. de port. rat. q. 91. nu. 7. quo loci vult, quod licet statutũ, quod tot soluãtur pro singulo cẽtenario, rõne dotis nõ solutæ valeat in marito, nõ tñ valeat in vxore, vt per Galliã in cõsuet. Alex. in gl. vxori, q. 4. num. 60. nisi esset factum ad tollendas lites, respectu probationis faciẽdæ super quãtitate interesse, vt hodie Pa-
8 piæ cautũ est. Nota ẽt, quod valet stat. & lex, siue consuetudo inducens, quod pro oneribus matrimonij, & fructibus rei venditæ soluantur quinq; pro centenario, & vltra singulo anno, Alex. cõs. 31. col. 2. n. 5. vol. 6. Hiero. Magon. Rot. Lucẽs. dec. 17. in fine, Lup. d. tract. de vsur. côm. 1. §. 4. num. 91. Ioseph. Ludou. Rot. Lucen. dec. 21. nu. 34. & seq. & in suis côibus concl. 46. vbi dicit magis côem, Paris. cons. 77. nu. 10. vol. 3. Alciat. respons. 40. nu. 3. tom. 1. lib. 1. Borgnin decis. 35. nu. 27. part. prima.
9 In verb. quod tunc dicta mulier pro alimẽtis] † vide
10 Alex. cons. 72. lib. 5. vbi ponit quomõ taxanda sint huiusmodi alimẽta, & qualiter debeãtur, & quod si per vxorẽ nõ sint petita, concludens non deberi, Crau. cõs. 241. col. antepen. & seq. vers. ad quintũ
11 respõdeo, tale autẽ ius transit in cessionariũ. Paris. cõs. 64. nu. 5. & seq. vol. 4. tamquã tale priuilegium sit reale dotẽ respiciẽs, ratione interesse lucri cessãtis, l. fin. §. præterea, C. de iur. dot.
12 In verb. si dos] nota, quod qño datur mora soluendi dotẽ, iurari potest in litẽ. Plot. in repet. l. si qño, n. 432. C. vnde vi, Castr. cõs. 7 incip. ad primũ respõde in vlt. quæsito, Alex. in l. si cũ dotẽ, §. sin autẽ in seuissimo, vers. postremo, vbi Bart. nu. 7. ff. sol. ma-
14 trim. quomodo autẽ intelligatur istud stat. faciẽs mentionẽ de alimentis dotis, tradit Alex. cons. 31. num. 5. & seq. lib. 6 Crau. cons. 189. Rub. cons. 55. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 71. Alexan. consil. 141. viso themate, lib. 5. quomodo autẽ intelligatur istud statutũ loquens de hærede,
15 vide Alex. cõs. 83. n. 2. lib. 7. & an appellatione hæredis veniat bonorum possessor, vide eundẽ Alex. & latè, quid veniat appellatione hæredis in contractibus, legatis, feudis, vltimis voluntatibus, Bal. cõs. 25 vbi latè dixi in appost. ad eũdẽ lib. 6. & plenè p. Pereg. de fideicõ. artic. 32. nu. 37. cũ seqq. plur.
16 In verb. pro alimentis suis] † Intellige debitis de iure, per notata, per Alex. cons. 27. vol. 2. Abb. in cap. salubriter ad finem, extr. de vsuris, & cons. 39. vol. 2. Soc. cons. 126. vol. vlt. an verò debeãtur iure actionis, an officio Iudicis, & quę vtilitas indè veniat, tradit Carp. ad stat. Med. c. 312. n. 45. & seq.
17 In verb. si dos fuerit quantitatis] † Intellige de dote verè numerata, non autẽ tantũ confessata, vt

per Bald. in l. fin. C. de fals. cau. adiect. leg. idē Bal. cons. 333. quia ista dos, vol. 4. Ang. cons. 76. & 158. n. 18. Castr. cōs. 124. Felin. in c. 3. loco, de præsūp. latè tamen plures hinc & inde cumulando, Tiraq. in tract. de retract. conuention. §. 4. glo. 6. nu. 14. & seq. communis est resolutio, priuilegium verę dotis habere locū ēt in dote confessata contra maritū, & eius hæredes, secus contra tertium, & creditores, Rip. auus mihi maternus in l. quæsitum §. si sponsa, nu. 22. ff. de priuil. credit. Campeg. de dot. part. prima, priuileg. 93.

18 In verb. causā ab ea] intellige ipsa viuente, cū alimenta, nisi in vita ipsius mulieris præstari debeant, l. cū hij, §. modus, ff. de transact. facit, ꝙ notat Castr. in l. diuortio, in 3. col. ff. sol. matrim. Alex. cons. 27. volum. 4. in fine, & istud. statutum tribuit hoc priuilegiū mulieri tantum, non autē alteri.

19 In verbo, & iuribus dotalibus] † quę autē sint iura dotalia, notat Pract. Pap. in forma libelli, quo vxor agit ad dotē, in glo. in verbo, simul, vbi vult, plura esse iura dotalia; primò, augmentum dotis; secundò, donatio propter nuptias: tertiò, fructus dotis; quartò, alimenta; tex. in cap. fin. vbi Abb. col. 2. extr. de donat. inter virum, & vxorem.

20 † Quid si maritus relinquat alimenta vxori suæ in eius testamento, an debeantnr etiā ista alimenta, de quibus in hoc statuto, & alimenta eidē relicta, vide Alex. in l. diuortio, col. 7. nu. 28. ff. sol. matrim. & concludit, quod non, sed intelligitur legatum in recōpensationem alimentorum de iure communi debitorū, cū vtilius sit mulieri alimēta sibi deberi ex legato, quam ex iure cōmuni, vt

21 ibi per eum, & † an legatum à debitore factū creditori censeatur factū animo recompensandi, regula est negatiua, l. creditorem, ff. de leg. 2. Mantic. latè de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. Phanut. de lucr. dot. quæst. 8. Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. & seq. Pich. in repet. l. titia,

22 nu. 142. ff. de leg. 2. † quod si hæres marito mortuo velit incontinenti restituere dotem vxori, mulier cogitur recipere, Ias. in l. qui Romæ. nu. 2. ff. de verb. oblig. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 22. nu.

23 8. alias secus, referens, † ꝙ vbi alimenta legata sūt à uiro, donec in domo steterit, siquidem morari nō potest, illa debet habere, vt per Bart. in l. gaius, §. imperator, ff. de aliment. legat. Crau. cons. 268.

24 Bursat. cons. 210. † & scias, quod regulariter alimenta relicta vxori debent præstari in domo hæredis, l. vnū ex familia, §. si rem, ff. de leg. 2. limi-

25 ta, stante iusta causa, vt pluribus modis exemplificat, Menoch. de arbit. Iud. casu 570. nu. 10. cū

26 seqq. plurib. † Intelligitur autē hoc statutū de alimentis, hoc est de fructibus, interesse dotis, non autem de alimentis, quæ præstanda vxori sunt ab hæredibus mariti, quia illa non taxantur hoc mo-

27 do, † sed habito respectu ad qualitatem mariti, & vxoris, nec non ad quantitatem patrimonij, iuxtà latissimè tradita per Surd. de aliment. tit. 1. q. 44. & 45. nā † dū statutum taxat alimenta dotis, eam

28 regulando secundum dotis quantitatem, intelligitur ad commodum vxoris, non quia ex dote restringi debeant alimenta, vbi vir sit diues, & illius conditio pinguiora exigat alimenta, Campeg. de dote, in 2. parte, quæst. 53. Surd. de alim. tit. 4. q. 20. nu. 2. & 3.

29 In verbo, viuere velit] † antequam mulier non interpellet, non dicuntur esse in mora, Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 312. num. 44. & seq. Soc. cons. 180. in fine; ego autem crederem, quod cū agatur de alimentis dotalibus, & statutum vtatur verbis habeat, & habere debeat, quæ executiua sunt, mora re ipsa cōtrahatur, absq; interpellatione, l. fin. §. præterea, C. de iur. dot. Bolognet. in l. quod te, num. 8. ff. si cert. pet. vers. Quartus casus,

30 Pedroc. cons. 14. nu. 2. † amplians per totum illud cōs. vt ēt minor ad talia alimēta teneatur absq; interpellatione, imò si mulier per multos años distulisset d. alimēta petere, non tñ censētur remissa, sed peti possunt, Ias. in l. diuortio, nu. 19. ff. sol. matr. Menoc. de cōi cons. 8. nu. 22. & cons. 81. num. 61. Decian. resp. 9. nu. 48. & 50. vol. primo, Bero. cōs. 52. nu. 23. vol. 2. Pedroch. d. cōs. 14. nu. 42. & seq.

31 † Sed quid si bona mariti transeant ad fiscum, an hæc alimenta vxori debeantur; Respōdetur, ꝙ sic, quia Fiscus succedens ex cōfiscatione, habetur loco hæredis, Bal. in l. pen. §. 1. C. ad trebel. in l. 3. C. ad l. falcid. & ita tenuit Curt. sen. cons. 14. nu. 2.

De patre, qui præstitit auctoritatem filio nubenti. Rubr. 92.

ITē statuimus, ꝙ si pater filio in potestate constituto nubenti suā auctoritatē, vel consensum præstiterit, ipso filio mortuo, teneatur pater assignare partē cōtingentē de bonis ipsius patris ipsi quon. filio, adhoc, vt dicta pars sit obligata vxori dicti q. eius filij, pro satisfactione dotis suæ, & iuriū suorū dotalium. Et pars contingens ipsi filio sit, & esse intelligatur pars pro numero personæ ipsius patris filiorum, & filiarum, & nepotum ex filijs præmortuis, seu ex filio præmortuo in stirpes, & non in capita.

Summarium ad statutum 93. in ciuilibus.

1 *Bona patris consentientis filio nubenti, sunt obligata pro dote nurus, & nu. 5.*

2 *Pater an cogatur consentire filio, obligando bona pro dote nurus.*

3 *Pars assignāda per patrē pro dote nurus, an intelligatur, quò ad legitimā filij, an quò ad vires substātia.*

4 *Stat. interpratādū secundū ius cōe.*

6 *Filius in potestate, volēs separatim à patre viuere an possit cogere patrē ad cōsignationē dotis nurus*

7 *Filius in potestate, potest seorsū à patre habitare ex iusta causa, & tenetur pater, eum cum nuru, & familia alere.*

8 *Quæ dicatur iusta causa separatim habitandi filiū à patre.*

9 *Filius emancipatus an possit cogere patrē ad consignationem dotis nurus.*

10 *Filius hoc casu, an teneatur cauere, de conseruan. do patrem indemnem.*

1 AD hoc statut. adde, ꝙ † ēt de iure cōi omnia bona patris, et nō cōsentientis sunt ꝓ dote nurui obligata, vt per Doct. in l. si cū dotē, §. transgrediamur, ff. sol. matr. & in auth. resq; C. cōm. de leg. Bursat. cons. 374. an † autem de iure

2 pater cogatur cōsentire filio obliganti se, & bona sua, pro restitut. dotis. Bar. in d. §. transgrediamur nu. 4

nu. 4. vbi distinguit Pract. Papien. in for. libelli, quo. vx. agit ad dotem, in verbo, vxor quondã, nu. 17. & seq. Curt. sen. latè cons. 54. Aret. in §. sui autē, inst. de hæred. qual. & differ. Alex. cons. 34. lib. 3.

3 In verb. Intelligatur esse pars pro numero] cõtigit aliquã dubitari, nũquid ista pars quã socer tenetur assignare de suis bonis, pro satisfactione dotis nurus, intelligatur solum de legitima, an verò vsq; ad vires substantiæ patris, adeò vt si sint duo filij, medietas sit omniũ bonorũ, si verò tres, tertia pars; & respondi, intelligi de parte integra substantiæ, non autem de legitima, & mouebar authoritate Bald. ità in terminis consulentis, cons. 239. incipiente, pater, & filius, versic. non ergo in plus obligatus est pater, lib. 2. tùm ēt quia clarè hoc ex ipso stat. elicitur, dùm circa finē ait, quod pars cõtingens ipsi filio sit, & esse intelligatur pro numero personæ ipsius patris filiorum, & nepotũ. ità vt velit portionem intelligi æqualiter iuxtà numerum personarum, & tantò magis hæc interpretatio adiuuatur, † nam statutum quantumcunq; fieri potest censetur conformari iuri communi, & ità semper debet interpretari, l. si serui

4

vestri, C. de noxal. per Menoch. cons. 187. nu. 31.

5 lib. 2. de iure autem communi, † non solum pars contingens ipsi filio, sed omnia, & quæcunq; bona patris consentientis sunt obligata pro restitutione dotis, d. §. trangrediamur, Bal. Nouell. de dote in 6. part. priuileg. 20. Megusant. de pignor. in 4. memb. 2. partis, nu. 26. ergo statutum sic debet interpretari, vt maior pars intelligatur obligata, quam fieri potest fauore dotis, quæ semper, & vbiq; præcipua est, l. prima, ff. sol. matrim.

6 † Sed quæro, nunquid filius in potestate, possit vna cum vxore separatim habitare cũ patre, & ab eo petere dotem vxoris sibi consignari; & dic, vt per Bald. Nouell. in tract. de dote, part. 7. priuil. 34. quod aut loquimur in filio in potestate, aut in emancipato. in primo casu, si filius seorsum habitat à patre de voluntate ipsius patris, tunc tenetur pater eidem dotem vxoris consignare.

Aut contra voluntatem patris, & tunc secus.

7 † Fallit, quando filius propter aliquam iustam causam, non posset simul cum patre habitare, nam tunc pater tenetur eidē dotē nurus consignare, & alimenta præstare pro se vxore, & familia, ità Bal. Nouell. vbi sup. nu. 5. vbi dicit, iustã causã habere filium habitandi separatũ à patre propter nouercam, vel propter nouercales contentiones, vel qa filius haberet vxorē iuuenē, & pulcrã, & pater esset improbatę vitæ, & admitteret domi sibi similes, D. Costa de remed. subsid. remed. 106. nu. 3. & vide nu. 8.

9 In secundò casu, quo filius est emãcipatus, tunc † sine dubio pater tenetur dotē nurus consignare,

10 si vult seorsũ à patre habitare, † verũ tñ est, quod pater, hoc casu poterit petere à filio sibi caueri de conseruando indemnem aduersus nurum arg. l. potest, in princ. de dote præleg. & per plura allegata per Bal. Nouell. d. priuil. 3. nisi tamen nurus consentiret consignationi dotis, nã tunc nõ teneretur filius dare fideiussorem de indemnitate, sed sufficeret, si nudo verbo caueret pater.

De successione ab intestato, Rubr. 93.

Item statuimus, quod si quis decesserit ab intestato sine descendentibus relictis fratre, vel fratribus vtrinq; coniunctis, & fratre, vel fratribus coniunctis, ex parte patris tantum, quòd omnes pariter veniant ad successionem fratris defuncti. Si verò reliquerit etiã filios alterius fratris præmortui coniuncti, vel vtroq; parente, vel ex parte patris tantùm, quòd illi filij fratrum veniant ad successionem patrui sui, vnà, & simul cum fratribus sui patrui præmortui in stirpem, & non in capita.

Summarium ad Statutum 93. in Ciuilibus.

1 *DOct. de hoc statuto pertractantes.*
2 *Ratio huius statuti fuit fauor conseruandi bona in agnatione.*
3 *Fratres vterini agnationem non conseruant.*
4 *Ad fraternitatem tantum operatur coniunctio ex parte matris, sicut & patris, vel vtriusq; coniunctio.*
5 *Superfluũ nil in iure, & statutis censetur appositũ.*
6 *Fratris nomine in statutis, soror non venit quando agitur de statuto agnationis fauore condito,*
7 *Soror ex communi vsu loquendi non venit fratris appellatione.*
8 *Frater ex parte patris cum fratre vtrinq; coniuncto dicitur inter se agnati.*
9 *Dispositio facta, fauore agnationis, fœminas non comprahendit.*
10 *Agnatio per fœminas finitur.*
11 *Frater vtrinq; coniunctus de iure communi præfertur in successione fratri consanguineo.*
12 *In feudis proximiores agnati succedunt, fraterq; consanguineus admittitur cũ vtrinq; coniuncto, nec cognatio habetur in consideratione.*
13 *In emphiteosi ecclesiastica accepta pro se filijs, & nepotibus masculis, decedente fratre, succedit frater cõsanguineus cum vtrinq; coniuncto.*
14 *Statutum vocans fratres ad exclusionem sororis, censetur etiam vocare filios fratrum ad exclusionem amitarum.*
15 *Extensio fit de casu ad casũ, & de persona ad personam ex rationis identitate.*
16 *Frater si per statutum excludit sororem, censetur pariter vocare filios fratrum ad exclusionem neptum, & consobrinarum.*
17 *Statutum vocans fratres consanguineos, & vtrinque coniunctos, dicitur fauorabile in capite inclusiuo masculorum, licet in consequentiam odiũ fœminarum præseferat.*
18 *Stante prædicto statuto, frater patruelis, & si non nominatus excludet sororem patruelem.*
Quid si agatur de successione sororis.

19 In successione nepotis pdict. statutum locũ habebit.
20 Verbum ab intestato quomodo capiatur remissiuè.
21 Descendentibus existentibus cessat successio ascendentium, & collateralium.
22 Filius relinquens post se filios, nõ tenetur aliquid relinquere patri vel matri.
23 Fratre decedente ab intestato relicto patre & fratre, frater succedet vna cum patre.
24 Fratrum appellatione de iure communi venit soror, quid in statutis nostris, quid si defuncto extarent sorores solum vtrinque coniuncta, & sorores patrueles.
25 Fratrum quinque sunt species, & quæ.
26 Statutum faciens mentionem de fratribus, intelligitur de vtrinq; coniunctis, & consanguineis.
27 Fratris appellatione, intelligitur de fratre primi gradus, vbi per statut. frater excludit sororẽ.
28 Fratris appellatione in testamentis non venit frater patruelis.
29 Fratris appellatione non venit frater coniunctus vinculo ciuili.
30 Frater vtrinque coniunctus de iure communi excludit fratrẽ ex latere tantum, secus ex dispositione statuti nostri.
31 Decedens nullis relictis ascendentibus, nec descendentibus, nec fratribus vtrinque coniunctis, sed relictis fratre consanguineo, & vterino qualiter succedant.
32 Fratrum filij nepotes dicuntur.
33 Statutum faciens mentionem de nepote, intelligitur de filijs fratrum.
34 Nepotes de iure communi succedunt cum patruo in stirpes non in capita.
35 Decedens sine ascendentibus; vel descendentibus, aut fratribus, sed pluribus nepotibus ex pluribus fratribus, an succedãt in stirpes an in capita
36 Frater consanguineus, an præferatur vtrinq; coniuncto in bonis maternis.
37 Statutum excludens sororem propter fratres, an dicatur etiam excludere neptem ex fratre, & ibi auctoritates, & rationes pro vtraque sententia recensentur abondè.
38 Extensio non dicitur, quæ venit ex mente & intellectu, sed comprahensio.
39 Statutum remouens interpretationem, non comprahendit rationabilem, & legitimam.
40 Fœmina per mediam iuris prudẽtiam, & ius prætoriũ vocantur deficientibus masculis agnatis.
41 Descendentes vocati ad successionem, an debeant nati, vel saltem concepti esse tempore delatæ successionis, idem in fideicommissis.
42 Stat. vocãs fratres, & agnatos, an ꝓsit forensib.
43 Quid si forẽsis ab intestato decedat relictis bonis, & fratribus, ac agnatis in territorio statuentiũ.
44 Filij legitimati, an excludant fratres, & alios vocatos ex hoc statuto.
45 Quid in filijs adoptiuis, vel arrogatis idem.
46 Simile in filijs deportatis vel bannitis.
Banniti quo iure priuentur.
47 Fratribus pluribus extantibus, ac sorore, si alter ex eis repudiet, an portio sorori pariter cum fratribus acquiratur.
48 Fratres si efficiantur monachi, aut tempore delatæ hæreditatis tales essent, an excludãt sorores.
49 Statutum vocans ad successionem agnatos masculos priores in gradu, vsque ad quartum gradum an fratre defuncto relictis fratribus vtrinque cõiunctis, & consanguineis, succedant cõsanguinei simul cũ vtrinq; cõiũctis, an vero isti præferãtur.

1 AD hoc † statutum, vide statut. 95. 96.
97. & in criminali 78. & de Regim. Pot.
53. & vide in auth. de venientibus ab
intestato. Ceph. cons. 557. Gab. cons. 6.
vol. primo, Laderch. cõs. 54. Surd. decis. 239. Michael
Graff. in §. successio ab intestato, q. 3. nu. 1.
Bero. cons. 143. & seq. lib. 2. Rot. Florent. Magon.
deci. 82. & vide tex. in auth. de cõsãguinitate, Gabr
cons. 19. lib. 2. Menoch. cons. 1146. lib. 12. Pereg.
cons. 10. lib. 5. Menoch. cons. 187. Ruin. cons. 15.
vol. 3. Dec. cons. 188. Rip. Responso 82. Borgnin.
decis. 29. part. 3.
2 † Ratio autẽ huius statuti vocãtis fratres vtrinq;
coniunctos, nec non fratres ex parte patris tantũ,
nulla facta mentione fratrũ ex parte matris, fuit,
vt bona remaneant in agnatione, & familia, quæ
à masculis ortũ ducit exclusis ijs, qui à fæmi. sexu
ꝓueniunt, Ias. cons. 205. col. 1. lib. 2. Socin. iun.
cons. 10. nu. 12. vers. & primum, lib. 4. vbi de cõi
Ruin. cons. 205. num. 4. lib. 2. Menoch. cons. 527.
respondendum videbatur nu. 8. vers. quinto ea ratione,
lib. 6. & cõs. 1146. nu. 4. & seq. lib. 12. Hiero.
Gabr. cons. 19. scripsi sup. num. 1. lib. 2. Viu.
3 decis. 469. stante statut. sub nu. 7. & 8. † per fratres
enim vterinos non conseruatur agnatio, Soc. sen.
cons. 241. nu. 9. lib. 2. Honded. cons. 1. nu. 5. & seq.
lib. 2. Laderch. cõs. 54. quoniam duo, num. 7. vers.
vterinus autẽ; cõprobatur, quia nisi statut. agnationis
fauore factũ fuisset, vtiq; tàm exactã diligentiam,
& differentiã non constituisset inter fratres
ex latere patris coniunctos, ac fratres ex vtroque
parẽte, nulla facta mẽtione fratrũ ex parte matris,
sed solũ simpliciter fratres ad successionẽ fratris
4 defuncti vocasset, † cũ ad fraternitatẽ, tantũ operetur
coniũctio ex parte matris, sicut ex parte patris,
vel vtrinq; coniunctio, l. Iurisconsultus, §. cognationis,
origo, ff. de gradib. affin. Alb. cons. 81. in
quæst. proposita nu. 16. & seq. Bart. in l. lutius, §.
quæsitũ, ff. de leg. 3. D. Rip. auus mihi maternus, in
l. ex facto, nu. 89. ff. de vulg. & pupil. Soc. sen. cõs. 1.
lib. 1. superfluòq; dicta verba apposita censerẽtur,
5 cõtra legum, & statuentiũ dispositionẽ, † in quib.
nil superfluũ censetur appositũ, Crau. in cons. pro
genero, nu. 46. & seqq. Surd. plenè cons. 127. nu. 9.
& seq. Tertio, suadet, quia statut. vocans fratres
ex vtroq; parente coniunctos, nec nõ fratrẽ ex parte
patris tm̃, nulla sororũ facta mentione, ipsas sorores
dicitur excludere, tũ ex argumento inclusio-
6 nis vnius ad vlterius exclusionẽ, tũ quia † in statutaria
dispositione fratris nomine soror nõ continetur,
maximè vbi rationis diuersitas inter fratres,
& sorores assignari potest, vt hic ex supra relatis,
Castren. cons. 129. Hæreditas prædicta, nu. 3.
lib. 1. dicens, vbi agitur de successione sororis, appellatione
fratris venire sororẽ, secus si agitur de
successione fratris, Capic. decis. 21. nu. 10. vers. &
in premissis, Capra cons. 62. nu. 9. Menoc. d. cons.
1146. nu. 6. Surd. cõs. 100. posset prima facie, nu. 2.
ea ductus ratione, quia in statutis verba, strictè, &
propriè, sunt intelligenda, & in statut. agnationis
fauore cõdito non venire sorores, & alias fœminas,
aliosuè ex eis descendentes, per quas agnatio
non conseruatur, tradit Io. Andreas in addition.
ad Specul. in rubr. de success. ab intestat. Rimin.
junior consil. 469. dubia mihi visã num. 27. lib.
4. attento, maximè etiam communi vsu loquen-
7 di, † quo fratris nomine soror non continetur, quia
loquendi communis vsus, etiam in statutis attenditur,
Capr. dicto cons. 62. in 4. dubio, num. 8. &
seq.

seq. Brun. in tract. quod stant. mascul. art. 5. q. 13. nu. 72. vers. ad idem, & nu. 84. versic. & dixit & nu. 85. vers. & quia dixi supra.& clarius artic. 8.9.19. nu. 83. Dec. cons. 230. ad finé. nu. 4. & in l. 3. nu. 123. ff. de reg. iur. Tiraq. de retract. consanguin. §. primo, glo. 9. sub nu. 188. ad finem, Soc. iun. conf. 23. num. 48. vers. quartò confirmatur, & latius num. 57. vers. sed posset lib. primo, Anton. Gabr. in suis cōmunibus, tit. de verb. signif. concl. 6. nu. 31. Petr. Cabal. cons. 54. nu. 8. & seq. Quartò, cum statutum vocat fratres ex parte patris tantum, vel fratres vtrinq; coniun-
8 ctos, dicitur agnatos vocare, † cum isti inter se sint agnati, tamquam à paterno stipite procedentes per virilem sexum, l. filius, ff. de suis, & legit.
9 cum vulgaribus, † dispositio autem facta fauore agnationis, fœminas non compræhendit; Soc. sen. cons. 62. nu. 5. & 63. nu. 14. lib. 3. Molin. de Hispan. primogen. lib. primo, cap. 6. nu. 41. Menoc.
10 dicto cons. 1146. num. 10. ratio est quia, † per fœminas finitur agnatio, l. pronunciatio, §. fin. ff. de verbor. signif. § media autem inst. de legit. agn. success. Crau. cons. 180. nu. primo, & 306. num. 5. Pereg. de fideicom. artic. 22. sub nu. 25. vers. nam reperio, Rim. iun. cons. 469. nu. 27.

Quintò, agnationem fuisse solum à statuto in consideratione habitam probatur, quia vbicunq; per statuta frater consanguineus, nempè ex parte patris tantum admittitur, cum vtrinq; cōiuncto,
11 cōntra iuris communis dispositionem, quo † frater vtrinq; coniunctus consanguineo præfertur, l. prima, C. de legit. hæred. §. itaq; & §. consequens, in auth. de hæred. ad intest. venient. auth. defuncto, C. ad tertul. Natt. cons. 395. nu. primo, Alb. cons. 81. num. primo, Cephal. cons. 31. nu. 3. Peregr. cons. 10. num. 12. lib. 5. Surd. decis. 239. Bero. cons. 143. & seq. lib. 2. apparet manifestè, agnationis fauore id factum fuisse, cum tàm consanguineus, quàm vtrinq; coniunctus à patre per virilem sexum descendat, & cum sola linea agnatitia habeatur in consideratione, hinc sequitur cognatitiam censeri exclusam, & sic sororem, tamquam in ea cesset (vt dictum est) ratio ipsa agnationis. Bald. Castr. Fulgos. & Corn. in l. prima, C. de legit. hæred. Anton. Rosel. in tract. de success. ab intestat. nu. 109. vers. sed ad vnum, Crot. in repet. l. re coniuncti, nu. 7. vbi Rip. auus mihi maternus, num. 17. ff. de leg. 3. Roman. cons. 411. in primo dub. Soc. sen. cons. 309. in fin. lib. 2. & cons. 83. nu. 13. lib. 4. Dec. cons. 444. nu. 5. & 6. Bero. cōs. 98. nu. 8. 143. nu. 14. 144. nu. 7. lib. 2. Soc. iun. cōs. 24. lib. 4. Grass. in § succeffio, q. 31. Surd. cons. 31. nu. 36. Magon. Rott. Florent. decis. 82. nu. 3.
12 Sextò comprobatur in similii ex successione feudorum, † in qua proximiores agnati succedunt, Isern. in c. 1. in fin. de natur. success. feud. Dec. cōs. 745. in casu ad me transmisso, nu. 9. Soc. iun. cōs. 24. pro vera resolutione, nu. 7. lib. 2. si tamen contingat adesse fratrem consanguineū ex parte patris tantum, attamen admittitur cum vtrinque coniuncto, licet .n. in vno, nempè in vtrinq; coniuncto duplex vinculum concurrat agnationis, scilicet, & cognationis, cognatio tamen non est in consideratione, tamquam impertinens, cum in feudo non succedat, vt cognatus, sed vt agnatus. Alex. cons. 9. ponderatis his in fin. lib. primo, Dec. cons. 444. concurrit patruus nu. 5. Curt. iun. cons. 78. proponitur in facto, num. 5. Surd. dicto cons. 31. nu. 36. idem igitur in statuto concludendum est, vt dum vocat fratres consanguineos, cū vtrinque coniunctis, fauorem agnationis, solum dicatur prospexisse, vt considerat Socin. iun dict. cons. 24. num. 8. lib. 4. Surd. ax alijs dicto cons. 31. nu. 36. vers. & per hanc rationem, simile est dicen-
13 dū, in † emphyteosi ecclesiastica accepta pro se, filijsq; suis, & nepotibus masculis, nam decedendū fratre, succedit frater consanguineus, cum vtrinq; coniuncto, non autem succedet soror, nec frater vterinus, Curt. iun. d. cons. 78. per totū Soc. iun. d. cōs. 24. nu. 10.
14 Et stante exclusione sororis per fratres, sequitur, vt etiam filij fratrum eandem eis amitam excludent, tamquam concurrat mens, & ratio statuti conseruandæ, scilicet agnationis, adsitq; natura subrogationis eiusdem naturæ, cuius est is, in cuius locum subrogatur, Bertazzol. post Bologn. & Mathesil. cons. ciuili 22. nu. 13. & 14. & stante
15 rationis identitate fit † extensio de casu ad casū, & de persona ad personam, imò non dicitur extensio, sed compræhensio, Castr. cons. 477. præsēs casus, col. prima, & 2. lib. 1. D. Rip. auus mihi maternus, in l. si cōstante, n. 64. ff. sol. matr. Laderch. cons. 66. nu. 17. Decian. respons. 43. nu. 41. lib. 2. post Brun. in tract. quod stant. mascul. artic. 3. col.
16 pen. & fin. excludent pariter dicti filij fratrum, neptes, seu consobrinas, cum fratris nomine veniat, & nepos ex fratre, l. Iurisconsultus, §. quarto gradu, ff. de gradib. Decian. cons. 43. nu. 36. lib. 2.
17 quia maximè † talia statuta in capite inclusiuo agnatorum, sunt fauorabilia principaliter, licèt in consequentiam odium præse ferant, fauore fœminarum, Dec. cons. 373. Grat. cons. 43. nu. 20. cum seq. lib. primo, Rott. Roman. decis. 140. nu. 29. cū seqq. latè contrarijs respōdendo, Trentacinq. var. resolut. lib. 1. tit. de statut. resolut. 1. nu. 3. vers. secundo infertur.
18 Simili ratione † frater patruelis, & si non nominatus in statuto, excludet sororē patruelē, tanquā fœminā virtualr, & intellectualiter exclusā, Alex. cons. 97. viso themate, nu. 11. & 12. lib. 2. & cons. 89. circa primū dubiū per tot. lib. 6. Curt. iun. cōs. 5. nu. 31. & cōs. 7. nu. 9. Paul. de Montepic. cōs. 85. nu. 47. dicens, id verū etiā si statuta ad litteram sint intelligenda, vt in statutis nostris, Decian. plenè cons. 43. per totum, lib. 2. an verò excludat filium sororis, Ceph. cons. 537. consuluit non excludi, sed concurrere cum matertera.

Si verò decedat soror, vel fœmina ab intestato, an locum habeat hoc statutū, communis est, quod non, Ias. in rubr. nu. 21. ff. de acq. poss. vbi Soc. sen. nu. 12. & Soc. iun. nu. 92. vsq; ad nu. 98. Cagn. in l. secūdū naturā, nu. 20. ff de reg. iur. vbi de cōi, Alciat. de magis cōmuni. lib. 2. de verborū signif. nu. 38. vers. eadem ratione.
19 † Et quid si ageretur de successione nepotis, duo vincula non magis ligarent, sed æqualiter succederent, Rub. Alex. cons. 102. post Bart. in l. post cōsanguineos, §. legitima, C. de suis, & legit. Cast. in auth. post fratres, C. de suis, & legit. vbi Corn. Alex. cōs. 166. lib. 5.
20 In verb. ab intestato] quo † modò intelligatur istud verbū, ab intestato, Soc. iun. cons. 3. nu. 27. & 28. lib. primo, vide inf. statut. 97. & ibi adnotata Alberic. de Rosat. in tract. statut. par. 2. q. 103. nu. 4. & seq. & an compræhendat pupillos infantes, & alios non valentes testari, vide inf. stat. seq. nu. 31. & per Alex. cons. 533. nu. 4. & 211. vol. 7. Grass. in §. successio ab intestato q. prima.

31 In verbo, sine descendentibus] & hoc rectè, quia existentibus † descendentibus, cessat successio ascendentium, & collateralium, & succedunt æqualiter, & indistinctè, nulla facta differentia sexus suitatis, & emancipationis, §. primo, in auth. de hæred. ab intest. venientibus, & inst. de hæred. qui ab intest. deferuntur, §. primo, & 2. hinc di-
32 cimus, † quod filius relinquens ex se, alios filios non tenetur aliquid patri, vel matri relinquere, cum prima causa sit liberorum, auth. in successione, C. de suis, & legit. l. pater filium, vbi Bart. & Castr. ff. de inoff. testam. Grass. de success. ab intestat. q. 2. num. 2. Alex. cons. 90. num. 2. lib. 2.
33 quod si † frater decedat ab intestato relictis fratre, & patre succedent in viriles, auth. defuncto, C. ad tertul. Alex. cons. 86. col. prima, lib. 3.

34 In verb. relictis fratre, vel fratribus] dic † quod fratrum appellatione de iure communi veniunt sorores quoq; Curt. iun. cons. 176. Hippol. sing. 39. Alex. cons. 45. vol. 7. Cast. cons. 119. nu. 1. Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de verb. signif. concl. 6. num. 30. tex. in l. tres fratres, ubi glo. ff. de pact. Castr. & Alex. in l. humanitatis, ubi Dec. plura allegans, C. de impub. & alijs substit. in statuto tñ nostro, cum sit factum agnationis, fauore ut s. diximus non ueniet soror, maximè cum sit correctorium iuris communis, Bart. cons. 229, nu. 2. Curt. sen. consil. 9. col. 2. & 4. & adsit statutum ult. in criminalibus, quod statuta ad litteram, intelligãtur, quo casu fratris nomine, non uenit soror, Bal. cons. 460. nu. 5. lib. primo; contrarium tamen suaderi potest, stante statuto 53. in ciuilib. sub rub. quod masculinum concipiat fœmininum; ubi idẽ in nigro deciditur, & statuto 78. in criminalibus, ubi hoc extendit etiam in statutis pœnalibus, & prohibitorijs, & ita stante tali statuto, tenet Alci. responso 14. num. 5. lib. 2. & responso 6. d. lib. 2. Menoch. cons. 990. nu. 5. ubi expressè hoc tenet, Borgnin. decis. 28. sub num. 43. & decis. 33. num 6 part. 3. licèt re uera hoc durum uideatur, cum factum sit, ut dictum est agnationis fauore, & alijs rationibus supra, colum. prima, & 2 perpensis, ubi uerò ageretur de successione defuncti, & adessent solum sorores utrinq; coniunctæ, nec non & sorores consanguineæ ex latere tantum patris, quo ad ipsas crederem succedere, iuxta dispositionem huius statuti; nam licet uideatur casus omissus nõ uerè est omissus, stantibus statutis Papiensibus supra recensitis, quod masculinum concipiat fœmininum; quod statutum, & si supra dixerimus, non habere locum, quando soror concurreret cũ fratre, id est ob rationis diuersitatem, quia probauimus statutum extantibus masculis illorum fauore factum fuisse, & ideò ubi diuersa est ratio, masculinum non concipit fœmininum, & ubi sequeretur absurdum, & correctio eiusdem statuti, ut dixi ad dicta statuta, Berret. Collega noster, cons. 120. ita etiam tenet Borgnin. decis. 28. nu. 47. & decis. 33. nu. 6. respondens Alex. & alijs contrarium tenentibus; scias tamen, quod fratrum quinq; sunt species quidã dicũtur utrinq; coniuncti, idest nati ex eodem patre, & matre, & isti sunt proprie fratres, Auth. post fratres, & auth. defuncto, C. de suis, & legit. quidam sunt fratres germani, & consanguinei, & sic nati ex eodem patre, & sic ex eodem germine, ex diuersis tamen matribus; quidam vterini, idest nati ex eodem vtero, ex diuersis tamen patribus; quidam fratres patrueles, idest filij duorum fratrum; quidam consobrini, idest nati ex duabus sororibus, vt habetur per Ias. in d. l. tres fratres, nu. 17. ff. de pact. vbi etiã querit, an statutũ faciens mentionẽ de fratribus, intelligatur de omnibus istis specialiter, & dic quod non, sed solum compræhendit, vtrinq; coniunctos, & consanguineos tñ, non autẽ compræhenditur vterinus, patruelis, nec adoptiuus, vt ex pluribus firmat, Carpan. ad statut. Mediol. c. 282 nu. 4. & c. 288. nu. 1. cũ duob. seqq. vide tñ
37 inf. stat. seq. † scias etiã, quod fratris appellatione, non venit nisi frater primi gradus, & ideò statutum, quod frater excludat sororem, secundum aliquos non compræhendit, nisi fratrẽ primi gradus, non autem patruelem, nec consobrinum, Bal. in c. 1. de feud. marchię, latè Alex. cons. 93. nu. 5 vbi appost. lib. 2 Roman. cons. 411. Curt. iun. cõs. 5. nu. 31. vbi de magis communi, de cuius veritate diximus supra.

38 † An autem appellatione fratris facta à testatore veniat frater patruelis, Paris. cons. 37. nu. 63. lib. 2. Bart. in l. lucius, §. quæsitũ, ff. de leg. 3. Alex. cons. 57. num. 2. & seq. lib. 2. Mascard. de probat. concl. 812. nu. 9. tenent quod non.

39 † Similiter fratris appellatione non venit frater coniunctus vinculo ciuili, sed solum iunctus vinculo sanguinis, Abb. in cap. licèt, nu. 2. de offic. legat.

30 In verbo, quod omnes pariter veniant ad successionem defuncti] in hoc corrigitur ius commune, † quo iure frater vtrinq; coniunctus, vel filij eius excludunt fratres ex vno tantum latere coniunctos, vt in auth. de consanguin. & vterin. fratribus circa medium, & in auth. itaq; mortuo, in fine, C. com. de success. Portius in §. cum filius num. 6. post Plat. ibi inst. de hæred. quæ ab intest. deferuntur, Crass. de success. §. successio, ab intestato, quæst. 31. stante autem hoc statuto, frater ex parte patris tantum admittitur vna cum fratre vtrinq; coniuncto, Bald. in l. prima. ff. de legit. hæred. Alb. cons. 81. in primo dubio; & licèt contrarium tenere videantur, Ruin. consil. 28. vol. 3. & Cephal. cons. 323. lib. primo; opinio tamen Bald., & receptior, & verior, Socin. iun. cons. 24. lib. 4. Gabr. de communi, cons. 6. Menoch. vberrimo cons. 187. lib. 2. vbi alios adducit, & respondet fundamentis Cephali, eandem teneat, Bero. cons. 143. nu. 17. & 18. vol. 2. & cons. 144. eodem lib. & hoc singulare esse, ait Rosel. in tract. de success. ab intestato, num. 31. Crauet. cons. 653. lib. 4. quicquid dixerit. Decian. cons. 16 lib. primo, nu. 20. & seqq. & Rimin. iun. cons. 401. lib. 4. quia loquuntur, quando statutum vocat fratres vtrinq; coniunctos, vel consanguineos tantum, & sic per dictionẽ, vel, quæ posita inter personas, inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis ordinem importat; Item loquuntur, quando statutum simpliciter agnatos præfert cognatis, at in statuto nostro, secus est, cum vocet fratres consanguineos per copulam, cuius natura est copulata æqualiter admittere, l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duo reis, l. si pater filio, vbi Castr. ff. de vulg. Rip. auus mihi maternus in cap. ex parte, num. 42. extra de rescript. Item clarius loquitur statutum, dum ait, quod omnes pariter veniant ad successionem, quæ dictio [pariter] importat idem, ac æqualiter. & per capita, auth. defuncto. vbi omnes, Cod. ad tertul.

31 † Quid autem si defunctus decesserit nullis relictis ascendentibus, & descendentibus, nec fratribus

bus vtrinque coniunctis, sed solum superstitibus duobus fratribus, vno uterino, altero consanguineo, quomodo uenient ad successionem inter se; dic quod consanguineus, succedit in bonis, quæ defunctus acquisiuit à patre, uel eius linea, in acquisitis uerò à matre, uel eius linea succedat uterinus, in ceteris uerò bonis aliunde quæsitis uocentur æqualiter, gl. in aut. post fratres, C. com. de success. de communi Crass. plures citans in dict. §. successio ab intestato, quæst. 32. Afflic. decis. 127. Rip. auus meus responso 81. num. 21. Rub. Alex. consil. 145. num. 6. & 7. Honded. consil. 8. nu. 18. & seq. lib. primo. Alex. cons. 5. lib. 6.

32 In uerb. quod illi filij fratrum] † isti filij fratrũ dicuntur communi nomine nepotes, c. tua nos de

33 consanguin. & affinit. hinc dicimus † quod statutum faciens mentionem de nepote intelligitur de filio fratris, Bal. in l. fin. nu. 2. & 3. C. de success. edict. Alex. cons. 49. nu. 8. vbi appost. ad eũ lib. 1.

34 In verb. stirpem, & non in capita] † idem de iure communi in quo nepotes succedunt in locum sui patris in hæreditate patrui defuncti una cum fratre ipsius defuncti in stirpes, & non in capita, aut cessante, C. de legit. hæred. Aret. in §. cum filius ubi Plat. inst. de hered. quę ab intest. defer. DD. in §. si plures inst. de legit. agnat. success. de communi Bursat. cons. 67. nu. 10. lib. primo.

35 Quid autem † si decedat defunctus nullis relictis ascendentibus, descendentibus, nec fratribus, sed solum nepotibus, ex pluribus fratribus, an isti nepotes debeant succedere patruuo, in capita, an verò in stirpes, & dic quod aliquibus visa est communior, & receptior senteutia, quod succedant in stirpes, & non in capita, vt ex infinitis citatis tenet Crass. in d. §. successio ab intestato, quæst 30. num. 4. hanc etiam magis communem asserit Thesaur. Pedemont. decis. 162. vbi infinitos DD. pro vtraque opinione citat, attamen asserit sibi non placere hanc opinionem, & alteram veriorem esse, & secundum eum fuisse iudicatum à Senatu Pedemontano testatur, quæ re vera melioribus iuribus, & rationibus fulcita videtur, quę

36 nõ refero cũ ibi videre possint. † Sed qd si adsint bona materna, an frater consanguineus in illis ꝓferatur vtrinque coniuncto, communis est quod sic, Gabr. cons. 6. num. 7. & cons. 134. Magon. Rott. Florent. decis. 148. nu. 17. & seq. Laderch. cons. 54. colum. 3. & 4. Menoch. aliqua cons. 187. Rim. iun. cons. 401. Borgn. decis. 12. num. 41. & seq. part. 3.

37 Itẽ quęrò an si statutum excludat sororem ꝓpter fratres, dicatur etiam excludere neptem ex fratre, vt in statuto Mediolani cap. 288. & aliqui voluerũt neptem ex fratre non censeri exclusam, vt tenuit Bald. in l. 2. ad finẽ, C. de in ius voc. Soc. sen. cons. 22. num. 2. & 3. lib. 3. Alciat. respons. 39. tom. 1. lib. 2. secundum Venetam impressionem, & secundum Lugdunensem resp. 718. consideratis verbis M. Ant. Eugen. cons. 83. rationes autẽ quibus mouentur sunt infrascriptæ. Primo, quia cũ statuti verba ad literam intelligẽda sint, vtiq; exclusa sorore non compræhenditur neptis. Secundo, quia statuta minus derogare censentur iuri cõi, q̃ sit possibile, at iure cõi neptis succedit ergo. Tertiò, quia casus à stat. omissus remanet in dispositione iuris cõis, at neptis à statuto omittitur ergo, per ius commune admissa censetur. Quartò, in odiosis non fit extensio de persona nominata ad non nominatam, etiam ex rationis idẽtitate, at tale statutum quo ad fęminas dicitur odiosum ergo. Quintò, sicut statuentes expræsserunt sororem facilè fuisset, & neptem exprimere quas rationes recensuit D. Menoch. cons. 235. lib. 3. Verũ his non attentis verior, & receptior est sententia exclusa per statutum sorore censeri etiam exclusas neptes ex fratre, vt tenuit Cyn. in l. 1. num. 5. C. quæ sit long. consuet. Fulgos. in l. venia sub num. 5. vbi Alex. & Ias. num. 6. Dec. nu. 7. Rim. sen. num. 6. Curt. iun. de communi nu. 70. dicẽs quod in practica seruatur, C. de in ius voc. Bart. in l. liberorum, num. 14. ff. de verb. signif. probans neque ex persona propria, neque per repræsentationem posse venire. Bald. fundans se in statuti ratione fauore nempè agnationis in l. maximum vitium num. 2. versiculo solutio quãdoq; statutum, C. de lib. præt & in l. quod verò, C. de legib. Castr. consil. 91. præsupposito lib. 2. Brun. in tract. quod stant. max. artic. 6. num. 90. & seq. & artic. 12. num. 234. & seq. vbi communem testatur, Ruin. cons. 140. visa facti narratione num. 16. lib. 3. Alex. cons. 36. viso themate num. 7. & 8. & magis in terminis cons. 55. viso dict. themate, num. 3. cons. 89. circa primum dubium num. 21. & seq. lib. 6. Curt. iun. cons. 111. D. Paulus de Raud. sub num. 17. Soc. iun. cons. 168. præsentis consultationis nu. 45. lib. 7. asserens hanc cõmunẽ. & cons. 10. in causis, & litibus per totum lib. 4. Rolan à Vall. cons. 82. factum præsentis sub num. 41. lib. 3. asserens dictum Bald. contrariam tenẽtis communiter reprobari Menoch. cons. 95. nu. 48. & latius cons. 235. per totum, & cons. 1146. Gabr. iusto cons. 15. reprobans consil. Alciat. & cons. 19. Bursat. cons. 302. nu. 25. & 30. cum seqq. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 280. num. 27. Rott. Roman. decis. 686. part. prima, in nouissimis, vbibis ita fuisse iudicatum testatur, Surd. cons. 85. plura dici num. 5. Molin. de Hispan. primogen lib. 3. cap. 7. num. 2. & cap. 8. nu. 8. Eques Rugger. cons. 41. nu. 35. & seq. Odd. cons. 6. nu. 26. & seq. vbi de cõi, & magis cõi Stefan. Gratian. disceptat. forẽs. cap. 5. num. 8. cum plurib. seq. vbi octo ad id affert rationes, & reprobato Alciat. hanc veriorem, & magis receptam, & per Rott. Romanam obseruatam testatur, Decian. respons. 43. num. 52. libr. 2. Peregr. cons. 14. sub num. 2. lib. 5. Anton. Quett. in terminis cons. 31. & cons. 82. vbi hanc pariter veriorem, & receptiorem testatur Cephal. cons. 306. num. 78. & 79. & hæc mihi magis placet rationes autẽ sunt; Prima quia ex rationis identitate fit extensio imo dicitur, vt dixi supra compræhensio; Secunda, quia statutũ in causa proxima censetur, etiam statutum in cã remota. Tertiò, quia id censetur statutum, qđ interrogati statuentes decreuissent. Quartò, excluso aliquo alicuius fauore, censentur exclusi oẽs sequentes in gradu, at soror excluditur fauore fratrum, ergo. Quintò, vbi radix corruit, & rami concidant necesse est, & nisi ex capite principium sumat nil vltra produci potest; Sextò, aut neptis intendit succedere ex propria persona, & nequit, qa in vlteriori gradu patruo est, aut ex persona patris per repręsentationem; & tunc cũ in ea deficiat qualitas masculina, quæ erat in patre, morte repellitur. Sextò, non debet admitti ad successionem is, qui ex eo prouenit, qui excluderetur si esset eiusdem naturæ, & qualitatis cuius est is qui admitti petit, at si pater esset fœmina excluderetur ergo. Septimò, ratio statuti

tuti fuit, vt dixi supra num. primo, & seq. fauor agnationis, quę cum vnica sit habetur pro expressa, & vbi agitur de ratione tanta quæ habetur pro expræssa, fit extensio etiam ad personas, & dicitur proprius statuti intellectus; Octauò, si vinco vincentē te, multò magis te; Nonò, tale statutū masculorum respectu vocatorum dicitur fauorabile, & odiosum respectu feminarum exclusarum multi voluerunt, qui fauor, & odium tamquam eandem originem habentia, diuerso iure nequeunt dijudicari, vnde nō potest admitti masculus, quin fœmina excludatur, nec includi fœmina, quin masculus ab eius portione excludatur, vbi autem fauor est causa exclusionis, semper præualet fauor, causaque principalis fauoris debet attendi, nempè conseruatio bonoũ in agnatione, non autem odium, quod venit secundariò, cū semper, quod principaliter agitur inspici debeat; meritò plerisq; placuit talia statuta dici fauorabilia simpliciter, & absolutè, cum per diuitias familiarum, & agnationis dignitas conseruetur, & agatur de successione transuersalis, quid quid sit vbi ageretur de successione ascendentiū; Nonò, ratione absurdi vitandi etiam in materia stricta, & odiosa, in statutis admittitur extensio de casu, & persona, ad casum, & personam, at in proposito themate, nisi exclusa sorore excluderetur pariter, & neptis, duplex præ ceteris absurdum, & inconueniens sequeretur; primum qđ neptis quæ est remotior in gradu melioris esset cōditionis ipsa sorore, quæ est proximior, Secundū, quia si in humanis extaret soror, & neptis ex fratre, & contingeret casus successionis fratris, & ad illam neptis admitteretur sorore exclusa, nil certò absurdius, monstruosiusuè dici, aut excogitari posset, nè igitur hæc sequantur inconuenientia, dicendum est neptem pariter dici per statutū exclusam; Decimò, cui conceditur, quod est plus, debet concedi, & qđ minus est, at fratri, & nepoti ex fratre conceditur ex statuto exclusio sororis, & amitæ, vt supra dictum fuit, ergò fortius, & neptis. Vndecimò, statuta sic debent interpretari, nè à sapientibus redargui possint, at repræhenderentur vtiquè, si voluissent neptem remotiorem admittere, sororem autem excludere proximiorem, ergò. Vltimò, vbi agitur de alicuius exclusione, nō attenditur qualitas, sed natura personæ, at soror repellitur, quia natura ipsam fęminam procreauit, de tali autem natura neptis participat, nec potiorem rationem potest allegare quam soror, ergò. Quibus sic stantibus ad argumenta, & rationes pro contraria sententia deductas respondere facilè est.

38 Ad primum de extensione prohibita, & qđ statuta ad literam sint interpretanda, respondetur non dici extensionem, sed comprehensionem, &
39 virtualem intellectū, † nec censeri prohibitam legitimam, & rationabilem interpretationem, sed solum friuolam, & sophisticam, vt ita respondet Gabr. dict. consf. 15. num. primo. Rott. Romana decis. 686, num. 9. parte prima, in nouissimis, Stefan. Gratian. dict. cap. 5. num. 22. Alb. conf. 771. per tot.

40 Ad secundum respondetur, quod licet corrigat ius commune nouissimum, non tamen corrigit mediam iuris prudentiam, & ius pretoriū, quibus fæmine vocabantur deficientibus masculis agnatis, Ant. Cuęt. dicto cons. 31. antè nu. 8. & cons. 82. num. 8. & seqq. & cum statutum sit fauorabile, extensionem patitur. Menoch. dict. consil. 235. num. 36. stante maximè rationis identitate Alb. cons. 75. num. 7. & seq. Gabr. cons. 14. num. 34. lib. primo, Curt. sen. cons. 9. per tot.

Ad tertium dicitur, nō posse dici casum omissum, qui sub rationis identitate, & statuentium mente cēsetur compręhensus, vt per Doct. supra citatos.

Ad quartum, respōdetur, imò tale statutum dici simpliciter, & absolutè fauorabile ex iam dictis, maximè cum agatur de successione transuersaliũ, latè Menoch. dict. cons. 235. num. 36. Brun. de veriori, & receptiori ad stat. quod staut. mascul. art. 3. num. 6. & 7.

Ad vltimum dicitur, satis dici neptem expressam, cum ex vi rationis, & statuentium mente, sit comprænensa, sororque fuit specificè expræssa, vt magis inde eliceretur fauor, & dilectio masculorum, qui si excludunt sorores, multò magis debēt excludere neptes, aliàs fauor in odiũ retorqueretur, meliorisq; cōditionis essent remotiores ꝓximioribus, fauorque magis attendendus, tamquā à statuentib us magis consideratus.

41 Dum verò statutum vocat primò descendentes, dum ait si decesserit sine descendentib. an sit necesse, quod isti descendentes sint nati, & concepti tempore successionis, an verò sufficiat si ex post nascantur; communis est, vt nati sint, vel saltē concepti tempore delatæ successionis Fulgos. cons. 93. Corn. cons. 314. num. 7. volum. 4. Grass. in §. successio ab intestato, quæst. 2. num. 16. vt in simili dicitur in fideicommissis, in quibus non nati nec concepti tempore existentis conditionis, minimè admittuntur, sed solum eo tempore nati, & cōcepti, l. cum pater, §. hæreditatē, ff. de leg. 2. Peregr. de fideic. artic. 22. num. 72. Molin. de iur. primog. lib. 3. cap. 10. num. 24. nisi de contraria testatoris mente constaret Soc. iun. cons. 172. nu. 26. & seq. versiculo, & istam opinionem, lib. 2. Cęphal. cons. 318. num. 41. & seq. Surd. consil. 125. num. 27. & seq.

42 An verò tale statutum vocans fratres, & alios, comprætendat eos qui forenses effecti sunt, negatiuam sententiam tenuit, Alex. cons. 44. num. 13. lib. 5. cons. 41. & 111. lib. 7.

43 Si verò is, qui decedit ab intestato sit forensis, vel clericus, & habeat bona, & fratres, vel agnatos in territorio statuentium, non habere locum præsens statutum, ex pluribus tenuit, Ruin. cons. 195, nu. 4. & seq. ac per totum, vol. 5.

44 Sed quid si decedat quis, cū filijs legittimatis, an tales filij, & descendentes excludent fratres, & alios vocatos, in affirmatiuam inclinăt, Bald. in l. acutissimi, nu. 7. C. de fideic. Ias. in l. generaliter, num. 8. C. de instit. & substit. Capic. distinguens decis. 194. Tiraq. alios adducens, in l. si vnquam, in verbo, liberos susceperit, nu. 82. C. de reuoc. don. Thob. Non. cons. 8. num. 8. Alciat. cons. 302. nu. 2. Guliel. Bened. in cap. raynu. in verbo, duas habens filias, nu. 147. & seq. quicquid alij contrarium senserint, de quibus in dictis locis, Michael Grass. in §. successio ab intestato, quæst. 19. num. 22. & seq.

45 Quid modò si relinquat quis descendentes, vel filios adoptiuos, crederem per tales non excludi fratres in hoc statuto vocatos, Ias. in l. cum filio familias, num. 165. ff. de leg. 1. Michael Grass. in §. successio ab intestato, quæst. 21. nu. 2. Doct. in l. ex facto, §. si quis rogatus, vbi auus meus mater-

nus, nu. 32. & seq. ff. ad trebell. simile in arrogatis, Ias. in l. cum filio fam. auus meus Rip. in l. si vnquam, quæst. 24. num. 64. C. de reuoc. don. Guliel. Bened. in cap. raynutius, in verbo duas habens filias, nu. 149. & in verbo, & vxorē decis. 5. nu. 178. simile si filij, vel descendētes essent deportati, Alex. in l. 1. num. 2. C. de hæred. instit. sequitur, Graff. in dict. §. successio ab intestato, q. 6. aut si essent banniti capitaliter cum bonorum confiscatione, ij enim priuantur omnibus beneficijs ciuitatis à qua sunt Banniti, secus si ageretur de successione ex iure communi, cum tale beneficium iuris communis retineant Alex. consil. 26. num. 2. lib. primo, Graff. d. §. successio ab intestato quæst. 7. Bart. in quæst. statuto ciuitatis Lucanæ, Rip. auus meus in l. ex facto, §. ex facto, nu. 17. ff. ad trebel. Rim. iun. consil. 595. num. 44. & seq. & 612. nu. 25. & 832. Surd. cons. 394. nu. 12. & seq. Crau. cons. 925. num. 18. & seq. Peregr. Iānin. de citat. real. parte 2. cap. 11. num. 150. & seq. quamuis multi etiam tenuerint illum amittere beneficia iuris communis Castr. in l. prima, C. de hæred. instit. Ioseph. Ludou. decis. 11. Granut. Theorem. 4. Honded. cons. 66. num. 47. & seq. Alb. cons. 793. Alciat. loquens in statuto nro sequenti cons. 6. quæritur de intellectu statuti Papien. libr. 2. tom. primo, & cons. 54. num. 3. lib. 5. Menoch. cons. 101. num 19. & seq.

47 Vbi verò extarent tres fratres, & vnica soror, duo autem ex eis portionem suam repudiarēt, dubitatur an portio repudiantium sorori simul cum fratre acquiratur, an verò alteri fratri tantū, communis est acquiri alteri fratri tantum Bart. in l. mulieri, num. 4. ff. de condit. & demonstr. & ibi Castr. latè rationes afferens Ias. in l. re coniuncti num. 192. ff. de leg. 3. Brun. in tract. quod stant. mascul. artic. 9. q. 10.

48 Quid si tempore delatę successionis fratres ab intestato successuri, essent religionem ingressi, an succedant exclusa sorore, vel alijs ab intestato venientibus; distinguitur, aut agitur de ingressso religionem successionis capacem, aut non; primo casu succedit ille frater, aut religio eius nomine, sorore exclusa, secundo verò casu succedit soror, Roman. consil. 296. vbi Mandos. in addit. vbi de cōi, & cons. 267. Bursat. consil 63. num. 26. lib. primo, Dec. in cap. in præsentia, num. 70. extra de probat. Michael Graff. in suis communibus, §. successio ab intesta, quæst. 8. per tot.

49 Quid modò si statutum disponeret, quòd decedente aliquo ab intestato absque descendentibus legitimis, & naturalibus succederent agnati masculi priores in gradu vsque ad quartum gradum de iure ciuili, vtrum fratre vita functo, relictis fratribus vtrinq; coniunctis, nec non consanguineis an simul admittantur, an verò preferantur vtrinq; coniuncti, quòd simul succedant consanguinei cū vtrinque coniunctis tenuerunt Rom. consil. 411. Capra consil. 8. Soc. sen. consil. 304. col. fin. lib. 2. consil. 25. colum. fin. lib. 3. & consil. 89. num. 12. & seq. lib. 4. Ruin consil. 29. colum. 2. lib. 3. Curt. iun. consil. 78. Rimin. consil. 187. num. 17. & seq. Bero. consil. 96. num. 9. & seq. & 103. num. 13. & cum seq. lib. 2. Soc. iun. cōsil. 24. lib. 4. Menoch. consil. 187. num. 27. Magon. Rot. Florent. decis. 82. Contrarium tenuerunt Anchar. in c. canonum Stat. quæst. 14. principali de constitut. Rol. à Val. cons. 72. num. 33. lib. 3. Imol. consil. 10. nu. 6. & 7. Alex. consil. 5. lib. 6. Soc. iun. consil. 50. lib. 4. Ruin. cons. 28. lib. 3. Mandos. ad Roman. dicto cons. 411. qui dixit opinionē eorum, qui contrarium tenuerunt esse falsam, Paris. cons. 59. lib. 3. Brun. in tract. qd stanti. masc. art. 13. quæst. 4. num. 62. cum seqq. & de magis cōm uni remouens contraria, Cephal. plenissimo consil. 323. libr. 3. quæ magis placet, non refero iura, & rationes cū ibi videri possint.

Inquantum, & qualiter mater, & auia succedant sine testamento. Rub. 94.

ITEM statuimus, quòd si quis, vel si qua de cætero decesserit sine testamento absque descendente, vel descendentibus, & absque patre, vel auo, & absque fratre, vel filio, filia, vel filijs fratrum, relicta matre, vel auia paterna, seu materna, primo tamen mater, secundo auia paterna, tertiò materna succedant prædicto filio, vel filiæ, nepoti, seu nepti sic decedenti in tertia parte omnium bonorum, & hæreditatis prædicti defuncti, vel defunctæ, & in alijs duabus partibus succedant consanguinei paterni, quibus de iure deferreretur hæreditas sine testamento prædicti defuncti, vel defunctæ, ita quòd priores in gradu primitus admittantur. Si verò aliquis, vel aliqua de cætero decesserit sine testamento absque descendente, vel descendentibus relictis fratre, vel fratribus siue filijs, vel filiabus fratrum relicta matre, vel auia, primo tamen mater, secundo auia succedant filio, vel filiæ nepoti, seu nepti, sic decedenti in tertia parte vsusfructus tantum omnium bonorum, & hæreditatis dicti defuncti, vel defunctæ, & in proprietate dictæ tertiæ partis, & in alijs duabus partibus dictæ hæreditati succedant prædicti frater, & fratres, vel filij fratrum in stirpes, & non in capita.

Summa

Summarium ad Statutum 94. in Ciuilibus.

1 VIDENDA ad hoc statutum, & in quibus locis vigeat tale statutum.
2 Hoc statutum validum, & nu. 5. ac 27.
3 Expressa pupillaris matrem excludit, etiã stante hoc statuto.
4 Hoc statutum an extendendum remissiuè.
6 Statutum hoc, an validum, & quid quando in totũ aufert successionem matri propter agnatos.
7 Hoc statutum, an odiosum, vel exorbitans.
8 Causa testati præfertur causa intestati.
9 Statutum loquens de descendentibus, intelligitur tam masculis, quam fæminis.
10 Descendentium appellatione non veniunt fæminæ statuto excludente fæminas propter masculos.
11 Testator intelligitur se cõformare statutariæ dispositioni.
12 Descendentium masculorum appellatione, non veniunt masculi ex fæminis, & num. 13.
14 Pater succedit filio, descendentibus vel fratribus non existentibus.
15 Quid si cum patre supersit mater.
16 Statutum, an intelligatur de auo materno, sicut paterno.
17 Statutum hoc intelligitur de fratre carnali.
18 Frater vterinus, an cõprahendatur hoc statuto.
19 Vterinus propriè, & strictè frater, & num. 33.
20 Vterinus existens vnà cum alijs fratribus, an succedat num. 23
21 Consanguineorum nomine veniunt tam fæminæ quam masculi.
22 Statutum vocans filios fratrum comprahendit, etiam in aliena familia nuptas.
24 Statutum excludẽs matrem, an procedat in auia, vbi extaret auus maternus, vel soror.
25 Statutum loquens de matre, an comprahendat patrem.
26 Hoc statutum, an comprahendat matrem, & auiã non petentes tutorem minoribus, & vide nu. 39.
27 Mater, an possit excludi à legitima, per statutum.
28 Testamentum filij præferentis matrem exclusam ab intestato, an validum.
29 Statutum hoc, an procedat quãdo cum matre extat soror defuncti.
30 Fratris appellatione, an veniat soror.
31 Masculinum genus concipit fæmininum, ex statuto Papiæ.
32 Hoc statutum non dicitur factum ad conseruandũ agnationem, & num. 47.
34 Hoc statutum, an procedat defuncto existente in ea ætate, in qua non possit habere liberos.
35 Mater transiens ad secunda vota, an succedat ex hoc statuto.
36 Hoc statutum, an procedat sorore defuncta relicta sorore, & filijs ex altera sorore.
37 Statutum hoc, an comprahendat bona sita extra territorium Papiæ.
38 Agnatis repudiantibus, an eorum portio accrescãt matri.
39 Vocatus ex hoc statuto, an succedendo ex testamẽto sibi præiudicet.
40 Quid si mater non petierit tutorem filijs, an priuetur hoc commodo.
41 Si mater decedat non agnita hac tertia parte, ista tertia pars debetur loco legitimæ matri debita.
42 Consanguineorum nomine, qui comprandantur.
43 Consanguineus aliquando exponitur .i. agnatus.
44 Hoc statutum, an comprahendat consanguineos impropriè, & sic amitorios, & vide num. 45.
46 Agnati qui.
47 Hoc Statutum, qua ratione factum.
48 Agnatorum nomine, an veniant solum masculi, & quid de amita.
49 Præsumitur, quis sobolem suam alienæ præferre.
50 Coniunctio materna debilior paterna.
51 Consanguinei dictio, an in hoc statuto accipiatur propriè, & largè.
52 Quod statutum non dicit, nec nos dicere debemus.
53 Consanguineorum nomine, an veniant descendẽtes ex fæminis, & num. 60. & vide num. 61. & num. 117. vbi contra.
54 Communis vsus loquendi præualet propriæ significationi.
55 Statutum intelligendum secundum communem vsum loquendi, etiam statuto stante, quod verba intelligantur ad litteram.
56 Statutum vnum recipit interpretationem ab alio statuto.
57 Media declarantur ab extremis.
58 Cognati ex parte patris veniunt sub nomine consanguinei.
59 Cognati sunt descendentes ex fæmina.
60 Descendens ex fæmina, an sit consanguineus paternus.
61 Descendentes ex fæmina dicuntur de prole, & nu. 79. & 81. & 84.
62 Neptis ex filia dicitur de corpore, & generatione aui.
63 Liberorum appellatione veniunt nepotes ex filia.
64 Amplia, vt etiam veniant appellatione filiorum.
65 Paterni dictio in hoc statuto posita largè, & vide num. 68.
66 Descendens repræsentat suum stipitem.
69 Linea verbum, qualiter accipiatur.
70 Vel dictio, quid importet.
71 Similiter dictio, quid importet, & num. 75.
72 Similia, quæ dicantur.
74 Attinentes etiam dicuntur descendentes ex fæminis, & vide num. 78.
76 Descendentes ex fæminis, comprahenduntur sub nomine parentis.
77 Cognatorum appellatione, non veniunt agnati.
78 Sub nomine coniunctorum, comprahenduntur descendentes ex fæminis.
80 Proles, an à procreando dicta.
82 Successio matris, an de iure ciuili, vel naturali.
83 Lex etiam dura est obseruanda.
85 Nepos ex filia dicitur de descendentibus aui.
86 Hoc statutum, qua ratione conditum.
87 Mater, & filij sororum, qualiter succedant de iure communi, & num. 89.
88 Statutum nostrum, non extendendum.
90 Argumentum à contrario sensu non potest sumi ex hoc statuto.
91 Verba intelligenda simpliciter, & non secundum quid, & num. 93.
92 Casus mixtus non comprahenditur sub simplicibus.
94 Fratrum appellatione venit soror de iure cõi, & vide numeros duos sequẽtes, vbi veniũt propriè, & vide

1 AD † hoc statutũ, vide Alex. cons. 197. vol. 6. in terminis terminãtib. idẽ Alex. cons. 45. lib. 7. Dec. consil. 693. Curt. sen. cons. 9. Cur. iun. cons. 176. Alciat. cõs. 6. tom. 1. lib. 2. secundũ impressionẽ Venetã, & secundum impressionem Lugduni est 58. in ordine incip. quæritur de intellectu statuti Papiæ, & respons. 54. omissis ijs tom. 2. lib. 5. aliàs respons. 272. & cons. 194. tom. 3. lib. 9. alias 717. quia alias Berret. cons. 118. Rip. respons. 9. de legib. lib. 2. Soc. iun. cons. 10. vol. 2. Curt. iun. cons. 5. Tiraq.
2 de retract. §. primo, glos. 9. num. 119. & seq. † & de validitate huius statuti, vide Dec. cons. 466. num. primo, & cons. 563. nu. primo, Soc. cons. 31. vol. primo Annot. ad statuta Parmæ sub rub. qd mater non succedat, & sub rub. quod filiæ, & aliæ fœminæ Borgn. decis. 13. num. 50. & seq. par. 3. Idem Borgn. decis. 28. num. 45. cum seqq. plurib. & decis. 29. num. 4. & seqq. par. 3. & simile statutum excludens matrem propter agnatos, est Ferrariæ, super quo consuluit Cæphal. cons. 5. num. 87. laude ut per Cæphal. cons. 54. num 19. Crotonæ super quo consuluit Curt. iun. cons. 153. nu 2. & 5. Aretij, de quo per Dec. cons. 300. nu. 5. Vercellis, teste Cagn. in l. si quis prægnantem. ff. de reg. iur. Florentiæ, ut consuluit Soc. iun. cons. 2. lib. 1. Cremonæ, super quo respondit Menoch. consil. 206. libr. 3. Abbatiæ polliciuij, idem Menoch. consil. 234. libr. 3. Pisis, teste eodem Menoch. consil. 253. volum. 3. Vincentiæ, super quo consuluit Tiberius Decian. consil. 85. volum. 3. Astæ, ut consuluit D. Costa Conciuis, & Collega meus eruditissimus consil. 63. Nouariæ, ut per Plot. consil. 32. num. 10. usque ad finem.

3 † An autem stante hoc statuto, expressa pupillaris matrem excludat, dic quod sic, Bursat. consil. 373.

4 † An autem hoc statutũ debeat habere extensionem, vide Dec. consil. 333. Alexand. consil.
5 198. volum. 6. & † hoc statutum excludens matrem propter agnatos est validum, ut per Angel. consil. 305. colum. 1. Cum maximè etiam exprimere

meuo Romanorum iure agnati, agnatæ vè, vocarentur matre exclusa instit. de succes. cogn. in principio, quod ius durauit vsquè ad ius prætoriū instit. de Senatus consult. orfic. in princip. Corn. cons. 95. num. 22. volum. 2. Alex. cons. 3. num. 8. volum. 7. vbi ad validitatem huius statuti infert, Soc. sen. latè consil. 31. col. prima, lib. primo, Dec. consil. 466. num. 1. Gul. Bened. in cap. Raynutius in verbo, & vxorem nomine vbi latè num. 15. vsquè ad num. 74. extra de testam. licet in humanum, & contra ius naturale illud nuncupet Bald. cons. 83. num. 6. & 7. volum. 5. Dec. cons. 322. & valere hoc statutum etiam si legitimam in totum auferret, ex multis firmat Lancellot. Gal.
6 consil. 72. num. 54. † quod procedit nē dum quādo statutum reseruat tertiam partem, vt hic, sed etiam quando in totum aufert successionem, cum ius competens matri sit de iure positiuo, Bal. in l. prima, §. ius naturale, circa finem. ff. de iust. & iur. sequitur Roman. consil. 32. col. fin. Alba consil. 761. num. 4. Alex. consil. 3. num. 4. & 8. lib. 7. Corneus consil. 150. num. 3. & seq. lib. primo, latè Cephal. consil. 5. num. 26. & seq. lib. primo, & consil. 470. num. 16. lib 4. Honded. consil. 13. num. 38. lib.
7 primo, † & scias quod est odiosum pro parte, pro qua repellit matrem à successione, & est exorbitans, Dec. consil. 693. num. 1. & 2. & consil. 466. Honded. consil. 2. nu. 35. lib. 2.

8 In verb. sine testamēto] † aliàs si cum testamēto, tunc cessat huiusmodi statutum, cum causa testati præferatur causæ intestati, cum vna præsupponat aliam cessare, ex quo sunt repugnantes inter se, l. qui diu ex testamento. ff. de acquirenda hæred. Alex. consil. 91. num. 2. volum. 2. lib. 1. & consil. 121. num. 5. eod. lib.

9 In verb. absque descendēte, vel descendentib.] † intellige tam de masculis, quam fœminis vsquè in infinitum, §. primo, in auth. de hered. ab intest. veni. Rip. in l. filiusfam. §. diui, num. 112. ff. de leg. primo. Dec. consil. 495. num. 6. Alex. consil. 160. lib. 2. & consil. 56. num. 2. lib. primo, Peregr. de fideicommis. artic. 19. num. 11. & art. 25. num. 8. Menoch. de præsumptio. libr. 4. præsumpt. 86. num. 26.

Nota tamen duos casus, in quibus de iure cōmuni descendentium appellatione facta à testa-
10 tore non veniunt fœminæ; Primus est † quando adesset in ciuitate statutum excludens fœminas propter masculos, prout est hic Papiæ, vt infr. statuto proximo, nam tunc testator vocando descendentes, intelligitur solum vocasse masculos,
11 cum † intelligatur voluisse se conformare dispositioni statutariæ, Rip. auus meus maternus in l. hæredes mei, §. cum ita num. 74. cum seq. & præsertim nu. 77. ff. ad trebell. Peregr. dict. art. 25. nu.
12 58. † Secūdus est casus, quādo fuissent vocati descendentes masculi, nam tunc non solum non veniunt fœminæ, sed nec etiam masculi, ex fœminis
13 descendentibus, maximè, † quando fideicommissum fuisset inductum à masculo ratione conseruandæ agnationis, Curt. iun. consil. 172. num. 6. Peregr. art. 26. num. 15.

14 In verb. absquè patre] † de iure communi si defuncti non adsint filij, nequè sorores superstites, nec mater, succedit pater omnibus remotioribus exclusis, vt in aut. defuncto, C. ad Tertulian.
15 † si vero cum patre supersit etiam mater, tunc æqualiter succedunt, si autem cum patre, & matre, supersit etiam auus paternus, tunc æqualiter succedunt, licet de iure veteri auus paternus matrem excluderet, ita Crass. de success. §. successio ab intestato, quæst. 22.

16 In verbo, vel auo] † an intelligatur etiam de auo materno, an verò solum de auo paterno, videtur prima facie, intelligi non solum de auo paterno, sed ēt de materno, cum statutū censeatur minus derogare iuri ciuili cōn. q; sit possibile, quo iure, defuncto nepote simul concurrunt auus paternus, & maternus ad successionē, auth. defuncto, vbi omnes, C. ad tertul. Benè quidē dispar est successionis ratio, cum paternus auus succedat in bonis ex linea paterna prouenietibus, maternus verò in obuētis ex linea materna, iuxta doctrinam Bart. in l. quod scitis, C. de bon. quæ lib. Gabr. de success. ab intestato concl. 3. licet multi contrarium tenuerint, vt Gabr. dict. loco. & pen. Tiraquell. de retract. lignag. §. 14. gloss. 2. nu. 12. & 13. Phanuc. de inuent. hæred. part. 2. num. 10. & seq. attamē contrariū credo verius, quod sic. statutum intelligatur de auo paterno solum, non autem materno, cum sit factum ad exclusionē matris existentibus aliquis de linea paterna enūtiatis à statuto, & exclusa matre censetur exclusus auus maternus, & omnes ex matris linea prouenientes, Bart. in l. 2. §. videndum, ff. ad tertul. Ang. consil. 289. in fin. Paris. pulchrè consil. 31. lib. 3. Menoch. consil. 235. num. 34. & 1146. num. 12. Brun. latè in tract. quod stant. masculis in 8. quæst. principali, num. 100. cum seq. licet in contrarium non mediocriter vrgeat plenum consilium Rim. iunior. 497. libr. 5. ego tamen non discederem ab opinione contra auum maternum, cum ratio exclusionis militet à fortiori in auo materno magis, quam in paterno, & quia appellatione patris, venit paternus auus, sicut, & matris, auus maternus, Boer. consil. 17. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 16. num. 6. & seq. & hanc etiam tenuit Dec. consil. 656. in fine, vbi consuluit contra auiam maternā, Cephal. consil. 5. num. 20.

In verb. & absque fratre, vel filia filioue fi-
17 lijsq; fratrum] † hoc statutum nostrū loquens de fratre, & filio fratris, intelligitur de fratre carnali, & filio fratris carnali, & non patruele; ita in terminis huius nostri statuti, Borgn. decis. 29. nu. 7. part. 3. & decis. 1. num. 10. eadem part. tertia, sed
18 † dubium est numquid huiusmodi statutum cōprehendat fratrē vterinū, & dicas quod sic, adeò vt existente fratre vterino mater succedat solum in tertia parte, vterinus vero in duabus partib. ea
19 ratione, † quia fratris appellatione, propriè, & strictè, venit frater vterinus, Corn. consil. 336. num. 6. lib. primo, Soc. cons. 25. num. 31. lib. 3. qui propriè loquitur in statuto faciente mentionem de fratre, vt comprehendat vterinum sicut consanguineum, & vtrinque coniunctum: Alba. cons. 81. num. 32. lib. primo. Mascard. de probat. concl. 212. num. 9. & ita in proprijs terminis huius statuti pluribus authoritatibus, & rationibus deductis tenet Borgnin. decis. 13. nu. 41. quo loci vult hoc procedere, quando nullus alius frater præter vterinum adesset. Soc. sen. cons. primo, lib. primo & 89. lib. 4. Socin. iun. consil. primo, num. 51. lib. 1. Paris. consil. 2. num. 1. lib. 2. Curt. iun. consil. 5. num. 31.

20 † Sed quid si frater vtrinquè coniunctus, vel cōsanguineus adessent simul cum fratre vterino, an tunc frater vterinus, simul succedat vna cum alijs fratribus, & videtur dicendum, quod sic. in casu

in casu nostri statuti, quia quoties in statuto, ratio agnationis consideratur, tunc verum est per coniunctos ex parte patris, non autem ex parte matris seruari agnationem, vnde dicendum est, fratres vtrinque coniunctos excludere fratres vterinos tantum, vt per Brun. in trac. de stat. exclud. fœmin. artic. 12. num. 25. & seq. Cephal. plures allegans consil. 323. vol. 3. Rip. resp. 82. nu. 4. Soc. iun. cōs. 23. num. 27. & seq. vol. 1. Crau. cōs. 763. numero octauo, sed in casu nostri statuti non dicitur considerata ratio agnationis, quod probatur, quia in hoc statuto in prima parte vocantur, †
21 consanguinei paterni, quorum appellatione, tàm masculi, quàm fœminæ veniunt, Paris. consil. 20. num. 30. & consil. 22. num. 52. & seq. & consil. 23. num. 10. lib. 2. & in secunda parte statutum no-
22 strum vocat expresse filias fratrum, † quæ censentur vocatæ, etiam si sint in aliena familia nuptę, & per Rip. auum meum in terminis huius statuti Papiæ, respons. 208. num. 10. quo stante, non potest dici statuentes habuisse rationem ad agnationem, ità in terminis Borgninus dicta decisione 13.
23 numer. 42. † Contrarium tamen decidit, idem Borgnin. dicta decis. 13. per totam in discursu, & præsertim num. 93. & quod in terminis huius statuti non admittatur auus paternus, nec frater vterinus, in concursu agnatorum habentium qualitates à statuto, Costa in suo tractatu de portione ratę, quæstione 148. num. 12. non obest, quod in hoc statuto non sit consideranda ratio agnationis, quia contrarium est verius, vt infra dicetur. †
24 Ideò, si cum auia materna, ac auo materno concurreret patruus defuncti, non esset locus huic statuto, tamquam sit casus omissus, & patruus excluderetur, Bald. in l. quicunque colum. 2. C. de seru. fugit. & auia materna exclusa traheretur ad successionem per auum maternum, non exclusum ad exclusionem patrui, Alex. in l. illam, num. 8. C. de collat. & consil. 80. num. primo, & seq. lib. primo, Collegium Perusinum ità consuluit, vt inter consil. Ang. cons. 110. Gabr. de success. ab intestat. conclus. 4. num. 10. Decian. responso 27. num. 35. lib. 3. Surdus consil. 553. num. 24. idem dicens, si extaret socer, de quo non loquitur statutum.
25 In verbo, relicta matre] † nota, quod statutum loquens in matre, nō vendicat sibi locum in patre, in terminis, Menoch. in tract. adipisc. remed. 4. num. 224. an autem hoc statutum habeat locum in matre, & auia non petentibus tutorem intra annum, & an priuentur commodo successionis, vel legitimæ, vide Plot. in repet. l. si quando, nu. 234. Cod. vnde vi, Socin. iun. consil. 16. lib. 2. tenent quod sic, Borgnin. in repertorio tract. de tut. & curat. in verbo, auia, & infra nu. 29.
26 † An autem per hoc statutum, possit mater excludi à legitima, quæstio est controuersa, super qua fuit diuersimodè responsum, & iudicatum teste Ias. in auth. nouissima, C. de inoffic. testam. Cephal. cons. 120. num. 12.

Affirmatiuam etenim contra matrem, vt excludi possit, & censeatur, tenuit Alexand. consil. 3. nu. 9. & seq. lib. 7. Dec. consil. 26. numer. 4. 276. colum. 2. 296. num. 2. 299. num. 2. & 5. 392 num. 5. Tiraquel. de iure primogen. quæst. 55. num. 9. vbi alios refert, Crauet. cons. 21. num. 13 ea moti ratione, quia legitima non debetur ijs, qui ab intestato nequeunt succedere, & legitima est quota successionis ab intestato, & latè per Cephal. consil. 5. num. 46. & infra & consil. 53. nu. 55. Surd. consil. 91. num. 23. & seq. contrariam autem negatiuam opinionem defendendo ad fauorem matris tenuerunt, Salicet. in auth. nouissima, quæst. 12. C. de inoff. testam. vbi pro affirmatiua opinione, quatuor affert fundamenta; deinde pro negatiua, cui adhæret, decem, & ibi Ias. num. 53. & seq. Alex. consil. 7. colum. 3. volum. 2. Socin. de cōmuni reprobans Corneum cons. 228. & 318. lib. 4. Marsil. consil. 30. & 150. Iason copiosè consil. 121. lib. 2. vbi refert consilium Florentinum pro ista parte consuluisse, Boer. decis. 188. num. 6. Natt. consil. 308. Mysinger. obseru 43. centur. 5. & obseru. 44. centur. 6. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 122. alios consulto omitto, & ista mihi magis arridet, quandoquidem statutum †
27 nunquam videtur legitimam auferre, nisi expressè de ea disponat, Balb. de præscript. quarta part. quartæ partis principalis, quæst. 23. num. 3. & 4. Alexander consil. 7. num. 20. lib. 2. Afflic. decis. 168. num. 2. Cephal. ex plurib. consil. 120. num. 2. & 498. num. 50. & seq. Item, quia non minus debetur parentibus legitima, ac filijs l. nam & si parentibus, ff. de inof. testam. imò magis debetur parentibus, cum ij solum ex septem causis priuari possint illa, filij verò ex quatuordecim, §. aliud quoq; in auth. vt cum de app. cog. auth. in testamento, C. ad tertul. pręterea sicut statutum non potest in totum tollere legitimam filijs, eadem ratione, nec parentibus, vt præcitati concludunt, & tenuit Doctissimus D. Costa consil. 63. num. 16.
28 † Quid si filius condat testamentum, & matrem iam exclusam ab intestato prætereat, an testamentū reddatur nullū; dic quod non, sic ex magis communi, Ias. in auth. nouissima, nu. 57. C. de inof. testamento.

Quid autem, si defunctus decesserit nullis relictis filijs, vel fratribus, sed solum relicta sorore,
29 an tunc mater ei succedat in tertia parte omnium bonorum, in terminis, Rip. auus meus maternus, respons. 6. volumine secundo, in tit. de legibus, Alexander consil. 45. volum. 7. Petrus Cabal. consil. 54. nume. 10. tenent succedere in
30 proprietate, & istud dependet ab eo, † an in statutis appellatione fratris veniat soror, de quo per DD. in l. tres fratres, ff. de pact. & Franc. Curt. cons. 9. incipiente Ticinensi statuto alias cons. 11. & ego in sororibus vterinis tantum tenerem, cum Alexandro, & Rip. qui in puncto consuluere, quia in repugnantibus iuri cōmuni fratris appellatione non venit soror, nec fit extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam, quæ per se veniat, & casus non expressus, habetur pro omisso, relinquiturque dispositioni iuris cōmmunis, Castrens. pleno cons. 119. per totū, lib. primo, Laur. de Pallat. in tract. quod stant. mascul. num. 259. & seq. Natt. in dicto tract. in 9. quæst. tertiæ quæstionis principalis, nu. 57. & sequētib. addēs aliam rationem, quia scilicet aliud est soror, & diuersa nomina sunt, attento maximè cōmuni vsu loquendi, qui in statutis attenditur, Capr. cons. 62. in 4. dub. nu. 8. & seq. Brun. in dicto tract. art. 5. q. 13. nu. 72. 84. & seq. Alberic. de Rosate, de statut. q. 66. lib. 4. Dec. in l. 2. nu. 123. & seq. ff. de regul. iur. Socin. iun cons. 23. nu 48. vers. 48. & num. 57. vbi respondet Curt. sen. cons. 9. contrarium tenenti, lib. primo, post Imol. cons. 183. num. 19. Rimin. iun. cons. 469. in 2. dub. nu. 24. & seq. Cepol. latè

dū aliquē tanquā dotalē; crederim, q; non, cū talis assignatio non sit propriè uenditio, nec alienatio, sed pactum à iure communi permissum dotis fauore, vt res aliqua empta ex pecunia vxoris dotalis efficiatur, Grat. consil. 159. num. 9. libr. 2. Cæsar Barz. decis. Bonon. 27. num. 24. interimq; maritus fructus pro oneribus matrimonij percipit, l. pro oneribus, C. de iure dot. Menoch consil. 201. num. 28. lib. 3.

102 † Item, quia statutum generaliter loquens nō cōpræhendit casum dotis, Gabr. de mag. cōmuni tit. de legib. & constit. conclus. prima, num. 10. Bursat. consil. 32. nu. 11. & 17. Cephal. cons. 195. num. 11. vbi maximè in eo de quo agitur dos reperitur priuilegiata, Cagnol. de cōi in l. prima, num. 27. ff. de reg. iur. vt hic, cum ex priuilegio dotis constitutum sit, vt dote in pecunia consistente fundus aliquis dotalis assignari possit, cum magis vtilè sit vxori habere fundum dotalē, q̄ pecuniā, l. ita cōstante, ff. de iure dot. Natt. consil. 496. num. 13. Alciat. respons. 128. tom. 2. lib. 5. Menoch. consil. 201. num. 28. & seq. lib. 3.

103 † Quinimò nec etiam compræhendere insolutum dationem, quæ sit ob pecuniam debitam licet similis sit venditioni, tenuit Dec. cons. 18. viso puncto, nu. 3. cum in statutis alienationis nomine veniat insolutum datio, vt ibi per Dec. licet contrarium tenuerit Tiraq. de retr. lign. §. primo. gl. 14. nu. 4. Ioseph. Ludou. dec. 60. maximè nu. 9.

104 † Ratio autem cur nec assignatio, nec insolutum datio censeatur prohibita, cum tamē sit prohibita alienatio, & venditio, ea est iuditio meo, ne fraudentur creditores mariti, nam cupidus maritus relinquendi, aut legandi vxori, potuisset alienationem, aut venditionem vxori fraudulenter sine pretio facere, at talis finis per assignationem, vel insolutum dationem fieri nequit, quia etsi prædium assignat, iam pecuniam recipit, sibi in dotem datam, cuius loco succedit pretium ipsum, per cuius assignationem non tollitur creditorum hypotheca, qui nō consenserit, q; si diceretur præferri mulierem creditoribus anterioribus ex dispositione, l. assiduis, C. qui potior. in pign. hab. tunc multò minus præiuditium considerari potest in assignatione, vel insolutum da-

105 tionē: † quid modo si maritus legat vxori, & principem, vel Senatum deprecetur, vt tale legatum dignetur confirmare, an poterit mortuo marito vxor confirmationē petere, & legatum consequi, dic quod sic, Gal. in tract. de non relinq. vx. in uerbo non possit quæst. 3. num. 28. & ante nu. 27.

106 † potest etiam maritus non obstante hoc statuto legare uxori, si legatum momento solum sit apud uxorem remansurum absque eius commodo, ut quia alteri statim teneatur restituere Menoch. de recuper. possess. remed. 13. num. 2.

107 Quid modo si maritus rogatus sit certam summam uxori relinquere, ipse autem maiorem præstare uelit an ualeat, dic quod sic, argumento tex. in l. si sponsus, §. si quis rogatus, ff. de donat. inter uir. & uxor. potest. n. heres plenius uoluntatem testatoris exequi, Gal. in tract. de non relinq. ux. in uerbo legare. quæst. prima, nu. 35. † meritò ma-

108 ritus lucrū sibi quærendum, quod si remittatur uxori debetur, remittere potest, & uxori debebitur. Soc. sen. consil. 114. num. 8. lib. primo, Galia dicto verbo, legare, num. 36. † sicut etiam ex

109 eiusdem sententia num. 38. † maritus potest aliquem sibi relicturum rogare, ut uxori relinquat, & ualebit, l. sed si uir, §. quod legatarius, ff. de do-

110 nat. inter uir. & uxor. † An autem possit maritus extra territorium testando, uxori relinquere stante hoc statuto, dic quod non, Alex. cons. 41.

111 num. 7. lib. 5. † potest tamen hæredem grauare ut rem certo pretio uxori uendat, modò pretium sit iustum, Galia. dict. tract. in uerbo legare. q. 7. num. 10. & num. 63.

Vsquequo, & qualiter vxor debeat alimentari de bonis viri sui. Rubr. 91.

ITEM *statuimus, quòd de cætero vxor mortuo viro suo viuendo communiter cum hæredibus viri sui expensis hæreditatis viri sui, seu expensis hæredum suorum, quòd tunc præsumatur communiter viuere cum eis in eadem domo, & nil possit consequi, vel habere pro alimentis. Si autem separatim ab hæredibus prædictis viuat, seu viuere velit: quod tunc dicta mulier pro alimentis suis, si dos fuerit quantitatis librarum trecentum Papien. tantum, vel ab inde infra habeat, & habere debeat ad rationem librarum decem Papien. pro quolibet centenario dotis simplicis ipsius mulieris quolibet anno. Si verò dos fuerit à libris trecentis Papien. supra, tūc dentur pro alimentis pro primis trecentis libris libræ triginta Papienses. Et de reliquò veræ dotis quantuncunque ascendat, ad rationem librarum quinque Papien. pro quolibet centenario quolibet anno, & vsquequo dictæ mulieri, vel habentibus causam ab ea de dote sua, & iuribus dotalibus fuerit satisfactum. Quæ solutio alimentorum fiat pro medietate in principio anni, & pro alia medietate finitis primis sex mensibus anni pro rata eius, quòd habere debet ipsa mulier de, & pro dote sua. Et prædicta locum habeant in præteritis pendentibus, & futuris. Et si contingat partē dotis solui, vel restitui detrahantur alimenta pro dote debita pro rata totius summæ, ad quam ascendunt alimenta prædicta.*

Sum-

Summarium ad Statutum 91. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Hoc statutũ, an validũ, cũ videatur permittere vsuras, & nu. 4. 5 & 6.*
3 *Hoc statutum qua ratione factum.*
7 *Statutum, quod tot soluantur marito pro dote, pro quolibet centenario, an valeat.*
8 *Statutũ quod soluantur quinq; pro centenario, pro oneribus matrimonij, vel interesse rei venditæ, an valeat.*
9 *Alimenta dotis, quomodo debita, & qualiter taxanda. & nu. 10.*
11 *Alimentorũ ius an cedi possit.*
12 *Iuramentũ in litẽ præstatur ob morã præstãdi dotẽ*
13 *Bona mariti tacitè obligata, tàm pro restitutione dotis, quàm alimantorum.*
14 *Stat. faciens mẽtionẽ de alimẽtis dotis, quomodo intelligatur.*
15 *Hæredis appell. an veniat bonorũ possessor.*
16 *Statutum loquens de alimẽtis, intelligitur de debitis, de iure.*
Alimẽta an debeãtur iure actionis, an officio Iudicis
17 *Alimenta ex hoc statuto debita, an debeantur pro dote confessata.*
18 *Alimenta durante vita tantum præstanda.*
19 *Iura dotalia plura sunt.*
20 *Alimẽta an debeãtur si maritus illa vxori leget.*
21 *Legatum à debitore creditori factũ, an censeatur factum animo compensandi.*
22 *Hæres volens incontinenti restituere dotẽ, an teneatur ad alimenta.*
23 *Alimenta relicta in domo, an extra domũ debeantur, si vxor in domo morari non possit.*
24 *Alimẽta regulariter præstanda in domo hæredis.*
25 *Fallit subsistente iusta causa.*
26 *Hoc statutũ intelligitur de fructibus, & interesse dotis, nõ de alimẽtis præstandis ꝑ hæredes mariti.*
27 *Alimenta post mortem mariti, qualiter præstanda per hæredes vxori.*
28 *Statutũ taxans alimenta dotis, iuxtà quantitatẽ dotis, quomodo intelligatur.*
29 *Mora, an cõmittatur per hæredes non præstantes alimenta, vbi non fuerint interpellati.*
30 *Minor non interpellatus, an in mora constituatur.*
31 *Alim. nõ petita ꝑ multos ãnos, an cẽseãtur remissa*
32 *Alimẽta hæc, an debeãtur cõfiscatis bonis mariti.*

1 AD hoc stat. vide sup, stat. 89. in fine, Berret. cõs. 22. Borgn. decis. 3. n. 30. Negusant. in tract. de pignorib. in 5. memb. 5. partis. nu. 17. Soc. cõs. 186. col. fin. Surd. de aliment. tit. 6. q. 3. sed melius, tit. 1. q. 44. vbi plenè pertractat materiã alimentorũ vxori viduę præstãdorũ, Plot. in l. si qñõ, nu. 461. & seq. C. vnde vi, Carp. ad stat. Med. c. 312. Coaruu. var. res. lib. 3. c. 1. nu. 3. & seqq. Anchar. cõs. 150. Afflic. dec. 284.
2 Paris. cõs. 64. vol. 4. an autẽ istud statutũ valeat, ex quo videtur permittere vsurã, vide Paul. Castr. in l. titia, ff. de solut. Negusant. in d. trac. de pignor. in 5. parte, 12. partis principalis, circa fin. ideò nõ valere, consuluit Abb. cons. 39. lib. 2. &
3 † quod huiusmodi stat. taxãs alimẽta ad certã quãtitatẽ valeat, tenet Abb. in c. salubriter, nu. 5. & 6. vbi appost. de vsur. Felin. in c. consultationibus, nu. 11. de off. & potest. Iud. deleg. Soc. in cõs. 180. incipiente diligenter puncti narratione, vers. nec habet obstare cum vers. seq. Alex. cõs. 56. & 63. nu. 11. & seq. vol. 4. Alb. cons. 524. nu. 15. lib. 4. sequitur D. Cost. in suo tract. de fact. scient. & ignorant. distin. 21. cẽt. 2. nu. 15. quo loci post Albã dicit hoc statutũ taxans alimenta dotis valere, nec dici irrationabile,
4 † cũ sit factũ ad tollendas lites super liquidationi
5 bus interesse, non in fraudẽ vsurarum; † Contrarium tamen, quod imò huiusmodi statutum non valeat, tenet Abb. cons. 39. lib. 2. Rub. cons. 55. de cõi Soc. cons. 56. nu. 2. lib. 3. Ias. in § fuerat. nu. 19. inst. de act. Plot. in repet. l. si qñ lo. nu. 470. C. vnde
6 vi, quos refert, & seq. Gallia cons. 111 nu. 31. ego tñ credo in casibus, in quibus de iure debetur vxori dotis interesse, vel vsura, vt putà post annũ luctus, vel qñdo statim mortuo marito nupsit 2. viro, & hęredes sunt in mora, valere; cum sit factũ vt dictum est ad tollendas lites super ꝓbationib. & liquidationibus interesse, non in fraudem vsurarũ, Peregr. cõs. 100. n. 24. & seq. lib. 1. & ità distinguit Lup. tract. de vsur. coment. 1. §. 4. nu. 91. & per D. Cost. d. distinct. 21. nu. 15. idẽ Costa in suo tract. de port. rat. q. 91. nu. 7. quo loci vult, ꝙ licet statutũ, ꝙ tot soluãtur ꝑ singulo cẽtenario, rõne dotis nõ solutæ valeat in marito, nõ tñ valeat in vxore, vt per Galliã in cõsuet. Alex. in gl. vxori, q. 4. num. 60. nisi esset factum ad tollendas lites, respectu probationis faciẽdæ super quãtitate interesse, vt hodie Pa-
8 pię cautũ est. Nota ẽt, ꝙ valęt stat. & lex, siue consuetudo inducens, ꝙ pro oneribus matrimonij, & fructibus rei venditæ soluantur quinq; pro centenario, & vltra singulo anno, Alex. cõs. 31. col. 2. n. 5. vol. 6. Hiero. Magon. Rot. Lucẽs. dec. 17. in fine, Lup. d. tract. de vsur. cõm. 1. §. 4. num. 91. Ioseph. Ludou. Rot. Lucen. dec. 21. nu. 34. & seq. & in suis cõibus concl. 46. vbi dicit magis cõem, Paris. cons. 77. nu 10. vol. 3. Alciat. respons. 40. nu. 3. tom. 1. lib. 1. Borgnin decis. 35. nu. 27. part. prima.
9 In verb. ꝙ tunc dicta mulier pro alimẽtis] † vide
10 Alex. cons. 72. lib. 5. vbi ponit quomodo taxanda sint huiusmodi alimẽta, & qualiter debeãtur, & qd si per vxorẽ nõ sint petita, concludens non deberi, Crau. cõs. 241. col. antepen. & seq. vers. ad quintũ
11 respõdeo, tale autẽ ius transit in cessionariũ, Paris. cõs. 64. nu. 5. & seq. vol. 4. tamquã tale priuilegium sit reale dotẽ respiciẽs, ratione interesse lucri cessantis, l. fin. §. præterea, C. de iur. dot.
12 In verb. si dos] nota, ꝙ qñõ datur mora soluendi dotẽ, iurari potest in litẽ, Plot. in repet. l. si qñõ, n. 432. C. vnde vi, Castr. cõs. 7 incip. ad primũ respõdeo in vlt. quæsito, Alex. in l. si cũ dotẽ, §. sin autẽ in seruissimo, vers. postremo, vbi Bart. nu. 7. ff. sol. ma-
14 trim. quomodo autẽ intelligatur istud stat. faciẽs mentionẽ de alimentis dotis, tradit Alex. cons. 31. num. 5. & seq. lib. 6 Crau. cons. 189. Rub. cons. 55. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 71. Alexan. consil. 141. viso themate, lib. 5. quomodo autẽ intelligatur istud statutũ loquens de hærede,
15 vide Alex. cõs. 83. n. 2. lib. 7. & an appellatione hęredis veniat bonorum possessor, vide eundẽ Alex. & latè, quid veniat appellatione hæredis in contractibus, legatis, feudis, vltimis voluntatibus, Bal. cõs. 25 vbi latè dixi in appost. ad eũdẽ lib. 6. & plenè p. Pereg. de fideicõ. artic. 32. nu. 37. cũ seqq. plur.
16 In verb. pro alimentis suis] † Intellige debitis de iure, per notata, per Alex. cons. 27. vol. 2. Abb. in cap. salubriter ad finem, extr. de vsuris, & cons. 39. vol. 2. Soc. cons. 126. vol. vlt. an verò debeãtur iure actionis, an officio Iudicis, & quę vtilitas indè veniat, tradit Carp. ad stat. Med. c. 312. n. 45. & seq.
17 In verb. si dos fuerit quantitatis] † Intellige de dote verè numerata, non autẽ tantũ confessata, vt

per Bald. in l. fin. C. de fals. cau. adiect. leg. idē Bal. cons. 333. quia ista dos, vol. 4. Ang. cons. 76. & 158. n. 18. Castr. cōs. 124. Felin. in c. 3. loco, de præsūp. latè tamen plures hinc & inde cumulando, Tiraq. in tract. de retract. conuention. §. 4. glo. 6. nu. 14. & seq. communis est resolutio, priuilegium verę dotis habere locū ēt in dote confessata contra maritū, & eius hæredes, secus contra tertium, & creditores, Rip. auus mihi maternus in l. quæsitum §. si sponsa, nu. 22. ff. de priuil. credit. Campeg. de dot. part. prima, priuileg. 93.

18 In verb. causā ab ea] intellige ipsa viuente, cū alimenta, nisi in vita ipsius mulieris præstari debeant, l. cū hij, §. modus, ff. de transact. facit, quod notat Castr. in l. diuortio, in 3. col. ff. sol. matrim. Alex. cons. 27. volum. 4. in fine, & istud. statutum tribuit hoc priuilegiū mulieri tantum, non autē alteri.

19 In verbo, & iuribus dotalibus] † quę autē sint iura dotalia, notat Pract. Pap. in forma libelli, quo vxor agit ad dotē, in glo. in verbo, simul, vbi vult, plura esse iura dotalia; primò, augmentum dotis; secundò, donatio propter nuptias: tertiò, fructus dotis; quartò, alimenta; tex. in cap. fin. vbi Abb. col. 2. extr. de donat. inter virum, & vxorem.

20 † Quid si maritus relinquat alimenta vxori suæ in eius testamento, an debeantur etiā ista alimenta, de quibus in hoc statuto, & alimenta eidē relicta, vide Alex. in l. diuortio, col. 7. nu. 28. ff. sol. matrim. & concludit, quod non, sed intelligitur legatum in recōpensationem alimentorum de iure communi debitorū, cū vtilius sit mulieri alimēta sibi deberi ex legato, quam ex iure cōmuni, vt
21 ibi per eum, & † an legatum à debitore factū creditori censeatur factū animo recompensandi, regula est negatiua, l. creditorem, ff. de leg. 2. Mantic. latè de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. Phanut. de lucr. dot. quæst. 8. Mēnoc. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. & seq. Pich. in repet. l. titia,
22 nu. 142. ff. de leg. 2. † quod si hæres marito mortuo velit incontinenti restituere dotem vxori, mulier cogitur recipere, Ias. in l. qui Romæ. nu. 2. ff. de verb. oblig. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 22. nu.
23 8. alias secus, referens, † quod vbi alimenta legata sūt à uiro, donec in domo steterit, siquidem morari nō potest, illa debet habere, vt per Bart. in l. gaius, §. imperator, ff. de aliment. legat. Crau. cons. 268.
24 Bursat. cons. 210. † & scias, quod regulariter alimenta relicta vxori debent præstari in domo hæredis, l. vnū ex familia, §. si rem, ff. de leg. 2. limi-
25 ta, stante iusta causa, vt pluribus modis exemplificat, Menoch. de arbit. Iud. casu 570. nu. 10. cū
26 seqq. plurib. † Intelligitur autē hoc statutū de alimentis, hoc est de fructibus, interesse dotis, non autem de alimentis, quæ præstanda vxori sunt ab hæredibus mariti, quia illa non taxantur hoc mo-
27 do, † sed habito respectu ad qualitatem mariti, & vxoris, nec non ad quantitatem patrimonij, iuxtà latissimè tradita per Surd. de aliment. tit. 1. q. 44. & 45. nā † dū statutum taxat alimenta dotis, eam
28 regulando secundum dotis quantitatem, intelligitur ad commodum vxoris, non quia ex dote restringi debeant alimenta, vbi vir sit diues, & illius conditio pinguiora exigat alimenta, Campeg. de dote, in 2. parte, quæst. 53. Surd. de alim. tit. 4. q. 20. nu. 2. & 3.

29 In verbo, viuere velit] † antequam mulier non interpellet, non dicuntur esse in mora, Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 312. num. 44. & seq. Soc. cons. 180. in fine; ego autem crederem, quod cū agatur de alimentis dotalibus, & statutum vtatur verbis habeat, & habere debeat, quæ executiuæ sunt, mora re ipsa cōtrahatur, absq; interpellatione, l. fin. §. præterea, C. de iur. dot. Bolognet. in l. quod te, num. 8. ff. si cert. pet. vers. Quartus casus,
30 Pedroc. cons. 14. nu. 2. † amplians per totum illud cōs. vt ēt minor ad talia alimēta teneatur absq; interpellatione, imò si mulier per multos años distulisset d. alimēta petere, non tñ censētur remissa, sed peti possunt, Ias. in l. diuortio, nu. 19. ff. sol. matr. Menoc. de cōi cons. 8. nu. 22. & cons. 81. num. 61. Decian. resp. 9. nu. 48. & 50. vol. primo, Bero. cōs. 52. nu. 23. vol. 2. Pedroch. d. cōs. 14. nu. 42. & seq.
31 † Sed quid si bona mariti transeant ad fiscum, an hæc alimenta vxori debeantur; Respōdetur, quod sic, quia Fiscus succedens ex cōfiscatione, habetur loco hæredis, Bal. in l. pen. §. 1. C. ad trebel. in l. 3. C. ad l. falcid. & ita tenuit Curt. sen. cons. 14. nu. 2.

De patre, qui præstitit auctoritatem filio nubenti. Rubr. 92.

ITē statuimus, quod si pater filio in potestate constituto nubenti suā auctoritatē, vel consensum præstiterit, ipso filio mortuo, teneatur pater assignare partē cōtingentē de bonis ipsius patris ipsi quon. filio, adhoc, vt dicta pars sit obligata vxori dicti q. eius filij, pro satisfactione dotis suæ, & iuriū suorū dotalium. Et pars contingens ipsi filio sit, & esse intelligatur pars pro numero personæ ipsius patris filiorum, & filiarum, & nepotum ex filijs præmortuis, seu ex filio præmortuo in stirpes, & non in capita.

Summarium ad statutum 93. in ciuilibus.

1 *Bona patris consentientis filio nubenti, sunt obligata pro dote nurus, & nu. 5.*
2 *Pater an cogatur consentire filio, obligando bona pro dote nurus.*
3 *Pars assignāda per patrē pro dote nurus, an intelligatur, quę ad legitimā filij, an quò ad vires substā-[tia].*
4 *Stat. interpratādū secundū ius cōe.*
6 *Filius in potestate, volēs separatim à patre viuere an possit cogere patrē ad cōsignationē dotis nurus*
7 *Filius in potestate, potest seorsū à patre habitare ex iusta causa, & tenetur pater, eum cum nuru, & familia alere.*
8 *Quæ dicatur iusta causa separatim habitandi filiū [à patre.]*
9 *Filius emancipatus an possit cogere patrē ad consignationem dotis nurus.*
10 *Filius hoc casu, an teneatur cauere, de conseruando patrem indemnem.*

1 AD hoc statut. adde, quod † ēt de iure cōi omnia bona patris, et nō cōsentientis sunt pro dote nurui obligata, vt per Doct. in l. si cū dotē, §. transgrediamur, ff. sol. matr. & in auth. resq; C.
2 cōm. de leg. Bursat. cons. 374. an † autem de iure pater cogatur cōsentire filio obliganti se, & bona sua, pro restitut. dotis. Bar. in d. §. transgrediamur nu. 4

nu.4. vbi distinguit Pract. Papien. in for. libelli, quo vx. agit ad dotem, in verbo, vxor quondã, nu. 17. & seq. Curt. sen. latè cons. 94. Aret. in §. sui autẽ, inst. de hæred. qual. & differ. Alex. cons. 34. lib. 3.

3 In verb. Intelligatur esse pars pro numero] cõtigit aliquẽ dubitari, nũquid ista pars quã socer tenetur assignare de suis bonis, pro satisfactione dotis nurus, intelligatur solum de legitima, an verò vsq; ad vires substantiæ patris, adeò vt si sint duo filij, medietas sit omniũ bonorũ, si verò tres, tertia pars; & respondi, intelligi de parte integra substantiæ, non autem de legitima, & mouebar authoritate Bald. ità in terminis consulentis, cons. 239. incipiente, pater, & filius, versic. non ergo in plus obligatus est pater, lib. 2. tùm ẽt quia clarè hoc ex ipso stat. elicitur, dùm circa finẽ ait, quod pars cõtingens ipsi filio sit, & esse intelligatur pro numero personæ ipsius patris filiorum, & nepotũ, ità vt velit portionem intelligi æqualiter iuxtà numerum personarum, & tantò magis hæc inter-
4 prætatio adiuuatur, † nam statutum quantumcunq; fieri potest censetur conformari iuri communi, & ità semper debet interprætari, l. si serui vestri, C. de noxal. per Menoch. cons. 187. nu. 31.
5 lib. 2. de iure autem communi, † non solum pars contingens ipsi filio, sed omnia, & quæcunq; bona patris consentientis sunt obligata pro restitutione dotis, d. §. trangrediamur, Bal. Nouell. de dote in 6. part. priuileg. 20. Megusant. de pignor. in 4. memb. 2. partis, nu. 26. ergo statutum sic debet interprætari, vt maior pars intelligatur obligata, quam fieri potest fauore dotis, quæ semper, & vbiq; præcipua est, l. prima, ff. sol. matrim.

6 † Sed quæro, nunquid filius in potestate, possit vna cum vxore separatim habitare cũ patre, & ab eo petere dotem vxoris sibi consignari; & dic, vt per Bald. Nouell. in tract. de dote, part. 7. priuil. 34. quod aut loquimur in filio in potestate, aut in emancipato. in primo casu, si filius seorsum habitat à patre de voluntate ipsius patris, tunc tenetur pater eidem dotem vxoris consignare.

Aut contra voluntatem patris, & tunc secus.
7 † Fallit, quando filius propter aliquam iustam causam, non posset simul cum patre habitare, nam tunc pater tenetur eidẽ dotẽ nurus consignare, & alimenta præstare pro se vxore, & familia, ità Bal. Nouell. vbi sup. nu. 5. vbi dicit, iustã causã habere filium habitandi separatũ à patre propter nouercam, vel propter nouercales contentiones, vel q a filius haberet vxorẽ iuuenẽ, & pulcrã, & pater esset improbatę vitæ, & admitteret domi sibi similes, D. Costa de remed. subsid. remed. 106. nu. 3. & vide nu. 8.

9 In secundò casu, quo filius est emãcipatus, tunc † sine dubio pater tenetur dotẽ nurus consignare,
10 si vult seorsũ à patre habitare, † verũ tñ est, quod pater, hoc casu poterit petere à filio sibi caueri de conseruando indemnem aduersus nurum arg. l. potest, in princ. de dote præleg. & per plura allegata per Bal. Nouell. d. priuil. 3. nisi tamen nurus consentiret consignationi dotis, nã tunc nõ teneretur filius dare fideiussorem de indemnitate, sed sufficeret, si nudo verbo caueret pater.

De successione ab intestato. Rubr. 93.

Item statuimus, quod si quis decesserit ab intestato sine descendentibus relictis fratre, vel fratribus vtrinq; coniunctis, & fratre, vel fratribus coniunctis, ex parte patris tantum, quòd omnes pariter veniant ad successionem fratris defuncti. Si verò reliquerit etiã filios alterius fratris præmortui coniuncti, vel vtroq; parente, vel ex parte patris tantùm, quòd illi filij fratrum veniant ad successionem patrui sui, vnà, & simul cum fratribus sui patrui præmortui in stirpem, & non in capita.

Summarium ad Statutum 93. in Ciuilibus.

1 *DOct. de hoc statuto pertractantes.*
2 *Ratio huius statuti fuit fauor conseruandi bona in agnatione.*
3 *Fratres vterini agnationem non conseruant.*
4 *Ad fraternitatem tantum operatur coniunctio ex parte matris, sicut & patris, vel vtriusq; cõiunctio.*
5 *Superfluũ nil in iure, & statutis censetur appositũ.*
6 *Fratris nomine in statutis, soror non venit quando agitur de statuto agnationis fauore condito,*
7 *Soror ex communi vsu loquendi non venit fratris appellatione.*
8 *Frater ex parte patris cum fratre vtrinq; coniuncto dicũtur inter se agnati.*
9 *Dispositio facta, fauore agnationis, fœminas non comprehendit.*
10 *Agnatio per fœminas finitur.*
11 *Frater vtrinq; coniunctus de iure communi præfertur in successione fratri consanguineo.*
12 *In feudis proximiores agnati succedunt, fraterq; consanguineus admittitur cũ vtrinq; coniuncto, nec cognatio habetur in consideratione.*
13 *In emphiteosi ecclesiastica accepta pro se filijs, & nepotibus masculis, decedente fratre, succedit frater cõsanguineus cum vtrinq; coniuncto.*
14 *Statutum vocans fratres ad exclusionem sororis, censetur etiam vocare filios fratrum ad exclusionem amitarum.*
15 *Extensio fit de casu ad casũ, & de persona ad personam ex rationis identitate.*
16 *Frater si per statutum excludit sororem, censetur pariter vocare filios fratrum ad exclusionem neptium, & consobrinarum.*
17 *Statutum vocans fratres consanguineos, & vtrinque coniunctos, dicitur fauorabile in capite inclusiuo masculorum, licet in consequentiam odiũ fœminarum præseferat.*
18 *Stante prædicto statuto, frater patruelis, & si non nominatus excludet sororem patruelem.*
Quid si agatur de successione sororis.

19 *In successione nepotis pdict. statutum locũ habebit.*
20 *Verbum ab intestato quomodo capiatur remissiuè.*
21 *Descendentibus existantibus cessat successio ascendentum, & collateralium.*
22 *Filius relinquens post se filios, nõ tenetur aliquid relinquere patri vel matri.*
23 *Fratre decedente ab intestato relicto patre & fratre, frater succedet vna cum patre.*
24 *Fratrum appellatione de iure communi venit soror, quid in statutis nostris, quid si defuncto extarent sorores solum vtrinque coniuncta, & sorores patrueles.*
25 *Fratrum quinque sunt species, & quæ.*
26 *Statutum faciens mentionem de fratribus, intelligitur de vtrinq; coniunctis, & consanguineis.*
27 *Fratris appellatione, intelligitur de fratre primi gradus, vbi per statut. frater excludit sororẽ.*
28 *Fratris appellatione in testamentis non venit frater patruelis.*
29 *Fratris appellatione non venit frater coniunctus vinculo ciuili.*
30 *Frater vtrinque coniunctus de iure communi excludit fratrẽ ex latere tantum, secus ex dispositione statuti nostri.*
31 *Decedens nullis relictis ascendentibus, nec descendentibus, nec fratribus vtrinque coniunctis, sed relictis fratre consanguineo, & vterino qualiter succedant.*
32 *Fratrum filij nepotes dicuntur.*
33 *Statutum faciens mentionem de nepote, intelligitur de filijs fratrum.*
34 *Nepotes de iure communi succedunt cum patruo in stirpes non in capita.*
35 *Decedens sine ascendentibus; vel descendentibus, aut fratribus, sed pluribus nepotibus ex pluribus fratribus, an succedãt in stirpes an in capita*
36 *Frater consanguineus, an præferatur vtrinq; coniuncto in bonis maternis.*
37 *Statutum excludens sororem propter fratres, an dicatur etiam excludere neptem ex fratre, & ibi auctoritates, & rationes pro vtraque sententia recensentur abondè.*
38 *Extensio non dicitur, quæ uenit ex mente & intellectu, sed comprahensio.*
39 *Statutum remouens interpretationem, non comprahendit rationabilem, & legitimam.*
40 *Fœmina per mediam iuris prudẽtiam, & ius prætoriũ uocantur deficientibus masculis agnatis.*
41 *Descendentes uocati ad successionem, an debeant nati, uel saltem concepti esse tempore delatæ successionis, idem in fideicommissis.*
42 *Stat. uocãs fratres, & agnatos, an psit forensib.*
43 *Quid si forẽsis ab intestato decedat relictis bonis, & fratribus, ac agnatis in territorio statuentiũ.*
44 *Filij legitimati, an excludant fratres, & alios uocatos ex hoc statuto.*
45 *Quid in filijs adoptiuis, uel arrogatis idem.*
46 *Simile in filijs deportatis uel bannitis.*
Banniti quo iure priuentur.
47 *Fratribus pluribus extantibus, ac sorore, si alter ex eis repudiet, an portio sorori pariter cum fratribus acquiratur.*
48 *Fratres si efficiantur monachi, aut tempore delatæ hæreditatis tales essent, an excludãt sorores.*
49 *Statutum uocans ad successionem agnatos masculos priores in gradu, usque ad quartum gradum an fratre defuncto relictis fratribus utrinque cõiunctis, & consanguineis, succedant cõsanguinei simul cũ utrinq; cõiũctis, an uero isti præferãtur.*

1 AD hoc † statutum, vide statut. 95. 96. 97. & in criminali 78. & de Regim. Pot. 53. & vide in auth. de venientibus ab intestato, Ceph. cons. 557. Gab. cons. 6. vol. primo, Laderch. cõs. 54. Surd. decis. 239. Michael Graff. in §. successio ab intestato, q. 3. nu. 1. Bero. cons. 143. & seq. lib. 2. Rot. Florent. Magon. deci. 82. & vide tex. in auth. de cõsanguinitate, Gabr. cons. 19. lib. 2. Menoch. cons. 1146. lib. 12. Pereg. cons. 10. lib. 5. Menoch. cons. 187. Ruin. cons. 15. vol. 3. Dec. cons. 188. Rip. Responso 82. Borgnin. decis. 29. part. 3.

2 † Ratio autẽ huius statuti vocãtis fratres vtrinq; coniunctos, nec non fratres ex parte patris tantũ, nulla facta mentione fratrũ ex parte matris, fuit, vt bona remaneant in agnatione, & familia, quæ à masculis ortũ ducit exclusis ijs, qui à fæmi. sexu proueniunt, Ias. cons. 205. col. 1. lib. 2. Socin. iun. cons. 10. nu. 12. vers. & primum, lib. 4. vbi de cõi Ruin. cons. 205. num. 4. lib. 2. Menoch. cons. 527. respondendum videbatur nu. 8. vers. quinto ea ratione, lib. 6. & cõs. 1146. nu. 4. & seq. lib. 12. Hiero. Gabr. cons. 19. scripsi sup. num. 1. lib. 2. Viu. decis. 469. stante statut. sub nu. 7. & 8. † per fratres
3 enim vterinos non conseruatur agnatio, Soc. sen. cons. 241. nu. 9. lib. 2. Honded. cons. 1. nu. 5. & seq. lib. 2. Laderch. cõs. 54. quoniam duo, num. 7. vers. vterinus autẽ; cõprobatur, quia nisi statut. agnationis fauore factũ fuisset, vtiq; tàm exactã diligentiam, & differentiã non constituisset, inter fratres ex latere patris coniunctos, ac fratres ex vtroque parẽte, nulla facta mẽtione fratrũ ex parte matris, sed solũ simpliciter fratres ad successionẽ fratris
4 defuncti vocasset, † cũ ad fraternitatẽ, tantũ operetur coniunctio ex parte matris, sicut ex parte patris, vel vtrinq; coniunctio, l. Iurisconsultus, §. cognationis, origo, ff. de gradib. affin. Alb. cons. 81. in quæst. proposita nu. 16. & seq. Bart. in l. lutius, §. quæsitũ, ff. de leg. 3. D. Rip. auus mihi maternus in l. ex facto, nu. 89. ff. de vulg. & pupil. Soc. sen. cõs. 1. lib. 1. superfluoq; dicta verba apposita censerẽtur,
5 cõtra legum, & statuentiũ dispositionẽ, † in quib. nil superfluũ censetur appositũ, Crau. in cons. pro genero, nu. 46. & seqq. Surd. plenè cons. 127. nu. 9. & seq. Tertiò, suadet, quia statut. vocans fratres ex vtroq; parente coniunctos, nec nõ fratrẽ ex parte patris tm̃ nulla sororũ facta mentione, ipsas sorores dicitur excludere, tũ ex argumento inclusio-
6 nis vnius ad vlterius exclusionẽ, tũ quia † in statutaria dispositione fratris nomine soror nõ continetur, maximè vbi rationis diuersitas inter fratres, & sorores assignari potest, vt hic ex suprarelatis, Castren. cons. 129. Hæreditas prædicta, nu. 3. lib. 1. dicens, vbi agitur de successione sororis, appellatione fratris venire sororẽ, secus si agitur de successione fratris, Capic. decis. 21. nu. 10. vers. & in premissis, Capra cons. 62. nu. 9. Menoc. d. cons. 1146. nu. 6. Surd. cõs. 100. posset prima facie, nu. 2. ea ductus ratione, quia in statutis verba, strictè, & propriè, sunt intelligenda, & in statut. agnationis fauore cõdito non venire sorores, & alias fœminas, aliosuè ex eis descendentes, per quas agnatio non conseruatur, tradit Io. Andreas in addition. ad Specul. in rubr. de success. ab intestat. Rimin. junior consil. 469. dubia mihi visa num. 27. lib. 4. attento, maximè etiam communi vsu loquen-
7 di, † quo fratris nomine soror non continetur, qui loquendi communis vsus, etiam in statutis attenditur, Capr. dicto cons. 62. in 4. dubio, num. 8. & seq.

seq. Brun. in tract. quod stant. mascul. art. 5. q. 13. nu. 72. vers. ad idem, & nu. 84. versic. & dixit & nu. 85. vers. & quia dixi supra, & clarius artic. 8. 9. 19. nu. 83. Dec. cons. 230. ad finē, nu. 4. & in l. 2. nu. 123. ff. de reg. iur. Tiraq. de retract. consanguin. §. primo, glo. 9. sub nu. 188. ad finem, Soc. iun. cons. 23. num. 48. vers. quartò confirmatur, & latius num. 57. vers. sed posset lib. primo, Anton. Gabr. in suis cōmunibus, tit. de verb. signif. concl. 6. nu. 31. Petr. Cabal. cons. 54. nu. 8. & seq. Quartò, cum statutum vocat fratres ex parte patris tantum, vel fratres vtrinq; coniun-
8 ctos, dicitur agnatos vocare, † cum isti inter se sint agnati, tamquam à paterno stipite procedentes per virilem sexum, l. filius, ff. de suis, & legit.
9 cum vulgaribus, † dispositio autem facta fauore agnationis, fœminas non compræhendit; Soc. sen. cons. 62. nu. 5. & 63. nu. 14. lib. 3. Molin. de Hispan. primogen. lib. primo, cap. 6. nu. 41. Menoc.
10 dicto cons. 1146. num. 10. ratio est quia, † per fœminas finitur agnatio, l. pronunciatio, §. fin. ff. de verbor. signif. § media autem inst. de legit. agn. success. Crau. cons. 180. nu. primo, & 306. num. 5. Pereg. de fideicom. artic. 22. sub nu. 25. vers. nam reperio, Rim. iun. cons. 469. nu. 27.

Quintò, agnationem fuisse solum à statuto in consideratione habitam probatur, quia vbicunq; per statuta frater consanguineus, nempè ex parte patris tantum admittitur, cum vtrinq; cōiuncto,
11 cōntra iuris communis dispositionem, quo † frater vtrinq; coniunctus consanguineo præfertur, l. prima, C. de legit. hæred. §. itaq; & §. consequens, in auth. de hæred. ad intest. venient. auth. defuncto, C. ad tertul. Natt. cons. 395. nu. pri. Alb. cons. 81. num. primo, Cephal. cons. 31. nu. 3. Peregr. cons. 10. num. 12. lib. 5. Surd. decis. 239. Bero. cons. 143. & seq. lib. 2. apparet manifestè, agnationis fauore id factum fuisse, cum tàm consanguineus, quàm vtrinq; coniunctus à patre per virilem sexum descendat, & cum sola linea agnatitia habeatur in consideratione, hinc sequitur cognatitiam censeri exclusam, & sic sororem, tamquam in ea cesset (vt dictum est) ratio ipsa agnationis. Bald. Castr. Fulgos. & Corn. in l. prima, C. de legit. hæred. Anton. Rosel. in tract. de success. ab intestat. nu. 109. vers. sed ad vnum, Crot. in repet. l. re coniuncti, nu. 7. vbi Rip. auus mihi maternus, num. 17. ff. de leg. 3. Roman. cons. 411. in primo dub. Soc. sen. cons. 309. in fin. lib. 2. & cons. 83. nu. 13. lib. 4. Dec. cons. 444. nu. 5. & 6. Bero. cōs. 98. nu. 8. 143. nu. 14. 144. nu. 7. lib. 2. Soc. iun. cōs. 24. lib. 4. Grass. in § successio, q. 31. Surd. cons. 31. nu. 36. Magon. Rott. Florent. decis. 82. nu. 3.
12 Sextò comprobatur in similis ex successione feudorum, † in qua proximiores agnati succedunt, Isern. in c. 1. in fin. de natur. success. feud. Dec. cōs. 745. in casu ad me transmisso, nu. 9. Soc. iun. cōs. 24. pro vera resolutione, nu. 7. lib. 2. si tamen contingat adesse fratrem consanguineū ex parte patris tantum, attamen admittitur cum vtrinque coniuncto, licet .n. in vno, nempè in vtrinq; coniuncto duplex vinculum concurrat agnationis, scilicet, & cognationis, cognatio tamen non est in consideratione, tamquam impertinens, cum in feudo non succedat, vt cognatus, sed vt agnatus. Alex. cons. 9. ponderatis his in fin. lib. primo, Dec. cons. 444. concurrit patruus nu. 5. Curt. iun. cons. 78. proponitur in facto, num. 5. Surd. dicto cons. 31. nu. 36. idem igitur in statuto concludendum est, vt dum vocat fratres consanguineos, cū vtrinque coniunctis, fauorem agnationis, solum dicatur prospexisse, vt considerat Socin. iun dict. cons. 24. num. 8. lib. 4. Surd. ex alijs dicto cons. 31. nu. 36. vers. & per hanc rationem, simile est dicen-
13 dū, in † emphyteosi ecclesiastica accepta pro se, filijsq; suis, & nepotibus masculis, nam decedendū fratre, succedit frater consanguineus, cum vtrinq; coniuncto, non autem succedet soror, nec frater vterinus, Curt. iun. d. cons. 78. per totū Soc. iun. d. cōs. 24. nu. 10.
14 Et stante exclusione sororis per fratres, sequitur, vt etiam filij fratrum eandem eis amitam excludent, tamquam concurrat mens, & ratio statuti conseruandæ, scilicet agnationis, adsitq; natura subrogationis eiusdem naturæ, cuius est is, in cuius locum subrogatur, Bertazzol. post Bologn. & Mathesil. cons. ciuili 22. nu. 13. & 14. & stante
15 rationis identitate fit † extensio de casu ad casū, & de persona ad personam, imò non dicitur extensio, sed compræhensio, Castr. cons. 177. præsēs casus, col. prima, & 2. lib. 1. D. Rip. auus mihi maternus, in l. si cōstante, n. 64. ff. sol. matr. Laderch. cons. 66. nu. 17. Decian. respons. 41. nu. 41. lib. 2. post Brun. in tract. quod stant. mascul. artic. 3. col.
16 pen. & fin. excludent pariter dicti filij fratrum, neptes, seu consobrinas, cum fratris nomine veniat, & nepos ex fratre, l. Iurisconsultus, §. quarto gradu, ff. de gradib. Decian. cons. 43. nu. 36. lib. 2.
17 quia maximè † talia statuta in capite inclusiuo agnatorum, sunt fauorabilia principaliter, licèt in consequentiam odium præse ferant, fauore fæminarum, Dec. cons. 372. Grat. cons. 43. nu. 20. cum seq. lib. primo, Rott. Roman. decis. 240. nu. 29. cū seqq. latè contrarijs respōdendo, Trentacinq. var. resolut. lib. 1. tit. de statut. resolut. 1. nu. 3. vers. secundo infertur.
18 Simili ratione † frater patruelis, & si non nominatus in statuto, excludet sororē patruelē, tanquā fæminā virtualr, & intellectualiter exclusā, Alex. cons. 97. viso themate, nu. 11. & 12. lib. 2. & cons. 89. circa primū dubiū per tot. lib. 6. Curt. iun. cōs. 5. nu. 31. & cōs. 7. nu. 9. Paul. de Montepic. cōs. 85. nu. 47. dicens, id verū etiā si statuta ad litteram sint intelligenda, vt in statutis nostris, Decian. plenè cons. 43. per totum, lib. 2. an verò excludat filium sororis, Ceph. cons. 537. consuluit non excludi, sed concurrere cum matertera.

Si verò decedat soror, vel fæmina ab intestato, an locum habeat hoc statutū, communis est, quod non, Ias. in rubr. nu. 21. ff. de acq. poss. vbi Soc. sen. nu. 12. & Soc. iun. nu. 92. vsq; ad nu. 98. Cagn. in l. secūdū naturā, nu. 20. ff de reg. iur. vbi de cōi, Alciat. de magis cōmuni. lib. 2. de verborū signif. nu. 38. vers. eadem ratione.
19 † Et quid si ageretur de successione nepotis, duo vincula non magis ligarent, sed æqualiter succederent, Rub. Alex. cons. 102. post Bart. in l. post cōsanguineos, §. legitima, C. de suis, & legit. Cast. in auth. post fratres, C. de suis, & legit. vbi Corn. Alex. cōs. 166. lib. 5.
20 In verb. ab intestato] quo † modò intelligatur istud verbū, ab intestato. Soc. iun. cons. 3. nu. 27. & 28. lib. primo, vide inf. statut. 97. & ibi adnotata Alberic. de Rosat. in tract. statut. par. 2. q. 103. nu. 4. & seq. & an compræhendat pupillos infantes, & alios non valentes testari, vide inf. stat. seq. nu. 31. & per Alex. cons. 533. nu. 4. & 211. vol. 7. Grass. in §. successio ab intestato q. prima.

21 In verbo, sine descendentibus] & hoc rectè, quia existentibus † descendentibus, cessat successio ascendentium, & collateralium, & succedunt æqualiter, & indistinctè, nulla facta differentia sexus suitatis, & emancipationis, §. primo, in auth. de hæred. ab intest. venientibus, & inst. de hæred. qui ab intest. deferuntur, §. primo, & 2. hinc di-
22 cimus, † quod filius relinquens ex se, alios filios non tenetur aliquid patri, vel matri relinquere, cum prima causa sit liberorum, auth. in successione, C. de suis, & legit. l. pater filium, vbi Bart. & Castr. ff. de inoff. testam. Grass. de success. ab intestat. q. 2. num. 2. Alex. cons. 90. num. 2. lib. 2.
23 quod si † frater decedat ab intestato relictis fratre, & patre succedent in viriles, auth. defuncto, C. ad tertul. Alex. cons. 86. col. prima, lib. 3.

24 In verb. relictis fratre, vel fratribus] dic † quod fratrum appellatione de iure communi veniunt sorores quoq; Curt. iun. cons. 176. Hippol. sing. 39. Alex. cons. 45. vol. 7. Cast. cons. 119. nu. 1. Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de verb. signif. concl. 6. num. 30. tex. in l. tres fratres, ubi glo. ff. de pact. Castr. & Alex. in l. humanitatis, ubi Dec. plura allegans, C. de impub. & alijs substit. in statuto tñ nostro, cum sit factum agnationis, fauore ut s. diximus non ueniet soror, maximè cum sit correctoriũ iuris communis. Bart. cons. 229. nu. 2. Curt. sen. consil. 9. col. 2. & 4. & adsit statutum ult. in criminalibus, quod statuta ad litteram, intelligãtur, quo casu fratris nomine, non uenit soror, Bal. cons. 460. nu. 5. lib. primo; contrarium tamen suaderi potest, stante statuto 53. in ciuilib. sub rub. quod masculinum concipiat fœmininum; ubi idẽ in nigro deciditur, & statuto 78. in criminalibus, ubi hoc extendit etiam in statutis pœnalibus, & prohibitorijs, & ita stante tali statuto, tenet Alci. responso 14. num. 5. lib. 2. & responso 6. d. lib. 2. Menoch. cons. 990. nu. 5. ubi expressè hoc tenet, Borgnin. decis. 28. sub num. 43. & decis. 33. num 6 part. 3. licèt re uera hoc durum uideatur, cum factum sit, ut dictum est agnationis fauore, & alijs rationibus supra, colum. prima, & 2. perpensis, ubi u erò ageretur de successione defuncti, & adessent solum sorores utrinq; coniunctæ, nec non & sorores consanguineæ ex latere tantum patris, quo ad ipsas crederem succedere, iuxta dispositionem huius statuti; nam licet uideatur casus omissus nõ uerè est omissus, stantibus statutis Papiensibus supra recensitis, quod masculinum concipiat fœmininum; quod statutum, & si supra dixerimus, non habere locum, quando soror concurreret cũ fratre, id est ob rationis diuersitatem, quia probauimus statutum extantibus masculis illorum fauore factum fuisse, & ideò ubi diuersa est ratio, masculinum non concipit fœmininum, & ubi sequeretur absurdum, & correctio eiusdem statuti, ut dixi ad dicta statuta, Berret. Collega noster, cons. 120. ta etiam tenet Borgnin. decis. 28. nu. 47. & decis. 33. nu. 6. respondens Alex. & alijs contrarium tenentibus; scias tamen, quod fratrum quinq; sunt species quidã dicũtur utrinq; coniuncti, idest nati ex eodem patre, & matre, & isti sunt proprie fratres, Auth. post fratres, & auth. defuncto, C. de suis, & legit. quidam sunt fratres germani, & consanguinei, & sic nati ex eodem patre, & sic ex eodem germine, ex diuersis tamen matribus; quidam vterini, idest nati ex eodem vtero, ex diuersis tamen patribus; quidam fratres patrueles, idest filij duorum fratrum; quidam consobrini, idest nati ex duabus sororibus, vt habetur per Ias. in d. l. tres fratres, nu. 17. ff. de pact. vbi etiã querit, an statutũ faciens mentionẽ de fratribus, intelligatur de omnibus istis specialiter, & dic quod non, sed solum compræhendit, vtrinq; coniunctos, & consanguineos tñ, non autẽ compræhenditur vterinus, patruelis, nec adoptiuus, vt ex pluribus firmat, Carpan. ad statut. Mediol. c. 282 nu. 4. & c. 288. nu. 1. cũ duob. seqq. vide tñ
27 inf. stat. seq. † scias etiã, quod fratris appellatione, non venit nisi frater primi gradus, & ideò statutum, quod frater excludat sororem, secundum aliquos non compræhendit, nisi fratrẽ primi gradus, non autem patruelem, nec consobrinum, Bal. in c. 1. de feud. marchię, latè Alex. cons. 93. nu. 5 vbi appost. lib. 2 Roman. cons. 411. Curt. iun. cõs. 5. nu. 31. vbi de magis communi, de cuius veritate diximus supra.

28 † An autem appellatione fratris facta à testatore veniat frater patruelis, Paris. cons. 37. nu. 63. lib. 2. Bart. in l. lucius, §. quæsitũ, ff. de leg. 3. Alex. cons. 57. num. 2. & seq. lib. 2. Mascard. de probat. concl. 812. nu. 9. tenent quod non.

29 † Similiter fratris appellatione non venit frater coniunctus vinculo ciuili, sed solum iunctus vinculo sanguinis, Abb. in cap. licèt, nu. 2. de offit. legat.

30 In verbo, quod omnes pariter veniant ad successionem defuncti] in hoc corrigitur ius cómune, † quo iure frater vtrinq; coniunctus, vel filij eius excludunt fratres ex vno tantum latere coniunctos, vt in auth. de consanguin. & vterin. fratribus circa medium, & in auth. itaq; mortuo, in fine, C. com. de success. Portius in §. cum filius num. 6. post Plat. ibi inst. de hæred. quæ ab intest. deferuntur, Crass. de success. §. successio, ab intestato, quæst. 31. stante autem hoc statuto, frater ex parte patris tantum admittitur vna cum fratre vtrinq; coniuncto, Bald. in l. prima, ff. de legit. hæred. Alb. cons. 81. in primo dubio; & licèt contrarium tenere videantur, Ruin. consil. 28. vol. 3. & Cephal. cons. 323. lib. primo; opinio tamen Bald., & receptior, & verior, Socin. iun. cons. 24. lib. 4. Gabr. de communi, cons. 6. Menoch. vberrimo cons. 187. lib. 2. vbi alios adducit, & respondet fundamentis Cephali, eandem teneat, Bero. cons. 143. nu. 17. & 18. vol. 2. & cons. 144. eodem lib. & hoc singulare esse, ait Rosel. in tract. de success. ab intestato, num. 31. Crauet. cons. 653. lib. 4. quicquid dixerit, Decian. cons. 16. lib. primo, nu. 20. & seqq. & Rimin. iun. cons. 401. lib. 4. quia loquuntur, quando statutum vocat fratres vtrinq; coniunctos, vel consanguineos tantum, & sic per dictionẽ, vel, quæ posita inter personas, inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis ordinem importat; Item loquuntur, quando statutum simpliciter agnatos præfert cognatis, at in statuto nostro, secus est, cum vocet fratres consanguineos per copulam, cuius natura est copulata æqualiter admittere, l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duo reis, l. si pater filio, vbi Castr. ff. de vulg. Rip. auus mihi maternus in cap. ex parte, num. 42. extra de rescript. Item clarius loquitur statutum, dum dicit, quod omnes pariter veniant ad successionem, quæ dictio [pariter] importat idem, ac æqualiter, & per capita, auth. defuncto, vbi omnes, Cod. ad tertul.

31 † Quid autem si defunctus decesserit nullis relictis ascendentibus, & descendentibus, nec fratribus

bus

bus vtrinque coniunctis, sed solum superstitibus duobus fratribus, vno uterino, altero consanguineo, quomodo uenient ad successionem inter se; dic quod consanguineus, succedit in bonis, quæ defunctus acquisiuit à patre, uel eius linea. in acquisitis uerò à matre, uel eius linea succedat uterinus, in cęteris uerò bonis aliunde quæsitis uocētur æqualiter, gl. in aut. post fratres. C. com. de success. de communi Crass. plures citans in dict. §. successio ab intestato, quæst. 32. Afflic. decis. 127. Rip. auus meus responso 81. num. 21. Rub. Alex. consil. 145. num. 6. & 7. Honded. consil. 8. nu. 18. & seq. lib. primo. Alex. cons. 5. lib. 6.

32 In uerb. quod illi filij fratrum] † isti filij fratrū dicuntur communi nomine nepotes, c. tua nos de
33 consanguin. & affinit. hinc dicimus † quod statutum faciens mentionem de nepote intelligitur de filio fratris, Bal. in l. fin. nu. 2. & 3. C. de success. edict. Alex. cons. 49. nu. 8. vbi appost. ad eū lib. 1.

34 In verb. stirpem, & non in capita] † idem de iure communi in quo nepotes succedunt in locum sui patris in hæreditate patrui defuncti una cum fratre ipsius defuncti in stirpes, & non in capita, aut cessante, C. de legit. hæred. Aret. in §. cum filius ubi Plat. inst. de hered. quę ab intest. defer. DD. in §. si plures inst. de legit. agnat. success. de communi Bursat. cons. 67. nu. 10. lib. primo.

35 Quid autem † si decedat defunctus nullis relictis ascendentibus, descendentibus, nec fratribus, sed solum nepotibus, ex pluribus fratribus, an isti nepotes debeant succedere patruuo, in capita, an verò in stirpes, & dic quod aliquibus visa est communior, & receptior senteutia, quod succedant in stirpes, & non in capita, vt ex infinitis citatis tenet Crass. in d. §. successio ab intestato, quæst 30. num. 4. hanc etiam magis communem asserit Thesaur. Pedemont. decis. 162. vbi infinitos DD. pro vtraque opinione citat, attamen asserit sibi non placere hanc opinionem, & alteram veriorem esse, & secundum eam fuisse iudicatum à Senatu Pedemontano testatur, quæ re vera melioribus iuribus, & rationibus fulcita videtur, quę
36 nō refero cū ibi videre possint. † Sed qd si adsint bona materna, an frater consanguineus in illis ꝓferatur vtrinque coniuncto, communis est quod sic, Gabr. cons. 6. num. 7. & cons. 134. Magon. Rott. Florent. decis. 148. nu. 17. & seq. Laderch. cons. 54. colum. 3. & 4. Menoch. aliqua cons. 187. Rim. iun. cons. 401. Borgn. decis. 12. num. 41. & seq. part. 3.

37 Itē quęrò an si statutum excludat sororem ꝓpter fratres, dicatur etiam excludere neptem ex fratre, vt in statuto Mediolani cap. 288. & aliqui voluerūt neptem ex fratre non censeri exclusam, vt tenuit Bald. in l. 2. ad finē, C. de in ius voc. Soc. sen. cons. 22. num. 2. & 3. lib. 3. Alciat. respons. 39. tom. 1. lib. 2. secundum Venetam impressionem, & secundum Lugdunensem resp. 718. consideratis verbis M. Ant. Eugen. cons. 83. rationes autē quibus mouentur sunt infrascriptæ. Primo, quia cū statuti verba ad literam intelligēda sint, vtriq; exclusa sorore non compræhenditur neptis. Secundo, quia statuta minus derogare censentur iuri cōi. q̄ sit possibile, at iure cōi neptis succedit ergo. Tertiò, quia casus à stat. omissus remanet in dispositione iuris cōis, at neptis à statuto omittitur ergo, per ius commune admissa censetur. Quartò, in odiosis non fit extensio de persona nominata ad non nominatam, etiam ex rationis idētitate, at tale statutum quo ad fęminas dicitur odiosum ergo. Quintò, sicut statuentes expræsserunt sororem facilè fuisset, & neptem exprimere quas rationes recensuit D. Menoch. cons. 235. lib. 3. Verū his non attentis verior, & receptior est sententia exclusa per statutum sorore censeri etiam exclusas neptes ex fratre, vt tenuit Cyn. in l. 1. num. 5. C. quæ sit long. consuet. Fulgos. in l. venia sub num. 5. vbi Alex. & Ias. num. 6. Dec. nu. 7. Rim. sen. num. 6. Curt. iun. de communi nu. 70. dicēs quod in practica seruatur, C. de in ius voc. Bart. in l. liberorum, num. 14. ff. de verb. signif. probans neque ex persona propria, neque per repræsentationem posse venire. Bald. fundans se in statuti ratione fauore nem. pè agnationis in l. maximum vitium num. 2. versiculo solutio quādoq; statutum, C. de lib. præt & in l. quod verò, C. de legib. Castr. consil. 91. præsupposito lib. 2. Brun. in tract. quod stant. max. artic. 6. num. 90. & seq. & artic. 12. num. 234. & seq. vbi communem testatur, Ruin. cons. 149. visa facti narratione num. 16. lib. 3. Alex. cons. 36. viso themate num. 7. & 8. & magis in terminis cons. 55. viso dict. themate, num. 3. cons. 89. circa primum dubium num. 21. & seq. lib. 6. Curt. iun. cons. 111. D. Paulus de Raud. sub num. 17. Soc. iun. cons. 168. præsentis consultationis nu. 45. lib. 7. asserens hanc cōmunē, & cons. 10. in causis, & litibus per totum lib. 4. Rolan. à Vall. cons. 82. factum præsentis sub num. 41. lib. 3. asserens dictum Bald. contrariam tenētis communiter reprobari Menoch. cons. 95. nu. 48. & latius cons. 235. per totum, & cons. 1146. Gabr. iusto cons. 15. reprobans consil. Alciat. & cons. 19. Bursat. cons. 302. nu. 25. & 30. cum seqq. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 280. num. 27. Rott. Roman. decis. 686. part. prima, in nouissimis, vbi bis ita fuisse iudicatum testatur, Surd. cons. 85. plura dici num. 5. Molin. de Hispan. primogen lib. 3. cap. 7. num. 2. & cap. 8. nu. 8. Eques Rugger. cons. 41. nu. 35. & seq. Odd. cons. 6. nu. 26. & seq. vbi de cōi. & magis cōi Stefan. Gratian. disceptat. forēs. cap. 5. num. 8. cum plurib. seq. vbi octo ad id affert rationes, & reprobato Alciat. hanc veriorem, & magis receptam, & per Rott. Romanam obseruatam testatur, Decian. respons. 43. num. 52. libr. 2. Peregr. cons. 14. sub num. 2. lib. 5. Anton. Quett. in terminis cons. 31. & cons. 82. vbi hanc pariter veriorem, & receptiorem testatur Cephal. cons. 306. num. 78. & 79. & hæc mihi magis placet rationes autē sunt; Prima quia ex rationis identitate fit extensio imo dicitur, vt dixi supra compræhensio; Secunda, quia statutū in causa proxima censetur, etiam statutum in cā remota. Tertiò, quia id censetur statutum, qd interrogati statuentes decreuissent. Quartò, excluso aliquo alicuius fauore, censentur exclusi oēs sequentes in gradu, at soror excluditur fauore fratrum, ergo. Quintò, vbi radix corruit, & rami concidant necesse est, & nisi ex capite principium sumat nil vltra produci potest; Sextò, aut neptis intendit succedere ex propria persona, & nequit, qa in vlteriori gradu patruo est, aut ex persona patris per repræsentationem; & tunc cū in ea deficiat qualitas masculina, quæ erat in patre, morte repellitur. Sextò, non debet admitti ad successionem is, qui ex eo prouenit, qui excluderetur si esset eiusdem naturæ, & qualitatis cuius est is qui admitti petit, at si pater esset fœmina excluderetur ergo. Septimò, ratio sta-

tuti

tuti fuit, vt dixi supra num. primo, & seq. fauor agnationis, quę cum vnica sit habetur pro expressa, & vbi agitur de ratione tanta quæ habetur pro expressa, fit extensio etiam ad personas, & dicitur proprius statuti intellectus; Octauò, si vinco vincentē te, multò magis te; Nonò, tale statutū masculorum respectu vocatorum dicitur fauorabile, & odiosum respectu fęminarum exclusarum multi voluerunt, qui fauor, & odium tamquam eandem originem habentia, diuerso iure nequeunt dijudicari, vnde nō potest admitti masculus, quin fœmina excludatur, nec includi fœmina, quin masculus ab eius portione excludatur, vbi autem fauor est causa exclusionis, semper prævalet fauor, causaquè principalis fauoris debet attendi, nempè conseruatio bonorū in agnatione, non autem odium, quod venit secundariò, cū semper, quod principaliter agitur inspici debeat; meritò plerisq; placuit talia statuta dici fauorabilia simpliciter, & absolutè, cum per diuitias familiarum, & agnationis dignitas conseruetur, & agatur de successione transuersalis, quid quid sit vbi ageretur de successione ascendentiū; Nonò, ratione absurdi vitandi etiam in materia stricta, & odiosa, in statutis admittitur extensio de casu, & persona, ad casum, & personam, at in proposito themate, nisi exclusa sorore excluderetur pariter, & neptis, duplex præ ceteris absurdum, & inconueniens sequeretur; primum qđ neptis quæ est remotior in gradu melioris esset cōditionis ipsa sorore, quæ est proximior, Secundū, quia si in humanis extaret soror, & neptis ex fratre, & contingeret casus successionis fratris, & ad illam neptis admitteretur sorore exclusa, nil certò absurdius, monstruosiusuè dici, aut excogitari posset, nè igitur hæc sequantur inconuenientia, dicendum est neptem pariter dici per statutū exclusam; Decimò, cui conceditur, quod est plus, debet concedi, & qđ minus est, at fratri, & nepoti ex fratre conceditur ex statuto exclusio sororis, & amitæ, vt supra dictum fuit, ergò fortius, & neptis. Vndecimò, statuta sic debent interpręṫari, nè à sapientibus redargui possint, at reprænhenderentur vtiquè, si voluissent neptem remotiorem admittere, sororem autem excludere proximiorem, ergò. Vltimò, vbi agitur de alicuius exclusione, nō attenditur qualitas, sed natura personæ, at soror repellitur, quia natura ipsam fęminam procreauit, de tali autem natura neptis participat, nec potiorem rationem potest allegare quam soror, ergò. Quibus sic stantibus ad argumenta, & rationes pro contraria sententia deductas respondere facilè est.

38 Ad primum de extensione prohibita, & qđ statuta ad literam sint interpretanda, respondetur non dici extensionem, sed comprehensionem, &
39 virtualem intellectū, † nec censeri prohibitam legitimam, & rationabilem interpretationem, sed solum friuolam, & sophisticam, vt ita respondet Gabr. dict. cons. 15. num. primo. Rott. Romana decis. 686. num. 9. parte prima, in nouissimis, Stefan. Gratian. dict. cap. 5. num. 22. Alb. cons. 771. per tot.

40 Ad secundum respondetur, quod licet corrigat ius commune nouissimum, non tamen corrigit mediam iuris prudentiam, & ius pretoriū, quibus fæminę vocabantur deficientibus masculis agnatis, Ant. Cuet. dicto cons. 31. antè nu. 8. & cons. 82. num. 8. & seqq. & cum statutum sit fauorabile, extensionem patitur. Menoch. dict. consil. 235. num. 36. stante maximè rationis identitate Alb. cons. 75. num. 7. & seq. Gabr. cons. 14. num. 34. lib. primo, Curt. sen. cons. 9. per tot.

Ad tertium dicitur, nō posse dici casum omissum, qui sub rationis identitate, & statuentium mente cēsetur comprehensus, vt per Doct. supra citatos.

Ad quartum, respōdetur, imò tale statutum dici simpliciter, & absolutè fauorabile ex iam dictis, maximè cum agatur de successione transuersaliū, latè Menoch. dict. cons. 235. num. 36. Brun. de veriori, & receptiori ad stat. quod stant. mascul. art. 3. num. 6. & 7.

Ad vltimum dicitur, satis dici neptem expressam, cum ex vi rationis, & statuentium mente, sit comprænhensa, sororque fuit specificè expræssa, vt magis inde eliceretur fauor, & dilectio masculorum, qui si excludunt sorores, multò magis debēt excludere neptes, aliàs fauor in odiū retorqueretur, meliorisq. cōditionis essent remotiores proximoribus, fauorque magis attendendus, tamquā à statuentibus magis consideratus.

41 Dum verò statutum vocat primò descendentes, dum ait si decesserit sine descendentib. an sit necesse, quod isti descendentes sint nati, & concepti tempore successionis, an verò sufficiat si ex post nascantur; communis est, vt nati sint, vel saltē concepti tempore delatæ successionis Fulgos. cons. 93. Corn. cons. 314. num. 7. volum. 4. Grass. in §. successio ab intestato, quæst. 2. num. 16. vt in simili dicitur in fideicommissis, in quibus non nati nec concepti tempore existentis conditionis, minimè admittuntur, sed solum eo tempore nati, & cōcepti, l. cum pater, §. hæreditatē, ff. de leg. 2. Peregr. de fideic. artic. 22. num. 72. Molin. de iur. primog. lib. 3. cap. 10. num. 24. nisi de contraria testatoris mente constaret Soc. iun. cons. 172. nu. 26. & seq. versiculo, & istam opinionem, lib. 2. Cephal. cons. 318. num. 41. & seq. Surd. consil. 125. num. 27. & seq.

42 An verò tale statutum vocans fratres, & alios, comprænhendat eos qui forenses effecti sunt, negatiuam sententiam tenuit, Alex. cons. 44. num. 13. lib. 5. cons. 41. & 111. lib. 7.

43 Si verò is, qui decedit ab intestato sit forensis, vel clericus, & habeat bona, & fratres, vel agnatos in territorio statuentium, non habere locum præsens statutum, ex pluribus tenuit, Ruin. cons. 195. nu. 4. & seq. ac per totum, vol. 5.

44 Sed quid si decedat quis, cū filijs legittimatis, an tales filij, & descendentes excludent fratres, & alios vocatos, in affirmatiuam inclināt, Bald. in l. acutissimi, nu. 7. C. de fideic. Ias. in l. generaliter, num. 8. C. de instit. & substit. Capic. distinguens decis. 194. Tiraq. alios adducens, in l. si vnquam, in verbo, liberos susceperit, nu. 82. C. de reuoc. don. Thob. Non. cons. 8. num. 8. Alciat. cons. 302. nu. 2. Guliel. Bened. in cap. raynu. in verbo, duas habens filias, nu. 147. & seq. quicquid alij contrarium senserint, de quibus in dictis locis, Michael Grass. in §. successio ab intestato, quæst. 19. num. 12. & seq.

45 Quid modò si relinquat quis descendentes, vel filios adoptiuos, crederem per tales non excludi fratres in hoc statuto vocatos, Ias. in l. cum filio familias, num. 165. ff. de leg. 1. Michael Grass. in §. successio ab intestato, quæst. 21. nu. 2. Doct. in l. ex facto, §. si quis rogatus, vbi auus meus mater-

nus, nu. 32. & seq. ff. ad trebell. simile in arrogatis, Ias. in l. cum filio fam. auus meus Rip. in l. si vnquam, quæst. 24. num. 64. C. de reuoc. don. Guliel. Bened. in cap. raynutius, in verbo duas habens filias, nu. 149. & in verbo, & vxoré decis. 5. nu. 178. simile si filij, vel descendétes essent deportati, Alex. in l. 1. num. 2. C. de hæred. instit. sequitur, Grass. in dict. §. successio ab intestato. q. 6. aut si essent banniti capitaliter cum bonorum confiscatione, ij enim priuantur omnibus beneficijs ciuitatis à qua sunt Banniti, secus si ageretur de successione ex iure communi, cum tale beneficium iuris communis retineant Alex. consil. 26. num. 2. lib. primo, Grass. d. §. successio ab intestato qnæst. 7. Bart. in quæst. statuto ciuitatis Lucanæ, Rip. auus meus in l. ex facto, §. ex facto, nu. 17. ff. ad trebel. Rim. iun. consil. 595. num. 44. & seq. & 612. nu. 25. & 832. Surd. cons. 394. nu. 22. & seq. Crau. cons. 925. num. 18. & seq. Peregr. Iānin. de citat. real. parte 2. cap. 11. num. 150. & seq. quamuis multi etiam tenuerint illum amittere beneficia iuris communis Castr. in l. prima, C. de hæred. instit. Ioseph. Ludou. decis. 11. Granut. Theorem. 4. Honded. cons. 66. num. 47. & seq. Alb. cons. 793. Alciat. loquens in statuto nrō sequenti cons. 6. quæritur de intellectu statuti Papien. libr. 2. tom. primo, & cons. 54. num. 3. lib. 5. Menoch. cons. 101. num 19. & seq.

47 Vbi verò extarent tres fratres, & vnica soror, duo autem ex eis portionem suam repudiarét, dubitatur an portio repudiantium sorori simul cum fratre acquiratur, an verò alteri fratri tantū, communis est acquiri alteri fratri tantum Bart. in l. mulieri, num. 4. ff. de condit. & demonstr. & ibi Castr. laté rationes afferens Ias. in l. re coniuncti num. 192. ff. de leg. 3. Brun. in tract. quod stant. mascul. artic. 9. q. 10.

48 Quid si tempore delatę successionis fratres ab intestato successuri, essent religionem ingressi, an succedant exclusa sorore, vel alijs ab intestato venientibus; distinguitur, aut agitur de ingresso religionem successionis capacem, aut non; primo casu succedit ille frater, aut religio eius nomine, sorore exclusa, secundo verò casu succedit soror, Roman. consil. 296. vbi Mandos. in addit. vbi de cōi, & cons. 267. Bursat. consil 63. num. 36. lib. primo. Dec. in cap. in præsentia, num. 70. extra de probat. Michael Grass. in suis communibus, §. successio ab intesta, quæst. 8. per tot.

49 Quid modò si statutum disponeret, quòd decedente aliquo ab intestato absque descendentibus legitimis, & naturalibus succederent agnati masculi priores in gradu, vsque ad quartum gradum de iure ciuili, vtrum fratre vita functo, relictis fratribus vtrinq; coniunctis, nec non consanguineis an simul admittantur, an verò preferantur vtrinq; coniuncti, quòd simul succedant consanguinei cū vtrinque conuinctis tenuerunt Rom. consil. 411. Capra consil. 8. Soc. sen. consil. 304. col. fin. lib. 2. consil. 25. colum. fin. lib. 3. & consil. 89. num. 12. & seq. lib. 4. Ruin consil. 29. colum. 2. lib. 3. Curt. iun. consil. 78. Rimin. consil. 187. num. 17. & seq. Bero. consil. 96. num. 9. & seq. & 103. num. 13. & cum seq. lib. 2. Soc. iun. cōsil. 24. lib. 4. Menoch. consil. 187. num. 27. Magon. Rot. Florent. decis. 82. Contrarium tenuerunt Anchar. in c. canonum Stat. quæst. 14. principali de constitut. Rol. à Val. cons. 72. num. 33. lib. 3. Imol. consil. 10. nu. 6. & 7. Alex. consil. 5. lib. 6. Soc. iun. consil. 50. lib. 4. Ruin. cons. 28. lib. 3. Mandos. ad Roman. dicto cons. 411. qui dixit opinioné eorum, qui contrarium tenuerunt esse falsam, Paris. cons. 59. lib. 3. Brun. in tract. qđ stanti. masc. art. 13. quæst. 4. num. 62. cum seqq. & de magis cōm uni remouens contraria, Cephal. plenissimo consil. 323. libr. 3. quæ magis placet, non refero iura, & rationes cū ibi videri possint.

Inquantum, & qualiter mater, & auia succedant sine testamento. Rub. 94.

ITEM statuimus, quòd siquis, vel si qua de cætero decesserit sine testamento absque descendente, vel descendentibus, & absque patre, vel auo, & absque fratre, vel filio, filia, vel filijs fratrum, relicta matre, vel auia paterna, seu materna, primo tamen mater, secundo auia paterna, tertiò materna succedant prædicto filio, vel filiæ, nepoti, seu nepti sic decedenti in tertia parte omnium bonorum, & hæreditatis prædicti defuncti, vel defunctæ, & in alijs duabus partibus succedant consanguinei paterni, quibus de iure deferreretur hæreditas sine testamento prædicti defuncti, vel defunctæ, ita quòd priores in gradu primitus admittantur. Si verò aliquis, vel aliqua de cætero decesserit sine testamento absque descendente, vel descendentibus relictis fratré, vel fratribus siue filijs, vel filiabus fratrum relicta matre, vel auia, primo tamen mater, secundo auia succedant filio, vel filiæ nepoti, seu nepti, sic decedenti in tertia parte vsusfructus tantum omnium bonorum, & hæreditatis dicti defuncti, vel defunctæ, & in proprietate dictæ tertiæ partis, & in alijs duabus partibus dictæ hæreditati succedant prædicti frater, & fratres, vel filij fratrum in stirpes, & non in capita.

Summarium ad Statutum 94. in Ciuilibus.

1 *VIDENDA ad hoc statutum, & in quibus locis vigeat tale statutum.*

2 *Hoc statutum validum, & nu. 5. ac 27.*

3 *Expressa pupillaris matrem excludit, etiã stante hoc statuto.*

4 *Hoc statutum an extendendum remissiuè.*

6 *Statutum hoc, an validum, & quid quando in totũ aufert successionem matri propter agnatos.*

7 *Hoc statutum, an odiosum, vel exorbitans.*

8 *Causa testati praefertur causa intestati.*

9 *Statutum loquens de descendentibus, intelligitur tam masculis, quam faeminis.*

10 *Descendentium appellatione non veniunt faeminae statuto excludente faeminas propter masculos.*

11 *Testator intelligitur se cõformare statutaria dispositioni.*

12 *Descendentium masculorum appellatione, non veniunt masculi, ex faeminis, & num. 13.*

14 *Pater succedit filio, descendentibus vel fratribus non existentibus.*

15 *Quid si cum patre supersit mater.*

16 *Statutum, an intelligatur de auo materno, sicut paterno.*

17 *Statutum hoc intelligitur de fratre carnali.*

18 *Frater vterinus, an cõprahendatur hoc statuto.*

19 *Vterinus propriè, & strictè frater, & num. 35.*

20 *Vterinus existens vna cum alijs fratribus, an succedat num. 23*

21 *Consanguineorum nomine veniunt tam faeminae quam masculi.*

22 *Statutum vocans filios fratrum comprahendit, etiam in aliena familia nuptas.*

24 *Statutum excludẽs matrem, an procedat in auia, vbi extaret auus maternus, vel soror.*

25 *Statutum loquens de matre, an comprahendat patrem.*

26 *Hoc statutum, an comprahendat matrem, & auiã non petentes tutorem minoribus, & vide nu. 39.*

27 *Mater, an possit excludi a legitima, per statutum.*

28 *Testamentum filij praeferentis matrem exclusam ab intestato, an validum.*

29 *Statutum hoc, an procedat quãdo cum matre extat soror defuncti.*

30 *Fratris appellatione, an veniat soror.*

31 *Masculinum genus concipit faemininum, ex statuto Papiae.*

32 *Hoc statutum non dicitur factum ad conseruandũ agnationem, & num. 47.*

34 *Hoc statutum, an procedat defuncto existente in ea aetate, in qua non possit habere liberos.*

35 *Mater transiens ad secunda vota, an succedat ex hoc statuto.*

36 *Hoc statutum, an procedat sorore defuncta relicta sorore, & filijs ex altera sorore.*

37 *Statutum hoc, an comprahendat bona sita extra territorium Papiae.*

38 *Agnatis repudiantibus, an eorum portio acrescat matri.*

39 *Vocatus ex hoc statuto, an succedendo ex testamẽto sibi praeiudicet.*

40 *Quid si mater non petierit tutorem filijs, an priuetur hoc commodo.*

41 *Si mater decedat non agnita hac tertia parte, ista tertia pars debetur loco legitimae matri debitae.*

42 *Consanguineorum nomine, qui comprandantur.*

43 *Consanguineus aliquando exponitur .i. agnatus.*

44 *Hoc statutum, an comprahendat consanguineos impropriè, & sic amitorios, & vide num. 45.*

46 *Agnati qui.*

47 *Hoc Statutum, qua ratione factum.*

48 *Agnatorum nomine, an veniant solum masculi, & quid de amita.*

49 *Praesumitur, quis sobolem suam alienae praeferre.*

50 *Coniunctio materna debilior paterna.*

51 *Consanguinei dictio, an in hoc statuto accipiatur propriè, & largè.*

52 *Quod statutum non dicit, nec nos dicere debemus.*

53 *Consanguineorum nomine, an veniant descendẽtes ex faeminis, & num. 60. & vide num. 67. & num. 117. vbi contra.*

54 *Communis vsus loquendi praeualet propriae significationi.*

55 *Statutum intelligendum secundum communem vsum loquendi, etiam statuto stante, quod verba intelligantur ad litteram.*

56 *Statutum vnum recipit interpretationem ab alio statuto.*

57 *Media declarantur ab extremis.*

58 *Cognati ex parte patris veniunt sub nomine consanguinei.*

59 *Cognati sunt descendentes ex faemina.*

60 *Descendens ex faemina, an sit consanguineus paternus.*

61 *Descendentes ex faemina dicuntur de prole, & nu. 79. & 81. & 84.*

62 *Neptis ex filia dicitur de corpore, & generatione aui.*

63 *Liberorum appellatione veniunt nepotes ex filia.*

64 *Amplia, vt etiam veniant appellatione filiorum.*

65 *Paterni dictio in hoc statuto posita largè, & vide num. 68.*

66 *Descendens repraesentat suum stipitem.*

69 *Linea verbum, qualiter accipiatur.*

70 *Vel dictio, quid importet.*

71 *Similiter dictio, quid importet, & num. 73.*

72 *Similia, quae dicantur.*

74 *Attinentes etiam dicuntur descendentes ex faeminis, & vide num. 75.*

76 *Descendentes ex faeminis, comprahenduntur sub nomine parentis.*

77 *Cognatorum appellatione, non veniunt agnati.*

78 *Sub nomine coniunctorum, comprahenduntur descendentes ex faeminis.*

80 *Proles, an a procreando dicta.*

82 *Successio matris, an de iure ciuili, vel naturali.*

83 *Lex etiam dura est obseruanda.*

85 *Nepos ex filia dicitur de descendentibus aui.*

86 *Hoc statutum, qua ratione conditum.*

87 *Mater, & filij sororum, qualiter succedant de iure communi, & num. 89.*

88 *Statutum nostrum, non extendendum.*

90 *Argumentum a contrario sensu non potest sumi ex hoc statuto.*

91 *Verba intelligenda simpliciter, & non secundum quid, & num. 93.*

92 *Casus mixtus non comprahenditur sub simplicibus.*

94 *Fratrum appellatione venit soror de iure cõi, & vide numeros duos sequẽtes, vbi veniũt propriè, & vide*

1 AD † hoc statutũ, vide Alex. cons. 197. vol. 6. in terminis terminãtib. idẽ Alex. cons. 45. lib. 7. Dec. consil. 693. Curt. sen. cons. 9. Cur. iun. cons. 176. Alciat. cõs. 6. tom. 1. lib. 2. secundũ impressionẽ Venetã, & secundum impressionem Lugduni est 58. in ordine incip. quæritur de intellectu statuti Papiæ, & respons. 54. omissis ijs tom. 2. lib. 5. aliàs respons. 272. & cons. 194. tom. 3. lib. 9. alias 717. quia alias Berret. cons. 118. Rip. respons. 9. de legib. lib. 2. Soc. iun. cons. 10. vol. 2. Curt. iun. cons. 5. Tiraq.
2 de retract. §. primo, glos. 9. num. 119. & seq. † & de validitate huius statuti, vide Dec. cons. 466. num. primo, & cons. 563. nu. primo, Soc. cons. 31. vol. primo Annot. ad statuta Parmæ sub rub. qđ mater non succedat, & sub rub. quod filiæ, & aliæ fœminæ Borgn. decis. 13. num. 50. & seq. par. 3. Idem Borgn. decis. 28. num. 45. cum seqq. plurib. & decis. 29. num. 4. & seqq. par. 3. & simile statutum excludens matrem propter agnatos, est Ferrariæ, super quo consuluit Cæphal. cons. 5. num. 27. laudę vt per Cæphal. cons. 54. num 19. Crotonæ super quo consuluit Curt. iun. cons. 153. nu 2. & 5. Aretij, de quo per Dec. cons. 300. nu. 5. Vercellis, teste Cagn. in l. si quis prægnantem. ff. de reg. iur. Florentiæ, vt consuluit Soc. iun. cons. 2. lib. 1. Cremonæ, super quo respondit Menoch. consil. 206. libr. 3. Abbatiæ polliciuij, idem Menoch. consil. 234. libr. 3. Pisis, teste eodem Menoch. consil. 253. volum. 3. Vincentiæ, super quo consuluit Tiberius Decian. consil. 85. volum. 3. Astæ, vt consuluit D. Costa Conciuis, & Collega meus eruditissimus consil. 63. Nouariæ, vt per Flor. consil. 32. num. 10. vsque ad finem.

3 † An autem stante hoc statuto, expressa pupillaris matrem excludat, dic quod sic, Bursat. consil. 373.

4 † An autem hoc statutũ debeat habere extensionem, vide Dec. consil. 333. Alexand. consil.
5 198. volum. 6. & † hoc statutum excludens matrem propter agnatos est validum, vt per Angel. consil. 305. colum. 1. Cum maximè etiam exprimere

meuo Romanorum iure agnati, agnatevè, vocarentur matre exclusa instit. de success. cogn. in principio, quod ius durauit vsquè ad ius prætoriũ instit. de Senatus consult. orfic. in princip. Corn. consf. 95. num. 22. volum. 2. Alex. consf. 3. num. 8. volum. 7. vbi ad validitatem huius statuti infert, Soc. sen. laté consil. 31. col. prima, lib. primo, Dec. consil. 466. num. 1. Gul. Bened. in cap. Raynutius in verbo, & vxorem nomine vbi laté num. 15. vsquè ad num. 74. extra de testam. licet in humanum, & contra ius naturale illud nuncupet Bald. consf. 83. num. 6. & 7. volum. 5. Dec. consf. 322. & valere hoc statutum etiam si legitimam in totum auferret, ex multis firmat Lancellot. Gal.
6 consil. 72. num. 54. † quod procedit nè dum quãdo statutum reseruat tertiam partem, vt hic, sed etiam quando in totum aufert successionem, cum ius competens matri sit de iure positiuo, Bal. in l. prima, §. ius naturale, circa finem ff. de iust. & iur. sequitur Roman. consil. 32. col. fin. Alba consil. 761. num. 4. Alex. consil. 3. num. 4. & 8. lib. 7. Corneus consil. 150. num. 3. & seq. lib. primo, laté Cephal. consil. 5. num. 26. & seq. lib. primo, & consil. 470. num. 16. lib 4. Honded. consil. 13. num. 32. lib.
7 primo, † & scias quod est odiosum pro parte, pro qua repellit matrem à successione, & est exorbitans, Dec. consil. 693. num. 1. & 2. & consil. 466. Honded. consil. 2. nu. 35. lib. 2.

8 In verb. sine test amẽto] † aliàs si cum testamẽto, tunc cessat huiusmodi statutum, cum causa testati præferatur causæ intestati, cum vna præsupponat aliam cessare, ex quo sunt repugnantes inter se, l. qui diu ex testamento. ff. de acquirenda hæred. Alex. consil. 91. num. 2. volum. 2. lib. 1. & consil. 121. num. 5. eod. lib.

9 In verb. absque descendẽte, vel descendentib.] † intellige tam de masculis, quam fœminis vsquè in infinitum, §. primo, in auth. de hered. ab intest. veni. Rip. in l. filiusfam. §. diui, num. 112. ff. de leg. primo. Dec. consil. 495. num. 6. Alex. consil. 160. lib. 2. & consil. 56. num. 2. lib. primo. Peregr. de fideicommiss. artic. 19. num. 11. & art. 25. num. 8. Menoch. de præsumptio. libr. 4. præsumpt. 86. num. 26.

Nota tamen duos casus, in quibus de iure cõmuni descendentium appellatione facta à testa-
10 tore non veniunt fœminæ; Primus est. † quando adesset in ciuitate statutum excludens fœminas propter masculos, prout est hic Papiæ, vt infr. statuto proximo, nam tunc testator vocando descendentes, intelligitur solum vocasse masculos,
11 cum † intelligatur voluisse se conformare dispositioni statutariæ, Rip. auus meus maternus in l. hæredes mei, §. cum ita num. 74. cum seq. & præsertim nu. 77. ff. ad trebell. Peregr. dict. art. 25. nu.
12 58. † Secũdus est casus, quãdo fuissent vocati descendentes masculi, nam tunc non solum non veniunt fœminæ, sed nec etiam masculi, ex fœminis
13 descendentibus, maximè, † quando fideicommissum fuisset inductum à masculo ratione conseruandæ agnationis, Curt. iun. consil. 172. num. 6. Peregr. art. 26. num. 15.

14 In verb. absquè patre] † de iure communi si defuncti non adsint filij, nequè sorores superstites, nec mater, succedit pater omnibus remotioribus exclusis, vt in aut. defuncto, C. ad Tertulian.
15 † si vero cum patre superstit etiam mater, tunc æqualiter succedunt, si autem cum patre, & matre, superstit etiam auus paternus, tunc æqualiter succedunt, licet de iure veteri auus paternus matrem excluderet, ita Crass. de success. §. successio ab intestato, quæst. 22.

16 In verbo, vel auo] † an intelligatur etiam de auo materno, an verò solum de auo paterno, videtur prima facie, intelligi non solum de auo paterno, sed et de materno, cum statutũ censeatur minus derogare iuri ciuili cõ, q̃ sit possibile, quo iure, defuncto nepote simul concurrunt auus paternus, & maternus ad successionẽ, auth. defuncto, vbi omnes, C. ad tertul. Benè quidẽ dispar est successionis ratio, cum paternus auus succedat in bonis ex linea paterna prouenictibus, maternus verò in obuẽtis ex linea materna, iuxta doctrinam Bart. in l. quod scitis, C. de bon. quæ lib. Gabr. de success. ab intestato concl. 3. licet multi contrarium tenuerint, vt Gabr. dict. loco. & per Tiraquell. de retract. lignag. §. 14. gloss. 2. nu. 12. & 13. Phanuc. de inuent. hæred. part. 2. num. 10. & seq. attamẽ contrariũ credo verius, quod sic. statutum intelligatur de auo paterno solum, non autem materno, cum sit factum ad exclusionẽ matris existentibus aliquis de linea paterna enũtiatis à statuto, & exclusa matre censetur exclusus auus maternus, & omnes ex matris linea prouenientes, Bart. in l. 2. §. videndum, ff. ad tertul. Ang. consil. 289. in fin. Paris. pulchré consil. 31. lib. 3. Menoch. consil. 235. num. 34. & 1146. num. 12. Brun. laté in tract. quod stant. mascul. in 6. quæst. principali, num. 100. cum seq. licet in contrarium non mediocriter vrgeat plenum consilium Rim. iunior. 497. libr. 5. ego tamen non discederem ab opinione contra auum maternum, cum ratio exclusionis militet à fortiori in auo materno magis, quam in paterno, & quia appellatione patris, venit paternus auus, sicut, & matris, auus maternus, Boer. consil. 17. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 16. num. 6. & seq. & hanc etiam tenuit Dec. consil. 656. in fine, vbi consuluit contra auiam maternã, Cephal. consil. 5. num. 20.

In verb. & absque fratre, vel filia filiouè fi-
17 lijsq; fratrum] † hoc statutum nostrũ loquens de fratre, & filio fratris, intelligitur de fratre carnali, & filio fratris carnali, & non patruele, ita in terminis huius nostri statuti, Borgn. decis. 29. nu. 7. part. 3. & decis. 3. num. 10. eadem part. tertia, sed
18 † dubium est numquid huiusmodi statutum cõprehendat fratrẽ vterinũ, & dicas quod sic, adeò vt existente fratre vterino mater succedat solum in tertia parte, vterinus vero in duabus partib. ea
19 ratione, † quia fratris appellatione, propriè, & strictè, venit frater vterinus, Corn. consil. 336. num. 6. lib. primo, Soc. consf. 25. num. 3. lib. 3. qui propriè loquitur in statuto faciente mentionem de fratre, vt comprehendat vterinum sicut consanguineum, & vtrinque coniunctum Alba. consf. 81. num. 3. lib. primo. Mascard. de probat. concl. 212. num. 9. & ita in proprijs terminis huius statuti pluribus authoritatibus, & rationibus deductis tenet Borgnin. decis. 13. nu. 41. quo loci vult hoc procedere, quando nullus alius frater præter vterinum adesset. Soc. sen. consf. primo, lib. primo & 89. lib. 4. Socin. iun. consil. primo, num. 51. lib. 1. Paris. consil. 2. num. 1. lib. 2. Curt. iun. consil. 5. num. 31.

20 † Sed quid si frater vtrinquè coniunctus, vel cõsanguineus adessent simul cum fratre vterino, an tunc frater vterinus, simul succedat vna cum alijs fratribus, & videtur dicendum, quod sic

in casu

in casu nostri statuti, quia quoties in statuto, ratio agnationis consideratur, tunc verum est per coniunctos ex parte patris, non autem ex parte matris seruari agnationem, vnde dicendum est, fratres vtrinque coniunctos excludere fratres vterinos tantum, vt per Brun. in trac. de stat. exclud. fæmin. artic. 12. num. 25. & seq. Cephal. plures allegans consil. 323. vol. 3. Rip. resp. 82. nu. 4. Soc. iun. cõs. 23. num. 27. & seq. vol. 1. Crau. cõs. 763. numero octauo, sed in casu nostri statuti non dicitur considerata ratio agnationis, quod probatur, quia in hoc statuto in prima parte vocantur, †

21 consanguinei paterni, quorum appellatione, tàm masculi, quàm fœminæ veniunt, Paris. consil. 20. num. 30. & consil. 22. num. 52. & seq. & consil. 23. num. 10. lib. 2. & in secunda parte statutum no-

22 strum vocat expresè filias fratrum, † quæ censentur vocatæ, etiam si sint in aliena familia nuptę, & per Rip. auum meum in terminis huius statuti Papiæ, respons. 208. num. 10. quo stante, non potest dici statuentes habuisse rationem ad agnationem, ità in terminis Borgninus dicta decisione 13.

23 numer. 42. † Contrarium tamen decidit, idem Borgnin. dicta decis. 13. per totam in discursu, & præsertim num. 93. & quod in terminis huius statuti non admittatur auus paternus, nec frater vterinus, in concursu agnatorum habentium qualitates à statuto, Costa in suo tractatu de portione ratę, quæstione 148. num. 12. non obest, quod in hoc statuto non sit consideranda ratio agnationis, quia contrarium est verius, vt infra dicetur. †

24 Ideò, si cum auia materna, ac auo materno concurreret patruus defuncti, non esset locus huic statuto, tamquam sit casus omissus, & patruus excluderetur, Bald. in l. quicunque colum. 2. C. de seru. fugit. & auia materna exclusa traheretur ad successionem per auum maternum, non exclusum ad exclusionem patrui, Alex. in l. illam, num. 8. C. de collat. & consil. 80. num. primo, & seq. lib. primo, Collegium Perusinum ità consuluit, vt inter consil. Ang. cons. 110. Gabr. de success. ab intestat. conclus. 4. num. 10. Decian. responso 27. num. 35. lib. 3. Surdus consil. 553. num. 24. idem dicens, si extaret socer, de quo non loquitur statutum.

25 In verbo, relicta matre] † nota, quod statutum loquens in matre, nó vendicat sibi locum in patre, in terminis, Menoch. in tract. adipisc. remed. 4. num. 224. an autem hoc statutum habeat locum in matre, & auia non petentibus tutorem intra annum, & an priuentur commodo successionis, vel legitimæ, vide Plot. in repet. l. si quando, nu. 234. Cod. vnde vi, Socin. iun. consil. 16. lib. 2. tenent quod sic, Borgnin. in repertorio tract. de tut. & curat. in verbo, auia, & infra nu. 29.

26 † An autem per hoc statutum, possit mater excludi à legitima, quæstio est controuersa, super qua fuit diuersimodè responsum, & iudicatum teste Ias. in auth. nouissima, C. de inoffic. testam. Cephal. cons. 120. num. 12.

Affirmatiuam etenim contra matrem, vt excludi possit, & censeatur, tenuit Alexand. consil. 3. nu. 9. & seq. lib. 7. Dec. consil. 26. numer. 4. 276. colum. 2. 296. num. 2. 299. num. 2. & 5. 392 num. 5. Tiraquel. de iure primogen. quæst. 55. num. 9. vbi alios refert, Crauet. cons. 21. num. 13 ea moti ratione, quia legitima non debetur ijs, qui ab intestato nequeunt succedere, & legitima est quota successionis ab intestato, & latè per Cephal. consil. 5. num. 46. & infra & consil. 53. nu. 55. Surd. consil. 91. num. 23. & seq. contrariam autem negatiuam opinionem defendendo ad fauorem matris tenuerunt, Salicet. in auth. nouissima, quæst. 12. C. de inoff. testam. vbi pro affirmatiua opinione, quatuor affert fundamenta; deinde pro negatiua, cui adhæret, decem, & ibi Ias. num. 53. & seq. Alex. consil. 7. colum. 3. volum. 2. Socin. de cõmuni reprobans Corneum cons. 228. & 318. lib 4. Marsil. consil. 30. & 150. Iason copiosè consil. 121. lib. 2. vbi refert consilium Florentinum pro ista parte consuluisse, Boer. decis. 188. num. 6. Natt. consil. 308. Mysinger. obseru 43. centur. 5. & obseru. 44. centur. 6. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 122. alios consulto omitto, & ista mihi magis arridet, quandoquidem statutum †

27 nunquam videtur legitimam auferre, nisi expresè de ea disponat, Balb. de præscript. quartæ part. quartæ partis principalis, quæst. 23. num. 3. & 4. Alexander consil. 7. num. 20. lib. 2. Afflic. decis. 168. num. 2. Cephal. ex plurib. consil. 120. num. 2. & 498. num. 50. & seq. Item, quia non minus debetur parentibus legitima, ac filijs l. nam & si parentibus, ff. de inof. testam. imò magis debetur parentibus, cum ij solum ex septem causis priuari possint illa, filij verò ex quatuordecim, §. aliud quoq; in auth. vt cum de app. cog. auth. in testamento, C. ad tertul. pręterea sicut statutum non potest in totum tollere legitimam filijs, eadem ratione, nec parentibus, vt præcitati concludunt, & tenuit Doctissimus D. Costa consil. 63. num. 16.

28 † Quid si filius condat testamentum, & matrem iam exclusam ab intestato prætereat, an testamentú reddatur nullú; dic quod non, sic ex magis communi, Ias. in auth. nouissima, nu. 57. C. de inof. testamento.

Quid autem, si defunctus decesserit nullis relictis filijs, vel fratribus, sed solum relicta sorore,

29 an tunc mater ei succedat in tertia parte omnium bonorum, in terminis, Rip. auus meus maternus, respons. 6. volumine secundo, in tit. de legibus, Alexander consil. 45. volum. 7. Petrus Cabal. consil. 54. nume. 10. tenent succedere in

30 proprietate, & istud dependet ab eo, † an in statutis appellatione fratris veniat soror, de quo per DD. in l. tres fratres. ff. de pact. & Franc. Curt. cons. 9. incipiente Ticinensi statuto alias cons. 11. & ego in sororibus vterinis tantum tenerem, cum Alexandro, & Rip. qui in puncto consuluere, quia in repugnantibus iuri cõmuni fratris appellatione non venit soror, nec fit extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam, quæ per se veniat, & casus non expressus, habetur pro omisso, relinquiturque dispositioni iuris cõmmunis, Castrens. pleno cons. 119. per totú, lib. primo, Laur. de Pallat. in tract. quod stant. mascul. num. 259. & seq. Natt. in dicto tract. in 9. quæst. tertiæ quæstionis principalis, nu. 57. & sequẽtib. addés aliam rationem, quia scilicet aliud est soror, & diuersa nomina sunt, attento maxime cõmuni vsu loquendi, qui in statutis attenditur, Capr. cons. 62. in 4. dub. nu. 8. & seq. Brun. in dicto tract. art. 5. q. 13. nu. 72. 84. & seq. Alberic. de Rosate, de statut. q. 66. lib. 4. Dec. in l. 2. nu. 123. & seq. ff. de regul. iur. Socin. iun cons. 23. nu 48. vers. 48. & num. 57. vbi respondet Curt. sen. cons. 9. contrarium tenenti, lib. primo, post Imol. cons. 183. num. 19. Rimin. iun. cons. 469. in 2. dub. nu. 24. & seq. Cepol. latè

consil. ciuil. 21. volum. primo, & cum habeamus auctoritates Alexand. & Rip. virorum, & I.C. primi nominis loquentium in punctualibus terminis, durum videtur ab eorum opinione recedere, & inhærere certis regulis generalibus in contrarium, vt etiam hac ratione in terminis nostris, tenuit Petrus Caballus in consil. 54. numero decimo, & sequenti, sed re vera in contrarium vrgent multa, & longè fortiora, nempè statutum 93. supra proximum, vbi in successione parificat fratres ex vno latere tantum, cum fratribus vtrinq;
31 coniunctis; Item, quia adest statutum 53. supra de Regim. Potest. quod in statutis Papiæ masculinum concipit fœmininum, ideò si agatur de sorore vtrinquè coniuncta, vel sorore ex latere patris, dicerem, matrem succedere solum in vsufructu, cum fratris appellatione soror contineatur l. tres fratres, ff. de pact. cum vulgaribus, vt tenet etiam Alciat. respons. 6. tomo primo, lib. secundo, alias est consil. 58 de quo meminit cum alijs, Berret. consil. 120. colum prima, Menoch. cons. 990. num. 5, & dixi supra statuto præcedenti, colum. 1. & 2. ac 3 & latè hanc partem tuetur, & ita sæpius fuisse iudicatum, testatur Borgnin. decis. 28. num. 46. cum sequentibus pluribus relatis hinc, & indè rationibus, & auctoritatib. & decis. 39. nu. 4. † cum maximè statutum non censeatur factum
32 ob conseruationem agnationis, cum vocet auiam, & filias fratrum, secundum Borgn. & alios, ergo à fortiori sorores, quæ sunt proximiores, licet etiam stante dicto statuto, quod masculinum concipiat fœmininum, posset hæsitari etiam in sorore vterina tantum, vel consanguinea tantum, ex his, quæ tradit Vinc. Honded. consil. primo, nu. 19.
33 lib. 2. † volens, quod appellatione fratris propriè contineatur et frater vterinus, D. auus meus Rip. in l. ex facto, num. 89. ff. de vulg. & ex alijs, quæ diximus infra ante nu. 132. in artic. qui veniant appellatione consanguineorum paternorum, respondentes ad argumentum, quod masculinum concipit fœmininum.

34 † An autem istud statut. habeat locum, quando ille, qui decedit est in ætate, in qua non posset habere liberos, vt putà infante, & pupillo infra quatuordecim annos, & prima facie videretur dicendum, quod non, quia statutum quidquam præsupponens, non vltra disponit, quam prætendatur præsuppositum, l. 2. §. docere, ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, cum alijs, de quibus per Dec. consil. 466. num. 8. at qui verba statuti sine testamento, supponunt illum, qui decedit posse testari, cum sint priuatiua, quæ habitum supponunt, l. decem, ff. de verborum obligat. at si infans decedat, non potest condere testamentum, ergo in statuto non continetur; Hinc videmus, quod statutum loquens de eo, qui decesserit sine liberis, non refertur ad eum, qui decessit in infantili ætate, latè Alexand. consil. 211. num. 5. lib. 7. Alb. consil. 673. num. 34. & sequentib. verum his non attentis crediderim statutum hoc extendi etiam ad hæreditatem infantis, vel alium quemuis, qui testari non posset; primo, etenim statutum loquitur indistinctè, & generaliter de eo, qui decedit sine testamento, ergo de quocunque, debet generaliter intelligi, Dec. plura, consil. 2. Secundo, illa verba [sine testamento] non stant priuatiuè, sed simpliciter negatiuè, vt dicitur de statuto loquente de eo, qui decesserit sine liberis, nam licèt aliqui tenuerint infantes non contineri vt supra dixi; verior tamen, & receptior est sententia, etiam ad eos referri, cum sint negatiuè, quæ verificantur in eo, qui liberos habere non potest, Galiaul. latè in l. centurio, nu. 310. & seq. ff. de vulg. Alexander in l. generaliter, in principio, C. de instit. & clarius hoc exprimitur infra statuto 97. quod verbum ab intestato, intelligitur etiã de eo, qui nequit testari, & tamen pupillus, & intestabilis, non dicitur decedere intestatus, nec ab intestato, ex sermonis proprietate, sed denotant priuationem potentiæ ad actum, vt per eundem Galliaul. in dicta l. centurio, nume. 311. si igitur mens statuentium fuit in dicto statuto 97. demonstrare, vt etiam pupillum includant; ergo pari ratione voces illæ, sine testamento, etiam si priuatiuæ essent, traherentur ad infantem impuberem, & alium intestabilem, ergo à fortiori, cum sint negatiuæ, & hanc opinionem tenuerunt Bart. in l. prima, numero secundo, ff. de suis, & legitimis, Socin. iun. consilio 3. num. 25. & sequentib. Michael Graff. in suis communibus, §. successio ab intestato, q. prima, Hieronym. Caual. in suo tractatu communes contra communes, quæst. 485. Surdus consil. 556. num. primo, vbi de magis commum, Cephal. consil. 556. Gaspar Thesaur. latissimè, quæst. forens. lib. 2. quæst. 18 vbi uidendum, & apud nos non est hæsitandum de hoc, quin etiam infantes, & alij non valentes condere testamentum compræhendantur, cum clarè hoc cautum sit ex statuto infra 97. sub rubr. quod verbum ab intestato, etiam intelligatur in eo, qui de iure non potest testari.

35 † An autem mater succedat, quando transiuit ad secundas nuptias, vide Mathesil. vbi Ludouic. de Pæn. in tract. de successio ab intestato, in secundo articulo, vbi allegat, Bartolus in l. 2. §. & si forte, ff ad tertul. & vide Alexander consil. 211. num. primo, volum. 7. tenentem ob id non priuari hac successione.

36 † Quid autem si decedat soror relicta sorore, & filijs, seu filiabus alterius sororis, dic, quod succedent, per tex. in §. reliquum in auth. de hæred. ab intest. venientibus.

37 Quid † de alijs bonis alibi extra Ciuitatem Papie, sitis, vtique mater, ab illis non excluditur, cum statutum sit odiosum, & correctorium, vide per Bartolum in l. cunctos populos, versiculo sexto, in fine, C de Summa Trinitate, & fide Catholica. Abbas in capitulo, qui clericis, extra de foro compet. Alexander pleno cons. 16. & 128. volum. primo, Crauet. consil. 244. colum. fin. & 271. colum. 3.

38 Quid † si agnati, & nominati in isto statuto, repudient, an eorum portio accrescat matri, vide Alex. consil. 221. num. 2. volum. 6. vbi tenuit accrescere matri.

39 † Et an isti inuitati per istud statutum ad successionem ab intestato sibi præiudicent, si succedant ex testamento, notat Bald. consil. 145. super primo puncto, num. 3. lib. 4. volens per vnam successionem, alteram non confundi.

40 † Quid, si mater non petierit tutorem filijs, an priuetur hæreditate sibi delata à statuto; & dic, quod sic, ex Berret. consil. 118. num. 3. cum seq. vbi latè docet, quando mater ob non petitum tutorem filijs, vel ob non confectum inuentarium veniat priuanda hæreditate ipsius filij.

41 † Quid si mater decedat nõ agnita hæreditate huius tertiæ partis, an nihilominus eius hæredes

ex matris persona, possit illam tertiam consequi; dic, quod sic, cum debeatur loco legittimæ, Ancharanus consil. 421, num. primo, Bursat. consil. 114. num. 2. quæ etiam non agnita transmittitur, Alex. consil. 150. num. 8. vbi D. meus Præceptor Rolla. in suis additionibus, Natt. consil. 255. nu. 4. D. auus mihi maternus Rip. in l. si vmquam, quæst. 42. sub num. 105. C. de reuoc. donat. Boer. quæst. 250. Crauet. cons. 142. nu. 2. & 3. & Surd. decis. 106. num. 6. Crauet. cons. 29. in fine.

42 In verbo, consanguinei paterni] quid veniant appellatione consanguineorum; & dic, quod consanguinei dicuntur pluribus modis, vt per Bartol. in l. cum quidam, §. quod dicitur post glo. ff. de acquir. hæred. vbi vult, quod consanguinei secundum communem vsum loquendi, dicantur omnes quacunq; consanguinitate coniuncti, vide Alex. cons. 82. num. primo, vbi Appost. ad eum lib. primo, Curt. iun. consil. 39. num. 5. & consil. 46. nume. 4. Peregrin. de fideicommiss. artic. 22. num. 35. vbi ait ex multis quattuor modis accipi;
43 scias tamen, quod inter alias significationes exponitur verbum consanguineus, idest agnatus, l. inter agnatos, ff. vnde legitim. l. si spurius, ff. vnd. cognat. & ita capitur in hoc nostro statuto, secundum aliquos, prout in terminis respondit, idē Curt. iun. consil. 5. & 176. num. 2. & in discursu illius consilij, vbi tenet comprehendi agnatos, & idem tenet, Gallia in proprijs terminis huius statuti, consil. 96. num. 9. cum pluribus sequent.
44 quo loci concludit, † statutum nostrum, dum loquitur de consanguineis, intelligi debere de consanguineis propriè, & sic de agnatis, & ideò non comprehendere filios amitæ magnæ, nec sororis.
45 Contrarium tenet auus meus maternus Rip. in puncto statuti nostri, in responsis nouissimis, responso 9. siue 10. in tit. de legibus, vbi tenet hoc verbum, consanguineos, capi pro sanguine coniuncto, & concludit, stante hoc statuto, vocante consanguineos paternos ad duas partes hæreditatis defuncti, matrem verò ad tertiam, quod includuntur etiam amitini, idest filij amitæ. Quid tenendum? ego crediderim, quod nec amitini, nec filij sororis defuncti, comprehendantur in hoc statuto, cum hoc statutum propriè loquatur de
46 agnatis, in quorum numero ipsi non comprehenduntur, cum non iungantur per personas virilis sexus, §. primo, Inst. de legit. success. agnatorū, adeò, quod ipsis existentibus dicendum sit hæreditatem in totum spectare ad matrem, per fundamenta adducta per Rip. dicto respons. 9. numero primo, cum sequenti, quibus non respondit, licèt contrarium teneat; & quod hoc verbum, consanguinei paterni, solum intelligatur de masculis, non autem de fœminis probatur probabili ratio-
47 ne, † quia hoc statutum excludens matrem à luctuosa hæreditate filij, dicitur factum fauore agnationis, vt per Curt. consil. 5. & 176. sed quo-
48 ties consideratur fauor † agnationis appellatione agnatorum, & consanguineorum veniunt tantum masculi, vt per Crauet. consil. 180. colum. prima, Alba in terminis huis statuti, consil. 371. & consilio 504. quo loci tenet hoc statutum vocans ad duas partes consanguineos paternos, & matrem ad tertiam, non comprehendere amitas, sed illo casu matrem in totum succedere de quo etiam dixi hoc eodem statutum, in verbo, sic decedenti.

Attamen pro opinione Rip. & quia negotium prima facie videtur difficultatem pati, ideò operæ prætium putaui iura, & rationes pro vtraque parte in medium afferre, quibus facilè apparebit, quæ nam sit verior opinio.

Dubium itaque in hoc consistit, an ea verba statuti huius consanguinei paterni verificentur in filijs sororum, vel amitarum, nec ne, quia si non verificantur, asseritur matrem succedere debere in omnibus bonis.

Idque ex infrascriptis fundamentis suaderi posse, videtur.

Præsupponendo in primis tria; vnum, quod in hoc statuto non consideratur agnatio, quia fœminas, & auiam maternam vocat, Alexand. consil. 115. num. 10. volumine secundo, consil. 80. num. 12. volum. primo, Natta consilio 514. nume. 13. volumine tertio, Parisius consilio vigessimo tertio numero vigessimo nono, volumine secundo, Ripa auus meus maternus, responso decimo, numero nono, de legibus, vbi loquitur de hoc statuto, vbi enim consideratur agnatio, tunc vocatur personæ per quas illa conseruatur, & sic non opus est vocare fœminas agnatas, vbi dicta ratio militat, sic latè probat Craueta consil. 250. quod etiam confirmatur ex statuto 96. vbi tàm fœminas, quàm masculos vocat, & tamen hæc verba consanguinei paterni, secundum illud statutum 96. intelligenda sunt, vt infra dicetur, vnde dicendum est statutum hoc considerasse solum quosdam gradus proximitatis, quos voluit preferri matri, quibus deficientibus prædilexisse consanguineos paternos, maternis, dempta tertia parte bonorum defuncti, ne mater diceretur exclusa à luctuosa filij hæreditate, quæ prælatio paternorum maternis dicitur iuri conformis, Baldus in l. si defunctus,
49 numero septimo, Cod. de suis, & legitimis, † cum quilibet præsumatur suam sobolem, seu descendentiam alienis anteferre, nulla facta differentia sexus, Alexander consilio 141. numero octauo, volumine primo, vt bona, quæ à stipite paterno proueniunt in eius descendentes remaneant, Bal-
50 dus consilio 205. volumine quarto, † debilior enim est coniunctio materna, quam paterna, vt ibidem Bald. imò vbi statutum considerauit agnationem, potuit qualitatem masculinitatis, vt in statuto 95. quod hic non fuit, nec in statuto 96.
51 Secundum est, † quod hoc verbum, consanguinei, non accipitur hic propriè, pro fratribus, ex parte patris, l. prima, §. consanguineos, ff. de suis, & legitim. sed largè pro quocunque sanguine coniuncto, siuè ex parte matris, siuè patris, Bartolus in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquirenda hæreditate, Castrensis consilio 421. numero primo, volumine primo, Alexander consilio 153. numero primo, volumine secundo, Ripa auus meus respons. nono, de legibus, lib. secundo, quod patet ex hoc statuto, quia si acciperetur propriè, non intelligerentur, nisi de ijs, qui essent consanguinei vsq; ad quartum gradum, Baldus in capitulo postremo, de appellation. & per Socinum seniorem consilio 95. numero 42. volumine quartò; & tamen id dicendum non est, cum sta-
52 tutum indefinitè loquatur, † & quia statutū hoc non dicit, nec nos dicere debemus, Alexand. cons. 116. numero 16. volumine secundo, & si non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. 3. ff. de officio Præsidis, Castrensis consilio 78. numero primo, volumine primo, vlterius vocat consanguineos eos, qui sunt vltra gradus nepotum,

vt dicit Alciat. consil.6.num.6. lib. 2. & sic im-
propriè.
Secundò id probatur, ex statuto 96. vbi vocat
consanguineos agnatos, & cognatos, & attinentes,
sic etiam tradidit Tiraquel. in tract. de retract.
lignag. §. primo, glos. 9. num. 4. 5. 7. & 239.
Castr. etiam consil. 421. num. primo, volum. pri-
mo, consanguinei dicuntur parentes, vt ibidem
Tiraq. num. 179. 200. & in glos. 8. nume. 2. quo
nomine veniunt quilibet coniuncti, Alciat. consil.
14. numero tertio, tomo primo, volum. 2. † & per
53 consequens horum nomine veniunt, etiam de-
scendentes ex fœminis, vt per Bart. dicto §. quod
dicitur, & latè probat Tiraquellus eadem glos. 9.
numero quarto, & sequenti, Laurus de Palat. in
tractatu de statut. quod stantibus masculis, part.
3. num. 11. Rip. dict. respons. 9. num. 10. de le-
gibus, lib. 2. attento maximè cõi loquendi vsu †
54 qui quidem cõis vsus loquendi attenditur, & nõ
propria significatio. Alex. consil. 115. num. 6. vol.
2. dicitur enim is vsus propria significatio, & pre-
ualet cuicunq;, Socin. sen. consil. 152. num. 2.
volum. primo, quia proprium significatum dat
communis vsus, Barbat. conf. 57. num. 29. lib. 2.
55 imò etiam stante statuto nostro, quod verba in-
telligi debeant ad litteram, tamen illa exponun-
tur, prout vulgus exponit, Anchar. in cap. cano-
num statuta, num. 264. 310. & seq. de const. di-
cũt enim Roman. consil. 490. num. 12. & 15. Alex.
cons. 39. nu. 22. lib. 6. & Fœlin. cons. 2. nu. 37. &
seq. quod verba secundum vulgi, & populi intelli-
gentiam interpretanda sunt, quæ intelligentia nõ
videtur aliter in casu nostro probanda, sic atte-
stantibus tantis doctoribus de illo vsu, Bart. in l.
de quibus, num. 21. ff. de legibus, & quia hic illud
probatur vt supra deductum fuit, saltem quò ad
transferendum onus probandi in negantem, Cra-
pet. cons. 166. nu. 9.
Tertium est, quod hæc verba consanguinei pa-
terni, intelligantur secundum statutũ 93. 95. 96.
quia vt dicit Curt. sen. cons. 9. in fine, † verba vnius
56 statuti capiũt intelligentiam ab alio statuto, Dec.
cons. 302. num. 10. at in rubr. statuti 96. ad suc-
cessionem decedentis ab intestato vocantur con-
sanguinei, sub nomine masculino, & tamen in ni-
gro fit mentio attinentium masculorum, & fœmi-
narum, ita igitur in hoc statuto videtur dicendũ,
quod tanto magis procedit in casu nostro, quia in
statuto 93. 95. illud verbum paterni, accipitur
pro eo, qui est affinis, mediante solum patre, ità vt
sanguis maternus nõ sit mixtus, ergo, & hic, quia
hic sicut ibi dicitur paternus ad differentiam ma-
ternorum, cum ad eorum exclusionem ponatur;
& quia hoc statutum est in medio illorum positũ,
57 ideò accipit ab illis interpretationem, † cum me-
dia ab extremis declarentur, Bald. in cap. postre-
mo, num. 5. de appellat. extremis enim probatis
oritur probatio medij, Calcan. cons. 32. num. 3. &
in statuto 96. magistraliter ponatur, qui sint con-
sanguinei, hoc est, agnati, & cognati, & attinen-
tes, & qui paterni, hoc est qui sint ex prole patris,
defuncti, vt per Rip. d. respons. 9. num. 6. de le-
gibus, lib. 2. de quo statuto agit etiam Ruin.
cons. 15. lib. 3. Ias. cons. 52. lib. primo, Curt. iun.
consil. 5. Brun. in tract. quod stant. mascul. art. 6.
prima quæst.
Vlterius ius succedendi dicitur inter se habere
vicissitudinem, & correlationem, vt scilicet, ità
ego tibi, sicut tu mihi succedas, l. si ab eo, C. de
legiti. hæred. l. omnium, C. de natur. lib. in tan-
tum, vt etiam in statutis, vbi vnus non potest alte-
ri succedere, nec ille alter sibi, Soc. & alij, in rub.
ff. de acquir. possess. Curt. sen. conf. 12. conclu-
dens ratione correlationis, sicut maritus non po-
test relinquere vxori, ex nostro statuto Papiæ, ità
nec vxor marito, at statutum hoc respectu eius de
cuius successione agitur, includit masculos, & fœ-
minas, vt in illis verbis, si quis, vel si qua, item
ibi defuncti, vel defunctæ, ergo ratione correla-
tionis, etiam respectu eorum, qui debent succede-
re, & ad successionem vocantur, tàm fœminæ,
quàm masculi debent compræhendi.
His sic præmissis arguitur ad probandum hos
filios sororis esse consanguineos paternos, hoc
58 modo, † consanguinei paterni dicuntur etiam
hij, qui cognati ex parte patris sunt, vt in statuto
96. cum hij filij sint † cognati, quia ex sorore de-
59 functi descendunt, & sic ex fœmina, §. primo,
Inst. de legit. agnat. success. quarum mater cum
sit soror defuncti, & sic isti coniungantur defun-
cto, per patrem defuncti, dicuntur filij isti etiam
consanguinei defuncti ex parte patris, quia me-
dium, quo consanguinitas consideratur inter eos
est pater, sic explicauit, Ias. consil. 205. num. 27.
lib. 2. secutus fuit, Alciat. consil. 14. num. 4. lib.
2. tom. primo, & in puncto Bald. consil. 469. vol.
60 primo, sed clarius, † quod descendens ex fœmina
dicatur consanguineus paternus tradidere, Castr.
consil. 421. quod ista mater, num. primo, colum.
prima, & tertia, versiculo, super tertio, volumine
primo, Alexand. consil. 97. in fine, volum. 2. Ang.
consil. 283. num. 4. versic. negari, & in terminis
statuti tradidit Rip. respõs. 9. de legibus, lib. 2.
statutum enim vocat illos, quibus de iure defer-
tur hæreditas ab intestato, inter quos sunt isti filij
Auth. vt fratrum filij, ergo
61 Vlterius adducitur, quod † descendentes ex fœ-
mina, dicantur de prole, seu de generatione aui
materni, sic latè probat Bald. cõs. 334. num. 10. ibi
nati ex filia, vol. 3. Castr. cõs. 316. vol. 2. asserens
nugatoriũ esse aliter dicere, sic Imol. cõs. 62. nu. 5.
quem secutus fuit, Decius consil. 223. numer. 3. &
62 in l. fœminæ, num. 67. ff. de regul. iur. præterea †
neptis ex filia non solum dicitur de generatione
aui, sed etiam dicitur de suo corpore nata, sic
Bald. tradidit in l. prima, num. 3. Cod. de cond.
insert. in §. filia de success. feud. cons. 13. num.
3. volum. 3. Socin. sen. consil. 25. num. primo, vol.
primo, Alciatus in l. liberorum, ff. de verborum
significatione, dicentur ergo paterni, per tradita
per Bald. consil. 339. numero 2. volum. 2.
63 Pro qua etiam facit, quod † de propria signifi
catione liberorum veniunt etiam nepotes ex filia,
Alexander consilio 176. num. 6. volumine quinto,
64 consil. 97. in fine, volum. secundo, † imo etiam
appellatione filiorum Alex. consil. 56. in fine, vol.
65 quinto, præsertim, quia hoc verbum, † paterni,
non est hic positum restrictiuè, pro illis, qui solum
repræsentant familiam, cum hic non considere-
tur agnatio, sed largè, hoc est pro illis etiam qui
sunt cognati, dummodò medium, quo consan-
guinitas inter eos consideratur, sit paternum, Soc.
iun. cõsil. 10. num. 14. volum. primo, hic enim
positum est hoc verbum paternum, ad differen-
tiam, & exclusionem maternorum. Dec. consil.
379. num. 4. & sic positum fuit, prout sola natu-
ra consideratur, & ità pro fratre naturali, vnde
descendit, vt in simili, Bald. dicit de parentela,
in cap.

in c. innotuit, n. 16. de elect. vbi .n. radix inspicitur sicut hic, quidquid inde sequitur, sapit naturam radicis, Baldus in capitulo, quę in Ecclesiarum, numero 4. de constitut. & cum hic inspiciatur origo, seu fons consanguinitatis, & sic radix, vnde prouenit consanguinitas defuncti, & filia, filijq; isti ab ea radice descendant, dicendum est sapere naturam radicis suæ, & sic paternos vocari, Baldus consilio 334. numero 10. volumine 3. quia consideratur similis naturalis descendentia sub hoc verbo paterni, quod etiam probatur, ex Bald. in l. in filijs, C. de diuortio, non aliter
66 † descendens repręsentat suam stipitem de necessitate naturæ, Bald. in auth. cessante, nu. 2. C. de legit. hæred.

Verum his multum obstare videntur ea quæ tradidit Curt. iun. cons. 5. num. 21. & seq. vbi con-
67 cludit, † appellatione consanguineorum paternorum, venire solum descendentes ex masculis, quia illa verba statuti 96. cognatos ex parte patris significant solũ agnatos, posito, quod fuerint illa vti synonima; pro quo allegat. l. successurus, ff. de grad. l. sunt autem, ff. de legit. tut. secundò, quia filia interrumpit gradum, ità vt filij eius non possint dici descendere à patre eorum matris, cũ filij sequantur conditionem patris sui; tertiò, quia resultaret contrarietas rubri, ac nigri, super verbo, consanguinitas, vbi ibi dicit, num. 16. & 26.

Verum his non attentis non est recedendum ab expositione, Ias. præsertim cum sit litteræ amica, & contra Curtium adsit aui mei auctoritas Rip. respons. 9. de legibus, lib. 2. sed sigillatim respondendo ad argumenta Curt. sic dici posse videtur, aduertendum esse ad vnum, quod dicit Ias. eo cõs. 205. num. 27. † quod hæc verba ex patre patris,
68 de quibus infra in statuto 86. non significãt ex linea patris, accipiendo lineam pro agnatione, & sic verbum per masculos, vel ab ipsis descendentibus, quia nominat etiam cognatos ex parte patris, qui quidem cognati non sunt de eadem familia, sed accipiũtur, quod sint consanguinei, ex latere patris, vel pro patre, nam inter hæc verba,
69 & † verbum linea, adest magna differentia, vt tradidit Castr. cons. 111. in fine, vol. primo, Dec. cons. 379. vol. 4. vel dicentur de linea patris respectiuè ad maternos, vt dicit Dec. dicto consil. 379. num. 4. quo casu nullum dubium, quod dicentur paterni, vt dictum fuit supra, quia tunc linea non accipitur pro agnatis, Bald. consil. 334. num. 10. volum. 3.

70 Hoc præsupposito dicitur, quod sicut dictio, vel, posita inter verbum masculum, & fœminã denotat magnam differentiam inter illos, ita denotare debet inter verbum agnatos, & cognatos, cũ dictio, vel, ponatur inter diuersa in substantia, Bald. in l. filiæ, C. de collat. Vlterius in statuto
71 dicitur similiter reliquerit: illud verbum, similiter, denotat easdem esse qualitates in vtroq; casu, Bald. in l. prima, num. 21. de iur. iur. in l. prima,
72 num. 2. C. quæ sit longa consuet. † similia enim dicuntur inter quæ non potest reddi ratio diuersitatis, Bald. in cap. cum speciali, num. 6. de appel-
73 lat. Imò verbũ † similiter significat similitudinẽ facti, ac modicè qualitatem, & identitatem, vt dicit Socin. sen. consil. 281. num. 3. volum. 2. igitur idem, ac æqualis censendus est casus maternorum, ac agnatorum, & cognatorum, & è con-
74 tra, sed in casu, † maternorum compręhenduntur omnes descendentes tàm à masculis, quàm à fœminis, cum dicãtur attinentes, Paris. cons. 49. num. 11. vol. 2. Bal. in cap. litteris de testibus, †
75 dicens attinentes eos dici, qui possunt accusare, & prosequi suorum iniuriam, qui esse dicuntur, qui possunt succedere ab intestato, glo. & Bald in cap. postremò, de appellat. inter quos etiam descendentes ex fœminis veniunt, Auth. defuncto, C. ad tertul. & Auth. cessante, C. de legit. hæred. vel qui inuiti testimonium dicere non coguntur, Bald. in l. prima, num. 32. C. qui accusar. inter quos etiam ex fœminis nati enumerantur, l. lege Iulia, ff. de testibus, Bart. & Angel. in auth. de hæred. & falcid. nu. 3. vbi capit pro eodem attinentes, & parentes, & allegat l. prima, C. si rect. prouinc. vbi solum de parentibus loquitur, quod et facit statutũ 98. dum d citur illud verbum at-
76 tinentes, etiam hos compræhendere, quia † verbum, parentes compræhendit descendentes ex fœminis, auth. de alien. emphit. §. æconomis, vbi Ang. in fine, Alciat. cons. 14. num. 3. lib. 2. tom. primo, Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. pri. glo. 9. num. 179. & 244. Socin. sen. consil. 37. nu. 9. & 10. volum. 3. si ergo in hoc casu descendentes ex fœminis, compræhenduntur, ergo idem in casu præcedenti, & per consequens illud verbum cognati, stabit propriè.

Nec obstat l. cum celsus, ff. de gradibus, cuius verba formalia sunt, sed agnati hij sunt, qui per patrem, cognati ex eadem familia sunt, ex quibus verbis colligitur, quod quis potest esse cognatus ex parte patris, etiam si non sit de eadem familia, alias superfluum fuisset illa ponere de eadem familia, reducendo igitur verba illius legis ad nostrũ statutum, dicitur illã non probare intentionem Curtij, quia si statutum pro synonomis posuisset verbum, agnatos, & cognatos, per patrem, adidisset etiam de eadem familia, quod cum non fecerit, dicendum est verba cognatos stare pro-
77 priè, quia appellatione cognatorum ex parte patris, simpliciter absq; illis verbis de eadem familia, vel virilis sexus, non intelliguntur agnati, pro quo adduco duas leges id clarè probantes, l. iubemus, C. de natur. lib. vbi dicit agnatis, seu cognatis genitoris, & l. communium, C. eod. dicendo ex latere agnationis, vel cognationis, iure eisdem patri coniunctorum, per quæ verba satis apparet
78 propriè stare, cum coniunctorum appellatione veniant etiam descendentes ex fœminis, Paris. conf. 23. num. 2. volum. 1. Franc. in cap. si pater, num. 114. de testam. in 6. Tiraquel. de retract. lignag. §. primo, glo. 9. nu. 200. & id propriè, vt per Alexand. consil. 115. num. 10. lib. 2. Dec. in l. fœminæ, num. 125. ff. de regulis iuris, præterea cum verba propriè ad litteram sint intelligenda, qua littera considerata, non est dubium, quod cognati non significant agnatos, nec hic quæritur, an agnati dicantur cognati, & dicendum, quod non, quia de eadem familia esse hic non requiritur.

Præterea, & si leges à Curt. allegatæ, id probarent, tamen trahi non possunt ad casum nostrum, quia hæ leges intelligunt ea verba ex parte patris, pro agnatis, aut fœminis descendentibus à masculis; statutum autem 96. intelligit ea verba aliter quam illæ leges, hoc est etiam pro descendentibus ex fœminis; & quod hoc verum sit, sic probatur, dicit stat. ibi in fine, quod agnati, & cognati dicuntur ex parte patris, qui sunt de prole defuncti ex parte patris, verbũ .n. illud ibi positum

refert se etiam ad verbum cognatos, vt latè per Iaſ.conſ. 52. volum. primo, 205. in fine, volum.2.
79 & tàm † deſcendentes ex fœminis, quàm ex maſculis dicuntur de prole, Bald.conſ.321.nu.primo, 334.nu. 10.volum.3. in l. in filij, C.de euict. Dec. & ibi appoſt. conſ. 495. num. 6. latè probat, Luc. de pen.in l. fin.nu.59. C.de agric.& cenſ.& idē per Bart.in l.legem, ibi propterea innocentem, C. de legit.hæred. Anchar.in cap. ubicunq; de pen.laur. Pala in tract. de ſucceſſ. part.3.num.7. Alex.conſ. 26.num.7. volum. 5. ubi allegat.l. officiales, C. de epiſcopis,& clericis,& in conſ.188.ad finem, uol.5. per quę dicitur, quòd ſi aliud aliquando reperitur, eſt ratione ſubiectæ materiæ, vt dicit Bart.conſ.9. nu. primo, ſicq; p Curt. reſpondetur cū de verbo, prole dicitur, Tiraq. in tract. retract. §. primo.gl. 9. nu.10.& ſeq. alias ſequeretur, quod ſi ab vtraq; parte eſſent ſolum cognati; & ſic deſcendentes ex fœminis, quod talis caſus eſſet indeciſus, quod dicendum non eſt, quia dictum ſtatutum 96. diceretur imperfectum, cum loquatur generaliter de agnatis,& cognatis, ea enim verba ex parte patris, intelliguntur ex latere patris, vt dictum eſt, nec
80 conſideratur agnatio, ſed ſolum natura, † nam proles dicitur à procreando, vt dicit, Bald. in l. in filijs, nu.2. C.de decur. in qua tàm ueniunt fæmi-
81 næ, ſicut maſculi, † & ſi voluiſſet ſolum intelligere de agnatis, non ne vnico uerbo, id dicere potuiſſet agnatis, & maſculis, & non effundere tot ſuperflua uerba.

Et ſi dicatur, quod iniquum eſt ſic exprimere illa verba, conſanguinei, quia omnes deſcendentes ex fœmina matrem excluderent; ideò non ſeruandum, cap. erit autem quarta diſtinc. dicitur quod
82 matrum ſucceſſio eſt de iure ciuili, & non naturali, Bal.conſ.205.num.primo, volum. 4. ideò ſtatuta poſſunt ſuper illius ſucceſſione diſponere, §.
83 ex nō ſcripto, Inſt.de iur. natur.gen.& ciuili, † & lex quãtumuis dura, eſt obſeruāda, l. proſpexit, ff. qui, & à quibus; ſecundò, quia cōdecens eſt, quod bona remaneant in deſcendentes illius, à quo fluxere, l. quod ſcitis, C.de bonisq; liberis, quod probat ſtatut.96. vbi præferuntur cognati ex parte patris illis, qui ſunt cognati ex parte matris, etiam ſi fæminæ ſint; vndè cum hic conſiderauerit, conſeruare bona in deſcendentes ex parte patris, id iuridicum eſſe videtur, quod mulier mortuo marito, & filio haberet omnia bona ex parte patris multo ſudore acquiſita; vlterius mater non poteſt dici excluſa, cum ſuccedat in tertia bonorum parte, vnde argumentum procedere non videtur. Alciat. conſ.7. num. 10. tom. primo, lib.2. vbi etiam alio modo reſpondet, & idem probat Rip. reſponſ. 9. de legibus, lib. 2.& ſic ex verbis concluditur illam l. iuriſconſultus nihil obſtare, ſicut, nec lex; ſunt autem, ff.de legit tut. & Inſt.de legit.agn. ſucceſſ. quia dicitur ibi per ſexum coniuncti, quod hic nō
84 dicitur, imò † cum dicit de prole, veniunt etiam deſcendentes ex fœminis, præſertim, quia iſti filij largo modo dicuntur agnati, Dec. conſ.13.nu.7.

Ad aliud, quod nati ex familia, non dicuntur coniuncti ex parte patris matris ſuæ.

Dicitur argumentum non procedere, quia de prole dicuntur, vt iam dictum eſt; ſecundò dicitur quod argumentum Curt. probat filios fæminarū non repræſentare aui materni agnationem, nec eius familiam; ſed ob hoc non ſequitur, quod illæ non dicatur eſſe de prole, ſeu generatione aui ma-
85 terni, † quia filius filiæ dicitur eſſe de deſcendentibus ipſius aui, Alex.conſ.60.nu. 5.vol.2. & iam dictum eſt, & ità ad illud argumentum reſpondidit Imol. conſ. 62.nu. 5. Caſtr. conſ. 316. vol.2. Ripa reſponſ. 12.num.4.de ſubſtit.

Ad tertium, quod includeret contrarietatem, latè reſpondet Iaſ. conſ.52. num.8. volum.primo, imò cum nigrum declaret illud verbum, prius illi ſtandum eſt, Iaſ. conſ. 188.num.8. vol. 2.

Ex his igitur, cum Iaſ. concluditur hos filios ſororis, venire appellatione conſanguinei paterni, quibus de iure deferreretur ab inteſtato hæreditas, cum quo concordat Rip. d.reſponſ. 9. de legibus lib.2.

Sed vlterius ad maiorem declarationem filiorū dicitur, quod & ſi hij filij non veniunt conſanguineorum paternorum appellatione (quod tamen negatur) ob hoc non reſultaret, quod mater in omnibus bonis ſuccederet.

86 Nam conſiderandum eſt, † ſtatutum præſens fuiſſe conditum ad diminuendum matris ſucceſ-
87 ſionem, cum de iure communi, † vbi mater, & filij ſororum concurrunt mater, ſoror, & filij eius ſuccedunt in ſuam virilem portionem, ſic probat. Auth. vt fratrum filij, & glo. in Auth. deſu ncto, C. ad tertul. ſi liceret, ergo ex hoc ſtatuto arguere, quod quia non adſunt cōſanguinei paterni, quod mater ſuccedat in omnibus bonis, reſultaret contrarius effectus ab intentione ſtatuentium, quia augeretur ius maternæ ſucceſſionis, quod dicendum non eſt; ſic dicit Alex. conſ.17.num.6.vol.2. Dec.conſ.216.nu.6. 283. num.5. præſertim. quia
88 ſtatut. noſtrū debet intelligi ad litterā, † quo caſu tale argumentum ſumi non poteſt, quia id tendit ad declarandam mentem ſtatuentium, non autē verba. Bart.in l. omnes populi, nu. 61. ff. de iuſt.& iure, Bald. in l. apud antiquos, num.3. C.de iur.iur. 10.And.in reg. pro poſſeſſ. nu.8. in fine, ff.de reg. iur. non omitto etiam, quod illa exiſtentia paternorum, non eſt in cauſa, quod mater ſuccedat in tertia bonorum parte, ſed benè operatur, quòd illa non admittatur vltra tertiam partem, mater enim admittitur à iure communi, & ab illa non exiſtentia, & imò cum ipſis non exiſtentibus ſtatutum, vltra non diſponat, præſertim in eius relictis filijs ſororum in medio, qui caſus omiſſus, ſequitur, quod ius commune ſuccedit; voluit enim dicere ſtatutū, quod exiſtentibus fratribus, vel conſanguineis paternis, mr̄ nō ſuccedat, niſi in tertia parte, ſed eis non exiſtentibus, non videtur poſſe argui, quod mater admittatur in totum, quia non ſequitur non eſt vocatus, ergo eſt excluſus; cum poſſit vocari per ius commune, Soc. iun. conſ.30. num.52. volum. primo, & quia vt dixi eſſet con-
89 tra mentem ſtatuentium, † & corrigeretur Ius commune diſponens, vt filij ſororis ſuccedant vna cum matre; Aut. vt fratrum filij, & gloſ. fin. in
90 aut. defuncto, C. ad tertul. † ergo tale argumentū ſummi non poteſt, Alex. conſ.20.nu.7.lib. primo, 53.nu. 32.volum. 3. conſil. 17. num. 4. volum. 2. alias diceretur, quod diſpoſitio ſtatuti reſultans à contrario ſenſu præualeret in his, quæ ſunt expreſſa, & ſic in ſenſu directo, Alex. conſ.25. num. 13.in fine, vol.2. & cum caſus iſte ſit à iure communi deciſus, non poteſt ſummi tale argumentum ſed deciditur ſecundum Ius commune, Bald. in l. apud antiquos, C. de furtis, Alexand. conſil. 17. num. 4. lib. 2. Bart. in l. omnes populi nume. 61. ff. de Iuſt. & Iur Alexand. conſil. 107. nume. 2. volum.5. Vlterius ſtatutum tractat de excluſio-

ne matris, nos verò retento hoc intellectu, de hoc non tractamus, sed de successione, hoc est an mater, & filij sororum succedant simul, qui quidem casus differt à casu statuti, vnde omissus censetur.

Præterea statutum non admittit matrem nisi in tertia parte bonorum si adsint consanguinei paterni, sed si adsint consanguinei paterni, & materni simul, vt sunt filij isti de hoc casu nihil di-
91 cit, sed † verba intelligi debent simpliciter, & nó secundum quid, l. hoc legatum, vbi Bart. ff. de
92 leg. 3. ergo est casus omissus, † vel mixtus, qui in his simplicibus non continetur, vt tradit Ias. consil. 205. in fine volum. 2. & ita ad propositum dicit Dec. consil. 13. nume. 7. quod statutum loquens in cognatis, non procedit in filijs sororum, quia non solum sunt cognati, sed etiam habent iura agnationis, cũ verba simpliciter intelligi debeant, & clarius Tiraquel. in tract. de retract. §. 14. glo. 2. num. 6. † statuto disponente quod p-
93 ximiores ex linea paterna succedant, quod hij q ex vno quoque latere erunt coniuncti illis præferentur, qui ex linea paterna tantum sunt, & in terminis quod hoc casu soror non excludatur, adduco Laur. Palat. in tract. de success. patt. 2. nume. 49. vbi dicit ita fuisse consultum.

Secundo fortius dicitur, quod non solum mater non excludit hos filios, imo filios illam excludere à proprietate bonorum, & sic operari matrẽ esse solum cõprehensam in secundo casu statuti, nempe quo ad vsumfructum, quia quando statutum dixit existentibus fratribus filijs, vel filiabus intellexit etiam idem esse de sororibus earũ, quam filijs quod pluribus probatur.

94 Primo, quia de Iure communi † soror venit appellatione fratrum, l. lucius, §. quæsitum, ff. de leg. 3. l. tres fratres, vbi DD. ff. de pact. præser-
95 tim, † cum verbum fratribus sit numeri pluralis, Castr. eadem l. tres fratres, nu. primo, Curt. Sen. cons. 9. nu. 17. Tiraquel. in princ. retract. §. pri-
96 mo, glos. 9. nu. 221. & † simus in materia indeferenti, quæ tam conueniat fœminis sicut masculis, Bald. cons. 47. in fine, volum. 5. Anchar. cons. 112. num. 4. Alex. cons. 136. num. 9. volum. primo, Dec. consil. 527. num. 7. Socin. iun. consil. 10. nu. 22. volum. 2. Curt. Sen. consil. 9. num. 13. quod procedit etiam in statutis, Alexand. consil. 85. nu. 7. volum. 4. Bald. eodem consil. 47. Dec. eodem num. 7. & Curt. eod. num. 13. quod præsertim hic Papiæ, in quo adsunt duo statuta, † quod ma-
98 sculinum concipiat fœmininum, vnum est in ciuilibus de Regim. potest. num. 53. alterum in Cri-
99 minalibus numer. 78. vbi dixit semper, & sic per modum regulæ, Tiraquel. in primo retract. §. 1. glo. 9. num. 230. vnde non videtur super hoc dubitandum, Bart. in l. quoties, ff. si quis caut. & si id in pœnalibus, quanto magis in alijs dispositionibus, Curt. sen. cons. 9. nume. 28. in fine, & per
100 consequens dicendum † sorores venire appellatione fratrum propriè, & non per interpretationem, eo quia lex talem intellectum dedit, Anchar. consil. 112. num. 3. Alciat. consil. 199. nume. 9.
101 tom. 3. † propriũ enim id esse dicitur, quod lex dicit, Bart. in l. omnes populi num. 59. ff. de Iust. & Iur. quia omnis sensus à Iure datus proprius dicitur, Bald. in l. fin. num. 31. C. de hæred. Instit. ita vt statutum vltimum mandans verba ad litteram intelligi debere, capiat distinctionem, & declarationem ab illis duobus, Alexand. consil. 80. num. 9. & 10. volum. primo, Curt. Sen. d. cons. 9. num. 25. Deci. consil. 302. nume. 10. alias dicendum esset, quod illa duo essent correcta, quod
102 dicendum non est, † Interpretatio enim non est prohibita, vbi est expressa ratio, Alexand. consil. 89. in fine vol. 6.
103 Secũdo, sic probat, † stat. hoc dicitur limitatorium iuris communis, quia reducit successionem
104 matris solum ad tertiam partem, sed sicut † in iure communi sic limitato, appellatione fratrũ continetur soror, vt in Auth. vt fratrum filij iuxta gl. auth. defuncto, C. ad tertul. ita & hic intelligi debet per tradita per Bart. in l. nihil, ff. de coniung. cum emancip. lib. si enim in §. igitur in auth. de hæred. ab intest. per illa verba solis fratribus intelligantur etiam de sororibus, & sic dicatur solis, vti probatur in Auth. post fratres, C. de legit. hæred. & simus in materia correctiua, vt per Curt. sen. cons. 9. num. 17. & quamuis solum loquatur de fructibus, tamen intelligitur etiam de sororibus, præsertim cum lex ab illa correcta, dicat ẽt de filijs sororum, §. si autem. Aut. de hæred. ab intest. & ita intelexit d. gl. in Aut. defuncto cum dicat, non autem eorum filij, sed per alia, quæ corrigit per istam, Auth. vt fratrum filij, dixit enim eorum, qui est pluralis numeri, sic comprehenduntur fratres, & sorores.

Tertiò probatur, quia si soror non comprehenderetur, sequeretur absurdum vnum, quod si quis decederet relicta sorore, ac filia fratris, & matre, quod filia excluderet, & matrem, & sororem, & sic ius commune in duobus corrigeretur, vnum in matre, alterum in sorore, quod dicendum non est,
105 † quia statuta interpretari debent, vt lædant ius commune, minus quam fieri potest, Alex. cõs. 154. nu. 7. 201. nu. 7. vol. 3. & quia † iniquum est, q
106 soror à nepte excludatur, Bald. cons. 460. nu. 5. vol. 2. sequeretur etiam, quod soror ab hæreditate sororis excluderetur, Castr. cons. 119. num. 3. vol. primo, Soc. iun. cons. 30. nu. 55. volum. primo, sequeretur etiam, quod nepos defuncti excluderet matrem, & tamen soror, quæ proximior est ex-
107 cluderet, quod dicendum non est, † alias remotior esset melioris conditionis, quam proximior, Ias. cons. 141. num. 16. volum. 2. Alex. cons. 80. num. 24. vol. primo, Curt. cons. 91. vers. nec refragatur, vol. 3. Socin. iun. cons. 10. num. 16. vol. 2. Salic. in l. 2. C. de noxal. sequeretur etiam, quod soror, quæ duplici vinculo colligata est defuncto, excluderetur à nepte, quæ simplici vinculo ex parte patris defuncto alligatur, quod absurdum esset, Ang. cons. 119. in fine, Bald. cons. 205. vol. 4. Rip. respons. 2. de success. ab intest. & si consanguinei paterni in vinculo remotiori gradus existentes excludunt matrem, cur, & non soror? Soc. iun. eod. cons. 10. num. 16. volum. 2.

Quartò facit, quod si soror non esset comprehensa sub nomine fratris, & non succederet in totum, soror censeretur exclusa; & sic exhæredata,
108 quia † præteritio legis est exhæredatio, Bald.
109 cons. 473. nu. 2. volum. 5. nam † & ipsa, & filij eius vocantur ad hæreditatem fratris, Aut. vt fratrum filij, glo. fin. in auth. defuncto, C. ad tertul. Verùm statutum non intelligitur, vt priuet aliquẽ
110 † legittima successione, nisi id nominatim fiat, l. si defunctus, num. 13. C. de suis, & legitim. Ias. cons. 205. nu. 13. volum. 2. præsertim cum non possit allegari ratio diuersitatis inter fratrem, & sororẽ, cum sint in pari gradu, nec statutum faciat mẽtionẽ gradus proximioris, Ias. eod. cõs. 205. n. 9.

Quinimò

Quinimò probatur auctorit. Rip. aui mei in respons. 6. in fine sub tit. de legibus libro secundo, vbi id ad litteram dicit, quod appellatione horũ fratrum, contineãtur sorores vtrinque coniunctę, cuius authoritas quãta sit, omnibus notũ est, præsertim cum sit idem quod dixit, & clarius Alciat. cons. 14. in princ. lib. 2. tom. 1.

111 Et sic ex his concludendum † sororem ex proprietate sermonis contineri sub nomine fratris, quia hoc est de mente statuẽtium attentis prędictis rationibus, ac duobus statutis de masculino, Castr. consil. 175. num. 4. versic. potest volum. j. Alexand. consil. 36. num. 11. volum. 6. Ias. cons. 141. num. 13. volum. 2. vbi enim est eadem ratio, dicitur mens Bald. in l. 4. nu. 6. & 9. C. dę liber. præter.

112 Nec † obstat consilium Alexand. 45. volum. 7. quia ipsemet Alexan. consuluit contrarium consil. 85. num. 7. volum. 4. 115. in fine volum. 2. & quia est improbatum ab Alciat. consil. 6. num. 8. lib. 2. tom. primo, & à Berret. cons. 120. num. 1. vbi etiam concludit contra Alexand. consil. 45. lib. 7. ex Alciat. respons. 58. Socin. Iun. cons. 10 lib. 2. Cephal. consil. 53. nume. 73. & seq. hùiusmodi statutum compræhendere sub nomine consanguineorum amitas, & ad id quod dicitur de stat. 55. responsum fuit supra.

Ad aliud quod mater proximior excluderetur, dicitur id procedere posse vbi in totum excluderetur, quod non est hic, vt per Alciat. eod. consil. 6. nume. 10. & quia si statuentes ordinarunt, quod neptis, quæ est remotior excludat, ergo & soror, quæ est proximior, & ideo tale argumentum non procedit.

Ad alia de verbis, si qui, vel si qua, respondet Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 218. quod illa intelligi debent expressiuè, ne quis arbitraretur illos id statuere pro conseruanda agnatione, & sic fieret aliqua sinistra interpretatio, vel id facere ad maiorem expressionem; præterea expressit, & verbum consanguineis, sub quo fœminæ continentur, vt dictum est, & tamen fœminã non expressit, quæ cum intelligatur prætęrita cũ

112 dicat quibus de Iure, † quo Iurę fœminæ admittuntur, l. maximum vitium, C. de lib. præter. Vlterius Alex. loquitur de sorore vterina, nec vidit statut. 53. & 78. quæ si vidisset aliter dixisset, vt dicit Alciat.

113 Ex † his concludendum videtur, filios sororũ, & amitas, excludere matrem in totum, cum sit in secundo casu statuti, vel saltem negari non potest quin dicatur casus omissus; & sic ad viriles illos vocari Auth. vt fratrum filij.

Et si omnibus his, quis diceret, quod cum filij nati sint à sorore, quæ nupta fuit, & sic exclusa per statutum 95. à tali hæreditate, non videtur

114 posse illlos succedere, † quia semel exclusus dicitur in perpetuum exclusus, l. si viua matre, C. de bonis mat. l. fin. ff. ad tertul. vbi Bart. Alex. cons. 24. num. 16, & consil. 29. lib. primo.

Diceretur sororem exclusam, stantibus alijs fratribus, sed illis deficientibus, tunc soror concurrit cum alijs, & à fratribus non censetur exclusa.

115 † Secundò, & melius dicitur in statuto 94. quod neptis ex fratre excludit matrem, & sic etiam nupta, vt per Rip. d. respons. 9. num. 10. de legibus, ergo statutum non vult talem rationem locum habere.

Tertiò, sicut statutum 94. vocat matrem ad successionem neptis, idem debet esse è contra, quod neptis succedat matri; Alciat. cons. 6. n. 6. lib. 1. tom. primo, sed neptis intelligitur de nupta, vt dictum est, ergo nihil obstabit tale argumentum, & sic in terminis tradidit Alex. cons. 89. num. 26 lib. 6.

116 † In fauorem autem matris, scilicet vt in totũ succedat exclusis filijs sororum, cõsuluerunt grauissimi viri respondentes ad illud responsum, Rip. 9. de legibus, in nouissimis. super quo videtur se fundare, tenentes contrarium.

Ad hoc autem, vt clarius veritas lucescat, non piget, hic pariter apponere iura, & rationes in fauorem matris, videlicet,

117 † Primo, appellatione consanguineorum, præsertim in statutis excludentibus matrem, propter consanguineos, veniunt tantummodò agnati secundum propriam significationẽ, secundum quã sunt intelligenda verba statutorum, & multò magis, quando vocantur consanguinei paterni, vt in terminis huius statuti consuluit Curt. iun. cons. 176. & tradit Soc. Iun. consil. 1. num. 106. consil. 10. consil. 23 num. 21. & seq. & num. 30. vbi in puncto ait statutũ excludens matrem recepta certa portione censeri factum fauore agnationis, & ideo amitam non venire, & consil. 31. num. 2. lib. 1. consil. 9. num. 8. & seq. consil. 43. num. 9. consil. 53. num. 11. & seq. volum. 2. idem Bal. inter consil. Ang. consil. 281. cum duobus sequentibus Corneus cons. 13. colum. penult. & fin. & consil. 167. colum. prima, volum. 2. & consil. 222. volum. 3. Alciat. consil. 6. tom. 1. lib. secundo, & consil. 194. tom. 3. lib. 9. Alexand. consil. 69. lib. 2. Brun. super statuta fœmin. exclud. art. 12. num. 9. Quinimò plerique ex prædictis DD. probant, censeri vocatos tantummodò agnatos masculos, videlicet, Bald. in dictis consilijs inter cõsil. Ang. Curt. Iun. d. consil. 176. Soc. Iun. dict. consil. 1. num. 106. & seq. consil. 23. num. 21. & seq. lib. 1. consil. 9. numer. 8. & seq. volum. 2. & Alexand. in terminis huius statuti Papiens. consil. 45. lib. 7. per totum, Alb. consil. 371. Lancellot. Gal. in proprijs terminis huius statuti toto cons. 96. & licet aliqui ex præcitatis Doctoribus in ea fuerint sententia, vt compræhendantur etiã fœminæ agnatæ, videlicet Paris. consil. 47. nu. 40. & seq. lib. 3. & Alciat. in supra allegatis consilijs, & Soc. Iun. d. consil. 10. volum. 2. tamen nullus ipsorum est, qui teneat quod cognati vocentur ad exclusionem matris, non veniunt igitur dicti filij sororis ad exclusionem matris, cum verè & propriè, sint cognati, & non sint consanguinei,

118 quia † consanguinitas ex sexu masculino imediatè procedere dicitur, non autem mediatè, sexu fœmineo, vt tradit Bald. consil. 67. incipiente filia dictæ concubinæ volum. 4. quem refert, & sequitur, Io. Baptista de S. Seuerino in repet. l. omnes populi nume. 112. versic. decimo quarto, vbi concludit quod si statutum vocet ad successionem proximiores consanguineos, filia patrui defuncti, quia est consanguinea excludit filium amitæ, qui non est consanguineus, quia in agnatione sequitur patrem, & in cognatione sequitur matrem, & consanguinitas ex sexu masculino procedere dicitur, non ex fœminino; ideò cũ dicti filij sororis coniungantur defuncto per eorum matrẽ, & sic per fœminam, non autem per eorum patrẽ, qui nihil attinet ipsi defuncto, dicuntur verè & proprie

priè cognati,non autem agnati,& sic non veniunt appellatione cõsanguineorum paternorum, vt ex
119 prædictis patet, † & in specie quod filij sororis non sint agnati,tradit etiam Alexand.d.consil.45. sub nu. 10. lib.7. Corneus cons. 13. & 62. vol.2. vbi dicit quod filiæ sororis non sunt coniunctæ cõ sanguinitate fratris ipsius sororis,ex quo sunt cõiunctæ mediante fœmina, & quod propriè loquendo non est cõsanguinitas inter cognatos, † & quod
120 coniuncti mediante fœmina non dicuntur propriè consanguinei, hæcq; multis authoritatibus probat, & sequitur etiam Dec. in Rubr. C. vnde legit. inquiens quod stãte statuto excludente matrem propter agnatos, filij sororis non excludunt matrem, allegat Bald. & Paul. de Castr. & idem etiã tenuit late Brun. super dicto statuto fœmin. exclud. art. 12. quæst. 9. num. 135. & num. 152. & seq. vbi allegat multas authoritates,quibus addo Alexand. consil. 89. num. 25. lib. 6. vbi dicit,
121 quod † filius sororis propriè non dicitur agnatus, & quod in materia statutorum non compræhenditur inter agnatos, ex quibus sequitur quod mater sit insolidum admittenda ad dicti filij sui hæreditatem exclusis dictis filijs sororis, & tanto
122 magis, † quia statuta exclusiua matris à filij successione sunt odiosa,& correctoria Iuris communis, & propterea non attendenda, sed strictè interprætanda, & restringenda, quia intentio, & mens non scripta vel dura, non habet locum
123 in statutis, & † statuta facta fauore agnatorum de quibus tantum statuta loquuntur, non compræhendunt cognatos, maximè vbi tractatur de alterius odio, & exclusione, vt tradit Bald. consil. 83. præmittendum num. 7. & seq. lib.5. & tradit etiã Corneus cons. 133. num. 4. volum. 2. Curt. Iun. cons. 150. num. 6. Rip. respons. 79. num. 3. sub tit. de Iur gent. & ciuil. & verba statutorum in eũ sensum sunt accipienda, per quem mater non excludatur à successione filij intuitu pietatis, & proximitatis ratione, vt ait Soc. Iun. cons. 6. num. 11. & cons. 23. num. 27. & 61. volum. 1. vbi ferè in termi-
124 nis, & in dubio mater non est excludenda à luctuosa filij hęreditate, vt per Alexand. cons. 13[illegible] lib. 3. & cons. 85. num. 12. lib. 4. Curt. Iun. consil. 133. num. 4. & Socin. Iun. cons. 3. num. 5. lib. primo, multò igitur minus erit mater excludenda in casu isto, in quo non versamur in dubio,sed sumus in claris ad fauorem ipsius matris, vt supr. probatum est.

Secundò considero,quod dispositio facta fauore agnatorum masculos solum compręhendit,nõ autem fœminas in quibus finitur agnatio, vt iam dixi supra nume. 44. & seq. ex Crauet. cons. 180. colum. prima, & seq. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 25. ad finem, Roman. cons. 4. quòd autem statutum hoc, quò ad succedendi modum agnationis fauore sit conditum,probatur, vbi enim statutum matrẽ excludit, tunc omnes cognati censentur exclusi, tamquam ab ea prouenientes, l. si viua matre, C. de bon. quæ liber. Dec. cons. 471. num. 7. 484. num. 12. Bald. in l. maximum vitiũ vbi Castr. Alexand. & Dec. nu. 12. C. de lib. præter. ergo agnati solum censentur vocati, absurdũ .n. esset, ꝙ mater excluderetur à residuo successionis, & tamen cõiuncti medio matris succederent, & sic remotior proximiorẽ excluderet, Ruin. cons. 150. num. 8. lib. 2. 43. num. 7. lib. 3. 104 nume. 17. libr. 2.

Tertiò, vbi statutum nostrum voluit fœminas includi, id sępè, ac sæpius expressit; primò ibi si quis, vel si qua; secundò ibi filio vel filię; tertio ibi filio vel filię; quartò ibi nepoti vel nepti; quintò ibi defuncto vel defunctæ, sextò adhuc defuncti vel defũctæ; septimò ibi aliquis vel aliqua; octauò, filijs vel filiabus fratrũ; nonò, ibi filio, vel filię; decimò, iterũ nepoti, vel nepti; vndecimò, adhuc defuncti vel defunctę, in alijs vero partibus vbi non expresserunt censentur eas noluisse vocare, cũ maximè toties, & tã enixè distinctio inter masculum & fœminam facta sit, arg. l. vnic. §. sin autem, vbi Bald. C. de caduc. toll.

Nec obstant ea, quæ in contrarium considerata sunt, videlicet, ea quæ tradit Rip. auus meus maternus respons. 9. sub tit. de legibus, quod verbũ consanguinei in statuto prædicto ponatur pro omnibus modocunq; sanguine coniunctis, ita quod censeantur etiam vocati ad matris exclusionem etiam amitini, idest filij amitæ defunctæ, quãuis cognati sint.

Quia primo est aduertendum, quod illud † re-
125 sponsum non fuit perfectum, in eo enim pro matre, adducuntur in primis quatuor, seu quinq; solida fundamenta, quę re vera deseruiunt ad fauorem matris, deinde pro amitinis, fiunt tantum duę satis leues ponderationes, nec afferuntur aliquæ responsiones ad fundamenta adducta pro matre, ita quod omninò est tenendum Rip. auum meum habuisse iure casum consulendum, & scripsisse prima, illa fundamenta pro matre, & deinde illas duas ponderationes pro amitinis, deinde considerans illas duas ponderationes esse leues & fragiles, ac minus Iuridicas, & fundamenta contraria esse fortia, & solida, & perindè casum non esse consultabilem contra matrem, responsum ipsum non perfecit, vt ex eius lectura facilè dignosci potest; sed propterea ex abũdãti, quod illę suprascr. ponderationes non obstent, neq; subsistant demonstratur; nam ad primum, quod est super eo, quod statutum in secunda parte ad totalem exclusionẽ matris præter vsumfructum tertiæ partis, vocat fratres, & filios, vel filias fratrum; respondetur ex hoc, non inferri posse, quod statutum vocet amitinos; & sic cognatos ad exclusionem matris defuncti, quia cum statutum vocet filias fratrum, quæ verè, & propriè sunt agnatæ, & veniunt appellatione consanguineorum paternorum, non propterea infertur, quod vocet etiam amitinos,
126 idest filios amitæ, qui sũt cognati, † nec veniunt appellatione consanguineorum paternorum, vt per Paris. post Socin. consil. 20. num. 41. & seq. vol. 2. vbi dicit, quod amitini veniunt ex parte matris, & eorum patris conditionem, & familiam
127 sequuntur; & in huiusmodi statutis nõ admittitur extensio de persona ad personam, vt latè per Paris. cons. 54. col. fin. volum. 2. & maximè, quia in vocatione fœmine agnatæ, militat ratio fauoris agnationis, dum viuit ipsa fæmina agnata, vt considerat Socin. iun. consil. 10. nu. 21. & seq. volum. primo. & Paris. consil. 47. num. 61. vol. 3. quæ ra-
128 tio non militat in cognatis, quamuis etiam ex identitate, imò, & ex maioritate rationis non sit licita extensio de persona ad personam in huiusmodi statutis, vt per Paris. dicto cons. 54. colum. final.

Ad secundam eiusdem Rip. ponderationem, quæ fit super illis verbis, quibus de iure deferretur, hæreditas, &c. respondetur, non inferri ex illis verbis vocatos, cognatos ad exclusionem matris

tris, quia illud relatiuum (quibus) restringitur & refertur ad ipsos consanguineos paternos, & fuerunt posita illa verba ad tollendam omnem dubitationem, scilicet ad effectum, ne censeantur omnes cōsanguinei paterni, simul vocati, sed quod primitus priores in gradu admitterentur, quod etiam suadetur considerando illa verba, ita quod
129 priores in gradu &c. quæ verba † ita quod, determinant & restringunt præcedentia, l. lucius, §. quæ habebat, ff ad Trebell. l. libertus, §. hac scriptura, ff. de manum. test. Alb. in dictionario, in verb. ita Socin. cons. 99. num. 15. volum. 4. Dec. cons. 227. nume. 6. & sic illa verba, ita quod &c. determinant, & restringunt præcedentia, dādo ordinem succedendi inter ipsos consanguineos paternos, idest agnatos vocatos ad exclusionem matris, ideò sequitur non subsistere illam consequentiam Rip. quod ex quo statutum vocat consanguineos paternos, quibus de Iure deferretur hæreditas &c. censeatur statutum vocare etiam cognatos; quia vt supra probatum est, cognati non sunt consanguinei, & consanguineorum appellatione veniunt tantum agnati, & maximè, ne mater excludatur à successione filij vt supra, & apparet verba illa consanguinei paterni nō posse intel-
130 ligi pro omni sanguine † coniuncto, prout accipitur de Iure Canonico in titu. de consang. & affinit. vt tradit Alexand. in l. cum quidam, §. quod dicitur num. 16. ff. de acquir. hæred. vbi in vers. circa hoc ergò considero, dicit, quod si † statu-
131 tutum, & constitutio fiat à Papa, & faciat mentionem consanguineorum, intelligitur secundum
132 Ius Canonicum, † si verò fiat statutum seu constitutio à laycis, debet intelligi secundum significationem Iuris Ciuilis, & quod si statutum loquatur in casu matrimoniali, debet intelligi secūdum Ius Canonicum, si verò loquatur in casu Iuris Ciuilis vt in successione, debet intelligi secundum Ius Ciuile; & idem voluit Corneus cons. 13. col. prima, versic. & licet Iura Canonica volum. 2. ex quibus apparet prædictum statutum non obstare matri, quo minus admittatur in solidū ad filij sui successionem, & amisso filio saltem gaudeat illius bonis, quæ ab intestato peruenire poterant ad dictos cognatos; quibus ad comprobationem addo consanguineum tripliciter capi, strictè, largè, & largissimè, strictè dicitur consanguinitas, quæ est inter duos fratres, & sorores ex vtroq; parente, vel saltem ex eodem patre natos, l. prima, §. post suos, & ibi glo. & l. post consanguineos in princ. & §. primo, ff. de suis, & legit. largè sumitur pro agnatione ad differentiam cognatorum l. consanguinitatis cum glo. C. de suis & legit. hæred. largissimè venit consanguinitas quælibet, tàm per virilem, quàm fœmineum sexum, cap. tua, & cap. non debet de consang. & affinit. Alb. post Alex. & alios cons. 69. num. 2. Bero. cons. 95. nume. 10. lib. 2. vbi ait hanc tertiam significationem dici impropriam; cum itaq; verba statuti propriè debeant intelligi, & strictè, Alexand. cons. 40. num. 1. lib. 2. Rip. auus meus responso 2. titu. de iure gent. num. 3. & simpliciter prout littera sonat, vt infra statut. Crimin. vlt. sequitur non posse trahi ad consanguineos per fœmineum sexum, idque vt multa omittam pluribus comprobat, & sequitur Lancellot. Gal. cons. 96. per tot. lib. primo, vbi respondet ad obiectum de cōmuni vsu loquendi multis modis num. 34. & seq. plurib.

Ad statutū verò 96. infra vbi agnati, & cognati ex parte patris, tàm fœminæ, quàm masculi vocantur; Respondetur illud statutum non loqui in casu nostro, quando scilicet adest mater vel auia, & ratio diuersitatis est, quia ipsę succedunt in tertia parte.

Secundò respondet Curt. Iun. in d. cons. 3. dictum statutum loqui de solis masculis; Tertiò reflecto argumentum dicendo, quatenus in dicto statuto, tàm fœminæ, quàm masculi sunt vocati, ergo datur intelligi id venire, quia statutum expressit, at hic non fuere fœminæ in hoc expressæ, licet sæpius nominatæ vt supra dixi, ergo fatendum est solos masculos esse vocatos.

Ad argumentum verò, quod masculinū ex statutis nostris concipit fœmininum, multipliciter respondetur.

Primò dicta statuta tamquàm minus derogantia iuri communi, quam sit possibile, imò secundum illud interpretanda, non habere locum in statuto exclusiuo fœminarum; Item vbi materia est differens, vt in casu nostro, Tiraquel. de retract. consang. §. primo. glo. 9. nume. 190. & seq. Peregr. de fideicom. artic. 22. nume. 34. ad finem; Tertiò vbi masculinum concipit fœmininum, illud est per extensionem, non propriè, Peregr. artic. 25. nume. 5. Deci. cons. 453. Curt. Iun. de communi cons. 162. num. 2. Anton. Gabr. in suis cōmunibus, tit. de verbor. signific. conclus. 6. num. 39. Quartò in materia correctoria, vt hic, masculinum non concipit fœmininum, Alexan. cons. 13 colum. 3. & seq. lib. 2. & cons. 29. colum. penult. lib. 3. Gabr. de verb. signif. d. conclu. 6. num. 23 vers. contrarium. Quintò, qñ statut. loquitur discretiuè de masculis & fœminis, vel vbi pluries ipsarum fœminarum mentionem fecit, vt in hoc statuto probatum est supra; tunc enim si masculinū nomen aliquando exprimitur, vt hic, non comprehendit fœmininum, Alex. cons. 45. lib. 7. Gabr. d. conclus. 6. num. 58. Sextò, quando ex coniecturis constat de mente proferentis, Gabr. d. loco nu. 80. pręceteris illa vrget coniectura alijs missis, quia si excluditur mater, quæ est proximior, à fortiori remotiores maximè ex ea prouenientes excludi debent. Septimò fall. vbi adest statutum, quod verba ad litteram intelligantur, Gabr. qui supra num. 122. Menoch. cons. 541 num. 10. & in tracta. de adipiscend. remed. 4. nume. 224. vt hic Papiæ statut. Crimin. Vltimò alias declarationes licet afferre, maximè etiam quando agitur de cōseruatione agnationis vt supra probauimus. Menoch. cons. 204. num. 19.

Ad argumentum verò deductum ex vicissitudine, & correlatione succedendi; Respondetur procedere de iure communi quo nulla sexus differentia cōsideratur, & ius æqualance masculos vocat, & fœminas, at in statutis exclusiuis, vt hic secus, tanquàm eos quos excludit incapaces reddat vt in hoc statuto mater non potest filio in totum succedere, & tamen filius matri succedit, idemq; in consanguineis paternis dicendum est, vt includātur ipsi cæteri excludantur, tamquàm minus dilecti, & in quibus ratio diuersa militat, quæ tollit etiam argumentum correllationis, Ias. in l. fin. C. de indict. uid. toll. Euerard. in loco à correllatiuis, Curt. Sen. consil. 11. quibus omnibus sic perpensis, mihi magis placet opinio, quod isti filij amitini, & sororis non censeātur vocati ad matris exclusionem, quæ tot grauissimis Patribus supra recēsitis, placuit nec auo meo Rip. displicuit, & ita

etiam

etiā in materiā huius statuti tenuit Alb. cons. 371. in primo dub. vbi addit. alios citat.

In verb. quibus de Iure,] vide Bald. cons. 447.
133 volum. primo, † limita istud statutum non procedere, quando est alius filius, & cum ipso pater suus, quia tunc succedunt omnes in virilibus, secundum Auth. defuncto. C. ad Tertull. ita voluit Ias. in l. si emancipati in 3. colum. C. de collat. & ista verba non sunt posita, vt vocentur omnes, qui de iure cōi possunt succedere; alias, & cognati, & fœminæ omnes pares in gradu admitterentur, sed sunt relatiua ad ipsos cōsanguineos paternos, ita vt qui ex eis proximior erit succedet.

In verb. fratre, vel fratribus,] In hoc corrigi-
134 tur Ius commune, † quo Iure mater filio decedente sine descendentibus, relicto fratre, vel filijs fratrum, succedit vna cum eis in virilem portionem, succedendo filijs fratris in stirpes, Auth. de functo. C. ad Tertull. Bart. in suo tractat. de success. ab intest. num. 13. Ias. in l. post dotem num. 125. vers. circa illud quod Bart. ff. solut. matr.
135 quid † in dote profectitia à patre, an filia decedente sine filijs, in casu in quo pater sit stipulatus dotem nomine filiæ, an dos debeat reuerti ad patrem solum, an verò ad matrem, & fratres simul, iuxta d. Auth. defuncto, vide Bart. in d. l. post dotem num. 36. in fine legis, vbi Ias. nume. 105. ff. solut. matrim. tenentes patrem solum succedere, licet Ias. alios contrarium tenentes referat, & hanc magis communem ait, Gabriel. consil. 136. Franch. decis. 59. numer. 6. & 7. plenè Thesaur. decis. 27. vbi auctoritates hinc inde refert, & in hac residet, vt profecta à patre, ad patrem, eiusuè lineam redeant, à matre, ad eam, & maternam
136 lineā; intelligendo tamen quando ascendentes alijvè ad successionem anhelātes sunt in pari gradu, secus si proximior cum remotiore concurreret, tunc enim nulla bonorum habita distinctione proximior succedit in omnibus, Neuiz. consil. 8. nu. 35. Gabriel. & Thesaur. in locis mox citatis.
137 An modo hoc statutum liget matrem forēsem, vtiquè cum sit in rem, & agatur de bonis in territorio statuentiū positis, ligabitur mater hoc statuto, Bart. in l. cūctos populos in 7. q. ad finem, C. de sum. trinit. & fid. cath. Alexan. cons. 44. lib. 5. & cons. 19. num. 6. lib. 5. Cravet. cons. 201. colum. 6. alios adduxi supra in præludijs, dum differui, an statuta ligent forenses, non repeto.
138 Idem dicendum si ageretur de filio forense, qui decederet, & ageretur de successione bonorum in loco statuentium, Castren. consil. 32. circa primū quæsitum lib. 2.
139 Simile etiam, si ageretur de hæreditate filij clerici, vel monaci, Guliel. Bened. in capit. Raynut. in prima parte, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, num. 37.
140 Quid modo si agatur de hæredit. filij legitimati, vtiquè statutum locum habere consuluit, Curt. Iun. cons. 153. num. 9. volum. 2. & an ab eo pariter excludatur à filio legitimato, plenè rationibus perpensis excludi, tenuit Dec. cons. 316. in casu proposito in secundo dubio, Ias. in l. cum acutissimi, C. de fideicom.
141 Filius pariter sororis non excludet matrē, Ias. in l. omnes populi num. 63. ff. de iust. & iur. & in l. qui se patris num. 52. C. vnde lib. Alexan. cons. 80. num. 1. vol. 2.
142 † Quis autem istorum præferatur in tutela, vide Afflict. decis. 281. Dec. cons. 16. Gozad. cons. 54. num. 3. mater enim debet præferri, licet enim excludatur ab hæreditate, non tamen excluditur à tutela, Dec. in l. quo tutela in fin. ff. de reg. iur. & quis in educatione, vide Bald. cons. 487. lib. 5. Curt. sen. cons. 46. Gozad. cons. 54. Borgnin. in tract. de tut. & curat. nu. 183. & scias, quòd licet mater excludatur à parte successionis filij existentib. fratribus, vel filij, fratrum vigore huius statuti, †
143 non tamen excluditur ab eius tutela. Dec. cons. 16. cum pluribus alijs adductis per Menoch. de arbitr. Iud. casu 150. num. 37.

In verb. & sic decedenti in tertia parte] an autem huiusmodi statutū excludens matrem à dua-
144 bus partibus hæreditatis, habeat locum extra territorium statuentium, & videtur dicendum quòd sic; cum huiusmodi statutum dicatur fauorabile, quo casu debet extendi extra territorium, vt per Bart. in l. prima, in 6. quæst. princip. C. de sum. trin. & fid. catho. & ita tenuit Curt. Iun. cons. 9.
145 in † contrariū tamen, reprobato Curt. est communis opinio, de qua per Corneum cons. 94. libr. 2. & cons. 115. colum. prima, & cons. 202. col. 4. versicul. dato, & cons. 162. lib. 3. vbi loquitur in statuto excludente matrem à tribus partibus hæreditatis, & concludit non extendi ad bona extra territorium existentia, Dec. cons. 314. nouissimè Alb. cons. 261. num. 48. cum pluribus seqq. vbi reprobat Curt. Iunior. & ad eius fundamenta respondet.
146 Nunc oritur dubium, an ista tertia pars à statuto nostro reseruata succedat loco legitimæ, an verò legitima sit tertia istius tertiæ partis; vtilitas est magna, nam si ista tertia à stat. nostro reseruata succederet loco legitimæ, vtiquè mater illam præcipuam haberet, nec ad solutionem æris alieni, vel legatorum, aliorumuè onerū teneretur, iuxta l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. magis
147 † communis est sententia, hanc tertiam partem à statuto matri addictam, non succedere loco legitimæ, sed legitimam dici tertiam partem huius tertiæ partis, cum legitima sit quota bonorum ab intestato prouenientium, & reguletur à causa intestati, glo. in auth. nouissima, in verbo titulo, C. de inoff. testam. Alexand. cons. 19. num. 4. lib. 6. Cravet. cons. 11. nume. 13. Cæphal. cons. 571. num. 38. & seq. at ista tertia bonorum omnium ab intestato matri per hoc statutum reseruatur, ergo legitima erit tertia tertiæ, Bald. in l. maximum vitium nu. 22. C. de lib. præter. Bursat. cons. 114. colum. prima, & seq. Lancell. Gall. cons. 72. num. 60. & seq. Rimin. Iun. cons. 405. lib. 4.
148 † Ideò si filius testatus decederet, non haberet necesse matrem instituere in hac tertia parte omnium bonorū, sed sufficeret eam instituere in tertia istius tertiæ loco suæ legitimæ, vt latè etiam tuetur, Lancell. Gall. cons. 72. nu. 60. cum seqq. pluribus.

Cōtrarium tamen suaderi posse videtur, † quia
149 statutum irrationale, & odiosū fuit in præiudicium matris in successione intestati, quæ demptis filijs, aut nepotibus ex fratre defuncti eiusuè fratribus, cæteros omnes excludebat, & in totū succedebat ab intestato, Honded. cons. 82. num. 13. lib. 2. glo. in l. prima in verbo potiorem, ff. de iur. & fact. ignor. §. consequens in auth. de hæred. ab intest. venient. statutū modò quò ad successionē intestati matri præiudicauit, quo verò ad causam testati nil prouidit, ergo remanet dispositio iuris communis, per quod succedit in legitima, quæ est

tertia pars omnium bonorum ab intestato prouenientiú, & secundum hanc sententiam consuluit Peregr. cons. 81. lib. primo, licet re vera alia ibi concurrebant, Stephan. Gratian. discept. forens. lib. primo, cap. 178. num. 14. vbi plures Rott. decisiones affert; sed tamen ibi statutum reseruabat legitimam matri, & per Bursat. cons. 115. lib. 1. vnde ego adhærerem sententiæ priori, vt scilicet sit tertia tertiæ partis sibi ab intestato per statutũ delatę, quia in detrahenda legitima attenditur
150 portio ab intestato debita, siue ex iure cõmuni, siue municipali. Alexand. cons. 197. lib. 6. Socin. Iun. cons. 67. nume. 61. & seq. lib. 2. Gabr. con-
151 sil. 10. num. 21. † meritò ademptio, diminutio, vel augmentum regulat ipsam legitimam, Menoch. cons. 280. num. 8. lib. 3. vbi per totum latè comprobat hanc sententiam, & sicut legitima quando mater succedit in proprietate est tertia tertiæ, vt dicimus, ita quando ei solum debetur vsusfructus in dicta tertia parte, puta extantibus alijs filijs legitima erit solũ tertia tertiæ partis quò ad vsumfructum tantum, Ancharan. cons. 421. præmittendum est Brun. in tract. quod stant. mascul. in 9. artic. principali primę quæst. versic. tertio verò casu, Bursat. cons. 114. numer. 3. libr. 1.
152 † Quod si præter personas expressas in statuto adesset alia persona nõ nominata, vt puta patruus, vel amita, tunc non esset locus statuti dispositioni, tamquàm casus esset mixtus, qui sub simplicibus in statutis non continetur; Dec. cons. 33. & 693. Alb. cons. 371. num. 4. Socin. Iun. cons. 23. num. 47. & seq. lib. 1. Cephal. cons. 53. nu. 101. lib. j. Bero. cons. 71. num. 6. & seqq. lib. 3. Honded. cons. 12. num. 15. lib. 2. & cons. 2. num. 35. & seq. eod. lib.
153 Sed pulcra est quæstio, quid si decedens filius relicta matre, vel auia, haberet vxorem prægnantem, quę partum immaturum édidit, puta sex, aut octo mensium, qui aliquot diebus vixit, exindeq; mortuus est, an locus erit dispositioni statuti, vt mater succedat in tertia parte bonorum, quò ad ad proprietatem, an verò quò ad vsumfructũ tantum, tamquam decesserit relicto descendente; prima facie videbatur dicendum matré succedere solum in vsufructu, cum filius decesserit relicto descendente, quia sat est filium habere, licet illicò decedat, l. vxoris ab ortu. C. de posth. hæred. instit. l. 3. C. eod. l. quod dicitur. ff. de lib. & po-
154 sthu. † Imò etiam si secto ventris vtero nascatur, successionis est capax, l. prima, §. fin. ff. vnd. cogn. Hinc Cæsar ita dictus à Ceso matris vtero, alia iura citat Tiraq. de iur. primog. quæst. 18 num. 2. vnde sat est partum viuum nasci, licet exinde moriatur etiam si vocem non emisserit, l. quod certarum, C. de posthu. hæred. instit. Bursat. consil. 63. nume. 20. Menoch. cons. 284. nume. 7. & 39. Peregr. de fideicom. art. 43. num 27.
155 † Contrariũ tamen verius existimo, primò quia partus immaturus, qui viuere non potest, habetur pro non nato, eiq; succedi non potest, Alex. & Ias. in l. quod dicitur. ff. de lib. & posthu. Cur. Iun. cons. 326. per tot. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cas. 89. num. 38. Tiraq. in l. si vnquam in verbo susceperit liberos, à num. 167. vsque ad num. 205. C. de reuocat. donat. & talis non rumpit testamentum, vt ibi per Tiraq. num. 205. Cla[illegible] testamentum, quæst. 45. Menoch. d. cons. 284. nume. 2. vbi de magis communi, quando autem partus dicatur immaturus, dicto obstetricum stãdum erit, Bart. in l. j. ff. de ventr. inspic. Boss. in tit. de homicid. num. 115. Paris. cons. 56. nume. 11. lib. 2. vbi num. 22. communem ait; Contraria tolluntur, cum intelligantur de partu non immaturo.
156 † Quod autem diximus de partu immaturo, idẽ pariter asserimus de partu maturo, sed qui natus est mortuus, l. qui mortui, ff. de verbor. signific. l. 2. C. de posthum. hæred. instit.
157 † Simile est in partu monstruoso, aut prodigioso, l. non sunt liberi, ff. de stat. hom. l. quæreret aliquis, ff. de verbor. significat. l. quod certarum C. de posthum. hæred. instit. Doct. in l. quod dicitur, ff. de lib. & posthum. plura Menoch. cons. 284. lib. 3.
158 † Idem quoque dicitur in nato in vndecimo mense, l. intestato, §. fin. ff. de suis & legit. hæred. §. fin. in auth. de restitut. & ea quæ parit in vndecimo mense, abundè Tiraq. in d. verbo susceperit liberos num. 290.

Quod mulieres maritatæ non veniant ad successionem cum fratribus, nisi vt infra. Rubr. 95.

Item statuimus, quòd sine testamento mulieres maritatæ, & dotatæ, vel dotatæ, & non maritatæ, & intelligantur dotatæ, si fuerint maritatæ de bonis auitis, paternis, maternis, fraternis, vel filiorum fratris, vel in ordine professæ, & filij, & descendentes ex ipsis mulieribus non faciant partem cum fratribus in ordine non professis expreßè, vel tacitè in hæreditate auita, paterna, materna, vel fraterna, neq; in dote materna cum masculis filijs fratrum non professis. In capillis verò mulieres extantes, vel non dotatæ cuiuscunque ætatis sint, faciant partem, nisi fratres, vel filij fratrum masculi non professi eas dotauerint, vel parati fuerint eas, cum effectu dotare, secundum qualitatem patrimonij, & personarum. Declarantes, quod si dicta mulier dotata fuerit, vel fuit viuo auo, sed mortuo patre, præsumatur dotata de bonis aui, si verò fuerit dotata viuo patre, præsumatur dotata de bonis ipsius patris. Si verò mortuo patre, sed viuo fratre mulieris, præsumatur dotata de bonis ipsius fratris. Et si patre, & fratre mortuis, sed viuo filio fratris dotata fuerit, præsumatur dotata de bonis ipsius filij fratris, donec per ipsam mulierem contrarium

probetur

probetur quicunq; casus fuerit ex suprascriptis casibus. Et intelligatur in fratribus, & sororibus vtroq; parente, vel ex patre tantum coniunctis. Prædictæ verò mulieres in capillis extantes non maritatæ cuiuscunque ætatis sint volentes se matrimonio copulare, vel alicui Monasterio se dedicare succedant simul cum fratribus, & filijs fratrum, pro rata sibi contingente de bonis defuncti in vsufructu tantum, quousq; dicta talis mulier velit dotari, & se matrimonio copulari, quia tunc dotetur vt superius dictum est. Et hoc statutum habeat locum in præteritis pendentibus, & futuris.

Summarium ad Statutum 95. in Ciuilibus.

1 Doctores tractantes circa materiam huius statuti.
2 Filia dotata à præterita ex hoc statuto, non contratabulat testamentum paternum.
3 Filia dicitur ex hoc statuto exclusa à legitima, & num. 5. & 29.
4 Amplia, vt etiam dicatur exclusa à supplemento legitimæ, & num. 30.
6 Legitima quid sit.
7 Masculi ex hoc statuto habent actionem.
8 Validum hoc statutum.
9 Hoc statutum quare factum sit, num. 10.
11 Hoc statutum, an dicatur factum ea vnica ratione conseruandi bona in agnatione, & nu. 12.
13 Statutum admittens fœminas pro parte, non dicitur factum, ratione conseruandæ agnationis.
14 Filia ex hoc statuto dicitur solum exclusa ab intestato, & quare num. 15.
16 Dotata, quando mulier dicatur, & nu. 17. & 18. & præsumptionibus probatur.
19 Fœmina, an debeat esse dotata, & maritata, vt excludatur ex hoc statuto, & num. 21.
20 Et copula, requirit concursum vtriusq; copulati.
22 Fœmina, adhoc vt excludatur, an debeat esse dotata, tempore delatæ hæreditatis illius, de cuius successione agitur, & vide nu. 24.
23 Hoc statutum odiosum.
25 Hoc statutum, an procedat in fœmina possidente bona paterna.
26 Filia ex hoc statuto exclusa à successione, non dicitur exclusa ab alimentis.
27 Dos, an hoc casu, possit esse minor legitima, & nu. 28. 29. & seq.
Quid, si esset enormissimè læsa?
31 Fœmina, an dicatur exclusa solum ab hæreditate dotãtis, an verò ab omnibus, & nu. 32. 33. & seq.
35 Hoc statutũ, an excludat fœminas existentes extra territorium.
36 An comprehendat forenses, & num. 37.
38 Hoc statutum, an comprehendat fœminas existentes in matrimonio spirituali.
39 Hoc statutum, an procedat in hæreditate clerici, & vide nu. 50. & 70. 81. 85. 86. & 93.
40 An hoc statutum comprehendat pecunias, seu nomina debitorum, quorum exactio in loco, vbi viget statutum, est destinata.
41 Auctor in facti contingentia, amplexus partem negatiuam, vnà cum DD. Rauescalla, & Gualla Doctoribus Papiensibus. Contrariũ tamen consuluerunt DD. Sfortia Oddus, & Borgninus Caualcanus.
42 Actus consistit ex potentia, & voluntate.
43 Laici nõ possunt statuere circa personam clerici.
44 Statutum permittens offendi declinantem iurisdictionem Prætoris, non comprehendit clericũ.
45 Statuentes non dicuntur voluisse disponere circa prohibita.
46 Filia renuncians hæreditati paternæ, potest succedere fratri.
47 Statutũ intelligitur excludere fœminas à successione dotantis.
48 Allegationes D. Gualla, in fauorem fœminarum.
49 Soror de iure cõmuni admittitur ad successionem fratris, & nu. 78.
51 Ius commune habet locum, cessante statuto.
52 Ex verbis Rubricæ, potest argui ad declarationẽ Nigri.
53 Extensio de persona ad personam, non fit ad exclusionem.
54 Statutum Papiæ ad litteram intelligendum, & qualiter intelligendum nu. 57. 58. & 59.
55 Statutum, propriè, & strictè intelligendum.
56 Quod non dicit statutum, nec nos dicere debemus.
60 Patruus, an in hæreditate nepotis ex fratre, excludat amitam.
61 Nepos dicitur in tertio gradu.
62 Frater dicitur in secundo gradu.
63 Remotior in gradu, dicitur minus dilectus, quam proximior, & est postponendus ei.
64 Ius succedendi habet vicissitudinem.
65 Dictiones positæ in contextu vnius partis, ad illam tantum referendæ.
67 Statutum excludens fœminas, procedit, si adsit masculus in pari gradu.
68 Allegationes Auctoris in fauorem fœminarum, in hæreditate clerici.
69 Clericus ex indultu Pontificis, potest habere hæredem in fructibus beneficiorũ, & acquisitis ab eis.
71 Quod non potest directè, nec per indirectum.
72 Statutum interpretandum, vt magis cõformetur iuri communi, & illud minus lædat.
73 Amplia, maximè in statutis correctorijs iuris cõis.
74 Statutum ligat clericum, quando iniecit vinculũ antè clericatum.
75 Statutum, quando dicatur inijcere vinculum antè clericatum, vt nu. 82. 94. 101. 102. & 103.
76 Bona acquisita ex fructibus Ecclesiæ, non subsunt statutis laycorum.
77 Allegationes D. Sfortiæ Oddi, quod hoc statutum procedat in hæreditate Clerici.
79 Stat. laycorũ nõ cõprehendant clericos, & nu. 106
80 Statuta solum comprehendunt subditos.
83 Clerici an gaudeant beneficio huius statuti ad excludendas fœminas, & nu. 132.
84 Moniales, an ex hoc statuto excludantur à masculis, & nu. 100. 130. & 131.
86 Statutum generale, quando comprehendat clericum, & nu. 87. 88. & 99.
89 Aequalitas in successione est seruanda.
90 Stante statuto, quod priuignus succedat vitrico vitricus etiam succedet priuigno.

91 Amplia etiam in dispositione correctoria.
9[illegible] Volens uti beneficio statuti pro se, debet pati alios, uti contra se.
95 Lex maximũ vitium C. de lib. prater. correctoria Iuris Romanorum & Diuini.
96 Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos, non dicitur contra ius commune, sed contra Ius Iustiniani.
97 Clericus non testando, videtur voluisse facere hæredem vocatum à lege.
98 Testator videtur se velle conformare iuri municipali.
104 Bona clericorum acquisita de fructibus Ecclesiæ in Dominio Mediolani, dicuntur patrimonialia.
105 Allegationes D. Borgnini Caualcani, quod hoc statutũ habeat locum, etiã in hæreditate clerici.
107 Casus omissus à statuto, resoluitur secundum ius commune.
108 Soror de iure communi succedit cum nepote in hæreditate fratris.
110 Berta Zzl. cons. 64. num. 23. incautè locutus.
111 Clerici in Dominio Mediolani, de fructibus beneficiorum, possunt liberè disponere, prout de patrimonialibus, & nu. 113. 114. & 116. & 119.
112 Papa in fructibus beneficiorum est absolutus dominus, & dispensator, & supra ius.
115 Vtile dominium bonorum Ecclesiasticorum apud emphyteutam, dicitur profanum.
117 fructus bonorum Ecclesiasticorum, gaudent priuilegio fori apud clericos extantes, secus mortuo clerico, ratio nu. 118.
120 Auctor se corrigendo tenet statutum comprahendere hæreditatem clerici.
121 Doctori pro vna parte consulenti licet variare, vbi videt veritatem in contrarium.
122 Corrigere se ipsũ laudabilius, quã ab alio corrigi
123 Nepos ex filio excludit fœminam, licèt statutum de eo non loquatur.
124 Statut. excludens sororẽ propter fratres, non habet locũ in filijs fratrũ, & vide nu. 125. vbi cõtra.
126 Statutum vocans fratrem ad exclusionem sororũ, an comprahendat fratrẽ patruelem, siue, fratrẽ defuncti.
127 Statutum hoc, an comprahendat masculos legitimatos per subsequens matrimonium.
128 Quid in legitimatis per priuilegium, & vide nu. 129. 142. & 144.
133 Masculi ad excludendas fœminas, an debeant adesse tempore delatæ successionis, & vide nu. 183
134 Quid si esset in vtero tempore delatæ successionis.
135 Fœmina alibi nupta, an per hoc stat. excludatur.
136 Iudæi, an hoc statuto comprahendantur.
137 Hoc statut. an comprahendat bona extra territorium existentia, & nu. 138.
139 An comprahendat forensem, quò ad bona existentia in foro statuentium.
140 Extraneus institutus, an hoc statuto cõprahẽdatur
141 Masculus adoptiuus, an ex hoc statuto fœminam excludat.
143 Spurius à Principe legitimatus, an fœminam excludat ex hoc statuto.
145 Masculi incapaces, an fœminas ex hoc statuto excludant, & nu. 180.
146 Fœmina an admittatur, masculo semel admisso moriente, & nu. 148. & seq.
147 Semel exclusus perpetuo durat exclusus. [tur
150 Masculis nolentib. succedere, an fœmina admittã
151 Fœmina semel admissa cũ masculis, amplius nequit expelli, nisi masculi fuerint minores.
152 Fœmina, an dicatur admissa, si dedit in dotẽ partem bonorum de consensu masculi.
153 Hoc statutum non procedit, nisi masculo volente.
154 Statuto huic, an possit derogari per defunctũ, vel Principẽ. Filia, an possit in actu dotationis sibi reseruare ius succedendi cum consensu patris.
155 Statutũ hoc, an procedat in bonis feudalibus.
156 Fœmina an admittatur, si nullus extat masculus.
157 Statutũ hoc, an procedat, si masculi nominati non succedant, sed extranei.
158 Statutum hoc an dicatur excludere fœminam, etiam ab hæreditate sororis, & neptis. [ex eis.
159 Fœminis exclusis, dicuntur exclusi oẽs descẽdẽtes
160 Inhabilitas medij, impedit extrema coniungi.
161 Matre exclusa à contractu emphyteutico, dicitur etiam exclusus eius filius.
162 Stat. excludẽs filiã, dicitur ẽt excludere neptem.
163 Statutũ excludens fœminam, dicitur excludere etiam masculum ex ea.
164 Statuto excludente fœminam dotatam, dicitur exclusus masculus ex ea.
165 Descendentium nomine comprahenduntur masculi, & fœminæ in infinitum.
166 Hoc statutum, an procedat vnico tantum masculo existente.
167 Emphyteusis accepta pro se, & filijs, stante hoc statuto, intelligitur primo de masculis, & nu. 170
168 Amplia idẽ in institutione facta à patre de filijs.
169 Testatoris dispositio intelligitur secundum dispositionem iuris, & 171 intellige, vt nu. 172.
173 Masculo decedente superstite sorore, & amita, quis eorum præferatur, & vide nu. 174 vbi cõtra
175 Filius ex hoc statuto excludit sororem, si velit, alias secus.
176 Beneficium transmissionis non procedit in successione delata ex statuto. Filia relicta à patre, an excludat patruum.
177 Fœmina, an succedat vnà cum patre superstite ad hæreditatẽ fratris præmortui, & vide nu. 178. vbi contra.
179 Fœmina, an succedat masculo existente bannito.
183 Masculus ex vna vxore, an excludat fœminam ex alia vxore in hæreditate materna dicta fœmina, & vide nu. 240.
184 An fœmina dicatur ex hoc statuto exclusa ab hæreditate filij fratris.
185 Filia exclusa, an computetur in numero filiorum ad augendam legitimam masculorum, latissimè cum pluribus seqq. & distingue, vt nu. 191. & seq. & nu. 206. cum seq.
186 Legitima filiorum quæ sit.
187 Salyceti opinio in Auth. nouissima, nu. 11. explosa
188 Doctores qui tenuerunt filiam exclusam non computari in numero filiorum.
193 Portio fœminis ablata, dicitur fauore filiorum, ideo eis habet accrescere.
194 Inducta in fauorẽ non sunt retorquenda in odiũ.
195 Dos filiæ quoties subrogatur loco legitimæ, tunc filia computatur in numero filiorum.
196 Fœmina ex hoc statuto, non dicitur simpliciter exclusa, & num. 198. & nu. 202.
197 Filiorum numerus in legitima consideratur respectu successionis.
199 Casus à stat. õmissus, remanet sub dispõne iur. cõis.
200 Hoc stat. principaliter confectũ fauore masculorũ.
201 Filia non computatur in numero masculorum ad eorum odium, secus in eorum fauorem.
204 Dos, quando succedat loco legitimæ, & quando non, & num. 205.

207 Doctori

1 Circa hoc statutum plura adduci possunt, de quibus latissimè per Brun in suo tract. stat. fæmin. exclud. per totum, & per Ant. Gabr. in suis cómunibus, in tit. de statutis, concl. 4. cum tribus seqq. Crass. de success. §. successio ab intestato, q. 3 latissimè Carpan. ad statut. Mediol. cap. 278. Borgnin. decis. 29. per totam, part. 3. Ceph. cons. 616. Bertazzol cons. 62. ciuil. Marescot. var. resolut. lib. primo, c. 8. Morot. cons. 7. Roman. consil. 16. Ias. consil. 106. Gabr. cons. 15. Ceph. cons. 245. & 278. Francis. Veg. consil. 49. & 50. ea solum tamen ponenda curabo, quæ magis vtilia sint, & praxi magis conducibilia; qui autem voluerit habere plenam materiam, recurrat ad DD. supra adddu&ctos, apud quos ad nauseam scriptũ reperitur, & ad decisionem Borgnin. 33. part. 3. vbi latè circa hoc statutum versatur, nu. 6. & alios citaui infra nu. 9. & 10.

2 In verbo, Item statuimus] nota † quod stante hoc statuto, filia dotata præterita in testamento paterno, non potest testamentum paternum dicere nullum, nec cõtratabulare, Bald. in l. posthumus, §. si quis ex his, ff. de liber. & posth. Alexan. cons. 19. nu. 4. & cons. 125. nu. primo, cum seq. vbi Appost. ad eum, lib. 6. Roman. cons. 13. num. 1. vbi Mandos. in appost. ad cũ plures, & infinitos adducit cósulentes, testantes de magis cói, Dec. in l. filiæ nu. 4. C. de collat. Clar. in §. testamentum, q. 42. nu. 6. Peregr. de fideic. art. 36. nu. 38. & cons. 32. nu. 11. lib. 2. & cons. 21. nu. 15. lib. 4. Crassus de success. §.
3 testamentum, q 36. nu. 6. & † quod stante statuto excludente filiã dotatã, dicatur ẽt filia à sua legitima exclusa, tenet Dec. cons. 26. nu. 4. 505. nu. 7. cũ infinitis pluribus congestis per Menoc. cõs. 81. nu. 3. vbi de cõmuni, vol. primo, ante eũ Ceph. cons. 5. nu. 44. & seq. vol. primo, Rim. iun. cons. 37. nu. 27.
4 & seq. † quo casu, & consequenter, nec suplementũ legitimæ petere potest, Ang. cõs. 105. in fine, Corn. cons. 116 nu. 7. lib. 2. Anchar. cons. 428. Dec. cons. 26. per tot. Ruin. cons. 56. num. 4. lib. 3. Roll. à Vall. cons. 62. nu. 4. lib. 3. Rim. iun. d. cons. 37. num. 30. Crauet. cons. 11. num. 13. lib. 1. testans de cómuni, prout etiam Bertazzol. cons. ciuili 109. nu 15. lib. primo, Hond. cons. 10. nu. 16. cũ seqq. lib. 1. & cós. 11. nu. 32. lib. 2. Decian. cons 6 nu. 43. & seq. lib. 1. qui declarat non procedere, quãdo esset enormissime læsa, Paul. de Monte pico. plenissimo cons. 78. vbi loquitur in præsenti statuto nostro, Honded. cós. 11. nu. 31. & seq. lib. 2. & inf. nu. 31. vbi alia, & alia adduxi latissimè, Peregr. cós. 21. per totũ lib. 4
5 & quod stat. excludens à successione, censeatur ẽt ex-
6 cludere à legitima, quæ † est portio eius, quod quis est habiturus ab intestato, l. Papinianus, §. quando autem quarta, ff. de inoff. test. tenet etiam Beccius consil. 107. nu. 7. Gozad. cons. 43. num. 24. & 27.

Surd.conf. 401. nu. 24.lib. 3. & scias, quod licèt verba dispositiua huius statuti non dirigantur in
7 masculos, † tamen ipsi habent actionem ex dicto statuto ad succedendum, Bart. in l. seruo legato, §. si testator, ff. de leg. primo, & in l. secunda, §. fin. ff. de collat. bonorum, Alex. cons. 69. nu. primo, lib. primo, Ias. in l. prima, nu. 51. ff. de off. eius, Dec. cons. 378. col. prima, 383. num. 4. & quod huiusmodi statutum excludens fœminas propter masculos habeat virtutem inclusiuam, vt masculi succedant, tenet expressè Bart. in l. 2. §. videndū, num. primo, in fine, ff. ad tertul. Ias. in l. seruo legato, §. si testator, ff. leg. primo, cum alijs adductis per Rim. iun. cons. 294. num. 12. cum seq. lib. 3. Honded. cons. primo, nu. 73. lib. 2. & cons. 15. num. 6. lib. 2. Surd. cons. 85, num. 37. lib. pri, sequitur Rim. iun. cons. 294. num. 12. lib. 3. est
8 autem notandum † huiusmodi statutum validum esse, & fuisse introductum ratione conseruandæ agnationis, vt firmat Brun. super stat. fœmin. exclud. artic. 3. nu. primo, cum seqq. plures ad hoc congerit Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de stat. concl. 6 vbi latissimè Crass. de success. §. successio ab intestato, q. 3. nu. primo, & in specie,
10 quod † huiusmodi statutum dicatur factū fauore agnationis, & masculorum, tenent Curt. sen. cōs. 9. nu. 13. & Picus cons. 85. nu. 4. & 69. cum seq. cū alijs, de quib. per Borgnin. decis. 33. nu. 9. part. 3. idem tenent Soc. iun. cons. 22. nu. 2. lib. 3. vbi alios allegat, & de cōi testatur, de cōi pariter Thob. Noni. cons. 42. n. 30. Bursat. cōs. 302. nu. 10. lib. 3. Honded. cons. 6. nu. 2. lib. primo, Cephal. cons. 245. num. 11. & seq. Peregr. cons. 21. num. 23. & seq. lib. 4. Monald. cons. 13. num. 2. & seq. lib. 2.
11 Viu. decis. 469. num. 5. part. 3. † Sed dubium est, numquid huiusmodi statutum dicatur factum ex sola, & vnica ratione conseruandi bona in agnatione, adeò vt ex ea argui possit, sicut si esset expressa, quidam tenuerunt, quod sic, per latè congesta per Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de statutis, concl. 6. nu. 3. vers. secūdo amplia, quibus addo Thob. Nonium cons. 42. nu. 30. Decis. auen. 84. in principio, Ceph. cons. 306. num. 73. & 521. nu. 10. Roll. cons. 55. nu. 32. lib. 1. Mandos. ad Roman. cons. 16. Burs. cons 95. nu. 8. Alb. cons. 94. nu. 4. & pro expressa haberi tenet, Alex. cons. 24. in fin. lib. 2. & cons. 89. nu. 4. lib. 6. Dec. cons. 332. nu. 7. Curt. sen. cons. 80. nu. primo, & 2. Ruin. cons. 203. num. 11. lib. 2.
12 Contrariam tamen opinionem, quod non censeantur statuentes ex vnica ratione moti, ita vt habeatur pro expressa, & ab ea argui possit, cum potuerint multis alijs rationibus moueri tenuerunt pariter plurimi citati ab eodemmet, Gabr. d. concl. prima nu. 4. vbi n. 7. dicit hanc magis cōem. licèt, vt plures præsumantur rationes, de qua etiam per Thob. Noniū consil. 16. num. 11. Grat. cons. 20. nu. 13. lib. primo. Cephal. cons. 250. num. 60. lib. 2. Honded. pariter de magis communi testans, cons. primo, nu. 54. & cons. 8. num. 55. & seq. volum. primo, Bertazzol. cons. ciuil. 62. nu. 40. &
13 seq. † scias etiam, quod si statutum pro parte admitteret, etiam fœminas, non videretur habuisse rationem conseruandi agnationem, Thob. Noni. cons. 16. nu. 11. sequitur Honded. cons. 1. nu. 55. lib. primo.
14 In verbo, quod sine testamento] nota, † quod licèt statutum nostrum non expressisset, quod sine testamento, adhuc tamen intelligerentur fœminæ exclusæ solum ab intestato, & non ex testamento, Brun. in tract. stat. fœmin. exclud. art. 8. quæst. 8. num. 27. vbi plures allegat, nam statuentiū mens
15 † Fuit tantùm prouidere masculis, in casu, in quò sine prouisione testatoris bona deuoluebantur ad alios, Card. cons. 111. nu. 6. propè finem, Dec. in l. generaliter, num. 5. vers. sed tamen, C. de inst. & subst. Honded. cons. 57. nu. 75. lib. primo, Carp. ad statuta Mediol. cap. 178. nu. 38. & vide etiam Albam cons. 656. nu. 2. & 459. nu. 10. vbi tradit, an filia possit venire contra testamentum, in quo fuit præterita, vel ex quo masculi non succedunt.
16 In verbo, mulieres maritatæ, & dotatæ] quæro † quando mulier dicatur dotata, & dici dotatam, si tantū sit promissa dos, nullo subsecuto matrimonio, tenet Ias. in rubr. nu. 23. ff. solut. matr. Brun. in d. stat. fœmin. exclud. art. 6. quæst. 7. num. 213.
17 vbi latissimè circa hoc; † dicitur etiam dotata, cui reperitur facta dotis compensatio, Afflic. in const.
18 regni, rub. 24. de success. nob. nu. 34. lib. 1. † tertio dicitur pariter dotata; si dos sibi fuerit in testamento patris assignata, Alciat. consil. 271. nu. 9. dotatam autem esse mulierem coniecturis, & præsumptionibus probatur, Decian. responso 49. prima ergo, nu. 4. lib. 2. Mascard. de probat. concl. 565. dos, vt probetur, Menoc. de præsump. lib. 3. præsumpt. 7. num. 6. & in dubio mulierem maritatam præsumi dotatā tradidere Corn. cons. 282. circa primum, num. 38. lib. primo, Dec. cons. 135. ad consultationem, sub num. 2. & nota, quod
19 dum statutum vtitur his † verbis, maritatæ, & dotatæ, videtur requirere vtrumq; scilicet, quod sint dotatæ, & maritatæ simul, quod suadet co-
20 pula, † &, quæ requirit concursum vtriusq; copulati, l. si hæredi plures, ff. de cond. instit. Alex. cōs. 48. nu. 3. lib. primo, latè Ias. in l. prima, ff. de iust. & iur. & quod vtrumq; requiratur ad hoc, vt mulier excludatur, Brun. in d. art. 6. quæst. 28. num. 321. Surd. consil. 45. num. 29. & seq.
21 † Hoc tamen non procedit in casu nostro, per illa verba subsequentia in statuto nostro posita, scilicèt, vel dotatæ, & non maritatæ] & sic sufficit in casu nostro, ad effectum, vt excludantur, quòd solum sint maritatæ.
22 Sed circa hoc oritur dubium, † an ad hoc, vt fœminæ excludantur ab hæreditate horum, de quibus in hoc statuto, requiratur, quod fuerint dotatæ tempore quo fuit delata hæreditas illius, de cuius successione agitur, & videtur dicendum, quod sic, prout fuit de mente, Bart. in l. titio centum, §. titio genero, ff. de cond. & demonst. firmat expressè Bald. in l. si pater. C. de sponsal. & in l. nō solum, C. de bonis, q; lib. Castr. in l. de diuisione, ff. solut. matr. Soc. consil. 121. col. prima, volum. primo, & consil. 147. num. primo, eod. vol. Alex. cons. 162. col. 2. vol. 6. Paul. de Castr. consil. 108. Anchar. consil. 330. Alb. cons. 107. sub nu. 8. vol. 2. Alex. consil. 48. col. prima, vol. 3. de communi, Rolan. cons. 96. num. 29. in fine, vol. 4. ex quibus infertur, quod si tempore quo defertur hæreditas filia non esset dotata, quod tunc posset succedere vnà cum fratribus, vt consuluit Natta consil. 74. colum. 4. in fine, vol. primo, Corneus cons. 131. col. 2. vol. 4. Rol. d. cons. 96. vol. 4. Ludouic. Morot. consil. 11. vbi consuluit non solum filiam succedere in hæreditate delata, sed hoc verum, etiam si non esset agnita, & ratio huius decisionis ea est,
23 † quia cum hoc statutū odiosum sit, ex quo excludit filiam, contra dispositionem, l. maximum vitium

vitium, C. de lib. præt. debet strictè intelligi, & non extendi ad casum, in quo non reperitur qualitas requisita à statuto, cap. quia circa de elect. in sexto, alia clarior ratio est, quia cum verba statuti dicant, quod filia dotata non succedat, illud verbum (dotata) refertur ad verbum succedat, vnde debet esse dotata tempore successionis, & non post, Corneus cons. 75. vol. primo, Ceph. consil. 5. num. 26. vol. primo, Ias. in l. fin. C. de pact. Curt. iun. consil. 20. colum. 3 in fine, Dec. cons. 71. col. prima, & cons. 266. col. prima, Nat. cons. 74. col. pen. vol. 1. hæc tamen quę dicta sũt nempè ad hoc, vt mulier excludatur, requiratur,
24 quod sit dotata tẽpore delatæ successionis; † non procedunt in casu huius nostri statuti, dum statutum nostrum vult dictas mulieres excludi per masculos, etiam si non sint dotatæ, dummodo tamen fratres parati sint eas dotare cum effectu, vt habetur in illis verbis, scilicet, in capillis &c. vltra quod DD. supra adducti loquuntur, quando statutum loquitur istis verbis, vel æquipollentibus, scilicet, stantibus masculis fæmina dotata non succedat, nam tunc cum verbum (dotata) referatur ad verbum succedat, debet intelligi de dotata tempore delatæ successionis, sed statutum nostrum, non sic loquitur, sed vult, quod fæmina dotata non faciat partem cum fratribus &c. quo casu videtur sufficere, quod sit dotata tempore delatæ successionis, ità Curt. iun. d. cons. 10. num. 9. & quod tempus inspiciatur ad hoc, vt dicatur dotata, vel congruè dotata dicemus infra.

25 † An autem hoc statutum loquens de muliere dotata, vel dotanda, habeat locum in ea, quæ teneret, & possideret bona paterna, seu illius, de cuius hæreditate agitur; dic quod sic; siue sit maritata, siue in capillis existat, & tunc excluditur, prout si appareret fuisse dotatam, cum præsumantur huiusmodi bona sibi data fuisse pro dote, & nomine dominij, & ex causa dotis, ea tenuisse, & possedisse, ita in puncto Borgn. decis. 29. num. 13. part. 3. vbi num. 2. huiusmodi mulierem ait exclusam ab hæreditate propter masculos, non tamen censeri exclusam ab alimentis.

27 † Sed quæro, an in hoc casu requiratur, quod dos non sit minor legitima, & videtur dicendum, quod hoc casu dos non debeat esse minor legitima, ita tenet Alex. cons. 69. num. 2. vbi appost. lib. primo, licèt plura allegabat, Alex. cons. 7. nu. primo, cum seq. lib. 2. Decian. plures adducens, cõs. 54. lib. primo, Crauet. cons. 681. 683. & 764. loquẽs in punctualibus terminis huius statuti, & volens, quod si sit dotata in minori portione, quàm sit legitima, possit agere ad suplementum, Ruin. cons. 60. in primo dubio, lib. 3. † Contrarium tamen,
28 quod imò non requiratur, quod dos ascendat ad legitimam, sed sufficiat, quod à patre fuerit dotata, est magis communiter acceptũ, vt per Curt. iun. dicto cons. 10. Brun. tract. de statuto exclud. fæmin. artic. 9. nu. 32. Tiraq. in repet. l. si vnquã in præfatione nu. 36. & in verbo susceperit liberos nu. 110. & seq. C. de reuoc. donat. Carpan. ad d. statutum 278. num. 117. cum seq. & ita aliquando respondi, dum casum haberem præmanibus, quod
29 stante hoc statuto, fæmina intelligatur exclusa à legitima, Dec. consil. 296. nu. 2. & 299. num. 5. ac cons. 303. nu. 9. Clar. lib. 4. receptarum sententia-
30 rum, §. testamentũ, quæst. 42. nu. 6. † vbi expressè tenet, stante hoc statuto, non posse petere legitimam, nec eius supplementum, vt dixi etiam supra in principio, num. 4. Menoch. de arbitr. iud. casu 149. vbi latissimè cum alijs pluribus citatis per Crassum de successionibus, § legitima, q. 3. nu. 6. vbi post relatos plures DD. in contrarium, testatur hanc opinionem esse receptiorem, nempè, quod non possit petere legitimam, nec agere ad supplementum, & alios in id supra retuli, in principio, nu. 4. & abundè Aldouin. de Aldouin. inter cons. Peregrin. consil. 21. per totum, vbi de magis communi asserit, & contraria omnia submouet, lib. 4. & stante hoc statuto, dos mensuram non recipit à legitima, Crauet. cons. 940. in controuersiam, lib. 5. Decian. cons. 32. col. prima, & seq. Laderch. hanc receptissimã asserens, & plures adducens cõs. 127. & si abundè, Peregr. cons. 86. lib. primo, nisi tamen esset ipsa filia ità modicè dotata, vt enormissimam læsionem contineret, tunc enim etiam si renuntiasset cum iuramento, agere posset ad dotis cõgruitatem, habita ratione ad legitimam, Dec. plenissimo cons. 180. & seq. Cephal. cons. 6. num. 14. 137. num. 57. & 142. per totum, Maluas. cons. 126. plenius, Camil. Borel. cons. 4. Aeques Ruger. cons. 16. Eugen. cons. 29. Lancelot. Gal. cons. 34. nu. 27. & seq. & quo magis sunt pregnantes, & amplę clausulæ, renuntiationis, eo magis doli suspitio oritur, Crauet. cons. 192. ante nu. 11. Riminaldus iunior consilio 218. numero 83. & facta patri, meticulosa præsumũtur, Soc. sen. cõs. 263. num. 3. & seq. lib. 2. Ruger. cons. 16. num. 78. & seq.

31 † Oritur autem dubium nunquid huiusmodi mulier dicatur solum exclusa, vigore huius statuti ab hæreditate dotantis, an verò huiusmodi statutum debeat operari effectum exclusiuum ab omnibus successionibus, etiam si dos ab vno dumtaxat fuerit emanata, & videtur dicendum solum videri exclusam ab hæreditate dotantis; prout tenuit gl. fin. in l. prima, vbi Bald. & Castr. C. de legit. hered. Corneus cons. 74. nu. 15. vol. primo, de communi. Dec. cons. 346. nu. 3. Brun. d. statuto fæmin. exclud. art. 8. q. 16. cum infinitis alijs congestis, per Anton. Gabr. in suis communibus, in
32 tit. de statutis, concl. 5. nu. primo; Contrarium tamen in casu nostro est verius, nempè, vt intelligatur exclusa, ne dum ab hæreditate dotantis, sed etiam ab omnibus personis in statuto enumeratis de quarum exclusione, & successione agitur, cum verba statuti nostri, adeò clara sint, vt nequeant in dubium refricari. Bald. & Castr. in l. prima, C. de legit. hæred. Roman. cons. 485. Dec. cons. 379. col. 3. num. 8. ità de communi Curt. iun. cons. 10. num. 6. ac cons. 65. colum. fin. cum pluribus alijs congestis per Ant. Gabr. in tit. de statutis, d. conclus. 5. nu. 2. & 3. ità etiam Cephal. cons. 178. nu. 14. versic. nec obsistit, vol. 4. Menoch. cons. 3. nu. 13. versic. 9. ac vltimo, ac nu. 28. versic. non obstat vltimum, lib. primo, Abb. asserens hanc veriorem cons. 98. nu. 2. Borgn. pariter in puncto huius statuti, decis. 33. num. 10. part. 3. Honded. cons. 10. nu. 42. lib. primo, † scias tamen, quod huius-
33 modi statutum exclusiuum fæminarum locum solum habet in casibus in eo expressis, vt per Grat. cons. 41. nu. 27. lib. 2. Dec. cons. 451. nu. 8. Ceph.
34 consil. 247. num. 37. & seq. lib. 2. † quod procedit, non solum ad effectum excludendi, sed etiam respectu inclusionis, Honded. cons. 8. num. 13. & seq. lib. primo.

35 † An autẽ hoc statutũ excludens fæminas, propter masculos, intelligatur etiã excludere à bonis

extra territorium existentibus. dic quod non, & ideò ad bona in alterius ditionis loco sita non extenditur, de magis communi, Alex. consil. 16. viso tit. lib. primo, Bald. in l. maximum vitium, C. de lib. præter. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 76. part. 2. & hanc Rott. amplexa est, teste Hercule Marescott. variar. resolut. lib. primo, cap. 9. nu. 9. & seq. siue statutum loquatur in rem, siue in personam, Tiraq. de iure primogen. quest. 46. nu. 2. etiam si maior pars bonorum esset in districtu statuentium, Marescot. d. cap. 9. nu. 21.

36 † An autem hoc statutū compræhendat forenses, vide Honded. consil. 11. num. 8. & 9. & cons. 52. lib. primo, & vide consi. 13. num. 33. eodem lib. primo, & quod huiusmodi statutum non exexcludat fœminas forenses, etiam à bonis sitis in territorio, cum loquatur in persona, tenet Bart. in l. cunctos populos, num. 42. C. de sum. trin. & fid. cath. quem plures sequuntur, vt per Rollan. cons. 24. lib. 3. sequitur Honded. cons. 10. num. 28. lib. 2. & cons. 11. num. 21. lib. primo, vbi alios refert Gaspar. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. q. 4.

37 Contrariam tamen opinionem, quod imò, licèt statutum loquatur in personam, quod excludat fœminas forenses à bonis sitis in territorio, cum intentio statuentium fuerit disponere de bonis, & cum agatur in eo, non de persona, sed de acquisitione, quo casu debeat inspici locus rerum acquirendarum, amplexi sunt plures DD. scilicèt, Alex. consil. 19. lib. 6. appost. ad eum consil. 44. lib. 5. Brun. de statuto, quod stant. masc. art. 6. nu. 4. vsq; ad nu. 21. Tiraq. de iure primog. quæst. 46. nu. 32. & seq. Franc. Becc. consil. 62. num. 23. Thob. Non. cons. primo, nu. 57. Crau. cons. 201. nu. 14. & 15. & consil. 271. nu. 2. lib. 2. Paris. cons. 84. nu. 45. lib. primo, Rimin. sen. cons. 236. nu. 22. lib. 2 Port. Imol. cons. 127. nu. 2. & 3. Rub. Alex. cons. 71. in fine, Soc. iun. cons. 62. nu. 2. lib. 3. siue loquatur in rem, siue in personā, vt ibi de cōmuni, Gozad. cōs. 49. Curt. iun. cōs. 5. nu. 42. lib. 1. Grat. cons. 21. nu. 30. lib. primo, Soc. iun. cons. 62. nu. 2. & cons. 25. num. 12. lib. 3. Cephal. cons. 305. per totum lib. 3. Rimin. iun. cons. 353. nu. 163. & seq. lib. 4. Berous 155. num. 41. in fine, lib. 2. Decian. cons. 71. nu. 6. & seq. lib. 2. Marescot. variar. resolut. lib. primo, cap. 9 in primo dubio, & ab hac non recedas; quidquid in cōtrariū voluerit, Hond. post alios per eum citatos, cum statutum nostrum loquatur etiam in rem, & Curt. in d. concl. 5. loquatur in terminis huius statuti, iura, & rationes non refero, cum ibi videri apud eos possint.

38 † An etiam hoc statutum excludens feminam dotatam, ità locum habeat in matrimonio spirituali, sicut in temporali, & carnali; dic quod sic, vt tradunt, Bart. in l. titio, centum, §. titio genero, in fine, ff. de cond & demonstr. Soc. sen. cons. 241. nu. 8. lib. 2. cum alijs de quibus per Menoch. cons. 658. nu. 5. lib. 7. Natt. disputans ad partes, in tract. quod stant. mascul. 2. quæst. artic. 12. Rip. auus meus maternus, in l. in quartam, num. 155. ff. ad l. falcid. Quæro pariter, an statut. nostrum compræhendat pecunias, siue nomina debitorum, quorum exactio in loco, vbi viget statutum est destinata, licet extra territorium contractus fuerit celebratus, & concluditur fœminam à successione illorum excludi, ob donationem, licet n. cō. rouertant Doct. an actiones censeantur esse in loco obligationis, an verò solutionis, magis communis est, dici in loco exactionis, Castrens. cons. 320. lib. primo, Tiraq. de retr. lig. rag. §. 36. glos. 3. nu. 15. cum seq. & ità per Rot. fuisse iudicatum, testatur Marescot. var. resolut. lib. pri. cap. 9. in 3. dubio, nu. 13. & seq.

40 Sed occurrit dubium, nunquid statutum hoc habeat locum in hæreditate clerici; & circa hanc quæstionem variarunt admodum DD. vt per Gaspar. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. prima, & secunda, & cum casus euenisset Papię, in persona Reuer. Præpositi Lumeli, qui decesserat relictis duabus sororibus, scilicèt Tulia, ac Catherina, & Alfonso Aycardo nepote ex fratre Præpositi, nō defuerunt plures DD. qui consuluerunt pro vtraque parte, & partem negatiuam in fauorē dictarū
40 sororum † ego sum tutatus, post præstantissimū Reuer. D. meum Marcū Antonium Rouescalam, & D. Thomā Gualam præceptores celeberrimos & iuris primarios, qui ambo in ea fuerunt sententia, vt memoratum statutum non vendicaret sibi locum in persona dicti Reuer. Præpositi Clerici, & ideò dictas sorores fore admittendas ad dictam hæreditatem, ex dispositione Iuris communis, contrariam partem in fauorem dicti Alfonsij pariter sustinuerūt, duo grauissimi viri, scilicet Sfor-
41 tia Oddus, & Borgninus Caualcanus, vt igitur hanc quæstionem clarius habeas explicatam operę prætium fore existimaui hic inserere allegationes pro vtraque parte, deinde sedere dist inctionis vtramque curabo soluere.

Pro igitur negatiua opinione, in fauorē dictarum sororum, mouebatur Reu. Praceptor meus D. Rouescala, auctoritate eorum, quæ scribit Brun. in tract. stat. exclud. fæmin. in 8. quæst. princ.
42 art. primo, vltra quem facit, † quia omnis humanus actus constat ex voluntate, & potentia, vt per Bald. in l. cum te, col. prima, C. de donat. ante nupt. idem in l. nolle, ff. de acquir. hæred. & Dec. in l. pacta nouissima, col. prima, C. de pact. & in cap. super quæstionum de offitio delegato, & cons. 198. col. fin. & hæc cum in casu nostro non con-
43 currunt, cum † laici non possint, neque generaliter, neq; specialiter disponendo aliquid statuere circa personam clerici, ergo; ità DD. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constit. & de hoc videtur decisio Bart. in l. si quis, sub conditione, in finalibus
44 verbis, ff. de cond. instit. † vbi concludit, quod statutū disponens quemcunq; declinantem iurisdictionem Prætoris posse offendi, non habere locum in clerico, cum Bart. tenet Alexander cons. 33. lib. 5. Dec. cons. 276. col. prima, & 504. col. prima & 639. num. 12. & in l. vnic. colum. 2. in secundo not. in prima lect. C. de sent. quæ pro eo, quòd interest proferuntur. Alex. in l. ab administratione, C. de leg. And. Tiraq. in præfat. tract. cōuent. num. 17. versic. quod confirmari, & Bart. in l. 2. nu. 38. C. quæ sit longa consuet. et Rip. in tract. de remed. ad conseru. vbert. nu. 122. Non etiam
45 concurrit voluntas, quia tales non præsumuntur fuisse statuentes, vt voluerint apponere manum ad prohibita, atque vltra citata adducitur ad hoc Ias. in l. 2. §. primo, colum. 7. ff. qui satisd. cog. dum reprobata glos. in l. promittendo, ff. de iure dot. & propterea ex his constat has mulieres posse venire ad successionem huius clerici; pro qua sententia facit etiam, quod scribit Angel. in cons. 52. D. Gilius, vbi in puncto respondet de † filia, quę
46 renuntiauit hæreditati paternæ, quod nihilominus fratri potest succedere, & cum Angel. tenent DD. in l. j. §. veteres, ff. de aquiren. possessione,

fessione Dec. in l. quoties duplici, ff. de regul. Iur. Ias. in l. eius qui in prouincia, §. final. colum. 5. ff. si certum pet. Dec. cons. 319. & 453. 551. colum. 1. 625. colum. fin. 527. 555. 688. num. 6. & in l. hæreditas ad finem, ff. de reg. Iur. & iterum cons. 266. & 318. Tiraq. de retract. lignag. §. 11. glo. prima,
47 num. 18. & seq. † nam tale statutũ excludens mulieres, intelligitur eas excludere ab hæreditate dotantis, Bart. in l. prima, colum. 2. C. de legit. hæred. Alexand. cons. 48. colum. fin. lib. primo. & in l. prima, §. veteres numer. 8. ff. de acquir. possess. Deci. cons. 346. colum. prima, & cons. 379. nu. 6. & 484. & 589. 625. concludendum itaque erit successioni locum esse, iuxta glo. ordinariam cum declaratione DD. in §. fin. in verb. toties instit. de seruil. cog. & in §. si plures Instit. de legit. agnat. success. & in Auth. cessante, C. de legit. hæred. cum his quæ plenè scribit Guliel. Bened. in cap. raynutius in verb. & vxorem num. 177. & in 5. dist. verbi num. 41. & seqq. plurib. Cæpol. cons. 61. per totum.

In fauorem pariter dictarum sororum, consuluit Dñ. Thomas Gualla, vt ex sequentibus apparebit.

48 † Occasione successionis Venerandi Præpositi Lumelli, suborta est ciuilis cõtentio, inter eius sorores, ac nepotem ex fratre, quam quidem ad cõmodum sororum esse diffiniendã opinor; & quod attinet ad Iuris communis dispositionem, constat clarissimè excludi eas non debere à Iure succedendi in hæreditate fratris, 49 † cum etenim descendentibus non extantibus, soror admittenda sit ad successionem fratris, licet concurrerẽt ascendens, ac frater, auth. defuncto ad Tertull. §. & quoniam Auth. de nup. Auth. cessante, C. de legit. hæred. §. si igitur, & §. reliquum, Auth. de hæred. ab intest. & plenè Nicol. de Vbal. in tract. success. ab intest. in 3. part. in princ. multo quidem magis admittendæ sunt sorores, ad succedendum Venerando Præposito eorum fratri, nuper absque descendentib⁹, ascendentibus, & fratribus defuncto.

Præstringitur autem summa totius controuersiæ ad statutum Ticinense in Ciuilibus 95. sub rubr. Quod mulieres maritatæ non veniant ad successionem cum fratribus &c. Verumtamen etiam prædicto Iure municipali non obstante, sorores à memorata successione non esse excludendas dignoscitur, plerisque fundamentis optimè concludentibus iudicio meo, & inter cætera.

Primò, quia Guliel. Bened. in repetitione cap. Raynutius versic. duas habet filias nu. 145. de testamentis post Imol. quem allegat concludit memoratum 52 † statutum habere locum vbi agitur de hæreditate layci, aut clerici coniugati, non verò vbi agitur de successione clerici minimè coniugati, & bene conferunt dicta Georg. Nattæ in repet. cap. quamuis quæst. 18. de pact. lib. 6. colum. 56 & post Imol. & Alexand. ibi allegatos, refert & sequitur Dec. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ nume. 218. de constit. Hic agitur de hæreditate Rener. Præpositi, ergo statutum non deberet obesse, 51 † & vbi cessat statutum locus est dispositioni Iuris communis, l. præcipimus. C. de appellat. cap. primo, §. fin. de feud. cognit. & Alb. in Auth. itaque colum. fin. versic. est etiam aduertendum, C. com. de success. & consequenter debent sorores admitti, per Ius commune ad successionem fratris inuitatæ.

Secundò principaliter, quia in rubr. statuti non fit mentio de filijs fratrum ad exclusionem mulierum, sed tantum de fratribus, vt legi potest, cũ autem rubr. verba contineant orationem perfectam, dum dicunt quod mulieres maritatæ non veniant
52 ad successionem cũ fratribus &c. † vtique à verbis prædictis argumentum potest desumi iuridicum, pro vera statuti intelligentia, cum à verbis Rubr. habentibus orationem perfectam argui possit. l. prima. vbi glo. & Bart. C. de capit. ciu. cens. exim. lib. xj. Castr. cõs. 83. col. 2. lib. 2. Alex. cons. j. colum. 2. libr. 4. recentiores omnes in l. j. ff. si cert. petat. & quamplures in idem congerit Crauet. cõsil. 61. num. 1. cum igitur in rubr. sit habita mentio de fratribus, non vero de filijs fratrum, ergo dicere debemus præteritum nepotem ex fratre, non contineri in dispositione Statuti, taliter ad exclu-
53 sionem mulierum, † neque enim ad inducendum exclusionem à Iure succedendi, faciendus est transitus de persona ad personam, vt probatur ex dictis Bald. in l. sed. & milites. ff. de excus. tut. in l. illã, C. de collat. in l. si quis vers. & facit, C. ad Tertull. cum alijs de quibus per Deci. cons. 589. nume. 4. & 5.

Tertiò, quia contextus Statuti identitem probat, & hanc ob causam præsuppono, † quod Sta-
54 tuta Papiæ sint intelligenda ad litteram, & prout littera sonat, vt habetur in Statuto vltimo in Cri-
55 minalibus; cum verò † ea sit natura statuti, quod propriè & strictè intelligatur, l. prima, §. si is qui nauem, ff. de exercit. l. quod constitutum, ff. de testam. milit. l. si quis seruũ, §. non dixit, ff. de acquir. hæred. cum similibus, & non vltrà quam loquatur, l. furiosi vbi Bald. C. de nupt. sitq; locus illi regulæ
56 non incognitæ, † quod Statutũ non dicit, nec nos dicere debemus, vt Bald. pro constanti habet. in l. cum ancilis colum. fin. C. de incest. nupt. cum alijs de quibus per Rimin. Iun. cons. 16. num. 34. & 35 libr. primo, & loquuntur talia loca non habita mentione statuti, quod verba sint ad litteram intelligenda, vnde constat procedere, tam et si non extaret allegatum statutum, multò igitur fortius debent hæc procedere hoc in casu, & longè strictior debet esse sensus dicti statuti 95. vt aliquid operetur, posteaquã sit ad litteram intelligendũ,
57 † licet enim statutum prohibens interpretationem, plerumque non prohibeat, nisi friuolam; attamen, quando disponit, quod intelligatur statu-
58 tum ad litteram, & prout littera iacet; † excluditur etiam legalis interpretatio, & dicitur interdicta communis extensio, vt probatur ex dictis Bald. in l. 2. colum. 2. nu. 4. C. de patr. qui filios distraxer. in l. precibus, colum. 3. C. de impub. Alex. cons. 50. colum. prima, lib. primo, Marian. iun. cons. 16. colum. prima, lib. primo, & Rol. qui hæc, & multa alia in idem congerit cons. 62. num. 46. 37. lib. 3. † adeò quod non sit danda, nisi intelligentia gramaticalis, atq; ità vt constructio bona procedat, obseruata proprietate verborum, & gramaticali sensu. Quibus ità suppositis contextus statuti demonstrat filium fratris non excludere sorores à successione earum fratris, dicunt enim verba statuti, mulieres &c. non faciant partem cũ fratribus in ordine non professis, expressè, vel tacitè in hæreditate auita, paterna, materna, vel fraterna; & hic ponitur punctus in dicto statuto, ad ostendendum, quod talis dispositio, vbi agitur de hæreditatibus prædictis inuitat solos fratres, quorum hic meminit; & quamuis exinde memoret statutum masculos filios fratrum non professos, attamen id factum non est continuatiue ad successiones antedictas, sed interposita

dote

dote materna; dicunt enim illa verba, neque in dote materna cum masculis filijs fratrum non pro fessis, quæ verba eo loci posita non fuissent secundum sanam grammaticalem intelligentiam, & rectam constitutionem, si filij fratrum gauderent eodem Iure excluden di amitas, quo gaudent fratres in excludẽdis sororibus à successione fratris; quinimò esset superflua talis particula memorans dotem maternam, si statutum retineret continuatiuè illum eundem sensum ascriptum fratri, cum ibi sit habita mẽtio hæreditatis maternæ, sub quibus verbis etiam dotes matris continentur, l. nihil est, ff. de verb. signif. l. hæreditas, ff. de reg. Iur. interponendo igitur dotem maternam inter clausulã immediatè præcedentem, in qua de fratribus est habita mentio, priusquàm de masculis filijs fratrum dictum fuit, indicat constitutam esse differentiam inter dotem maternam, & successiones antedictas; taliter quod fratres excludant sorores à successionibus fratrum, filios autem eorum in eo solo casu esse prædilectos in quo ageretur de dote materna, vt illa constitutio & intelligentia gramaticalis, sensusque litteralis locum habeat.

Quartò in prędictorum confirmationem est diligenter obseruandũ; præsupponamus quod moreretur nepos ex fratre absque ascendentibus, & descendentibus, relicto patruo, & amita; quæro
60 † ego an patruus excluderet amitam, seu frater sororem ab hæreditate nepotis, ex fratre; certè nõ; quia caput exclusiuum non continet nisi quatuor hæreditates, scilicet, auitam, paternam, maternam, & fraternam; non ergo hæreditatem filiorũ fratris; sicuti ergo frater non excludit sororem à successione filiorum, fratris, ita etiam non debet nepos ex fratre excludere amitam à successione patrui, ne melioris conditionis sit nepos ex fratre,
61 quam frater; alioquin † sequeretur quod nepos ex fratre constitutus in tertio gradu, l. 3. C. de legit. hæred. & in l. prima in tertio resp. ff. de grad.
62 affinit. esset † melioris conditionis, quam frater positus in secundo gradu, d. l. 3. & d. l. prima, in 2.
63 resp. & tamen † danda est illa intelligentia ne remotior in gradu, ac verisimiliter minus dilectus sit melioris conditionis, quam proximior verisimiliter magis dilectus, argum. l. Aurelius, §. lucius. ff. de lib. leg. l. publius, ff. de condit. & demonst. l. si viua matre, C. de bonis maternis cum alijs de quibus per Crauet. consil. 62. num. 8. Ruin. consil. 3. num. 16. & cons. 128. num. 11. lib. 3. & etiã
64 quia † ius succedendi habet vicissitudinem, vt qualis se habet vnus quo ad alium, talis se habeat alius quo ad vnum, l. communium, C. de natur. lib. §. filium Auth. quib. mod. nat. effic. sui, & l. ab ea, C. de legit. hæred. sicuti se habet frater ne excludat sororem à successione filij fratris, ita ẽt debet se habere filius fratris ne excludat amitam à successione patrui.

Quintò, quia illa verba cum masculis filijs fratrum, sunt posita in contextu illius antecedentis orationis, in qua de fratribus habita est mentio; ergo nõ debet referri mentio filiorum fratris, nisi ad dotem maternam, non verò ad eam partem, in qua de fratribus dictũ est, quia alioquin statuentes, vtpotè prudentissimi, potuissent filios fratrũ continuatiuè ponere in statuto, & in eodem statu verborũ, sine illa interpositione, & absque illo pun
65 cto intermedio, ac etiam, † quia dictiones positæ in contextu vnius partis, ad illam dumtaxat referuntur, l. filium vbi, Bart. ff. quand. dies leg. ced. Bart. Castr. & Alex. in l. si idem, §. fin. ff. de iur. omn. Iud. & Felin. in cap. causam quæ in 3. limit. de rescript.

Sextò supponitur in facto, quod Reuer. Præpositus non dotauit sorores, & ideò ab eius successione non deberent excludi, quia etiam quando statutum transit ad vlteriora, enumerãdo successiones, ac personas, à quibus dos est constituenda, †
66 nihilominus hoc in casu vbi verba sunt alternatiuè concepta, mulier non excluditur nisi ab hæreditate dotantis, & ita procedit consilium Anchar. 80. alias 59. & post Anchar. Capr. & Bologn. Brun. in tract. statuti excl. fœm. art. 8. nu. 68. Paris. in specie cons. 47. num. 3. & cons. 49. num. 17. lib. 3. suntq; in eod. statuto posita illamet verba, quæ quidem eandem sententiam confirmant, scilicet; declarantes quod si dicta mulier dotata fuerit, vel fuit viuo auo, sed mortuo patre præsumatur dotata de bonis aui, si verò fuerit dotata viuo patre, præsumatur dotata de bonis ipsius patris, & si patre, & fratre mortuis, sed viuo filio fratris dotata fuit, præsumatur dotata de bonis ipsius filij fratris, donec per ipsam mulierem contrarium probetur; & ita in proprijs terminis eiusdẽ statuti perpendit. Deci. cons. 346. vbi videri potest.

Septimò, & vltimò pro nunc quia statuta excludentia fœminas propter alios, sunt taliter intelli-
67 genda. † vt ita demum mulier excludatur, si modo ad eam excludendam concurrat masculus, qui non sit remotior in gradu, vt bene colligitur ex dictis Alexand. in l. si dotali colum. fin. ff. solut. matrim. & in specie Curt. Iun. cons. 7 numc. 9. At qui nepos ex fratre est remotior in gradu, d. l. 3. igitur est necesse sorores à successione fratris non excludi, & ita concludendum opinor sub correctione tamen cuiuslibet rectè sentientis &c.

Ego quoq; in defensionem dictarum sororum adducebam sequentia.

68 † Dubitatur num statutum excludens fœminas dotatas ab aliquorum successione, locum habeat in hæreditate clerici; pręmitto prius ex Bulla Pon
69 tificis † posse clericum testari, & habere hæredes in fructibus beneficiorum, ac in rebus acquisitis ex ipsis fructibus.

70 † Hoc præmisso tale statutum non extendi ad bona clerici, tenet Dec. in c. Ecclesia Sanctę Marię nu. 24. de constit. Imol. in cap. quod clericis, col. 2. & seq. de foro compet. Brun. in trac. statuti exclud. fœmin. propter masculos art. 8. quæst. prima. & hoc tum defectu authoritatis, tùm defectu potestatis, vt ait D. Rip. auus meus in respons. 81. num. 2. volum. primo, Alex. consil. 44 num. 14. lib. 5. Panciról. consil. 12. colum. 2. Bertazzol. qui hanc partem dicit communiorem, & veriorem, & secundum eam fuisse iudicatum asserit consil. 63. colum. fin. in ciuilibus, Alb. respondens contrarijs
71 cons. 513. volum. 3. facit alia ratio, quia † si statuentes layci possent per statuta sua ligare clericos respectu bonorum, saltem per indirectum haberent ius imperandi ipsis clericis, quod non est dicendum, l. oratio, ff. de sponsal. cap. duo sunt, distinct. 96. maximè vbi statuta sunt odiosa, prout est hoc nostrum statutum Papiense 95. agens
72 de excludendis fœminis; Item facit, † quia illa interpretatio in statutis est sumenda, per quam magis conformatur iuri communi, & per quam minus læditur ius commune, l. si serui vestri, cum glo.

C.

C. de noxal. cap. cum dilectus, de consuetud. cum vulgaribus; at interpraetando, quod clerici bona non contineantur conformamus, nos cum dispositione iuris communis, & minus illud lædimus, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, cap. quæ in Ecclesia-
73 rum de constit. vbi Doct. & † maximè in statutis correctorijs iuris communis, & de successionibus agentibus, facienda est strictissima interpratat o. Bart. in l. 2. versic. 24. C. quæ sit longa consuetud. Curt. sen. consil. 31. Auus meus Rip. respons. 79. num. 4. volum. primo. ergo
74 Nec obstat quod statutum inijciens vinculum ante clericatum, ligat etiã post clericatum; Abb. & Felin. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. & in cap. quod clericis de foro compet.
75 Quia aduertendum est, quod † statutum dicitur inijcere vinculum ante clericatum, quando casus de quo quæritur, essentiam, & principiũ sumpsit ante clericatum; si verò casus essentiã, & principium sumpsit post clericatum, vt est casus horũ bonorum acquisitorum post clericatum, & de fructibus ecclesiæ, tunc non potest dici vinculum iniectum ante clericatũ, sic declarat Anchar in reg. ea quæ colum. fin. de reg. Iur. Cum. cons. 85. Auus meus Rip. respons. 81. nu. 9. lib. 1.
76 † Tertiò facit, nam quando bona clerici sunt ex fructibus ecclesiæ requisita, vt ista sunt de quibus agitur, non autem patrimonialia, tunc concludunt DD. talia bona non esse subdita statutis, auus meus Ripa in tract. de peste tit. de remed. ad conseruand. vbert. num. 122. Pancirol. cons. 12. colum. 2. Alb. cons. 513. vol. 3. adducebam plura alia, quæ cum videantur parum stringere, de industria omisi.

Pro contraria parte, scilicet, in fauorem ipsius D. Alphonsij Aycardi ex fratre nepotis dicti Reuer. Præpositi Lumelli consuluit Dñus Sfortia Oddus, vt ex sequentibus, quæ hic de verbo ad verbum sunt apposita apparebit.
77 † Statuto Inclytæ Ciuitatis Papiæ cauetur q̃ fœminæ dotatæ, & filij eorum non faciant partem vna cum fratribus, vel filijs fratrum, in hæreditate paterna, materna, vel fraterna, & cum mortuus fuerit Reuer. Dom. Præpositus superstite sorore germana, & D. Alphonsio nepote ex fratre germano, & dicta soror prætendat venire ad hæreditatem dicti sui fratris pro æquali portione, & sic facere partem vna cum dicto D. Alphonsio, quæritur an possit, eo solo prætextu, quod dictum statutum non habeat locum in hæreditate clerici.

Quæstio apud iuris interpretes noua nõ est, sed in hac Ciuitate, vt audio, licet pluries casus euenerit, non tamen aliqua mulier hucusq; ausa est cõcurrere cum masculo, ad hæreditatem fratris etiã clerici defuncti: Non defuerunt tamen aliqui Excellentes Aduocati, qui partes huius mulieris in hoc articulo tueri nouiter tentauerunt, & eorum rationibus motus Excell. D. Arbiter causæ elegãs & subtile dubium, ad fauorem dictæ mulieris contra dictum Dom. Alphonsium excitauit, quę omnia his paucis perstringi posse videtur.

Quod igitur dicta soror Reuer. Præpositi debeat admitti cum dicto D. Alphonsio ad hæredi-
78 tatem dicti sui fratris, † de iure communi clarum est, §. 1. Auth. de hæred. ab intest. & quod dictũ Statutum Papiæ in hæreditate Clerici non habeat locum, tribus præcipuè rationibus videtur dedu-
79 ci; & primò quia regulariter Clerici, & eorũ bona Statutis laicorum non videntur comprehendi, quoties ex hoc ecclesiastica libertas aliquo modo impeditur, tex. & ibi notata in Auth. Cassa. C. de sacr. sanct. eccles. Sed vbicunque clericis aufertur id, quod eis de iure communi competit, ecclesiastica libertas dicitur impediri DD. in cap. ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constitu. Alexand. consil. 210. & seq. lib. 2. Alba. cons. 8. num. 3. ergo statutum hoc vt priuans clericos hæreditatibus illis, quas sibi ius commune dedit non debet illis, vel eorum bona comprehendere.
80 Secundò. † quia statutum comprehendit subditos tantũ, l. fin. C. de Iur. omn. Iud. sed clerici non sunt subiecti Iurisdictioni laycorũ, cap. quod clericis. & ibi Imol. & alij de foro compet. & d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ de constitu. ergo statutum hoc ex defectu substantiali Iurisdictionis, Clerici hæredem comprehendere non potest.
81 Tertiò. † quia in terminis huius q̃stionis, DD. communiter pertransire videntur, & licet plures qui hoc in terminis non dicunt adducantur, tamẽ hoc originaliter videtur voluisse in puncto, Imol. dict. cap. quod clericis num. 4. versic. & per hoc videtur, & eius authoritate freti secuti sunt simpliciter. Alexand. consil. 46. num. 20. & seq. lib. 2. Ruin consil. 195. nu. 8. lib. 2. Georg. Nat. super stat. exclud. fæmin. quæst. 3. nu. 90. Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 218. de constit. Guglielm. Bened. in cap. Raynutius, in verbo, duas habens filias, num. 145. Pancir. cons. 12. num. 6. lib. primo, Bertaz. in consil. ciuili, 63. in fine, & Alb. consil. 513. lib. 3. de communitestans, Dec. dicto num. 218. & Bertaz. dicto cons. 63. in fine; nec videtur obstare, quod Imol. auctor huius opinionis, & consequenter, qui eum sequuntur, restringunt dictam eorum opinionem, casu quo statutum iniecit vinculum post clericatum; quia dicti Aduocati ex aduerso respondent, quod hæc
82 distinctio de iniectione vinculi † ante, vel post clericatum, debet intelligi, non de tempore, quo statutum fuit conditum, sed de tempore quò effectum habere incepit, vt voluit Salicet in d. Auth. cassa. Alex. cons. 210. num. 11. lib. 2. cum concordantibus per Rollan. cons. 57. nu. 27. & seqq. lib. 2. & in specie Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vbi reddens rationem huius declarationis inquit, quod alias distinctio Io. And. & sequentiũ de iniectione vinculi post clericatum, vel nunquã, vel raro, locum haberet, in casu autem nostro dicunt Dñi Aduocati ex aduerso, quod statutum hoc, quoad dictum D. Præpositum cœpit habere effectum post bona per eum acquisita de fructibus clericatus, quia hæc bona ante cleritatum nõ habebat, & sic quod prius non poterant comprahendi sub dicto statuto.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam omninò veriorem æquiorem, & secundiorem puto, ex pluribus, tum præcipuè ex infrascriptis rationibus, & authoritatibus; & vt hæc veritas facilius appareat, tres dubitationes separatim extricandæ sunt in proposito huius statuti. an comprahendat clericos, vel ne.
83 † Prima est, an comprahendat illos in successione actiua in capite inclusiuo, vt scilicet clerici possint excludere fæminas ab hæreditate materna, paterna, vel fraterna, sicut possunt ipsi layci masculi, in hoc puncto communis conclusio est, quod hoc statuto comprahendantur ipsi clerici, cum manifestum eorum fauorem contineat, & in his terminis loquuntur Abb. Bart. & alij in

in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ colum. fin. & alij innumeri congesti à Tiraq. in tract. de iure prim. quæst. 44. num. 7. & de communi testatur, Gabr. Sairan. in addit. ad Roman. singul. 446. Parisi. consil. 40. nume. 20. & 21. in fine libr. 3. Roch. de Curt. in cap. fin. de consuet. lect. 8. nu. 81. vers. sexto limita, Viuius communium opinionũ conclus. 812. num. 14. Corset. in verb. successio ab intestato, Capra in suis regulis reg. 15. nume. 33. adden. Mathesil. sing. 110. & alij, de quibus plenè per Bursat. cons. 93. nume. 27. lib. primo, qui omnes hanc esse communem attestantur, & licet iste non sit punctus quæst. nostræ, mirum tamen in modum confert ad quæstionem, vt infra ostendam.

84 † Secunda est, an hoc statutum compræhendat personas religiosas, & ecclesiasticas in capite exclusiuo, idest an fœminæ religiosæ, vt sunt moniales, vel descendentes masculi ex fœminis sęcularibus exclusis, etiam si sint clerici, excludantur ab hoc statuto; & in hoc puncto, communis distinctio est, quod aut statutum iniecit vinculum post assumptionem habitus clericalis, vel monialis, & non compræhenduntur ab hoc capite statuti; aut statutum iniecit vinculũ ante assumptionem clericatus, vel monacatus, & tunc compræhendũtur sub hoc statuto, & excluduntur stantibus masculis à statuto vocatis; ita Bart. Anchar. & Abb. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ in fine, & in d. c. quod clericis, vbi Abb. num. 41. & de communi, & magis communi, testatur Parisi. d. consil. 40. nume. 24. & seq. Brun. d. statut. exclud. fœmin. art. 6. nume. 37. & seq. Soc. Iun. in l. filius famil. num. 171. ff. de leg. 1. Alb. cons. 98. lib. primo, & Bursat. plenè cum concordantibus, & pro com muni d. cons. 93. num. 28. Mandos. ad Mathesil. not. 110. in prima addit. ea ratione clara, quia per hoc statutũ non fit preiudicium aliquod ipsis monialibus, vel filijs fœminarum à statuto exclusis, licet clerici sint, cum etiam si vel isti, vel illi in seculo remaneãt, nihilominus essent incapaces successionum, & à statuto exclusi, vt in puncto hanc rationem afferunt, Crot. cons. 267. num. 29. lib. secundo, & ipsemet Alb. in d. cons. 98 sub num. 1. post supradictos antiquiores, & consequenter cum isti defectus sexus fœminini nascantur vna cum ipsis fœminis, & descendentibus ab eis, ipse est causa exclusionis illorum, & descendentibus ab eis, non autem ipsa assumptio habitus clericalis, vel monacalis, & propterea nullatenus retrahuntur à religione occasione huius statuti, & licet nec iste quoque sit punctus quæstionis in casu nostro, tamen ista communis conclusio cum sui ratione confert ad conclusionem quã supra firmauimus in casu nostro.

Tertia est dubitatio, an hoc statutum compræhendat hæreditatem ipsorum clericorum, & sic an in successione passiua compræhendat clericos, & iste est proprius punctus dubitationis nostræ; in quo dico intrepidè, clericos, siue hæredes eorum, hoc statuto compræhendi, idque ex plurib.

Primò quia, regula vera in hac materia & rationi vndiq; consona illa est, quod † quoties statutum est generale, & est factum pro communi omnium ciuium vtilitate, & iusta & laudabili causa, & de clericis mentionem non facit, & continet materiam non spiritualem, sed temporalem, & indiferenter, vtile tam clericis, quam laycis, compræhendat etiam indiferenter, tam clericos, quã laycos, Bart. in l. cunctos populos colum. 9. versic. 5. & in l. de quibus col. fin. ff. de legibus, Lappus alleg. 81. colum. 1. Barb. in repet. rubr. de reb. eccles. non alien. Marant. disput. 8. num. 25. Abb. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Marię versic. circa hoc tamen, & ibi Felin. Soc. cons. 220. num. 9. versic. primo nota, ibi de magis communi, & ratio præclara est, quia clerici hoc casu, etiam si in aliquo casu aliquod incõmodum paterentur, quia tamen etiam ad commodum in suis casibus vocati sunt, & non vt clerici, sed vt ciues debent, & ipsi sub legibus communib⁹ viuere, quæ causa publicę vtilitatis ab earum Ciuitatibus cõditæ sunt, & quarum Ciuitatum commodis pace, tranquillitate, & bono regimine fruuntur.

87 † Secundò, quia magis in specie, quando statutum factum à laycis habet quinque illa requisita, scilicet sit generale, quod sit factum ob commune bonum Ciuitatis, quod ratio sit ęqua, & bona, tam respectu laycorum, quam clericorum.

Secundò, quod agatur de modico præiudicio, quia scilicet, id quod à statuto requirit, facile possit adimpleri.

Tertiò, quod hoc præiudicium, quod clericis resultat reducatur ad casus particulares, non autẽ contineat generale aliquod impedimentum.

Et quarta quod intentio statuẽtium non fuerit præiudicare ipsis clericis, sed legem generalẽ suis ciuibus promulgare, ac demum agatur de re ad laicos pertinente, tunc sub tali statuto comprehẽduntur etiam clerici, & personæ ecclesiasticæ, ita magistraliter tradit ipsemet Alb. in quem ex aduerso sit præcipuum fundamentum cons. 8. num. 22. & benè, quia est secundum communem, præcipuè Bart. Alb. & aliorum citatorum in præcedenti ratione, & quia confirmatur etiam ratione seq. ineuitabiliter, clarum autem est, quod hoc statutum habet omnia prædicta quinq; requisita; primò enim, quod sit generale est manifestum; secundò, quod ob hoc cõe omnium ciuium bonum communiter ab omnibus tenetur ob conseruationem bonorum in familijs, ad Brun. præalleg. art. 3. & 4. tertiò, quòd ratio sit iusta, & honesta, tàm respectu clericorum, quàm laycorum, patet ex prædictis, quia clerici etiam hoc beneficio vtuntur, & quia ipsi quoq; diligunt masculos suæ familiæ magis quam fæminas, & inde suis nepotibus ex fratribus, pręcipuè thesaurizant.

Quartò, quòd modicum præiudicium afferat, pręsertim in hoc capite de successione passiua clarissimum est, quia non coguntur masculos hęredes habere, si nollunt, possunt enim fæminas instituere, si volunt.

Quintò, quia si quandoq; contingeret contra eorum voluntatem eorum sorores à fratribus, vel filijs fratrum excludi ipsis intestatibus morientibus, iste casus in primis erit rarus, quò ad hanc eorum voluntatem à cęteris ciuibus extraneum, tùm etiam erit rarus, cùm possit remouere obstaculum statuti, faciendo testamentum; tum etiam dicitur hoc esse casuale, quod ipsi quandoq; patiantur masculos sibi succedere exclusis fęminis, cum ipsi si casus ex aduerso occurrat, possint ex eodem statuto succedere fratribus laycis, & excludere sorores eorum; vltimò, quod non sit factũ tale statutum particulari intentione pręiudicandi clericis, est ipsa luce clarius, vnde ex hac doctrina ipsiusmet Albę, vndiq; vera, & communiter recepta redditur inexpugnabilis hęc nostra sẽtẽtia.

Tertiò

Tertiò principaliter moueor, quia alia vera, &
88 communis traditio est, † quod quando per aliud statutum à laycis factum clerici non efficiuntur deterioris conditionis, quam ipsi layci, consequenter ita sunt expositi commodo, & incommodo ipsius statuti, si in sæculo remaneant, sicut si religiosi, seu clerici fiant, tunc comprehenduntur, & ipsi sub statuto laycorum, quia non redduntur propterea timidiores, nec auertuntur à clericatu, & religione, Crot. d. cons. 267. nume. 9. lib. 2. & Alb. d. cons. 98. sub nume. 1. ex communi intentione Abb. & aliorum in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ in d. cap. quod clericis; Atquè clarum est, quod statutum nostrum, etiam si comprehendat hæreditates clericorum, non tamen auertit quempiam à religione, nec timidiorem reddit, nec clericos deterioris conditionis facit, quam si seculares remanerent, quia etiam si seculares essent, hereditas eorum subiaceret dispositioni huiusmodi statuti ergo.

89 Quartò principaliter quia † æqualitas inter ciues omninò seruari debet, tùm in omni dispositione continente commutatam iustitiam, & rerum temporalium acquisitionem, tùm in specie in materia successionis ab intestato, vt tradunt omnes in rubr. ff. de acquir. possess. & in puncto, quò ad hoc vt successio debeat esse reciproca, nempè, vt qui admittuntur ad successionem actiuam alicuius coniuncti, patiantur, & ipsi illum cõiunctum admitti ad successionem in bonis suis, & sic passiuam successionem quoquè patiantur, si idem casus in eorum persona contingat, præsertim, vbi adest eadem, & commoda ratio, vt hic Soc. Iun. in d. rubr. num. 120. Rip. ibi num. 7. & Crot. nume. 3. & est text. in sui ratione expressus in l. pen. §. cum & aliam verſ. cum enim. C. de legit. hæred. &
90 hinc est, † si statuto cauetur, quod priuignus succedat vitrico, ex eodem iure debet vitricus succedere priuigno, Castr. in d. l. penult. num. 3. Anton. Corbul. in repetit. l. si quis à liberis num 29. ff. de lib. agnosc. Cæphal cons. 28. num. 15. lib. primo, &
91 procedũt † hæc etiam in dispositione correctoria iuris communis, vt dicit idem Cephal. consil. 43. num. 14. & 15. in princip. & plenè tradit Gabr. Sayran. in consilio suo impresso in addit. ad Mathesil. singul. 110. sub num. 18. & seq. Atquè communiter receptum est, quod clerici in successiõe actiua comprehenduntur sub hoc statuto, & fœminas excludunt, vt supra dictum est in prima dubitatione, ergò ijdem clerici eandem huius iuris municipalis dispositionem pati debent in eorum hæreditatibus, & in successione passiua, & confirmatur pluribus similibus, quæ congessit non minus moraliter, quam legaliter, Sayran. præallegat. in suo consilio vnico num. 18. & 19. & seq. in specie verò corroboratur egregiè hoc fundamẽtum per illud
92 commune dictum, quod † qui vult vti beneficio statuti correctorij iuris communis, pro se, & ad fauorem suum, debet etiam pati alios in eodem casu vti illo contra se, Bal. in l omni innouatione, C. de sacr. sanct. eccles. & in l. j. C. de contr. empt. Socin. Sen. cons. 97. num. 3. lib. 1. Cæphal. cons. 385. num. 5. lib. 3. Alexan. cons. 210. num. 5. lib. 2. & pro communi Tiraquel. de retract. munic. §. 3. glo. 13. nu. 2. & 7. & post eum, & alios quos cumulat. Bursat. cons. 93. nume. 29. & seq. libr. primo, quæ tanto magis procedunt in materia statuti nostri de quo agimus, cũ omninò eadẽ ratio militet in successione passiua clericorũ, quæ militat in actiua, nẽpe conseruatione bonorum in familia, imò multò maior, quando ipsi clerico debet succedere frater, vel nepos masculus ex fratre exclusis feminis, quã quando clericus ipse succedit fratri, vel nepoti, ex eo, eisdem fœminis exclusis, nam clericus conseruat agnationem, dumtaxat in vita sua, cum posteritatem legitimam habere non possit, sed laycus masculus qualis D. Alfonsius, qui legitimam sobolem habere potest, diutius quoq; bona hæc in nobili familia de Aycardis conseruare potest.

Quintò, principaliter moueor, quia hoc statutum comprehendit personas monialium, & clericorum in capite exclusiuo, vt supra dictum fuit in secunda dubitatione, secundum communem opinionem, & communem praxim in hac Ciuitate Papiæ; ergo pari ratione, imò maiori debet comprehendere clericos in successione passiua, seu clericorum bona, vt scilicèt ab eorum hæreditate, & bonis excludantur fœminæ, & admittantur masculi; quæ consequentia solis luce clarior; ex eo, quia si quid præiuditium dici potest fieri per hoc statutum personis Ecclesiasticis, certè illud minus tollerabile est, quando excluduntur ab illa successione, quæ iure communi eis debetur, quam quando à bonis, & hæreditate eorum iam defunctorum excludantur illi, qui de iure cõmuni ad hæc bona admitterentur; Etenim ad sensum patet, minus esse damnum, nos non admitti ad bona alicuius, quam aliquem non admitti ad bona nostra, cum ex eo, quia dum nos ad ea non admittimur, vt nos, & successores nostri illis bonis priuamur, quando verò nostri successores iuris communis non admittuntur, ipsi tantum, non etiã nos excludimur, tùm etiam, quia quando nos ipsi excludimur, non possumus hanc exclusionem euitare aliquo remedio, non enim possumus cogere illum defunctum, cui alias de iure communi succederemus, & ab eius successione per hoc statutũ excludimur, vt nos hæredes instituat, ad hãc statutariã exclusionem euitandam, qñ non successores iuris communis excluduntur ab hæreditate nostra per hoc statutum, possumus hanc exclusionẽ illorum euitare, faciendo testamentum, & illos instituendo, & non video quid responderi possit huic considerationi.

Nec enim nullum negotium facit quædam distinctio de Moniali ingressa ante, vel post casũ huius statuti contingentem; quia tùm est contra communem opinionem, tùm in casu nostro nullũ obstaculum faciens, vt dicitur infra plenè, in responsione ad vltimum fundamentum contrariæ opinionis, in versic. quintò, & vltimò responso.

93 Sextò, & vltimò principaliter † moueor authoritate plurimorum, qui hanc sententiam tenent, & communem opinionem constituunt, ita enim in casu nostro tenẽt in proprijs terminis, Roman. in sing. 446. licèt aliquibus videatur illum titubasse, nam ità illum allegat Sayran. ibi, Tiraq. Bursat. Carpan. & alij infra allegandi Barb. cons. 61. sub nu. 7. lib. 3. Socin. cons. 230. nu. 9 lib. 2. Brun. art. 8. quæst. 2. si diligenter eius verba ponderentur, Capra. reg. 15. num. 47. Calcan. cons. 7. sub num. 17. Cotta memor. suo, incipiente clerici, Seb. Medic. in tract. de legibus, in 4. parte princip. quæst. 6. sub num. 5. Mazzol. consil. 87. num. 30. & seq, Paris. consil. 40. num. 2. lib. 3 Alb. consil. 761. nume. 60. vbi loquitur in successione fratris Cardinalis, vide tamen Albam, qui omninò tenuit contrarium consil. 513. Gabr. Sayran.

in

in d. suo cōs. inserto sub dicto singulari Mathesil. 110., & pro communi Grassus in verb. successio ab intestato quæst. 8. in fine, & Tiraq. de iure primogen. quæstio. 45. qui nihil distinguit, de bonis quesitis ante, vel post clericatum quidquid dicant aduocati ex aduerso, & nouissime Carpan. super statutis Mediolani cap. 278. nu. 21. & seq. & plenius Bursat. cons. 93. in 3. dub. 5. 6. num. 36. & seq. lib. primo, vbi de magis communi testatur, & benè, quia vt constat ex prędictis ista est magis communis opinio, non solum connumeratis his qui sic tenent in secunda dubitatione de qua supra, quo ad exclusionem monialium quos non hic, sed ibi separatim adduxi, sed soli preallegati faciunt magis cōmunem, vt est manifestum; quidquid in cōtrarium attestati fuerint Dec. in d. cap. ecclesia S. Mariæ, & Bertazzol. in d. cons. 63. in fine, & sententiam hāc seruari in Ciuitate Regij dicit Mazzol. preallegat. & idem seruari in Ciuitate Veronæ testatur Sayran. præalleg. & in hac Ciuitate numq̄ hucusq; fuit ab aliqua muliere attentata ista successio ob bona fraterna clerici stantibus masculis de quibus in hoc statuto.

Neque quidquam obstat quod aliqui ex supradictis loquantur in bonis patrimonialibus clerici, nos autem versamur in bonis acquisitis à Reuer. Præposito post clericatum; quia ista noua differentia inter bona acquisita à clerico post clericatum, & bona quæ prius habebat (pace DD. Aduocatorum, qui eam ex aduerso excogitauerunt, licet ingeniosa fuerit) tamen neq; iure ab eis ꝓbatur, neq; aliquam rationem iuris in se continet, quo ad propositum nostrum, nam authoritates, quas pro hoc adducunt post Roland. in consil. 57. nu. 28. & alios de quibus per eos, non faciunt istā distinctionem bonorum acquisitorū ante vel post clericatum, quo ad propositum nostrum; sed subdistinguunt illam distinctionem Io. Andr. & aliorū
94 † de iniectione vinculi statutarij ante clericatum, vel post, quæ subdistinctio qualiscunque sit, communiter tamen reprobatur, & in casu nostro non intrat, vt dicam infra in respōsione ad tertium argumentum contrarium, desumptum ab authoritate Imol. in d. cap. quod clericis, & sequentium.

Constat igitur ex prædictis, quod hęc sententia nostra, non solum ex rationibus clarissimis, sed etiam communis, & magis communis firmatur, & eo magis in iudicando sequenda est, quo magis ad contraria facilima est responsio.

Non obstat igitur quę ex aduerso dicuntur, atque (vt supra dixi) ad tria capita rediguntur.

Ad primum enim respondetur vnica responsione quæ colligere ex 1. 2. 3. 4. & 5. fundamento de quibus supra pro hac nostra opinione, ex quibus clarissime constat, quod hoc statutum non facit deteriorem conditionem clericorum, & consequenter, quod nullo modo impedit ecclesiasticā libertatem.

Neq; mouet, quod per hoc statutum, quo ad successionem passiuam, & bona ipsorum clericorum, videtur deteriorem eorum conditionem facere, conferendo eis hæredes legitimos, quos de iure communi haberent, & constituendo eis nouos hæredes ab intestato; quia vt dicam liberè, quid sentiam de hac consideratione, in quā Rim. sen. dicto cons. 268. num. 15. & seq. & aliqui moderni post eum, vt in specie, DD. Aduocati ex aduerso faciunt tantū præcipuum capitale; mihi videtur (pace eorum) non solum leuissima, sed quæ in contrarium quoq; retorqueri potest; in primis enim non erit ponere os in cælum, sed potius meram veritatem tangere, si dixerimus, quod dispositio Iustiniani vocans æqualiter omnes fæminas in equali gradu existentes vnà cum mascu-
95 lis, † ab initio quidem fuit correctoria, non solum iuris communis Romanorum, §. cæterum, Inst. de legit. agnat. success. sed ipsiusmet iuris diuini iudicialiter, de quo habetur in lib. num. cap. 27. vbi Dñus Deus sanxit, in successionibus prius admitti masculos, deinde illis non existentibus admitti fæminas., vt aduertit etiam Brun. super hoc statuto excludente fæminas, articulo secundo, prętere a, & secundo legibus longobardorum in hac prouincia communibus fuit correcta in hoc adæquatio Iustiniani, & nostræ fæminæ exclusæ fuerunt, stantibus masculis, vt aduertit Bart. in Auth. dos data, C. de donat. ante nupt. & Alciat. in prę lud. feud. quæst. 4. & demum cessante principatu longobardorum in hac prouincia, non solum in omnibus Ciuitatibus huius Prouinciæ, sed etiam in tota Italia in omni Castro, nedum in Ciuitate, gentes reuersæ sunt ad leges antiquas ante Iustinianum, statuendo, quod stantibus masculis fæminæ ab intestato non succederent, quod ius non solum in tota Italia commune ius dici potest, & debet; sed in Hispania, in Galia, & Germania, & sic in toto Imperio Christiano; itā, vt mihi nihil insultius semper visum fuerit, quàm hoc, quod inaduretenter à plerisq; ex nostris interpratibus
96 dici solet; nempe † statuta exclusiua fæminarum propter masculos, quæ hodie in toto Orbe Christiano seruantur contra ius cōmune aliquid continere: præterea, & tertio dico, quod licet dici possit contra ius commune, idest contra ius Iustinianum, tamen quia hodie vt dixi, in toto Christiano Orbe cuilibet Ciuitati, populo, municipio, placuit statuere contrarium, & magis vtile Reipublicæ, propter conseruationem bonorum in familijs, non solum verisimile, sed necessarium est dicere, quod ipsis quoq; clericis, qui, & ipsi bona pars populi, digniorq; & nobilior est, & quorum diuitijs, vt plurimum familiæ illustrantur, & conseruantur, hoc idem ius antiquum ante Iustinianum hodie, vbiq; ad obseruantiam reuocatum placuerit, & placeat, sicut ipsis laycis; neq; hoc
97 aliquis negare audebit; † quo fit, vt dum clerici moriuntur, & testamentum non faciunt, verisimiliter creduntur eos velle sibi esse hæredes, quos sibi esse hæredes, cōmune ius constituit, l. conficiuntur, ff. de iure codicillorum, & in tantùm, quod dicitur iuditio nō adeptiuo, & iure permissiuo bona eorum ad huiusmodi hæredes pertransire velle, Soc. in l. cum filio, sub nu. 7. vers. secundò modo, ff. de leg. primo, & in cons. 90. col. 2. lib. primo, & Tiraq. de iure primogen. q. 46. nu. 10. & Sayran. in prælegato consil. num. 83. & 84.
98 & † cum hoc in se confirmare, intelligantur de iure eorum municipali, & proprio, quo eorum Ciuitas regitur, Bald. in l. illa, ff. de hæred. Instit. Abb. in rub. de consuet. cum concordantibus plenè per Ias. in l. omnes populi, in prima lect. nu. 18. C. de sacr. Sanct. Eccles. & consequenter videtur insipidum dicere, quod clericis ab intestato morientibus, si succedant feminæ vnà cum masculis, vt solus Iustinianus disposuit, sed masculi tantum exclusis fæminis, secundum ius diuinum, & mediā iuris prudentiā, ante Iustinianum, & iura longobardorū, & totius Italiæ, quæ hodie sunt in casu.

dicantur

dicantur ipsi masculi soli succedere contra voluntatem ipsius Clerici, & in hoc aliquid voluntati eorum præiuditium fiat.

Quartò, & vltimò, quia cessat omnis scrupulus præiuditij, circa libertatem clericalem in hoc casu nostro; quia in hoc statutum non astringit aliquem laycum, vel clericum ad habendum hæredes masculos exclusis fœminis, & sic non facit eis hæredes ipsos masculos, nolint, velint, vt DD. Aduocati ex aduerso innuunt, sed eis ab intestato prouidet, quia putat esse eis magis dilectos masculos, quam fæminas, quod si aliquis moriens non sit huius voluntatis, potest testando, hoc iuris vinculum euitare, & ipsas fæminas heredes instituere, vnde pulchrè intrat illud secundum requisitum Albæ in dicto cons. 8. nu. 22. quod scilicèt quò ad compræhendendum clericos sub statuto laycorū modicum præiuditium, ex hoc Clerici in aliquo casu sentirent, cum illud de facili euitare possent, vt in casu nostro.

99 Ad secundum respōdetur, quod cū hoc statut. sit generale ob communem vtilitatem factum, & habeat cætera requisita, de quibus supra, clerici compræhenduntur sub eo, non vt Clerici, sed vt Ciues, siue gentes, & qui vna cum reliquo populo legibus ciuilibus in rebus temporalibus, & pertinentibus ad iustitiam commutatiuam, vt supra dictum est, ex mente Bart. Abb. & aliorum; prætetea etiam non subditi iurisdictioni statuentium compræhenduntur sub dispositione statuti, quia bona sunt in territorio statuentium, & illi quivocantur ad illa bona sunt Ciues, & subditi statuentium, vt ex veriori, & magis communi opinione tradit Brun. super hoc statuto excludente fæminas artic. 6. num. 16. versic. in hoc difficili, sic post disputationem includens, & ad contraria respondens; Argumentum igitur desumptum ab Imol. Rimin sen. Alben. & alijs ex aduerso adductis defectu iurisdictionis laycorum statuentium super clericis; per hanc considerationem penitus prosternitur.

Ad tertium, & vltimum, ad quod DD. Aduocati ex aduerso tamquam ad sacram Anchoram cōfugiunt, idest ad auctoritates adductas; respondetur pluribus modis, &

Primò, quòd opinio præallegatorum ex aduerso adductorum, qui post Imol. in dicto cap. quod Clericis hoc dicunt, magis communiter reprobatur, vt constat ex supra adductis, pro nostra opinione in sexto fundamento.

Secundò, quod licèt essent equè communes, tamen rationes illæ duæ principales adductæ pro prima opinione contra nos, quàm leues sint, & quā faciles, & quot modis sublatæ sint, ex supradictis patet.

Tertiò dato, & non concesso, quod opinio Imolæ, & aduersariorum, posset alicui videri magis communis; tamen dico, quod prosternitur, & conuincitur error tenentium eam, ità manifestè per rationes adductas supra pro nostra sententia, & eorum, qui cum nobis tenent, vt erronea quoq; dici debeat opinio prædicta, neque in iudicando sequenda, cum rationibus euidenter probantibus sententiam nostram, confutata fuerit opinio, Abb. & Imol. Rimin. sen. ac aliorum sequacium, neq; à Dñis Aduocatis ex aduerso aliquo modo responsum.

Quartò, quia Imol. in dicto cap. quod clericis, quem cæteri, ex aduerso adducti sequuntur, & maior pars illorum sola authoritate, Imol. contenti loquuntur, quando statutum loquitur in persona ipsorum descendentium ab intestato, nempè si dictum sit, si quis decesserit ab intestato, succedant ei agnati exclusis fæminis, quo casu statutū tantum disponit in persona morientium, & agit facere hæredem ipsi morienti, vnde si clericum morientem comprætenderet, videretur ponere manum in persona clericorum, dirrigendo verba in personis eorum, qui non sunt subditi laycis; in casu autem nostro, non ità accidit, quia statutum prædictum dirrigit verba in persona fæminarum, excludendo illas ab hæreditate, & bonis paternis, maternis, & fraternis, stantibus fratribus, vel eorum filijs masculis, cum dicat sic; mulieres maritatæ, & dotatæ non faciant partem cum fratribus, vnde decisio Imol. & sequentium non afficit casū nostrum. Quinimò stante casu statuti illius, vt ponit Imol. ibi, & stante nostro Statuto in capite exclusiuo fæminarum personaliter concepto contra ipsas fæminas, imò specialiter excludente etiā

100 fæminas moniales, † & nihilominus in hoc capite hoc Statutum seruatur contra fæminas ecclesiasticas, vt de obseruantia huius Ciuitatis in hoc capite exclusiuo testatur, Roch. de Curt. in dicto §. fin. sect. 8. sub num. 81. versic. tamen tenendo dicendum est virtualiter opinio, Imol. & sequentium in capite successionis passiuæ, non est in vsu in hac Ciuitate, quia contrarium hic practicatur etiam, vbi statutum personaliter disponit contra personas ecclesiasticas.

Quintò, & vltimò respondetur, & tollitur omnis difficultas, cum Imola, quem vt supra dixi omnes ex aduerso adducti pro fundamento contrariæ sententiæ adducunt in citato loco, in versic. item prædicta vera, declaret suam conclusionem, vt procedat, quando statutum fuit factum post assumptum clericatum, vel monacatum, secus si assumatur clericatus, vel monacatus, post conditū

101 statutum, & vtatur exemplo † secundi geniti, qui fecit se clericum, ante, vel post conditum statutum, super successione primogenituræ, & alleget Io. Andr. in cap. sine culpa, de regul. iur. in sexto, quem in hoc sequntur Abb. & cæteri communiter in dicto c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, Henric. Boich. in cap. tanta, colum. 2. versic. secundum dubium, extra qui fil. sint legit. Petr. Anchar. in repetitione, cap. primi, quæst. 12. principali, vers. accedat, hic quæstio disputata de constitut. & in cap. postulasti, quæst. 5. in fine de foro competenti, & consil. 433. postquam ista domina, col. prima, Castrens. consil. 423. ex puncto transmisso, colum. 3. lib. 2. Abb. consil. 3. Saluatoris in secundo dubio, lib. 2. Bartol. Socin. consil. 81. in præsenti consultatione, colum. penult. lib. primo, & consil. 183. eleganter sunt omnia ad finem, & cons. 230. viso testamento, colum. fin. & 241 circa primam difficultatem, colum. 2. & 6. lib. 2. Alexander consil. 212. Visa facti narratione, colum. antepenult. versic. nec etiam obstat si diceretur, lib. 2. & consil. 9. ponderatis his colum. prima, lib. 5. Brun. in tractatu statut. fæmin. exclud. articulo sexto, in secunda quæstione, columna quarta, Roch. de Curt. in repetitione, capituli vltimi, in vndecima quæstione principali, in 6. limitatione, Benedictus Raynucius in verbo, in eodem testamento relinquens, il primo, numero 143.

de testam. plenè per Tiraquel. de iure primogen. quæst. 43. num. 5. & sequenti, & etiam pro communi, Bursat. in dicto consil. 93. num. 40. & ex aduerso adductis, vltra Imol. Alexand. in dicto consil. 211. lib. 2. & Georg. Natt. super d. statut. excludent. fæmin. nu. 2. In casu autem nostro, D. Præpositus vtiq; assumpsit clericatum post statutū conditum, merito &c.

Neque obstat, quod dicta distinctio Io. Andr. & communis videretur intelligenda, non de ipsa factione statuti ante, vel post assumptionem clericatus, sed de effectu ipsius statuti, siue de casu illius contingente ante, vel post clericatum per id quod scribit Salicet in dict. Auuth. cassa. Dec. in dicto cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, Rip. respons. 81. quod est quartum, sub tit. de iure naturali gen. & ciuil. num. 9. & Rollan. cum concordantibus, consil. 57. nu. 28. & seq. lib. 2. Quia respondetur pluribus modis; primò, quod ista suqd istinctio communiter reprobatur, vt testatur Aret. in in dicto cap. quod clericis, in fine, de foro compet. & inquit distinctionem Io. And. esse simpliciter sequendam ab omnibus, vti communiorem, non obstante subtili distinctione, Saly c. & sequentiū, & refert Tiraq. in dicto tractatu primogen. quæst. 43. nu. 11. & sequenti, & re vera ipsæ etiam Imol. loquitur de factione statuti ante clericatum, vel post, non de effectu, siue de casu illius contingente, ante, vel post clericatum.

Secundo, quod in specie hic Papiæ, non seruatur hæc subdistinctio, Salic. & sequentium, vt in puncto dicit Roch de Curt. in dicto cap. fin. sec. 8. sub num. 81. versic. tamen tenendo, vbi post
102 Aret. & Paul. de Castr. dicit, † quod vinculum statuti inijcitur ipsis personis Ciuiū, tempore quo nascuntur, si tunc temporis statutum erat conditum, vt in casu nostro, non autem tempore quo casus statuti contingit, vnde fæmina statim, vt nascitur dicitur nasci incapax successionis masculi superstitis.

Et ad rationem Salicet. quam refert Dec. in d. capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, quod alias statuta laycorum semper comprehenderēt clericos, resp. ipse Curt. & plenius, Tiraq. dicta quæst. 43. num. 15. & sequentib. & hæc responsio tollit omne dubium.

Tertio, etiā ex abondanti dico, quod subdi-
103 stinctio non procedit, † quando ante effectum statuti, vel in collatione illius est acquisitum ius ipsis vocatis à statuto, si non re, saltim spe, quia tunc & si is fuit vocatus à statuto succedere debens, postea fiat Clericus, tamen dicitur assumpsisse clericatum post iniectum vinculum statuti, vt pulcrè, & plenè deducit, Tiraq. dicta quæst. 43. nu. 5. & 6. rursus num. 14. clarum autem est in facto, quod quando dictus Reuer. D. Præpositus assumpsit clericatum, dicta eius soror, & frater eius pater dicti Alfonsij erant iam nati, illa quidē cum defectu exclusionis, ille verò frater cum effectu inclusiuo statim, & tempore successionis, & similiter post eius mortem dictus D. Alfonsius, vnde in præiuditium huius probabilis spei assumptio clericatus, postea facta nihil operari potest, sicut neque præiudicat iuri in spe ipsius primogeniti, etiam viuente patre assumptio clericatus illius secundigeniti, vt in puncto declarat, Tiraquel. dicto num. 56. & 14. ex quo exemplo secundi geniti clericatum assumentis post vinculum statutumq; vtitur ipsemet Imol. in dicto cap. quod clericis in dicto versic. item quod vera; Nec quidquam mouet illa noua consideratio DD. Aduocatorum ex aduerso, quam supra tetigi de acquisitione bonorum facta à dicto Reuer. Præposito post clericatū, quasi quod respectu horum bonorum non dicatur iniectum ei vinculum à statuto ante clericatum, quia vt supra dixi ista consideratio nullius authoritate probatur, quò ad acquisitionem factam ante, vel post clericatum; & DD. pro ista consideratione, ex aduerso adducti, idest Anchar. in cap. caque de reg. iur. Cuman. consil. 85. Rip. dicto consil. 81. nume. 9. Rol. d. consil. 57. nume. 18. Grat. consil. 162. num. 12. ponunt similiter supradictam subdistinctionem de effectu, vel casu statuti contingente ante, vel post clericatum; de dicta autem acquisitione bonorum ante, vel post clericatum, ne verbum quidem, & ipse Imol. in dicto cap. quod clericus, sub num. 4. versic. & hęc vera, ponit differentiam solum in terris Ecclesiæ, & bona patrimonialia clericorum, quo ad iudicandum de his, secundum leges ciuiles, vel canonicas, nihil autem de fructibus à clericis perceptis ex rebus Ecclesiæ, & de bonis indè acquisitis, & quod in hac prouincia omnem scrupulum tollit, illud
104 est, † quod bona acquisita à Clericis, etiam de fructibus beneficiorum vocantur bona patrimonialia, & de illis ad libitum disponere possunt, vt de patrimonialibus.

Præterea subdistinctio prællegata, in qua se fundant DD. Aduocati ex aduerso communiter reprobatur, nec in hac Ciuitate recepta fuit, vt dixi supra, post Roch. de Curt. Tiraq. & alios, & sic remanet sublata omnis difficultas ex aduerso excitata, & conclusio supra facta ad fauorem D. Alfonsij, vndequaq; defensa, saluo semper &c.

105 † Hanc etiam partem in fauorem D. Alfonsij, contrà D. Tuliam defendit D. Borgninus Caualcanus, vt ex allegationibus impressis videri potest, quæ cum contineant plura capita, id solum putaui apponere hic, quæ concernunt nostrum negotium, remittens in cæteris lectorem ad ipsum D. Borgnin. decis. 33. part. 3. per totam.

Videtur apparere de bono iure dictarum mulierum, cum agatur de hæreditate Clerici, & de
106 bonis acquisitis ex fructibus Ecclesiæ, † quo casu statutum Papiæ 95. non videtur habere locum, nec compræhendere hunc casum, ex defectu iurisdictionis, vt notant Doctores in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. Bald. in l. cunctos populos num. vndecimo in fine, versic. nunc de causa materiali, Cod. de Sum. Trinit. & fid. cathol. Mathesil. sing. 110. nota vnum, Dec. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 70. vers. nota, quod non habet locum in hæreditate Clerici, de constitut. D. Ruin. consil. 195. volum. 2. Pancirol. consil. 12. num. 6. & sequenti, Roland. consil. 57. numero 25. & sequenti, volum. 2. Alexander consil. 41. numero sexto, volumine septimo, consil. 44. nume. vndecimo, volum. quinto, Riminaldus senior consil. 268. num. 23. & sequenti, volum. 2. Alb. consil. 513. volum. 3. Dec. consil. 13. in fine, & magis communem dicit, Bertazzol. consil. 64. num. 23. & sequenti, in ciuilibus, cum
107 alijs; † si non compræhendit hæreditatem Clerici, ergo est casus omissus, & venit terminandus, secundum ius commune l. cōmodissime, ff. de lib. & posth. Rom consil. 120. col. fin. & ibi Mandos. cū
108 alijs, † & de iure cōi, soror, & frater, ac nepos cū agatur de hæreditate patrui, & fratris succedunt

simul

si nul pro virili, & in stirpes, Auth. defuncto, C. ad Tertul.

His tamen non obstantibus contrarium verius est, quia statutum prædictum sub rubr. 95. excludens mulieres dotatas, & sic sororem, & nepotem ex fratre propter fratrem, & filium fratris, non solum procedit in hæreditate sæcularis mortui, sed etiam Clerici facti post statutum, posteaquam de Clerico nullam facit mentionem, & per talem clericatum non fuit factus deterioris conditionis,
109 quam si mansisset in sæculo iste defunctus, † nam si mansisset in sæculo similiter esset comprehensus à statuto generaliter loquente, ergo idē facto Clerico, vt dicit Crot. consil. 267. num. 29. volum. 2. vbi alios allegat, & ideò dicunt cōmuniter DD. statutū prędictū excludens feminas propter agnatos habere locum ēt in hereditate clerici facti post statutū, cum injiciat vinculū ante clericatū, tēpore quo erat sæcularis, licèt executio sortiatur effectū post clericatum, ità se declarat, Imol. allegatus pro contrario in dicto cap. quod clericis, sub nu. 4. versic. item prædicta vera, quando statutum de foro compet. Bened. Capra in reg. 15. num. 47. & sequenti, & Cattell. Cotta in suo memoriali, in verbo, clerici ligantur, colum. 2. in principio, & colum. 3. & 4. in secunda limit. vbi dicit communem pro singulari, notat Rom. sing. 446. habeo casum, licet dubitet, tamen perseuerat in hac conclusione, & ibi addentes dicunt esse communem opinionem; & commune esse illud, quod dicit Rom. ibi affirmat, Dec. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, sub num. 70. & secundum prædictum, ibi deciditur casus de constit. cum contra Rom. adducat pro contrario, Mathesil. dict. sing. 110. nota vnum, qui loquitur in hæreditate Cardinalis clerici, sequitur Felin. ibi in dicto capitulo Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 80. versic. septimo quæro, maximè ibi, ex quibus tollitur motiuum, de constitut. Alb. consil. 498. nume. 2. volum. 3. consil. 761. num. 60. volum. 4. Appostill. ad Dec. consil. 13. in fine, Plot. consil. 93. Tiraq. de primogen. quæst. 45. vbi dicit hoc tenere etiam Imol. in dicto cap. quod Clericis, sub nume. 4. Brun. de statut. exclud. fæmin. artic. 8. quæst. 2. num. 3. & seq. licèt malè allegetur ab Alb. in dicto suo consil. 513. volum. 3. quia non est verum, quod ibi contrarium dicat, & se corrigat, sed firmat conclusionem in Clerico; licèt num. 9. & sequen. reprobat matrem posse relinquere filijs, quod secus est, quando non vetat, nec prohibet, sed relinquit in mera voluntate defuncti disponere volentis, & sic quo ad casum nostrum purum, & simplicem, ibi ità concludit, & firmat; quamuis quò ad forensem; & non subditum, quando habilitat, vel inhabilitat personam ad contractum, vel testamentum, dicat statutum eum non comprehendere, per doctrinam Imol. in dicto cap. cum clericis, sub num. 3. & 4. licèt non sit tuta in illo casu illa opinio, vt infra patebit, respondendo ad contraria, vt in hæreditate Cardin. Clerici, latè consuluit respondendo consilijs Ruin. & Pancirol. in contrariū allegatis, & motiuis D. Iudicis Gerard. Mazzol. consil. 87. num. 30. & sequenti, & consil. 53. num. 36. 43. & sequenti, vbi ostendit hanc esse veritatem, & in Ciuitate Regij, ità consuluisse, obseruari, & communiorem dicit Franc. Aret. in dicto capit. quod Clericis, num. 16. & 18. de foro compet. & hanc esse communem, & ità semper Veronæ obseruari, & iudicari, latè consulendo, & respondendo contrarijs tenet, & defendit Gab. Sarayn. in addit. ad Mathesil. dict. sing. 110. vbi num. 57. & 62. respondet ad rationem, Dec. adductam in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, num. 12. versiculo, & licèt prædicta responsio de constitut. qui volebat Imol. distinctionem, & aliorum Doct. non esse bonam, quod statutum haberet locum in hæreditate Clerici, & Clericos compræhenderet, & fæminas excluderet solum, quando esset factus Clericus, & Religiosus, post statutum conditum, secus si ante statutum, quia dicit Dec. quod statuta semper ligarent Clericos, & eorum bona, nam ibi Gabr. Sarayn. respondet, & benè, & ostendit, ità ab omnibus teneri, vt respondet etiam, & hanc opinionem in hæreditate Clerici tenet doctus, & valdè, Pract. Papiens. D. Roch. de Curt. in capit. fin. Sect. 8. num. 81. & sequenti, versic. sextò limita de consuetud. vbi dicit hanc opinionem teneri, & obseruari in patria sua, & sic in Ciuitate Papiæ, & sic claudit os aduersarijs D. Alfonsi, cum tantus vir attestetur obseruari in patria, ac sua Ciuitate, prout etiam in veritate obseruatur, & nunquam fuit auditum à tempore præfati statuti citrà sorores, & neptes in hæreditate præfatorum, clericorum successisse ab intestato, stantibus fratribus, & filijs fratrum masculis, vt notorium est in hac Ciuitate Papiæ, & omnes Doct. seruant, & tribunalia demonstrant; & demonstratur etiam in hæreditate Clericorum de Curtis, de Salernis, de Trouamalla, de Fiambertis, de Colonis, de Tortis, de Quaschis, de Berettis, de Ottonibus, de Taconibus, de Recenti, vbi, & frater fratris, & sorores maritatæ adsunt, & in multis alijs Clericis mortuis ab annis quindecim citrà, & vltrà, in quibus hæreditatibus, & bonis quomodocunq; quæsitis ab intestato successerunt, & succedant frater, & filius fratris, exclusis sororibus, & neptibus dotatis, secundum dispositionem dicti statuti, quò ad bona sita in territorio statuentium, & alios etiā quamplures allegauit in hac causa, Borgnin. dec. 33. num. 15. versic. at in statuto sequenti, in tertia parte, tertiæ partis, vbi ostendit esse magis communem opinionem, & in Ciuitate Papiæ, ità obseruari; in qua per annos quatuordecim functus est officio Vicarij generalis Episcopalis, & sic tollerauit etiam in suo foro Ecclesiastico seculares masculos succedere in hæreditate clericorum exclusis sororibus, & nepotibus, & magis communem, etiam dicit Bursat. cons. 93. num. 15. 22. & seq. volum. primo, & sic indubitanter apparet esse veram, & communissimam opinionem, cum omnes superiores DD. loquantur in indiuiduo, de hæreditate Clerici, & pauci sūt, qui in casu isto cō-
110 trarium loquuntur, † & ideò valdè miratus fui de Bertazzol. qui ausus fuit dicere in suo consilio 64. num. 23. & sequenti, contrariam esse equiorem, & magis communem, quia non benè reuoluit libros, nec ponderauit rationes, ideò quandoq; bonus dormitat Homerus, & in hæreditate Clerici ad fauorem secularis, contra etiam Moniales Sancti Lini Ciuitatis Volaterarum, de anno 1539. iudicauit Rotta Florent. cui se subscripserunt quinque Auditores Rottæ; vt videre est in libro R. Borgnin. manu scripto, qui habet dictam decisionem cum motiuis.

111 Facit quia in Statu Mediolani, virtute consuetudinis, & indulti Summi Pontificis Iulij III. concessi 1553. & confirmati per Pontificem Sixtum Quintum, de anno 1587. remouendo Ponticollū

colateralem, clerici sunt domini directi omnium fructuum, & spoliorum beneficij, & possunt de dictis fructibus disponere, & contrahere ad eorum libitum, prout possunt de alijs suis proprijs patrimonialibus, & allodialibus profanis, & aliquam non tenentur de illis rationem reddere successori, nec Ecclesiæ, nisi onera beneficij suportare vsque ad nostros fructus successoris, vt est videre ex lectura dicti indulti, de quo habetur per Rimin. iun. consil. 716. num. 42. & seq. & 62. col. 6. & per Borg. dec. 22. sub num. 24. vers. venerabili fratri, in 2. parte, & in decis. 33. nu 35. in 3. parte, tertię partis, & sentit Ludouic. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 35. & 54. & nulli dubium est, quod in be-
112 neficialibus, & fructibus beneficiorum, Papa est Dominus absolutus, & dispensator, & sic est supra ius, cap. cuncta per mundum, quæst. 3. Archid. in cap. primo, in fine 16. quæst. 7. vbi communiter per omnes, & per Flam. Paris. in tractatu de resign. benef. lib. 2. quæst. 4. num. 34. & tale indultum, & confirmatio dicitur lex, & ius cannonicum, cap. dudum de diuor. Innoc. in cap. cum pastoralis, versic. est ad hoc optimum argumentum, de iure patron. Maluas. consil. 3. num. 28. consil. 87. num. 17. consil. 95. nu 30. Crot. consil. 25. num. 47. volum. primo, & consil. 355. nu. 16.
113 volum. 3. si isti fructus sunt clerici, † sicuti sunt decimæ personales, & mercedes mortuarij, & missarum celebratarum, & alia prouenientia ex bonis Ecclesiasticis, & locis pijs, virtute cannonis, vt demonstrat Borgnin. decis. 8. num. 74. versic. cum rector, & clericus, in tertia parte, in necessariam consequentiam venit, quod sunt confusi in iure hæreditario clerici, & vnicum considera ur patrimonium posteaquam de illis ecclesiæ successori, & Papæ non tenetur reddere (vt dixi) aliquam rationem, nec alteri restituere adnota. a pulchrè per tex. in l. final. in fine, & ibi glo. & Doct. C. de inof. testam. & Anchar. cons. 433. postquam ista
114 domini, vbi consuluit, † vtile dominium bonorum ecclesiasticorum, quod reperitur habere emphyteuta, seu laicus, seu clericus dicitur profanũ & laycale, & considerari eadem bona, cum alijs bonis hæreditarijs patrimonialibus ipsius emphyteutæ, & non separatè, & ideò fæminas in illis bonis non succedere, stantibus masculis, si statutum excludit fæminas dotatas per agnatos masculos, quod sequitur Brun. de statut. fæmin. exclud. art. 9. quæst. 22. num. 104. & seq. num. 142. & seq. Purpur. consil. 332. num. 2. & seq. volum. primo, & Decian. cons. 30. num. 40. & seq. volum. 3. vbi dicit communem, Marcabr. consil. 26. num. 131. & sequenti, & num. 142. & sequenti. si vtile dominium proficiscens ex bonis ecclesiasticis prophanum, & incorporatum in hærede, dicitur etiam suppositum statuto de successione loquente, & tamen aliquando reuertitur ad Ecclesiam, & consolidatur cum directo Dominio, adnotata per DD. in cap. potuit de locato, & in l. 2. de iure emphyt. quanto fortius in fructibus beneficiorum, qui vllo vnquam tempore beneficio dicti indulti non reuertuntur ad Ecclesiam dominam, sed Cle-
116 ricus est verus dominus, nam † fructus bonorum Ecclesiasticorum, quando sunt separati à solo, non sunt Ecclesiastici, nec retinent conditionem fundi, sed sunt allodiales, & non habent priuilegium Ecclesiasticum, quia sumunt conditionem, & priuilegium à persona, cui adhereat, & non persona à fructibus, glos. fin. in fin. in l. fin. per illum tex.

C. de inoff. testam. prob. in addit. ad Io. in cap. si laycus, num. 25. & 26. de iur. patron. in sexto, &
117 ideò, † si clericus illos habet dum viuit, illi fructus gaudent priuilegio clerici, quo ad onera, & collectas, & in casu isto loquitur, & respondet Gabr. Sarayn. in dicta addit. ad Mathesil. dicto sing. 110. nota vnum num. 97. & sequenti colum. penult. & fin. si verò transeunt ad secularem, hoc est mortuo clerico, si remaneat in hæreditate clerici cum alijs bonis, & ire habeat in posse, & dominio secularis, tunc non sunt illi fructus, nec bona ex illis acquisita ecclesiastica, nec gaudent priuilegio, & immunitate Ecclesiæ; sed vti prophana, & allodialia soluunt onera, & collectas, vt faciunt fictabiles, & colloni, partiarij, vt distinguit, & notat inter priuilegium reale, & personale bonorum, & fructuum ecclesiasticorum. Borgnin. in tract. de vsufr. num. 163. Rolan. consil. 61. num. 14. & 15. volum. 4. Laur. Sylua. consil. 77. num. 3. vol. 2. Vincent. Caroc. in tract. locat. & conduct. nouiter impress. sub rubr. de collectis, num. 18. 30. & 32. & ratio est, † quia solum considerantur fru-
118 ctus ecclesiastici, quando sunt à fundo separati, respectu interesse Ecclesiæ, quæ habet regressum, & dominium in eos, & potest repetere à clerico, & eius hærede de iure communi, & ideò ipsi, & spolia sunt Ecclesiæ, & successoris, ac collectoris, & non beneficiarij præmortui, & sui hæredis, cap. præsent. & ibi DD. de officio ordin. lib 6. Sarayn. in d. addit. ad Mathesil. sing. 110. num. 97. & seq. sed quando non interest Ecclesiæ, nec ei præiudicat, nec habet regressum ad illos fructus contra clericum, & eius hæredem, tali casu fructus illi aliquod non habent priuilegium, & transeunt ad clericum vti dominum, & ad eius hæredes, vti eorum propria bona allodialia, & incorporantur in eorum iure hæreditario per supra dicta, & per pulcrè notata per Flamin. Paris. in tract. de resignat. benef. lib. primo, quæst. 6. num. 43. & seq. versiculo, tunc enim, & num. 76. & 77. versic. ità in alijs, & qui prætendit ius aliquod in illis, debet ire contra hæredes clerici, & non contra successorem in beneficio, nec contra Ecclesiam, quæ non habet interesse in illis; nec regressum ad illos, virtute indulti, vt tenuit Rot. Puth. Roman. decis. 189. num. 4. & 5. libro secundo, Iohan. Gutierez. in suis quæstionib. cannon. cap. primo, num. 112. versic. quo fit, vt tunc, & nume. 123. versic. capitulum vacante præbenda, Henric. Boich. in cap. si quis sine, num. 6. & ibi Imol. colum. pen. in fine, & colum. final. ne prælat. vices suas, Roch. de Curt. in cap. fin. de consuetud. Sect. 8. nu. 87. versiculo, duodecimo limita, & ità quò ad interesse Ecclesiæ, considerat in materia statuti excludentis fœminas, etiam Brun. de statuto exclud. fæmin. artic. 8. quæst. 22. num. 104. 106. 107. 108. & 109. vbi dicit Ecclesiam non esse læsam, posteaquam eius non interest, illa bona habere, & latè, ac pulchrè in fortiori casu loquitur, Marcobrun. dicto consilio 26. num. 131. & sequenti, & num. 136. 166. 169. & clarius nu. 206. & sequenti
119 vbi firmat, & probat, illa bona † ecclesiastica, virtute Bullæ, & indulti Pontificis trãsire in quascunque personas, vti bona patrimonialia, & venire sub petitione hæreditatis, & regulari, vti bona hæreditaria, & quod isti fructus, & bona ex illis acquisita, vti accessoria suo principali nõ gaudeãt priuilegio ecclesiastico, & considerentur vti allodialia, & prophana, consuluit, Decian. consil. 5 16. num. 4.

num. 4. volum. 3. & ita dicit magnæ conscientiæ doctus Nauar. consi. 65. maximè num. 6. & consil. 66. num. 3. de præbend. volum. primo, nam postea quam transeunt de persona ecclesiastica in laycum, considerantur, & iudicantur, vti non ecclesiastica, Bart. & DD. vbi Paul. de Castr. in l. licitatio, §. fin. de public. nota. Brun. de stat. exclud. fæmin. artic. 8. quæst. 2. sub num. 6. versic. sed pro hac decisione, si Ecclesia non est læsa, non habet interesse, nec aliquod regressum ad dictos fructus, quis est ergo ille, qui vult se vsurpare priuilegium, & interesse Ecclesiæ concessum per Pontificem beneficiario clerico vti domino, & eius hæredi? nullus alter equidem potest hoc, ergo istæ fæminæ dotatæ carent omni subsidio, & beneficio dicti statuti, & excluduntur, solaq; Ecclesia, idest illa quæ deberet haberi in consideratione, vt etiã ita ratiocinatur Gerard. Mazzol. in dicto consilio 87. in fine, & Anton. Ciof. consil. 2. numer. 2. in fine, & num. 3. volum. 2. & conferunt tradita per Flamin. Paris. de resignat. benefic. dicta quæst. 6. num. 43. & seq. & num. 76. & 77. & cum appareat Reu. D. Præpositum habere bona patrimonialia, domos, & alias res, etiam facto clerico, & postea per multum tempus, & bona etiam acquisijsse, non ex fructibus Ecclesiæ, sed sui patrimonij, cui confessioni quilibet etiam singularis successor tenetur stare, Alexand. consil. 195. in fine, volum. 6. Crauet. consil. 29. colum. prima, volum. primo, Aret. consil. 112. & Decian. consil. 44. nume. 74. & seq. volum. 3. sequitur in iure suo hæreditario debere succedere fratrem & filium fratris, exclusis sororibus dotatis, & etiam secundum voluntatem ipsius Reuer. Præpositi Clerici, qui non instituendo alios ex testamento, vt facere poterat, censetur voluisse se confirmare, cum dispositione statuti, & voluisse succedere ab intestato Alfonsum Aycardum filium masculum sui fratris carnalis, vt etiam dicit Gabr. Sayran. in dicta additione ad Mathesil. d. sing. 110. num. 83. & 84. Alexander consil. 44. videtur in fine, volum. 5. Rimin. iun. consil. 47. num. 20. volum. primo, Ancharanus dicto consil. 433. & Socinus iunior consil. 62. vol. 3. cum alijs, & ita reperio D. Borgn. tenuisse in decis. 31. per totam, maximè num. 15. part. 3. ad quam recurres vti factam in terminis huius statuti, in fauorem dicti D. Alfonsij Aycardi, contra D. Tullium, vbi intrepidè tenet statutum memoratum habere locum, etiam in fratre clerico mortuo, & in muliere dotata, idem Borgn. decis. 20. num. 14. part. 4.

Quid tenendum in hoc dubio articulo, in quo plures Doct. consuluerunt pro vtraque opinione,
120 & ij quidem non vulgaris nominis, † ego intrepidè teneo hanc secundam opinionem, vti communiorem, nempè statutum nostrum habere locum in hæreditate clerici, & ita iudicarem, si casu haberem præmanibus, licèt alias, dum essem iuuenis ingenij gratia, & ob auctoritates per me citatas contrariam partem defendere conatus sim in causa ipsius D. Iuliæ vxoris D. Io. Lucæ Beloculi fratris mei vterini ex eo præcipuè, quia nullum infertur clericis præiuditium, nec impeditur libertas ecclesiastica, quin possint de ipsis bonis, vel per contractum, vel per vltimam voluntatem disponere, & alienare, cumq; dictum statutum sit eis vtile, & proficuum, dum excludunt fæminas, ea propter posteriorem ipsam sententiam melioribus fulcitam rationibus amplector, prioremque

121 melius sentiens amplius non sequor, † cum licitum sit Doctori, qui consuluit pro vna parte, si videat veritatem, in oppositum venire, & mutare consilium, ita Baldus in l. final. §. sed cum in secundam, ad finem, C. de furtis, Ias. in l. ætatem,
122 nu. 8. vers. quinto nota, vbi Dec. num. 12. C. de † eden. cum melius sit secundum se ipsum corrigere quam expectare, quod ab alio corrigatur, §. pri. in auth. de nupt.
123 In verbo, vel filiorum fratris] nota † quod licet statutum disponeret, quod filius masculus excludere posset fæminam, adhuc tamen haberet locum in nepote, ex filio, adeò vt fæminam excluderet, Baldus, Alexander, & alij, in l. vnica, Cod. de in ius voc. Anchar. in cap. canonum statuta, de constit. Ruinus consilio 141. num. 3. volum. 2. & consil. 58. num. 5. vbi plures congerit. volum. 5. Natt. in tractatu, quod stantibus masculis, numero 25.
124 † Si tamen statutum simpliciter excluderet sororem propter fratrem, non haberet locum in filijs fratrum, Imol. in l. si vero, §. de viro, ff. sol. matrimon. Decius consilio 315. nume. 4. Berous consil. 148. num. 15. & sequenti, lib. 2. Alexander consil. 104. volum. 2. lib. 2. Barbat. in consil. 39. columna 3. libro secundo, vide tamen Honded.
125 consil. primo, num. 57. vbi tenet hanc opinionem in filijs fratrum germanorum, non esse tutam, sed benè esse receptam in filijs fratrum patruelium, & aliorum existentium, vltra primum gradum, & allegat Alb. Brun. in tractat. de statu. excludente fæminas, articulo 12. nume. 209. & seq. vsquè ad numerum 216. quid e communi te-
126 statur; † & an statutum vocans fratrem ad exclusionem sororum compræhendat etiam fratres patrueles, seu fratres patris ipsius sororis, dic quod non; cum intelligatur de fratre per prius, ac propriè, & in primo gradu fraternitatis, Ias. in l. prima, numero 5. & sequenti, Cod. de success. edic. vbi Decius numero 4. Idem Decius consilio 346. Brun. in tractatu, quod stantibus masculis, artic. 12. quæst. 16. versiculo, Tertius casus, sub num. secundo, versiculo, contrarium credo verius, Roll. à Vall. consil. 56. per totum, volum. primo, Paris. pleno consil. 110. lib. 3. Rub. consil. 118. num. 3. Io. Cotta consil. 12. & de magis communi pluribus citatis testatur, Honded. consil. 2. num. 46. & sequenti, libro secundo, post Anton. Gabr. in tit. de statutis, conclus. 7. nume. 12. Cephal. consil. 616. Bertazzol. consilio ciuil. 62. per totum, licèt non defuerint, qui contrarium tenuerint, vt per Rom. vbi addition. consil. 16. Morot. consil. 7. non insisto super rationibus, & iuribus, cum apud eos videre liceat.
127 † Quid autem, si dictæ personæ sexus masculini hic enumeratæ, à statuto fuerint legitimatæ per subsequens matrimonium, an excludant fæminas, vigore huius statuti; dic, quod sic, ità Ancharan. consil. 242 ex tenore Dec. consil. 155. columna penultima, & finali, & in capitulo cum in cunctis, numer. 29. de elect. Castrens. in l. final. C. de his, qui veniam ætatis impetr. Campegius in tractatu de dote, in prima parte principali, quæstione 59.
128 in fine, Paris. consil 13. volum. 2. † Quid autem si fuerint legitimatæ ex priuilegio, & tunc multi tenuerunt, quod non; prout in simili dicitur, quod statutum excludens fæminas existentibus masculis, non habet locum in legitimatis ex priuilegio, Antonius de Butrio in capitulo, per venerabilem

in pen. Chart. qui filij sint legitimi. Dec. in cap. cum in cunctis, colum. 3. de postul. prælat. & cōs. 51. & ad hoc vide latè Brun. in tract. quod stantibus masculis, art. 12. princ. quæst. 4. num. 147. vbi dicit hanc veriorem, & æquioré, quam pariter dicit, Capic. decis. 194. nu. 6. Curt. sen. conf. 13. vbi loquitur in statuto Ianuæ, & cons. 16. in statuto Laudensi, Ias. in l. si is, qui pro emptore, num. 286. asserens magis cōmunem, ff. de vsucap. Dec. in statuto Aresij, consil. 52. & in statuto Florentino cons. 383. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo susceperit liberos, nu. 98. C. de reuoc. donat. Mising. obseruat. 26. cent. 3. ad finē, Fachin controu. Illust. lib. 6. cap. primo, vbi ex professo, Prosper. Paser. conf. 71. num. primo, Pancirol. conf. 59. num. 68. Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 2. num. 5. & cap. 5. num. 75. Graff. in suis communibus, §. successio ab intestato, quæst. 19. nu. 12.

129 † contrariam tamen sententiam asserit magis communem, Roll. à Vall. conf. 83. volum. 3. quem secutus est, Menoch. conf. 164. num. 5. vide tamen eundem nu. 17. & vide etiam Albam conf. 165. nu. 13. quo loci tenet compræhendi etiam masculos legitimatos, & vide etiam conf. 750. nu. 7. & 8. Ias. in l. cum acutissimi, nu. 6. C. de fideic. candé magis cōmuné testatur, Curt. iun. in statuto Cortonæ conf. 153. num. 10. ad exclusionem matris, Alciat. responso 307. Coaruu. in epitome de sponsal. part. 2. cap. 8. num. 3. Vasq. de success. progress. lib. primo, §. 2. num. 78. Non. conf. 8. nu. 8. Bero. conf. 174. nu. 10. lib. 2. asserens ita iudicatū per Rotam Bononiensem. Peregrin. de fideicom. artic. 23. nu. 30. Rauden. de Analog. cap. 26. num. 107. Menoch. conf. 266. num. 9. & 517. num. 6. Lup. de illegit. & naturalibus coment. 3. § primo, nu. 75. qui ait hanc veriorem, & receptiorem, quā & ego amplector, nisi tamen statutum vocaret filios, & alios, sub nomine legitimorum, & naturalium, Non. d. conf. 8. nu. 8. vel nisi ageretur nō de plenaria legitimatioue, sed dispensatione, putà, vt posset succedere, vt patri placuerit, Ias. in l. cum acutissimi, num 6. C. de fideic. Paseth. d. conf. 71. nu. 3. Graff. in d. §. successio ab intestato, nu. 13. Lup. d. tract. de illegit. & naturalibus, d. coment. 3. §. primo, nu. 75. versic. declaratur modo, & vide infra nu. 142. & seq.

130 † An autem hoc statutum compræhendat etiā moniales ingredientes religionem, & dicas, quod sic, ex magis communi DD. sententia. Io. And in reg. sine culpa de reg. iur. in sextò, in memorialibus, Castr. conf. 339. col. 2. & 3. Roman. in l. stipulatio, hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Abb. & alij in cap. quod clericis de foro compet. Ripanus meus in suis respons. in tit. de long. consuet. cap. 6. num. 11. vbi hanc cōmunem testatur, Soc. iun. conf. 25. nu. 11. vol. 3. Cephal. conf. 146. nu. 26. vol. primo, plures ad hoc citat Carpan ad statuta Mediolani, cap. 178 nu. 128. cum seq. de magis communi attestans; intellige si post statutum moniales assumpserunt monacatum, secus autem si antè, Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 49. versic. sextò quæro de constitut. & etiam num. 71. vbi Dec. num. 55. testatur de communi, Ve-

131 gius conf. 14. nu. 14. † & quod huiusmodi statutum compræhendat etiam Moniales, & Clericos, Borgnin. dec. 9. nu. 81 cum duobus sequentibus, vbi testatur de magis communi, intelligendo, quando statutum iniecit vinculum ante clericatum, & religionem, & quando statutum simpliciter loquitur non faciens expressam mentionem de monialibus, & clericis, & ibi per eum idem Borgnin. decis. 31. num. 19. part. 4. tenet etiam Alb. consil. 513. num. 32. & nu. 20. ac consil. 98. num. primo, vbi latè Appost. & consil. 498 num. 1. & 2. Honded. consil. 11. num. 27. cum tribus seq. lib. 2. vbi infinitis citatis testatur de magis communi: &

132 † quod habeat locum hoc statutum, etiam in clericis, vt excludant fæminas hanc dicit communem, Brun. in tract. quod stantibus mascul. artic. 12. quæst. 11. de magis communi, tàm de iure ciuili, quàm canonico, Bursat. consil. 93. nu. 27. pluribus citatis, Rimin. iun. conf. 253. nu. 13. lib. 3. & dictum fuit etiam supra.

133 Scias autem, † quod ad hoc, vt masculi hic enumerati excludant fæminas requiritur, quod adsint tempore delatæ successionis, alias enim, si nascantur, & cōcipiantur post delatam successionem, fæminæ amplius non admitterentur, Brun. super statu fæmin. exclud. art. 12. quæst. 32. nu. 303. Alb. conf. 106. num. 10 post Corn. conf. 314. colum. fin. vers. postremo, in 4. vol. verum tamē

134 est, quod † si masculi essent in vtero tempore mortis, & successionis illius, de cuius hæreditate agitur, tunc benè excluderent fæminas, dato, quod interim fuissent admissæ, ità Afflic in const. regni, rubr. 34. de success. nobil. num. 9. lib. 3. ha-

135 bet † etiam locum hoc statutum in fæminis alibi nuptis, quæ compræhenduntur pariter sub statuto excludente fæminas, Corneus consil. 202. col. 2. volum. 2. Alex. conf. 19. nu. 6. vol. 6. qui testatur hanc magis cōmunem, Brun. pariter in tract. quod stantibus masculis, in sexto, art. princ. nu. 9. & 16. Rim. iun. conf. 353. nu. 15. & 136. lib. 4. ha-

136 bet † etiam locum hoc statutum in personis Iudeorum, qui pariter gaudent hoc statuto ad excludendas fæminas, Ann. in cap. Iudei, il secondo, colum. 5. vbi Felin. num. 4. de Iudeis, Coras. in miscelaneis iuris ciuilis, lib. 5. cap. 16. sub num. 8. Laur. de Palat. in tractat. quod stantibus masculis nu. 258. cum alijs seq. Natt. in d. tract. quæst. 2. princ. nu. 105. cum alijs seq. Campeg. in d. tract. quod stantibus mascul. quæst. 60. num. 239. cum alijs seq. vbi refert tenentes hanc partem, & respondet ad contraria; & ita fuisse iudicatum Florentiæ, Roll. à Vall. conf. 35. nu. 35. vol. 2. Brun. in tract. quod stantibus masculis, in sexto, artic. princ. num. 60. Rimin. iun. consil. 275. num. 36. lib. 3. idem Rimin. conf. 478. num. 30. cum seq. lib. 4.

137 † Non tamen habet locum huiusmodi statutū in bonis existentibus extra Ciuitatem, & iurisdictionem Papiæ, secundum Bart. in l. cunctos populos, quæst. 6. C. de Sum. Trin. & fid. cath. & licèt ibi Salicet. contrarium tenuerit, & Salicet. tueatur, Georg. Natt. in tract. quod stant. masc. quæst. 4. principali, quæst. 9. nu. 36. & seqq. pluribus, ac latissimè Francis. Piscina in suo tractatu super statuto Marchiæ Saluciarum; Marescot. variarum resolut. lib. primo, cap. 9. in primo dubio, tamen cum Bart. tenet Alexand. consil. 128. vol. primo, vbi respondet fundamentis, Salyc. de communi pariter, idem Alex. conf. 48. circa medium, volum. 3. vbi ait ab hac sententia non esse recedendum, sequitur Roll. à Vall. in tract. de lucro dotis, quæst. 20. num. 14. vbi plures refert, ita tenentes, & hanc communissimam infinitis citatis, siue statutum loquatur in hæreditate, siue in successione, siue in bonis, quod non extendatur statutum

138 tutum ad bona posita extra territorium, † sed debeat attendi statutum illius loci in quo bona sunt posita, siue in personam, siue in rem loquatur, testatur Borgn. decis. 12. num. 53. part. 3. latissimè Rolan. consil. 80. per totum præcipue, nu. 23. lib. 4. Menoch. consil. 469. num. 8. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 278. in rubr. num. 4. vbi plures refert, & hanc communiorem asserit Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 76. per tot. qui & veriorem, & magis communem firmat Purpur. consil. 320. num 5. & seq. Osasc. decis. Pedem. 100. in fine, Surd. de communi consil. 343. num. 11. lib. 3.
139 & consil. 346. num. 2. eod. lib. † è contrario autē benè procedit hoc statutum in successionibus forensium, respectu bonorum in hac ciuitate existentium, ita latè probat Alb. consil. 50. num. 5. cū seq. Cephal. consil. 309. num 60. cum seq. volu. 3. Bursat. cons. 198. num. 42. & 43. vol. 2.
140 Non † etiam habet locum huiusmodi statutū, quando extraneus fuisset institutus, Rim. iun. consil. 435. num. 64. & seq lib. 4.
141 Non † etiam pariter habet locum huiusmodi statutum, in masculis adoptiuis, Io. de Ann. cons. 37. viso casu Dec. in cap. in præsentia, num. 117. & seq. de prob. Tira. plures allegans in l. si vmquam, in verb. susceperit liberos, num. 11. C. de
142 reuoc. donat. nec etiam † procedit in filijs naturalibus legitimatis per rescriptum Comitis Palatini, vel alterius habentis potestatem legitimandi, Natt. in d. tract. quod stantibus masculis, q. 3. num. 1. cum quatuor seqq. Dec. in l. liberos, circa finem, C. de collat. & in cap. in præsentia, nu. 40. de probat. & cons. 52. Curt. sen. cons. 16. num. 5. & seq. & cons. 35. num. 16. in quibus locis testatur
143 de commun. Gozad. cons. 6. num. 9. † & latè decis. 5. num 128. non tamen habet locum hoc in filio spurio legitimato per principem, quod & ipse comprehenditur sub hoc statuto, ad excludendas fœminas, cum propriè legitimus & naturalis censeatur, Bart. & alij communiter in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucap. Alex. cons. 52. volum. 1. idem Alex. in l. sed si hac, §. patronum, ff. de in ius voc. & cons. 11. col. 5. ac cons. 87. col. 5 volum. 2. quando autem legitimatus per rescriptum excludat fœminas vigore huius statuti, vide etiam latè Carpan. ad statuta Mediolani, cap 278. num. 61.
144 non † etiam vigore huius statuti excluditur hermafroditus præualens in masculino sexu, Alb. & Bal. in l. quæritur, ff. de stat hom. Rim. iun. consil. 136. num. 8. lib. 2.
145 † Nec etiam pariter habet locum huiusmodi statutum, quando masculi successionis essent incapaces, putà quia essent deportati, vel fratres Sācti Francisci, vel banniti, cū tunc habeantur pro mortuis, ac pro nō extantibus, Bart. in l. 1. §. pen. ff. de bonorum poss. secundum tabul. & in Auth. ingressi, circa finem, C. de sacrosan. eccles. Ruin. cons. 154. num. 5. vol. 2. Rim. iun. cons. 457. nu. 72. cum seq. lib. 4. post Natt. cons. 94. col. fin.
146 † Sed quid si masculus postquam fuit admissus moriatur, an tūc admittatur fœmina, & dic quod
147 non, cum † fœmina semel exclusa, semper duret exclusa etiam quod momento fuerit exclusa; Cotta in suis memor. in verb. Statutum quod extantibus, versic. an autem, Tiraq. in reper. l. si vmquam, in verb. susceperit liberos, num. 192. C. de reuoc. donat. Alex. consil. 29. col. pen. ad finem, num. 7. col. pen. Ant. Gab. in suis communibus, in tit. de statutis concl. 4. Francisc. Monald cons. 13.
148 nu. 4. lib. 2. † quod intellige procedere quando statutum simpliciter excludit fœminā, puta quod stantibus masculis fœmina non succedat, nam tūc si semel fuit exclusa, putà tempore mortis extant masculi, perpetuò remanet exclusa, etiam quod exinde defecerint, & ita loquitur statutum no-
149 strum; † aut verò statutum excludit fœminam temporaliter, putà per dictionem, donec, vel quoad, vel per similia verba, & tunc deficiente masculo, admittitur fęmina, Bart. in l. fin. ff. ad Tertull. & in l. 1. §. filium, ff. de bonorum poss. contra tab. Brun. in tract. quod stantib. mascul. art. 10. q. 5. num. 62. Soc. cons. 92. col. 10. in 4. dubitatione, lib. 1. Alex. d. cons. 29. num. 7. Paris. cons. 85. num. 31. cum seq. lib. 2. Borgnin. decis. 36. num. 266. par. 2.
150 † Non etiam procedit hoc statutum si masculi extarent, & succedere sororem vellent ac contentarentur, l. 2. §. sed si sint sui, ff. ad Tertullian. & ibi Bart. Surd. cons. 85. nu, 10. lib. 1. potest enim huic statuto renunciari per masculum, vt tenet Bald. in l. maximum vitium, col. 7. vers. sed pone frater, C. de lib. præter. Afflict. cum alijs adductis per cū, in constitutione in aliquibus num. 9. lib. 3. rub. 25. & ideò si masculi extarent, & vellent fœminam succedere, & facere partem, tunc fœmina non posset cogere eos ad se dotandam, de quo vide Borgnin.
151 decis. 29. nu. 23. lib. 3. verum tū † est quod postquam fœmina fuit semel admissa ad succedendū à masculis, non possunt postmodum masculi penitere dicendo, velle eam dotare, nisi essent minores beneficio restitutionis in integrum, ita in puncto huius statuti, Borgnin. dec. 29. num. 24. & seq.
152 part. 3. † idem dicendum est, si fœmina dedisset in dotem partem bonorum paternorum cum consensu fratris, nam isto casu censeretur à fratre vti hæres approbata, & diceretur renunciasse statuto, ita in puncto Alb. cons. 775. per totum, quod consilium fuit D. Iacobi Francisci Gambaranę, olim lectoris publici, & postmodum Senatoris am-
153 plissimi, ratio est, quia † huiusmodi statutū non haberet locum, nisi masculus statuti beneficio vtatur, & fœminam excludere velit. l. 2. §. liberi, vers. sed si sint, & ibi Bart. ff. ad Tertul. Socin. sen. cons. 85. col. fin. & cons. 116. col. 3. lib. 1. cum alijs pluribus de quibus per Honded. consil. 1. num. 85. lib. 2.

Quod autem dici posset filiam dare in dotē bona paterna cum consensu fratris, facit ad aliam quęstionem an filia in actu dotationis patre consentiente possit sibi reseruare ius succedendi, & communis Doctorum sententia est posse reseruare, & tale pactum validum esse, vt per Bart. in l. fin num. 4. C. de pact. & ratio est, quia sicut potuisset pater testando filiæ etiam dotatę relinquere, ita paciscendo impedire potest exclusionem, sequitur Angel. ibi, & ait Ias. ibidem num. 19. posse patrem præiudicare filijs in iure quærendo, & tali modo dotare, quod filia nō excludatur, sequitur Iacob. ibi num. 43. Curt. iun. de communi num. 37. Rimin. num. 7. Gozadin. num. 21. Cagnol. multos referēs num. 170. Ruin. cōmunem asserens cons. 16. nu. 4. lib. 2. Brun. de stat. exclud. fæm. artic 6. num. 252. Bero. cons. 140. num. 42. volu. 2. Campeg. de stat. exclud. fæm. num. 151. Natt. d. tract. q. 2. num. 50. Surd. cons. 457. num. 21. lib. 4.
154 † An autem defunctus, vel princeps possit derrogare dispositioni huius statuti, tradit Brun. in d. stat. fœmin. exclud. art. 14. q. 1. & art. 6. q. 13. & videas per Carpan. ad d. cap. 278. sub nu. 97. & 98.

distiu-

distinguentem inter hæreditatem delatam, vel id minus.

155 † An autem hoc statutũ procedat in bonis fæudalibus, & emphiteoticis, vide late Ruin. cons. 4. num. 6. volum. primo, vbi hoc declarat & limitat, Carpan. d. cap. 278. nume. 26. vbi in fæudalibus testatur declaratum fuisse per Senatum Excellentissimum nõ habere locum huiusmodi statutum, & etiam nume. 29. & mox dicetur, & quod stante hoc statuto, quod fæmina excludatur etiam à bonis fæudalibus absolutè hæreditarijs, tenet Brun. de stat. exclud. fæmin. cap. 8. principali nu. 114. quæst. 13. Ruin. cons. 9. lib. primo, num. 1. Rol. de lucro dotis quæst. 54. nume. 20. Cephal. cons. 695. nu. 7. Surd. cons. 475. nu. 11. libr. 4.

156 † Nec etiam procedit dispositio huius statuti, quando nullus masculus extaret, nam tunc fœminæ admitterentur, Bart. in l. fin. §. primo, in prima quæst. ff. ad Tertul. Bald. in l. in quibus, ff. de secund. nupt. de communi Socin. iunior. cons. 80. num. 6. volum. 2. Alexan. in l. filius à patre, ff. de lib. & posthum. Rimin. iun. consil. 487. num. 60. vol. 5. Ruin. consil. 19. num. 6. volum. 3. Bertazzol. consil. 95. num. 2. consil. 62. nu. 33. in Ciuilibus, cum alijs de quibus per Borgnin. decisio. 13. nume. 20. part. 3. Decian. cons. 13. volum. 3. † vel quando masculi

157 nominati à statuto non succedunt, sed extranei Borgn. decis. 12. nu. 2. & seq. par. 3.

158 † An autem hoc statutum procedat in hæreditate sororis, adeò vt soror dicatur exclusa ab hæreditate sororis, seu neptis in statuto non nominatæ extantibus masculis, scilicet fratre d. sororis, Doctores in hac quæstione inter se dissenserunt, pluresq; namq; ad fauorem fratris tenuerunt, volentes ipsum sororem excludere ab hæreditate sororis, vt in punctualibus terminis huius statuti. tenuit Curt. sen. pleno cons. 9. Mar-Anton. var. resol. lib. 2. resolut. 59. cas. 9. Brũn. in tractat. quod stan. masc. artic. 5. num. 8. Hieron. Gab. consil. 14. in 2. dub. num. 22. lib. 1. Menoch. plenè cons. 541. in 2. dubio, lib 6. moti quia fratris appellatione venit soror, vnde sicut excludit sororẽ ab hæreditate fratris, ita ab hæreditate sororis, maximè cum eadem ratio subesse videatur; scilicet conseruandi bona in agnatione, quo casu masculinum concipit fœmininum, eoque magis stante statuto 53. inter statuta suprad. regimin. potest. disponente masculinum concipere femininum.

Contrariam tamen sententiam pleriq; tenuerunt, cum quibus & ego inclino, nempè, sororem à sororis hæreditate non censeri exclusam, quam tenuerunt Soc. iun. pleno consil. 23. lib. 1. vbi respõdet Curt. sen. fundamentis, Castr. consil. 119. hæreditas prædicta lib. 1. Bened. Capr. cons. 62. in 4. dubio, Corn. cons. 12. num. 2. lib. 1. & cons. 94. nu. 4. cum seq. lib. 2. Ias. in rub. num. 22. ff. de acquir. posses. Fulgos. consil. 34. Crauet. cons. 743. num. 7. Tiraq. de retract. lignag. §. primo, glo. 9. nu. 150. & in proprijs terminis statuti nostri, Borgnin. decis. 29. num. 1. & seq. par. 3. vbi in facti contingentia secundum hanc opinionem iudicatum fuisse testatur anno 1579. à perillust. & integerrimo D. Senatore Montio tunc Papiæ Prætore, & ista mihi æquior & receptior videtur, hæcq; sunt præcipua fundamenta; primò, quia cum statutum hoc sit iuris communis correctorium, quo soror cum fratre simul admittitur, non fit extensio de vna persona ad aliam, etiam ex rationis identitate; Secundò statutum excludit solum dotatam ab hæreditate auita, paterna, materna, & fraterna; de hæreditate autem sororis nullum verbum facit, vnde tãquam casus omissus remanet sub dispositione iuris communis, maximè cum ex statuto proximo præcedenti, & alio etiam subseq. soror non reperiatur exclusa, sed admissa; Tertiò, quia ex statuto vltimo in criminalibus, statuti verba sunt ad literam intelligenda, de quo agit Alex. cons. 45. nu. 2. & seq. lib. 7. Quartò, quia cum agatur de hæreditate sororis, non possunt dici bona, paterna, materna, aut fraterna, vt arguit in puncto D. Rip. auus mihi maternus responso 5. num. 8. tit. de iure gent. & ciuil.

Nec obsunt cõtraria, nam ad id quod fratris appellatione soror comprehendatur. Respondetur non procedere in statuto iuris communis correctorio, Alex. cons. 45. lib. 7. Gabr. de verb. signif. concl. 6. num. 23. Secundò respondetur non procedere stãte communi vsu loquendi, quo sub nomine hæreditatis fraternę, non venit sororis hæreditas, qui communis vsus loquendi in statutis attenditur; ad illud quod masculinum comprehendit fœmininũ; Respondetur intelligi quò ad exclusionem personæ defunctę expressè à statuto nominatæ, secus quò ad hæreditatem defunctæ non nominatæ à statuto; quando de per se quælibet persona potest stare & considerari, & non coniungitur cum exclusa, vt latè per Borgnin decis. 28. num. 47. par. 3. per Corn. cons. 11. in subscriptione, lib. 1. nec admittitur ratio cõseruandi bona in agnatione, nisi respectu personæ in statuto nominatę, vt per Borgnin. proximè citatum.

In verb. & filij, & descendentes ex ipsis mulieribus.

159 nota †. quod licet statutum expressè nõ priuaret filios & descendentes ex dictis fęminis, nihilominus de iure dicerentur exclusi; cum statutum excludens fęminas dotatas existẽtibus fratribus, intelligatur etiam excludere omnes filios venientes ex personis dictarum fœminarum, l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. poss. Bart. in l. liberorũ, num. 4. ff. de verb. sign. Alex. cons. 75. num. 12. lib. primo, Ant. Gab. in suis communibus, in tit. de statutis concl. 7. num. 14. Surdus consil. 85. num. 17. lib. 1. Crassus de success. §. successio ab intestato, q. 3. num. 3. sequitur Menoch. consil. 95. num. 48. lib. primo, vbi post Socin. cons. 168. num. 45. lib. 2. testatur de communi; Idem tenet Socin. iun. consil. 69. num. 25. & 26. lib. 3. vbi num. 27. adducit,

160 rationem, quia † inhabilitas medij, impedit extrema coniungi, l. tria prædia, ff. de seruit. vrb. prædiorum. Soc. sequitur Menoc. consil. 121. num. 1. & 2. lib. 2. quo loci ex Alex. cons. 6. ad finem lib. 3.

161 infert † quod si ex contractu emphiteutico sit exclusa mater, etiam eius filius exclusus dicitur, sequitur idem Menoch. cons. 234. num. 4. lib. 3. itẽ

162 dicimus † quod statutum excludens filium dicitur etiam excludere neptem ex ipsa filia, ne melioris cõditionis sit neptis remotior quam filia proximior, Bal. in l. venia. in fine, C. de in ius voc. Abb. cons. 76. num. 5. in fine, lib. primo, Menoc. consil. 235. num. 24. lib. 3. & cons. 318. num. 21. lib. 4. idẽ

163 † statutum excludens fœminam dicitur etiam excludere masculum filium feminæ, ex quo venit ex persona matris, quæ dicitur exclusa, Castr. cons. 91. colum. 2. lib. 2. sequitur Vegius consil. 63. num. 65. & 73. ac etiam num. 68. vbi allegat Roman. ita tenentem consil. 40. hinc etiam dicimus,

164 † quod si statutum excludat filiam dotatam, vt in casu nostro, masculus intelligitur etiam exclu-

dere

dere neptem ex filio prædefuncto, similiter dota-
tam, ne melioris sit conditionis remotior neptis,
quam filia proximior, ita Ias consil. 221. colum. 4.
lib. 2. sequitur Vegius d. consil. 63. num. 55. & nota
dum statutum nostrum vtitur illo verbo descen-
dentes, vult comprehendere omnes vsq; in infini-
tum, tam masculos, quàm fœminas, §. primo, in
Aut. de hæred. ab intest. Rip. in l. filiusfam. §. diui.
num. 12. ff. de leg. 1. Dec. consil. 495. num. 6. Alex.
consil. 160. lib. 2. & consil. 56. num. 2. lib. primo,
Peregrin de fideicom. art. 19. num. 11. & artic. 25.
num. 8. Menoch. præsumpt. lib. 4. præsumpt. 86.
num. 26.
165 In verb. non faciant partem &c.) An † autem
hoc statutum excludens feminas existentibus fra-
tribus, habeat locum si vnus tantum masculus, &
sic frater existat, & dic quod sic, ita Rip. in l. ex fa-
cto, §. si quis rogatus il primo, num. 51. ff. ad Tre-
bell. Crass. de success. §. successio ab intestato, q. 3.
166 num. 3. Dec. consil. 617. num. 3. quod tanto † ma
gis dicendum est stante statuto 53. supra de regi-
min. pot. disponente, quod masculinum côcipiat
fœmininum, & quod pluralis numerus concipiat
167 singularem; † Notta quod stante hoc statuto ex-
cludente fœminas propter masculos, si pater susci
piat emphiteusim pro se, suisq; filijs masculis, &
fœminis, intelligitur enim sic necessario, vt primo
masculi, & his non existentibus fęminæ admittan-
tur propter statutum, Bart. in l. vt iurisiurandi, §.
si liberi, colum. 2. in princ. ff. de oper. liber. Ias. in
l. 2. num. 187 C. de iur. emphit. Alex. in l. quod di-
citur, num. 15. ff. de verb. oblig. Gozad. cons. 75.
Ias. in l. omnes populi, num. 29. ff. de iust. & iur. &
inf. nu. 171. hinc etiam dicimus, quod stante hoc
168 statuto, † si pater instituat filios, & filias, primo
vocantur filij, & post eos filiæ, Soc. cons. 280. in fi-
ne, & cons. 113. colum. 2. Alex. cons. 9. colum. 2.
169 volum. 5. & ratio est, † quia hominis dispositio
intelligitur secundum iuris dispositionem l. si duo
170 ff. de acquir. hæred. & † quod huiusmodi statu-
tum habeat etiam locum in bonis emphiteoticа-
rijs ecclesiasticis, adeo vt stantibus masculis fęmi-
næ excludantur ab eis vigore huius statuti, ita
Brun. de statuto exclud. fœmin. art. 8. q. 22. num.
104. & seq. Purpur. consil. 332. num. 2. & seq. ac
num. 10. volum. primo, Decian. consil. 30. nu. 40.
& seq. volum. 3. vbi de communi Marcobr. cons.
26. num. 131. & seq. & num. 142. & seq. Borgnin.
decis. 20. num. 17. part. 4. sequitur Surd. cons. 338.
num. 15. & seq. lib. 3. post Anchar. cons. 433. nu. 3.
& ibidem Surd. adducit rationem, scilicet, quia
licet bona ecclesię non ligentur statutis laicorum,
tamen hoc procedit quando agitur de præiuditio
ipsius ecclesiæ, secus quando statutum afficit solû
ius pertinens ad laycum, vt est vtile dominium,
tunc res quoq; ecclesię ligatur, vt ibi latissimè per
eum, idem tenet Rim. iun. cons. 267. num. 16. lib. 3.
171 & cons. 558. num. 23. lib. 5. & quod † stante hoc
statuto præferente masculos fœminis, dispositio
testatoris, vel contrahentium exprimens mascu-
los, & fœminas censeretur eos vocare non simul
cum masculis, sed successiue fœminas deficienti-
bus masculis, & non aliter, post Bart. in d. § liberi
tenet pluribus citatis, Alba cons. 237. num. primo,
13. 18. & 31. vbi latè appost. ad eum plures con-
gerens authoritates, Soc. iun. cons. 71. nu. 11. lib.
primo, & vide eundem Alb. cons. 81. num. 34. quo
loci, declarat hoc procedere, quando statutum
172 præfert masculos in eo casu, & proposito, de quo
loquitur testamentum, & contractus, alias secus,
si statutum præferret masculos fœminis in alio
proposito, & allegat ad id Bald. in l. liberti, col. 6. &
seq. C. de oper. lib. Alex. in l. hæredes mei, §. cum
ita, sub num 50. ff. ad Trebell. & in l. Gallus, §.
quidam recte, colum. fin. vbi clarius Rub. Alex.
colum. 23. ff. de lib. & posthum.
173 † Quid si pater decesserit relicto vno filio ma-
sculo, & vna fœmina, & filius masculus decesserit
filia superstite, & sorore, amita, quis præferatur,
stante hoc statuto in successione paterna, Practic.
Pap. in forma libelli pro leg. rei sing. in gl. prima,
num. 82. tenet quod neptis excludat amitam; &
mouetur ea ratione, quia ius succedendi fuit ac-
quisitum ipsi patri suo in eius vita vigore huius
statuti, quo casu dicitur trâsmisisse in eius filium,
& pract. Papiensem refert & sequitur Curt. senior
cons. 63. num. 14. vers. septimo respon. & quomo-
do intelligatur ibidem dicetur, vt infra.
174 † Contrarium tamen, quod imo neptis non ex-
cludat amitam, est verius, prout tenuit Bart. in l.
liberorum, colum. pen. num. 13. vers. quæro pone,
ff. de verb. sign. Dec. pariter in terminis cons. 319.
num. 2. & ratione, quia exclusio causatur à mascu
lo eius fratre, quæ qualitas masculina non repe-
ritur in filia fratris, Pet. de Anch. cons. 25. incip.
quæstione supradicta visis cons. sen. cons. 296. nu.
2. cum sequen. lib. primo, & mouetur ea ratione,
175 † quia filius vigore huius statuti excludit sororê
si velit esse hæres, l. 2. §. liberi, vers. sed si sunt, vbi
Bart. ff. ad Tertul. & dictum supra in verb. nostris
filijs fratrum, quo loci ex Honded. post alios cons.
primo, num. 85. lib. 2. probatum est huiusmodi sta
tutum non habere locum nisi masculus statuti be-
neficio vtatur, & fœminam excludere velit, sed in
casu nostro filius non agnouit hæreditatem, & sic
non voluit esse hæres, ergo non excludit sororem,
aliàs rationes potes videre apud eundem Socin. d.
cons. 296. num. 2. cum seq. hanc etiam opinionem
tenet Capic. decis. 21. per totâ, & maxime, nu. 7.
non obstat fundamentum, Pract. Pap. loco supra-
citato, dum vult ius transmissum à patre in filiam,
quia huic fundamento respondetur ex Soc. d. con
176 sil. 296. id beneficium † transmissionis concedi-
tur tantum in portione delata de iure communi,
non autem in portione delata ex forma statuti, l.
pater sororem, C. de iur. delib. qualiter autem de-
beat succedere ista neptis, & amita dic æqualiter,
vt per Capic. d. decis. 21. num. 7.
Quid modo si pater habens filium, & filiam ipsam do
tauit, ex post moritur filius, defuncto filio mori-
tur pater, relicto fratre, & filia, an filia excludet pa
truum, & magis communis est filiam excludere pa
truum, vt per Cephal. cons. 765. Bertazol. cons. 62.
ferè per totum, Ioan. Bott. côs. 21. Paris. cons. 110.
lib. 3. reprobato consil. Roman. 16. & alijs eumdê
sequentibus.
177 † Stantibus vero duobus filijs masculis, & vna
fœmina, & vacet vna pars alterius ex fratribus,
vtrum acquiratur mulieri, an verò solum ma-
sculo, controuersa est quæstio, quia aliqui volunt
acquiri mulieri, cum ille filius habeat solum tertiâ
partem de iure communi, & reliquam habeat de
iure speciali, nempè statutario; quamobrem suc-
cedens de iure speciali, non habet ius accrescen-
di, vt docet Bart. in l. re coniuncti, colum. 10. vers.
tertio est considerandum, in tertio casu principa-
li, ff. de leg. tertio; contrarium tamen vult Ias. ibi.
178 dem num. 192. in tertio casu princip. † sed istud
limi-

limitatur, quando testator, vel pater, aut frater decedens habuisset bona in alio territorio, vbi nō vigeret hoc statutum, tunc enim in fœmina haberet locum ius accrescendi respectu eorum bonorū pro sua medietate, vt voluit idem Ias. in l. re cōiun cti, sub nu. 215. de leg. 3. Bart. in l. 1. nu. 32. C. de sum. trin. & fid. cath. latè Gallia in cōsuetud. Alexand. in præfat.

179 † Quid si masculus sit bannitus, & sola fœmina superstit, & dic, quod tunc fœmina non prohibetur succedere, quia masculus non est successibilis, Bart. in l. 1. §. qui habeat, num 3. vers. quæro quid si extet, ff. de contrab. Ias. in l. 1. colum. 4. num. 5. C de hæred. instit. diffusè Brun. in tractat. statuti exclud. fœmin. artic. 12. princ. q. 5. num. 85. 89. 90.

180 † idem dicimus, quando masculus non potest succedere, puta quia sit incapax, & deportatus, vel frater ordinis minorum, Bart. in l. 1. § penult. ff. de contr. tab. Vegius cons. 58. num. 35. vbi am-

181 pliat † idem esse quando filius masculus posset succedere, sed nollet, nam tunc fœmina vigore huius statuti non excluderetur, l. 1. §. si nemo, l. 2. §. sed si sint sui ff. ad Tertul. vbi Bart. & dicetur infra, propè finem.

182 † Ceterum si pariter habuit duas vxores à quarum prima suscepit fœminas, & à secunda masculos; quæritur vtrum à successione in bonis matris priuabuntur fœminæ; & negatiuam opinionem tenet Bald. in l. 1. num. 21. ff. si cert. pet. & facit ra-

183 tio † qualitates consideratæ ad fauorem masculorum inesse, seu adesse debent eo tempore, quo de successione agitur, nempè tempore mortis primæ vxoris, quo tempore clarum est, quod non adsunt isti masculi, quia nundum sunt celebratæ secundæ nuptiæ, cum secunda vxore, vt per Decium cons. 79. in fine, cui additur Brun. in d. tract. stat. exclud. femin. art. 12. princ. num. 283. & 297. cum seq. vbi latè defendit, & comprobat, & in puncto huius statuti nostri firmat D. Costa de portione ratè. q. 151. n. 16. & dicetur inf in ver. i hered. auita. Videtur tamen, quod in Ciuitate Pap. huiusmodi difficultas cesset propter aliud statutum inf. 121. vbi vide.

184 † An autem statutum nostrum excludés filiam dotatam à patre, auo, fratre, & filio fratris ab hæreditate aui, & fratris intelligatur etiam excludere eam ab hæreditate filij fratris; & dic quod sic, vt in puncto per Borgnin. decis. 29 num. 9. vbi etiā num. 11. & 40. ac 42. part. 3. vult neptem ex masculo præmortuo vigore huius statuti excludi ab hæreditate aui.

185 † Sed numquid ista filia exclusa à statuto, prosit, vel obsit alijs, scilicet filijs in sua legitima, videlicet si sint quatuor filij, ipsa filia exclusa vt supra, an computetur cum alijs, & sic isti filij habebunt semissam hæreditatis paternæ pro eorum legitima; an vero computari non debeat cum alijs filijs, & sic solum erunt quatuor filij, & habere debebunt trientem hæreditatis paternæ; in ista quæstione scilicet, an filia exclusa à statuto faciat partem ad augendam legitimam masculorū, aliquando scripsi, & tenui, in casu nostri statuti fœminas impinguare legitimas portiones masculorum, & quia in huiusmodi allegationibus latè respōdi fundamentis DD. tenentium contrarium, ideò non inutile hic apponendas putaui ad maiorem declarationem huius statuti.

Pro clariori intelligentia infra dicendorum suppo-
186 nendum est, † quod legitima filiorum est tertia pars, vel semis illius quod erāt habituri ab intestato, si enim sunt quatuor, vel pauciores est tertia; si verò quinq; vel plures est semis, Auth. nouissima, vbi DD. præsertim Ias. num. 49. C. de inoffic. testam. quam sequitur Soc. cons. 67. nu. 67. vol. 2. quidquid dixerit Salicet. in authent. nouissima

187 num. 11. q. 11. † cuius opinio est communiter reprobata, teste Crasso de success. §. legitima, q. 1. num. 1. post Socin. iun. cons. 87. num. 2. Cephal. cons. 5. num. 43. Bertaz. cons. 9. num. 3. Peregr. de fideic. art. 36. num. 2.

188 Hoc sit supposito quęritur, † an in computatione legitimè attendatur etiam numerus filiarum stante statuto Papiensi posito sub rub. 95. in ciuilibus excludente à successione fœminas dotatas, si enim dicamus attendi etiam numerum filiarum à statuto exclusarum, legitima erit semis, si verò contrarium teneamus nempè numerum tantum masculorum reiectis, feminis attendi legitima in casu nostro erit solum tertia pars, iuxta dispositа per d. Auth. nouissima.

189 † Hæc quæstio reputatur valde difficilis inter DD. adeò vt nonnulli ausi fuerint fateri nescire, quæ opinio in consulendo amplectenda sit; alij existimauerunt posse iudicem absq; vlla penitus reprehensione, quam malit in iudicando sequi, inter quos enumerantur Fulgos. in d. Auth. nouissima. Dec. cons. 607. num. 15. adeò vt mirum videri nō

190 debeāt si negatiuam amplexi sunt magnæ † existimationis, & nominis DD. (licet in casu penitus diuerso à nostro) nempè Bald. in l. Papinianus, § vnde si tempus, ff. de inof. testam. Alb. Brun. in stat. exclud. fœmin. art. 13. q. 3. Paris. qui hanc magis communem dixit, consil. 36. num. 18. volum. 2. & cons. 55. volum. 3. eamdem communem, & veriorem testatur, Socin. iun. cons. 25. nu. 13. volum. 1. & cons. 66. volum. 2. & veriorem ac equiorē asserit Afflict. super constit. sub rubr. de success. filiorum, nu. 55. Alb. in pūcto huius statuti, cons. 491.

191 † Mihi autem in casu nostro attenta dispositione statuti Pap. placet distinctio Socin. consil. 75. num. 8. vol. 3. quem refert Gabr. in suis communibus in tit. de legitim. concl. 2. num. 7. & secuti sunt, Bossius in sua prax. crim. in tit. de bonorum publicat nu. 2. Crassus de success. § legitima, q. 7. qui totam hanc difficultatem reducit ad duo capita; nam autem statutum simpliciter excludit fęminas, nec considerat an sint dotatæ nec ne, sed solum disponit eas excludi, postmodum mandat dotari; & tunc isto casu fœminæ non habentur in consideratione, sed pro mortuis reputātur, quò ad computationem legitimæ, & ita procedit opinio DD. supra relatorum testantium de magis communi, quam etiam magis communem testatur Ruin cons. 24. volum. 1. & cons. 52. vol. 2. & cons. 118. num. 3. ac cons. 152. vol. 5.

192 † Aut verò statutum excludit tantum dotatas, prout fit in statuto nostro Pap. 95. & tunc filiæ faciunt partem ad augendam legitimam masculorum, Bal. in l. si defunctus, C. de suis, & legitim. & hanc magis cōmuniter receptam, testatur Corn. cons. 197. num. primo, volum. primo, veriorem, & communiorem fatetur Alciat. respon. 479. nu. 12. & probabiliorem, & communiorem dicit Socin. cons. 84. sub num. 9. volum. 1. & veram, & communem asserit Brun. d. art. 13. q. 4. num. 45. & seq. vbi subdit se de facto ita abstinuisse, & secundū hanc fuisse iudicatum suis temporibus in terminis nostri statuti Papiensis, testatur Bossius in d. tit. de

bonorum

bonorum public. num. 2. vbi pluribus citatis testatur hanc opinionem esse veritatem ipsam, eamdē magis cōmunem pariter in terminis huius nostri statuti dicit, Cephal. cons. 245. per totum, & præsertim num. 12. cum seq. Curt. sen. cons. 5. num. 3. Paris. cons. 53. num. 53. & cons. 25. num. 39. lib. 2. & hanc nouissimè reperi postmodum tenuisse, & secutum fuisse D. Costā in suo tract. de fac. scient. & ignor. dist. 37. num. 99. cum seq. pag. 230. & vltra Cæphal. & Boss. citat Vegium cons. 17. nu. 3. Boer. decis. 104. num. 10. cum seq. Honded. cons. 63. num. 12. volum. 1. Eugen. consil. 34. & sequen. Laderch. cons. 126. num. 6. quibus ego addo Borgnin. loquentem in puncto huius statuti decis. 29. num. 16. vbi latissimè testatur part. 3. Surd. decis. 252.

Fundatur autem hæc opinio magis communis pluribus rationibus, & duabus potissimum; prima est,
193 † quia portio per statutum aufertur filiabus fauore masculorum, ideo illis debet accrescere, l. defunctus. C. de suis, & legitim. alias sequeretur,
194 † quod inducta in fauorem filiorum in eorum odium retorquerentur, contra l. quod fauore. C. de legibus, cap. quod ob gratiam, de regul. iur. in sexto, ita in hac materia arguit Alciat. cons. 479. num. 11. nam si filiæ dotatæ non connumerarētur in numero filiorum, pater de suo non cogeretur relinquere pro legitima nisi tertiam partem, cum de iure teneatur relinquere semissem. d. Auth. nouissima, & sic statutum obesset masculis, quod fieri non debet ergo.
195 Secūda ratio est, † quia vbicūq; dos filię subrogatur loco legitimæ, tunc procedit illa sententia, quod filia in calculanda legitima in liberorum numero computatur. Brun. d. artic. 13. q. 3. num. 30. Curt. sen. d. cons. 5. num. 3. Paris. cons. 53. num. 77. lib. 3. Boss. de publ. bonorum, d. num. 2. sed in casu nostro filiæ non excluduntur simpliciter, sed debent dotari ad faciendam partem, ita in terminis Cephal. d. cons. 245. num. 3. cum seq. qui alia plura adducit fundamenta, quæ non transcribo.

Tenendō igitur hanc opinionem, vt veriorem & cōmuniorem; non obstant contraria, & primo, quod ex quo filiæ à statuto excludantur à successione intestati, pariter debent excludi à legitima, quæ est portio portionis ab intestato.

Quia respondetur dupliciter; primò negando assum
196 ptum, † non enim statutum filias in capillis existentes excludit à successione, prout in casu nostro in quo tempore statuti dictæ filiæ erant in ca-
197 pilis, quare cum ipsæ succedere possint, & † filiorum numerus in legitima consideratur respectu successionis secundum Bal. in Auth. nouissima, in sexta, q. num. 8. merito debent considerari, quò ad calculandam legitimam.

Vel secundo, & fortasse melius respondetur, quod
198 assumptum procederet † vbi filiæ in totū essent exclusæ per statutum, secus autem cum dotes, & eorum legitimę sibi ipsis sint reseruatę, vt in casu nostri statuti, nam tunc habentur in numero filiorum, quibus legitimę de iure communi sunt debitę, ita resp. Cephal. cons. 245. num. 42.

Nec obstat secundo loco dum dicitur, quod stante quod masculi vocantur ad successionem ab intestato exclusis filiabus dotatis, dos debet primò deduci vti æs alienum, postea calculari legitima habita solum ratione masculorum, nō fœminarum. à quibus cum excludantur non potest deberi legitima, quæ est quota successionis.

Quia respondetur tripliciter; primò, quod hoc licèt fortasse procedat in filiabus maritatis, secus tam. est in existentibus in capillis, prout in casu nostro quæ nullo modo possunt dici exclusæ, cum imò expressè ad successionem vocentur; quare in eis seruandum est ius commune, quo iure, eis dicitur
199 debita legitima, d. Auth. nouissima, † cum statutum sit stricti iuris, & in eo casus omissus remaneat sub dispositione iuris communis, l. commodissime, ff. de liber. & posthum.

Secundò respondetur ex mente Cephal. d. cons. 245. num. 42. quod contrarium procedit, quando filia maritata excluderetur nullius contemplatione, prout est in nupta extra territorium; secus autem quando excluditur cōtemplatione masculorum,
200 vt in casu nostro, † quorum respectu hoc statutum fuit principaliter introductum, secundū Bart. & alios in l. qui exceptionem, ff. de cond. indeb. & DD. in l. venia, ff. de in ius voc. nam tunc faciunt partem. & computantur in numerum filiorum ad augendam legitimam, vt declarat Brun. d. q. 3. sub num. 44. vers. item prædictam conclusionem; eamdem responsionem sentit Bossius supra citatus.

Tertiò respondetur, quod contrarium procedit quoties esset incommodum masculis, quod fœminæ
201 non computarentur, † secus autem quādo esset fauorabile, vt in casu nostro, in quo per computationem filiarum legitima masculorum augmentatur cum eis accrescat portio legitimæ filiarum deficientium, Bald. Ang. Aret. in l. vnica in vltimis verbis, Cod. quando non pet. part. idem Bald. consil. 377. in tertio volum. Castr. cons. 286. in princip. cum alijs adductis per Boss. supra citatum, ita in terminis, quod quando est fauorabile filijs, filiæ in eorum numero computantur, quò ad calculandam legitimam masculorum, tenet Rubeus consil. 122. num. 3. Paris. cons. 53. num. 75. lib. 3. hanc dicit probabiliorem, & communiorem Soc. d. consil. 84. sub num. 9. volum. primo, veram & cōmunem asserit Brun. d. art. 13. q. 3. num. 45. Cephal. d. cons. 245. num. 37.

202 † Nec releuat dictum Peregr. de fideic. art. 38. nu. 15. & seq. qui asserit rationem supra adductā, quod qui non facit partem non auget numerum, & quia censetur filia exclusa à legitima, & alijs rationibus, & plures allegat DD. testantes contrariam esse veriorem, & communiorem, & ita obseruari Mediolani.

Quia respondetur, quod DD. omnes supra citati per Peregr. loquuntur in casu à nostro differenti, nempè in filia penitus exclusa per statutum, quam fateor non facere partem; secus autem quando statutum solum excludit dotatas, quo casu faciunt partem, & habentur ac si succederent, Soc. cons. 75. num. 8. & seq. volum. 3. Paris. d. cons. 53. num. 75. & seq. volum. 3. quos refert Ant. Gabr. in suis communibus in tit. de legitimi. conclus. 2. num. 7. Cephal. d. cons. 245. num. 39. Boss. de bonorū pub. num. 2. Crass. in d. § legitima. q. 7. num. 4. quare non est quod discedamus ab hac opinione magis communiter recepta, & præsertim stante quod masculis quorum fauore factum est statutum est fauorabile, quod filiæ faciunt partem. Rub. d. cons. 122. num. 3. relatus per Peregr. d. art. 38. num. 24.

203 Non † obstat pariter contrarium obseruari in materia statuti Mediolani, prout testatur idemmet Peregr. d. art. 38. num. 19. quod fuit dictum originale Boss. in d. tit. de bonorum public. nu. 3. prout asserit idem Pereg. cui si credere volumus, nego-

negotium omni penitus caret amaritudine, cum in terminis statuti Pap fateatur hanc opinionem communem obseruari, & ita sepius vidisse secundum eam iudicari perillust. DD. Præfectos redditum extra ordinariorum Mediolani.

204 Non obstat modo, † quod dos secũdum magis communem opinionem non succedat loco legitimæ, à quo pẽdet tota difficultas huius quæstionis.

Quia respondetur, quod aut statutum simpliciter excludit filias, mandat autem eas dotari, si nõ sunt dotatæ, & procedit contraria opinio, nempè quod dos non succedat loco legitimæ, & ita loquũtur DD. omnes citati, à Pereg. ea potissimum ratione, quia legitima debetur tempore mortis patris, Alex. cons. 180. num. 4. lib. 5. Rim. iun. Instit. quib. alien. licet, vel non, in principio num. 454. & 458. sed dos filiæ non quidem tempore mortis debetur, sed eum maritabitur.

205 † Aut vero statutum excludit filias dotatas, prout in casu nostro, & tunc quia qualitas hæc requiritur tempore mortis patris ad filiæ exclusionem, tunc dos succedit loco legitimæ, ita distinguit Castren. in l. Titio centum, §. Titio genero, col. fin. ff. de cond. & demonst. quam secuti sunt Com. ibidem, & Socin consil. 127. num. 6. lib. 4. & in terminis, idem Soc. cons. 75. lib. tertio. Paris. consil. 26. num. 59. hanc distinctionem refert etiam Peregr. d. art. 38. num. 23. licet postea eam reprobet, absq; iurium, rationum, atq; authoritatum allegatione, quare non est cur ab ea discedamus, quidquid dixerit, Peregr. cum doctori, sine iuribus, rationibus, & authoritatibus loquenti non credatur, §. consideramus, in Auth. de trien. & semiss. & in ter-

206 minis, quod † dos in filia dotata exclusa per statutum succedat loco legitimæ, tenet Dec. consil. 106. num. 3. vbi præcisè loquitur quando statutũ excludit filiam dotatam, idem cons. 80. Ruin. consil. 26. num. 17. lib. 3. Tiraq. infinitos allegans in repet. l. si vnquam in verb. susceperit liberos, nu. 93. C. de reuoc. donat. Rip. in l. prima, num. 54. ff. solut. matr. & hanc communem testatur Borgnin. de vsufr. mulier. relic. num. 31. quam pariter asserit Curt. sen. cons. 5. num. 3. cum alijs pluribus, & infinitis doctoribus, quos longum esset recensere, relatis per Cæphal. d. cons. 245. nu. 32. quibus addo, Crass. in d. §. legitima, q. 7. num. 4. Nec nos molestat dictũ Peregr. referentis plures casus in quibus ait vidisse iudicari feminas non facere partem cum exemplis non sit iudicandum, l. nemo, C. de sententijs.

Nec negotium facit fundamentum eiusdem Pe-

207 reg. nempè, quod si hoc verum esset, † filij vltra semissem ex sua & filiorum persona detrahere vellent etiam Trebellianicam, & sic patrimonium reduceretur ad extinctionem, & resultaret absurdũ ex statuto, quod debet intelligi, ne quid absurditatis contineat, & ne à sapientibus mereatur reprehendi.

Nam respondetur, quod ex detractione Trebel-

208 lianicæ nullum dicitur absurdum resultare, † cũ debeatur ex legis dispositione filijs primi gradus, Bart. in l. quamquam, C. ad l. Falcid. Dec. cõs. 203. & cons. 218. nec minus statutum potest reprehendi à sapientibus, cum qui facit aliquid lege permittente, omni careat penitus reprehensione, argum. l. grachus. C. de adult.

209 † Sed hic dubium nascitur numquid ad hoc, vt fœmina dotata excludatur à fratribus teneatur interpellare fratres, vt eam dotent, an verò fratres ipsi teneantur offerre absq; requisitione; & videtur dicendum illud statutum intelligi debere si ipsa mulier petat, & non aliter ex Campeg. in tract. de dote, part. 5. q. 78. Gabr. cons. 5. lib. 1. & consil. 139. lib. 2. Afflict. decis. 370. in 2. dub. Carpan. ad statuta Mediolani, c. 278. nu. 255. Rim. iun. cõs. 31. nu. 14. qui tamen, n. 122. & seq. cõtrariũ tenet.

Licet contrarium quod imo fratres teantur ipsi offerre, videtur suaderi posse pluribus rationibus,

210 † primò, quia fundans se in statuto qualitatem habente tenetur probare omnes qualitates adimpleuisse etiam non interpellatus, Bart. in l. prima, §. ait prætor. ff. ne quid in flum. public. Dec. cons. 261. superioribus diebus, numero. 2. & 3. vers. & in ista oblatione dotis non reperitur, quòd à muliere hoc petatur, Socin. iun. cons. 7. in præsenti con-

211 sultat. lib. 1. Secũdò, interpellatio nõ requiritur, quando statutum prout in casu nostro respicit cõmune commodum vtriusq; l. stipulatio, §. primo, ff. de nou. oper. nunc. Surd. decis. 57. numero 10.

212 † tertiò, interpellatio non est necessaria, quando agitur de vtilitate eius qui interpellatur, Bero. cõsil. 169. Illust. n. 11. lib. 3. & per DD. in l. quod te. ff. si cert. pet. at vbi de damno captando agitur, absurdum esset dicere, quod sibi ipsi quis damnum pa-

213 raret; † quartò, quia Campeg. de dot. §. 5. cap. 78. solum loquitur in casu, quando statutum solum loquitur in fœmina dotata, secus in casu nostro in quo statutum loquitur de existente in capillis, quæ habet pro se regulam, vt scilicet faciat partem, iuxta dispositionem iuris communis, Auth. defuncto, C. ad Tertul. vnde licet subijciat, fallen tiam nisi fratres, vel filij fratrum parati sint dota-

214 re, ponit exceptionem, & fallentiam, † illi igitur qui fallentiæ inhærent, illam probare debent, Dec. & Cagnol. in l. prima, ff. de regul. iur. Bart. in l. non solum, §. sed & reprobari, ff. de nou. oper. nunciat.

215 Quintò, & vltimò, † quando quis est obligatus ad aliquid faciendum sub pęna, tunc non requiritur interpellatio, Bald. in cap. domine, in tit. hic finit lex, & in cap. ad hoc, eodem titu. l. ita stipulatus, §. Sabinus, vbi DD. ff. de verb. oblig. Crauet. cons. 64. at hic est obligatus ad factum, sub pœna nempè quia si non fecerit, & dotauerit mulier succedit ergo; Sextò statuta sunt strictè intelligẽda. l. 3. ff. de noxal. vnde cum statutum nostrum nec de interpellatione dicat, non debemus nos extendere, maximè quia si statutum interpellationem necessariam habuisset, vtiq; illud dixisset, ac demũ quia interrogati statuentes si fuissent an filia patrem, vel fratrem debeat interpellare ad maritandum, vtiq; dixissent, quod non, cũ nõ deceat virgines audaces esse, cum eorũ proprium sit pudor, & modestia, Tiraq. de legib. connub. per leg. 9. num. 135. ergo id presumitur dispositum, quod interrogati respondissent, & his rationibus in hoc sexto argumento adductis, ita respondet Rim. iun. consil. 31. num. 122. cum seqq. pluribus.

Contrariam partem, quod imò fœmina teneatur interpellare vt supra dictũ fuit, quę magis pla-

216 cet consulendo, secutus fuit † Reu. D. Marchus Antonius Rouescalla præceptor meus honorandus, ac etiam collega meus, vt ex allegationibus infrascriptis apparebit.

Cum is casus in terminis non repetiatur, vt existimo decisus videtur difficile scribere, iuxta illud Horatij difficile est propriè corã dicere, videtur ergo dicendũ fratres nõ posse excludere, nisi prius dotauerint sic ponderatur statutum nostrum, ibi cuius-

tū infeumq; ætatis sint faciant partem, nisi fratres vel filij fratrum masculi dotauerint, vel parati fuerint dotare; pondero in primis, quod statutum in hac parte incipit à vocatione, & ita concordat cum iure communi, iuxta l. maximum vitium, C. de lib. præterit. cum mille & amplius vulgaribus:
217 vnde subdit, † limitationē nisi fratres &c. & ita vocat masculos sub conditione, iuxta dictum Bar. in l. prima, colum. 3. num. 10. versic. tertio quæro, ff. de conditio. & demonstratio. cum additis per Alexand. in l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. & per eumdem D. Alexand. consil. 91.
218 colum. 3. lib 4. modò; † conditio importat formam, l. qui hæredi, in princip. & l. meuius, ff. de conditio. & demonstratio. Bald. in l. in bonæ fidei, colum. penult. versic. expediti, C. de rebus credit. cum additis à Ias. in l. admonendi, nume. 296. versic. vigesimus nonus casus, ff. de iur. iuran. & Rip. in l. fin. versic. quinquagesimo septimo, C. de reuocan. donat. idem Rip. in l. ait prætor, §. si iudex, ff. de re iudicat. Dec. plures citando, consil. suo 11. num. 19. Socin. senior in tract. suo
219 fallentiarum, regul. 204. fallen. 4. † forma autem non impleta, actus est nullus, iuribus notis; cum ergo masculi vocati sub hac formali conditione, & sub hac qualitate eam non adimpleuerint, non possunt vti benefitio statuti, ratio est etiam alia,
220 † quia si tenetur aliquid præstare ex latere suo, vt aliquid consequatur; prius illud non consequitur, nisi etiam non requisitus adimpleat in minimo, l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. emptio. cum additis à Dec. in l. filię licet, C. de collatio. & ab eodem consil. suo 119. & 251. colum. fina. & 464. columna prima, & antè eum probat Alexand. consil. 20. columna finali, libro sexto, & in d. l. filiæ licet, & in l. iurisgentium, in fine princip. ff. de pactis, idem Alexand. in l. si duo, §. si quis iurauerit, in fine, ff. de iur. iurando, idem Alexand. in l. siue apud acta, numero 9. C. de transaction. & in l. 3. C. de his quę vi metusvè causa gesta sunt, Fulgos. pleno consilio suo 200. Natt. consil. 133. numero 226. Alexand. consil. 39. lib. 5. cum alijs vulgaribus, sed non constat hos dominos fratres obtulisse etiam vsq; ad minimum, ergo; pondera-
221 tur insuper hic, quia † dispositio statuti est affirmatiua, & dictio, nisi erit limitatiua, & negatiua, iuxta doctrinam Bart. & aliorum in d. l. actione, quam dicit communem, Franc. Curt. ibi, colum. 2. Angel. in l. qui se patris, colum. 3. num. 6. C. vnde lib. Surd. decis. 225. nu. 19. & 264. nu. 16. 17. & 18. ponderatur insuper verbum statuti dicentis, dotauerint, quod requirit actum præteritū & consumatum, sed hæc actus consumatio ex parte masculorum non datur in casu nostro, ergo.

Vltimo loco pro nunc statutum aliam qualitatem requirere videtur vltra actum dotandi, scilicet, quod hæc dos sit constituta secundum quali-
222 tatem patrimonij, atq; personarum, † & hæc qualitas cum à lege municipali requiratur, seruāda fuit, & probanda ab eo qui vult vti hoc benefitio statuti, dictum est Bart. in l. prima, §. quod autem, ff ne quid in flum. publ. Bald. in l. si quis non dicam rapere, colum. 1. C. de Episc. & Cler. D. Alexand. in l. non solum, §. sciendum, num. 2. ff. de nou. oper. nunt. idem Alex. cons. 100. colum. 2. & 119. colum. 3. lib. primo, & cons. 3. colum. penult. & 172. lib. 2. Dec. referendo, & comprobando. Bart. cons. suo 13. colum. 2. & 18. colum. 3. & 44. colum. prima, 65. colum. 1. 261. colum. 2. vers. his tamen 327. colum. 3. 356. colum. 1. 401. colum. 2. 410. num. 29. 434. nu. 3. & seq. 440. colum. 1. 471. num. primo, 524. colum. 1. 540. num. 2. 550. nu. 4. 589. num. 6. 661. num. 4. 669. nume. 13. atq; hæc potissimum locum habent, quia statutū hoc nostrum in hac parte videtur desumptum à l. qua re. & l. cum post, §. dotis etenim, ff. de iur. dot. cum ponderatis per Bald. in Auth. res quæ, col. mihi 2. C. com. de leg. & à Dec. cons. suo 26. colum. 1. & 89. & 277. colum. 2. vers. sed tamen à Socin. 228. num. 15. & seq. lib. 2. à Crauet. cons. suo 236. ante hos Bald. cons. suo 452. statuto suo ciuitatis libro primo, hæc sunt quæ mihi nunc occurrūt pro hac parte ad exclusionem masculorum; sed tamen alia
223 particula huius statuti videtur masculorū † fauore facta, dum dicit in capillis extantes non maritatę cuiuscumq; ætatis sint volentes se matrimonio copulare, vel alicui monasterio se dedicare, succedant simul cum fratribus, vel filijs fratrum pro rata sibi cōtingente de bonis defuncti in vsufructu tantum; sicq; hæc particula statuti clarè vocat extantes in capillis mulieres, etiam volentes se matrimonio copulare in solo vsufructu, ponde-
224 rando tam verba clara statuti, † quam naturam dictionis tantum, quæ est excludere, l. si constante, vbi DD. ff. solut. matr. & in l. vnica, in princip. ff. si quis ius dicent. non obtemp. cum vulgaribus. & ita in quantum statutum eos vocat in solum vsumfructū, eas excludit ab hæreditate, ita quod non videtur verum esse, quod à vocatione incipiat statutum, sed ab exclusione hæreditatis, præsertimq; hæc significatio, & interprætatio placet, propter illa verba cuiuscumq; ætatis sint, quæ non solum infantes, & eas quæ nō sunt nubiles, sed nubiles compræhendere voluit, & propterea masculi inuitati esse censentur cum onere dotandi solum, dum statutum subdit quousq; d. talis mulier velit
225 dotari, † nam dictio illa quousq; exclusiua est, Bart. cons. suo 20. col. 2. num. 2. vers. vbi dicit, & clarius per eumd. in l. fin. §. fin. colum. 1. ff. ad Sen. consult. Tertul. cum additis à Bal. cons. 361. lib. 2. Fulgos. cons. 90. & à Bal. cons. 69. lib. 1. ab Alexan. cons. 83. lib. 3. Dec. cōs. 331. col. 1. 364. per totū, & 637. & propterea dato, quod decesserit dicta filia infans, non possunt dici fratres esse exclusos, cum
226 solum in vsufructu esset inuitata; pōderatur † ratio huius statuti, quæ fuit fauor masculorū, iuxta ea, quæ habentur in d. l. maximum vitium, C. de lib. præt. & in l. 2. C. de in ius voc. & per Brun. in d. tract. suo in mille locis, nam per diuitias conseruatur nomen, & agnatio, l. 1. §. publicè, ff. de vētre inspic. quæ cōsiderat Bal. cons. suo 40. col. 2. lib. 3. Rom. cons. 2. col. 1. D. Alex. consil. 52. & 85. lib. 4. Curt. sen. cons. 9. nu. 47. Dec. cōs. suo 372. & prius cons. 13. col. 1. & 227. col. 3. 259. col. 2. 261. col. 2. Rubeus cons. 13. nu. 63. Dec. cons. suo 545. & 574. ac 627. Guliel. Benedic. in cap. Raynutius, in verb. declara. num. 49. & seq. de testam.

His rursus accedat, quia illa verba in vsufructu
227 tantum, duplicem effectū præstant, † exclusionis scilicet fęminarū, & vocationis masculorum, iuxta dictū Bar. in l. 2. §. videndū, col 2. ff. ad sen. consult. tertul. cum adductis à Brun. in tract. suo, quod stātibus masculis in 13. art. princip. num. 1. & à Dec. cons. 378. colum. prima, 383. col 1. 584. nu. 4. 637. colum. 1. & in l. illam, nu. 10. C. de collat. & à Lud. Gomes. Inst. de actio. in prin. nu. 21. cū vulgarib. ex quo enim ad dominiū & proprietatē non vocantur excluduntur, & masculis applicatur, nè sequatur

hoc absurdum, quod hereditas sit pro parte adita, & pro parte non, contra præcepta cõmunia; Ponderatur & verbum illud rursus, quousq; dicta talis mulier velit dotari.
228 † voluntas dupliciter declaratur & verbo, & facto, l. paulus respondit, ff. rem rat. hab. l. si antea, C. de iur. delib l. reprehendenda, cum gl. C. de instit. & substit. Dec. in l. non vult hæres, num. 9. & seq. ff. de regul. iur. D. Alex. consil. 52. lib. 4. Dec. consil. 618. colum. 2. num. 2. sensus ergo statuti est, quod solum vsumfructum percipiat, quò ad vel verbum dixerit se velle matrimonio copulari, vel facto, & sic effectu sequuto; cum ergo hæc voluntatis declaratio non interuenerit in casu nostro, frustra agitur de exclusione ipsorum masculorum; sed cum mihi præsupponatur hanc esse infantem, quomodo potuit declarare, vnde hæc etiam cum facti sint, non præsumuntur nisi probentur; Ponderatur insuper verbum illud statuti nostri, dum dicit, quia tunc dotetur vt supra dictum est, illa dictio tunc considerat, & refert se ad voluntatem explicitam, verbo
229 vel facto, † nam illa est natura huius dictionis, vt actus extremitatem referat, l. 4. & ibi glosa, ff. de condition. & demonstratio. D. Alex. in l. in stipulatione, ff. de vulg. Ias. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liberis & posthum. Dec. consil. suo 63. columna prima, 89. colum. 3. 227. colum. 2. 372. numero 2. 523. in finalibus verbis. Gozadin. consil. 64. num. 6. 7. 8. colum. fin. versic. nec obstat,
230 Rip. in l. prima, ff. de vulgar. † vbi dicit hanc dictionem habere vim taxatiuę, Curt. sen. consil. suo 43. numero 39. versic. illa enim dictio; si ergo natura huius dictionis est extremitatem temporis taxare, vt supra dictum est, certè ex quo statutum dicit, ex tunc dotetur, requirit actum matrimonij, vel saltem, quæ cum non interuenerint non potuerunt fratres repelli, atq; hęc magis procedunt, quia aliter inducta in fauorem retorquerentur in odium, iuribus vulgaribus; hæc sunt quę pro vtraq; parte deduci posse videntur; sed quia proprium est leges legibus concordare, vt notum est, & in omni dispositione vna pars legis aliam
231 declarat notis regulis, † & in omni dispositione semper est ita interpretandum, ne contrarietas insurgat, Baldus in l. cum falsa, ad finem, C. de iur. & facti ignorantia, cum additis per Alexand. in l. prima, colum. 2. ff. ne quis eum, Decius in l. ædita, nume. 63. C. de ædendo, & in l. pacta nouissima, columna prima, C. de pactis, & consil. 317. columna secunda, & 341. columna quarta, & 349. columna finali, & 358. colum. fin. & 500. columna tertia, & 517. num. 4. & 520. colum. fin. 562. num. 5. 602. colum. 2. 619. colum. 2. 685. numero 9. ante Dec. Alex. consil. suo 44. & 55. & 141. lib. 2.

Ideò his sic scriptis, dico videri dictum statutũ,
232 ita posse conciliari, † vt dicamus, quod prima particula concordat cum secunda in hunc modũ, videlicet, quod in prima inuitentur masculi non sub conditione, ita quod eos excludat, nisi prius dotauerint filias, sed inuitentur masculi sub facultate sibi ab eadem particula statuti concessa, scilicet vt solum teneantur eas dotare facta declaratione voluntatis, in actu matrimonij effectualiter, & sic verificabitur illud verbum dotauerint, in re ipsa & illa verba, vel cum effectu parati offerre dotem, vel in bonis immobilibus, vel mobilibus, & hanc interpretationem videri mihi posse deducere à Cuman. in consil. suo secundo, colum. 2. versic. ad secundum vbi vult quod dictio, nisi non tam exceptuat, quàm non auferat potestatem alicui de iure competentem, & hæc interpretatio, siue con-
233 cordia vera probatur esse, † quia natura dictionis, nisi, supra in prima parte statuti posita, & considerata, quod stet exceptiuè, & filias priori loco inuitat, deducitur vera esse; dum tamen sciamus, quod & si exceptuaret non tamen includit in exceptione, id quod ex natura dispositionis non includitur, sed ex natura dispositionis, & statuti in secunda parte filiæ in capillis existentes solum in vsufructu inuitantur permissa fratribus facultate dotandi, tunc cum vel re ipsa se matrimonio copulauerint, & declarauerint se velle copulare, ergo hæc facultas non includitur in illa exceptiua, nisi, ita declarat Felinus in cap. nulli, §. sunt & alij, numero 53. vers. non obstat ponderatio, de rescript. Proinde cum præcedentia declarentur ex medijs, & vltimis, & è contra iuribus notis, videtur statutum hunc capere sensum, vt dicamus quod fęminæ in capillis existentes succedant in vsufructu tãtum pro rata in bonis defuncti, quousq; dicta mulier vellit dotari, & se matrimonio copulare; & hæc erit facultas tributa masculo, & fauor in fauorem illius inductus, & hæc erit regula affirmatiua in fauorem masculorum tacita, & expressa, & negatiua ad exclusionem fęminarum, vt verba expressa sunt; deinde hæc prima pars declarat hanc secundam, scilicet, quod si fratres tempore quo voluerit mulier dotari, & matrimonio se copulare, non fuerint parati dotare re ipsa, vel paratos se declarauerint, quod tunc tales mulieres in capillis existentes faciant partem, eo scilicet casu quo frater erit negligens in dote constituenda; & in hunc modum videtur conciliari posse, & hæc conciliatio est amica rationi finali, & inductiuę statuti, vt supra dictum est, & Rub. indicare videtur, quæ negatiuè concepta est respectu fœminarum, & affirmatiuè respectu masculorum, vt supra dictum est; dicit enim quod mulieres maritatæ non veniant ad successionem cum fratribus, nisi vt infra; quomodo hæc rub. probet hanc concordiam dum masculos vocat, & inuitat absolutè, & fęminas vocat cum qualitate, & declaratio nigri à Rubro petitur, vt omnes concludunt in l. prima, ff. si certum petatur, & ibi Alexander, & notatur per Doctores in rubric. instit. de actio. sic ergo, tam ratione contrarietatis euitandæ, quàm ratione finalis causæ statuti, & ratione declarationis rub. loquentis negatiuè, hæc interpretatio videtur apta in reliquis suppleat pro iustitia studium, & diligentia D. Iudicis hæc enim mihi succurrunt in has particulas statuti conciliandas addendo, quia nisi interpretemur, ita sequeretur repugnantia inter Rub. & primam partem statuti, cum Rub. sic negatiuè concepta, & exclusiuè, ac prima pars affirmatiuè, &c. Et ita ego pariter transeo in hanc opinionem, & approbo huiusmodi conciliationem, cum valdè sit ami-
234 ca verbis statuti. His addo † censeri onus dotandi impositum per viam modi, cum fœminas excludat si dotatæ fuerint, aut fratres parati cum effectu dotare, & vbi dispositio est modalis, non requiritur oblatio modum adimplere debentis, sed debet interpellari, vt in puncto consuluit Gabriel consil. 5. numero octauo, & sequenti, libro primo, & consilio 139. numero secundo, & sequenti, libro secundo; oblatio verò requiritur quando dos est in conditione, vt in statutis, de

de quibus per Dec. conf. 261. & Ruin. conf. 74. lib. 2. esse autem modalem dispositionem, ex pluribus probat Gabr. d. conf. 5. nu. 10. cum seqq. pluribus. & ex his cessant quæ supra in contrarium fuerunt considerata, Carp. additur ad statuta Mediolani, cap. 278. nu. 255. Rimin. sen. conf. 585.

235 † Scias tamen, quod bene poterit mulier cogere masculos ad eam dotandam sub certo termino, sub conditione quod dicto termino elapso possit succedere in hereditate cū masculis, nam tunc si huiusmodi tēpus labatur, statim erit hæres, si tamen declaret velle esse hæredem pro sua parte; vel potest iudex cogere masculum ad eam dotandam, & maritandam mulcta indicta, captis pignoribus, & etiā mediante captura, quod procedit, siue sit pater, siue alius dotare, & maritare obligatus, ita in puncto Borgnin. decis. 29. num. 26. part. 3. vbi etiā

236 num. 28. quærit, † quid si fœmina nollet se maritare, nec habere vsumfructum suæ partis, sed vellet dotari, & stare de per se, vel cum suis consanguineis, an posset hoc facere, & concludit vigore huius statuti quod non, cum statutum mandet dotari quando voluerit maritari, quo casu requiritur vtrumq; verificari, Surd. conf. 45. nu. 5. & 31. volum. primo, benè tamen posset mulier vigore huius nostri statuti cum vsufructu suæ partis stare, de per se, vel cum suis consanguineis, vt per eumdem Borgn. vbi supra, & lucrabitur illos fructus, & de eis poterit ad libitum disponere, & postea ēt debet habere dotem in qua non computat huiusmodi fructus, sed illos facit suos vltra dotem, vsq; ad tempus nubilis ætatis, dotationis, & matrimonij, Berrett. consil. 72. num. 3. & 4. Borgnin. d. decis. 29. num. 31.

In verb. in hæreditate auita, paterna, mater-
237 na,) † An autem stante hoc statuto excludente fœminam maritatā ab hæreditate paterna, materna, &c. an frater vterinus, excludat sororē vterinam ab hæreditate materna; & quidā tenuerunt quod non, inter quos fuit Socin. sen. cōs. 84. nu. 2. & seq. lib. primo, & cōs. 241. nu. 9. lib. 4. Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de statutis, concl. 7. nu. 78. vbi plures ad hoc citat, Bal. conf. 30. vers. tertio quæritur, lib. primo, Corneus cōs. 365. col. 2. lib. 2. Alex. in l. ex facto, in prin. nu. 40. ff. de vulg. & pup. Tob. Non. cōs. 122. nu. 4. & seq. Paul. de Mōte Pic. cōs. 85. n. 34. Peregr. dec. 74. statuta terrarū, nu. 4. & seq. qui rationes ac iura, & auctoritates refert.

238 † Contrariam opinionē, quod imò frater vterinus in hereditate materna excludat sororem vterinam, stante hoc statuto, vti veriorē amplexi sunt plures infra citandi, ea ratione, quia masculus dicitur filius verè & propriè matris; & quantum attinet ad ipsam matrem, non refert ex quo viro natus sit, cum sola naturalis causa attendatur, Auth. in successione, C. de suis & legit. item, quia dicitur

239 frater vterinus, † & dicitur verè & propriè frater, l. iurisconsultus, §. secundo gradu, ff. de grad. affin. & hanc tenuerunt Benedict. de Plumb. inter consil. Soc. sen. conf. 1. lib. 1. Socin. iun. consil. 5. in princ. lib. primo, & hanc veriorem probat Soc. sen. conf. 304. lib. 2. & cōs. 25. lib. 3. Alb. Brun. in tract. de stat. exclud. fœmin. artic. 12. q. 18. nu. 44. lib. 2. Ang. consil. 282. colum. 1. versic. nam si statutum, & nouissimè pluribus fundamentis testatur, Honded. consil. 1. num. 12. cum seqq. pluribus, & per totum, lib. 2. & præsertim, num. 59. & 60. & ita teneas quotiescumq; agitur de bonis maternis, prout ita loquuntur DD. supra allegati in statuto tamen nostro cessat difficultas, cum in versic. seq. ibi, & intelligatur, declaret statutum habere locum solum in fratribus, & sororibus ex vtroq; parente, vel ex patre tantum coniunctis.

240 † Quid autem si vxor decedat in matrimonio relicta filia, deinde pater habeat filios masculos ex alia vxore, an fratres excludant sororem à dote materna vigore huius statuti, & dic quod nō, Bal. in l. si plures, num. 29. C. de cond. insert. Purpur. in l. 1. num. 21. ff. si cert. pet. Dec. conf. 87. in fine, Socin. sen. in l. cum vir, num. primo, ff. de condit. & demonstr. & consil. 84. visa prædicta facti narratione in primo dubio, lib. primo, Rip. auus mihi maternus, in l. re coniuncti, num. 214. ff. de leg. 3. Brun. in tract. quod stantibus masculis, art. 12. princ. nu. 99. & num. 297. cum seq. quos omnes refert & sequitur D. Costa in terminis huius statuti in suo tractatu de portione ratæ, q. 151. num. 16. vbi ex Brun. adducit rationem, quia qualitates consideratæ fauore masculorum, non aderant tempore mortis primę vxoris, quo tractabatur de succedēdo illi, quo casu ius est quæsitum filiæ mortua matre, l. prima, C. de bonis mater. & ex statuto nostro, & dictum est supra, num. 183. & tradit D. Rip. auus mihi maternus responso 82. secundum impressionem Lugdunian. 1564. vel responso 5. tit. de statut. secundum impressionem Venetā, quod aliter etiam potest comprobari, nam statutum infra 121. sub rubric. de lucr. matrimon. disponit, quod mortua vxore in casu ex ea existentium liberorum vir lucretur dotem, quo ad vsumfructum tantum, proprietate filijs reseruatā, quæ in eos eorū vè hæredes ipso iure perueniat, & peruenisse intelligatur, & sic statim mortua matre dicitur ius acquisitū filię filiovè prioris matrimonij, l. si post mortem, ff. de stat. lib. Natt. conf. 227. Rol. à Val. conf. 97. nu. 8. vol. 4. dicens statutū Mediolani prohibens mulierē nuptā extra territoriū succedere, intelligi de hæreditate acquisita non acquirenda, nec statutum censetur tollere ius quæsitū, nisi filia expressè renuntiauerit, vt expressè ibi legitur; neq; obstat, quod pater dotando filiā ipsa censetur exclusa à dote paterna, materna, & fraterna; Nam debet intelligi de dote materna quæ rēda, nō quęsita, in qua iam statutum prouidit ipso iure acquiri, cum ius quæsitum difficilius tollatur, Dec. in l. seruus, C. de pac. Tiraq. in l. si vnquā, in verbo donatione largitus, nu. 181. C. de reuoc. donat. cum maximè statutum sit iuris communis correctoriū, & sic strictè intelligendū, Rol. conf. 24. nu. 7. lib. 3.

241 † Aliā etiā ex hoc statuto vidi oriri quęstionem, an soror vtrinq; cōiuncta, & si dotata, excludat fratrem consanguineū tāquā sit casus à statuto omissus, & videatur statutū minus corrigere ius, quam sit possibile, recipiatq; interpretationem ab ipso iure cōi. quibus rationibus aliqui tenuerūt sororē admitti cū fratre cōsanguineo, vt cōsuluit Ceph. conf. 323. lib. 3. & conf. 802. lib. 5. Contraria tamen sentētia receptior, & verior est tanquā cōcurrat in fratre cōsanguineo, ratio statuti, cōseruandę scilicet agnationis, Rom. cōs. 41 r. Brun. in tract. quod stant. masc. art. 13. n. 60. & seq. Burs. de cōi cōs. 98. nu. 11. Mātic. latè cōs. 86. vol. 1. vbi plures adducit rōnes, Curt. iun. conf. 150. n. 2. vol. 2. Viu. qui ita iudicatū testatur dec. 469. p totā, Vrsil. ad Afflic. decis. 38. sub n. u. Frācis. Monal. cōs. 13. n. 6. & seq. li. 2.

In verbo in capillis vero mulieres) dicuntur mulieres in capillis, antequam matrimonio carnali, vel spirituali sint copulatæ.

242 In verb. eas dotauerint) de iure cõmuni † pater tenetur dotare filiam, l. fin. C. de dot. promiss. l. qui liberos, ff. de rit. nupt. Bart. in Auth. resq; C.
243 communia de leg. † sed quid si pater aliquid simpliciter relinquit filiæ, simpliciter sub commemoratione matrimonij, an dicatur reliquisse pro dote, & dic quod sic, Bald. in l. quod autem in stipulatione, ff. de iure dot. Alex. in l. huiusmodi, §. cum pater, ff. de leg. primo, cum pluribus alijs adductis per Menoch. de præsump. lib. 4. præsumpt. 109. nu. 24. & lib. 5. præsumpt. 189. num. 49. Ruin. in rubr. num. 228. ff. sol. matr. Bart. & Bald. in l. prima, ff. solut. matr. Ruin. cons. 224. num. 10. lib. primo, Phanuc. de lucro dotis, glo 10. nu. 45.

244 † Quid autem si filia amisit dotem sibi à patre datã, an pater teneatur de nouo eam dotare, text. in Auth. sed quamuis, C. de rei vx. act. Bart. in l. si constante, in 4. q. nu. 50. secundæ partis, vbi Rip.
245 num. 91. ff. sol. matr tenent quod sic; verum † tamen est, quod si filia sua culpa malè consumpsit dotem, quod tunc pater iterum dotare non tenebitur, vt ex pluribus firmat Menoch. de arbit. iud. casu 182. num 57. vbi plures ad hoc allegat, & inter alios Bart. & Alex. in Auth. quod locum, nu. 9. C. de collat. Rip. in l. 2. §. primo, num. 9. ff. sol. mat. Surd. de aliment. tit. 7. q. 5. num. 5.

246 † Sed quid si filia nupsit se sine dote, an possit cogere patrem officio iudicis ad se dotandam, dic quod sic, quia sine dote à marito spernitur, ita Alex. consil. 7. num. 10. vbi Appost. ad eum lib. 2. Curt. sen. cons. 39. & an pater teneatur dotare filiam quæ contraxit matrimonium eo inuito, vide Abb. in cap. cum causa, num. 5. vbi Appost. ad eũ de raptoribus, Alex. cons. 97. num. 5. lib. primo, Curt. sen. d. consil. 39.

Et scias, quod licet statutum nostrum non expresserit filias dotandas esse à fratribus eos exclu-
247 dere volentibus † adhuc tamen ipsi tenerentur, cum debeant fœminæ ab excludentibus dotari, Dec. cons. 276. num. primo, vers. secundo, Paris. cons. 36. num. 19. volum. 3.

In verb. dotari secundum qualitatem patrimo-
248 nij, & personarum) † dos de iure communi dicitur congrua secundum qualitatem personarum, l. quæro, ff. de iure dot. Bart. in Auth. resq; C. com. de leg. vide latè Menoch. declarantẽ quæ dicatur dos congrua in tract. de arbit. iud. casu 149. Mascard. de probat. concl. 265. num. 61. ac 65. & conclus. 571. num. 13. Decian. cons. 6. num. 76. & seq. lib. primo, Idem Decian. pleno cons. 17. lib. 2. Menoch. cons. 505. num. 4. Cæsar Barz. decis. Bonon. 127. num. 1. & seq. & decis. seq. Honded. cons. 64. num. 12. & seq. lib. 2. debet ergo dos constitui, iuxta qualitatem, & quantitatem testatoris, & numerum liberorum, l. si filię pater, & ibi Bart. ff. de leg. 3. vbi refert ad statutum dotans filiam, Ias. in d. Auth. resq; num. 28. faciunt notata per Abb. in c. ex parte, nume. 5. extra de censib. præcipuè verò dicitur congrua quando pater, vel mater dotem constituunt filiæ, Laderch. cons. 35. Surd. cõs. 488. item congruè dotata filia præsumitur, quæ post matrimonium contractum diù tacuit, nec cõquesta est, Decian. responso 6. num. 76. lib. primo, vel saltem operatur, vt ipsa teneatur probare incongruitatem, Laderch. cons. 127. sub num. 6. Cæsar Barz. decis. Bonon. 127. num. 1. & 2.

249 † Ista autem dotis congruentia, an intelligatur tẽpore dotationis, vel mortis patris, aut fratris, qui dotauit, an verò tempore petitionis, & videtur attendendum tempus mortis patris, stante illa opinione quod auctis patris facultatibus post dotis cõstitutionem augeri pariter dos debeat, Castr. consil. 210. Ego Paulus. & cons. 265. lib. primo, Bald. Nouel. de dot. part. 6. priuil. 17. num. 4. Boer. decis. 62. num. 6. Decian. responso 54. num. 24. lib. primo. Verum in cõtrarium est magis recepta Doct. sententia, nempè attendendum esse tempus dotationis, & omissis Doctoribus antiquis sic tenuere, Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cas. 149. nu. 15. & 16. cons. 3. num. 17. cons. 6. num. 31. Crauet. cons. 11. num. 14. Rol. à Val. cons. 85. num. 13. & seq. lib. 1. Burs. cons. 248. num. 18. 249. num. 16. Panciro. cons. 88. num. 27. Rim. iun. cons. 317. lib. 3. Rott. Bonon. ad Auth. prætereà, q. 3. num. 66. Pereg. de fideicom. artic. 42. num. 40. & consil. 86. num. 9. lib. primo, cons. 14 num. 15. lib. 2. & de magis communi cons. 95. col. fin. lib. 5. Laderch. Imol. pulchrè cons. 35. maximè num. 6 Surd. cons. 488. nu. 36. lib. 4. Anton. Padil. in Auth. resq; num. 121. C. communia de leg. Alciat. de præsumpt. regul. prima, præsumpt. 2. distinguens inter dotem constitutam viuo patre, & eam quę constituitur in vltima voluntate, Cæphal cons. 501. num. 58. 503. nu. 6. & seq. Petra de fideic. q. 15. nu. 129. & sequen. Rotta Roman. decis. 202. num. 2. part. 2. in nouiss. Aldouin. de Aldouin. consil. 104. num. 109. cui se subscripsere Iacob. Gall. & Peregr. Stephan. Gratian. discept. Forens. cap. 148. num. 9 D. Cost. concius & collega meus de port. rat. q. 103. nu. 3. vbi veriorem ait Honded. cons. 10. nu. 36. lib. primo, vbi hanc veram communem, & in iudicando seruandam asserit, qui omnes tenent auctis facultatibus non augeri dotem, minus valere argumentum de legitima ad dotem, vt aliqui volebant, dicentes dotem subrogari loco legitimę; quæ mortis patris tempore debetur; Nam in proposito nõ valet argumentum de dote ad legitimam, maximèq; in tempore differunt, cum dos viuo patre statim debeatur vbi filia matrimonio copulatur, l. qui liberos, ff. de rit. nup. legitima verò viuo patre co inuito non debetur, l. cum quæritur, C. de inoff. testam. Vasq. controu. Illust. cap. 37. num. 2. Item legitima patre defuncto statim purè filijs est debita, l. quoniam in prioribus, C. de inof. testam. Dos verò non debetur nisi secutis nuptijs, l. 3. ff. de iur. dot. prætereà vbi etiam valeret argumentum, verior est sententia assignatã filio legitimam nõ augeri auctis patris facultatibus, Petr. de fideic. art. 15. num. 116. & seq. Surd. cons. 488. num. 37. prætereà dicitur ad exclusionem filiarum à successione patris, vel ascendentium dotem non recipere mensuram à legitima, Dec. cons. 36. diligẽter per totum, Ruin. cons. 27. num. 56. lib. 3. Tiraq. abundè in l. si vmquam, in verbo susceperit, num. 110. & seq. C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. cas. 149. num. 9. & seq. Crau. cons. 940. lib. 5. Decian. de communi cõs. 32. colum. prima, & seq. lib. 2. Laderch. cons. 127. num. primo vbi ex multis receptissimã testatur, Peregr. cõs. 86. lib. primo. vbi pluries ita iudicatum asserit, plures tamen casus in hoc considerat, Gaspar Thesaur. quæstion. forens. lib. 2. q. 93. per totum.

250 In verb. dotari, † quid si numquam velit dotari, vel nubere, dic nõ obesse masculis, Rub. Alex. cõs. 16. n. 13. Maluas. cõs. 126. n. 46. & dictũ est sup.

251 † Quid modò si moriatur mulier antequam nubat, an possit disponere de dote sibi debita, & habere in ea legitimos hæredes, videtur quod non; quia

quia

quia quando stat. mandat dotari, dos non habetur loco legitimæ, sed est conditionaliter debita. si nubat, Alexand. consil. 179. num. 5. lib. 7. si nō esset subrogata loco legitimæ statim deberetur à die mortis patris, & tamen confertur in tempus nuptiarum, & habet conditionem, si nuptiæ sequantur, Soc. consil. 288. num. 27. volum. 2. & consil. 75. num. 11. lib. 3. Ruin. consi. 52. nu. 6. volum. 3. Paris. consil. 53. num. 76. lib. 3. Boss. de magis communi, tit. de bonorum public. num. 2. in fine. Gabr. consil. 11. num. 4. lib. primo, Gras. in §. legitima, quæst. 7. num. 4. Menoch. consil. 251. num. 44. Cephal. cons. 145. nu. 19. & 20. Martha decis. 47. num. 2. & seq. Idem dicendum si nollit nubere; debetur enim dos si nubat, vndè cum sit ius conditionale non transmittitur, Castr. cons. 5. super eo, volum. 2. Brun. in tract. quod stant. masc. artic. 11. num. 34. & 79. Maluas. cons. 126. nu. 46.

252 Quid modò, si aliquis dote filiæ promisserit, qui non sit ex personis enumeratis in hoc statuto, sed affinis coniunctus, vel extraneus, an præsumatur dotem ipsam de suo largiri, an verò prosit personis in statuto enumeratis ad excludendam ipsam filiam dotatam, regula est dotem à quouis promissam, vel datam, patre excepto de proprio, censeri datam, animo donandi, l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. act. Socin. iun. loquens in patruo, cons. 79 num. 73. & seq. lib. 3. rationem nectens, tùm dotis fauore, tum ob nobilitatem dotantis, tùm ob sanguinis coniunctionem, Natt. cons. 100. viso instrumento, num. 11. vbi distinguit.

Fallit tamen, quando dotans haberet penes se bona illius, qui tenetur dotare, vt in matre habente bona filiæ, glo. in l. fin. vbi Salic. num. primo. C. de dot. promiss. Cephal. cons. 485. nu. 4. Caroc. in tract. de patre simpliciter filiam dotante, q. 6. Idem si dotans esset tutor, vel curator, Rip. auus meus in l. prima, sub nu. 90. versic. non obstat tex. ff. sol. matr. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 88. num. 46. & seq. Gabr. cons. 5. statutum dispo. nit ante num. 38. Mascard. de probat. concl. 571 dos data, nu. 9. & 10. Surd. consil. 119. num. 24. qui tollit contrarium eorum, qui dixerunt censeri dotem datam animo donandi, Garzias Mastril. decis. 74. num. 6. etiam si tutor non exprimeret se tutorio nomine gerere, Mascard. conclus. 38. actus num. 2. Borgnin. de tutor. & cur. nu. 243.

253 † Quid modo si filia extet ex primo matrimonio, cui dos materna debetur, & decedat ante aditam maternam hæreditatem, vel de aditione non constet, an transmittat dotē ad succedentes ab intestato distinguo, aut filia decessit in maiori etate, aut in minori, primo casu hæreditas non adita nō transmittitur, l. 1. §. in nouissimo, C. de cad. tollen. Corn. cons. 242. nu. 3. lib. 2. secūdo verò casu, & si hæreditas non adita per minorē non transmittatur, l. si infanti, C. de iur. deliber. transmittit tamen benefitium restitutionis in integrum aduersus non aditam hæreditatem, l. qui duos, ff. de reb. dub. l. pantonius, vbi Bart. ff. de acquir. hered. Capra cons. 6. num. 13. Ceph. cons. 56. in primo dub. lib. primo.

254 † si verò ageretur de relicto dotis sibi à patre facto, cū illud succedat loco legitime transmittitur, Alexand. consil. 13. in secundo dubio, nu. 7. cum seqq. pluribus, lib. 3. vbi ponit, an habeat locum in filia infante, vel in vtero existente, aut quæ dotata fuit de bonis communibus, & consil. 130. lib. 2. Tiraq. de retract. lign. §. 20. glo. vnic. num. 11. & seq.

255 Quid modo si vxor duos viros habuerit, ex primo solū masculos, ex secūdo masculos, & fœminas, quæ fœminæ fuerunt vna dotata, alia ingressa monasterium cum minori dote, si altera dictarum filiarum decedat, quæritur quis succedat, an fratres vtrinq; coniuncti, an verò vterini; Respondetur, succedere fratres vtrinq; coniunctos simul cū vterinis, Socin. sen. cons. 5. & 84. lib. primo. Ruin. cons. 39. col. 3. lib. 3. Gabr. cons. 15. in primo dubio, vsq; ad num. 14. lib. primo.

256 Sed quid si filiæ portio aliqua auferatur, vel nō deferatur, an in dicta portione succedāt fratres vtrinque coniuncti ex eodem matrimonio, an verò vterini pariter, succedere filios ex eodem matrimonio tenuerunt Soc. sen. consil. 5. Ruin. cons. 39. lib. 3. contrarium tamen ex pluribus, & rectius tenuit, Gabr cons. 15. in secundo dubio, num. 14. & seq. lib. primo.

257 Quid si pater in testamento, aliquid pro dote filiæ relinquat, nec titulo institutionis faciat, & testamentum sit nullum, an filia tamquam non dotata, possit succedere; Respondetur, quod non, quia sufficit patrem actum dotationis exercuisse, & demonstrasse, etiam si testamentum nullum esset, vt consuluit Capra cons. 84. in primo dubio.

In fine verbi] vide plenè circa hoc statutum. cū seq. per Curt. iun. cons. 5. ac cons. 10. per totum.

Quod ad successionem decedentis sine testamento, prius succedant consanguinei. Rubr. 96.

ITem statuimus, quòd si quis, vel si qua sine testamento decesserit sine descendentibus, vel ascendentibus, & reliquerit agnatos, vel cognatos masculos, vel fœminas ex parte patris; & similiter reliquerit ex parte matris masculos attinenets, vel fœminas: illi qui ex parte patris, licet sint vlteriores in gradu, vsquè ad tertium gradum inclusiuè, de iure canonico prius veniant ad successionem illius, quàm illi, qui sunt ex parte matris. Et intelligantur agnati ex parte patris, illi qui sunt de prole defuncti ex parte patris.

Summarium ad Statutum 96. in Ciuilibus.

1 *VErbum consanguinei, quid importet, & quot modis in iure capiatur, & nu. 2. & 3.*

4 *An hac rubrica allegari possit ad decisionem casuum.*

5 *Differentia inter agnatos, & cognatos.*

6 *Filius sororis defuncta, an dicatur agnatus.*

9 *Statutum loquens de agnatis, an comprahendat agnatas fœminas, & vide num. 8. & 9.*

10 *Appellatione cognati masculi, de quo in hoc statuto, venit etiam agnatus.*

11 *An agnati ex hoc statuto præferri debeant cognatis proximioribus.*

12 *An hoc statutum procedat in agnato forense.*

13 *Hoc statutum, an dicatur tollere caput patriæ potestatis.*

14 *Hoc statutum correctorium iuris communis.*

15 *Agnati vsq; ad tertium gradum præferuntur cognatis in tutela, & cura. [nonico.*

16 *Ius ciuile in cõputatione graduũ differt à iure ca-*

17 *In dubio computatio graduum fieri debet, secundum ius ciuile.*

18 *Statutum potest disponere, quod fiat computatio, secundum ius canonicum.*

19 *Stante hoc statuto, alia statuta loquentia de gradibus, intelligi debent secundum ius canonicum.*

20 *Verba, ex parte matris, de quibus in hoc statuto, quomodo intelligenda.*

21 *An verbum prolis, de quo in statuto sumatur effectiuè, an comprahensiuè.*

22 *Verba, proles, soboles, progenies, & stirpes sunt synonima.*

23 *Appellatione prolis, vel progeniei, comprahenduntur soliũ descendentes ex masculis, & nu. 24.*

25 *An agnati, vel cognati ex parte patris, excludãt, fratrem vterinum in bonis maternis, vigore huius stat. & vide latè hanc quæst. vsq; ad nu. 47.*

26 *Statuta intelligi debent secundum ius commune, & ab illo interpretationem recipiunt, & nu. 57.*

27 *Frater vterinus de iure communi, excludit agnatum remotiorẽ in bonis maternis, & vide nu. 43.*

28 *Frater vterinus, dicitur agnatus, sed quomodo id veniat intelligendum, vide num. 37. & 45.*

29 *Frater vterinus excludit sororem dotatam.*

30 *Vbi agitur de bonis maternis, cessat statutum præferens fratres consanguineos vterinis.*

31 *Bona materna, dicuntur etiam mortua matre, sed vide num. 44.*

32 *Auctoris opinio circa quæstionem enunciatam supra num. 25.*

33 *Mens, & ratio statuentium in primis est spectãda.*

34 *Maternum genus ad succedendum, dicitur impertinens.*

35 *Frater vterinus est de genere materno.*

36 *Argumẽtũ de minori ad maius procedit negatiuè*

38 *Statutum generaliter loquens, generaliter intelligendum, & num. 52.*

39 *De iure communi nulla aderat differentia agnationis, & cognationis.*

40 *Agnati in feudis excludunt fratrem vterinum.*

41 *A verbis statuti, nullo modo est recedendum, & quod statutum non distinguit, nec nos distinguere debemus, & num. 42.*

46 *Castr. in cons. 38. lib. 3. reprobatur.*

47 *Filius fratris vterini, an præferri debeat agnato in tertio gradu.*

48 *Decedente aliquo, relictis post se nepte ex filio masculo, ac nepote, ex filia fœmina, quis eorum præferri debeat, stante hoc statuto.*

49 *Valet argumentum à rubr. statuti habentis orationem perfectam.*

50 *Nigrum generale potius attendi debet, quam rubrum speciale.*

51 *Consanguineorum nomine, ex communi vsu loquendi, veniunt omnes sanguine iuncti.*

Hoc statutum non dicitur factum fauore conseruanda agnationis, & quatenus dici possit, quomodo intelligendum, vide num. 54.

53 *Dispositio testatoris facta de filijs, & nepotibus, vel descendentibus, quomodo intelligenda.*

55 *Relatiui natura est, referre omnia præcedentia, cum omnibus suis qualitatibus.*

56 *Curt. iun. in cons. 5. communiter reprobatur.*

1 Circa hanc rubr. † quomodo intelligatur hoc verbum consanguinei; & dic, quod exponitur, idest agnati; ità in terminis probat Curt. iun. cons. 5. nu. 16. vbi do-
2 cet, quod de iure communi, verbũ consanguinei tripliciter capitur, vt ibi per eum, & quod hic verbum consanguinei accipiatur pro agnatis, tenet etiã Ias. loquens in proprijs terminis huius statuti cõs. 52. colum. penul. circa princ. versic. solum restat vnum fundamentum, lib. primo, & cons. 205. Rui, cons. 15. lib. 3. Dec. cons. 444. in secundo dubio, Borgnin. decis. 13. part. 3. Alb. cons. 495. nu. 12,
3 lib. 3. & consil. 711. lib. 4. & † qui veniant appellatione consanguineorum, docet virg. Boccat. in
4 const. March. gl. 3. num. 87. cum seq. an autem hæc rubrica possit allegari ad decisionem causæ de per se, dic quod non, secundum Ias. in d. cons. 52. col. pen. cũ secundũ eum, rub. ad hoc, vt possit allegari ad decisioné causæ, debeat esse generalis, & habeat continere orationem perfectam, & decisionem, quod secus est in hac rubr. cum secundũ eum illud ad verbium prius non perficiat, qui sint illi alij, quibus prius succedant, sed perficiatur per nigrũ, postea subsequens, vt per eundẽ cõs. 205

5 In verbo, agnatos, & cognatos] † Agnati, & cognati inter se differunt, nam agnati dicuntur, qui per virilem sexum, cognati, qui per fœmineum coniunguntur, vt inst. de legit. agnat. tut. in principio versic. sunt autẽ, & instit. tit. de legit. agnat. success. §. sunt autem, & circa declarationem horum verborum, vide latè Curt. iun. d. cons. 5.

6 † An autem filius sororis defunctæ, dicatur esse de agnatis, de quibus in hoc statuto; vide Pract. Pap. in forma libelli, quo petitur hæred. ~~succeff.~~ in glo. nullis superstitibus liberis, num. 28. vers. vnũ tamen scias, Cattelan. Cott. in memorabil. incip. agnati appellatione, Ias. cons. 205. lib. 2. Alb. cons. 54. num. 6. & tenet Practic Papiens. ibidem, quod filius sororis solus, non autẽ vlteriores in gradu dicatur agnatus impropriè, tñ adeout secundũ eum non cõpræhendatur in statuto loquente de agnatis, quod etiã voluit Dec. in rub. C. vnd. legitimi.

7 † An autem statut. loquens de agnatis, comprehendat agnatas fœminas; intelligendo, quando loquitur simpliciter, vide Ang. cons. 291. incipiente, isto statuto, col. 2. & cons. seq. in princ. Dec. in rub.
8 C. vnd. legit. vbi † vult, quod per statutum agnati præferantur cognatis, tale statutum intelligitur de agnatis masculis, non fœminis, sequitur Alba cós.
9 54. nu. 7. † alias autem fœminæ dicuntur agnatæ, & de familia, vt post Soc. cons. 227. in 2. colum. firmat Alba idem nu. 6. Curt. cons. 45. Soc. consil. 227. col. pen. Ias. cons. 205. lib. 2.

10 Et scias, quod verba statuti nostri, vel cognatos masculos ex parte patris, intelligi debẽt de agnatis ità Curt. iun. cons. 176. num. 6. per text. in l. iurisconsultus, §. primo, ff. de gradibus.

11 † An autem hoc statutum procedat, si adsint cognati ex parte patris ex proximiori gradu, & agnati in remotiori, an agnatus hoc casu ex hoc stat. præferatur cognatis proximiorib. in terminis

consuluerunt

consuluerunt Ias.d.cons.52.per totum.lib.primo, Curt.iun.d.cons.5.volentes cognatos ex parte patris proximiores in gradu excludere agnatos remotiores, ob verba statuti ibi reliquerit agnatos, vel cognatos masculos, vel fœminas ex parte patris, ita tenet Ruin.cons.15.lib.3.

22 † Quid si agnatus qui vult succedere vigore huius statuti sit forensis, an admittatur ad successionem dic quod sic, Alex.cons.111.nu.7.volum.7.

13 † Quæritur cum hoc statutum tollat dispositionem iuris, an tollat tantum in hoc capite agnationis, an etiam dicatur tollere quò ad caput patriæ potestatis; de quo pariter deciditur in §. nullam, in Auth.de hæred. ab intest. & si aliquis agnatus vocatus à statuto ante cognatos sit emancipatus, an excludi debeat; videtur quod sic, quia redimus ad ius vetus ex huius statuti dispositione, quo iure emancipatus excludebat; sed contra, cum hoc statutum sit correctorium restringi debet, vt corrigat tantum in casu expresso.

In verbo attinentes) qui dicantur attinentes dixi ad statutum 13. & an veniant descendentes ex fœminis, quod sic Paris.cons.49. num.11.lib.2.Bal. in cap.in litteris, de testib.

14 In verb.licet sint vlteriores in gradu) † hoc statutum corrigit ius commune, quo iure cum sit sublata agnationis, & cognationis differentia salua gradus prærogatiua, §.nullam verò, in Auth. de hæred.q̃ ab intest.Auth. cessante, C.de legit. here. cognati existentes in gradu proximiori præferuntur, agnatis ex pluribus, de quibus per. Ias. consil. 52.ante num.primũ.lib.2. Curt.iun.cons.5.nu.1.

15 In verb. vsq; ad tertium gradum) † Amplia idem esse in tutela & cura, in qua debent præferri agnati, vsq; ad tertium gradum cognatis, in terminis Menoch.de arb.iud.casu 150. nu. 32. & 33. & de istis gradibus agit latè, Dec. cons.444. in secundo dubio, Borgnin.decis.12.par.2.

16 In verb.de iure Canonico) scias † quod ius ciuile, differt à iure canonico in computatione graduum transuersaliũ; nam ius canonicũ ponit duos fratres in primo gradu. gl. in c.nõ debet, de consang.& affin.Host.in summa dicti tit, ius verò ciuile in secũdo gradu; & ratio differentię est, quia ius ciuile fundat stipitem transuersaliũ in eorũ ascendentibus, scilicet in patre, qui est in primo gradu, vnde fratres habito respectu ad eum dicũtur in secundo gradu, vt Inst.de gradib. in §.secundo, ius verò Canonicũ fundat stipitem cũ ipsis fratribus tantũ, & quò ad matrimonia seruatur ius canonicum, quo verò ad successiones ius ciuile, ita Pract. Papiens.in forma libelli, de hæred.ab intest. delat. in gl.nullis superstitibus, nu.32. & ideo nisi statutũ

17 expressisset de iure Canonico, † cũ agatur hic de successione graduum, computatio deberet fieri in dubio, iuxta ius ciuile, Alex.in l.fin.nu.6.vbi Dec. nu.24.C.de success.ędict.Cast.cons.421.nu.1.&3. Corn.cons.92.nu.31.vol.3.Dec.cons.85. in princ. & cons.333.nu.1.ac cons.444.nu.1.Brun. in tract. stat.exclud.fœmi.art.12.q.21. sciẽdum tamen est

18 q̃ benè potest statutũ disponere, vt hic, † quod etiam in successione gradus cõputentur secundũ ius canonicum, Dec.d.cons.444 nu.2.Bal.in l. fin. in fine, & ibi Dec.col.fi.C.de success.ędict. Vegius cons.58.nu.37.vers.& valet statutũ; & nota, quod ex quo huiusmodi statutum loquens de successio

19 ne cõputat gradus de iure canonico, † quod si in alijs statutis loquatur de gradibus simpliciter, debet intelligi secundum ius canonicũ, ita Borgnin. decis.24.nu.15.& 17.part.4.idem Borgni. dec.28. nu.6.cũ seq. vbi loquitur in terminis huius statuti.

20 In verb. ex parte matris) † quomodo veniant intelligenda huiusmodi verba ex parte matris, tradit Curt.iun. d.cons.5.nu. 30. vbi vult dupliciter intelligi posse, .s. ex parte matris defuncti, vel secũdo, & melius secundum eum generaliter, vel indefinitè ex parte matris defunctę, vel volentis succedere, vt ibi latius per eum.

21 In verb. sint de prole) an † terminus iste prolis sumatur effectiuè, vel comprehensiuè, vide Socin. iun.cons.6.per tot.vol.1. Pic.cons.89.nu.60.cum seq.& adde Ias.in l.fin.col.3.ff.de verb.oblig.& idẽ Soc.cons.11.in fine, vol.5.quia hæc graduum enumeratio operatur, vt comprehensiuè non effectiuè capiatur, maximè si cõsideratur caput ex parte iu

22 ris, & scias † quod verba, proles, soboles, progenies, stirpes, posteritas, sunt synonima, & idẽ est di

23 cere de prole, quod de progenie, & prolis, † vel progeniei appellatione cõprehẽdũtur solũ descendentes ex masculis, ita Curt.iun.cõs.5.nu.40. quẽ sequitur Pereg.de fideic.art.22.nu.23. vbi nu.22.

24 vult, † quod quoties testator loquitur de prole in specta propria, & vsitata significatione, intelligitur de descendentibus suis, vt per Boeriũ dec.356. nu.1.ac alios ibidẽ per eum allegatos.

25 † An stante hoc statuto agnati, vel cognati ex parte patris, excludant fratrem vterinũ in bonis maternis, in quo artic. multa hinc inde in vtrãq; partem à doctissimis viris vidi deducta, & ad fauorem fratris vterini.

26 In † primis consideratur, statuta esse intelligenda secundũ ius cõe, Bal cons.58.nu.5.lib.3. & strictissimè capiẽda ne iuri cõi derogent, Hond.cõs.8. nu.41.lib.1.

27 † At iure cõi frater vterinus agnatũ remotiorẽ excludit, maximè in bonis maternis, l. de emãcip. C.de legit.hęred.Gabr.cons.6.num.7.lib.1.Castr. cons.450.visis statutis, nu.3.vol.1.Corn. cons.234. nu.3.&seq.lib.4.Pract.Pap.in for.libel. pro hęred. ab intest.vers.nullis, n.29.Brun.in tract.quod stat. masc.art.12.nu.251.256. & 259.

28 † Secundò confirmatur, quia vterinus frater dicitur agnatus, l.meminimus, C.de legit. hære. Soc. sen.cõs.1.lib.1.nu.7.Hond.cõs.1.n.43. lib.2. ergo cũ agnatis à statuto vocatis succedit, D.Cost.coci uis olim & collega meus de portio.rat.q.143.n.13

Tertiò videtur noluisse statuentes excludere vterinos fratres, quos ad successionẽ vocarunt in statuto 94.ad matris exclusionẽ, dum vocat absolutè fratres quorũ nomine ẽt vterini vocãtur ex iam dictis, & per Borgn.dec.13.nu.93.part.3. & nu.54.& nu.73.cũ seq.plur. vbi pluribus fundamentis iura vterini fratris tuetur, quæ apud eũ videri possunt,

29 Hond.cons.1.nu.41.& seq vol 2. sicut ẽt † frater vterinus excludit sororẽ dotatã, Gabr. consil. 15. nu.40.lib.1.vbi statutum non resistat.

30 Quartò, † quia vbi agitur de bonis maternis nõ obstante statuto pręferrente fratres cõsanguineos in successione vterinis, nihilominus de dictis bonis maternis nõ intelligi dicta statuta tenuerũt, Castr. in auth.itaq;, C.cõia.de succes.cõs.38.vol.3.Alex. cons.5.num.6.volum.6.Honded.consil.8.num.21. lib.primo, Gabr.consil.6.num.7.lib.primo, Borgnin.dicta decisio.13 num. 73.cum seqq. plurib.

31 † Quæ bona dicuntur materna ẽt mortua matre, tamquam inspecta origine, Bart.in d. auth. itaq;. Boer. decisione. 185. numero. 3. alias inanis esset distinctio Doctorum inter bona materna, nec ne.

Quin-

32 Quintò facit traditio, Iaf. in conf. 205. lib. pri. Rip. auus meus, responso 9. tit. de legibus. vol. 2. Alb. conf. 495. vol. 3. & 711. vol. 4. † qui volunt
3 hoc statutum non esse factum fauore agnatorum, vbi extent cognati ex parte patris proximiores, ergo multo minus frater vterinus, qui dicitur vere agnatus, vt supra dictum fuit.

Quibus tamen nequaquã mouentibus crediderim vterinum fratrem excludi à quocunq; agnato intra tertium gradum, etiam si agatur de bonis maternis.

33 † Considero in primis mentem, & rationem statuentium, nec non verba, ex quibus certò certius elicitur voluisse paternum genus materno præferre, etiam si in gradu sit remotius, vt per Pract. Papiens. in for. libel. de hæred. ab intestat. in verbo. & etiam realiter, num 10. Menoch. de arbitr.
34 iudic. cas. 150. nume. 33. † dicaturq; maternũ genus ad succedendum impertinens, illiusq; nulla ratio habenda est, Bald. ac cæteri in l. prima, C. de legit. hæred. Gabr. conf. 6. nu. primo, lib. primo.
35 Alb. conf. 495. num. 12. & conf. 711. † In casu itaq; proposito, frater vterinus est ex materno genere, Ruin. conf. 15. nu. 18. lib. 3. Curt. iun. conf. 3. num. 30. versic. primo, si tenendo; ergo cum illi, nec verba, nec mens conueniant, multo minus dispositio vulgata; l. 4. §. totiens ff. de dam. infect.
36 † Secundò, si de quo minus inesse non videtur, & tamen inest, sic de quo magis, auth. multò magis, C. de sacros. Eccles. at multò minus videbatur dicendum, quod stantibus fratribus, qui sunt in secũdo gradu, excluderetur mater, quæ est in primo gradu, & tamen excluditur, vt habetur statut. 94. sub rubr. in quantum, & qualiter mater, & auia, ergo multò magis excludi debet frater vterinus, qui est remotior, Bart. in l. 2. §. fin. ff. ad tertul. Soc. sen. conf. 89. nu. 5. lib. 4. Laderch. conf. 54.
37 nu. 5. vers. cõfirmatur, cũ isti † vterini, & si agnati dici possint, sunt tñ ex parte matris, quos statutum pro nihilo habuit respectiuè ad agnatos ex parte patris, qui verè, & propriè agnati dicuntur, Curt. iun. conf. 176. nu. 2. & 6. Ruin d. conf. 15. nu. 3. lib. 3. Soc. sen. conf. 31. lib. primo, Menoch. conf. 187. nu. 8. & 10. lib. 2. Gabr. conf. 15. num. 5. lib. 2. Iaf. conf. 130. nu. 18. lib. primo, Mant. conf. 86. nu. 18. lib. primo, & pluribus rationibus comprobat, Men. d. conf. 87. tum, nè melioris conditionis sint filij matre, tùm quia destructo antecedẽti, corruit consequens & alijs rationibus, quæ videri possunt.
38 Tertiò, statutũ generaliter, & indistinctè loquitur, nulla facta distinctione bonorũ paternorum, & maternorum, ergo debet de omnibus intelligi argum. l. de pretio ff. de publician. maximè cum statuta Papiæ ad litteram sint intelligenda, & quia adita hæreditate bonorũ maternorum non dicuntur, amplius bona materna, sed propriũ patrimonium adeuntis, Gabr. in suis communibus, tit. de iur. dot. concl. prima, num. 61. Franc. dec. 307. nu. 3. part. 2. Bart. in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. possess. & in successionibus tẽpus mortis spectatur §. ita demum, Instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt.

Quartò, cõsidero d. statutũ nostrum necessario locutum fuisse, & compræhendisse et fratrem vterinum, cum etenim vocet agnatos ex parte patris, vsq; ad tertiũ gradũ, licèt sint remotiores, ad exclusionem eorum, qui sunt ex parte matris, vtiq; ne inane & ridiculum videatur, complectitur fratrẽ vterinum, tùm quia, vt dixi est ex parte matris, tùm quia esto, quod in primo gradu sit frater de iure canonico, cap. non debet, vbi glo. de consang. & affinit. cum tamen tertium præferat primo, & secundò, nil aliud possumus decernere, quã verba, & mentem statuti sequi, per quod gradus quilibet ex parte patris, vsquè ad tertium de iure canonico præfertur proximiori ex parte matris, vnde siuè sit in primo, siuè in secundo debet pati prælationem illius, qui est parte patris, & ex hoc elicitur clarè, voluisse statutum hoc cor-
39 rigere ius commune, † quo sublata erat differentia agnationis, & cognationis, salua gradus prærogatiua, §. nullum verò, auth. de hæred. quæ ab intest. auth. cessante, C. de legit. hæred. cognatiq; proximiores agnatis remotioribus præferũtur, Iaf. conf. 52. ante num. primum, lib. 2. Curt. iun. consil. 5. num. primo.

40 Quintò cõfert, † quod in simili dicitur in feudis, in quibus cum maternũ genus sic exclusum, agnati vlterioris gradus excludunt fratrem vterinum, cap. primo, de grad. success. in feud. Bald. & Castr. in l. 1. C. de legit. hered. Dec. conf. 444. nu. 5. & seq. quos, & alios refert Crauet. consil. 880. ad finem, lib. 5. & nulla alia certè ratione, quia maternum genus pro nullo habetur, vt dictum est idem ergo in statuto dicendum est, Bald. con sil. 170. ad euidentiam, num. 3. lib. 2. vbi D. meus Rouesc. in addit. & ita in terminis statuti tenuerunt Socin. sen. conf. 89. per totum, lib. 4. Alb. conf. 495. num. 12. & conf. 711. Paul. de Monte Pico cõs. 85. num. 60. & seqq.

His stantibus non obsunt cõtraria, ad primum, namq; respondetur admissa propositione, statuta esse strictissimè intelligenda, in casu nostro negotium perspicuum esse, cum statutum strictè sumẽdo, loquatur de agnatis ex parte patris ad exclusionem agnatorum ex parte matris, illos includen-
41 do. hos excludẽdo; vnde † cum verba statuti sint clara & propria, non est vlterius hæsitandum, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3.

Nec distinctio bonorum maternorum, & paternorum, potest in proposito casu deseruire, primò quia statutũ generaliter loquitur, vnde bona qualitercumq;, & cuiuscumq; generis complectitur, iuribus notissimis, & per Socin. sen. consil. 89. sub num. 5. lib. 4.

42 Secundò, quia si † voluissent statuentes distinguere bona materna, à paternis, vtiq; sciuissent, vt multoties fecerũt in alio proposito, vt in puncto considerat Rim. sen. consil. 251. nu. 8. lib. 2.

Tertiò, quia intelligẽdo, etiam secũdum ius cõ-
43 mune, certum est, quod vbi † lex prætulit fratres vtrimq; coniunctos, vel consanguineos vterinis, præferri non modo in paternis, sed etiam in maternis, & vndequaq; quæsitis, vt in auth. de consangu. & vter. fratribus, & in auth. itaq;, C. communia. de success. Rim. sen. d. conf. 251. num. 13. Socin. sen. conf. 89. lib. 4.

Quartò, si ad litteram intelligatur statutum, vt cauetur ex statuto vltimo in criminalibus, vtiq; nõ
44 potest dari hec distinctio, cum † adita hæred. bona quæ alias erant materna, non amplius materna, sed proprium patrimonium adeuntis propriè dicantur, l. prima, §. veteres, ff. de acquir. hæred. Gabr. de iur. dot. concl. prima. num. 6 Franc. decis. 307. num. 3. part. 2. attento maximè mortis tẽpore, quod spectandum est, §. ita demum, inst. de hæred. quæ ab intest. nec militat ex prædictis dispositio, l. de emãcipatis, C. de suis, & legit. hæred. cum manifestè constat statutum nostrum venire

ad correctionem iuris communis, tàm respectu personarum, quam bonorum, cum generaliter loquatur, & alias seruiret de vento, cum vnicum tantum casum complecteretur, nempe filiorum fratris vterini, quod non est dicendum, cum sat sit excludere volenti, fratrem vterinû in quibuscunq; bonis habere qualitatem à statuto requisitam, nempe se esse agnatum intra tertium gradum ex parte patris, quod non reperitur in fratre vterino
45 † qui agnationem primò, veram non habet, sed impropriam, & comentitiam, Bald. cons. 30. nu. 4. lib. primo, cum allegatis per Laderch. cons. 54. sub num. 7. versic. sed idem ipse puto, & ex hoc alias responsiones afferunt, & Soc. dicto cons. 89. & Rimin. d. cons. 251.

Secundum tollitur fundamentum, dum dicebatur fratrem vterinum, dici agnatum, tùm quia nô verè, & propriè, dicitur agnatus, tùm quia etiam si agnatus esset, non tamen ex parte patris, vt exigit statutum.

Tertium pariter argumentum reflectitur, quia si statutum, quando voluit includere fratres vterinos, saltem sub generalitate illud sciuit exprimere, vt in statuto 94. vtiq; idem fecisset in casu statuti 96. in quo diuersa est constitutio, dum distinguit stipitem paternum à materno.

Ad quartum respondetur ex Socin. sen. dicto consil. 89. num. 22. qui in punctualibus terminis respondet dictis Castr. in d. cons. 38. lib. 3. & fallaciam argumenti ostendit, ad quem me remitto, cui etiam respondet Rimin. sen. dicto consil. 251. num. 17 & 18. † & cons. Castr. falsum, & re-
46 probatum, illi respondendo asserit, Anton. de Rosel. in tract. de success. ab intestat. num. 167. & sequentib. sicut etiam cessant auctoritates Gabr. Honded. & aliorum, quotquot sequentium Castr. opinionem; quia re vera Castr. fallaciam assumpsit in argumêto; quia statutû non côsiderauit vinculi duplicitatê, nec proximitatê, sed solû ius agnationis paternæ, nulla adhibita bonorû distinctione, & si vt dictum est frater vtrinq; coniunctus, & consanguineus excludunt matrem, quæ prima est, & proximior in successione, quanto fortius excludent filium ex ea, qui caret, & qualitate proximitatis, & qualitate agnationis paternæ, quæ tamen in matre existit.

47 † Quid modo si defuncto supersint filius fratris vterini, nec non agnatus aliquis in tertio gradu, quis præferendus, quæstio pendet à superiori, & pro filio fratris vterini tenuerunt, Ias. supra citat. cons. 52. num. 205. Ruin. pariter in puncto statuti nostri cons. 15. lib. 3. Borgnin. decis. 13. nu. 52. & seq. part. 3. licèt contrarium pleno calamo consuluerit, Curt. iun. consil. 5. quorum dicta transcribere, laboriosum potius, quam vtile foret cum apud eos videri possint.

48 Quid autem si decedat quis, relictis post se nepte ex filio masculo, ac nepote ex filia fæmina, quis eorum præferretur in successione, stante hoc statuto.

Et omnibus, quæ à Doctoribus pro hac quæstione sunt tradita perpensis, teneo nepotem ex filia admittendum simul cum filijs fæminabus filij masculi, ex rationibus in punctualibus terminis, & in proposito dicti statuti optimè pôderatis per Ias. cons. 52. lib. primo, & cons. 205. à nu. 21. vsq; ad finem, quem sequitur Alb. cons. 495. num. 12. & cons. 71. lib. 4. Ruin. cons. 15. lib. 3. Borgnin. dicens horum patrum sententiam seruari contra Curt. iun. cons. 5. & 176. Borgnin. inquam, decis. 13. num. 52. & num. 67. & seq. part. 3.

Rationes autem breuiter per dictos Doctores consideratas subnecto.

In primis statutum vocat, tam cognatos, quam agnatos ex parte patris, at iste est cognatus ex parte patris, ergo.

Secûdò vocâtur côsanguinei, talis est ipse, ergo.

Tertiò vocantur in tertio gradu de iure canonico, talis est, ergo, & licet vocentur prius attinentes, vel cognati, aut cognati ex parte patris, hoc conuenit nepoti ex filia, quia statutum declarat illos dici agnatos qui sunt de prole defuncti ex partê patris, & sic dicitur de prole defuncti à quo omnes descendunt, & cum inter descendentes ex parte patris nullam statutum côstituat differentiam, nisi forte vnus esset altero proximior, sequitur vt data paritate consanguinitatis par etiam esse debeat successionis causa, cum itaq; verba conueniant conuenire debet, & dispositio iuribus notis.

Quibus iudicio meo non obsunt, quæ per Curt. iun. in d. côs. 5. afferûtur, quibus, & si responsum remaneat, ex dictis per Ias. in d. cons. 52. & 205. & per Ruin. d. consil. 15. lib. 3.

Breuiter tamen reassumendo eorum dicta, non
49 obest primum, quod † ex rubr. statuti habentes orationê perfectam liceat arguere ad decisionem causarum, ponderando dictionem prius succedât consanguinei, idest agnati.

Nam multipliciter respondetur, primò dictam rubr. non dici perfectam, nam si perfecta esset, frustra nigrum conceptum fuisset, frustraq; in eo de agnatis, vel cognatis ex parte patris, vel ex parte matris expressa mentio facta fuisset, vnde clarè rubrum declaratur ex nigro, intelligi nempè, illud verbum consanguinei, in agnatis, vel cognatis, masculis, vel fœminis, vt per Ias. d. cons. 205. n. 31.
50 & † semper attenditur nigrum generale, quam rubrum speciale, auth. vt ecclesia Roman. & in authen. de incest. & nefar. nupt. quando maximè nigrum est ampliatum verbis expressis, & specificis, quæ nullam patiuntur restrictionem, Ruin. d. consil. 15. num. 15. volum. 3. Doct. omnes in rubr. ff. si cert. petat.

Præterea, & secundò, vbi posset argui ex dicta
51 rubr. attamen † consanguineorum nomine ex cômuni vsu loquendi, qui etiam in statutis attenditur, veniunt omnes sanguine iuncti, vt per Ias. ibidem. num. 22. Tiraq. de retract. lignag. §. primo, glo. 9. num. 5. Tertiò id eò magis dicendum est, cû per statutum Pap. 53. de regim. potest. dispositum sit, quod masculinum genus concipiat fœmininû, dum igitur rubr. consanguineos vocat, tam de fœminis, quam de masculis debet intelligi. cû hoc sit etiam iure communi cautum, Bald. cons. 460. libro primo, plenè Tiraq. de retract. consangu. §. 1. glo. 9. num. 205.

Ad secundum dum ait, quod & si velimus nigro inhærere, adhuc preferendi sunt agnati ex parte patris, cognatis ex parte eiusdê patris, quia & si statutum non distinguat inter agnatos, & cognatos ex parte patris, qui præferri debeant, an agnati, an vero simul & cognati, attamen inspecto ordine affectionis, censentur prius admittendi agnati, & post eos cognati.

51 Respondetur † primò, hoc non admitti, quia statutum non fuit factum fauore agnationis conseruandæ, cû vocet tam fœminas, quam masculos.
52 Secûdò, cum † generaliter & indistinctè loquatur

tur generaliter debet intelligi, nec vbi non distinguit nos distinguere debemus, l. de pretio, ff. de public. in rem act. cum notissimis.

53 Tertiò, traditio illa, † quòd in dispositione testatoris facta de filijs & nepotibus, aut descendentibus, censeantur vocati ordine successiuo, locum habet, quando vocatio fit inter eos, quorum vnus est altero remotior, vt per omnes in l. Gallus; §. quidam rectè, ff. de lib. & posthum. Dec. cons. 205. & 248. Alexand. consil. 13. & sequ. lib. 4. cum alijs, & vbi agitur de vocatione eorum, qui pares sunt in gradu, vnus altero potior non est in vocatione intestati, sed omnes coniunctiuè censentur vocati, Bart. & Ias. in d. §. quidam rectè, Peregr. de fideic. artic. 17. nu. 2. in casu nostro agitur de personis in gradu paribus, nempè nepotibus, ergo.

54 † Quartò, vbi etiam fauore agnationis ordine successiuo, censeretur statutum vocare masculos prius quàm fœminas, adhuc non obesset casui nostro, cum quæstio sit inter fœminam, nempè neptem ex masculo, & nepotem ex fœmina, quorum neuter potest agnationem conseruare, esto quod admitteretur agi de fauore agnationis, & sic casus noster longè differt à casu Curt. iun. in quo quæstio erat inter fœminas, & masculos, & si tale statutum factum fuisset agnatorum fauore, fœminas ex parte patris non complecteretur, cum per eas destruatur agnatio, Crau. consil. 180. col. prima. Dec. cons. 468. num. 10.

Quintò, id clarius elucescit, quia statutum ordinem successiuum considerauit, vbi quæstio esset inter agnatos, vel cognatos, ex parte patris ex vna, & attinentes ex parte matris masculos, vel fœminas ex parte altera, volens prius admitti eos, qui sunt ex parte patris, & sic ordine successiuo, ast vbi quæstio est inter agnatos, vel cognatos ex parte patris, statutum in hoc nil prouidet, imò eos coniunctiuè vocat, maximè vt dixi, quando pares in gradu sunt, vt hic, ergo.

Sextò, id etiam magis verum esse constat, nam postquam statutum in conditione ad exclusionem attinentium, ex parte matris, posuit agnatos, vel cognatos masculos, vel fœminas ex parte patris, sequitur exindè disponendo in vocatione, & successione; dicens illi, qui ex parte patris &c. prius veniant ad successionem, quàm illi, qui sunt ex parte matris; illa verba relatiua, illi qui ex parte patris, dubio procul debent intelligi tàm de cognatis, quàm de agnatis ex parte patris, cum vera

55 natura † relatiui sit, referre omnia præcedentia cum omnibus suis qualitatibus verè, & propriè, Bart. in l. prima, ff. de receptator. Surdus consil. 105. num. 30. Ias. d. cons. 205. num. 23. Honded. cons. 73. num. 16. lib. primo, vnde iuri repugnat illa interpretatio Curt. dicentis, quod relatiuum illi, debeat referri solum ad agnatos, cum imò referatur, tàm ad agnatos, quàm cognatos; modo sint ex parte patris, vt latè per Ias. dicto loco, & ex his censeo consilium Curt. iunior. non obesse ca-

56 sui nostro; † tum quia communiter reprobatur, vt per Doct. supra citatos, tum quia loquitur quãdo quæstio est inter agnatos masculos, & cognatas fœminas ex parte patris, quod longè differt à nostro themate, in quo quæstio est inter fœminas, & natos ex feminis.

Septimò, vbi etiam statuti verba ambiguitatem continere possent respectu cognatorũ, quod nega-

57 tur; † in dubio interpretationem recipiunt, vel à iure communi, vel ab alijs statutis, iuribus notis, at de iure communi nulla constituitur differentia in successione intestati inter masculos, & fœminas l. maximum vitium, vbi omnes, C. de lib. præter. ergo, nec in statuto fieri debet, cum maximè constet, vocasse etiam cognatos ex parte patris, ita vt omnem differentiam respuerit; per statuta pariter nostra Papiensia fœminæ non redduntur deterioris conditionis masculis cum sint vocatæ in pari gradu.

Quod verbum ab intestato etiam intelligatur in eo qui de iure non potest testari. Rubr. 97.

AD Tollendum omne dubium, quod posset oriri in successione ab intestato. Statuimus, quòd vbicunque in statuto communis Papiæ reperiatur fieri mentio de successione ab intestato, vel intestatus, quòd intelligatur illud verbum, ab intestato, etiam in eo, qui non possit de iure condere testamentum.

Summarium ad Statutum 97. in Ciuilibus.

1 *Intestabiles an comprehendantur sub verbo ab intestato.*

2 *Bart. in l. prima, ff. de suis, & legit. statuẽtes his sunt secuti.*

3 *Verba ab intestato, & intestabilis, quid differant.*

AD tollendum omne dubium) dubium erat an de iure communi verbum ab intestato prolatum à statuto, comprehendat intestabiles, scilicet pupillũ, & alios qui de iure testari non possunt, & quia de iure cõmuni controuersum erat, cum multi tenerent pariterq; comprehendi sub hoc verbo ab intestato, intestabiles licet eorum opinio esset communiter reprobata, non enim ex magis recepta DD. sententia veniunt intestabiles, vt per Ant. Gabr. in suis communibus tit. de statutis, conclus. prima, quasi per totum, Crass. de success. §. successio ab intestato, q. prima, num. 3. pluribus citatis, Borgn. decis. 12. num. 11. & decis. 28. num. 66. part. 3. vbi testatur de magis communi, ideò statutum nostrum ad illud dubium tollendum declarauit pariter sub hoc verbo ab intestato comprehendi eos, qui non possunt de iure testari, secutus opinionem Bart. in l. prima,

2 versic. per hoc, ff. de suis & legit. & sequentium, de quibus latè per Gabr. d. conclus. prima, num. 1. vbi infinitos ita tenentes enumerat, & plenè etiam,

per

per has per Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quęst. 18. per totum.

In verb. ab intestato, vel intestatus) intestatus 3 ab intestato, & intestabilis, quid inter se differāt, notat Ang. consil. 36. num. primo, Fulgos. consil. 165, num. 5.

Quod fœmina maritata possit facere testamentum sine voluntate mariti, sed non alienare inter viuos sine eius voluntate. Rubr. 98.

Item statuimus, quòd fœmina maritata possit facere testamentum, & codicillos, etiam sine voluntate mariti. Sed inter viuos non possit alienare, nec obligare sine licentia mariti, & duorum suorum attinentium, omnium masculorum, maiorum ætate viginti quinque annorum, & si non habet duorum suorum vicinorum. Possit tamen constituere procuratorem ad causas etiam sine consensu sui viri & parentū, & bona sua in casu illo obligare.

Summarium ad Statutum 98. in Ciuilibus.

1 Doct. videndi circa materiam huius statuti.
2 Hoc statutum, qua ratione factum.
3 Testamentum ex alieno nō debet pēdere arbitrio.
4 Mulier potest testari sine consensu viri, si sit sui iuris, alias secus.
5 Vxori, an per hoc statutum dicatur data potestas testandi de dote.
6 Lex applicanda ad ea, quæ frequentius accidunt.
7 Statutum vnum per aliud declaratur.
8 Statutum Papiæ 121. volens dotē reseruari filijs, qualiter intelligendum.
9 Dos, an possit auferri ex testamento vxoris viro, in casu, in quo eam lucratur ex testamento.
10 Testamentum prohibens vxorem testari sine licentia mariti, an validum, & vide num. 12.
11 Potestas testandi, quo iure introducta.
12 Prohibita alienatione inter viuos, an dicatur prohibita donatio causa mortis, & vide num. 14.
13 Alienare verbo, quid contineatur.
16 Alienatione prohibita, quid intelligatur prohibitum.
17 An intelligatur prohibita hæredis institutio.
18 Prohibitus alienare sine consensu alicuius, an possit sine eo hæredem instituere.
19 Alienatione permissa, an dicatur permissa hæredis institutio.
20 Alienatione per contractum prohibita, an dicatur prohibita in vltima voluntate.
21 An ex prohibitione alienationis, dicatur prohibita vsucapio, & præscriptio.
22 An intelligatur prohibita permutatio.
23 An intelligatur prohibitum pactum de nō petēdo.
24 Alienatione prohibita, an intelligatur de necessaria.
25 Dominij translatio, an impediatur ex prohibitione alienationis in vltima voluntate.
26 Quid, in prohibitione facta in contractu.
27 Quid, interueniente speciali hypotheca.
28 An hoc casu sufficiat generalis hypotheca ad impediendum dominij translationem.
29 Quid, stante pacto resolutiuo contractus.
30 Ex hoc statuto, an mulier prohibeatur liberare debitorem, & num. 35.
31 Nunquid autem possit repudiare, ac renuntiare sine statuti solemnitate.
32 Solemnitas huius statuti, an sit adhibenda in mandato, vel ratihabitione.
Statutum an intelligatur de contractibus tantum validis mulieris.
33 An vxor possit adire hæreditatem sine solemnitate huius statuti.
Nullum à principio, amplius non est annullandū.
34 Hoc statutum, an comprehendat donationem inter virum, & vxorem.
36 Contractus mulieris cum iuramento, an valeat contra formam huius statuti.
37 Statutum non potest contractum iuratum inualidare.
38 Iuramentum, res spiritualis.
39 Statutum inualidum, puniens facientes contractus iuratos.
40 Mulier, an valeat compromittere sine solemnitate huius statuti.
41 Et an possit quasi contrahere.
42 An hoc statutum procedat in filia maritata.
43 Hoc statutum, an procedat in renuntia facta per filiam patri.
44 An procedat in contractu dotis, & vide num. 48. & 49.
46 Statutum generale non cōprehendit casum dotis.
47 Nouæ Mediolani Constitutiones in tit. de bonis insolutum dādis, an cōprehendant casum dotis.
48 Rescripta duo Senatus Mediolani, in materia bonorum insolutum dandorum, in causa dotis.
50 Solemnitas huius statuti nō procedit in contractu vtili mulieri.
51 Quid, in hermafrodito.
52 Quid, si mulier contrahat cum patre.
53 Quid, in donatione facta filijs.
54 Mulier, an omissa solemnitate statuti, possit donationem factam repudiare.
55 Quid, in obligatione necessaria.
56 An autem possit hæreditatem adire, & acceptare.
57 Quid, in causa necessaria alimentorum.
58 Nullitas contractus, an possit allegari ab alio, inuita muliere.
59 Mulier alienans emphiteusim contra solemnitatē huius statuti, an cadat a iure suo.
60 Licentia mariti, an debeat præcedere, an verò sufficiat si subsequatur.
61 Quid, si maritus sit furiosus.
62 Quid, marito, & vxore simul alienantibus.
63 Maritus contrahens cum vxore, an possit ei consentire.
64 Contractus factus per vxorem sine solemnitate statuti cum consensu mariti, an reconualidetur marito superuiuente.
65 Dispositio huius statuti, an procedat marito absēte.

66 *An maritus, vel propinqui possint per procuratorem consentire, & num. 94.*

67 *Attinentium nomine, qui veniant.*

68 *Deficiente uno attinente, an in eius locum possit adhiberi vicinus.*

69 *An mulier maritata possit sine hac solemnitate alienare in ecclesiam, vel pium locum.*

70 *Casus plures remissiue, in quibus mariti consensus non requiritur in contractu uxoris.*

71 *Quid in uxore separatim viuente à marito propter eius odium.*

72 *An mulier possit sine solemnitate statuti disponere ad piam causam, & vide num. 73.*

74 *Attinentes debent esse de proximioribus.*

75 *Quid, proximioribus absentibus, vel non idoneis, & num. 83.*

76 *Statutum loquens de attinentibus, intelligitur de habilibus.*

77 *Quid agendum, si attinentes nollent consentire, & num. 78.*

79 *Quid, in contractu mulieris in loco, in quo agnati non sunt præsentes.*

80 *Alienatione prohibita sine consensu alicuius, valet post eius mortem.*

81 *Attinentes, an valeant consentire ad proprium commodum.*

82 *Uxore vendente uni propinquo, an sufficiat consensus alterius.*

83 *Quid, si mulier contrahat tutorio nomine.*

84 *Attinentes, an debeant esse coniuncti mulieri.*

85 *Attinentes, si sint præsentes, & non contradicant, an sufficiat.*

86 *An duo attinentes requirantur, si statutum non exprimeret numerum.*

87 *Attinentes debent esse masculi.*

88 *Item debent esse maiores, non minores.*

89 *Mulier, an teneatur probare attinentes adhibitos in contractu.*

90 *Vicini qui dicantur, & quot modis accipiantur.*

91 *Mulier, an in cæteris procuris, excepta procura ad causas, debeat seruare solemnitatem huius statuti.*

92 *Procurator mulieris, an valeat contrahere absque solemnitate huius statuti, & num. 93.*

1 CIRCA hoc statutum † vide plura per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 328. vbi latissimè congerit hanc materiam, vt nullus addendi locus relictus videatur, & vide Menoch. de arbitr. iudic. casu 211. & declarat Raphael Cum. cons. 176. & melius Dec. cons. 331. colum. 3. num. 4. cons. 502. & 503. Ias. in l. contra iuris. ff. de pact. Alex. cons. 234. lib. 1. Curt. iun. in rubr. C. de pact. & cons. 47. num. 5. & cons. 157. num. 7. cons. 141. num. 13. circa mediū, & vide nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de notarijs publicis, cap. nulli, & vide etiam DD. in l. verba que, ff. de verbor. signific. l. ex facto, ff. de vulg. plenissimè Tiraq. in tract. de legibus cōnub. gl. 5. nu. 93. vers. septimò ex his, & nu. 94. cum mul-
2 tis sequentibus, dum † statutum exigit consensum propinquorum, siue attinentium, dicitur factum ob fragilitatē, ac imbecillitatem mulieris, DD. in l. transactionem. ff. de transac. Hieronim. Gabr. consil. 29. nume. 39. lib. secundo, Honded. consil. 5. num. 41. lib. 2.

In verb. possit facere testamentum, & codicillos etiam sine voluntate mariti) ratio esse potest.
3 † quia testamentum ex alieno non debet pendere arbitrio, l. illa institutio, & l. captatorias, ff. de hered. instit. Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. nu. 2. & dum hoc statutum permittit mulieri posse facere testamentum, & codi-
4 cillos sine consensu mariti; † intellige si fuerit sui iuris; secus autem si sub patris potestate, nam tūc etiam maritata non posset testari, l. si vxor, cum gl. C. de condit. insert. Alex. consil. 116. volum. 7. Rim. iun. consil. 379. num. 41. & seq. volum. 4. cum infinitis alijs congestis per Borgnin. dec. 29.
5 num. 45. part. 3. & per hoc statutum nota, † datā fuisse potestatem vxori testandi etiam de dote, in casu in quo non acquiratur marito ex dispositione alterius statuti infra 121. ea ratione, quia, vt plurimum mulieres maritatæ non habent nisi dotem, & in ea consistit vniuersum patrimoniū earum, vt considerat Ang. consil. 81. colum. 2. licet contingat, quod etiam mulier habeat etiam alia bona vltra dotem, de quibus possit testari, tamen
6 statutum debet intelligi etiam de dote, cum † lex sit applicanda ad ea, quæ frequentius accidunt, argum. l. nam ad ea, ff. de legibus, & ideò cum cla-
7 rum sit, † quod vnum statutum per alium declaratur, vt per Anchar. cons. 94. num. 3. Dec cons. 309. num. 1. Paris. cons. 110. num. 34. lib. 3. Rim.
8 iun. cons. 468. nu. 25. lib. 4. † statutum infra 121. mandans dotis proprietatem reseruari filijs, intelligitur, quatenus mulier de dote in testamento nō disposuerit, iuxta potestatem illi testandi concessam per hoc statutum, ita Honded. consil. 16. nu. 18. & seq. lib. 2. & dicam ad dictum statutū 121.
9 Aduerte tamen, † quod in casu in quo ex dispositione statuti dotem lucratur maritus, scilicet in casu non existentium liberorum, vt infra statuto 121. tunc illa dos non posset auferri per vxorem, nec per alios, sine in testamento, siue etiam in cōtractu, ita tex. in l. si arrogator, in penult. resp. de adopt. Auth. præterea, vbi Bald. Fulgos. Castr. Roman. & Alex. C. vnd. vir, & vxor, Franc. Beccius cons. 76. num. 8. Rol. de lucro dotis, q. 82. num. 6. & seq. Alex. cons. 55. lib. primo, Thesaur. dec. 34. num. 4. Hond. d. consil. 16. num. 2. & 3. lib. 2.
10 † Sed dubium est, quid sit statutum prohiberet vxorem testari sine licentia mariti, an valeat, & quidam tenuerunt quod sic; inter quos fuit Angel. in §. primo, in Auth vt factæ nouæ Constit. & consil. 126. statuti factio Bald. in l. 3. ff. de testam. & Dec. cōs. 455. & ratio est secundū allegatos DD.
11 quia † potestas testandi est inducta de iure ciuili, quod ab alio iure tolli potest, Ang. consil. 88. latè comprobat Dec. d. consil. 455. & consil. 612. nu. 1. & seq. Afflict. decis. 260. vbi Vrsillus latè defendit, & multos allegat, & hanc dicit magis communem, Marc. Ant. Eugen. consil. 85. num. 10. lib. 1. hácque veriorem, & magis communiter receptam, attento numero, & auctoritate DD. illam tenentiū testatur Honded. cons. 32. nu. 95. & 123. quo loci plures alios citat hanc sequentes, lib. 1.
12 † In contrarium tamen, quod imò, huiusmodi statutum non valeat, tenet Paul. Castr. in l. ex facto, in princ. per text. ibi. ff. de vulg. & pupill. Alexand. consil. 55. in fine, lib. 1. & consil. 155. vol. 2. & hanc tenuit Io. Lup. in repet. cap per vestras, §. 81. sub num. 14. & seq. de donat. inter virum, & vxorem, Cotta in memor. versic. statutum, quod vxor non possit testari, vbi testatur opinionem Castren. esse communiter receptam, Ias. in l. stipulatio, hoc modo concepta, colum. fin. ff. de verbor. oblig. & in l. ex facto, num. 8. & 9. vbi de communi testatur.

testatur, ff. de vulg. & pupill. Crot cons. 52. nu. 14. lib. 1. Tob. Non. consi. 18. nu. 2. Tiraq. de legib. connub. gl. 5. nu. 93. & seq. non tamen recedas à priori opinione magis communi.

13 In verb. sed inter viuos nō possit alienare) † dubium est, numquid prohibita alienatione inter viuos, dicatur prohibita donatio causa mortis, & quidam tenuerūt quod sic, inter quos fuerunt Ias. in l. 2. vbi Rip. num. 10. ff. de leg. 1. vbi testatur de communi, Tiraq. in tract. de legibus connub. in 3. gl. q. 4. Abb. cons. 50. col. 2. vol. 2. Corne. consil. 41. colum. 2. volum. primo, Anchar. cons. 384. col. 2. & Dec. consil. 279. colum. prima, & secunda, Cassan. in consuetud. Burg. rub. 4. q. 7. num. 2. Guliel. Benedict. in cap. Raynutius, de testamentis, vers. testamentum, il 4. nu. 38. Paris. cons. 97. numero. 4. lib. 3.

14 † Contrariam tamen opinionem, nempè quod mulier non prohibeatur per hoc statutum donare causa mortis, vti magis communem dicunt Soc. in l. 2. ff. de leg. 1. sequitur Ias. col. 3. & 4. num. 7. Alciat. num. 2. Ruin. colum. 14. & 20. Soc. iun. nu. 60. & Rub. consil. 27. in fine, Gallia in consuet. Alex. in verb. legare, q. 7. num. 80.

15 † Quid autem contineatur in hoc verbo alienare, latè docet Carpan, ad statuta Mediolani d. cap. 228. num. 3. cum seqq. pluribus, vbi hoc latissimè exemplificat ampliando, ideò omitto, cum apud eum videri possint.

16 † Alienatione autem prohibita, quid intelligatur prohibitum, tradunt Ias. & Gomes. in §. item

17 si quis in fraudem, inst. de actio. † & an prohibita alienatione intelligatur prohibita hæredis institutio, vide Ias. in l. filiusfam. §. diui, in prima lect. num. 101. in 2. lect. num. 13. vbi Rip. numero 96. ff. de leg. primo, Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de fideic. concl. 10. Peregr. de fideic. art. 14. num. 4. & dicas, quod alienationis prohibitio simpliciter, & generaliter facta, non impedit hæredis institutionem, cum prohibitus non possit omni tempore viuere, & hoc procedit, siue alienatio sit prohibita à lege, siuè à contrahentibus, siuè à testatore, Bart. in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verborum obligatio. Alexan. consil. 55. num. 3. & 6. vbi latius distinguit, lib. 5. & vide Gabr. d. conclusio. 10. latius distinguentem, & Peregr. vbi suprà.

18 Hinc etiam dicimus, † quod si quis sit prohibitus alienare sine consensu alicuius, non intelligitur prohibita hæredis institutio, cum non debeat ab alieno pendere arbitrio, gl. in l. Senium, in verbo non posse, C. qui testam. fac. poss. l. illa institutio, ff. de hæred. instit. Alexand. consil. 59. num. 6. lib. 3.

19 Item scias, † quod permissa alienatione, intelligitur permissa hæredis institutio, Bart. in dicto §. ea lege, numero septimo. Alexander consil. 189. numero 11. libro secundo.

20 Sed numquid † prohibita alienatione per contractum, intelligatur prohibita alienatio in vltima voluntate, titulo vniuersali, vide Alexandrū consilio 120. numero secundo, libro primo, vbi

21 tenet, quod non, & an † alienatione prohibita, intelligatur prohibita vsucapio, & præscriptio, vide Rip. auum meum, in dicto §. diui, numero 113. vbi tenet quod sic, & limitat tribus modis, & latius Gabriel. in suis communibus, in titulo

22 de præscriptio. conclusione 13. † An autem intelligatur prohibita permutatio, vide Castren. latè consil. 16. & Alciat. in l. alienationis, ff. de verborum significatione.

23 Sed numquid † prohibita alienatione, intelligatur etiam de pacto de non petendo, quod est datio, seu alienatio, & dic quod sic, vt per Alexand. consil. 168. num. 7. lib. 2.

24 Item scias, † quod alienatione prohibita, intelligitur de voluntaria, non autem de necessaria, Auus maternus Rip. in dicto §. diui, numero 24. per textum, in l. prima, in fine, ff. de fundo dot. Menochius de præsumption. libro quarto, præsumptio. 189. numero 106. cum seq. vbi exemplificat in alienatione ex causa dotis.

25 An autem † prohibita alienatione, impediatur dominij translatio distingue, quod aut loquimur ex prohibitione alienationis in vltima voluntate, & tunc impeditur dominij translatio, Doct. in dicto §. diui, vbi in specie auus maternus Rip. numero 47. cum sequentibus. Intelligendo de expressa prohibitione, secus de tacita, quæ non impedit dominij translationem, licet alienans teneatur ad extimationem, vt ibidem per Ripam, Doctores in l si ita quis, §. ea lege, vbi Iason. numero tertio. ff. de verborum obligation. Grass. de succession. §. fideicommissum, quæstio. 56. numero 6.

26 † Aut est prohibita alienatio in contractu, & tunc regulariter non impeditur dominij translatio, vt latè per Doctor. & præsertim Iason. in dicto §. ea lege, licet alienans hoc casu teneatur ad interesse, vt latè per Ripam in dicto §. diui, numero 84. cum sequent. quo loci septem adducit fallentias ad hanc regulam, latè Peregrin. de fideicommiss. artic. 42. numero 58. & 60. & latè Iason. in dicto §. ea lege, vbi ampliat, & limitat, Peregrinus de fideicommissis, artic. 51. numero 69. cum sequent. Ego autem omissis pluribus limitationibus, quæ ibidem traduntur, per Doctor. ponam adhuc nonnullas, quæ videntur principaliores.

27 Fallit igitur primo hæc regula, † quando res prohibita alienari in contractu, esset specialiter hypothecata pro obseruatione contractus, nam tunc impeditur dominij translatio. l. si creditor, §. finali, ff. de distract. pignor. Bart. & Iason. in dicto §. ea lege, idem Iason. in d. §. diui, vbi auus mihi maternus Rip. numero 87. Peregrin. d. art. 51. numero 76. Gabr. in suis communibus, tit. de pignor. & hypothec. conclusione prima, num. 2.

28 Sed dubium est, † numquid sufficiat generalis hypotheca bonorum, & dic ex veriori, & receptiori opinione, quod non, Ias. in dicto §. ea lege, numero 32. cum pluribus citatis per Peregrin. vbi supra, numero 77. Gabr. dicta conclusio. prima, num. 3. & 6. vbi de magis communi.

29 † Fallit secundò stante pacto resolutiuo contractus, Rip. post Bart. in dicto §. diui, numero 88. Peregrin. d. artic. 51. numero 82. quibus in locis latissimè plures alias fallentias poteris videre.

30 In verbo, nec obligare) † nota, quod hoc casu nec etiam poterit facere pactum de non petendo, & sic liberare debitorē mediāte quetātione, absq; consensu ipsorum duorum attinentium, secūdum Bart. & omnes communiter in l. mevia. §. primo, ff. solut. matr. Fulgos. consil. 39. col. fin. Soc. cons. 86. præsens consultatio, num. 26. vol. 4. Rim. cons. 394. Benedic. Vad. in addit. ad Felyn. in c. fin. n. 17. in fine, de foro compet. Tiraq. de legibus connub. glos. 5. num. 4. & seq. & num. 31. vult, quod non possit etiam repudiare, nec renuntiare sine hac so-

lemnitate, sequitur Surd. consil. 457. num. 28. lib. 4. Bart. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, vbi Castren. colum. penult. Fulgos. & Ias. num. 21. ff. de pact. vbi dicit hanc communem Viuius in suis cõmunibus, opinione 250.

32 † An autem solemnitas huius statuti sufficiat, quod adhibeatur in mandato, vel ratihabitione ipsius mulieris, dic quod sic, vt per Albam consil. 45. num. 7. Menoch. consil. 80. num. 66. & cons. 2. num. 297. & consil. 32. num. 33. & an ista solemnitas requisita in contractu debeat adhiberi in ratihabitione; dic quod sic, Rolan. à Vall. consil. 90. num. 49. & seq. volum. primo, & consil. 60. nu. 52. volum. 4. Menoch. consil. 80. num. 66. & consil. 2. num. 297. & consil. 32. num. 33.

33 † Ampliatur, vt nec etiam stante hoc statuto poterit mulier sine solemnitate, de qua hic adire hereditatem, & sic quasi contrahere, cum pro contractu omnis obligatio accipiatur, l. omnem, ff. de iudicijs, Abb. & alij omnes in cap. qua fronte, de appellat. Paul. Cast. Rom. & cæteri in l. multum, ff. de acquir. hæred. Signor. consil. 165. Rim. cons. 394. præsupposito in princ. Bart. & alij communiter in l. more, ff. de acquir. hæred. & in d. l. multũ, §. primo, ita etiam tenet Afflict. dec. 206. num. 6. Ias. in §. omnium, colum. 11. & seq. num. 35. Inst. de actio. & in l. siue apud acta, colum. prima, C. de transact. & ita in terminis huius nostri statuti consuluit, Vegius cons. 39. per totum, vbi respondet contrarijs, quæ adduci possunt, & ideò ad illum recurras.

34 † An aũt statutum nostrũ requirens consensum propinquorũ in cõtractu mulieris, intelligatur de contractibus, alias de iure validis, an auté intelligatur de inualidis, & dic quod intelligitur de iure validis, quia si statutũ irritans contractũ sine certa solemnitate factũ, intelligeretur de inualido, diceretur superfluum statutũ, cũ quod nullũ est amplius annullari nõ possit, l. nam & si sub cõditione, ff. de iniust. rupt. test. ita Tiraq. in repet. l. si vmquã in verb. libertis, n. 113. C. de reuoc. don. & de legib. cõnub. gl. 5. n. 42. hinc infert Gallia cons. 29. n. 37. cũ seq. ex Castr. cons. 82. nu. 2. lib. 2. quod huiusmodi statutũ requirens cõsensum propinquorũ in contractibus mulierũ, nõ cõprehendit donationẽ inter virũ & vxorẽ, vti alias inutilẽ, & à iure cõi improbatã, vt & per Tiraq. in locis supra citatis.

35 † An autem hoc statutum prohibens mulierem obligari sine consensu, de quo supra, cõprehendat contractũ liberationis per mulierem factũ tutori, vide Dec. cons. 110. col. 2. vers. tertio considerandum, & dic quod sic in casu nostro.

36 † Sed dubium est nũquid si mulier se obligauerit cum iuramento nõ seruata solénitate huius statuti, an huiusmodi obligatio teneat, & dic quod sic, non enim huiusmodi statutum comprehendit contractũ iuratũ, vt tenet pluribus citatis, Gab. in suis communibus in tit. de iure iur. concl. 5. nu. 14. cum seq. tenet Ias. in Auth. sacramenta puberum, C. si aduersus vend. Alex. cons. 37. col. 6. vers. quinimo, vol. 2. Vegius d. cons. 39. num. 9. quod pro-

37 cedit etiam dato quod statutum inualidaret contractum etiam iuramento firmatũ, nam adhuc teneret contractus, non enim possunt statuta inualidare contractus iuramento firmatos, Bar. in l. omnes populi, in 3 q. princ. num. 25. ff. de iust. & iure, Alex. cons. 57. nu. 4. vbi Appost. ad eũ, lib. 1. Rom. cons. 12. nu 1. & 2. & ibi Mandos. dicit veriorem, & magis communem, Rip. respon. 1. nu. 3. in tit. de re uoc. donat. idem Alex. latissimè cons. 125. num. 3. 6. 8. 9. 10. ac seq. lib. primo, idem Alex. cons. 37. num. 27. lib. 2. Castr. in l. fin. ff. qui satisd. cogant. & in l. si quis pro eo, nu. 7. & seq. ff. de fideiuss. Lamberteng. de cõtr. corũ, qui sin. cert. solemn. ad fin.

38 num. 11. & q. 7. & ratio est, quia † iuramẽtum est res spiritualis, nec laycali prouisioni subiacet, cap. cum contingat, de iur. iur. & ideò statutum non potest tollere vires iuramenti, Curt. iun. cons. 118. num. 6. cum seq. ac etiam num. 3. & cons. 47. nu. 6. ac cons. 119. nu. 6. cum seq. & adeò verum est, &

39 procedit, † vt nec etiam valeat statutũ imponens pœnam venientibus ad tales contractus iuratos, quia cum hoc non possit fieri directè, nec etiã per indirectum, cap. quanto, de priuileg. Alex. d. cons. 59. num. 4. in fine numeri, vide tamen Mandos. in Appost. ad Rom. d. cons. 12. verũ non defuere contrarium tenentes, nempè iuramentum appositum in contractu nullo inualidum esse, nec firmare contractum, vt videre est apud Mancin. in tract. de iuramento, par. 4. effectu primo, q. 3. per totum, vndè multa desumi possunt, & q. 8. verum pro validitate multi tenuerunt relati per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 328. num. 423.

40 † Amplia vt nec etiam vigore huius statuti possit mulier compromissum facere absq; solemnitate, de qua hic Ang. in l. fin. §. necessitatem, C. de bonisq; liberis, quem sequitur Lanfranc. in tract. de arb. in §. iusti, q. 4. Granut. Theorem. 25. n. 20.

41 † An autem mulier poterit quasi contrahere vigore huius statuti, vide Ias. in §. omnium, nu. 36. & seq. Inst. de actio. & ibi quam plura in hac materia ponit, vbi tenet, quod si statutum prohibet mulierem contrahere, non habet locum in quasi contractu, secus si prohiberet, quod possit obligare, vt in casu huius nostri statuti, nam tunc prohibetur etiam quasi contrahere.

42 † Verum autem istud statutum procedat in filia familias maritata, vide Alex. consil 13. col. 2. in princip. quæ sit autem ratio huius statuti, quod mulier non possit sine dicto consensu alienare ponitur per Alex. cons. 29. vol. 3. & dictum est sup. ad principium huius statuti, num. 2.

43 Quid si mulier iureiurãdo affirmaret, nullos habere cõsanguineos, cũ re vera habeat; questionem excutit Tiraq. de leg. connub. gl. 6. in verbo de sommary. q. 16. nu. 135. & seqq. vbi pro validitate contractus tenet.

44 † Sed quæro nũquid huiusmodi statutũ vẽdicet sibi locũ in cõtractu dotis, adeò vt mulier tradẽdo dotẽ teneatur requirere consensum, de quo in hoc statuto, & quidã tenuerunt quod non, scilicet Bal. Nouel. in tract. de dote, par. 6. priuil. 47. & 48. & alij de quib. per Tiraq. de legib. connub. gl. 6. nu. 194. cũ seq. Calcan. cons. 13. col. 1. Ruin. cons. 194. n. 4. & cons. 195. lib. 1. Natta cons. 53. col. penul. & fin. lib. 1. Surd. decis. 287 num. 26.

45 † Contrariũ tamen, quod imò hoc nostrũ statutũ cõprehendat casum dotis, est verius & magis cõmuniter receptũ, & ita tenuerũt Calcan. cons. 94. col. 1. Dec. cons. 301. in causa quę Ferrariæ, & cõs. 536. in causa quæ agitur Mantuæ, sub nu. 8. col. 3. vers. tertio principaliter, Soc. iun. cõs. 8. n. 23. vol. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. n. 95. Corn. cõs. 254. per totum, lib. 1. quos oẽs refert, & sequitur Menoc. de præsump. lib. 3. præsump. 6. n. 17. & 18. sequitur Carpanus ad d. cap. 328. nume. 95. cum sequentibus. Ego tamen per hoc non recederem ab opinione negatiua, nempè quod huiusmodi

statutum simpliciter requirens solemnitatem in contractu mulieris, non comprahendat casum dotis, vt tenet etiam Lambertengh. super statuto de contract. eorum, quod sin. cert. solemnit. &c. in verbo occasione dotis per totū, maximè num. 5. & seq. cum enim dos in hoc sit specialiter priuilegiata, l. permitto, ff. de iur. dot. l. fin. C. ad S.C. Velleian. non debet comprahendi sub statuto generaliter loquente, Surd. decis. 287. Simoncel. de
46 decret. tit. 8. inspect. 13. & ea ratione, quia † statutum, siue lex quantumcumq; vniuersaliter loquens, non comprahendit casum dotis, ex veriori opinione, de qua per Menoch. consil. 261. num. 38. cum duobus seqq. lib. 3. & hanc communem testatur Neguf. in tract. de pignor. primo membro, octaue partis, numer. 23. quo loci respondet fundamentis adductis à Dec. & alijs contradictoribus, quos videtur sequi Hieronym. Gabr. consil. 10. num. primo, lib. primo, nec iudicio meo obest illa ratio à Doct. contrarium tenentibus allata, scilicet, quod lex generaliter loquens comprehendit causam dotis, nisi dos in illo casu reperiatur specialiter priuilegiata; quia vbi habet speciale priuilegium, res est de indubitabili, cum species generi deroget, nec diceretur maius habere priuilegium cæteris causis, quæ si reperiantur priuilegiatæ in specie eorum priuilegio, non censetur derogatum per legem, vel decretum generaliter loquens, cap. primo, de rescript. Lud. de Sen. consil. 233. ea itaq; est ratio, quia dotis causa semper & vbiq; est priuilegiata, l. prima, vbi omnes, ff. soluto matrimon. & per hoc dicebat Cæphal. consil.
47 195. num. 10. & seq. lib. 2. quod † nouæ Constit. Mediolani, in tit. de bonis in solutum dandis, non comprahendunt casum dotis, ex quo de dote in specie mentionem non faciunt, nolo tamen vos ignorare, postquam hic incidenter tactum est de dote, circa hoc scilicet an ex nou. const. Mediolani, in tit. de bonis insolutum dandis possint dari bona insolutum pro dote, prodita fuisse duo rescripta Senatus Excellentissimi Mediolani, quorum vnum sanxit in restitutione dotis locum non habere nouas constit. Sed danda esse insolutum bona pro vera æstimatione, & hoc sanxit sub die 7. Iunij 1574. In constitutione verò dotis consequendę, seruandas esse nouas cōstitutiones deducta tertia parte veri precij, in causa Claudiæ de Seraualle contra Catherinam Codaciam, & in causa DD. Curiolani de Augustis, & vxoris contra Dominos fratres de nigris de anno 1603. die 19. Septēbris, re autē melius discussa generali decreto. Idem Excellentissimus Senatus die 10. Ianuarij 1608. In causa restitutionis dotis inter hæredes Octauij Rauertæ, & Annam Coiram sanxit, dotium debitores, non posse benefitio Nou. constitution. de bonis insolutum dandis vti, nisi earum forma ad vnguem seruata, tam circa bona insolutum danda, deducta tertia parte veri valoris, quàm circa alia omnia, non obstantibus quibuscumq; declarationibus in contrarium iam factis.
49 † An autē statutū prohibens mulieres cōtrahere sine certa solēnitate cōprehēdat cōtractus ēt causa dotis factos post contractū matrimonium, vide Hier. Gab. cōs. 10. nu. 2. lib. 1. vbi tenet quod non. Quid si dotem pro filia promittat; dic hoc casu nō teneri seruare has solemnitates, Corr. qui ait fuisse, ita bis iudicatum in memor. incip. statutum, requirens consensum mariti, vel agnati ad finem, Carp. ad statut. Mediolani cap. 328. num. 103.
50 Limita tamen dispositionem huius statuti † nō habere locū in pluribus casibus, de quibus per Carpan. ad stat. Mediolani, c. 328. Granut. Theorem. 25. primus est casus quando mulier actum sibi vtilem faceret, ita Bald. in l. neq; C. de contrah. & com. stipul. alios plures congerit, Tiraq. in tract. de legibus connub. in glos. 6. num. 56. & 76. Menoch. de præsumpt. 6. num. 15. Gallia in consuet.
51 Alex. in verbo legare, quæst. 7. Secundus † est in hermafrodito, qui non comprehenditur sub hoc statuto, cum sit homo mixtus, nec propriè mulier dicatur, de qua propriè loquitur nostrum statutū, Anchar. in cap. canonum statuta, in verbo, venio ad quartum membrum, de constitu. Pontan. in l. stipulationum, colum. 8. versic. quid firmat, Bald. ff. de verb. obligat. quod tamen non intelligerem procedere quando præualeret in fęminino sexu, nam tunc reputaretur fęmina, & cōprehēderetur,
52 l. queritur. ff. de stat. hom. † Tertius est, quando mulier cōtrahit cū patre omissa solemnitate huius statuti, & in manibus patri renunciat, Bald. in l. pactum, quæst. 21. C. de collat. quem sequitur Alexand. consil. 106. circa finem, volum. primo. & consil. 29. colum. penult. volum. 3. & in l. si quis mihi bona, §. fin. ff. de acquir. hæred. post Rim. ibi etiā Tiraq. plures congerens in repet. l. si vmquam, in
53 præfat. num. 26. C. de reuoc. donat. † Idem dicimus hoc statutum non habere locum in contractu, vel donatione facta filijs. Bald. consil. 407. lib. 4. Crauet. cons. 9. in fine, Menoc. plures alios referens cons 196. nu. 22. cū infinitis allegatis per Borgnin. dec. 22 nu. 85 part. 3. quo loci vult hoc statutum habere locum solum in muliere contrahente cum extraneo, sequitur pluribus citatis, Surd. con
54 sil. 461. nu. 11. lib. 4. † Quartus est casus, vt nō obstante hoc statuto possit mulier donationē sibi factam, & non acceptatam repudiare absq; solemnitate huius statuti, in terminis nostris Menoc. de arb. iud. casu 385. num. 83. & seq. hinc dicimus, quod stante hoc statuto cessat quoties de requirēdis bonis agitur Imol. cons. 74. Dec. in l. si seruus, nu. 10. C. de pact. & cons. 269. num. 9. & 624. nu. 10. latè Tiraq. de legib. connub. gl. 3. nu. 20. sequitur Menoch. consil. 196. num. 22. versic. nec aduersus.
55 † Quintus est casus, vt non habeat locū in obligatione necessaria, ita in terminis consuluit Roman. cons. 394. quem sequitur Alex. consil. 215. col. 2. vol. 6. Ias. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, nu. 29.
56 ff. de pact. Socin. cons. 80. col. fin. vol. 4. † Sextus est casus quoties agitur de hæreditate acceptāda, adeundaq;, quę sine consensu propinquorū adiri potest à muliere, Ias. de magis cōi in l. more, n. 33. vers. in contrariū, ff. de acquir. hæred. Tiraq. de legib. connub. in gl. 3. nu. 111. Menoc. d. cons. 196. num. 22. Granut. Theorem. 25. num. 35. qui refert
57 etiā contrariū tenentes. † Septimus est casus, quādo mulier alienaret in causam alimentorū ob necessitatē, ita Gallia in consuet. Alex. in gl. solidos, q. 6. nu. 75. plures alias, & ampliationes, & limitationes ad hoc nostrum statutū, latè congerit Carpan. ad stat. Mediol. d. c. 328. n. 43. vsq; ad nu. 134. ad quē semper recurras, non enim volui hic inscribere alios casus, cū plenè possint videri apud eū, & infra in discursu huius statuti ponemus alios, prout verba statuti exigere videbuntur, & viginti sex fallentias tradit Paul. Granut. Theorem. 25. per totum.
58 † Quid autem si mulier alienauerit non obseruata solemnitate, de qua in hoc statuto, quo casu

contractus est nullus, an ista nullitas contractus possit allegari muliere non consentiente, & dic, quod non, ita Castr. consil. 91. num. 5. lib. primo, quem refert & sequitur Menoch. alijs citatis consil. 153. num. 31. lib. 2. Faciunt tradita per Surd. consil. primo, nume. 84. & seq. vbi enim actus est nullus fauore alicuius, nemo prætor eum potest nullitaté opponere, vt ibi per eum multis exéplis exornantem, Peregr. consil. 44. num. 20. lib. 4. idem Surd. consil. 284. & decis. 179. num. 17.

59 † Quid si mulier alienauerit emphiteusim irrequisitis consanguineis, atq; ita nulliter an cadat à commodo emphyteusis, & dic quod non, ita Cremens. sing. 112. sequitur Menoch. consil. 322. numero 55. lib. 4.

60 † In verb. sine licentia) quæro an huiusmodi licentia habeat præcedere, & dic quod sic, nó enim actus postea factus potest ratificari per virum, & consanguineum siue attinentes, ratio est, quia licet ratificatio repræsentet consensum, non tamen repræsentat præsentiam corporalem, ita voluit eleganter Bald. in l. prima, in verb. extra quæritur, C. qui admitti, DD. in l. si quis mihi bona, §. iussum. ff. de acquir. hæred.

61 In verb. mariti) † limita quando vir esset furiosus, nam tunc valeret contractus sine consensu mariti celebratus, l. cum hæres, ff. de acquiren. hæred. & ibi Imol. per illum text. ac etiam Aret.
62 Ruin. consil. 145. num. 4. † Quid autem si maritus, & vxor simul alienent, vel se obligent, an dicatur maritum consensisse, dic quod sic, Alexan. in l. si constante, §. vxor, in princip. ff. solut. matrimo. Ias. post Alexan. in l. si quis hæres, §. neq;.
63 colum. 2. ff. de acquiren. hæred. † limita in marito præsente, & cum ipsa vxore contrahente, quo casu non potest maritus in facto proprio auctoritatem interponere, Dec. consil. 712. in fine, Rim. iun. consil. 247. num. 21. lib. 3. & idem dicas in attinentibus, non tamen valet consensus, si tendat ad eorum vtilitatem, Ias. in l. prima, §. fuit quæsitum, ff. ad Trebel. Bart. in l. prima, in fine, ff. de au-
64 ctor. tut. † Quid si alienaret vxor, vel alienationi mariti consentiret, nó seruatis solemnitatibus statuti, & ipsa prædeceda t marito, qui dotem lucratur, an reconualidetur contractus in præiuditium mariti; dic quod sic, l. cum vir, ff. de vsucap. l. pen. vbi DD ff de fund. dot. Tiraq. de legib. connub. gl.
65 8. num 100. Quid † autem agendum esset viro absente, vide remissiuè, in addit. ad Bart. in l. prima, C. vnde vir, & vxor, & quod huiusmodi statutum non ligat mulierem, cuius maritus diù abest, & nescitur vbi sit, tenet in indiuiduo, D. Costa in suo tract. de iur. ignor. distin. 78. nume. 4. cent. 2. vbi
66 etiam num. 9. ponit, † núquid maritus, vel agnati possint præstare huiusmodi consensum per procuratorem, & tenet quod non, de quo dicetur infra statuto 119. an autem huiusmodi statutum liget mulierem contrahentem extra territorium distingue, vt per Borgnin. decis. 21. num. 39. part. 3.
67 Paul. Cast. in l. prima, vbi etiam ponit, † quid veniat appellatione attinentium, de quibus in text.
68 hic fit mentio, † & an deficiente viro attinente, alter cum vicino coniungi debeat. Felin. in cap. quoties, colum. prima, de testibus, Plot. de in lit. iurand. num. 342. Granut. Theorem. 25. num. 18.
69 & nota, † quod potest ista mulier maritata sine licentia, de qua in hoc statuto in ecclesiam, vel in alium pium locum transferre, secundum Alciat. lib. primo, pag. 12. de verbor. signific. Alexand.
70 consil. 105. num. 11. lib. 4. & vide † plures casus in quibus mariti consensus non requiritur, de quibus per Carpan. d. cap. 328. num. 280. vsq; ad nu-
71 merum 312. † item huiusmodi statutum habet locum in vxore quæ separauit thorum, propter odium mariti, vt per Hieronym. Gabr. consil. 161.
72 num. 17. cum seq. lib. primo; † item non obstante hoc statuto poterit mulier absq; viro disponere ad pias causas, etiam si statutum expressè prohiberet facere testamentum sine viro, Bart. in l. generaliter, num. 6. C. de sacrosanct. eccles. Alexand. consil. 105. num. 11. lib. 4. Dec. consil. 504. num. 3. & consil. 455. nume. 9. & 10. Tiraquel. de legibus
73 connub gl. 8, numero 162. † quod intellige procedere quando consensus exigeretur ad integrandam personam ob mulieris fragilitatem, secus si pro viri interesse, Bart. in l. prima, C. de sacrosan. eccles. Abb. consil. 63. num. 6. versic. quarto adduco, lib. primo. Tiraq. d. glos. 8. num. 174. Honded. cons. 32. num. 106. & seq. lib. primo.

74 In verb. duorum suorum attinentium) † intellige proximiorum, secundum Bald. in l. fin. C. de verborum signific. Felin. in cap. in præsentia, colum. 5. extra de probat. text. instit. de legit. agnat. success. in princip. Bart. Bald. & cæteri scribentes in l. transactione, num. 6. C. de transactio. Alexan. in addit. ad Bart. in l. si tertius, in principio. ff. de acqua pluu. arcend. Alb. cons. 790. num. 5. & seq. lib. 4. Cott. in suo memorab. in verb. statutum requirens in contractu, versic. sed an sufficiat, quod
75 intellige, † nisi proximiores essent absentes, vel non idonei, puta quia essent minores 25. annis, vt
76 per Carpan. ad d. cap. 328 numero 324. † nam statutum requirens consensum propinquorum, intelligitur de habilibus, Borgnin. de tutore, & curatore cap. primo, numero 133. & 137. Riminal.
77 iun consil. 247. nume. 23. lib. 3. † Quid autem si isti attinentes noluerint consentire quid agendú sit, & dic, quod si iustam causam contradicendi non habent, iudex poterit concedere auctoritatem ipsi mulieri contrahendi sine eorum consensu, potest enim Iudex generaliter supplere consensum eius, qui sine causa recusat, Bart. in l. cum dotem, §. eo autem tempore, vbi Appost. ad cum, ff. soluto matrimon. Menoch. de arbitr. iud. casu 182. nume. 11. & casu 211. per totum, vbi docet, quæ dicatur iusta causa, quare attinentes nolent consentire, & ideo sit cauta mulier, quod iudex hoc casu interponat decretum, vt per Corn. cons. 242. num. 3. lib. 4. Io. Dilec. de arte testand. tit. 1. caut. 2. num. 3. Paul. Granut. Theorem. vlt. num. 6. volens posse etiam cogi attinentes consentire, vel alterum iudicem adhibendum; Tiraq. de legi-
78 bus connub gl. 8. num. 129. & seq. † intellige tamen, vt decretum iudicis suppleat contractum, quando attinentes recusant consentire sine iusta causa, alias enim si cum iusta, tunc nequaquam decretum suppleret. Castr. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore, num. 11. ff. solut. matr. Rol. à Val. cons. 56. nu. 21. vers non obstat, lib. 4. & cons. 1. nu. 181. lib. 2. Hond. cons. 35. nu. 96. 100. & 124. lib. 1.

79 † Quid autem si mulier contrahat in loco in quo agnati non sunt præsentes, & de facili non possunt haberi, an contractus ab ea factus sine dicto consensu valeat & teneat, & dic quod sic, ita Corneus consilio 316. numero 32. in princip. Bald. consil. 458. sequens quæstio lib. primo, & cons. 344. statuti communis. volum. 5. Crau. cons. 12. nu. 5. Ceph. cons. 89. nu. 11. lib. 1. Crau. cons. 1. num. 10.

num.10. lib.1. Bart. & Ang. in l. turpia, §. si titiæ,
80 ff. de leg. 1. vbi etiam volunt per † illum text. quod prohibita alienatione sine consensu alicuius, non intelligitur prohibita alienatio facta post mortem illius, cuius consensus requirebatur.

81 † Sed numquid huiusmodi attinentes ad proprium commodum consensum præstare possint, putà quando mulier contraheret cum ipsis, & dic quod non; per notata per gl. & Bart. in l. prima, ff. de auct. tut. & Bart. in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. cum allegatis per Socin. consil. 172. & per Corneum cons. 294. lib. primo. & ita se habet communis opinio, vt asserit Dec. consil. 712. circa finem, contra Bald. tenentem contrarium, consil. 6. lib. 2. & in l. prima, C. vnde vir, & vxor, Rim. iun. consil. 247. nume. 20. lib. 3. & de cõl, quod nõ possit consentire, Bertazzol. de clauf. instrum. clauf. 7. glos. 11. num. 1. cum seq.

82 † Quid autem si vxor vendat vni propinquo, an sufficiat consensus alterius, vide Ias. in l. is qui heres, §. neq; filius, ff. de acquir. hæred. vbi tenet quod non in tertio notab. Alex. cons. 129. vol. 3.

83 † Quid si attinentes in loco non essent, dic quod supplebitur per vicinos, Bald. in l. transactione in fine, C. de transact. ac sine illis, quia paria sunt, ac si non haberet attinentes, Rip. in tracta. pestis. in tit. de priuil. vlt. volunt. num. 26. Si autem adessent, sed mulier contraheret cum interuentu duorum vicinorum, vt dictat statutum asserens se non habere agnatos communis est valere contractũ in præiuditiũ ipsius mulieris, nisi tamen contrahens verisimiliter sciret adesse agnatos, sic Tiraq. latè differens, de legibus connub. glos. 8. de son mary, num. 135. & seq.

Scias tamen, quod mulier contrahens tutorio nomine, & sic nomine alieno, non ligatur hoc statuto, Castr. in l. quicumq; §. si ab alio, num. 5. ff. de instit. Alex. in l. quæsitum. nume. 3. ff. de in ius
84 vocan. † & dic, quod statutum requirens consensum attinentium, debet intelligi de attinentibus coniunctis ipsi mulieri, Socin. sen. cons. 89. nu. 15. lib. 4. Philip. Port. cons. 10. num. 9. Tob. Non. consil. 168. num. 10. Granut. Theorem. 25. num. 3. se-
85 quitur Honded. consil. 5. num. 17. lib. 2. † an autem sufficiat esse præsentes, & non contradicentes; & dic quod non, sed requiritur, quod consentiant, Imol. Roman. & Alex. in l. 2. §. voluntate, ff. solut. matr. Rimin. iun. consil 176. num. 41. lib.
86 secundo, & scias, † quod licet statutum non exprimeret duorum numerũ, sed tantum requireret consensum attinentiũ, adhuc tamen duorũ requireretur consensus, nec verificaretur in vno, cum pro firmiori iuditio plures requirantur, Anchar. consil. 35. visa quadam petitione, col. 2. Rimin. iun. cons. 244. num. 62. lib. 3.

Vbi autem attinẽtes isti essent suspecti, vt quia inimici, vel litem habentes cum muliere non sunt requirendi, & iudex eorum supplet defectum, cũ tales potius incommodo & damno mulieris studeant, quam cõmodo, cuius gratia consensus requiritur, Bald. in l. viduæ, in princip. C. de nupt. Alciat. in l. transactionem, num. 8. C. de trãsact. Cassan. super consuet. Burgun. rubr. 4. §. 7. in verbo des prochain, num. 15. imò si malum præstarent consensum arbitrariè punirentur, Granut. Theorem. 25. num. 13.

87 In verb. omnium masculorum) † licet statutũ hoc non diceret, nihilominus intelligeretur de masculis, non autem de fœminis, Paul. Castr. in l. si cũ dotem, §. si patri, nu. 3. ff. sol. matr. Alex. cons. 24. num. 53. vbi Appost. ad eum lib. 2. Cott. in suo memorab. in verb. masculinum, versic. & ideo Tiraq. latè de retract. lignag. §. primo, gl. 9, nu. 14. cũ seq.

88 In verb. maiorum ætate 25. annis) nota † quod licet statutum hoc non exprimeret, adhuc tamen non sufficeret consensus attinentium pupillorum, Bal. in l. prima, colum. fin. C. qui admitti. Alexand. cons. 62. nu. 4. lib. 2. attamen si essent minores aduldti possent validè præstare consensum, quando statutum ætatem non exprimeret, Bald. in l. in conuentione, ad finem, C. de nupt. idem Bal. in tract. stat. in verb. consanguinei, Ang. in l. fin. C. de verb. sign. Ias. in l. de pupillo, in princ. num. 2 ff. de nou. oper. nũnt. Tiraq. de legib. connub. gl. 8. num. 41.
89 Granut. Theorem. 25. num. 8. † Cui autem incũbat onus probandi attinentes fuisse adhibitos in contractu mulieris, & dic quod mulieri contrahẽti, cum dicatur solẽmnitas extrinseca, quæ non præsumitur nisi probetur, Lambert. in suo tracta. ad hoc statutum, gl. 7. q. 23. num. 50. cum seq. si tamẽ in instrumento enunciatur interuenisse attinẽtes, tunc hoc præsumitur Bald. in cap. cum in iure, numero 6. ff. de offic. deleg.

In verb. & si non habeat duorum suorum vici-
90 norum) † qui dicantur vicini, & qui comprehandantur in hoc statuto, vide pulchrè Signorol. consil. 31. Bertach. in suo repertorio in verb. vicini, autem multis modis accipiuntur, Bart. in l. talis scriptura, C. de his quib. vt indign. & in l. si tertius, ff. de acqua pluu. arcend. Abb. & Felin. in cap. quosdam, de præsumpt. latissimè. Menoch. de arbitr. iud casu 222. vbi docet, qui dicantur vicini ratione domus, certi actus, personæ, ac locorum, & quod statutũ mandans aliquos requiri intelligitur, si extent alias secus, l. 4. §. toties, ff. de dam. infec. Rimin. iun. consil. 339. numero primo, libro tertio.

In verb. possit tamen constituere procurato-
91 rem ad causas, etiã sine licentia &c.) nota † quod dum statutum nostrum excipit mulierem posse constituere procuratorẽ ad causas absq; eo, quod seruetur forma huius statuti, in cæteris mãdatis videtur velle, quod seruetur hæc solemnitas, argum. l. prima, §. huius rei, ff. de officio eius.

92 Sed quæro † numquid procurator istius mulieris ad contrahendũ constitutus possit contrahere non seruata forma huius statuti, & dic quod sic, Bart. Ang. & Cum in l. apud Iulianum, §. fin. ff. ex quib. cauf. in poss. eatur, Ruin. in l. prima, §. item acquirimus, num. primo, & quinto, ff. de acquiren. possess. vbi ait istam esse veriorem opinionem, & latè tuetur tollendo contraria; quod intel
93 ligerem procedere quando in constitutione huius procuratoris solemnitas, de qua in hoc statuto interuenisset, & fuisset obseruata; alias si non esset adhibita solemnitas huius statuti, tunc paritèr procurator contrahendo nomine mulieris teneretur seruare hanc solemnitatem, ita post Lambert. distinguit Carpan. d. cap. 328. num. 517.

94 † Sed numquid propinqui, seu attinentes valeant consentire mulieri per procuratorem dic, quod non, Bald. in l. prima, in fine, C. qui admitti. Campeg. de dote, part. 5. quæst. 103. Alexand. consil. 189. numero primo. libro septimo, Aymonus singul. 16. cum alijs pluribus, de quibus per Bertazzolum de clauf. instrument. conclusione 7. glos. 7. num. 2.

Quod carcerati pro debito publico non possint impediri. Rubr. 99.

ITem statuimus, quòd aliquis carceratus, seu in carcerem communis Papiæ detentus, vel positus pro debito publico, vel maleficio, non possit nec debeat vllo modo per aliquem, nec ad petitionem alicuius pro aliquo debito priuato saxiri, vel aliqualiter impediri. Saluo quod si incarceratus, seu detentus prædictus repertus fuerit extra carceres communis Papiæ, quòd tunc possit saxiri & impediri. Detentus verò pro debito priuato possit saxiri ad instantiam cuiuscumque volentis alias ipsum facere detineri.

Summarium ad Statutum 99. in Ciuilibus.

1 VIdenda ad hoc statutum.
2 Debitum, priuatum, & publicum.
3 Carcerari quis potest pro debito publico.
4 Amplia, vt pro debito publico quis possit capi in domo.
5 Intellige, quando est contumax ad soluendum.
6 Debitor priuatus, regulariter carcerari nequit.
7 Limita multis modis remissiuè.
8 Maleficij nomine, quid veniat.
9 Pro maleficio quis non carceratur, nisi pro quo ingeritur pœna sanguinis. & vide num. 10. & 11.
12 Ante capturam debet precedere aliquod inditiũ.
13 Item inspicitur qualitas personarum.
14 Iudex precedens ad capturam iniustè, ad quid teneatur.
15 Carcer, praiudicium irreparabile.
16 Debitor fiscalis, an carceretur ad instantiam priuati.
17 Carceratus pro debito, an sequestretur pro delicto.
18 Carceratus pro vno debito, vel delicto, an sequestretur pro alio.

1† AD hoc statutum vide supra statutum ciuile 41. & de regim. potest. stat. 43. & in crimin. statut. 80. & quæ ibi dicta sunt, ad propriam materiam huius statuti.

2 In verb. pro debito publico) scias, † quod omne debitum excepto fiscali, veluti principis, vniuersitatis, vel municipij dicitur priuatum, fiscale autem dicitur publicum, Lucas de Penna in l. ex omnibus, circa finem, per illum text. C. de decu-
3 rionibus, lib. 10. † pro autem publico debito quis potest carcerari de iure communi, vt notat Pract. Papiens. in forma executionis sententię diffinitiuę, in princ. in primo casu, sequitur Ias. in l. pleriq;, nume. 28. in 12. limit. ff de in ius vocan. vbi
4 ampliat, adeò procedere, † vt etiam hoc casu possit capi in domo propria, contra regulam, l. pleriq;
5 & intellige procedere, quod † capi possit scilicet, quando est contumax ad soluendum, iuxta l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. Menoc.
6 de arbit. iud. q. 88. num. 5. † Debitor autem priuatus, & sic pro debito ciuili regulariter carcerari nequit, Bart. in l. cum eo, num. 2. versic. si verò pro debito, ff. ad l. Iuliam pecul. Menoch. d q. 88.
7 n. 6. vbi limitat multis modis, † fallit etiã in multis casibus, in quibus quis pro debito priuato potest carcerari, de quibus habetur infra statuto 154. in ciuilibus, & ibi dicetur. & in nouis const. Mediolani in tit. de prohib. & concess. execut. personal. in princip.

8 In verb. pro maleficio) † scias autem quod maleficij appellatione ex communi DD. sententia venit delictum, quod committitur verbo, scilicet iniuria, & blasfemia, quidquid in contrarium, & malè voluerit Bart. in l. aut facta, in princ. num. 1. ff. de pęnis, prout testatur Iulius Clarus lib. 5. recept. sententiarum, § primo, num. 12. vbi ex hoc
9 infert ad intelligentiam statutorum, quãdo † autem quis possit carcerari pro maleficio, scias quod requiritur, vt sit tale, pro quo ingeritur pęna sanguinis, & sic pęna corporalis, Iulius Clar. §. final. praxis crimin. q. 28. num primo, & q. 46. num. 7.
10 Contrarium tamen, † quod imò reus de iure communi possit carcerari, etiam pro debito, pro quo venit imponenda pęna pecuniaria, tenuit Bossius in tit. de carcerat. fid. relaxand. num. 2. & Farinac. in sua prax. crimin. q. 27. num. 39. vbi latè, quos sequitur & refert Baiard. in addit. ad Clarum d. q.
11 28. nu. 10. quidquid tamen sit de iure, hodie † habemus hoc decisum in nouis const. Mediolani, in tit. de accusat. §. rei carceribus, in quibus cauetur, reos non posse carceribus mancipari, nisi agatur de delicto, pro quo ingeratur pœna corporis afflictiua, nec sufficit ad hoc, vt possit deueniri ad capturam, quod delictum sit tale, pro quo inge-
12 ratur pęna sanguinis, imò † requiritur quod prius præcedant inditia, vel saltem aliqualis informatio, Clar. in d. §. fin. praxis crimin. q. 20. num. 13.
13 † sed in ea decernenda debet inspici qualitas personarum, & delicti, arbitrio iudicis consideranda, vt per Clar. d. q. 28. num. 2. hæc dicere volui, quia video plurimos iudices statim porrecta accusatione nullis existentibus inditijs. prorumpere contra
14 aliquos ad capturam, † & non aduertunt quod ita faciendo possunt teneri in syndicatu, vt aduertit
15 idem Clar. d. q. 28. vltra quod per † carceratione dicitur inferri damnum irreparabile, Alex. consil. 17. num. 7. lib. primo, & tenentur resarcire damnum, quod passus est talis indebitè carceratus, cũ vt docet experiẽtia rerũ omnium magistra, nemo ita pro leui carceratur, qui non cogatur pro relaxatione plurimũ expendere, & licet huiusmodi iudices effugiant pęnas in hoc mundo, tamen ædificant ad gehennã, & Dominus noster de eis sumit vindictam, iuxta illud psalmistæ, mihi vindictam, & ego retribuam eis, quare caueant iudices Deum timentes, cum melius sit absoluere nocentem, quam condemnare innocentem, l. absentem, ff. de pœn.

In verb. pro aliquo debito priuato saxiri) è cõ-
16 tra tamen, † debitor fiscalis carceratus ad instantiam priuati, potest pro debito fisci semper saxiri,

ri, cum Fiscus in hoc reperiatur, priuilegiatus, l. 3. §. fin. ff. ad l. Iuliam, pecul. Bart. in l. quoties, C. de ei act. tribut. lib. 10. Guid. Pap. q. 61. cũ alijs de quibus per Pereg. de iur. fisci lib. 6. tit. 7. num. 23. item
17 potest detentus pro debito publico, vel priuato sequestrari pro delicto, Marsil. in sua praxi crim. §. attingam, num. 32. versic. & ibi subdit, Brun. in suo tract. cessionis bonorum, quæst. 4. princ.
18 quæst. 11. num. 23. ad finem, † an autem carceratus pro vno maleficio, possit recomendari pro alio, & an carceratus pro vno debito, possit saxiri pro altero, vide plura per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 242. vbi videtur adesse simile statutũ, & latè dictum est supra ad statutũ 41. de Regim. Potest.

De emancipationibus fiendis. Rub. 100.

ITem statuimus, quòd si quis voluerit emancipare aliquam personam, quam habet in eius potestate, prius teneatur, & debeat cridari facere per Præconem Communis Papiæ, sono tubæ præmisso super lapidem altiorem Curiæ Communis Papiæ, & ex parte alicuius Iusdicentis Papiæ, quòd talis persona vult emancipare talem personam, quàm habet in eius potestate, & si quis vult, vel intendit ipsi emancipationi se opponere, vel in aliquo contradicere, debeat coram dicto Iusdicente Papiæ infra quartam diem proximè venientem comparere. Alioquin procedetur ad ipsam emancipationem fiendam absentia alicuius in aliquo non obstante. Et si nemo infra dictum terminum comparuerit contradicens, tunc procedatur, & procedi possit in præsentia vnius ex Iudicibus Papiæ ad dictam emancipationem fiendam. Et Notarius cui fuerint rogata instrumenta impositionis, & relationis cridæ dictæ emancipationis fiendæ teneatur, & debeat tractare instrumentum emancipationis inde subsequendæ. Et si secus factum fuerit ipsa emancipatio nulla censeatur.

Summarium ad Statutum 100. in Ciuilibus.

1 *PAter, an possit, & debeat dare aliquid in præmium emancipationis filio, vel è contra filius patri, & num. 2.*
3 *Donatio si fiat pro legitima, vel emancipatione, an requirat solemnitates donationum.*
4 *Pater regulariter non cogitur emancipare filium.*
5 *Fallit pluribus casibus, remissiuè.*
6 *Fallit propter sæuitiam patris.*
7 *Pater cogitur emãcipare filium in casibus, in quibus potest à filio exhæredari.*
8 *Filius inuitus à patre non emancipatur.*
9 *Fallit filio existente rixoso, & ingrato.*
10 *Fallit in casibus, in quibus filius potest exhæredari.*
11 *Filius, an possit emancipari ad vnum actum.*
12 *Pater emancipando filium, an possit retinere dimidiam vsusfructus bonorum filij.*
13 *Filius post emancipationem, magis est obligatus patri, quàm ante.*
14 *Pater filium emancipando, dicitur ei conferre beneficium.*
15 *Filius separatim habitans à patre, an præsumatur emancipatus, & vide num. seq.*
16 *Emancipatio probanda, cum non præsumatur.*
17 *Emancipatio, quid operetur.*
18 *Emancipationis, & potestatis patriæ differentia, an hodie sublata.*
19 *Emancipationis forma de iure communi.*
20 *Absens, an possit emancipari.*
21 *Quid in infante.*
22 *Emancipatio clerici, an fienda coram laico.*
23 *Emancipatio, voluntariæ iurisdictionis.*
24 *Emancipatio, an fiat per procuratorem.*
25 *Emancipatio, an requirat scripturam.*
26 *An probetur emancipatio per testes.*
27 *Filius emancipatus non alens patrem, an reuocetur in potestatem.*

1 ITEM statuimus] quærimus † vtrum in emancipatione pater possit, vel debeat aliquid dare filio in præmium emancipationis, an verò filius ilius occasione, teneatur dare premium patri. istam quæstionem discutit Alex. in l. vtrum, ff. de verb. oblig. vbi tenet, quod potius debetur premiũ
2 patri emancipanti; quam filio emancipato; † Contrarium tamen tenet Dec. cons. 86. num 8. Tiraq. qui de veriori, & magis communi, ac rationabiliori testatur in repet. l. si vnquam in verb. donatione largitus, num. 147. C. de reuoc. donat. vbi
3 copiosè agit, & firmat punctualiter, † quando donatio fit pro legitima, & in præmium emancipationis, vtroq; tamen casu vtrum requirantur solemnitates enunciatę in Nouis Const. Mediol. in tit. de donat. & per statutum Papiæ, sub rubr. de cessione iurium, tenet opinionem affirmatiuam, tàm in donatione interpretata, vt hoc casu, quàm in donatione tacita, sicut in expressa. Plot. in repet. l. si quando, num. 866. C. vnde vi, cum cumulatis per Rimin. iun. in princ. tit. de donatio. nu. 192. & 429. cum seq. Negatiuam verò opinionem vti magis communem, & veriorem tenent, Dec. & Tiraq. locis supra citatis.
4 In verbo, voluerint emancipare] quæro nunquid pater cogi possit emancipare filium; & dic, quod non, regulariter, l. nec auus, C. de emancip. libero-
5 rum, l. vtrum turpe, ff. de verb. oblig. † fallit tñ hoc multis in casibus, de quibus per glo. in l. nõ potest, ff. de adopt. & in l. cogi, §. si pater, ff. ad tre-
6 bell. & per Soc. reg. 186. & inter alios, † fallit, quando filius propter patris sæuitiam non posset cum eo stare, nam tunc posset eum cogere ad se emancipandum venia prius impetrata, & vt eidem filio restituat bona materna, & similia, in quibus pater

debet

242 In verb. eas dotauerint) de iure cõmuni † pater tenetur dotare filiam, l. fin. C. de dot. promiss. l. qui liberos, ff. de rit. nupt. Bart. in Auth. resq; C.
243 communia de leg. † sed quid si pater aliquid simpliciter relinquit filiæ, simpliciter sub commemoratione matrimonij, an dicatur reliquisse pro dote, & dic quod sic, Bald. in l. quod autem in stipulatione. ff. de iure dot. Alex. in l. huiusmodi. §. cum pater, ff. de leg. primo, cum pluribus alijs adductis per Menoch. de presump. lib. 4. præsumpt. 109. nu. 24. & lib. 5. præsumpt. 189. num. 49. Ruin. in rubr. num. 228. ff. sol. matr. Bart. & Bald. in l. prima, ff. solut. matr. Ruin. cons. 224. num. 10. lib. primo, Phanuc. de lucro dotis, glo. 10. nu. 45.
244 † Quid autem si filia amisit dotem sibi à patre datã, an pater teneatur de nouo eam dotare, text. in Auth. sed quamuis, C. de rei vx. act. Bart. in l. si constante, in 4. q. nu. 50. secundæ partis, vbi Rip.
245 num. 91. ff. sol. matr. tenent quod sic; verum † tamen est, quod si filia sua culpa malè consumpsit dotem, quod tunc pater iterum dotare non tenebitur, vt ex pluribus firmat Menoch. de arbit. iud. casu 182. num. 57. vbi plures ad hoc allegat, & inter alios Bart. & Alex. in Auth. quod locum, nu. 9. C. de collat. Rip. in l. 2. §. primo, num. 9. ff. sol. mat. Surd. de aliment. tit. 7. q. 5. num. 5.
246 † Sed quid si filia nupsit se sine dote, an possit cogere patrem officio iudicis ad se dotandam, dic quod sic, quia sine dote à marito spernitur, ita Alex. consil. 7. num. 10. vbi Appost. ad eum lib. 2. Curt. sen. cons. 39. & an pater teneatur dotare filiam quæ contraxit matrimonium eo inuito, vide Abb. in cap. cum causa, num. 5. vbi Appost. ad eũ de raptoribus, Alex. cons. 97. num. 5. lib. primo, Curt. sen. d. consil. 39.

Et scias, quod licet statutum nostrum non expresserit filias dotandas esse à fratribus eos exclu-
247 dere volentibus † adhuc tamen ipsi tenerentur, cum debeant fœminæ ab excludentibus dotari, Dec. cons. 276. num. primo, vers. secundo, Paris. cons. 36. num. 19. volum. 3.

In verb. dotari secundum qualitatem patrimo-
248 nij, & personarum) † dos de iure communi dicitur congrua secundum qualitatem personarum, l. quæro, ff. de iure dot. Bart. in Auth. resq; C. com. de leg. vide latè Menoch. declarantẽ quæ dicatur dos congrua in tract. de arbit. iud. casu 149. Mascard. de probat. conch. 265. num. 61. ac 65. & conclus. 571. num. 13. Decian. cons. 6. num. 76. & seq. lib. primo, Idem Decian. pleno cons. 17. lib. 2. Menoch. cons. 505. num. 4. Cæsar Barz. decis. Bonon. 137. num. 1. & seq. & decis. seq. Honded. cons. 64. num. 12. & seq. lib. 2. debet ergo dos constitui, iuxta qualitatem, & quantitatem testatoris, & numerum liberorum, l. si filię pater, & ibi Bart. ff. de leg. 3. vbi refert ad statutum dotans filiam, Ias. in d. Auth. resq; num. 28. faciunt notata per Abb. in c. ex parte, nume. 5. extra de censib. præcipuè verò dicitur congrua quando pater, vel mater dotem constituunt filiæ, Laderch. cons. 35. Surd. cõs. 488. item congruè dotata filia præsumitur, quæ post matrimonium contractum diù tacuit, nec cõquesta est, Decian. responso 6. num. 76. lib. primo, vel saltem operatur, vt ipsa teneatur probare incongruitatem, Laderch. cons. 127. sub num. 6. Cæsar Barz. decis. Bonon. 127. num. 1. & 2.
249 † Ista autem dotis congruentia, an intelligatur tẽpore dotationis, vel mortis patris, aut fratris, qui dotauit, an verò tempore petitionis, & videtur attendendum tempus mortis patris, stante illa opinione quod auctis patris facultatibus post dotis cõstitutionem augeri pariter dos debeat, Castr. consil. 210. Ego Paulus. & cons. 265. lib. primo, Bald. Nouel. de dot. part. 6. priuil. 17. num. 4. Boer. decis. 62. num. 6. Decian. responso 54. num. 24. lib. primo. Verum in cõtrarium est magis recepta Doct. sententia, nempè attendendum esse tempus dotationis, & omissis Doctoribus antiquis sic tenuere, Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cas. 149. nu. 15. & 16. cons. 3. num. 17. cons. 6. num. 22. Crauet. cons. 11. num. 14. Rol. à Val. cons. 85. num. 13. & seq. lib. 1. Burs. cons. 248. num. 18. 249. num. 16. Pancirol. cons. 88. num. 27. Rim. iun. cons. 317. lib. 3. Rott. Bonon. ad Auth. præterea, q. 3. num. 66. Pereg. de fideicom. artic. 42. num. 40. & consil. 86. num. 9. lib. primo, cons. 14. num. 25. lib. 2. & de magis communi cons. 95. col. fin. lib. 5. Laderch. Imol. pulchrè cons. 35. maximè num. 6 Surd. cons. 488. nu. 36. lib. 4. Anton. Padil. in Auth. resq; num. 121. C. communia de leg. Alciat. de præsumpt. regul. prima, præsumpt. 2. distinguens inter dotem constitutam viuo patre, & eam quę constituitur in vltima voluntate, Cæphal cons. 501. num. 58. 502. nu. 6. & seq. Petra de fideic. q. 15. nu. 129. & sequen. Rotta Roman. decis. 202. num. 2. part. 2. in nouis. Aldouin. de Aldouin. consil. 104. num. 109. cui se subscripsere Iacob. Gall. & Peregr. Stephan. Gratian. discept. Forens. cap. 148. num. 9 D. Cost. concius & collega meus de port. rat. q. 103. nu. 3. vbi veriorem ait Honded. cons. 10. nu. 36. lib. primo, vbi hanc veram communem, & in iudicando seruandam asserit, qui omnes tenent auctis facultatibus non augeri dotem, minus valere argumentum de legitima ad dotem, vt aliqui volebant, dicentes dotem subrogari loco legitimę, quæ mortis patris tempore debetur; Nam in proposito nõ valet argumentum de dote ad legitimam, maximèq; in tempore differunt, cum dos viuo patre statim debeatur vbi filia matrimonio copulatur, l. qui liberos, ff. de rit. nup. legitima verò viuo patre co inuito non debetur, l. cum quæritur, C. de inoff. testam. Vasq. controu. Illust. cap. 37. num. 2. Item legitima patre defuncto statim purè filijs est debita, l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. Dos verò non debetur nisi secutis nuptijs, l. 3. ff. de iur. dot. præterea vbi etiam valeret argumentum, verior est sententia assignatã filio legitimam nõ augeri auctis patris facultatibus, Petr. de fideic. art. 15. num. 116. & seq. Surd. cons. 488. num. 37. præterea dicitur ad exclusionem filiarum à successione patris, vel ascendentium dotem non recipere mensuram à legitima, Dec. cons. 26. diligẽter per totum, Ruin. cons. 27. num. 56. lib. 3. Tiraq. abundè in l. si vmquam, in verbo susceperit, num. 110. & seq. C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. cas. 149. num. 9. & seq. Crau. cons. 940. lib. 5. Decian. de communi cõs. 32. colum. prima, & seq. lib. 2. Laderch. cons. 127. num. primo vbi ex multis receptissimã testatur, Peregr. cõs. 86. lib. primo. vbi pluries ita iudicatum asserit, plures tamen casus in hoc considerat, Gaspar Thesaur. quæstion. forens. lib. 2. q. 93. per totum.
250 In verb. dotari, † quid si numquam velit dotari, vel nubere, dic nõ obesse masculis, Rub. Alex. cõs. 16. n. 13. Maluas. cõs. 126. n. 46. & dictũ est sup.
251 † Quid modò si moriatur mulier antequam nubat, an possit disponere de dote sibi debita, & habere in ea legitimos hæredes, videtur quod non, quia

quia quando stat. mandat dotari, dos non habetur loco legitimæ, sed est conditionaliter debita, si nubat, Alexand. consil. 179. num. 5. lib. 7. si nõ esset subrogata loco legitimæ statim deberetur à die mortis patris, & tamen confertur in tempus nuptiarum, & habet conditionem, si nuptiæ sequantur, Soc. consil. 288. num. 27. volum. 2. & consil. 75. num. 11. lib. 3. Ruin. consi. 52. nu. 6. volum. 3. Paris. consil. 53. num. 76. lib. 3. Boss. de magis communi, tit. de bonorum public. num. 3. in fine. Gabr. consil. 11. num. 4. lib. primo, Gras. in §. legitima, quæst. 7. num. 4. Menoch. consil. 251. num. 44. Cephal. cons. 145. nu. 19. & 20. Martha decis. 47. num. 2. & seq. Idem dicendum si nollit nubere; debetur enim dos si nubat, vnde cum sit ius conditionale non transmittitur, Castr. cons. 5. super eo, volum. 2. Brun. in tract. quod stant. masc. artic. 11. num. 34. & 79. Maluas. cons. 126. nu. 46.

252 Quid modò si aliquis dote filiæ promisserit, qui non sit ex personis enumeratis in hoc statuto, sed affinis coniunctus, vel extraneus, an præsumatur dotem ipsam de suo largiri, an verò prosit personis in statuto enumeratis ad excludendam ipsam filiam dotatam, regula est dotem à quouis promissam, vel datam, patre excepto de proprio, censeri datam, animo donandi, l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. act. Socin. iun. loquens in patruo, cons. 79 num. 73. & seq. lib. 3. rationem nectens, tùm dotis fauore, tum ob nobilitatem dotantis, tùm ob sanguinis coniunctionem, Natt. cons. 100. viso instrumento, num. 11. vbi distinguit.

Fallit tamen, quando dotans haberet penes se bona illius, qui tenetur dotare, vt in matre habente bona filiæ, glo. in l. fin. vbi Salic. num. primo, C. de dot. promiss. Cephal. cons. 485. nu. 4. Caroc. in tract. de patre simpliciter filiam dotante, q. 6. Idem si dotans esset tutor, vel curator, Rip. auus meus in l. prima, sub nu. 90. versic. non obstat tex. ff. sol. matr. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 88. num. 46. & seq. Gabr. cons. 5. statutum disponit ante num. 38. Mascard. de probat. concl. 571 dos data, nu. 9. & 10. Surd. consil. 119. num. 24. qui tollit contrarium eorum, qui dixerunt censeri dotem datam animo donandi, Garzias Mastril. decis. 74. num. 6. etiam si tutor non exprimeret se tutorio nomine gerere, Mascard. conclus. 38. actus num. 2. Borgnin. de tutor. & cur. nu. 243.

253 † Quid modò si filia extet ex primo matrimonio, cui dos materna debetur, & decedat ante aditam maternam hæreditatem, vel de aditione non constet, an transmittat dotẽ ad succedentes ab intestato distinguo, aut filia decessit in maiori ętate, aut in minori, primo casu hæreditas non adita nõ transmittitur, l. 1. §. in nouissimo, C. de cad. tollen. Corn. cons. 242. nu. 3. lib. 2. secũdo verò casu, & si hæreditas non adita per minorẽ non transmittatur, l. si infanti, C. de iur. deliber. transmittit tamen benefitium restitutionis in integrum aduersus non aditam hæreditatem, l. qui duos, ff. de reb. dub. l. pantonius, vbi Bart. ff. de acquir. hered. Capra cons. 6. num. 13. Ceph. cons. 56. in primo

254 dub. lib. primo. † si verò ageretur de relicto dotis sibi à patre facto, cũ illud succedat loco legitime transmittitur, Alexand. consil. 13. in secundo dubio, nu. 7. cum seqq. pluribus, lib. 3. vbi ponit, an habeat locum in filia infante, vel in vtero existente, aut quæ dotata fuit de bonis communibus, & consil. 130. lib. 2. Tiraq. de retract. lign. §. 20. glo. vnic. num. 11. & seq.

255 Quid modo si vxor duos viros habuerit, ex primo solũ masculos, ex secũdo masculos, & fœminas, quæ fœminæ fuerunt vna dotata, alia ingressa monasterium cum minori dote, si altera dictarum filiarum decedat, quæritur quis succedat, an fratres vtrinq; coniuncti, an verò vterini; Respondetur, succedere fratres vtrinq; coniunctos simul cũ vterinis, Socin. sen. cons. 5. & 84. lib. primo. Ruin. cons. 39. col. 3. lib. 3. Gabr. cons. 15. in primo dubio, vsq; ad num. 14. lib. primo.

256 Sed quid si filiæ portio aliqua auferatur, vel nõ deferatur, an in dicta portione succedãt fratres vtrinque coniuncti ex eodem matrimonio, an verò vterini pariter, succedere filios ex eodem matrimonio tenuerunt Soc. sen. consil. 5. Ruin. cons. 39. lib. 3. contrarium tamen ex pluribus, & rectius tenuit, Gabr cons. 15. in secundo dubio, num. 14. & seq. lib. primo.

257 Quid si pater in testamento, aliquid pro dote filiæ relinquat, nec titulo institutionis faciat, & testamentum sit nullum, an filia tamquam non dotata, possit succedere; Respondetur, quod non, quia sufficit patrem actum dotationis exercuisse, & demonstrasse, etiam si testamentum nullum esset, vt consuluit Capra cons. 84. in primo dubio.

In fine verbi] vide plenè circa hoc statutum, cũ seq. per Curt. iun. cons. 5. ac cons. 10. per totum.

Quod ad successionem decedentis sine testamento, prius succedant consanguinei. Rubr. 96.

ITem statuimus, quòd si quis, vel si qua sine testamento decesserit sine descendentibus, vel ascendentibus, & reliquerit agnatos, vel cognatos masculos, vel fœminas ex parte patris, & similiter reliquerit ex parte matris masculos attinenets, vel fœminas: illi qui ex parte patris, licèt sint vlteriores in gradu, vsquè ad tertium gradum inclusiuè, de iure canonico prius veniant ad successionem illius, quàm illi, qui sunt ex parte matris. Et intelligantur agnati ex parte patris, illi qui sunt de prole defuncti ex parte patris.

Summarium ad Statutum 96. in Ciuilibus.

1 *VErbum consanguinei, quid importet, & quot modis in iure capiatur, & nu. 2. & 3.*

4 *An hac rubrica allegari possit ad decisionem earum.*

5 *Differentia inter agnatos, & cognatos.*

6 *Filius sororis defuncta, an dicatur agnatus.*

1 CIrca hanc rubr. † quomodo intelligatur hoc verbum consanguinei; & dic, quod exponitur, idest agnati; ità in terminis probat Curt. iun. cons. 5. nu. 16. vbi do-
2 cet, quod de iure communi, verbũ consanguinei tripliciter capitur, vt ibi per eum, & quod hic verbum consanguinei accipiat pro agnatis, tenet etiã Ias. loquens in proprijs terminis huius statuti cõs. 52. colum. penul. circa princ. versic. solum restat vnum fundamentum, lib. primo, & cons. 205. Rui. cons. 15. lib. 2. Dec. cons. 444. in secundo dubio, Borgnin. decis. 13. part 3. Alb. cons. 495. nu. 12.
3 lib. 3. & consil. 711. lib. 4. & † qui veniant appellatione consanguineorum, docet virg. Boccat. in
4 const. March. gl. 3. num. 87. cum seq. an autem hæc rubrica possit allegari ad decisionem causæ de per se, dic quod non, secundum Ias. in d. cons. 52. col. pen. cũ secundũ eum, rub. ad hoc, vt possit allegari ad decisionẽ causæ; debeat esse generalis, & habeat continere orationem perfectam, & decisionem, quod secus est in hac rubr. cum secundũ eum illud ad verbium prius non perficiat, qui sint illi alij, quibus prius succedant, sed perficiatur per nigrũ, postea subsequens, vt per eundẽ cõs. 205

5 In verbo, agnatos, & cognatos] † Agnati, & cognati inter se differunt, nam agnati dicuntur, qui per virilem sexum, cognati, qui per fæmineum coniunguntur, vt inst. de legit. agnat. tut. in principio, versic. sunt autẽ, & instit. tit. de legit. agnat. success. §. sunt autem, & circa declarationem horum verborum, vide latè Curt. iun. d. cons. 5.

6 † An autem filius sororis defunctæ, dicatur esse de agnatis, de quibus in hoc statuto; vide Pract. Pap. in forma libelli, quo petitur hæred. const. glo. nullis superstitibus liberis, num. 28. vers. vnũ tamen scias, Cattelan. Cott. in memorabil. incip. agnati appellatione, Ias. cons. 205. lib. 2. Alb. cons. 54. num. 6. & tenet Practic. Papiens. ibidem, quod filius sororis solus, non autẽ vlteriores in gradu dicatur agnatus impropriè, tñ adeo ut secundũ eum non cõpræhendatur in statuto loquente de agnatis, quod etiã voluit Dec. in rub. C. vnd. legitimi.

7 † An autem statut. loquens de agnatis, comprehendat agnatas fæminas; intelligendo, quando loquitur simpliciter, vide Ang. cons. 291. incipiente, isto statuto, col. 2. & cons. seq. in princ. Dec. in rub.
8 C. vnd. legit. vbi † vult, quod per statutum agnati præferantur cognatis, tale statutum intelligitur de agnatis masculis, non fæminis, sequitur Alba cõs.
9 54. nu. 7. † alias autem fæminæ dicuntur agnatæ, & de familia, vt post Soc. cons. 227. in 2. colum. firmat Alba idem nu. 6. Curt. cons. 45. Soc. consil. 227. col. pen. Ias. cons. 205. lib. 2.

10 Et scias, quod verba statuti nostri, vel cognatos masculos ex parte patris, intelligi debẽt de agnatis ità Curt. iun. cons. 176. num. 6. per text. in l. iurisconsultus, §. primo, ff. de gradibus.

11 † An autem hoc statutum procedat, si adsint cognati ex parte patris ex proximiori gradu, & agnati in remotiori, an agnatus hoc casu ex hoc stat. preferatur cognatis proximiorib. in terminis

consuluerunt

consuluerunt Iaf.d.conf.52.per totum.lib.primo, Curt.iun.d.conf.5.volentes cognatos ex parte patris proximiores in gradu excludere agnatos remotiores, ob verba statuti ibi reliquerit agnatos, vel cognatos masculos, vel fœminas ex parte patris, ita tenet Ruin.conf 15. lib.3.

12 † Quid si agnatus qui vult succedere vigore huius statuti sit forensis, an admittatur ad successionem dic quod sic, Alex.conf.111.nu.7. volum.7.

13 † Queritur cum hoc statutum tollat dispositionem iuris, an tollat tantum in hoc capite agnationis, an etiam dicatur tollere quò ad caput patriæ potestatis; de quo pariter deciditur in §. nullam, in Auth.de hæred. ab intest. & si aliquis agnatus vocatus à statuto ante cognatos sit emancipatus, an excludi debeat; videtur quod sic, quia redimus ad ius vetus ex huius statuti dispositione, quo iure emancipatus excludebat; sed contra, cum hoc statutum sit correctorium restringi debet, vt corrigat tantum in casu expresso.

In verbo attinentes) quã dicantur attinentes dixi ad statutum 23. & an veniant descendentes ex fœminis, quod sic Paris.conf.49. num.11.lib.2.Bal. in cap.in litteris, de testib.

14 In verb.licet sint vlteriores in gradu) † hoc statutum corrigit ius commune, quo iure cum sit sublata agnationis, & cognationis differentia salua gradus prærogatiua, §. nullam verò, in Auth. de hæred.q ab intest.Auth. cessante, C.de legit. here. cognati existentes in gradu proximiori præferuntur, agnatis ex pluribus, de quibus per. Iaf. consil. 52.ante num.primũ.lib.2. Curt.iun.conf.5.nu.1.

15 In verb. vsq; ad tertium gradum) † Amplia idem esse in tutela & cura, in qua debent præferri agnati, vsq; ad tertium gradum cognatis, in terminis Menoch.de arb.iud.casu 150. nu. 32. & 33. & de istis gradibus agit latè, Dec. conf.444. in secundo dubio, Borgnin.decis.12.par.2.

16 In verb.de iure Canonico) scias † quod ius ciuile, differt à iure canonico in computatione graduum transuersaliũ; nam ius canonicũ ponit duos fratres in primo gradu. gl. in c.nõ debet, de consang.& affin.Host.in summa dicti tit, ius verò ciuile in secũdo gradu; & ratio differentiæ est, quia ius ciuile fundat stipitem transuersaliũ in eorũ ascendentibus, scilicet in patre, qui est in primo gradu. vnde fratres habito respectu ad eum dicũtur in secundo gradu, vt Inst.de gradib. in §.secundo, ius verò Canonicũ fundat stipitem cũ ipsis fratribus tantũ, & quò ad matrimonia seruatur ius canonicum, quo verò ad successiones ius ciuile, ita Pract. Papiens.in forma libelli, de hæred.ab intest. delat. in gl.nullis superstitibus, nu.32. & ideo nisi statutũ

17 expressisset de iure Canonico, † cũ agatur hic de successione graduum, computatio deberet fieri in dubio, iuxta ius ciuile, Alex.in l.fin.nu.6.vbi Dec. nu.24.C.de success.ędict.Cast.conf.421.nu.1.& 3. Corn.conf.92.nu.31.vol.3.Dec.conf.85. in princ. & conf.333.nu.1.ac conf.444.nu.1.Brun. in tract. stat.exclud.fœmi.art.12.q.21. sciẽdum tamen est

18 q bene potest statutũ disponere, vt hic, † quod etiam in successione gradus cõputentur secundũ ius canonicum, Dec.d.conf.444 nu.2.Bal.in l. fin. in fine, & ibi Dec.col.fi.C.de success.ędict. Vegius conf.58.nu.37.vers.& valet statutũ; & nota, quod ex quo huiusmodi statutum loquens de successio

19 ne cõputat gradus de iure canonico, † quod si in alijs statutis loquatur de gradibus simpliciter, debet intelligi secundum ius canonicũ, ita Borgnin. decis.24.nu.15.& 17.part.4.idem Borgni. dec.28. nu.6.cũ seq. vbi loquitur in terminis huius statuti.

20 In verb. ex parte matris) † quomodo veniant intelligenda huiusmodi verba ex parte matris, tradit Curt.iun. d.conf.5. nu. 30. vbi vult dupliciter intelligi posse, s. ex parte matris defuncti, vel secũdo, & melius secundum eum generaliter, vel indefinitè ex parte matris defunctę, vel volentis succedere, vt ibi latius per eum.

21 In verb. sint de prole) an † terminus iste prolis sumatur effectiuè, vel comprehensiuè, vide Socin. iun.conf.6.per tot. vol.4. Pic.conf.89.nu.60, cum seq.& adde Iaf.in l.fin col.3.ff.de verb.oblig.& idẽ Soc.conf.11.in fine, vol.5.quia hæc graduum enumeratio operatur, vt comprehensiuè non effectiuè capiatur, maximè si cõsideratur caput ex parte iu

22 ris, & scias † quod verba, proles, soboles, progenies, stirpes, posteritas, sunt synonima, & idẽ est di

23 cere de prole, quod de progenie, & prolis, † vel progeniei appellatione cõpręhẽdũtur solũ descendentes ex masculis, ita Curt.iun.cõs.5.nu.40. quẽ sequitur Pereg.de fideic.art.22.nu.23. vbi nu.22.

24 vult, † quod quoties testator loquitur de prole in specta propria, & vsitata significatione, intelligitur de descendentibus suis, vt per Boeriũ dec.356. nu.1.ac alios ibidẽ per eum allegatos.

25 † An stante hoc statuto agnati, vel cognati ex parte patris, excludant fratrem vterinũ in bonis maternis, in quo artic. multa hinc inde in vtrãq; partem à doctissimis viris vidi deducta, & ad fauorem fratris vterini.

26 In † primis consideratur, statuta esse intelligenda secundũ ius cõe, Bal conf.58.nu.5.lib.3. & strictissimè capiẽda ne iuri cõi derogent, Hond.cõs.8. nu.41.lib.1.

27 † At iure cõi frater vterinus agnatũ remotiorẽ excludit, maximè in bonis maternis, l. de emãcip. C.de legit.hęred.Gabr.conf.6.num.7.lib.1.Castr. conf.450.visis statutis, nu.3.vol.1.Corn. conf.234. nu.3.& seq.lib.4.Pract.Pap.in for.libel. pro hęred. ab intest.vers.nullis, n.29.Brun.in tract.quod stat. masc.art.12.nu.251.256. & 259.

28 † Secundò confirmatur, quia vterinus frater dicitur agnatus, l.meminimus, C.de legit.hære.Soc. sen.cõs.1.lib.1.nu.7.Hond.cõs.1.n.43. lib.2. ergo cũ agnatis à statuto vocatis succedit, D.Cost.cõciuis olim & collega meus de portio.rat.q.143.n.13

Tertiò videtur noluisse statuentes excludere vterinos fratres, quos ad successionẽ vocarunt in statuto 94.ad matris exclusionẽ, dum voalt absolutè fratres quorũ nomine ẽt vterini vocãtur ex iam dictis, & per Borgn.dec.13 nu.93.part.3. & nu.54.& nu.73.cũ seq.plur. vbi pluribus fundamentis iura vterini fratris tuetur, quæ apud eũ videri possunt.

29 Hond.conf.1.nu.42.& seq.vol 2. sicut ẽt † frater vterinus excludit sororẽ dotatã, Gabr. consil. 15. nu.40.lib.1.vbi statutum non resistat.

30 Quartò, † quia vbi agitur de bonis maternis nõ obstante statuto prẹferrente fratres cõsanguineos in successione vterinis, nihilominus de dictis bonis maternis nõ intelligi dicta statuta tenuerũt, Castr. in auth.itaq;, C.cõia.de succes.cõs.38.vol.3.Alex. conf.5.num.6.volum.6.Honded.consil.8.num.21. lib.primo, Gabr.consil.6.num.7.lib. primo, Borgnin.dicta decisio.13 num. 73. cum seqq. plurib.

31 † Quæ bona dicuntur materna ẽt mortua matre, tamquam inspecta origine, Bart.in d. auth. itaq;. Boer. decisione. 185. numero. 3. alias inanis esset distinctio Doctorum inter bona materna, nec ne.

Quin-

31 Quintò facit traditio, Iaſ. in conſ. 205. lib. pri.
Rip. auus meus, reſponſo 9. tit. de legibus, vol. 2.
Alb. conſ. 495. vol. 3. & 711. vol. 4. † qui volunt
32 hoc ſtatutum non eſſe factum fauore agnatorum.
vbi extent cognati ex parte patris proximiores,
ergo multo minus frater vterinus, qui dicitur vere
agnatus, vt ſupra dictum fuit.

Quibus tamen nequaquã mouentibus credide-
rim vterinum fratrem excludi à quocunq; agna-
to intra tertium gradum, etiam ſi agatur de bonis
maternis.

33 † Conſidero in primis mentem, & rationem ſta-
tuentium, nec non verba, ex quibus certò certius
elicitur voluiſſe paternum genus materno præfer-
re, etiam ſi in gradu ſit remotius, vt per Pract.
Papienſ. in for. libel. de hæred. ab inteſtat. in ver-
bo, & etiam realiter, num 10. Menoch. de arbitr.
34 iudic. caſ. 150. nume. 33. † dicaturq; maternũ
genus ad ſuccedendum impertinens, illiuſq; nulla
ratio habenda eſt, Bald. ac cæteri in l. prima, C. de
legit. hæred. Gabr. conſ. 6. nu. primo, lib. primo.
35 Alb. conſ. 495. num. 12. & conſ. 711. † In caſu
itaq; propoſito, frater vterinus eſt ex materno ge-
nere. Ruin. conſ. 15. nu. 18. lib. 3. Curt. iun. conſ.
5. num. 30. verſic. primo, ſi tenendo; ergo cum illi,
nec verba, nec mens conueniant, multo minus di-
ſpoſitio vulgata; l. 4. §. totiens ff. de dam. infect.
36 † Secundò, ſi de quo minus ineſſe non videtur,
& tamen ineſt, ſic de quo magis, auth. multò ma-
gis, C. de ſacroſ. Eccleſ. at multò minus videbatur
dicendum, quod ſtantibus fratribus, qui ſunt in
ſecũdo gradu, excluderetur mater, quæ eſt in pri-
mo gradu, & tamen excluditur, vt habetur ſtatut.
94. ſub rubr. in quantum, & qualiter mater, &
auia, ergo multò magis excludi debet frater vte-
rinus, qui eſt remotior, Bart. in l. 2. §. fin. ff. ad ter-
tul. Soc. ſen. conſ. 89. nu. 5. lib. 4. I. aderch. conſ. 54.
37 nu. 5. verſ. cõfirmatur, cũ iſti † vterini, & ſi agna-
ti dici poſſint, ſunt tñ ex parte matris, quos ſtatu-
tum pro nihilo habuit reſpectiuè ad agnatos ex
parte patris, qui verè, & propriè agnati dicuntur,
Curt. iun. conſ. 176. nu. 2. & 6. Ruin. d. conſ. 15. nu.
3. lib. 3. Soc. ſen. conſ. 31. lib. primo, Menoch. conſ.
187. nu. 8. & 10. lib. 2. Gabr. conſ. 15. num. 5. lib. 2.
Iaſ. conſ. 130. nu. 18. lib. primo, Mant. conſ. 86. nu.
18. lib. primo, & pluribus rationibus comprobat,
Men. d. conſ. 87. tum, nè melioris conditionis ſint
filij matre, tùm quia deſtructo antecedẽti, corruit
conſequens & alijs rationibus, quæ videri poſſunt.
38 Tertiò, ſtatutũ generaliter, & indiſtinctè loqui-
tur, nulla facta diſtinctione bonorũ paternorum, &
maternorum, ergo debet de omnibus intelligi ar-
gum. l. de pretio ff. de publician. maximè cum ſta-
tuta Papiæ ad litteram ſint intelligenda, & quia
adita hæreditate bonorũ maternorum non dicun-
tur, amplius bona materna, ſed propriũ patrimo-
nium adeuntis, Gabr. in ſuis communibus, tit. de
iur. dot. concl. prima, num. 61. Franc. dec. 307. nu.
3. part, 2. Bart. in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. poſſeſſ.
& in ſucceſſionibus tẽpus mortis ſpectatur §. ita
demum, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt.

Quartò, cõſidero d. ſtatutũ noſtrum neceſſario
locutum fuiſſe, & compræhendiſſe ẽt fratrem vte-
rinum. cum etenim vocet agnatos ex parte patris,
vſq; ad tertiũ gradũ, licèt ſint remotiores, ad exclu
ſionem eorum, qui ſunt ex parte matris, vtiq; ne
inane, & ridiculum videatur, complectitur fratrẽ
vterinum, tùm quia, vt dixi eſt ex parte matris,
tùm quia eſto, quod in primo gradu ſit frater de
iure canonico, cap. non debet, vbi glo. de con-
ſang. & affinit. cum tamen tertium præferat pri-
mo, & ſecundò, nil aliud poſſumus decernere, quã
verba, & mentem ſtatuti ſequi, per quod gradus
quilibet ex parte patris, vſquè ad tertium de iure
canonico præfertur proximiori ex parte matris,
vnde ſiuè ſit in primo, ſiuè in ſecundo debet pati
prælationem illius, qui eſt parte patris, & ex
hoc elicitur clarè, voluiſſe ſtatutum hoc cor-
39 rigere ius commune, † quo ſublata erat differen-
tia agnationis, & cognationis, ſalua gradus præ-
rogatiua, §. nullum verò, auth. de hæred. quæ ab
inteſt. auth. ceſſante, C. de legit. hæred. cognatiq;
proximiores agnatis remotioribus præferũtur. Iaſ.
conſ. 52. ante num. primum, lib. 2. Curt. iun. con-
ſil. 5. num. primo.
40 Quintò cõfert, † quod in ſimili dicitur in feudis.
in quibus cum maternũ genus ſic excluſum, agna-
ti vlterioris gradus excludunt fratrem vterinum,
cap. primo, de grad. ſucceſſ. in feud. Bald. & Caſtr.
in l. 1. C. de legit. hæred. Dec. conſ. 444. nu. 5. & ſeq.
quos, & alios refert Crauet. conſil. 880. ad finem,
lib. 5. & nulla alia certè ratione, quia maternum
genus pro nullo habetur, vt dictum eſt idem ergo
in ſtatuto dicendum eſt, Bald. conſil. 170. ad eui-
dentiam, num. 3. lib. 2. vbi D. meus Roueſc. in ad-
dit. & ita in terminis ſtatuti tenuerunt Socin. ſen.
conſ. 89. per totum, lib. 4. Alb. conſ. 495. num. 12.
& conſ. 711. Paul. de Monte Pico cõſ. 85. num. 60.
& ſeqq.

His ſtantibus non obſunt cõtraria, ad primum,
namq; reſpondetur admiſſa propoſitione, ſtatuta
eſſe ſtrictiſſimè intelligenda, in caſu noſtro nego-
tium perſpicuum eſſe, cum ſtatutum ſtrictè ſumẽ
do, loquatur de agnatis ex parte patris ad exclu-
ſionem agnatorum ex parte matris, illos includen
41 do. hos excludẽdo; vnde † cum verba ſtatuti ſint
clara & propria. non eſt vlterius hæſitandum, l. il-
le, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3.

Nec diſtinctio bonorum maternorum, & pater-
norum, poteſt in propoſito caſu deſeruire, primò.
quia ſtatutũ generaliter loquitur. vnde bona qua-
litercumq;, & cuiuſcumq; generis complectitur,
iuribus notiſſimis. & per Socin. ſen. conſil. 89. ſub
num. 5. lib. 4.
42 Secundò, quia ſi † voluiſſent ſtatuentes diſtin-
guere bona materna, à paternis, vtiq; ſciuiſſent,
vt multoties fecerũt in alio propoſito, vt in pun-
cto conſiderat Rim. ſen. conſil. 251. nu. 8. lib. 2.

Tertiò, quia intelligẽdo, etiam ſecũdum ius cõ-
43 mune, certum eſt, quod vbi † lex prætulit fratres
vtrimq; coniunctos, vel conſanguineos vterinis,
præferri non modo in paternis, ſed etiam in ma-
ternis, & vndequaq; quęſitis, vt in auth. de con-
ſangu. & vter. fratribus, & in auth. itaq;, C. com-
munia, de ſucceſſ. Rim. ſen. d. conſ. 251. num. 13.
Socin. ſen. conſ. 89. lib. 4.

Quartò, ſi ad litteram intelligatur ſtatutum, vt
cauetur ex ſtatuto vltimo in criminalibus, vtiq; nõ
44 poteſt dari hęc diſtinctio, cum † adita hæred. bo-
na quæ alias erant materna, non amplius mater-
na, ſed proprium patrimonium adeuntis propriè
dicantur. l. prima, §. veteres, ff. de acquir. hæred.
Gabr. de iur. dot. concl. prima. num. 6 Franc. de-
ciſ. 307. num. 3. part. 2. attento maximè mortis tẽ-
pore, quod ſpectandum eſt, §. ita demum, inſt. de
hæred. quæ ab inteſt. nec militat ex prædictis di-
ſpoſitio, l. de emãcipatis, C. de ſuis, & legit. hęred.
cum manifeſtè conſtat ſtatutum noſtrum venire

ad

ad correctionem iuris communis, tàm respectu personarum, quam bonorum, cum generaliter loquatur, & alias seruiret de vento, cum vnicum tantum casum complecteretur, nempe filiorum fratris vterini, quod non est dicendum, cum sat sit excludere volenti, fratrem vterinū in quibuscunq; bonis habere qualitatem à statuto requisitam, nempe se esse agnatum intra tertium gradum ex parte patris, quod non reperitur in fratre vterino
45 † qui agnationem primò, veram non habet, sed impropriam, & commentitiam, Bald. cons. 30. nu. 4. lib. primo, cum allegatis per Laderch. cons. 54. sub num. 7. versic. sed idem ipse puto, & ex hoc alias responsiones afferunt, & Soc. dicto cons. 89. & Rimin. d. cons. 251.

Secundum tollitur fundamentum, dum dicebatur fratrem vterinum, dici agnatum, tùm quia nō verè, & propriè, dicitur agnatus, tùm quia etiam si agnatus esset, non tamen ex parte patris, vt exigit statutum.

Tertium pariter argumentum reflectitur, quia si statutum, quando voluit includere fratres vterinos, saltem sub generalitate illud sciuit exprimere, vt in statuto 94. vtiq; idem fecisset in casu statuti 96. in quo diuersa est constitutio, dum distinguit stipitem paternum à materno.

Ad quartum respondetur ex Socin. sen. dicto consil. 89. num. 22. qui in punctualibus terminis respondet dictis Castr. in d. cons. 38. lib. 3. & fallaciam argumenti ostendit, ad quem me remitto, cui etiam respondet Rimin. sen. dicto consil. 251. num. 17 & 18. † & cons. Castr. falsum, & re-
46 probatum, illi respondendo asserit, Anton. de Rosel. in tract. de success. ab intestat. num. 167. & sequentib. sicut etiam cessant auctoritates Gabr. Honded. & aliorum, quotquot sequentium Castr. opinionem; quia re vera Castr. fallaciam assumpsit in argumēto; quia statutū non cōsiderauit vinculi duplicitatē, nec proximitatē, sed solū ius agnationis paternæ, nulla adhibita bonorū distinctione, & si vt dictum est frater vtrinq; coniunctus, & consanguineus excludunt matrem, quæ prima est, & proximior in successione, quanto fortius excludent filium ex ea, qui caret, & qualitate proximitatis, & qualitate agnationis paternæ, quæ tamen in matre existit.

47 † Quid modo si defuncto supersint filius fratris vterini, nec non agnatus aliquis in tertio gradu, quis præferendus, quæstio pendet à superiori, & pro filio fratris vterini tenuerunt, Ias. supra citat. cons. 52. num. 205. Ruin. pariter in puncto statuti nostri cons. 15. lib. 3. Borgnin. decis. 13. nu. 52. & seq. part. 3. licèt contrarium pleno calamo consuluerit, Curt. iun. consil. 5. quorum dicta transcribere, laboriosum potius, quam vtile foret cum apud eos videri possint.

48 Quid autem si decedat quis, relictis post se nepte ex filio masculo, ac nepote ex filia fæmina, quis eorum præferretur in successione, stante hoc statuto.

Et omnibus, quæ à Doctoribus pro hac quæstione sunt tradita perpensis, teneo nepotem ex filia admittendum simul cum filijs fæminabus filij masculi, ex rationibus in punctualibus terminis, & in proposito dicti statuti optimè pōderatis per Ias. cons. 52. lib. primo, & cons. 205. à nu. 21. vsq; ad finem, quem sequitur Alb. cons. 495. num. 12. & cons. 711. lib. 4. Ruin. cons. 15. lib. 3. Borgnin. dicens horum patrum sententiam seruari contra Curt. iun. cons. 5. & 176. Borgnin. inquam, decis. 13. num. 52. & num. 67. & seq. part. 3.

Rationes autem breuiter per dictos Doctores consideratas subnecto.

In primis statutum vocat, tam cognatos, quam agnatos ex parte patris, at iste est cognatus ex parte patris, ergo.

Secūdò vocātur cōsanguinei, talis est ipse, ergo.

Tertiò vocantur in tertio gradu de iure canonico, talis est ergo, & licet vocentur prius attinentes, vel cognati, aut cognati ex parte patris, hoc conuenit nepoti ex filia, quia statutum declarat illos dici agnatos qui sunt de prole defuncti ex parte patris, & sic dicitur de prole defuncti à quo omnes descendunt, & cum inter descendentes ex parte patris nullam statutum cōstituat differentiam, nisi forte vnus esset altero proximior, sequitur vt data paritate consanguinitatis par etiam esse debeat successionis causa, cum itaq; verba conueniant conuenire debet, & dispositio iuribus notis.

Quibus iudicio meo non obsunt, quæ per Curt. iun. in d. cōs. 5. afferūtur, quibus, & si responsum remaneat, ex dictis per Ias. in d. cons. 52. & 205. & per Ruin. d. consil. 15. lib. 3.

Breuiter tamen reassumendo eorum dicta, non
49 obest primum, quod † ex rubr. statuti habentes orationē perfectam liceat arguere ad decisionem causarum, ponderando dictionem prius succedāt consanguinei, idest agnati.

Nam multipliciter respondetur, primò dictam rubr. non dici perfectam, nam si perfecta esset, frustra nigrum conceptum fuisset, frustraq; in eo de agnatis, vel cognatis ex parte patris, vel ex parte matris expressa mentio facta fuisset, vnde clarè rubrum declaratur ex nigro, intelligi nempè, illud verbum consanguinei, in agnatis, vel cognatis, masculis, vel fęminis, vt per Ias. d. cons. 205. n. 21.
50 & † semper attenditur nigrum generale, quam rubrum speciale, auth. vt ecclesia Roman. & in authen. de incest. & nefar. nupt. quando maximè nigrum est ampliatum verbis expressis, & specificis, quæ nullam patiuntur restrictionem, Ruin. d. consil. 15. num. 15. volum. 3. Doct. omnes in rubr. ff. si cert. petat.

Præterea, & secundò, vbi posset argui ex dicta
51 rubr. attamen † consanguineorum nomine ex cōmuni vsu loquendi, qui etiam in statutis attenditur, veniunt omnes sanguine iuncti, vt per Ias. ibidem. num. 22. Tiraq. de retract. lignag. §. primo, glo. 9. num. 5. Tertiò id eò magis dicendum est, cū per statutum Pap. 53. de regim. potest. dispositum sit, quod masculinum genus concipiat fęmininū, dum igitur rubr. consanguineos vocat, tam de fœminis, quam de masculis debet intelligi, cū hoc sit etiam iure communi cautum, Bald. cons. 460. libro primo, plenè Tiraq. de retract. consangu. §. 1. glo. 9. num. 205.

Ad secundum dum ait, quod & si velimus nigro inhærere, adhuc preferendi sunt agnati ex parte patris, cognatis ex parte eiusdē patris, quia & si statutum non distinguat inter agnatos, & cognatos ex parte patris, qui præferri debeant, an agnati, an vero simul & cognati, attamen inspecto ordine affectionis, censentur prius admittendi agnati, & post eos cognati.

51 Respondetur † primò, hoc non admitti, quia statutum non fuit factum fauore agnationis conseruandæ, cū vocet tam fęminas, quam masculos.
52 Secūdò, cum † generaliter & indistinctè loquatur

tur generaliter debet intelligi, nec vbi non distinguit nos distinguere debemus. l. de pretio, ff. de publ. in rem act. cum notissimis.

53 Tertiò, traditio illa, † quòd in dispositione testatoris facta de filijs & nepotibus, aut descendentibus, censeantur vocati ordine successiuo, locum habet, quando vocatio fit inter eos, quorum vnus est altero remotior, vt per omnes in l. Gallus §. quidam rectè, ff. de lib. & posthum. Dec. cons. 205. & 248. Alexand. consil. 13. & sequ. lib. 4. cum alijs, & vbi agitur de vocatione eorum, qui pares sunt in gradu, vnus altero potior non est in vocatione intestati, sed omnes coniunctiuè censentur vocati, Bart. & Ias. in d. §. quidam rectè, Peregr. de fideic. artic. 17. nu. 2. in casu nostro agitur de personis in gradu paribus, nempe nepotibus, ergo.

54 † Quartò, vbi etiam fauore agnationis ordine successiuo, censeretur statutum vocare masculos prius quàm fœminas, adhuc non obesset casui nostro, cum quæstio sit inter feminam, nempe neptem ex masculo, & nepotem ex fœmina, quorum neuter potest agnationem conseruare, esto quod admitteretur agi de fauore agnationis, & sic casus noster longè differt à casu Curt. iun. in quo quæstio erat inter fœminas, & masculos, & si tale statutum factum fuisset agnatorum fauore, fœminas ex parte patris, non complecteretur, cum per eas destruatur agnatio, Crau. consil. 180. col. prima. Dec. cons. 468. num. 10.

Quintò, id clarius elucescit, quia statutum ordinem successiuum considerauit, vbi quæstio esset inter agnatos, vel cognatos, ex parte patris ex vna, & attinentes ex parte matris masculos, vel fœminas ex parte altera, volens prius admitti eos, qui sunt ex parte patris, & sic ordine successiuo, ast vbi quæstio est inter agnatos, vel cognatos ex parte patris, statutum in hoc nil prouidet, imò eos coniunctiuè vocat, maximè vt dixi, quando pares in gradu sunt, vt hic, ergo.

Sextò, id etiam magis verum esse constat, nam postquam statutum in conditione ad exclusionem attinentium, ex parte matris, posuit agnatos, vel cognatos masculos, vel fœminas ex parte patris, sequitur exindè disponendo in vocatione, & successione, dicens illi, qui ex parte patris &c. prius veniant ad successionem, quàm illi, qui sunt ex parte matris; illa verba relatiua, illi qui ex parte patris, dubio procul debent intelligi tàm de cognatis, quàm de agnatis ex parte patris, cum vera

55 natura † relatiui sit, referre omnia præcedentia cum omnibus suis qualitatibus verè, & propriè, Bart. in l. prima, ff. de receptator. Surdus consil. 105. num. 30. Ias. d. cons. 205. num. 23. Honded. cons. 73. num. 16. lib. primo, vnde iuri repugnat illa interpretatio Curt. dicentis, quod relatiuum illi, debeat referri solum ad agnatos, cum imò referatur, tàm ad agnatos, quàm cognatos, modo sint ex parte patris, vt latè per Ias. dicto loco, & ex his censeo consilium Curt. iunior. non obesse ca-

56 sui nostro; † tum quia communiter reprobatur, vt per Doct. supra citatos, tum quia loquitur quàdo quæstio est inter agnatos masculos, & cognatas feminas ex parte patris, quod longè differt à nostro themate, in quo quæstio est inter fœminas, & natos ex feminis.

Septimò, vbi etiam statuti verba ambiguitatem continere possent respectu cognatorũ, quod nega-

57 tur; † in dubio interpretationem recipiunt, vel à iure communi, vel ab alijs statutis, iuribus notis, at de iure communi nulla constituitur differentia in successione intestati inter masculos, & feminas l. maximum vitium, vbi omnes, C. de lib. præter. ergo, nec in statuto fieri debet, cùm maximè constet, vocasse etiam cognatos ex parte patris, ita vt omnem differentiam respuerit; per statuta pariter nostra Papiensia fœminę non redduntur deterioris conditionis masculis cum sint vocatæ in pari gradu.

Quod verbum ab intestato etiam intelligatur in eo qui de iure non potest testari. Rubr. 97.

AD Tollendum omne dubium, quod posset oriri in successione ab intestato. Statuimus, quòd vbicunque in statuto communis Papiæ reperiatur fieri mentio de successione ab intestato, vel intestatus, quòd intelligatur illud verbum, ab intestato, etiam in eo qui non possit de iure condere testamentum.

Summarium ad Statutum 97. in Ciuilibus.

1 *Intestabiles an comprehendantur sub verbo ab intestato.*

2 *Bart. in l. prima, ff. de suis, & legit. statuẽtes hic sunt secuti.*

3 *Verba ab intestato, & intestabilis, quid differant.*

AD tollendum omne dubium) dubium erat an de iure communi verbum ab intestato prolatum à statuto, comprehendat intestabiles, scilicet pupillũ, & alios qui de iure testari non possunt, & quia de iure cõmuni controuersum erat, cum multi tenerent, pariterq; comprehendi sub hoc verbo ab intestato, intestabiles, licet eorum opinio esset communiter reprobata, non enim ex magis recepta DD. sententia veniunt intestabiles, vt per Ant. Gabr. in suis communibus tit. de statutis, conclus. prima, quasi per totum, Crass. de success. §. successio ab intestato, q. prima, num. 3. pluribus citatis, Borgn. decis. 14. num. 1 1. & decis. 28. num. 66. part. 3. vbi testatur de magis communi, ideò statutum nostrum ad illud dubium tollendum declarauit pariter sub hoc verbo ab intestato comprehendi eos, qui non possunt de iure testari, secutus opinionem Bart. in l. prima,

2 versic. per hoc, ff. de suis & legit. & sequentium, de quibus latè per Gabr. d. conclus. prima, num. 1. vbi infinitos ita tenentes enumerat, & plenè etiam,

per

per has per Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 18. per totum.

In verb. ab intestato, vel intestatus) intestatus ab intestato, & intestabilis, quid inter se differat, notat Ang. consil. 36. num. primo, Fulgos. consil. 165, num. 5.

Quod fœmina maritata possit facere testamentum sine voluntate mariti, sed non alienare inter viuos sine eius voluntate. Rubr. 98.

ITem statuimus, quòd fœmina maritata possit facere testamentum, & codicillos, etiam sine voluntate mariti. Sed inter viuos non possit alienare, nec obligare sine licentia mariti, & duorum suorum attinentium, omnium masculorum, maiorum ætate viginti quinque annorum, & si non habet duorum suorum vicinorum. Possit tamen constituere procuratorem ad causas etiam sine consensu sui viri & parentũ, & bona sua in casu illa obligare.

Summarium ad Statutum 98. in Ciuilibus.

1 DOct. videndi circa materiam huius statuti.
2 Hoc statutum, qua ratione factum.
3 Testamentum ex alieno nõ debet pẽdere arbitrio.
4 Mulier potest testari sine consensu viri, si sit sui iuris, alias secus.
5 Vxori, an per hoc statutum dicatur data potestas testandi de dote.
6 Lex applicanda ad ea, quæ frequentius accidunt.
7 Statutum vnum per aliud declaratur.
8 Statutum Papiæ 121. volens dotẽ reseruari filijs, qualiter intelligendum.
9 Dos, an possit auferri ex testamento vxoris viro, in casu, in quo eam lucratur ex testamento.
10 Testamentum prohibens vxorem testari sine licentia mariti, an validum, & vide num. 12.
11 Potestas testandi, quo iure introducta.
13 Prohibita alienatione inter viuos, an dicatur prohibita donatio causa mortis, & vide num. 14.
15 Alienare verbo, quid contineatur.
16 Alienatione prohibita, quid intelligatur prohibitum.
17 An intelligatur prohibita hæredis institutio.
18 Prohibitus alienare sine consensu alicuius, an possit sine eo hæredem instituere.
19 Alienatione permissa, an dicatur permissa hæredis institutio.
20 Alienatione per contractum prohibita, an dicatur prohibita in vltima voluntate.
21 An ex prohibitione alienationis, dicatur prohibita vsucapio, & præscriptio.
22 An intelligatur prohibita permutatio.
23 An intelligatur prohibitum pactum de nõ petẽdo.
24 Alienatione prohibita, an intelligatur de necessaria.
25 Dominij translatio, an impediatur ex prohibitione alienationis in vltima voluntate.
26 Quid, in prohibitione facta in contractu.
27 Quid, interueniente speciali hypotheca.
28 An hoc casu sufficiat generalis hypotheca ad impediendum dominij translationem.
29 Quid, stante pacto resolutiuo contractus.
30 Ex hoc statuto, an mulier prohibeatur liberare debitorem, & num. 35.
31 Nunquid autem possit repudiare, ac renuntiare sine statuti solemnitate.
32 Solemnitas huius statuti, an sit adhibenda in mandato, vel ratihabitione.
Statutum an intelligatur de contractibus tantum validis mulieris.
33 An vxor possit adire hæreditatem sine solemnitate huius statuti.
Nullum à principio, amplius non est annullandũ.
34 Hoc statutum, an comprehendat donationem inter virum, & vxorem.
36 Contractus mulieris cum iuramento, an valeat contra formam huius statuti.
37 Statutum non potest contractum iuratum inualidare.
38 Iuramentum, res spiritualis.
39 Statutum inualidum, puniens facientes contractus iuratos.
40 Mulier, an valeat compromittere sine solemnitate huius statuti.
41 Et an possit quasi contrahere.
42 An hoc statutum procedat in filia maritata.
43 Hoc statutum, an procedat in renuntia facta per filiam patri.
44 An procedat in contractu dotis, & vide num. 48. & 49.
46 Statutum generale non cõprahendit casum dotis.
47 Nouæ Mediolani Constitutiones in tit. de bonis insolutum dãdis, an cõprahendant casum dotis.
48 Rescripta duo Senatus Mediolani, in materia bonorum insolutum dandorum, in causa dotis.
50 Solemnitas huius statuti nõ procedit in contractu vtili mulieri.
51 Quid, in hermafrodito.
52 Quid, si mulier contrahat cum patre.
53 Quid, in donatione facta filijs.
54 Mulier, an omissa solemnitate statuti, possit donationem factam repudiare.
55 Quid, in obligatione necessaria.
56 An autem possit hæreditatem adire, & acceptare.
57 Quid, in causa necessaria alimentorum.
58 Nullitas contractus, an possit allegari ab alio, inuita muliere.
59 Mulier alienans emphiteusim contra solemnitatẽ huius statuti, an cadat a iure suo.
60 Licentia mariti, an debeat precedere, an verò sufficiat si subsequatur.
61 Quid, si maritus sit furiosus.
62 Quid, marito, & vxore simul alienantibus.
63 Maritus contrahens cum vxore, an possit ei consentire.
64 Contractus factus per vxorem sine solemnitate statuti cum consensu mariti, an reconualidetur marito superuiuente.
65 Dispositio huius statuti, an procedat marito absẽte.

66 *An maritus, vel propinqui possint per procuratorem consentire, & num. 94.*

67 *Attinentium nomine, qui veniant.*

68 *Deficiente vno attinente, an in eius locum possit adhiberi vicinus.*

69 *An mulier maritata possit sine hac solemnitate alienare in ecclesiam, vel pium locum.*

70 *Casus plures remissiuè, in quibus mariti consensus non requiritur in contractu vxoris.*

71 *Quid in vxore separatim viuente à marito propter eius odium.*

72 *An mulier possit sine solemnitate statuti disponere ad piam causam, & vide num. 73.*

74 *Attinentes debent esse de proximioribus.*

75 *Quid, proximioribus absentibus, vel non idoneis, & num. 83.*

76 *Statutum loquens de attinentibus, intelligitur de habilibus.*

77 *Quid agendum, si attinentes nollent consentire, & num. 78.*

79 *Quid, in contractu mulieris in loco, in quo agnati non sunt præsentes.*

80 *Alienatione prohibita sine consensu alterius, valet post eius mortem.*

81 *Attinentes, an valeant consentire ad proprium commodum.*

82 *Vxore vendente vni propinquo, an sufficiat consensus alterius.*

83 *Quid, si mulier contrahat tutorio nomine.*

84 *Attinentes, an debeant esse coniuncti mulieri.*

85 *Attinentes, si sint præsentes, & non contradicant, an sufficiat.*

86 *An duo attinentes requirantur, si statutum non exprimeret numerum.*

87 *Attinentes debent esse masculi.*

88 *Item debent esse maiores, non minores.*

89 *Mulier, an teneatur probare attinentes adhibitos in contractu.*

90 *Vicini qui dicantur, & quot modis accipiantur.*

91 *Mulier, an in cæteris procuris, excepta procura ad causas, debeat seruare solemnitatem huius statuti.*

92 *Procurator mulieris, an valeat contrahere absque solemnitate huius statuti, & num. 93.*

1 CIRCA hoc statutum † vide plura per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 328. vbi latissimè congerit hanc materiam, vt nullus addendi locus relictus videatur, & vide Menoch. de arbitr. iudic. casu 211. & declarat Raphael Cum. cons. 176. & melius Dec. cons. 331. colum. 3. num. 4. cons. 502. & 503. Iaf. in l. contra iuris. ff. de pact. Alex. cons. 234. lib. 1. Curt. iun. in rubr. C. de pact. & cons. 47. num. 5. & cons. 157. num. 7. cons. 141. num. 13. circa mediū, & vide nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de notarijs publicis, cap. nulli. & vide etiam DD. in l. verba quę, ff. de verbor. signific. l. ex facto, ff. de vulg. plenissimè Tiraq. in tract. de legibus cònub. gl. 5. nu. 93. vers. septimò ex his, & nu. 94. cum mul-

2 tis sequentibus, dum † statutum exigit consensum propinquorum, siue attinentium, dicitur factum ob fragilitatē, ac imbecillitatem mulieris. DD. in l. transactionem. ff. de transac. Hieronim. Gabr. consil. 29. nume. 39. lib. secundo, Honded. consil. 5. num. 41. lib. 2.

In verb. possit facere testamentum, & codicillos etiam sine voluntate mariti) ratio esse potest.

3 † quia testamentum ex alieno non debet pendere arbitrio, l. illa institutio, & l. captatorias, ff. de hęred. instit. Iaf. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. nu. 2. & dum hoc statutum permittit mulieri posse facere testamentum, & codi-

4 cillos sine consensu mariti; † intellige si fuerit sui iuris; secus autem si sub patris potestate, nam tūc etiam maritata non posset testari, l. si vxor, cum gl. C. de condit. insert. Alex. consil. 116. volum. 7. Rim. iun. consil. 379. num. 41. & seq. volum. 4. cum infinitis alijs congestis per Borgnin. dec. 29.

5 num. 45. part. 3. & per hoc statutum nota, † datā fuisse potestatem vxori testandi etiam de dote, in casu in quo non acquiratur marito ex dispositione alterius statuti infra 121. ea ratione, quia, vt plurimum mulieres maritatæ non habent nisi dotem, & in ea consistit vniuersum patrimoniū earum, vt considerat Ang. consil. 81. colum. 2. licet contingat, quod etiam mulier habeat etiam alia bona vltra dotem, de quibus possit testari, tamen

6 statutum debet intelligi etiam de dote, cum † lex sit applicanda ad ea, quæ frequentius accidunt, argum. l. nam ad ea, ff. de legibus, & ideò cum clarum sit, † quod vnum statutum per alium decla-

7 ratur, vt per Anchar. cons. 94. num. 3. Dec cons. 309. num. 1. Parif. cons. 110. num. 34. lib. 3. Rim.

8 iun. cons. 468. nu. 25. lib. 4. † statutum intra 121. mandans dotis proprietatem reseruari filijs, intelligitur, quatenus mulier de dote in testamento nō disposuerit, iuxta potestatem illi testandi concessam per hoc statutum, ita Honded. consil. 16. nu. 18. & seq. lib. 2. & dicam ad dictum statutū 121.

9 Aduerte tamen, † quod in casu in quo ex dispositione statuti dotem lucratur maritus, scilicet in casu non existentium liberorum, vt infra statuto 121. tunc illa dos non posset auferri per vxorem, nec per alios, siue in testamento, siue etiam in cōtractu, ita tex. in l. si arrogator, in penult. resp. de adopt. Auth. præterea, vbi Bald. Fulgos. Cast. Roman. & Alex. C. vnd. vir, & vxor, Franc. Beccius cons. 76. num. 8. Rol. de lucro dotis, q. 82. num. 6. & seq. Alex. cons. 55. lib. primo, Thesaur. dec. 34. num. 4. Hond. d. consil. 16. num. 2. & 3. lib. 2.

10 † Sed dubium est, quid sit statutum prohiberet vxorem testari sine licentia mariti, an valeat, & quidam tenuerunt quod sic; inter quos fuit Angel. in §. primo, in Auth vt factę nouę Constit. & consil. 126. statuti factio Bald. in l. 3. ff. de testam. & Dec. cōs. 455. & ratio est secundū allegatos DD.

11 quia † potestas testandi est inducta de iure ciuili, quod ab alio iure tolli potest, Ang. consil. 88. latè comprobat Dec. d. consil. 455. & consil. 612. nu. 1. & seq. Afflict. decis. 260. vbi Vrsillus latè defendit, & multos allegat, & hanc dicit magis communem, Marc. Ant. Eugen. consil. 85. num. 10. lib. 1. hancq; veriorem, & magis communiter receptam, attento numero, & auctoritate DD. illam tenentiū testatur Honded. cons. 32. nu. 95. & 123. quo loci plures alios citat hanc sequentes, lib. 1.

12 † In contrarium tamen, quod imò, huiusmodi statutum non valeat, tenet Paul. Castr. in l. ex facto, in princ. per text. ibi, ff. de vulg. & pupill. Alexand. consil. 55. in fine, lib. 1. & consil. 155. vol. 2. & hanc tenuit Io. Lup. in repet. cap per vestras, §. 81. sub num. 14. & seq. de donat. inter virum, & vxorem. Cotta in memor. versic. statutum, quod vxor non possit testari, vbi testatur opinionem Castren. esse communiter receptam, Iaf. in l. stipulatio, hoc modo concepta, colum. fin. ff. de verbor. oblig. & in l. ex facto, num. 8. & 9. vbi de communi testatur.

testatur, ff. de vulg. & pupill. Crot cons. 52. nu. 14. lib. 1. Tob. Non. cons. 18. nu. 2. Tiraq. de legib. con nub. gl. 5. nu. 93. & seq. non tamen recedas à priori opinione magis communi.

13 In verb. sed inter viuos nõ possit alienare) † dubium est, numquid prohibita alienatione inter viuos, dicatur prohibita donatio causa mortis, & quidam tenuerũt quod sic, inter quos fuerunt Ias. in l. 2. vbi Rip. num. 10. ff. de leg. 1. vbi testatur de communi, Tiraq. in tract. de legibus connub. in 3. gl. q. 4. Abb. cons. 50. col. 2. vol. 2. Corne. consil. 41. colum. 2. volum. primo, Anchar. cons. 384. col. 2. & Dec. consil. 279. colum. prima, & secunda, Cassan. in consuetud. Burg. rub. 4. q. 7. num. 2. Guliel. Benedict. in cap. Raynutius, de testamentis, vers. testamentum, il 4. nu. 38. Paris. cons. 97. numero. 4. lib. 3.

14 † Contrariam tamen opinionem, nempè quod mulier non prohibeatur per hoc statutum donare causa mortis, vti magis communem dicunt Soc. in l. 2. ff. de leg. 1. sequitur Ias. col. 3. & 4. num. 7. Alciat. num. 2. Ruin. colum. 14. & 20. Soc. iun. nu. 60. & Rub. consil. 27. in fine, Gallia in consuet. Alex. in verb. legare, q. 7. num. 80.

15 † Quid autem contineatur in hoc verbo alienare, latè docet Carpan. ad statuta Mediolani d. cap. 228. num. 3. cum seqq. pluribus, vbi hoc latissimè exemplificat ampliando, ideò omitto, cum apud eum videri possint.

16 † Alienatione autem prohibita, quid intelligatur prohibitum, tradunt Ias. & Gomes. in §. item

17 si quis in fraudem, inst. de actio. † & an prohibita alienatione intelligatur prohibita hæredis institutio, vide Ias. in l. filiusfam. §. diui, in prima lect. num. 101. in 2. lect. num. 13. vbi Rip. numero 96. ff. de leg. primo, Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de fideic. concl. 10. Peregr. de fideic. art. 14. num. 4. & dicas, quod alienationis prohibitio simpliciter, & generaliter facta, non impedit hæredis institutionem, cum prohibitus non possit omni tempore viuere, & hoc procedit, siue alienatio sit prohibita à lege, siuè à contrahentibus, siuè à testatore, Bart. in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verborum obligatio. Alexan. consil. 55. num. 3. & 6. vbi latius distinguit, lib. 3. & vide Gabr. d. conclusio. 10. latius distinguentem, & Peregr. vbi suprà.

18 Hinc etiam dicimus, † quod si quis sit prohibitus alienare sine consensu alicuius, non intelligitur prohibita hæredis institutio, cum non debeat ab alieno pendere arbitrio, gl. in l. Senium, in verbo non posse, C. qui testam. fac. poss. l. illa institutio, ff. de hæred. instit. Alexand. consil. 59. num. 6. lib. 3.

19 Item scias, † quod permissa alienatione, intelligitur permissa hæredis institutio, Bart. in dicto §. ea lege, numero septimo, Alexander consil. 189. numero 11. libro secundo.

20 Sed numquid † prohibita alienatione per contractum, intelligatur prohibita alienatio in vltima voluntate, titulo vniuersali, vide Alexandrũ consilio 120. numero secundo, libro primo, vbi

21 tenet, quod non, & an † alienatione prohibita, intelligatur prohibita vsucapio, & præscriptio, vide Rip. auum meum, in dicto §. diui, numero 113. vbi tenet quod sic, & limitat tribus modis, & latius Gabriel. in suis communibus, in titulo

22 de præscriptio. conclusione 13. † An autem intelligatur prohibita permutatio, vide Castren. latè consil. 16. & Alciat. in l. alienationis, ff. de verborum significatione.

23 Sed numquid † prohibita alienatione, intelligatur etiam de pacto de non petendo, quod est datio, seu alienatio, & dic quod sic, vt per Alexand. consil. 168. num. 7. lib. 2.

24 Item scias, † quod alienatione prohibita, intelligitur de voluntaria, non autem de necessaria, Auus maternus Rip. in dicto §. diui, numero 24. per textum. in l. prima, in fine, ff. de fundo dot. Menochius de præsumption. libro quarto, præsumptio. 189. numero 106. cum seq. vbi exemplificat in alienatione ex causa dotis.

25 An autem † prohibita alienatione, impediatur dominij translatio distingue, quod aut loquimur ex prohibitione alienationis in vltima voluntate, & tunc impeditur dominij translatio, Doct. in dicto §. diui, vbi in specie auus maternus Rip. numero 47. cum sequentibus. Intelligendo de expressa prohibitione, secus de tacita, quæ non impedit dominij translationem, licet alienans teneatur ad extimationem, vt ibidem per Ripam, Doctores in l si ita quis, §. ea lege, vbi Iason. numero tertio. ff. de verborum obligation. Grass. de successhon. §. fideicommissum, quæstio. 56. numero 6.

26 † Aut est prohibita alienatio in contractu, & tunc regulariter non impeditur dominij translatio, vt latè per Doctor. & præsertim Iason. in dicto §. ea lege, licet alienans hoc casu teneatur ad interesse, vt latè per Ripam in dicto §. diui, numero 84. cum sequent. quo loci septem adducit fallentias ad hanc regulam, latè Peregrin. de fideicommiss. artic. 42. numero 58. & 60. & latè Iason. in dicto §. ea lege, vbi ampliat, & limitat, Peregrinus de fideicommissis, artic. 51. numero 69. cum sequent. Ego autem omissis pluribus limitationibus, quæ ibidem traduntur, per Doctor. ponam adhuc nonnullas, quæ videntur principaliores.

27 Fallit igitur primo hæc regula, † quando res prohibita alienari in contractu, esset specialiter hypothecata pro obseruatione contractus, nam tunc impeditur dominij translatio. l. si creditor, §. finali, ff. de distract. pignor. Bart. & Iason. in dicto §. ea lege, idem Iason. in d. §. diui, vbi auus mihi maternus Rip. numero 87. Peregrin. d. art. 51. numero 76. Gabr. in suis communibus, tit. de pignor. & hypothec. conclusione prima, num. 2.

28 Sed dubium est, † numquid sufficiat generalis hypotheca bonorum, & dic ex veriori, & receptiori opinione, quod non, Ias. in dicto §. ea lege, numero 32. cum pluribus citatis per Peregrin. vbi supra, numero 77. Gabr. dicta conclusio. prima, num. 3. & 6. vbi de magis communi.

29 † Fallit secundò, stante pacto resolutiuo contractus, Rip. post Bart. in dicto §. diui, numero 88. Peregrin. d. artic. 51. numero 82. quibus in locis latissimè plures alias fallentias poteris videre.

30 In verbo, nec obligare) † nota, quod hoc casu nec etiam poterit facere pactum de non petendo, & sic liberare debitorẽ mediãte quetãtione, absq; consensu ipsorum duorum attinentium, secũdum Bart. & omnes communiter in l. mevia. §. primo, ff. solut. matr. Fulgos. consil. 39. col. fin. Soc. cons. 86. præsens consultatio, num. 26. vol. 4. Rim. cons. 394. Benedic. Vad. in addit. ad Felyn. in c. fin. n. 17. in fine, de foro compet. Tiraq. de legibus connub. glos. 5. num. 4. & seq. & num. 31. vult, quod non possit etiam repudiare, nec renuntiare sine hac so-

lemnitate, sequitur Surd.consil.457.num.28.lib.4. Bart. in l.si vnus, §.pactus ne peteret, vbi Castren.colum.penult. Fulgos.& Ias. num.21.ff.de pact. vbi dicit hanc communem Viuius in suis cõmunibus, opinione 250.

32 † An autem solemnitas huius statuti sufficiat, quod adhibeatur in mandato, vel ratihabitione ipsius mulieris, dic quod sic, vt per Albam consil. 45. num.7. Menoch.consil.80. num.66. & cons.2. num.297. & consil.32. num.33. & an ista solemnitas requisita in contractu debeat adhiberi in ratihabitione; dic quod sic, Rolan. à Vall. consil. 90. num.49. & seq. volum.primo, & consil.60. nu.52. volum.4. Menoch. consil.80. num.66. & consil.2. num.297. & consil.32.num.33.

33 † Ampliatur, vt nec etiam stante hoc statuto poterit mulier sine solemnitate, de qua hic adire hereditatem, & sic quasi contrahere, cum pro contractu omnis obligatio accipiatur, l.omnem, ff.de iudicijs, Abb. & alij omnes in cap. qua fronte, de appellat. Paul. Cast. Rom. & cæteri in l. multum, ff.de acquir. hæred.Signor.consil.165. Rim.cons. 394. præsupposito in princ.Bart. & alij communiter in l.more, ff.de acquir. hæred.& in d. l.multũ, §.primo, ita etiam tenet Afflict. dec.206.num.6. Ias. in §. omnium, colum.11.& seq.num.35. Inst. de actio. & in l. siue apud acta, colum.prima, C.de transact. & ita in terminis huius nostri statuti consuluit, Vegius cons.39. per totum, vbi respondet contrarijs, quæ adduci possunt, & ideò ad illum recurras.

34 † An aũt statutum nostrũ requirens consensum propinquorũ in cõtractu mulieris, intelligatur de contractibus, alias de iure validis, an autẽ intelligatur de inualidis, & dic quod intelligitur de iure validis, quia si statutũ irritans contractũ sine certa solemnitate factũ, intelligeretur de inualido, diceretur superfluum statutũ, cũ quod nullũ est amplius annullari nõ possit, l.nam & si sub cõditione, ff.de iniust.rupt.test.ita Tiraq.in repet.l.si vnquã in verb.libertis, n.113.C.de reuoc don.& de legib. cõnub.gl.5.n.42.hinc infert Gallia cons. 29. n.37. cũ seq. ex Castr.cons.82.nu. 2.lib.2. quod huiusmodi statutũ requirens cõsensum propinquorũ in contractibus mulierũ, nõ cõprehendit donationẽ inter virũ & vxorẽ, vti alias inutilẽ, & à iure cõi improbatã, vt & per Tiraq. in locis supra citatis.

35 † An autem hoc statutum prohibens mulierem obligari sine consensu, de quo supra, cõprehendat contractũ liberationis per mulierem factũ tutori, vide Dec.cons.110.col.2. vers. tertio considerandum, & dic quod sic in casu nostro.

36 † Sed dubium est nũquid si mulier se obligauerit cum iuramento nõ seruata solẽnitate huius statuti, an huiusmodi obligatio teneat, & dic quod sic, non enim huiusmodi statutum comprehendit contractũ iuratũ, vt tenet pluribus citatis, Gab.in suis communibus in tit.de iure iur.concl.5. nu.14. cum seq. tenet Ias.in Auth.sacramenta puberum, C.si aduersus vend. Alex.cons.37.col.6. vers. quinimo, vol.2. Vegius d.cons.39. num.9. quod pro-

37 cedit etiam dato quod statutum inualidaret contractum etiam iuramento firmatũ, nam adhuc teneret contractus, non enim possunt statuta inualidare contractus iuramento firmatos, Bar.in l.omnes populi, in 3 q.princ.num.25. ff. de iust.& iure, Alex.cons.5, nu.4. vbi Appost. ad eũ, lib.1. Rom. cons.12.nu 1.& 2.& ibi Mandos.dicit veriorem, & magis communem, Rip.respon.1.nu.3.in tit.de re noc.donat.idem Alex. latissimè cons.125. num.3. 6.8.9.10. ac seq.lib. primo, idem Alex. cons. 37. num.27.lib.2. Castr.in l.fin. ff. qui satisd. cogant. & in l.si quis pro eo, nu.7.& seq.ff.de fideiuss.Lamberteng. de cõtr. eorũ, qui sin.cert.solemn.ad fin.

38 num.11.& q.7. & ratio est, quia † iuramẽtum est res spiritualis, nec laycali prouisioni subiacet, cap. cum contingat, de iur. iur. & ideò statutum non potest tollere vires iuramenti, Curt.iun.cons.118. num.6.cum seq.ac etiam num.3.& cons.47. nu.6. ac cons.119. nu.6.cum seq. & adeò verum est, &

39 procedit, † vt nec etiam valeat statutũ imponens pœnam venientibus ad tales contractus iuratos, quia cum hoc non possit fieri directè, nec etiã per indirectum, cap.quanto, de priuileg. Alex.d.cons. 59.num.4. in fine numeri, vide tamen Mandos. in Appost.ad Rom.d cons.12. verũ non defuere contrarium tenentes, nempè iuramentum appositum in contractu nullo inualidum esse, nec firmare contractum, vt videre est apud Mancin.in tract.de iuramento, par.4.effectu primo, q.3.per totum, vndè multa desumi possunt, & q.8. verum pro validitate multi tenuerunt relati per Carpan. ad statuta Mediolani, cap.328. num.423.

40 † Amplia vt nec etiam vigore huius statuti possit mulier compromissum facere absq; solemnitate, de qua hic Ang.in l.fin. §. necessitatem, C.de bonisq; liberis, quem sequitur Lanfranc. in tract. de arb.in §.iusti, q.4.Granut.Theorem.15.n.20.

41 † An autem mulier poterit quasi contrahere vigore huius statuti, vide Ias.in §. omnium, nu. 36. & seq. Inst. de actio. & ibi quam plura in hac materia ponit, vbi tenet, quod si statutum prohibet mulierem contrahere, non habet locum in quasi contractu, secus si prohiberet, quod possit obligare, vt in casu huius nostri statuti, nam tunc prohibetur etiam quasi contrahere.

42 † Vtrum autem istud statutum procedat in filia familias maritata, vide Alex.consil 13. col.2.in princip. quæ sit autem ratio huius statuti, quod mulier non possit sine dicto consensu alienare ponitur per Alex.cons.29.vol.3.& dictum est sup.ad principium huius statuti, num.2.

43 Quid si mulier iureiurãdo affirmaret, nullos habere cõsanguineos, cũ re vera habeat; quæstionem excutit Tiraq.de leg.connub.gl.6.in verbo de fonmary.q.16.nu.135.& seqq. vbi pro validitate contractus tenet.

44 † Sed quæro nũquid huiusmodi statutũ vẽdicet sibi locũ in cõtractu dotis, adeò vt mulier tradẽdo dotẽ teneatur requirere consensum, de quo in hoc statuto, & quidã tenuerunt quod non, scilicet Bal. Nouel.in tract.de dote, par.6.priuil.47.& 48.& alij de quib.per Tiraq.de legib.connub.gl.6. nu.194. cũ seq.Calcan.cons.13.col.1.Ruin. cons.194.n.4. & cons.195.lib.1. Natta cons.53.col.penul. & fin. lib.1.Surd.decis.287 num.26.

45 † Contrariũ tamen, quod imò hoc nostrũ statutũ cõprehendat casum dotis, est verius & magis cõmuniter receptũ, & ita tenuerũt Calcan. cons. 94. col.1.Dec.cons.301 in causa quę Ferrariæ, & cõs. 536.in causa quæ agitur Mantuæ, sub nu.8.col.3. vers.tertio principaliter.Soc.iun.cõs.8 n.23.vol.2. Tiraq.de retract.lignag §.1.gl.14.n.95. Corn.cõs. 254.per totum, lib. 1. quos oẽs refert, & sequitur Menoc. de præsump.lib.3.præsump.6.n.17.& 18. sequitur Carpanus ad d. cap.328.nume.95. cum sequentibus. Ego tamen per hoc non recederem ab opinione negatiua, nempè quod huiusmodi

statutum

statutum simpliciter requirens solemnitatem in contractu mulieris, non comprehendat casum dotis, vt tenet etiam Lambertengh. super statuto de contract. eorum, quod fin. cert. solemnit. &c. in verbo occasione dotis per totũ, maximè num. 5. & seq. cum enim dos in hoc sit specialiter priuilegiata, l. permitto, ff. de iur. dot. l. fin. C. ad S.C. Velleian. non debet comprahendi sub statuto generaliter loquente, Surd. decis. 287. Simoncel. de
46 decret. tit. 8. inspect. 13. & ea ratione, quia † statutum, siue lex quantumcumq; vniuersaliter loquens, non comprahendit casum dotis, ex veriori opinione, de qua per Menoch. consil. 261. num. 38. cum duobus seqq. lib. 3. & hanc communem testatur Neguss. in tract. de pignor. primo membro, octaue partis, numer. 23. quo loci respondet fundamentis adductis à Dec. & alijs contradictoribus, quos videtur sequi Hieronym. Gabr. consil. 10. num. primo, lib. primo, nec iudicio meo obest illa ratio à Doct. contrarium tenentibus allata, scilicet, quod lex generaliter loquens comprehendit causam dotis, nisi dos in illo casu reperiatur specialiter priuilegiata; quia vbi habet speciale priuilegium, res est de indubitabili, cum species generi deroget, nec diceretur maius habere priuilegium cæteris causis, quæ si reperiantur priuilegiatæ in specie eorum priuilegio, non censetur derogatum per legem, vel decretum generaliter loquens, cap. primo, de rescript. Lud. de Sen. consil. 233. ea itaq; est ratio, quia dotis causa semper & vbiq; est priuilegiata, l. prima, vbi omnes, ff. soluto matrimon. & per hoc dicebat Cæphal. consil.
47 195. num. 10. & seq. lib. 2. quod † nouæ Constit. Mediolani, in tit. de bonis in solutum dandis, non comprahendunt casum dotis, ex quo de dote in specie mentionem non faciunt, nolo tamen vos ignorare, postquam hic incidenter tactum est de dote, circa hoc scilicet an ex nou. const. Mediolani, in tit. de bonis insolutum dandis possint dari bona insolutum pro dote, prodita fuisse duo rescripta Senatus Excellentissimi Mediolani, quorum vnum sanxit in restitutione dotis locum non habere nouas constit. Sed danda esse insolutum bona pro vera æstimatione, & hoc sanxit sub die 7. Iunij 1574. In constitutione verò dotis consequendę, seruandas esse nouas cõstitutiones deducta tertia parte veri precij, in causa Claudiæ de Serauall e contra Catherinam Codaciam, & in causa DD. Curiolani de Augustis, & vxoris contra Dominos fratres de nigris de anno 1603. die 19. Septẽbris, re autẽ melius discussa generali decreto. Idem Excellentissimus Senatus die 10. Ianuarij 1608. In causa restitutionis dotis inter hæredes Octauij Rauertæ, & Annam Coiram sanxit, dotium debitores, non posse benefitio Nou. constitution. de bonis insolutum dandis vti, nisi earum forma ad vnguem seruata, tam circa bona insolutum danda, deducta tertia parte veri valoris, quàm circa alia omnia, non obstantibus quibuscumq; declarationibus in contrarium iam factis.
49 † An autẽ statutũ prohibens mulieres cõtrahere sine certa solẽnitate cõprehẽdat cõtractus ẽt causa dotis factos post contractũ matrimonium, vide Hier. Gab. cõs. 10. nu. 2. lib. 1. vbi tenet quod non. Quid si dotem pro filia promittat; dic hoc casu nõ teneri seruare has solemnitates, Cott. qui ait fuisse, ita bis iudicatum in memor. incip. statutum, requirens consensum mariti, vel agnati ad finem, Carp. ad statut. Mediolani cap. 328. num. 103.

50 Limita tamen dispositionem huius statuti † nõ habere locũ in pluribus casibus, de quibus per Carpan. ad stat. Mediolani, c. 328. Granut. Theorem. 25. primus est casus quando mulier actum sibi vtilem faceret, ita Bald. in l. neq;. C. de contrah. & com. stipul. alios plures congerit, Tiraq. in tract. de legibus connub. in glos. 6. num. 56. & 76. Menoch. de præsumpt. 6. num. 15. Gallia in consuet.
51 Alex. in verbo legare, quæst. 7. Secundus † est in hermafrodito, qui non comprehenditur sub hoc statuto, cum sit homo mixtus, nec propriè mulier dicatur, de qua propriè loquitur nostrum statutũ, Anchar. in cap. canonum statuta, in verbo, venio ad quartum membrum, de constitu. Pontan. in l. stipulationum, colum. 8. versic. quid firmat, Bald. ff. de verb. obligat. quod tamen non intelligerem procedere quando præualeret in fęminino sexu, nam tunc reputaretur fęmina, & cõprehẽderetur,
52 l. queritur. ff. de stat. hom. † Tertius est, quando mulier cõtrahit cũ patre omissa solemnitate huius statuti, & in manibus patri renunciat, Bald. in l. pactum, quæst. 21. C. de collat. quem sequitur Alexand. consil. 106. circa finem, volum. primo. & consil. 29. colum. penult. volum. 3. & in l. si quis mihi bona, §. fin. ff. de acquir. hæred. post Rim. ibi etiã Tiraq. plures congerens in repet. l. si vmquam, in
53 præfat. num. 26. C. de reuoc. donat. † Idem dicimus hoc statutum non habere locum in contractu, vel donatione facta filijs. Bald. consil. 407. lib. 4. Cranet. consil. 9. in fine, Menoc. plures alios referens cons. 196. nu. 22. cũ infinitis allegatis per Borgnin. dec. 22 nu. 85. part. 3. quo loci vult hoc statutum habere locum solum in muliere contrahente cum extraneo, sequitur pluribus citatis, Surd. con
54 sil. 461. nu. 11. lib. 4. † Quartus est casus, vt nõ obstante hoc statuto possit mulier donationẽ sibi factam, & non acceptatam repudiare absq; solemnitate huius statuti, in terminis nostris Menoc. de arb. iud. casu 385. num. 83. & seq. hinc dicimus, quod stante hoc statuto cessat quoties de requirẽdis bonis agitur Imol. cons. 74. Dec. in l. si seruus, nu. 10. C. de pact. & cons. 269. num. 9. & 624. nu. 10. latè Tiraq. de legib. connub. gl. 3. nu. 20. sequitur Menoch. consil. 196. num. 22. versic. nec aduersus.
55 † Quintus est casus, vt non habeat locũ in obligatione necessaria, ita in terminis consuluit Roman. cons. 394. quem sequitur Alex. consil. 215. col. 2. vol. 6. Ias. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, nu. 29.
56 ff. de pact. Socin. cons. 80. col. fin. vol. 4. † Sextus est casus quoties agitur de hæreditate acceptãda, adeundaq;, quę sine consensu propinquorũ adiri potest à muliere, Ias. de magis cõi in l. more, n. 33. vers. in contrariũ, ff. de acquir. hæred. Tiraq. de legib. connub. in gl. 3. nu. 111. Menoc. d. cons. 196. num. 22. Granut. Theorem. 25 num. 35. qui refert
57 etiã contrariũ tenentes. † Septimus est casus, quãdo mulier alienaret in causam alimentorũ ob necessitatẽ, ita Gallia in consuet. Alex. in gl. solidos, q. 6. nu. 75. plures alias, & ampliationes, & limitationes ad hoc nostrum statutũ, latè congerit Carpan. ad stat. Mediol. d. c. 328. n. 43. vsq; ad nu. 134. ad quẽ semper recurras, non enim volui hic inscribere alios casus, cũ plenè possint videri apud eũ, & infra in discursu huius statuti ponemus alios, prout verba statuti exigere videbuntur, & viginti sex fallentias tradit Paul. Granut. Theorem. 25. per totum.
58 † Quid autem si mulier alienauerit non obseruata solemnitate, de qua in hoc statuto, quo casu

contractus est nullus, an ista nullitas contractus possit allegari muliere non consentiente, & dic. quod non, ita Castr. consil. 91. num. 5. lib. primo, quem refert & sequitur Menoch. alijs citatis consil. 153. num. 31. lib. 2. Faciunt tradita per Surd. consil. primo, nume. 84. & seq. vbi enim actus est nullus fauore alicuius, nemo prætor eum potest nullitaté opponere, vt ibi per eum multis exéplis exornantem, Peregr. consil. 44. num. 20. lib. 4. idem Surd. consil. 284. & decis. 179. num. 17.

59 † Quid si mulier alienauerit emphiteusim irrequisitis consanguineis, atq; ita nulliter an cadat à commodo emphyteusis, & dic quod non, ita Cremens. sing. 112. sequitur Menoch. consil. 322. numero 55. lib. 4.

60 † In verb. sine licentia) quæro an huiusmodi licentia habeat præcedere, & dic quod sic, nó enim actus postea factus potest ratificari per virum, & consanguineum siue attinentes, ratio est, quia licet ratificatio repræsentet consensum, non tamen repræsentat præsentiam corporalem, ita voluit eleganter Bald. in l. prima, in verb. extra quæritur, C. qui admitti, DD. in l. si quis mihi bona, §. iussum. ff. de acquir. hæred.

61 In verb. mariti) † limita quando vir esset furiosus, nam tunc valeret contractus sine consensu mariti celebratus, l. cum hæres, ff. de acquiren. hæred. & ibi Imol. per illum text. ac etiam Aret.
62 Ruin. consil. 145. num. 4. † Quid autem si maritus, & vxor simul alienent, vel se obligent, an dicatur maritum consensisse, dic quod sic, Alexan. in l. si constante, §. vxor, in princip. ff. solut. matrimo. Ias. post Alexan. in l. si quis hæres, §. neq;.
63 colum. 2. ff. de acquiren. hæred. † limita in marito præsente, & cum ipsa vxore contrahente, quo casu non potest maritus in facto proprio auctoritatem interponere, Dec. consil. 712. in fine, Rim. iun. consil. 247. num. 21. lib. 3. & idem dicas in attinentibus, non tamen valet consensus, si tendat ad eorum vtilitatem, Ias. in l. prima, §. fuit quæsitum, ff. ad Trebel. Bart. in l. prima, in fine, ff. de au-
64 ctor. tut. † Quid si alienaret vxor, vel alienationi mariti consentiret, nó seruatis solemnitatibus statuti, & ipsa prędecedat marito, qui dotem lucratur, an reconualidetur contractus in præiuditium mariti; dic quod sic, l. cum vir, ff. de vsucap. l. pen. vbi DD ff de fund. dot. Tiraq. de legib. connub. gl.
65 8. num 100. Quid † autem agendum esset viro absente, vide remissiuè, in addit. ad Bart. in l. prima, C. vnde vir, & vxor, & quod huiusmodi statutum non ligat mulierem, cuius maritus diù abest, & nescitur vbi sit, tenet in indiuiduo, D. Costa in suo tract. de iur. ignor. distin. 78. nume. 4. cent. 2. vbi
66 etiam num. 9. ponit, † nùquid maritus, vel agnati possint pręstare huiusmodi consensum per procuratorem, & tenet quod non, de quo dicetur infra statuto 119. an autem huiusmodi statutum liget mulierem contrahentem extra territorium distingue, vt per Borgnin. decis. 21. num. 39. part. 3.
67 Paul. Cast. in l. prima, vbi etiam ponit, † quid veniat appellatione attinentium, de quibus in text.
68 hic fit mentio, † & an deficiente viro attinente, alter cum vicino coniungi debeat. Felin. in cap. quoties, colum. prima, de testibus, Plot. de in lit. iurand. num. 342. Granut. Theorem. 25. num. 18.
69 & nota, † quod potest ista mulier maritata sine licentia, de qua in hoc statuto in ecclesiam, vel in alium pium locum transferre, secundum Alciat. lib. primo, pag. 12. de verbor. signific. Alexand.
70 consil. 105. num. 11. lib. 4. & vide † plures casus in quibus mariti consensus non requiritur, de quibus per Carpan. d. cap. 328. num. 280. vsq; ad nu-
71 merum 312. † item huiusmodi statutum habet locum in vxore quæ separauit thorum, propter odium mariti, vt per Hieronym. Gabr. consil. 161.
72 num. 17. cum seq. lib. primo; † item non obstante hoc statuto poterit mulier absq; viro disponere ad pias causas, etiam si statutum expressè prohiberet facere testamentum sine viro, Bart. in l. generaliter, num. 6. C. de sacrosanct. eccles. Alexand. consil. 105. num. 11. lib. 4. Dec. consil. 504. num. 3. & consil. 455. nume. 9. & 10. Tiraquel. de legibus
73 connub gl. 8, numero 162. † quod intellige procedere quando consensus exigeretur ad integrandam personam ob mulieris fragilitatem, secus si pro viri interesse, Bart. in l. prima, C. de sacrosan. eccles. Abb. consil. 63. num. 6. versic. quarto adduco, lib. primo, Tiraq. d. glos. 8. num. 174. Hond. cons. 32. num. 106. & seq. lib. primo.

74 In verb. duorum suorum attinentium) † intellige proximiorum, secundum Bald. in l. fin. C. de verborum signific. Felin. in cap. in præsentia, colum. 5. extra de probat. text. instit. de legit. agnat. success. in princip. Bart. Bald. & cæteri scribentes in l. transactione, num. 6. C. de transactio. Alexan. in addit. ad Bart. in l. si tertius, in principio. ff. de acqua pluu. arcend. Alb. cons. 790. num. 5. & seq. lib. 4. Cott. in suo memorab. in verb. statutum requirens in contractu. versic. sed an sufficiat, quod
75 intellige, † nisi proximiores essent absentes, vel non idonei, putà quia essent minores 25. annis, vt
76 per Carpan. ad d. cap. 328. numero 324. † nam statutum requirens consensum propinquorum, intelligitur de habilibus, Borgnin. de tutore, & curatore cap. primo, numero 133. & 137. Riminal.
77 iun consil. 247. nume. 23. lib. 3. † Quid autem si isti attinentes noluerint consentire quid agendū sit, & dic, quod si iustam causam contradicendi non habent, iudex poterit concedere auctoritatem ipsi mulieri contrahendi sine eorum consensu, potest enim Iudex generaliter supplere consensum eius, qui sine causa recusat, Bart. in l. cum dotem, §. eo autem tempore, vbi Appost. ad eum, ff. soluto matrimon. Menoch. de arbitr. iud. casu 182. nume. 11. & casu 211. per totum, vbi docet, quæ dicatur iusta causa, quare attinentes nolent consentire, & ideo sit cauta mulier, quod iudex hoc casu interponat decretum, vt per Corn. cons. 242. num. 3. lib. 4. Io. Dilec. de arte testand. tit. 1. caut. 2. num. 3. Paul. Granut. Theorem. vlt. num. 6. volens posse etiam cogi attinentes consentire, vel alterum iudicem adhibendum; Tiraq. de legi-
78 bus connub gl. 8. num. 129. & seq. † intellige tamen, vt decretum iudicis suppleat contractum, quando attinentes recusant consentire sine iusta causa, alias enim si cum iusta, tunc nequaquam decretum suppleret, Castr. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore, num. 11. ff solut. matr. Rol. à Val. cons. 56. nu. 21. vers non obstat, lib. 4. & cons. 1. nu. 181. lib. 2. Hond. cons. 35. nu. 96. 100. & 124. lib. 1.
79 † Quid autem si mulier contrahat in loco in quo agnati non sunt præsentes, & de facili non possunt haberi, an contractus ab ea factus sine dicto consensu valeat & teneat, & dic quod sic, ita Corneus consilio 316. numero 32. in princip. Bald. consil. 458. sequens quæstio lib. primo, & cons. 344. statuti communis. volum. 5. Crau. cons. 22. nu. 5. Cæph. cons. 89. nu. 11. lib. 1. Crau. cons. 1. num. 10.

num.10. lib.1 Bart. & Ang. in l. turpia, §. si titiæ,
80 ff. de leg. 1. vbi etiam volunt per † illum text. quod prohibita alienatione sine consensu alicuius, non intelligitur prohibita alienatio facta post mortem illius, cuius consensus requirebatur.

81 † Sed numquid huiusmodi attinentes ad proprium commodum consensum præstare possint, putà quando mulier contraheret cum ipsis, & dic quod non; per notatá per gl. & Bart. in l. prima, ff. de auct. tut. & Bart. in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. cum allegatis per Socin. consil. 172. & per Corneum conf. 294. lib. primo, & ita se habet communis opinio, vt asserit Dec. consil. 712. circa finem, contra Bald. tenentem contrarium, consil. 6. lib. 2. & in l. prima, C. vnde vir, & vxor, Rim. iun. consil. 247. nume. 20. lib. 3. & de cõi, quod nõ possit consentire, Bertazzol. de clauf. instrum. clauf. 7. glof. 11. num. 1. cum seq.

82 † Quid autem si vxor vendat vni propinquo, an sufficiat consensus alterius, vide Ias. in l. is qui heres, §. neq; filius, ff. de acquir. hæred. vbi tenet quod non in tertio notab. Alex. conf. 129. vol. 3.

83 † Quid si attinentes in loco non essent, dic quod supplebitur per vicinos, Bald. in l. transactione in fine, C. de transact. ac fine illis, quia paria sunt, ac si non haberet attinentes, Rip. in tracta. pestis. in tit. de priuil. vlt. volunt. num. 26. Si autem adessent, sed mulier contraheret cum interuentu duorum vicinorum, vt dictat statutum asserens se non habere agnatos communis est valere contractũ in præiuditiũ ipsius mulieris, nisi tamen contrahens verisimiliter sciret adesse agnatos, sic Tiraq. latè disserens, de legibus connub. glos. 8. de son mary, num. 135. & seq.

Scias tamen, quod mulier contrahens tutorio nomine, & sic nomine alieno, non ligatur hoc statuto, Castr. in l. quicumq; §. si ab alio, num. 5. ff. de instit. Alex. in l. quæsitum, nume. 3. ff. de in ius
84 vocan. † & dic, quod statutum requirens consensum attinentium, debet intelligi de attinentibus coniunctis ipsi mulieri, Socin. sen. conf. 89. nu. 15. lib. 4. Philip. Port. conf. 10. num. 9. Tob. Non. consil. 168. num. 10. Granut. Theorem. 25. num. 3. se-
85 quitur Honded. consil. 5. num. 17. lib. 2. † an autem sufficiat esse præsentes, & non contradicentes; & dic quod non, sed requiritur, quod consentiant, Imol. Roman. & Alex. in l. 2. §. voluntate, ff. solut. matr. Rimin. iun. consil 176. num. 41. lib.
86 secundo, & scias, † quod licet statutum non exprimeret duorum numerũ, sed tantum requireret consensum attinentiũ, adhuc tamen duorũ requireretur consensus, nec verificaretur in vno, cum pro firmiori iuditio plures requirantur, Anchar. consil. 35. visa quadam petitione, col. 2. Rimin. iun. conf. 244. num. 62. lib. 3.

Vbi autem attinẽtes isti essent suspecti, vt quia inimici, vel litem habentes cum muliere non sunt requirendi, & iudex eorum supplet defectum, cũ tales potius incommodo & damno mulieris studeant, quam cõmodo, cuius gratia consensus requiritur, Bald. in l. viduæ, in princip. C. de nupt. Alciat. in l. transactionem, num. 8. C. de trãsact. Cassan. super consuet. Burgun. rubr. 4. §. 7. in verbo des prochain, num. 15. imò si malum præstarent consensum arbitrariè punirentur. Granut. Theorem. 25. num. 13.

87 In verb. omnium masculorum) † licet statutũ hoc non diceret, nihilominus intelligeretur de masculis, non autem de fœminis, Paul. Castr. in l. si cũ dotem, §. si patri, nu. 3. ff. sol. matr. Alex. conf. 24. num. 33. vbi Appost. ad eum lib. 2. Corr. in suo memorab. in verb. masculinum, versic. & ideo Tiraq. latè de retract. lignag. §. primo, gl. 9, nu. 14. cũ seq.

88 In verb. maiorum ætate 25. annis) nota † quod licet statutum hoc non exprimeret, adhuc tamen non sufficeret consensus attinentium pupillorum, Bal. in l. prima, colum. fin. C. qui admitti, Alexand. conf. 62. nu. 4. lib. 2. attamen si essent minores adulti possent validè præstare consensum, quando statutum ætatem non exprimeret, Bald. in l. in conuentione, ad finem, C. de nupt. idem Bal. in tract. stat. in verb. consanguinei, Ang. in l. fin. C. de verb. sign. Ias. in l. de pupillo, in princ. num. 2 ff. de nou. oper. nũnt. Tiraq. de legib. connub. gl. 8. num. 41.
89 Granut. Theorem. 25. num. 8. † Cui autem incũbat onus probandi attinentes fuisse adhibitos in contractu mulieris, & dic quod mulieri contrahẽti, cum dicatur solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur nisi probetur, Lambert. in suo tracta. ad hoc statutum, gl. 7. q. 23. num. 50. cum seq. si tamẽ in instrumento enunciatur interuenisse attinẽtes, tunc hoc præsumitur Bald. in cap. cum in iure, numero 6. ff. de offic. deleg.

In verb. & si non habeat duorum suorum vici-
90 norum) † qui dicantur vicini, & qui comprehendantur in hoc statuto, vide pulchrè Signorol. consil. 32. Bertach. in suo repertório in verb. vicini, autem multis modis accipiuntur, Bart. in l. talis scriptura, C. de his quib. vt indign. & in l. si tertius, ff. de acqua pluu. arcend. Abb. & Felin. in cap. quosdam, de præsumpt. latissimè. Menoch. de arbitr. iud. casu 222. vbi docet, qui dicantur vicini ratione domus, certi actus, personæ, ac locorum, & quod statutũ mandans aliquos requiri intelligitur, si extent alias secus, l. 4. §. toties, ff. de dam. infec. Rimin. iun. consil. 339. numero primo, libro tertio.

In verb. possit tamen constituere procurato-
91 rem ad causas, etiã sine licentia &c.) nota † quod dum statutum nostrum excipit mulierem posse constituere procuratorẽ ad causas absq; eo, quòd seruetur forma huius statuti, in cæteris mãdatis videtur velle, quod seruetur hæc solemnitas, argum. l prima, §. huius rei, ff. de officio eius.

92 Sed quæro † numquid procurator istius mulieris ad contrahendũ constitutus possit contrahere non seruata forma huius statuti, & dic quod sic, Bart. Ang. & Cum in l. apud Iulianum, §. fin. ff. ex quib. cauf. in poss. eatur, Ruin. in l. prima, §. item acquirimus, num. primo, & quinto, ff. de acquiren. posses. vbi ait istam esse veriorem opinionem, & latè tuetur tollendo contraria; quod intel-
93 ligerem procedere quando in constitutione huius procuratoris solemnitas, de qua in hoc statuto interuenisset, & fuisset obseruata; alias si non esset adhibita solemnitas huius statuti, tunc paritèr procurator contrahendo nomine mulieris teneretur seruare hanc solemnitatem, ita post Lambert. distinguit Carpan. d. cap. 328. num. 517.

94 † Sed numquid propinqui, seu attinentes valeant consentire mulieri per procuratorem dic, quod non, Bald. in l. prima, in fine, C. qui admitti, Campeg. de dote, part. 5. quæst. 103. Alexand. consil. 189. numero primo. libro septimo, Aymonus singul. 16. cum alijs pluribus, de quibus per Bertazzolum de clauf. instrument. conclusione 7. glof. 7. num. 2.

Quod carcerati pro debito publico non possint impediri. Rubr. 99.

Item statuimus, quòd aliquis carceratus, seu in carcerem communis Papiæ detentus, vel positus pro debito publico, vel maleficio, non possit nec debeat ullo modo per aliquem, nec ad petitionem alicuius pro aliquo debito priuato saxiri, vel aliqualiter impediri. Saluo quod si incarceratus, seu detentus prædictus repertus fuerit extra carceres communis Papiæ, quòd tunc possit saxiri & impediri. Detentus uerò pro debito priuato possit saxiri ad instantiam cuiuscumque uolentis alias ipsum facere detineri.

Summarium ad Statutum 99. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Debitum, priuatum, & publicum.*
3 *Carcerari quis potest pro debito publico.*
4 *Amplia, vt pro debito publico quis possit capi in domo.*
5 *Intellige, quando est contumax ad soluendum.*
6 *Debitor priuatus, regulariter carcerari nequit.*
7 *Limita multis modis remissiuè.*
8 *Maleficij nomine, quid veniat.*
9 *Pro maleficio quis non carceratur, nisi pro quo ingeritur pœna sanguinis, & vide num. 10. & 11.*
12 *Ante capturam debet præcedere aliquod inditiũ.*
13 *Item inspicitur qualitas personarum.*
14 *Iudex procedens ad capturam iniustè, ad quid teneatur.*
15 *Carcer, præiudicium irreparabile.*
16 *Debitor fiscalis, an carceretur ad instantiam priuati.*
17 *Carceratus pro debito, an sequestretur pro delicto.*
18 *Carceratus pro vno debito, vel delicto, an sequestretur pro alio.*

1† AD hoc statutum vide supra statutum ci
nile 41. & de regim. potest. stat. 43. &
in crimin. statut. 80. & quæ ibi dicta
sunt, ad propriam materiam huius statuti.
2 In verb. pro debito publico) scias, † quod om-
ne debitum excepto fiscali, veluti principis, vni-
uersitatis, vel municipij dicitur priuatum, fiscale
autem dicitur publicum, Lucas de Penna in l. ex
omnibus, circa finem, per illum text. C. de decu-
3 rionibus, lib. 10. † pro autem publico debito quis
potest carcerari de iure communi, vt notat Pract.
Papiens. in forma executionis sententiæ diffiniti-
uæ, in princ. in primo casu, sequitur Ias. in l. ple-
riq;, nume. 28. in 12. limit. ff de in ius vocan. vbi
4 ampliat, adeò procedere, † vt etiam hoc casu pos-
sit capi in domo propria, contra regulam, l. pleriq;
5 & intellige procedere, quod † capi possit scilicet,
quando est contumax ad soluendum, iuxta l. ne-
mo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. Menoc.
6 de arbit. iud. q. 88. num. 5. † Debitor autem pri-
uatus, & sic pro debito ciuili regulariter carcera-
ri nequit, Bart. in l. cum eo, num. 2. versic. si verò
pro debito, ff. ad l. Iuliam pecul. Menoch. d q. 88.
7 n. 6. vbi limitat multis modis, † fallit etiã in multis
casibus, in quibus quis pro debito priuato potest
carcerari, de quibus habetur infra statuto 154. in
ciuilibus, & ibi dicetur. & in nouis const. Medio-
lani in tit. de prohib. & concess. execut. personal.
in princip.

8 In verb. pro maleficio) † scias autem quod ma-
leficij appellatione ex communi DD. sententia ve-
nit delictum, quod committitur verbo, scilicet in-
iuria, & blasfemia, quidquid in contrarium, &
malè voluerit Bart. in l. aut facta, in princ. num. 1.
ff. de pęnis, prout testatur Iulius Clarus lib. 5. re-
cept. sententiarum, § primo, num. 12. vbi ex hoc
9 infert ad intelligentiam statutorum, quãdo † au-
tem quis possit carcerari pro maleficio, scias quod
requiritur, vt sit tale, pro quo ingeritur pęna san-
guinis, & sic pęna corporalis, Iulius Clar. §. final.
praxis crimin. q. 28. num primo, & q. 46. num. 7.
10 Contrarium tamen, † quod imò reus de iure com
muni possit carcerari, etiam pro debito, pro quo
venit imponenda pęna pecuniaria, tenuit Bossius
in tit. de carcerat. fid. relaxand. num. 2. & Farinac.
in sua prax. crimin. q. 27. num. 39. vbi latè, quos se
quitur & refert Baiard. in addit. ad Clarum d. q.
11 28. nu. 10. quidquid tamen sit de iure, hodie † ha-
bemus hoc decisum in nouis const. Mediolani, in
tit. de accusat. §. rei carceribus, in quibus cauc-
tur, reos non posse carceribus mancipari, nisi aga-
tur de delicto, pro quo ingeratur pœna corporis
afflictiua, nec sufficit ad hoc, vt possit deueniri ad
capturam, quod delictum sit tale, pro quo inge-
12 ratur pęna sanguinis, imò † requiritur quod prius
præcedant inditia, vel saltem aliqualis informa-
tio, Clar. in d. §. fin. praxis crimin. q. 20. num. 13.
13 † sed in ea decernenda debet inspici qualitas per-
sonarum, & delicti, arbitrio iudicis consideranda,
vt per Clar. d. q. 28. num. 8. hæc dicere volui, quia
video plurimos iudices statim porrecta accusatio-
ne nullis existentibus inditijs prorumpere contra
14 aliquos ad capturam, † & non aduertunt quod ita
faciendo possunt teneri in syndicatu, vt aduertit
15 idem Clar. d. q. 28. vltra quod per † carceratione
dicitur inferri damnum irreparabile, Alex. consil.
17. num. 7. lib. primo, & tenentur resarcire dam-
num, quod passus est talis indebitè carceratus, cũ
vt docet experiẽtia rerum omnium magistra, ne-
mo ita proleui carceratur, qui non cogatur pro
relaxatione plurimũ expendere, & licet huiusmo-
di iudices effugiant pęnas in hoc mundo, tamen
ædificant ad gehennã, & Dominus noster de eis su
mit vindictam, iuxta illud psalmistæ, mihi vindi-
ctam, & ego retribuam eis, quare caueant iudices
Deum timentes, cum melius sit absoluere nocen-
tem, quam condemnare innocentem, l. absentem,
ff. de pœn.
In verb. pro aliquo debito priuato saxiri) è cõ-
16 tra tamen, † debitor fiscalis carceratus ad instan-
tiam priuati, potest pro debito fisci semper saxi-
ri,

ri, cum Fiscus in hoc reperiatur, priuilegiatus. l. 3. §. fin. ff. ad l. Iuliam, pecul. Bart. in l. quoties, C. de exact. tribut. lib. 10. Guid. Pap. q. 61. cū alijs de quibus per Pereg. de iur. fisci lib. 6. tit. 7. num. 23. item
27 potest detentus pro debito publico, vel priuato sequestrari pro delicto, Marsil. in sua praxi crim. §. attingam, num. 32. versic. & ibi subdit, Brun. in suo tract. cessionis bonorum, quæst. 4. princ. 18 quæst. 11. num. 23. ad finem. † an autem carceratus pro vno maleficio, possit recomendari pro alio, & an carceratus pro vno debito, possit saxiri pro altero, vide plura per Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 242. vbi videtur adesse simile statutū, & latè dictum est supra ad statutū 41. de Regim. Potest.

De emancipationibus fiendis. Rub. 100.

ITem statuimus, quòd si quis voluerit emancipare aliquam personam, quam habet in eius potestate, prius teneatur, & debeat cridari facere per Præconem Communis Papiæ, sono tubæ præmisso super lapidem altiorem Curiæ Communis Papiæ, & ex parte alicuius Iusdicentis Papiæ, quòd talis persona vult emancipare talem personam, quàm habet in eius potestate, & si quis vult, vel intendit ipsi emancipationi se opponere, vel in aliquo contradicere, debeat coram dicto Iusdicente Papiæ infra quartam diem proximè venientem comparere. Alioquin procedetur ad ipsam emancipationem fiendam absentia alicuius in aliquo non obstante. Et si nemo infra dictum terminum comparuerit contradicens, tunc procedatur, & procedi possit in præsentia vnius ex Iudicibus Papiæ ad dictam emancipationem fiendam. Et Notarius cui fuerint rogata instrumenta impositionis, & relationis cridæ dictæ emancipationis fiendæ teneatur, & debeat tractare instrumentum emancipationis inde subsequendæ. Et si secus factum fuerit ipsa emancipatio nulla censeatur.

Summarium ad Statutum 100. in Ciuilibus.

1 *Pater, an possit, & debeat dare aliquid in præmium emancipationis filio, vel è contra filius patri, & num. 2.*
3 *Donatio si fiat pro legitima, vel emancipatione, an requirat solemnitates donationum.*
4 *Pater regulariter non cogitur emancipare filium*
5 *Fallit pluribus casibus, remissiuè.*
6 *Fallit propter sæuitiam patris.*
7 *Pater cogitur emācipare filium in casibus, in quibus potest à filio exhæredari.*
8 *Filius inuitus à patre non emancipatur.*
9 *Fallit filio existente rixoso, & ingrato.*
10 *Fallit in casibus, in quibus filius potest exhæredari*
11 *Filius, an possit emancipari ad vnum actum.*
12 *Pater emancipando filium, an possit retinere dimidiam vsusfructus bonorum filij.*
13 *Filius post emancipationem, magis est obligatus patri, quam ante.*
14 *Pater filium emancipando, dicitur ei conferre beneficium.*
15 *Filius separatim habitans à patre, an præsumatur emancipatus, & vide num. seq.*
16 *Emancipatio probanda, cum non præsumatur.*
17 *Emancipatio, quid operetur.*
18 *Emancipationis, & potestatis patriæ differentia, an hodie sublata.*
19 *Emancipationis forma de iure communi.*
20 *Absens, an possit emancipari.*
21 *Quid in infante.*
22 *Emancipatio clerici, an fienda coram laico.*
23 *Emancipatio, voluntariæ iurisdictionis.*
24 *Emancipatio, an fiat per procuratorem.*
25 *Emancipatio, an requirat scripturam.*
26 *An probetur emancipatio per testes.*
27 *Filius emancipatus non alens patrem, an reuocetur in potestatem.*

1 ITEM statuimus] quærimus † vtrum in emancipatione pater possit, vel debeat aliquid dare filio in præmium emancipationis, an verò filius ilius occasione, teneatur dare premium patri, istam quæstionem discutit Alex. in l. vtrum, ff. de verb. oblig. vbi tenet, quod potius debetur premiū
2 patri emancipanti, quam filio emancipato; † Contrarium tamen tenet Dec. cons. 86. num 8. Tiraq. qui de veriori, & magis communi, ac rationabiliori testatur in repet. l. si vnquam in verb. donatione largitus, num. 147. C. de reuoc. donat. vbi
3 copiosè agit, & firmat punctualiter, † quando donatio fit pro legitima, & in præmium emancipationis, vtroq; tamen casu vtrum requirantur solemnitates enunciatę in Nouis Const. Mediol. in tit. de donat. & per statutum Papiæ, sub rubr. de cessione iurium, tenet opinionem affirmatiuam, tàm in donatione interpretata, vt hoc casu, quàm in donatione tacita, sicut in expressa. Plot. in repet. l. si quando, num. 866. C. vnde vi. cum cumulatis per Rimin. iun. in princ. tit. de donatio. nu. 191. & 429. cum seq. Negatiuam verò opinionem vti magis communem, & veriorem tenent, Dec. & Tiraq. locis supra citatis.
4 In verbo, voluerint emancipare] quæro nunquid pater cogi possit emancipare filium; & dic, quod non, regulariter, l. nec auus, C. de emancip. libero-
5 rum, l. vtrum turpe, ff. de verb. oblig. † fallit tñ hoc multis in casibus, de quibus per glo. in l. nō potest, ff. de adopt. & in l. cogi, §. si pater, ff. ad tre-
6 bell. & per Soc. reg. 186. & inter alios, † fallit, quando filius propter patris sæuitiam non posset cum eo stare, nam tunc posset eum cogere ad se emancipandum, venia prius impetrata, & vt eidem filio restituat bona materna, & similia, in quibus pater debet

debet habere vsumfructum, ità Cum. conf. 82. & seq. Ias. in l. filijs. in fine, C. de inoff. testam. vbi di-
7 cit generaliter filiũ posse cogere patrẽ ad se emancipãdũ in ijs oĩbus casibus, ex quib. pariter potest
8 eum exheredare. † sciendũ est etiam, quod è contra, filius inuitus à patre emancipari non potest, l. iubemus C. de emancip. lib. gl. in l. fin. C. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Bald. conf. primo vol. 3.
9 † fallit, quando filius esset rixosus, & ingratus, Ang. & DD. in l. verum, ff. de verb. oblig. Bal. in l. nec auus, C. de emancip. lib. & in l. quamuis, C.
10 de fideicommiss. item † fallit in illis 14. casibus, ex quibus filius potest exhæredari, de quibus habetur in §. aliud quoq; capitulum in Auth. vt cum de appell. cognoscitur, ex ij sdem enim causis potest pariter filius inuitus emancipari, Aret. in §. fin. inst. quibus mod. ius pat. pot. soluitur.
11 Sed quæro, † numquid filius ad vnum actum tantum possit emancipari; & dic, quod non, non enim permittitur, quo ad quid fieri, & quo ad quid non, de cõi, Ant. Gomes. de testamentis, c. 3. nu. 21. Alciat. de præsumpt. præs. 2. reg. 2. nu. 4. Alex. & Ias. in l. 1. §. hoc autem, ff. ad trebell. Philip. in rubr. de testam. in sexto, num. 22. bene
12 verum est, † quod pater emancipando filium, potest retinere dimidiam vsusfructus in bonis quæ sitis, secus in quærendis, ità notat Ias. in l. fin. in 8. col. C. de pact. Petr. Girard. sing. 76. Lud. sing. 305. Tusch. pract. iuris concl. tom. 3. littera E. concl. 115. vbi plenè de hoc, & ponit effectus emãcipationis.
13 Est tamen sciendum, † quod filius post emancipationem magis est obligatus patri, quàm antè, tex. in l. prima, ff. de off. Prætoris; ratio est, quia
14 † pater emancipando, dicitur eidem conferre beneficium, l. vnica, C. de ingrat. lib. Bald. in l. 2. in fine, C. si aduersus rem iudic. & in l. cum oportet, §. cum autem, C. de bonisq; lib. Decian. conf. 41. nu. 11. lib. primo.
15 † Quid autem si filius longo tempore habitauit seorsum à patre negotians, an præsumatur emancipatus, & dic, quod sic, quando habitauit filius seorsum à patre per decennium, & filius ipse alleget hoc, Bald. in l. post mortem, ff. de adopt. Barba. conf. 73. col. 2. in 2. vol. Ias. in l. si certis annis, in 3. colum. versic. septimo, C. de pact. & in l. si emancipati, in 2. colum. C. de collat. Barb. inter consilia, Alex. conf. vltimo, colum. 4. volum. 4. Bald. in l. 2. C. si aduersus rem iudic. Mascard. de probat. cõcl. 597. num. 5. & 599 alias enim † regulariter eman-
16 cipatio nõ præsumitur, sed per allegantem debet probari, vt latè per Mascard. vbi supra, stante tamẽ hoc statuto certam formam emancipationi præscribente, lapsus tẽporis per se non inducit emancipationem, Roman. conf. 402. per totum, Cardin. Tusch. pract. conclus. iur. lib. 2. littera E. conclus. 109. num. 6.
17 † Operatur autem emancipatio, vt dissoluat vinculum patriæ potestatis, & faciat filium haberi loco extranei, iure ciuili inspecto, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 20 nu. 30. & 38.
18 Sciendum est autem, quod hodie † emancipationis, & patriæ potestatis differentia est sublata, quoad successionem, & alimenta, §. si verò, nequè fratres in Auth. de hæred. ab intest. veni. Ang. in l. nihil, ff. de vsucap. prohæred. Alex. in l. cum quidam, §. suum hæredem, col. vltima, ff. de acquir. hæred. & Ias. in l. emancipati, nu. 36. C. de collat.
19 In verbo, prius teneatur, & debeat &c.] † forma emancipationis de iure communi traditur per Specul. in tit. de natis ex libero ventre, num. 14. cũ seq. Aret. in §. præterea, Inst. quibus modis ius pat. pot. solu.
20 In verbo, ad ipsam emancipationem fiendam] an † autem absens possit emancipari, & dic quod sic, Notario stipulante eius nomine; requiritur tamen, quod ex post ratam habeat emancipationem Curt. conf. 4. Vrsil. ad Afflict. decis. 283. nu. 9. Ang. conf. 44.
21 † An autem infans possit emancipari; & dic, quod non sine Principis mandato, l. pen. & final. C. de emancip. lib. Anchar. consil. 430. fuisset expediens, in principio.
22 In verbo, in præsentia vnius ex Iudicib9 Papiæ, &c.] † an autem emancipatio clerici possit fieri corã isto Iudice temporali, vide Philip. in c. fin. §. si verò de Iudicijs, in sexto, nec requiritur, quod iste Iudex tempore emancipationis, sedeat cum emancipatio fit voluntariæ iurisdictionis, Orian. in cap. quoniam contra, cap. 52. de causa delegat.
24 num. 23. de probat. † An autem hæc emancipatio possit fieri per procuratorem, & dic quod non, glo. in l. cum proponas, C. de dolo, Bald. in l. neq; absens ff. de adopt. & in l. excusare, ff. de excusat. tut. Aret. in §. præterea, Inst. quib. mod. ius. pat. pot. soluitur contrarium tamen tenet Angel. de Perus. consi. 44. Cardin. Tusch. pract. iuris concl. tom. 2. littera E. conclus. 109.
25 In verbo, tractare instrumentum] nota, † quod emancipatio requirit scripturam, & sic debet fieri in scriptis, Bart. in l. emancipatione, C. de fid. instr. Cassan. in consuetud. Burgond. rub. 6. §. 3. colum.
26 2. versic. iuxtà hanc, & ideò debet probari per scripturam, potest tamen bene probari per quinq; testes ad hoc rogatos, vt latè docet Mascard. de pro-
27 bat. conclus. 598. vnũ tamen scias, † quod si filius emancipatus non alat patrem inopem, potest in potestatem reuocari, l. prima, de ingrat. lib. Bart. in l. alimenta, ff. de lib. agnos. Ang. in §. fin. in fine, Inst. quib. mod. ius pat. pot. soluitur.

De illis, qui se dedicauerint. Rubr. 101.

ITem statuimus, quòd si aliqua persona professa fuerit regulam aliquam, vel se dedicauerit alicui regulæ non succedat in hæreditate, vel bonis alicuius ab intestato.

Summarium ad statutum 101. in ciuilibus.

1 *HOC statutum, an validum, & num. 4.*
2 *Limita in successione delata ex beneficio statuti.*
3 *Limita secundo, quando quis est ingressus regulã incapacem.*

Hic

1
HOC statutum non valet, tollit enim libertatem ecclesiasticam, Dec. in c. S. Mariæ, nu. 49. de cõst. Felin. in cap. in præsentia. colum 16. quæst. prima de probat Alexand. cons. 209. vol. 2. Brun. in tract. quod extantibus masculis, artic. 6. quæst. 2, Felin. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 78. Soc. sen. cons. 241. num. 3. versic. sed posito, volum. 2. Francis. Veg. cons. 23. nu. 8. & 9. Alciat. cons. 193. lib. 9. alias est 708.

2 † Limita tamen, quando successio ex beneficio statuti defertur, Rip. de iure naturali, resp. 6. †
3 Item quando cum regula ordinis concordat, vel de iure communi sunt incapaces, Alciat. resp. 708. nu. 2. & in l. collegarum. ff. de verb. sign. sed aduerte ad consilium Tridentinum sess. 25. de reg. &
4 momial. cap. 3. † & de materia huius statuti, an valeat, & quomodo intelligi debeat, vide Pannor. consil. 339 in 2. col. Rip. lib. primo, resp. 4. Campeg. super statuto, quod staut. mascu. quæst. 12.

De venditione non reuocanda. Rubr. 102.

ITem statuimus, quòd de cætero nulla venditio fienda de aliquibus rebus rescindatur, vel rescindi possit, vel annulletur ratione alicuius eius, quod dici possit ipsam venditionem fore factam infra dimidiam iusti prætij, vel venditorem fore deceptum, vltra dimidiam iusti prætij, idem intelligatur in fictis, & locationibus, quod non possint rescindi.

Summarium ad Statutum 102. in Ciuilibus.

1 *VIdenda ad hoc statutum.*
2 *An, hoc statutum validum.*
3 *Venditionis nomine, quid contineatur.*
4 *Venditione prohibita, an intelligatur prohibitus omnis actus.*
5 *Hoc statutum loquens in venditione, an procedat in permutatione.*
6 *Statutum hoc correctorium iuris communis.*
7 *Statuta correctoria non recipiunt extensionem actiuam.*
8 *Læsus vltrà dimidiam, de iure communi, vel rescindit contractum, vel agit ad supplementum.*
9 *Statutum hoc non comprahendit læsionem enormissimam, & nu. 11.*
10 *Item non impedit, quin contractus possit dici improbus, & simulatus.*
12 *Læsio enormissima non potest remitti ex verbis generalibus.*
13 *Item est exceptuata a iuramento.*
14 *Læsio enormissima, quæ dicatur.*
15 *Remedium l. secunda, an transeat ad singularem successorem.*

1
AD hoc statutum, vide Alb. cons. 666. num. 19. & 24. vol. 4. Berret. cons. 10. Ioseph Ludouic. decis. Perus. vlt. part. prima, Magon. Rott. Florent.
2 decis. 108. Et hoc † statutum valet cum dirrigat verba non ad lædentẽ, sed ad læsum, vt scilicet non possit petere rescisionem contractus, quo casu pro tollendis litibus, poterit statutum priuare læsum facultate rescindendi contractum, prout in simili Castr. in l. sequitur §. si viam, ff. de vsucap. Ias. cons. 7. in prim. vol. circa finem, Alb. cons. 666. num. 24. D. Costa de remed. subsid. remed. 47. num. 6.

3 In verbo, nulla venditio] an † per hoc contineatur omnis actus, per quem translatus fuisset dominium, vt in permutatione in solutum datione, cum similibus; videtur, quod sic, quia continentur sub nomine venditionis, & eo casu fit extensio, Ias. in l. gallus, in principio, num. 16. ff. de lib. & posth. Ioseph Ludou. decis. vlt. num. 8. part. prima, & in
4 simili, quando venditio prohibetur, omnis actus compræhenditur, cap. nulli, extr. de rebus Eccles. non alienand. l. iubemus, C. de sacr. sant. Eccles. l. non solum, C. de prædijs, & alijs rebus.

5 † Contrarium tamen, quod imò huiusmodi statutum loquens in venditione, non habeat locum in permutatione, tenet Bald. in l. prima, num. 4. C. de rerum permut. & cons. 175. statutum, lib. 4. de quibus per Dec. cons. 555. nu. 1. & 2. & 11. vbi limitat, nisi adesset eadem ratio, Ias. in l. fin. nu. 3. ff. de condic. causa dat volens se habere venditionem, & permutationem, vt species oppositas, & in l. prima, num. 6. & seqq. ff. de rerum permutat. Alex. consil. 76. col. 3. vers. pro hoc, nu. 8. lib. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. primo, gl. 14. num. 30. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 444 num. 2. & seqq. maximè cum materia sit odiosa, & prohibitiua, vt ibi per Carpan. & per Bertazzol de clausulis instrumentorũ, claus. 30. gl. 13. num. primo
6 cum seq. & ratio esse potest, quia † huiusmodi statutum dicitur esse correctorium iuris communis,
7 nempe l. 2. C. de rescind. vend. quo casu † non recipit extensionem actiuam, sed debet tantum intelligi in casu, in quo loquitur, l. si vero, §. de viro, ff. sol. matrim. Bart. in l. omnes populi, in 6. quæst. princ. num. 60. versic. quarto quæro, ff. de iust. & iure, Alex. cons. 125. num. 3. in fine num. lib. primo, & maximè hoc procedit, stante statuto in hoc volumine, quod statuta debeant intelligi, prout iacent ad litteram, de quo infra statuto vltimo in criminalibus; vnde nec etiam summi potest argumentum ex rationis identitate, Curt. iun. cons. 6. num. 10. Thesaur. decis. 269. nu. 9.

8 In verbo. vltra dimidiam iusti prætij] † in hoc corrigit, l. 2. C. de rescind. vend. qua lege cauetur quod læsus vltra dimidiam iusti prætij, vel rescindit contractũ, vel agit ad supplemẽtum, ad idem cap. dilecti. & cap. ad nostram de emptio. & vendit. de qua latissimè per Ioseph. Lud. in suis communibus, conclus. 73. & etiam latissimè per Ant. Gabr. in suis communibus, in tit. de empt. & vend. concl. prima per totum, latè D. Costa de remed.
9 subsid. remed. 47. per totum, † limita tamen, vt huiusmodi statutum nostrum minime comprehendat læsionem enormissimam, Berret. cons. 10. quem refert, & sequitur in puncto huius statuti, D. Costa. in tract. de scientia, aut ignorant. dist. 3. nu. 7.

num. 7. centur. 2. col. 2. circa finem, vbi ex Gabr. conf. 74. num. 7. volum. primo, & Coarru. variarum resolut. lib. 10. cap. 10. col. 2. circa finem limitat pariter hoc statutum, non procedere, quando allegaretur contractus reprobus, seu feneratitius, vel simulatus, quo casu non impeditur, quin recedi possit à contractu, Cost. dicto remed. 47. nu. 6. idem etiam, quod non habeat locum in læsione enormissima, firmat etiam idem D. Costa in terminis huius statuti, in suo tract. de portione rata, quæst. 153. num. 15. post Berret. supra citatum, & Magon. Rot. Florent. dec. 108. idem D. Costa de remed. subsid. remed. 47. nu. 6. vide Curt. iun. conf. 79. col. fin. vide etiam per Mant. conf. 132. per totum, adde Dec. conf. 39. col. prima, & fin. Crauet. latè conf. 70. num. 5. Paris. prò, & contrà posuit in conf. 46. num. 26. volum. 2. & conf. 20. nu. 37. colum. antepenult. eod. volum. vbi tenet, quod non excludatur enormissima læsio, quia nō obstante iuramento, poterit retractari, & clarè conf. 7. num. 74. vol. 2. Curt. iun. conf. 53. nu. 10. ratio esse potest, † quia læsio enormissima, nulla verborum generalitate remitti potest, ex magis vera, & æqua sententia Octauiani Simoncell. in
13 in tract. de decretis, lib. 3. tit. 8. num. 233. † & est exceptuata à iuramento, & à quibusuis renunciationibus, Rimin. iun. conf. 77. num. 36. Curt. iun. conf. 141. Cephal. con. 62. num. 15. & seq. Eugen.
14 conf. 4. Ruger. conf. 16. † quæ autem dicatur enormissima læsio, traditur per DD. in Auth. sacramenta puberum, C. si aduersus vend. Socin. iun. conf. 144. nu. 14. volum. primo, Ant. Gabr. in suis communibus de empt. & vend. concl. prima, nu. 9. & seq. Odd. de rest. in integr. q. 4. artic. 13. in fine, Menoch. de arb. iud. quæst. 71. num. 17. & seq. & vide And. Gail. practicarum obseruat. lib. 2. obseru. 157. num. 8.
15 An autem vbi adest enormissima læsio, & bona sunt apud singularem successorem, intentari contra eum, possit remedium d. l. 2. magis communis est, quod non, nisi vbi primus emptor non sit soluendo, & secundus sciens rem vitio affectam emerit, vt post Salic. Bald. Rip. auum meum, & alios, tradit Morot. conf. 28. Viu. decis. 430. part. 3. Rot. auenien. decis. 96. cum alijs in id declarando appositè declaratis per D. Cost. de remed. subsid. d. remed. 47.

De roba, seu mobilia mulieris restituenda. Rubr. 103.

Item statuimus, quòd soluto matrimonio morte viri, mulieri restituatur, & restitui debeat roba, seu mobilia data, seu confessata in instrumento dotali ipsi mulieri, si extat. Alioquin eius æstimatio, nisi sit consumpta dolo, vel culpa ipsius.

Super Rubr. & text. an hæredes teneantur restituere res præcisè, si extant, an soluere extimationem inuita muliere, vide Soc. iun. conf. 6. in 2. dubio, vol. 2. vbi videtur velle, quod possint, si æstimatio facta sit, vt res haberetur, vti empta, sed caue, quia verba hic aliter sunt concepta, quam in casu suo, & considera tex. in l. si inter, Cod. de iur. dot. & l. æstimatæ, vbi Doct. ff. sol. matrim. latè quando æstimatio faciat emptionem, vel id minus in dote videndi, Alb. conf. 136. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 89. per totum, Vinc. Honded. conf. 41. lib. primo, vbi alios refert.

In verbo, data, seu confessata] vide Soc. conf. 289. vol. 2.

Quæ res non possunt saxiri, vel derobari. Rub. 104.

Item statuimus, quod lecti, & fulcimenta lectorum, drappi de dorso, quæ, & quas quis habet pro vsu suo, & familiæ suæ, non possint saxiri derobari, vel sequestrari pro aliquo debito publico, vel priuato.

Summarium ad statutum 104. in ciuilibus.

1 *Statutum hoc conforme cum Nou. Mediolani Constitut. & etiam iuri communi, num. 5.*
2 *Executio, an possit fieri in bonis hic descriptis, vbi nulla adsunt alia bona.*
3 *Quid, si de facto sint pignorata.*
4 *Iurari in litem, an possit, si fiat pigneratio in rebus prohibitis.*
6 *Debitum publicum, vel priuatum quid sit.*



1 In verbo, lecti] idem † cauetur in Nouis Constit. Mediol. in tit. de execut. & famul. Iusdicentium, cap. executores, §. cum executiones, in quibus habetur nō posse fieri executionem in lecto, ad vsum propriū, vel promiscuum cum viro, vel liberis destinato,
2 sub pœna aureorum quinq; Fisco applicanda. † sed quid si non adsint alia bona, quam descripta in hoc statuto, & dic, quod poterunt derobari, Marsil. in rub. ff. de fideiuss. num 202. & vide l. pignorum, C. quæ res pign. oblig. poss. contrarium tamen verius credo ex traditis per Menoc. de arb. Iud. cas. 378. num. 10. & dicam statuto seq.
3 Sed † quid si hæc, & ea, quæ ennumerantur in quinque statutis sequentibus, & de quibus etiam habetur in Nouis Mediol. Constit. in d. §. cum executores, fuerint de facto pignorata, dic quod propria autem per patrem, etiam manu armata, & cum gentium congregatione, de facto recuperari poterunt

poterunt impunè de manu executorum, Iaſ. conſ.
4 20. pro liberatione, vol. 3. imò † etiam poterit iurari in litem contra executores, Plot. in repertorio
5 l. ſi quando, in verbo decretum, & nota † quod dũ ſtatutum noſtrum prohibet fieri executionem in lectis, † eſt conforme iuri communi, vt per Bart. Bald. & DD. in l. prima, C. quæ res pign. oblig. poſſunt Marant. in ſuo ſpeculo in verb. & poſt omninò aduertatur circa executiones, num. 28. ſequitur Aſinius in ſua praxi iudiciorum, §. 31. cap. 2. limit. 32.

6 In verbo, aliquo debito publico, vel priuato] quid ſit debitum publicum, vel priuatum, dixi ſupra ad ſtatutum 99.

De beſtijs aratorijs, & vtenſilibus ad laborandum terras non derobandis. Rub. 105.

ITem ſtatuimus, quod nulla beſtia arratoria, plauſtra, aratra, ſappæ, badilia, nec alia vtenſilia ad laborandum terras, ſiue poſſeſſiones, poſſint, nec valeant robari, nec ſequeſtrari pro aliquo debito publico, nec priuato, nec etiam præcepto alicuius Iuſdicentis, nec viribus præturæ, nec etiam pro aliquo datio, vel gabella, etiam ex forma dati alicuius. Et ſi contrafactum fuerit, puniatur ſeruitor in libris viginti quinq; Papien. quas ſi ipſe ſeruitor infra dies 15. non ſoluerit, fuſtigetur. Et ſi rector, Officialis, vel ſtipendiarius, ſeu ſoldaderius pro aliquo debito, vel fodro communis contrafecerit, puniatur in libris viginti quinq; Papien. pro quolibet. Et eidem reſiſti poſſit, non obſtante quòd ſit Officialis, ſeu ſe dicat Officialem. Et nihilominus officio Iudicis incontinenti reſtituantur expenſis robantis. Et quod in quolibet præcepto, quod fiet de robando, vel ſequeſtrando, ponantur verba, quæ in effectu contineant, quòd non robentur prohibita per ſtatuta Communis Papiæ. Et hoc ſub pœna Iudici librarũ 25. Papien. & totidem Notario, qui ſubſcripſerit præceptum, quarum pœnarum medietas ſit communis Papiæ, & alia damnum paſſi, & nihilominus damnum paſſus conſeruetur indemnis per ipſum Iudicem. Et Iudex, & Notarius de hoc poſſint ſindicari, etiam durante officio, & finito. Et de prædictis Poteſtas, & eius Iudices, & quilibet eorum teneantur inquirere per officium, ſi ſibi denunciatum fuerit. ¶ Et prædicta nõ habeant locum in eo, qui beſtiam, vel rem aliquam ex prædictis ſpontè dediſſet, nec in domino illius rei, ſeu beſtiæ. Nec in eo, qui eſſet dominus ratione maſſaritij, vel poſſeſſionis illius perſonæ, videlicèt pro eo debito, ſeu cauſa, de quo, ſeu qua teneretur per inſtrumentum, ſeu ratione redditũum, vel maſſaritij, vel quia velit beſtia, ſiue res illa venditari, vel ſi eſſet mercator, vel conductor beſtiarum, qui pecuniam recepiſſet, vt operaretur negociationem, ſeu emptionem beſtiarum, quo caſu expediri poſſit, etiam nundinis non obſtantibus, nec mercator, nec ſi beſtiæ eſſent datæ, occaſione ſocidi, vel ſocietatis illarum beſtiarũ, nec eo caſu, quo ipſa bona eſſent publicata.

Summarium ad Statutum 105. in Ciuilibus.

1 *HOC ſtatutum conforme iuri communi.*
2 *Beſtia de facto derobata, poterunt à domino de facto recuperari.*
3 *Noua Mediolani Conſtitutiones huic noſtro ſtatuto ſunt conformes, & num. 11.*
4 *Beſtia aratoria, nec etiam poſſunt derobari, quãdo nulla extant bona, in quibus fieri poſſit executio.*
5 *Amplia id procedere, etiam ſi beſtia caperentur, vt haſtæ ſubijciantur, vel in ſolutum darentur creditori.*
6 *Coloni, fictabiles, emphyteutæ &c. ad inſtantiam creditorum carcerari poſſunt, ſic diſponentibus Nouis Mediolani Conſtitutionibus.*
7 *In caſu maſſaritij tota familia obligatur.*
8 *Domus, de iure communi nõ poteſt diſcooperiri, loco pignoris.*
9 *Pœna ſeruitoris contrafacientis huic ſtatuto.*
10 *Qua autem pœna imponatur de iure communi.*
12 *Hoc ſtatutum, dum permittit quemlibet ſpontè poſſe pignori dare beſtiam aratoriam, eſt correctorium iuris communis.*
13 *Res aptæ ad culturam agrorum, derobari poſſunt dummodò nundum ſint in opere poſita.*
14 *Beſtia aratoria, nec etiam in alieno territorio derobari poſſunt.*

1 IN verbo beſtia arratoria] † idem diſponitur de iure communi, quo iure beſtia arratoria, & inſtrumenta ad laborandum non poſſunt pignorari, vt eſt text. in l. executores, & in Auth. agricultores, C. quæ res pign. oblig. poſſ. Rip. in l. obligatione generali, num. 57. ff. de pignoribus, idem Rip. in tract. de peſte, in tit. de remedijs præſeruat. contra peſtem, num. 221. Marant. in dicto verbo, & poſt omnia aduertatur circa executionẽ, nu. 131.

nu. 121. Asin. dicto. §. 31. cap. 2. limit. 33. Menoc. de arbitr. Iud. casu 378. vbi num. 9. ampliat procedere, † quod si fuerint de facto derobata, poterit dominus propria auctoritate illa recuperare, vt habetur etiam in hoc statuto, ibi, & eisdem resisti possit, † eademetiam prohibitio, vt non possint derobari bestiæ arratoriæ, & alia ad agriculturam necessaria, fit per Nouas Const. Mediol. in dicto tit. de execut. cap. executores. §. cum executiones, & imponunt contrafacienti pœnam scutorum quinq; quā si non soluerit infra triduum augetur, & plectitur tribus ictibus æculei, † amplia hoc adeò verum esse, etiam quando nulla alia extarēt bona, in quibus executio fieri possit, nam adhuc hæc derobari nequeunt, vt ex pluribus firmat Menoch. d. casu 378. num. 10. vbi hanc ampliationem defendit, & respondet rationibus, Plot. in l. si quando. num. 712. C. vnde vi. D. Costa olim Collega meus, in tract. de remed. subsid. remed. 43. num. 4. & seq. & Menoch. dicto loco, vbi ampliat secundo loco procedere etiam si caperentur ad hoc, vt hastæ subijci possent, & venderentur, vel in solutum darentur creditori.

6 Limita † hoc statutum, vt non procedat in casu, cap. Coloni fictabiles in Nouis Const. Mediolani, in tit. de prohib. & concess. execut. vbi Coloni, fictabiles, emphyteotæ, pensionantes, & molendinarij, ad instātiam creditorum carcerari possunt, ideò in hoc casu melius respondetur pro dominis, contra Colonos, & massarios, vti patet clarè infra statuto 112. quam si ageretur de dote, & illa videtur esse ratio, quia causæ sunt magis fauorabiles, quia pro dote tota familia non obligatur,
7 toto tit. C. ne filius pro patre, † at in casu massarij tota familia obligatur, ex statuto 156. in ciuili, item in causa dotis datur appellatio, & dictio nullitatis, quod prohibetur inter olim dominum, & conductorē ex decreto sexto in hoc volumine statutorum Papiæ, limita etiam hoc statutum, vt in-
8 fra statuto 112. † item nota, quod de iure communi non potest discooperiri domus loco pignoris, Batt. in l. nota, §. fin. ff. de leg. 3.

9 In verbo, & si contrafactum fuerit] pœna contrafactionis est scutorum quinq; † quam si non soluerit seruitor infra triduum fustigatur, vel tribus ictibus æculei plectitur, ità disponentib' Nou. Const. Med in d. tit. de execut. & fam. iudicent.
10 cap. executores, §. cū executiones, † de iure autē cōmuni est pœna arbitraria, teste Menoch. de arb. iud. d. casu 378. num. 5 cum duob. seqq.

11 In verbo, ponantur verba] † idem disponitur in Nouis Const. Mediol. in d. tit. de execut. §. fin. in fine.

12 In verbo, spontè dedisset] † in hoc corrigit ius commune, quo iure non potest agrorum cultor, dare pignori spontè bestiam arratoriam, Menoc. d. casu 378. nu. 15. cū seq.

13 In verbo, vel si esset mercator, &c.] † est conforme iuri communi, quo iure non prohibentur pignorari, & derobari res aptæ ad culturam agrorum, sed quæ nundum sunt in opere ipso, Menoch. d. casu 378. num. 17. cætera verba declara, vt per Carpan. ad statuta Mediol. cap. 251. in quo adest simile statutum.

14 Nota etiam, quod tales bestiæ in alieno territorio nequeunt capi, Boss. in tit. de captur. num. 34. & videndus Carpan. ad statuta Mediol. cap. 251. num. 4. & seq.

Contra Costa de remed. subsid. rem. 43. Emon. ... in ... executio ... 14.

De libris cartis, & scripturis non robandis. Rubr. 106.

ITem statuimus, quòd libri Ecclesiarum iuris canonici, ciuilis, rationum, nec alterius materiei, nec cartæ, nec scripturæ, vllo modo pignorentur, nec derobentur, prætextu debiti, nec contumaciæ, siue præceptum sit robandi de bonis, siue viribus pactorum, sub pœna seruitori, & famulis librarum vigintiquinq; Papien. pro quolibet eorum. Et si contingat aliquo modo, sub inuolucro, vel alio modo eas pignorari, vel in possessione sediminis, vbi sint intrati, non dentur aliquo modo ei ad cuius petitionem sit pignoratio, siue robatio. Sed Iudici consignentur si requisitum fuerit, seu vbi iusserit, vel in loco tuto, & sub sigillo, & descriptione dentur, quæ non habeant locum, nisi iussum per Iudicem fuerit specialiter.

Summarium ad statutum 106. in ciuilibus.

1 *HOC statutū conuenit cum Nou. Mediolani Constitut.*
2 *Executio non potest fieri in libris scolarium.*
3 *Fallit, quando scolaris nulla habet bona, vel pro expensis factis in funere scolaris mortui.*

1 IDem † disponitur in Nouis Const. Mediol. in d. tit. de execut. d. §. cum executores, & vide adnotata per Carpan. ad Statuta Mediol. cap. 253. in quo adest simile statutum, † & dic idem
2 procedere in libris scolarium, in quibus non potest fieri executio, l. nepos proculo, ff. de verbor.
3 signif. † intelligendo tamen nisi in subsidium, scilicèt quando scolaris non habet alia bona, vel nisi pro expensis funeralibus scolaris mortui, vt per Marant in d. verb. & post omnia aduertatur circa execut. num. 46. & seq.

Quod

Quod vestes muliebres, & certã alia non robentur. Rubr. 107.

ITem statuimus, quòd vestes muliebres non possint robari, sequestrari, nec in depositum poni pro aliquo debito publico, nec priuato, iurante muliere, vel idonea persona pro ea, quod sunt ad vsum proprium sui corporis: Idemq́ de lecto ad vsum proprium ipsius mulieris, vel ad promiscuum vsum ipsius, & mariti, vel ipsius, & liberorum, siue dotale sit, siue non dotale. Idemq́ de scrinio, & scrinijs, & alijs rebus dotalibus, aut sponsalicijs, seu etiam parafernalibus: Saluo quod prædicta non habeant locum pro proprio debito mulieris, occasione pensionis, seu pro debito alimentorum.

Summarium ad statutum 107. in ciuilibus.

1 *HOC statutum conforme Nou. Mediol. Const.*
2 *Quæ veniant appellatione vestium.*
3 *Vestes, an veniant appellatione suppellectilium.*

1 IN verbo, quod vestes muliebres] idem † cauetur in Nou. Const. Mediol. in d. tit.
2 de execut. §. cum executores, † vestium autem appellatione omnia continentur quæ induendi, cingendi, adijciendi, accubandiuè causa parata sunt, l. vestis, ff. de aur. & argent. leg.
3 Rip. in l. obligatione, nu. 3. ff. de pign. & hyppot. vbi etiam ponit, an appellatione suppellectilium contineãtur vestes, & tenet, quod non, per tex. in l. prima, & in l. qui vestem. ff. de suppell. leg. cætera videas apud Carp. ad statuta Mediolani. c. 254. in quo adest simile statutum habens penè formalia verba, & ideò cum apud eum videri possint adnotationes ideò me remitto, prout etiam feci in duobus alijs statutis præcedentibus, & faciam in alijs duobus statutis sequentibus.

Quod cuppi, torcularia, lignamina affixa, & piolæ non robentur. Rub. 108.

ITem statuimus, quod non possint robari, nec sequestrari cuppi, qui sunt in tectis, aut præparati ad ponendum super tecta, nec torcularia, nec instrumenta, siue vtensilia ad vsum torcularis, nec lignamina affixa domibus. Et si contrafactum fuerit, non valeat. Idemq́ de piolis, & quolibet tigno affixo domibus.

Summarium ad Statutum 108. in Ciuilibus.

1 *DD. videndi ad hoc statutum.*
2 *Prohibita ex hoc statuto non derobantur, etiam de iure communi pro debito publico, seu priuato.*
3 *Statut. ampliat ius commune, dum prohibet pignorari parata ad vsum domus.*
4 *Destinata pro ædificio, non habentur pro affixis.*
5 *Affixa domui regulariter legari non possunt.*
6 *Fallit in destinatis ad ædificium.*
7 *Pecunia ad prædia emenda destinata non computatur inter immobilia.*
8 *Statutum de immobilibus non comprahendit pecuniam ad prædia emenda destinatam.*
9 *Pecunia venit sub nomine mobilium.*
10 *Bonorum mobilium, nomine quæ veniant remissiuè.*
11 *Iura, & actiones, ac nomina debitorum constituunt tertiam speciem.*
12 *Annui redditus veniunt sub nomine immobiliũ.*
13 *Quid in censu.*

1 AD hoc statutum, vide Bart. in l. nutu, §. fin. ff. de leg. 3. & plura videas per Carpan. ad statuta Mediol. cap. 255. vbi adest consimile statutum; & notat dispositionem huius statuti pro-
2 cedere etiam de iure communi, adeo vt, nec etiã illo iure possint suprascripta derobari, tàm pro debito publico, quàm priuato, l. cætera, §. hoc Senatus consultum, vbi Ias. & ibi scribentes omnes, ff. de leg. primo, licèt tamen Ias. idem num. 2. hoc de facto testetur non seruari Romæ, & Florentiæ, & prout latius per eundem Carpan. ampliantem, & limitantem duobus modis, ad quem recurras; & nota secundum eum, quod dum statutum nostrum vult procedere etiam in paratis ad ponen-
3 dum super tecta, † in hoc dicitur ampliare, & extendere dispositionem iuris communis, vt per Bar. Castr. & Ias. in d. l. cetera, §. sed si parauerint.
4 In verbo, aut præparati] in hoc corrigit ius commune, quo † iure destinata ad ædificiũ non cẽsen-
5 tur pro ædificio, & pro affixis, & ideò † licèt affixa domui legari non possint regulariter, d. l. cetera, vbi Ias. & DD. attamen destinata ad ædificiũ bene valent legari, d. l. cætera, §. sed si parauerit, vbi Ias. num. 75. & seq. vbi num. 21. vult pecuniam destinatam ad emptionem prædiorum, non imputari inter immobilia, ideò statutum loquens de immobilibus, non compræhendere pecuniam, ità destinatam, quã opinionẽ magis cõem, sequitur Crast.
9 de success. §. legatũ, q. 9. nu. 8. † & ꝙ pecunia veniat sub nomine mobiliũ, & ità legato facto bonorum

mobilium comprehendi pecuniā tenet. Dec. conf. 381. num. 4. cum alijs de quibus per Peregr. de 10 fideicom. artic. 5. num. 43. † vbi latè docet, quæ veniant bonorum mobilium appellatione, & vide etiam latè Crass. d. q. 19. Boer. decis. 209. Thesaur. decis. 160. Decian. responso 59. num. 13. lib. primo, D. Cost. olim collega meus in tract. de remed. subsid. remed. 36. illat. 2. Laderch. cons. 171. in 2. dubio. nu. 3. Peregr. decis. 32. ex quibus facilè erit colligere, an pecunia inter mobilia, vel imobilia sit dinumeranda.

11 Scias etiam, † quod bonorum mobilium, & immobiliū appellatione, non veniunt iura, nec actiones, nec nomina debitorum, cum constituant tertiam spetiem, vt latè per Ant. Gabr. in suis commun. de verb. signif. concl. 7.

12 † An autem annui redditus veniant appellatione immobiliū; dic quod sic, Gabr. vbi supr. concl. 8. Menoch. de arbitr. iud. casu 233. Tiraq. tamen de retract. lignag. §. primo, glo. 6. num. 4. & seqq. plurib. censet annuos redditus inter immobilia numerari, quod verius credo, Alex. cons. 179. in causa, & lite, col. prima, lib. 6. Coaruu. variarum 13 resolut. lib. 3. cap. 7. num. 2. † Idem in cēsu statuendū Frideric. Mantia in trac. de censibus, c. 1. num. 99. & seqq. pluribus, vbi veriorem asserit.

Quod apta ad vsum molendini, nec vtensilia ad vsum macinandi, non impediantur. Rubr. 109.

ITem statuimus, quòd non possint impediri, detineri, robari, nec sequestrari res aptæ, ad vsum molendini, nec vtensilia ad vsum macinandi in aliquo ex prædictis casibus, etiā pro suo speciali debito, seu facto. Saluo quod occasione bladi dati ad macinandum, & non redditi, & etiam saluo pro debito, quod haberet cum domino molendini, Et si in aliquo prædictorum fuerit contrafactum, non valeat. Et sic cadat contrafaciens in penis compræhensis in statuto de vtensilibus ad agriculturam non robandis loquente.

Summarium ad Statutum 109. in Ciuilibus.

1 *ANimalia ad molendinum destinata non possunt pignorari.*

2 *Amplia, vt nec etiam in subsidium.*

1 IDem in Nouis Const. Mediol. in tit. de execut. d. §. cum executiones, & nota, quod etiam de iure animalia ad molendinum destinata, non possunt pignorari, Asin. in sua praxi iud. §. 31. cap. 2. limit 37. & vide Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 252. vbi adest consimile statutum, & 2 intellige dispositionem huius statuti, † vt nec etiam in subsidium valeant pignorari, vt in terminis huius statuti. D. Costa de remed. sub. remed. 43. num. 5.

De pena seruitoris, & baruariorum facientium contra formam statutorum prædictorum. Rubr. 110.

ITem statuimus, quòd in omnibus suprascriptis casibus, in quibus sint prohibitæ pignorationes, derobationes, seu sequestrationes certarum rerum, de quibus supra fit mentio in suprascriptis capitulis, siue statutis, sit pena seruitoribus, & famulis contrafacientibus, in quolibet prædictorum casuum sollidorum quadraginta Papien. pro quolibet ipsorum. & vltra hoc seruitori standi per vnam diem ad cathenam positam in Curia Communis Papiæ. Et de prædictis rebus derobatis, pignoratis, vel sequestratis, stetur sacramento pignorati, vel derobati, seu eius, cuius res sequestratæ, vel robatæ sint. Cuius pæna medietas perueniat in pignoratum robatum, seu sequestratum, & alia medietas in Commune Papiæ. Et ponatur in ceppo. Et Iudex maleficiorum teneatur, & debeat facere exequntionem ea die, vel sequenti postquam fuerit requisitus, sub pæna dupli quantitatis prædictæ, & periurij applicanda vt supra, & teneatur facere restituere statim derobata sine aliquibus expensis.

Summarium ad Statutum 110. in Ciuilibus.

1 *EXecutores non seruantes formam in exequendo qualiter puniantur.*

AD hoc statutum, vide supra statutum 104. & infra 142. & vide Nouas Const. Mediol. in dict. tit. de execut. c. executores, §. cum executiones, quæ imponunt pænas diuersas ab hoc statuto, & de iure communi puniuntur executores facientes executionem in rebus prohibitis pæna arbitraria Iudici, vt per Menoch. de arbit. iud. casu 378.

Quod

Quod prædicta statuta non habeant locum in domino contra massarios. Rubr. 111.

ITem statuitus, quòd suprascripta omnia statuta, quæ prohibent aliqua pignora pignorari non habeant locum in domino, contra massarios.

AD hoc statutum, vide supra de Regim. Potest. statut. 43. vbi dictum est.

Quod nemo possit defendere bona sibi obligata, nisi pro quantitate debiti sui veri, & iusti. Rubr. 112.

ITem statuimus, quòd aliquis creditor aliquarum rerum obligatarum, non possit, nec valeat dictas res defendere, occasione debiti sui, vel obligationis, nisi vsq; ad quantitatem debiti sui veri, & iusti versus aliquem alium creditorem.

Summarium ad statutum 112. in ciuilibus.

1 HOC statutum qua ratione factum.
2 Creditor posterior soluendo priori in eius locum intrat.
3 Creditor in diem, vel sub conditione, an veniat sub nomine creditoris, & nu. 4.
5 Rerum appellatione, venit tam mobilis, quàm immobilis.
6 Homo, an veniat sub nomine rerum.
7 Factum, an veniat sub rerum nomine.
8 Iura, & actiones, ac nomina debitorũ, an veniant sub nomine rerum.
9 Rei appellatione, intelligitur de dominio.
10 Creditor habens hypothecam generalem, non potest pro credito modico apprehendere rẽ magni valoris.

1 HOC † statutum videtur introductum in
fauorem cæterorum creditorum posteriorum, vt valeant, & ipsi de residuo
2 credita sua consequi, † licèt enim videatur consultum creditori secundo, vt possit debitũ soluendo priori creditori, in eius locum succedere secundum Bart. in l. si ventri, §. fin. vbi Rip. nu. 9. ff. de priuileg. cred. & tex. in l. prima, Cod. qui potiores in pignore habeantur, attamen dicuntur ipsi creditores ità offerentes versari in periculo, scilicet, ne bona euincantur, cum de euictione non teneatur promittere prior creditor, vt notat Duen. reg. 169. creditor vendens, ideò melior fuit prouisio huius statuti.
3 In verbo, aliquis creditor] creditoris appellatione non veniet creditor in diem, & sub conditione, cum in statutis verba propriè intelligenda sint, & appellatione creditoris propriè venit solum
4 creditor purus, † licèt largo modo veniat etiam creditor in diem, vel sub conditione, l. creditores. ff. de verb. signif. l. is cui. ff. de act. & oblig. Menoch. in tract. recup. remed. 9. num. 233. cum sequenti.
5 In verbo, rerum obligatarum] † Intellige, siuè sint mobiles, siuè immobiles, cum verbum res sit generale, aptum compræhendere tam mobilia, quàm immmobilia, l. rei appellatione, vbi DD. ff. de verb. signif. Menoch. in tract. recuperadę remed. 15. nu. 195.
6 † An autem rei appellatione, compræhendatur etiam homo, latè per Dec. in l. prima, in vlt. lect.
7 nu. 32. cum seq. ff. si cert. pet. † vbi etiam quæric an rei appellatione, veniat factum, & tenet, quod sic, per gl. inst. de oblig. in princip. vbi DD.
8 † Rei appellatione, veniunt etiam iura, & actiones, ac nomina debitorum, Alex. consil. 185. num. 26. lib. 2. gl. in l. prima, ff. de stat. homin.
9 † Scias etiam, quod rei appellatione intelligitur de dominio, l. si aliquam rem, vbi Bart. num. 13. ff. de acquir. possess. l. si duo, §. fin. ff. vti possid. Ale.
10 consil. 9. num. 15. lib. 2. & † scias, quod creditor habens hypothecam generalem, cum possit sibi satisfieri in rebus per eum appræhensis, & possessis in re mediocri, non debet accipere rem meliorem pro satisfactione; Angel. in l. 2. nume. primo, ad finem, ff. qui pot. in pign. hab., nec pro modico debito debet posse apponere manum ad prædium magni valoris, & præcij, Angel. in l. quidam, ad finem, C. de distrac. pign. Alexand. in l. 2. §. mutui, num. 7. ff. si cert. pet. vbi D. Rip. auus meus maternus, num. 26.

Quod propter absentiam decem annorum mariti, vxor possit recuperare dotem suam, ac si probasset maritum vergisse ad inopiam. Rubr. 113.

ITem statuimus, quod si maritus alicuius mulieris stetit, vel steterit absens per decem annos continuos, quòd eo casu vxor eius possit, & valeat recuperare dotem suam

perinde, ac si legitimè probasset prædictum maritum suum vergisse ad inopiam. Et eidem vxori fiat ius summarium summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Et de dicta absentia sufficiat fidem fieri per vocem, & famam quatuor testium bonæ famæ, & opinionis.

Summarium ad Statutum 113. in Ciuilibus.

1 *HOC Statutum ampliat ius commune.*
2 *Mulier repetit dotem, constante matrimonio in quatuor casibus; primo marito vergente ad inopiam.*
3 *Secundo, quando in insulam deportatur maritus, & perdit bona.*
4 *Tertius matrimonio nullo.*
5 *Quartus, quando matrimonium non est secutum.*
6 *Dos regulariter non repetitur ab vxore constante matrimonio.*
7 *Amplia, vt si fiat restitutio illa sit nulla.*
8 *Dos ab vxore repetitur, constante matrimonio ob absentiã viri.*
9 *Vxor agit ad separationem thori, & repetit dotẽ marito tenente concubinam.*
10 *Amplia idem propter adulterium viri.*
11 *Vxor agit ad dotem, publicatis bonis mariti, ob [delictũ*
12 *Vxor, an teneatur alimentare maritum bannitum de fructibus dotis, & bonorum parafernalium.*
13 *Vxor, an teneatur concomitare maritum bannitũ, & peregrinantem.*
14 *Absentiarum quinq; genera.*
15 *Absens quot modis quis dicatur.*
16 *Absentia qualiter probetur.*
17 *Quid in criminalibus.*
18 *Aueganti absentiam citati, an statuendus terminus ad certiorandum.*
19 *Annus continuus qualiter accipiatur.*
20 *Annus, ex quibus diebus constat.*
21 *Maritus qualiter probetur vergere ad inopiam.*
22 *Vxor marito vergente ad inopiam, & offerente fideiussores, an possit agere ad dotem.*
23 *Quid requiratur ad hoc, vt vxor agat ad dotem, ob vergentiam mariti ad inopiam.*
24 *Restitutio dotis, quæ fit ob vergentiam mariti ad inopiam, an propriè restitutio dicatur.*
25 *Dotis repetitio, constante matrimonio, an habeat locum marito existente soluendo, & incipiente male, vti substantia sua.*
26 *Maritus vergens ad inopiam, an teneatur ad dotem insolidum.*
27 *Vxor sciens, ac cõtrahens cum viro inope, an agat ad dotem, constante matrimonio, & vide nu. 28.*
29 *Repetitio dotis, an fiat socero ad inopiam vergente.*
30 *Quid, si socer, & maritus sint duo correi, an propter inopiam vnius agatur contra alterum.*
31 *Repetitio dotis, an procedat contra extraneum vergentem ad inopiam.*
32 *Clausula, summariè, & de plano, quid importet remissiuè.*
33 *Testium qualitas probanda,*

1 OC statutum † ampliat dispositionem iuris communis, nam de iure communi, mulier in quatuor casibus potest, pendente matrimonio, dotem
2 repetere; primus est, quando mari-
3 tus vergit ad inopiam, de quo dicetur infra; † secundus est, quando deportatur in Insulam, & sic
4 perdit bona. † tertius, quando matrimonium nul-
5 lum fuit; † quartus, quando non est secutum matrimoniũ, de quibus habetur per gl. in l. 2. in princ. ff. sol. matrim. & clarius per Pract. Pap. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, & vsufructum, in
6 glo. vxor quædam, num. 7. alias enim † regulariter præter hos casus, dos constante matrimonio ab vxore repeti non potest, d. l. 2. in princ. vbi gl. ff. sol. matrim. Bart. in l. si constante, nu. 6. in vlt.
7 opposit. vbi Ias. num. 1. ff. sol. matr. † & casu quo dos vltra dictos quatuor casus restitueretur, restitutio esset nulla de communi per Rol. cons. 9. num.
8 12. lib. primo, additur quintus casus, † quo dos constante matrimonio repeti potest, scilicet propter absentiam decennalem continuam mariti, vt
9 in hoc Statuto additur, & sextus casus, scilicet. quando maritus tenet concubinam, nam tunc vxor potest agere ad separationem thori, & petere dotem, & donationem propter nuptias, Dec. cons. 530. num. 4. Socin. iun. cons. 32. lib. 2. vbi vult, †
10 propter adulterium mariti, posse vxorem agere ad separationem thori, & restitutionem dotis, Didac. de sponsal. part. 2. cap. 7. § 6 num. 5. & 6.
11 Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 25. nu. 5. † septimus est casus publicatis bonis mariti ob eius delictum, nam tunc vxor potest deducere aduersus Fiscum dotem suam, ac donationem propter nuptias, vt latè per Pereg. de iure Fisci, lib. 5. tit. primo, nu. 82. † sed nunquid hoc casu, vxor teneatur mari-
12 tum bannitum alere ex fructibus dotis; & dic quod sic, adeò vt si non sufficiant, teneatur alere de fructibus bonorum parafernalium, Clar. in §. fin prax. criminal. quæst. 82. statut. 2. nu. 4. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 26. vbi ad partes disputat, de quo & videas auum maternum Rip. in l. si constante, nu. 47. post Bart. ibidem, ff. sol. matrim. vbi etiam
13 quærit, num. 48. † an vxor teneatur concomitare maritum bannitum, & peregrinantem, & tenet pro affirmatiua, etiam si pro læsæ Maiestatis crimine damnatus esset, Surd. de alim. tit. 7. q. 26. nu. 10. licet nu. 13. rectius sentiendo contrarium teneat, vbi esset rebellis, vel reus læsæ Maiestatis, cum .n. tunc possit etiã per vxorem occidi, ergo ab ea non est sequendus, nec alendus; idem si tamquam hæreticus damnatus esset, vt ibi per Surd.
14 In verbo, Absens] † absentiarum quinque sunt genera, de quibus per glo. in l. fin. ff. de in integr. rest. minor. Alexand. in l. 2. §. voluntatem nu. 11. ff. sol. matrim. Alciat. in l. mulier, §. aliam, & in l. absenti, ff. de verbor. sign. Ias. in § rursus, num. 6. Instit. de actio. latè Oddus in tract. de restit. in integrum, q. 5. artic. 7. Clar. in §. fin. praxis crimin. quæst. 34. in princ. vbi Baiard. in addit. ad eum;
15 & quot modis quis dicatur absens, Ias. in §. rursus, nume. 4. Instit. de action. Abb. in cap. quoniam frequenter, num. 21. vbi Felin. num. 9. extr. vt lit. non contestat. Alexand. consil. 100. volum. 5. Oddus vbi supra, quæst. 5. artic. 6. per totum.

qualiter

16 † qualiter autẽ probetur absentia, latè Mascard.
17 de probat. concl. 6. cum tribus seqq. & † qualiter probetur in criminalibus, vide Clar. in §. fin. prax. crim. q. 34. num. 3. vbi Baiard. in addit. ad
18 eum, num. 18. † An autem alleganti absentiã rei citati, debeat dari terminus ad certiorandum; dic quod sic, facta fide de absentia, quoties de fraude non appareat, ità Clar. d. quæst. 34. num. 2. cum seq. vbi latè Baiard. in addit. ad eum.
19 In verbo, decem annos] † Annus quomodo accipiatur, glos. in l. 3. §. minorem, ff. de minoribus annus autem propriè constat ex diebus 365. & sex
20 horis, † quæ simul collectæ in quatuor annis faciunt vnam diem, quæ vocatur bisestilis, Ias. in §. rursus, num. 60. inst. de action.
21 In verbo, prædictum maritum vergisse, adde inopiam] † quomodo autem probetur maritum vergere ad inopiam, Bart. in dicta l. si constãte, in prima quęst. primæ partis principalis, vbi Ias. nu. 121. vers. extr. glos. quærit, Bart. ff. sol. matrim. Mascard. de probat. conclus. 118. & seq. Bald.
22 cons. 122. lib. 3. quid autem si maritus, qui vergit ad inopiam vellet dare fideiussores, an nihilominus possit vxor, non attenta dicta fideiussione agere ad restitutionem dotis; dic quod sic. Bart. in dicta l. si constante, in quinta opposuit, num. 6. & nu. 46. in vltima quæstione, primæ partis princ.
23 vbi Ias. num. 3. & Rip. num. 12. & scias, † quod ad hoc, vt mulier hoc in casu marito vergente ad inopiam, possit agere ad exactionem dotis, requiritur, quòd cõstet notoriè, & euidentissimè, Ias. in
24 dicta l. si constante, num. 12. nota tamen, † quod restitutio, quæ fit, hoc in casu constante matrimonio, non dicitur propriè restitutio, cum habeat deseruire oneribus matrimonij, l. vbi, C. de iur. dot. Bart. in dicta l. si constante, num. 53. 55. & 59. vbi Ias. num. 191. & Rip. num. 95. & 97. & licèt contrarium tenuerit, Roman. consil. 392. nu. 2. Dec. consil. 45. num. 2. magis tamen communis opinio est, cum Bart. teste Rip. in dicta l. si constante, num. 95. idem Rip. in rubr. num. 27. ff. sol. matrim. vide tamen Bursat. consil. 120. nu. 35. & seq. lib. primo, vbi defendit, quod sit vera restitutio.
25 † Sed quid si maritus sit soluendo, sed tamen incipiat male, vti substantia sua, an habeat locum repetitio dotis, constante matrimonio; dic quod sic, glo. in l. vbi ad huc, C. de iur. dot. de communi, Alex. in d. l. si constante, vbi pariter Imol. & cæteri omnes.
26 An autem isto casu maritus propter inopiam conuentus ad dotem, constante matrimonio, teneatur in solidum, an verò habeat beneficium, ne vltra, teneatur quam facere possit, & dic, quod teneatur, vt tenet glos. in d. l. vbi ad hanc communem dicit, Ias. in d. l. si constante, nu. 11. Cyn. & Bald. in d. l. vbi Bursat. cons. 56. col. prima, circa medium, lib. primo.
27 † An autem habeat locum huiusmodi repetitio, si vxor sciens contraxit matrimoniũ, cum viro inope, & non existente soluendo; & quidam tenuerunt quod sic, inter quos fuerunt Barr. in d. l. si constante, in 6. quæst. primæ partis principalis, & ibi Alex. Petr. de Anchar. & Imol. in cap. propter sterilitatem de locato.
28 Contrariam opinionem, scilicèt, quod mulier hoc in casu non possit repetere dotem, tenuerunt Cyn. in d. l. vbi adhuc, C. de iur. dot. Dyn. in d. l. si constante, Cannoniste in cap. per vestras, extr. de donat. inter virum, & vxor. Alb. Bald. Imol. Aret. in d. l. si constante, Pract. Pap. qui hanc opinionem dicit veriorem, & æquitati magis consonam, in forma libelli, quo agitur ad dotem, in glo. vxor quædam, num. 15. vers. vlterius quæritur, & hanc opinionem esse communem testatur, Soc. iun. cons. 116. sub num. 27. volum. 2.
29 † Scias etiam, quod hæc repetitio dotis, potest fieri, non solum marito vergente ad inopiam, sed etiam socero, qui recepit dotem, glo. in d. l. vbi adhuc, & in d. l. si constante, vbi DD. & præsertim Bart. num. 27. in 7. quæst. primæ part. vbi Ias. nu. 24. & Rip. num. 50. cum seq. Pract. Pap. in dicta glo. vxor quædam, num. 16.
30 Quid † autem, si socer, & maritus ambo teneantur ad dotem, & sunt duo correi, an propter inopiam vnius, possit agi ad dotem per vxorem contra alium, & dic, quidquid voluerit, Bart. in d. l. si constante, nu. 32. in octaua quæst. primæ partis, quod neuter hoc casu potest conueniri cum vxori, satis videatur consultum pro dote, altero existente soluendo, DD. in d. l. si constante, & in spetie Roman. & Ias. & vide Rip. nu. 52.
31 Non etiam omitto, † quod etiam contra extraneum, qui recepit dotem, & vergentem ad inopiã, vel incipientem malè, vti sua substantia, potest mulier agere, constante matrimonio ad exactionẽ dotis, Bart. post glo. in d. l. si constante, num. 36. versic. nono quæro, vbi Ias. num. 68. Pract. Pap. in d. l. vxor quædam, num. 22. de hoc latius dictũ est in alio statuto, & ideò ad ibidem dicta me remitto.
32 In verbo, ius sum marium summariè, de plano, &c.] † quid importet hoc statutũ dictum est supra statuto primo.
33 In verbo, & de dicta absentia sufficiat fidem per vocem, & famam quatuor testium bonæ famæ, & opinionis] nota, † quod ista qualitas testium debet probari, vide late Appost. ad Ang. in l. 2. ff. quẽadmod. testam. aperiantur. de iure autem communi qualiter probetur absentia, vide Mascard. de probat. conclus. 5. & sq. ad conclus. 12.

Quod carcerati se obligare possint. Rubr. 114.

ITem statuimus, quòd carcerati possint confiteri, & promittere, ac se, & sua bona obligare in præsentia Domini Potestatis Papiæ, vel vnius ex Iudicibus suis, & duorum suorum propinquorum parentum maiorum ætate annorum triginta pro quolibet ipsorum, si eos habent, & si eos non habent, duorum vicinorum maiorum dicta ætate.

Summarium ad Statutum 114. in Ciuilibus.

1 *Constitutus in palatio, dicitur carceratus, non*
2 *tamen cōprehenditur sub hoc statuto, & nu. 2.*
3 *Carceratus, an dicatur sub arresto constitutus.*
4 *Carceratus an dicatur cui fuit assignata domus, vel Ciuitas pro carcere, vt teneatur seruare solemnitatem huius statuti.*
5 *Verba propriè in statutis intelligenda.*
6 *Carceratur an dicatur, qui non potest liberè abire.*
7 *Carceratus de iure communi non contrahit, secus de consuetudine.*
8 *Statutum hoc, qua ratione factum.*
9 *Gesta in vinculis præsumuntur per metum.*
10 *Carceratus de iure non potest testificari.*
11 *Carceratus, an possit citari ad domum.*
12 *An veniat restituendus in integrum.*
13 *Carceratus, an teneatur p procuratorē cōparere.*
14 *Quid si carceratio sit iniusta.*

1 IN verb. Itē statuimus, quod carcerati] nota. † quod carceratus is etiā dicitur, qui in palatio est constitutus propter Iudicis preceptum, Ias. in repet. l. admonendi, num. 163. cum alijs pluribus, de quibus
2 per Mascard. conclus. 265. nu. 9. † non tamen hic compræhenditur, sub hoc nostro statuto, vt vbi per eum; idem dicitur carceratus, & qui sub ar-
3 resto est constitutus, † vt propriè dicatur carceratus, etiam quo ad inualiditatem contractuum per eum gestorum, ità Guid. Pap. quæst. 213. Menoch. de arb. Iud. casu 301. num. 9. cum seq. sequitur Mascard. d. conclus. 265. num. 11. cum seq. quod
4 est notandum † pro illis, quibus fit præceptum, nè exeant è domo, vel Ciuitate, quia dicuntur carcerati, & tenentur seruare solemnitates huius statuti; ego autem crediderim verius contrarium, scilicet, vt ille, cui fuit data domus, vel Ciuitas pro carcere non teneatur seruare solemnitatem, de
5 qua in hoc statuto, ea ratione, quia in † statutis verba propriè veniunt intelligenda, l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. cui autem fuit assignata domus, vel Ciuitas pro carcere, non dicitur propriè carceratus, sed impropriè, & largè Ias. in repet. l. admonendi, nu. 173. ff. de iur. iur. Mascard. de probat. conclus. 265. num. 8. Menoc. de arb. Iud. casu 301. num. 6. cum seq. dicitur etiam carceratus, qui tenetur in aliqua Ciuitate, sub cautione secundum Ias. in l. si pecuniam, §. si accepit in finali numero, ff. de cond. causa data, & non secuta, Gramat. decis. 14. num. 3. & 4. vide Mascard. dicta
6 conclus. 265. nu. 30. † item carcere detineri censetur, ita detentus, qui liberè non possit abire quocunq; in loco, l. nec non, ff. ex quibus, caus. maiores l. prima, ff. de priuat. carcer. l. qui in carcerem, ff. quod met causa, l. solutum, ff. de verb. signif.
7 In verbo, sua bona obligare] de iure communi carceratus non potest contrahere, nec validos cōtractus gerere, l. qui in carcerem, ff. de eo, quod met. caus. vbi omnes, Hyppol. in pract. crim. § attingam, nu. 2. tamen de consuetudine contrarium seruatur; procuratores enim ritè, & rectè constituunt, & fideiussores præstant, & cæteros contractus iniunt, vt testatur Alb. in l. qui in carcerem, ff. de eo quod met. caus. sequitur Iulius Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 46. num. 6. vbi Baiard. in addit. ad eum, nu. 20. qui etiam ad hoc allegat, Farinac. quæst. crim. 35. per totum, vbi latissimè per ampliationes, & declararationes, Mar. Anton. variar. resol. lib. 2. resol. 60. cas. 33. Afflic. decis. 149. Rol. à Val. cons. 2. num. 47. cum seqq. vol. primo,
8 Menoc. cōs. 1. nu. 271. & seq. † & ideò statutum nostrum sequens consuetudinem generalem, permisit carceratis, vt contrahere possint, cum interuentu Potestatis, vel vnius ex Iudicibus, & duorū suorum propinquorum, vel vicinorum, & hoc ad
9 euitandum fraudē, & metum, cū † alias in vinculis gesta, præsumantur gesta per metum Menoch. de arb. Iud. cas. 136. num. 4.
10 Amplia dispositionem iuris communis, † vt carceratus testis adhibitus, nihil probare possit cōtra reum, vt per Mascard. de probat. conclus. 267. vbi hoc limitat quinq; modis.
11 † Sed nunquid carceratus possit citari ad domum suam; dic quod sic, tam ad audiendum sententiam, quàm ad aliud actum, & valebit citatio,
12 † sed poterit petere restitutionem in integrum, propter ignorantiam, secundum glo. & Bald. in l. 2. C. ex quib. caus. maior. Balb. decis. 494. & † te-
13 netur carceratus per Procuratorem legitimum comparere, quando est iustè carceratus, alias nōn excusatur, nec ei prodest suum impedimentum; Cast. in l. 2. ff. de in ius. voc. & in l. petitum, ff. si quis caut. Marsil. in sua praxi crim. §. attingam,
14 num. 20. quod limita, † nisi carceratio fuisset facta ex causa iniusta, vel esset positus in secretissimis carceribus, adeòut nemo cum eo alloqui posset, Castr. in dict. l. quæsitum, Oddus in tract. de restit. in integr. quæst. 30. art. 4. num. 24. cum seq. Farinac. d. quæst. 35. num. 28. & 29.

Idem pariter dicendum est, quando contraheret cum tertio, non autem cum eo, qui eum in carcerem detrudi fecit, glos. in d. l. qui in carcerem, Farinac. allegata q. 35. nu. 31. cum seq. & nu. 36.

De animali morboso. Rub. 115.

ITem statuimus, quòd si aliquod animal deceßerit infra sex menses postquam alienatum, & traditum fuerit, & repertum fuerit habere morbum pulmonariæ, præsumatur mortuum ex illo morbo, & locum habeat redhibitoria.

Summarium ad Statutum 115. in Ciuilibus.

1 *VIdenda ad hoc statutum.*
2 *Actio redhibitoria, & quanti minoris datur pro animali morboso, & vitioso vendito.*
3 *Actio redhibitoria durat sex mensibus.*

4 Redi-

4 *Redhibitoria, quæ datur ratione displicentiæ durat dies 60.*
5 *Actio quanti minoris, quando detur.*
6 *Actio quanti minoris circa annum vtilis.*
7 *Redhibitoria vt procedat, quæ requirantur.*
8 *Redhibitoria datur pro omnibus rebus vitiosis, & libris corruptis.*
9 *Item datur quando vitium animalis est expressum sub inuolucro verborum.*
10 *Venditor tenetur vitiũ specificè dicere, nisi sit manifestum.*
11 *Redhibitoria habet etiam locum quando res est vendita cariori pretio, eo quod sit cõmendata in spetie, secus si generaliter.*
12 *Redhibitoria competit quando moritur ex infirmitate causata tempore venditionis.*
13 *Amplia procedere, quando moritur infra sex mẽses ex hoc statuto.*
14 *Intellige statutum procedere, quo ad morbum pulmonariæ, secus quo ad alios morbos.*

1 AD hoc statutum † vide infra decretum 152. & decretum 15. Bonacoss. in tract. de æquo, & pro intelligen-
2 tia huius statuti, sciendũ est, † quod pro animali morboso, vel alia re vitiosa empta, duæ competunt actiones emptori, prima dicitur actio redhibitoria, de qua loquitur statutum nostrum, & altera dicitur actio quanti minoris, actio redhibitoria datur, pro omni re, vel animali morboso, vel vitioso ven
3 dito, † & hæc durat, tantum sex mensibus, l. cum sex, ff. de ædil. ędict. l. 2. C. de ædil. act. Ias. in l. si quis arbitratu, versic. quarto principaliter, ff. de verbor. oblig. & in hoc est conforme ius commune cum statuto nostro; intellige tamen hoc procedere in redhibitoria, quæ datur ratione mor-
4 bi, † illa enim quæ datur ratione displicentiæ durat tantum sexaginta diebus, l. quod si nolit, §. sed
5 quid, ita, ff. de ædil. ędic. † actio autem quanti minoris, est illa, quæ quanti minoris emissem, si vitium sciuissem, l. sciendum, §. fin. ff. de ædil. ędict. ita Aret. & cæteri DD. in §. prætorum ædicta, in-
6 stit. de iur. nat. gen. & ciuil. † est autẽ vtilis actio, quanti minoris in hoc, quia si quis egerit redhibitoria, & succubuerit poterit postea intra annum agere quanti minoris, secundum Bald. in l. pen. colum. 2. C. de ædil. ædict. Cremen. sing. 164. Corr. in memor. in verb. actio redhibitoria, qui autem actionem redhibitoriam habere vult, tenetur si
7 emit æquum, vel bouem morbosum, † primò offerre omne id, quod fructus, & lucra, & commoditatis causa interim habuit, seu accepit ex eis, alias non potest dictam actionem redhibitoriam obtinere, l. ædiles etiam, §. fin. ff. eod. si tamen ipse aliquid soluerit pro medicamentis, vel alio modo potest illud à venditore recuperare, vt l. prima, §. si quis autem potest, ff. de ædil. ædict. Aret. in d. §. prætorum ædicta.
8 † Datur autem hæc actio redhibitoria non solũ pro animali morboso, vel vitioso, sed etiam pro omnibus rebus vitiosis, & ita etiam pro libris corruptis emptis, gl. in l. prima, ff. eod. Aret. in d. §.
9 prætorum ædicta; † competit etiam hæc actio, quando venditor sciens vitium animalis, exprimit vitium emptori sub inuolucro tamen verborum, si æquus sit bulsus, dicat vendo tibi equum, pro cecco, lunatico, retrogrado, bulso, caprimorbo, dolente ante & retro, & pleno schinallis, ac mangagnis, & omnes defectus habente, nam per hanc expressionem factam per venditorem sub inuolucro verborum non liberatur venditor, & dicitur
10 esse in dolo, † cum teneretur specificé exprimere vitium, nisi fortasse illud esset manifestum, & apparens, l. ea quæ. ff de contrahen. empt. Bald. in l. prima, §. primo, ff. de ædil. ædict. Aret. in d. §. pretorum ædicta, ita etiam consulendo tenuit Corneus consil. 81. volum. 3. Ias. post Ang. & Castren. in l. paciscі, ante finem, ff. de pact. Alex. cons. 14. & ibi Natt. in addit. volum. 5. idem Alex. cons. 95. eod. volum. Aret. in §. in duplum, num. 9. inst. de act. pluribus etiam citatis hoc tenet Bertazzol. in tract. de clausulis instrum. clausula 24. gl. prima, num. 4. cum seq. tenetur pariter tertio loco hac
11 actione redhibitoria, † quando venditor, vt melius & cariori pretio equum, vel seruum vendat, eum cõmendauerit in spetie, puta quod sit cursor, vel artifex, congruè referẽdo, vel huiusmodi, nam si equus non reperiatur cursor, vel seruus artifex, tenetur venditor hac actione; nisi fortasse venditor comendauerit generaliter, non tamen veniens ad specialia, l. sciendum, §. illud, ff. de ædil. ædic. l. eaq; comendandi, in princ. ff. de contrah. empt.
12 Aret. in §. in duplum, nũ. 8. inst. de actio. † Quartò & vltimò loco competit hęc actio, si seruus, bos, vel simile moriatur apud emptorem ex infirmitate generata apud venditorem, infra tres dies, puta quia reperiatur habere pulmonem marcidũ, nam tunc præsumitur quod illam infirmitatẽ habebat tempore venditionis, ita Aret. in d. §. in duplum, num. 10. Boer. decisio. 323. num. 21. Ioseph. Lud. decis. Perus. vlt. part. 2. hoc tamen videtur am-
13 pliatum per nostrum statutum, † vt si animal moriatur etiam infra sex menses, & reperiatur habere pulmonariam, quod præsumatur mortuum ex illo morbo, & habeat locum actio redhibitoria;
14 † quod statutum nõ habet locum in alijs casibus, vltra casum pulmonariæ, cum habeant rationem diuersam, & ideò dicti casus remanent sub iuris communis dispositione, ita D. Costa de remed. subsid. prælud. 4. num. 13.

Quod quilibet contumax possit appellare. Rubr. 116.

ITem statuimus, quòd si quis condemnatus fuerit tanquam contumax in nõ veniendo, quòd liceat, & possit ab ipsa sententia appellare, dummodo alias aliquo iure præterquam per contumaciam non sit prohibita appellatio.

Summarium ad Statutum 116. in Ciuilibus.

1 *CONtumax verus, & fictus, qui, num. 2. & 3.*
4 *Contumax verus de iure communi nõ appellat.*
5 *Fallit in ficto contumace.*
6 *Statutum hoc intelligitur, tam de vero, quàm ficto contumace.*
7 *Mu[...]*

7 *Mens statuentium colligitur ex verbis rubricæ.*
8 *Statutum generale generaliter intelligendum.*
9 *Statutum intelligendum ne sit superfluum.*
10 *Contumax ex hoc statuto potest appellare, si appellatio interponatur congruo tempore.*
11 *Appellari in pluribus casibus remissiuè.*

1 IN verbo, tamquam contumax) scias † quod contumacia duplex est, quædam vera, quædam ficta, l. fin. C. de in integr. restit. minorum, vbi Bart.
2 † Contumax verus is esse dicitur qui citatus dixit nuncio se nolle comparere, gl. in d. l.
3 fin. † fictus verò qui fuit citatus, & non comparuit gl. in d. l. fin. vbi Bart. & latè exemplificat Marant. in sua prax. iud. in verb. & aduertatur circa contumacias, num. 8. vbi Appost. Oddus de restit. in
4 integr. q. 82. art. 7. num. 81. † Contumax autem verus de iure cõmuni prohibetur appellare, quod
5 tamen ficto cõtumaci † permittitur, gl. in d. l fin. C. de in integr. restit. minor. Ias. in l. sciendum, nu. 23. ff. de verb. oblig. & in l. plerique, num. 2. ff. de in ius vocan. Rip. in cap. primo, num. 83. de iudicijs. pulchrè Dec. consil 34. & pro tenui facultate, distinguens an contumacia sit super negotio principali, an verò super aliquo emergenti, puta, quod quis fuerit contumax in iurando de calumnia, aut in respondendo positionibus. Hoc igitur sic stan-
6 te, † quæro de quo contumace intelligitur statutum nostrum, & dic quod intelligitur non solum de contumace ficto, sed etiam vero; primò, pon-
7 derando verba rubr. quilibet contumax, † cum ex verbis rubricæ, & præfationis colligatur mens, & causa finalis statuentium. l. fin. vbi Bart. ff. de hæred. instit. l. cum ij, in princ. vbi Bart. ff. de transac. Alex. consil. 7. num. 3. lib. secundo. quæ cum sint
8 generalia, † debet statutum ita generaliter, & indistinctè loquens generaliter intelligi, l. de pretio. ff. de public. l. prima, §. generaliter, ff. de leg. præstand. Alex. consil. 115. num. 6. lib. 7. & cons 111. num. 11. eod. lib. & cons. 196. num. 2. lib. 6. Dec. consil. 451. num. 5. Alex. cons. 49. num. 12. & 55. num. 8. circa finem lib. primo, & facit ratio; quia si statutum nostrum solum intelligeretur de contumace ficto, esset superfluum, cum non plus disponeret, quàm ius commune, quod non est dicen-
9 dum, † cum statutum, ita debeat intelligi, ne sit superfluum, sed vt aliquid operetur, & addat iuri communi, Bart. in l. 3. ff. de vsucap. & in l. 4. §. prætor ait, versic. quæro, quod si statutum, ff. de dam. infect. Alex. consil. 49. num. 12. lib. primo, & cons. 24. num. 12. lib. secundo, & cons. 119. num. primo, lib. septimo, & consil. 190. num. 15. lib. secundo, Dec. cons. 502. num. 6. & cons 466. num. 15. & consil. 272. num. 8. Curt. iun. cons. 5. num. 35.
10 Intelligitur tamen statutum permittens contumaci posse appellare, vt procedat quando appellatio est congruo tempore interposita, plus enim iuris habere non debet contumax, quam non contumax, & etiam quia debet euitari infinitas, per ea quæ tradunt Ang. in l. si finita, & Alex. in l. qui bona, §. fin. ff. de dam. infect.
11 In verbo, nõ sit prohibita appellatio) casus plures, in quibus reperitur prohibita appellatio, videas per Marant. in sua prax. in verb. quandoque appellatur, nu. 28. Menoc. de arb. iud. q. 70. per totũ.

Quod præstetur fides, & adhibeatur instrumento scripto per quemcumque notarium, & subscripto per illum qui rogauit. Rubr. 117.

ITem statuimus, quòd fides adhibeatur, & stetur instrumento scripto manu cuiuscunque notarij, dummodo scriptum sit iussu illius, cui rogatum, vel iußum fuerit, vel cui breuiaria, vel prothocola alicuius commißa fuerint, & credatur iussu illius notarij scriptum esse, qui se in ipso instrumento subscripserit.

Summarium ad statutum 117. in ciuilibus.

1 *VIdenda circa hoc statutum.*
2 *Instrumentum, quid continere debeat, vt valeat.*
3 *Instrumentum debet continere locum loci.*
4 *Instrumenti nomine, non venit scriptura priuata, nec testes maximè in statutis.*
5 *Instrumentum liquidissima probatio.*
6 *Instrumentum facit rem manifestam.*
7 *Instrumentum, habet præsumptionem veritatis pro se.*
8 *Instrumentum, an de iure debeat esse subscriptum manu Notarij rogati.*
9 *Protocolium, an debeat esse scriptum manu notarij rogati, & vide num. 10.*

1 CIRCA † hoc statutum, vide supra statuto 24. supra de regimin. potest. & quæ ibi dicta sunt, & quia ibi plura dicta sunt, ideo pauca hic supponenda sunt.
2 In verbo, & statutũ instrumento) † intellige dummodo habeat illa requisita, de quibus per gl. in l. generaliter, C. de tab. lib. 10. Specul. in tit. de inst. ædit. §. breuiter, in princ. & de quibus etiam per Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium, in repet. ff. de edend. Rip. in l. admonendi,
3 num. 159. ff. de iur. iur. & inter alia, † habet instrumentum continere locum loci, gl. in cap. Abbate, in verb. censetur, de iur. iur. in sexto, Bart. in l. de pupillo, §. qui nunciat, ff. de oper. nou. nunt. Alex. consil. 59. num. 5. vbi Appost. lib. 2. Bart. in d. §. si
4 initium, num. 26. † an autem instrumenti appellatione, contineatur scriptura priuata, vide Rom. consil. 23. num. 2. Asin. in sua prax. iud. §. 22. cap. 4. num. 4. & 6. vbi concludunt quod non, maximè in statutis, nec etiam veniunt testes; Orian. in cap. quoniam contra, cap. 9. de instr. product. num. 4. de probat. Felyn. in cap. peruenit, il primo, nu. 3. de testib. cogend. & quod in materia statutaria veniant solum appellatione instrumentorum, instrumenta

ſtrumenta publica, non autem ſcripturæ priuatæ, & teſtes, etiam in ſcriptis redacti, tenet Virgin. Boccac in conſtit. Marchie, gl. 7. nu. 2. Bonacoſſ. in ſuis conſtitutionibus crimin. in verb. pœna, verſic. pœna appoſita.

5 † Scias autem, quod inſtrumenta dicuntur liquidiſſime probationes, l. cum precibus, C. de probat. omnes in l. iuriſgentium, §. quod ferè, ff. de pact. cap. cum olim, de verb. ſign. Bart. in l. prima. in prima quæſt. ff. de oper. nou. nunt. Alex. conſ. 8.
6 num. 4. lib. 1. † Item facit haberi rem pro manifeſta, Alex. conſil. 37. num. 16. vbi Appoſt. lib 2. Menoch. conſil. 7. num. 4. habet etiam inſtrumentum
7 præſumptionem pro ſe, & præſumitur continere veritatem ratione officij, l. cum precibus, C. de probat. cap. ad audientiam, de præſcript. Alexan. conſil. 125. colum. ante penult. circa medium, lib. primo, Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 44. per totum. Treſq; ſunt præſumptiones inſtrumenti, prima, quod ſit verum, ſecundo, quod ſit ſolẽne; tertiò, quod omnia cenſeantur appoſita de partium conſenſu, Dec. conſil. 52. num. 3. plura Rim. iun. conſil. 816. num. 12. & ſeq. Farinac. de falſit. & ſimul. q. 156. num. 140. & ſeq. quæ omnia vera ſunt niſi de inſtrumẽti uiribus, & validitate diſputetur, Dec. conſil. 474. num 3. Ozaſ. deciſ. 129. nu. 7. Cæſar Barz. deciſ. 43.

In verb. dummodo ſcriptum ſit iuſſu illius) idẽ
8 de iure communi, † quo inſtrumentum, ad hoc, vt faciat fidem, debet eſſe ſcriptum, & ſubſcriptũ manu notarij rogati, vel notarius debet in ſubſcriptione facere mentionem, quod ſit aliena manu ſcriptum, alias non faceret fidem, Alex. conſil. 41. numero primo, & ſecundo, vbi Appoſt. lib. primo, & conſil. 104. num. primo, lib. 7. Felin. in cap. inter dilectos, num. 27. de fide inſtrum. Rip. in l. admonendi, num. 145. ff. de iure iuran. latè Anton. Gabr. in ſuis communibus in tit. de præſumptio. concluſ. 3. num. 34. verſic. limita in notario, cum ſeqq. pluribus.

9 † Aduerte tamen, nam videtur, quod ſaltem protocolum debeat eſſe ſcriptum manu notarij, non autem alterius, vt in Authét. de tabell. §. nos autem, & ibi gloſ. in verb. per ſe, Bald. in l. prima. §. ne autem, num. 12. C. de cad. toll. Alex. conſil. 41. num. 2. vbi Appoſtil. ad eum, lib. primo. idem Alexan conſil. 104. num. 4. lib. 7. Felin. in cap. inter dilectos, num. 28. de fide inſtrum. Gab. vbi ſupra, num. 36.

10 † Contrarium, quod imò ſufficiat protocollum eſſe ſubſcriptum manu notarij rogati, licet ſit ſcriptum aliena manu tenet Dec. conſil. 447. num. 9. & ſeq. Appoſt. ad Alexan. d. conſil. 41. ſub num. 2. & ita ſeruatur.

Quod fides adhibeatur relationi ſeruitoris communis Papiæ, de qua relatione appareat publicum inſtrumentum. Rubr. 118.

ITem ſtatuimus, quòd ſtetur & fides adhibeatur relationi cuiuſcumque ſeruitoris communis Papiæ, ſi de ea relatione conſtet per publicum inſtrumentum, vel in actis cuiuslibet iuſdicentis, niſi in caſibus in quibus debet præcedere impoſitio ſecundum formam præſentiũ ſtatutorum.

Summarium ad Statutum 118. in Ciuilibus.

1 *Nuncio circa eius officium creditur.*
2 *Amplia, vt credatur circa annexa eius officio.*
3 *Nuntio non creditur circa crimina.*
4 *Et quid quo ad torturam inferendam.*
5 *Beroarijs, an & quando credatur, & num. 6.*
7 *Nuntio, an credatur citaſſe ſi non appareat de cõmiſſione.*

1 IN verb. relationi cuiuſcumque ſeruitoris) idem † de iure communi, in quo creditur nuncio, circa ea, quæ ad ipſius nuncij officium pertinent, puta cum refert aliquem citaſſe, nam eius relationi ſtatur, gl. in cap. cum parati, in verb. nuncius, de appellat. niſi aliud qualitas cauſæ ſuadeat arbitrio iudicis conſideranda, Menoch. de arbitr. iud.
2 caſu 112. num. primo, ac 8. cum ſeq. † idem pariter creditur nuncio, circa ea, quæ nuncij officio annexa ſunt, puta circa reſponſionem citati, vt per eumdem Menoch. ibidem num. 16. cum ſeq.
3 † non tamen creditur nuncio etiam publico, & iurato circa crimina, Specul. in tit. de citat. §. ſequi-
4 tur videre, quod † procedit, quò ad condemnationem, non autem quò ad inquirendum, & etiam
5 quò ad torturam inferendam, † ſi tamen crimina ſint leuia, & alij non adfuerint teſtes, tunc benè creditur ipſis Beroarijs, non autem in grauibus non enim probant crimen, ſed inditium ad torquendum faciunt, Boſſius in tit. de denunciat. numero 10. Baiard. in addit. ad Clarum, §. finali, prax. crimin. quæſtione. 8. numero 2. 6. & 8. latè quando ſit credendum Beruario, tradit Maſcard. de probatio. concluſio. 189. Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 9. per totum, Menoch. de arbitr. iudic. caſu 112. & dixi etiam ſupra ad ſtatu-
6 tum 12. de regimin. poteſt. nota tamen, † quod nuncio referenti ſe citaſſe, non adhibetur fides, nec ei creditur, niſi appareat de commiſſione ſibi data ad citandum, ſecundum communem Doctorum opinionem, cum pro ipſa commiſſione nullatenus præſumatur, Bart. & Ioan. Plot. in l. ſecunda, C. de decurionib. lib. 10. Anton. de Butrio, & alij omnes, in cap. primo, de iudicijs, Doctores in l. ſciendum, ff. de verborum obligatione, Bald. conſil. 63. volum. 5. Aret. conſil. 33. colum. 4. Marſil. in ſing. 235 Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. per nuncium, Dec. in cap. quoniam contra, numero 22. de probatio. Vltius opinio. 555 D. Rip. auus mihi maternus, plenè in cap. primo, nume. 91. & ſeq. extra de iudic. reliqua, vide ſupra ad ſtatutum 12. de regimine poteſtatis.

De

De modo & forma obligandi filium familias minorem, & in potestate alterius constitutum. Rubr. 119.

Item statuimus, quòd si aliqua persona quæ sit tempore contractus distractus, vel quasi, minor ætate annorum vigintiquinq; nisi pronunciatus fuerit maior ætate annorum decem, & octo, secundum formam statutorum communis Papiæ, & aliqua persona, quæ sit tempore contractus distractus, vel quasi, filius, vel filia familias, & aliqua persona, quæ sit tẽpore contractus distractus, vel quasi, in potestate alterius; non possit nec valeat se, vel bona sua obligare alicui alteri in contractu aliquo, vel distractu, vel quasi, nisi cum auctoritate potestatis Papiæ, vel eius iudicis, & duorum suorum parentum masculorum maiorum ætate triginta annorum, pro quolibet si eos habet, & si non habet, eorum loco duorum suorũ vicinorum dictæ ætatis. Et hoc si dicta persona fuerit in Ciuitate Papiæ, vel burgis ipsi ciuitati adhærentibus. ¶ Si autem fuerit in territorio, vel districtu in aliqua terra, idem seruetur fiat, & fit, vt supra dictum est. Sed tunc loco potestatis, vel sui iudicis sit rector illius terræ, si rectorem habet præsentem, & si non habet, vel non est præsens, eius loco adhibeantur duo Vicarij, vel consules dictæ terræ, & nihilominus, vt supra dictum est. ¶ Et suprascripta locum non habeant in persona, nec personis forense, nec forensibus non subditis communi Papiæ, aliter quam ratione contractus, qui per eos fieri contingat in ciuitate, vel districtu Papiæ, quo casu volumus ius commune debere obseruari tantum. Nec in aliquo contractu distractu, vel quasi, qui fieret per aliquam ex suprascriptis personis cum consensu patris sui, vel aui, vel qui fieret cum auctoritate sui curatoris, vel tutoris, nec in contractu dotis sponsalium, vel matrimonij, quibus casibus valeat contractus de iure, possit tamen persona contrahens petere se restitui aduersus talem contractum, si de iure competit restitutio. Dicta autem auctoritas quocunque loco, & tempore etiam feriato, etiam in honorem Dei, & etiam non sedendo possit interponi, & sic interposita valeat dictis non obstantibus. ¶ Et prædicta locum non habeant in filio familias, qui stet separatus à patre, & qui gerit, & contrahit per se tanquam separatus à patre, quo casu possit se obligare etiam sine consensu patris, & absq; solemnitate prædicta, dummodo sit maior ætate annorum vigintiquinq; vel pronunciatus maior decem & octo annis.

Summarium ad Statutum 119. in Ciuilibus.

1 Videnda ad hoc statutum.
2 Notarius omittens in contractibus mulierum apponere solemnitates statuti, punitur pœna falsi, & priuatur officio ex Constit. Mediolani.
3 Factum contra statutum, non firmatur iuramẽto, & faciens, peccat, & infra num. 40.
4 Amplia, vt etiam cõtractus præsumatur dolosus.
5 Hoc statutum seruandum in foro conscientiæ.
6 Limita in re parui momenti.
7 Hoc statutum validum, & ad vnguem obseruandum.
8 Statutum de contractu, an procedat in quasi contractu.
9 An procedat in stipulatione, donatione, transactione.
10 Quid in distractibus, & in iudicijs.
11 Contrahens cum minore, absq; solemnitate statuti, an tutus in foro conscientiæ.
12 Hoc statutum non procedit in dote.
13 Limita secundo, in contractu vtili minori, & numero 17. & 40.
14 Propinqui præsentes, & tacentes, an faciant contractum validum minoris, & 79.
15 An sufficiat, si propinqui se obligent simul cum minore.
16 An statutu hoc procedat in aditione hæreditatis.
18 Hoc statutum non comprahẽdit minorem contrahentem nomine alieno.
19 Minor an possit liberare, & quietare sine solemnitate huius statuti, & num. 21.
20 Minor accipiens tutelam alterius sine hac solemnitate an obligetur.
22 Minor, an obligetur ex delicto.
23 Res vendita per minorem, absq; solemnitate, an pereat ipsi minori.
24 Tutor contrahens cum pupillo, an seruet solemnitatem huius statuti.
25 Consensus vnius propinqui, an sufficiat, si minor contrahat cum altero.
26 Minor contrahens sine hac solemnitate, an obligetur naturaliter.
27 Minor contrahens cum altero minore sine hac solemnitate, an valide, & num. 31.
28 Solemnitas huius statuti, an præsumatur ex diuturnitate

1 D † hoc statutum conferunt plura adnotata supra ad statutum 98. in ciuili, & vide etiam statutum 114. & vide Nouas Const. Mediolani, in tit. de Notarijs publicis, c. nulli, in qui-
2 bus † ponitur pęna notarijs, scilicet falsi, & priuationis officij tabellionatus, si in instrumentis mulierum, non apposuerint solemnitates requisitas per statuta locorum, & ad hoc statutũ, vide Menoc. in tract. de arbit. iud. lib. 2. casu 211. cum duobus seqq. & in tract. recuper. remed. 15. num. 174. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 328. & 416. Berret. consil. 42. Tiraquel. de legibus con nub. gl. 5. num. 93. cum seq. latissimè omnium Lãberteng. in tract. de contract. eorum, quibus, vel à iure communi, vel à statutis, sine certa solemnit. contrah. permiss. non est, qui plenissimum tractatum ædidit per vigintiquinque glosas omnia ferè quærendo, & absoluendo, quæ circa hoc statutũ dici,

dici, aut excogitari possent, Granut. Theorem. 25. per totum, vbi decem modis ampliat, & viginti sex declarat. Bero. cons. 179. 180. & seq. lib. primo, Menoch. de arbitr. iud. cas. 211. & 212. & scias,
3 † quod cum hoc statutum loquatur in personam, contrafaciens peccat mortaliter, & per iuramentum non confirmatur, quod cōtrafactum est, Borgnin. latè decis. 30. num. 18. Bald. cons. 178. vol. 3. Pract. Papiens. in forma libelli, quo agitur ad restit. in integr. in verb. tunc iurauit, & dixi infra la-
4 tè, num. 40. † & si aliter fiat contractus præsumitur dolosus, Plot. in repet. l. si quando. num. 267.
5 C. vnde vi, & nota, quod † statuta sunt etiam in foro conscientiæ seruanda, quando per rationem, & non per solam præsumptionem sunt condita, & disponunt, vt per Bald. in l. pen. §. illo. C. de necess. hæred. inst. Felin. in cap. primo, num. 9. & seq. &
6 num. 48. de constit. vbi limitat, † non procedere in re parui momenti, cum pluribus citatis per Borgnin. decis. 21. nu. 64. vers. quia respōdetur, part.
7 3. & † scias, quod hoc statutum valet, & debet ad vnguem obseruari, vt per eundem Borgnin. decis. 20. num. 33. & 62. part. 3.
8 In verb. Contractis, & distractis) an † autem istud statutum loquens in contractu, habeat locū in quasi contractu, Ias. in §. omnium, num. 35. in-
9 stit. de actio. tenet quod non, † & an extendatur ad stipulationem, donationem, transactionē, vide eumdem in d. §. omnium, num. 47. Tiraq. de
10 legibus connubial. gl. 5. num. 119. & seq. † & an habeat locum in distractibus, vide Bart. & alios in l. more, ff. de acquir. hered. & in l. quid ergo, §. per contrarium, ff. de acquir. poss. Cagn. in rubr. col. penult. C. de pact. latissimè hoc disputat Tiraq. de legibus connubialibus, gl. 5. in verb. contracter, vbi per totam illam glos. statutum nostrum exornatum reddit, & quod habeat etiam locum in distractu, non est dubium, cum statutum nostrum expressè hoc dicat quidquid sit de iure communi, vt latè per Tiraq. ad plura gl. 5. circa princ. Lambertengh. de contract. eorum, qui sine cert. solem. &c. gl. 4. in verbo vel distractu, sicut etiam nec poterit esse in iudicio, nisi seruata hac solemnitate, vt per Lambertengh. dicto tractat. glos. 3. num. 42. & seq.

In verbo, minor ætate annorum 25.) scias ta-
11 men, † quod cōtrahens cum isto minore sine istis solemnitatibus est tutus in foro conscientiæ, dummodo sine fraude contrahat, vide Ias. in l. nemo
12 potest, nu. 13. ff. de leg. primo, & limita † primo, istud statutum non procedere in casu dotis, vt per Bald. Nouell. in tract. dotis, priuileg. 48. in 6. part. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 328. num. 95. vbi quam plures citat cōcordātes, Granut. Theorem. 25. num. 31. & licet aliqui contrarium tenuerint, hęc tamen videtur receptior, & verior, Lamberteng. de contract. eorum, qui sin. cert. solem. in verbo occasione dotis, maximè num. 5. & seq. maximè si dos reperiatur priuilegiata in eo, de quo agitur, vt per Neuizan. cons. 77. num. 16. qui refert Doct. hinc, & inde dissentientes, & sic conciliat, imò etiam si non reperiretur priuilegiata, adhuc non compræhendi sub statuto, tenet Menoch. consil. 361. num. 47. & seq. benè quidem verum est, quod si mulier super dote contraheret cō tracto iam matrimonio, tunc tenerem necessarias esse statuti solemnitates, tamquam tunc cesset causa ne indotata remaneat, vt per Gabr. consil. 10. lib. primo, in artic. autem proposito dotis communiter affertur hæc distinctio, aut dos reperitur expressè priuilegiata in eo, de quo agitur, aut non; primo casu, minor non ligatur solemnibus statuti; Secūdo vero casu sic, vt latè e x pluribus firmat idem Gabr. consil. 20. colum. prima, 2. & 3. vol. 1.
13 Limita † secundo, vt non procedat, quando iste minor faceret sibi vtilem contractum, etiam sine propinquis, Ias. in l. non eo minus, C. de procurat. quod procedit etiam in contractu vtili mulieri, Bald. in l. neq; C. de contra. & committ. stipul. latissimè Carpan. ad statuta Mediolani, d. cap. 328. num. 106. & infra num. 40. & num. 103. Socin. sen. consil. 80. lib. 4. Negus. de pign. in primo membr. octauæ partis, num. 23. cum seq. quo loci fundamentis Decij contrarium tenentis, satisfacit Pa-
14 ris. consil. 16. num. 97. & seq. lib. 2. † quid autem si propinqui sint præsentes contractui, & taceant, an contractus erit validus; dic quod non, Ias. in l. quæ dotis, colum. penult. versic. quartus casus, ff. solut. matrim. vbi Rip. auus mihi maternus, in l. 2. §. voluntatem, num. 2. ff. eod. dicens requiri, quod expressè consentiant, Alex. consil. 114. num. 3. vo-
15 lum. 5. Quid † si simul se obligent in aliquo contractu, an sint, & dicantur seruatæ istæ solemnitates, vide in simili, Ias. in l. is qui hæres, §. neq; filius, in tertio notabili, ff. de acquir. hæred. quid
16 † autem in additione hereditatis, Cum. qui loquitur in materia statuti Papiensis, consil. 176. & vbi ageretur de hæreditate paterna retinenda, seu cōtinuanda, statutum locum non haberet, Dec. consil. 31. nu. 2. & 3. etiam si damnum in consequētiam sentiret, Cyn. in l. 2. C. de legit. tut. Corn.
17 consil. 151. non videtur lib. 4. Limita etiā, vt istud statutum compræhendat solum contractus damnosos minorum, non autem vtiles, Ias. in l. exigendi, C. de procurat. & in l. more, in sexto not. ad finem, ff. de acquir. hæred. & in l. non eo minus, co-
18 lum. prima, C. de procurat. & infra num. 40. † Limita etiam istud statutum procedere, quando minor contrahit nomine proprio, secus si alieno, ita Ias. in l. quamuis, in princ. ff. de acquiren. poss. per text. in l. quæsitum, vbi Alex. ff. de in ius voc. sequitur Ias. in l. exigendi, C. de procurat. & in l. more, in sexto notab. ff. de acquir. hæred. Paris. consil. 98. num. 31. & seq. in secundo dub. lib. primo, Tiraq. de legib. connub. gl. 5. in verbo cōtracter,
19 num. 175. † Quid si iste minor faciat liberationē, seu quietationem sine ista solemnitate, an valeat; vide Alex. consil. 53. volum. 3. & Ias. in auth. sacramenta puberum, colum. 8. C. si aduersus vend. latissimè Tiraquel. de legib. connub. in verb. contracter, gl. 5. per totam, & præsertim num. 4. per totum, vbi concludit quod non, quando statutum
20 loquitur in distractu, vt in casu nostro. † Quid si accipiat tutellam alterius minoris sine istis solemnitatibus, an obligetur; dic quod non, Alex. consil. 196. colum. 4. in princ. volum. 6. Ruin. cons. 97.
21 in primo dub. lib. 5. † An autem possit confessiones, & liberationes facere stante hoc statuto, vide DD. in l. barbarius, ff. de officio præsid. Aret. inst. de replic. colum. 2. adde Ias. in l. sine apud acta, colum. prima, C. de transact. Tiraq. in d. gl. 5. in
22 verbo contracter, vbi tenet quod non; † Vtrum obligetur ex delicto, notat Alex. in l. more, ff. de acquir. hæred. Tiraq. d. gl. 5. in verbo contracter,
23 num. 155. † Quid si res vendita per istum minorē, non seruata ista solemnitate pereat eius periculo, vide Ias. in l. si pupillus, in vltima colum. ff. si cert. pet. volens periculo ementis perire, nam licet nō

sit

sit translatum dominiū in emptorem defectu formæ non seruatæ, id est ex iure speciali minori concesso, quod in eius odium nequit retorqueri.

24 † An autem si tutor, vel curator minoris contrahat pro pupillo, vel minore, an teneatur seruare solemnitates istius statuti, dic quod non, Alexan. cons. 189. col. 4. ante num. 13. vers. 3. vol. 7. Paris. cons. 98. num. 26. lib. 1. subdens rationem, quia ratio statuti, scilicet ne de facili minores decipiantur, & mulieres, que cessat in tutoribus cautè contrahentibus, ne de mala administratione teneantur, & pluribus comprobat, vbi num 55. cum seqq. 25 pluribus, seipsum declarat. † Quid si minor contrahat cum aliquo propinquo, & non interueniat consensus nisi ipsius cum quo cōtrahit, & alterius propinqui, an valeat dictus contractus, vide Alex. in l. prima, §. fuit quæsitū, col. 4. ff. ad Trebel. Bart. in l. prima, ff. de auth. tut. vide etiam bonam gl. in l. vnica, C. de cont. iud. quando vnus contrahat, vel alter. Rip. in d. §. fuit quæsitum, nu. 5. & seq. & cōcludit ex magis communi, non sufficere, cum cōsensus prædictus debeat interuenire loco auctoritatis, & requiritur ad integrādum personam istorum contrahentium, & non possunt propinqui præstare cōsensum ad eorum auctoritatem, vt ibi per eum, idem Alex. cons. 106. ad finem, vers. vnde mihi remanet, vol. 6.

26 † Quid si iste minor contrahat sine istis solemnitatibus, an saltem obligetur naturaliter, & sic valeat datio fideiussoris, & cum lex resistat, nec etiā naturaliter obligatur, l. si non sortem, ff. de cōd. indeb. vbi omnes, maximè Ias. num. 3. Ploc. in l. si quando, num. 265. Lamberteng. in tract. de contract. eorum, qui sin. solemnit. gl. 16. in verb. non valeat, num. 9. & seq. volens fideiussorem nō obligari, & vide infra num. 55.

27 Quid † si contrahat cum aliquo maiore sine hac solemnitate, an valeat contractus saltem ex persona maioris, vide Alex. cons. 66. vol. 4.

28 † Quid si minor contrahat sine ista solemnitate, diù tamen, an ex ista diuturnitate præsumātur tales solemnitates interuenisse, vide Alex. in l. qui in aliena, in princ. ff. de acquir. hæred. Gabr. in suis communibus tit. de præsumpt. concl. prima, nu. 5. illat. 3. vbi ex magis communi tenet præsumi talē consensum interuenisse, sequitur Granut. theorem. 25. num. 53.

29 † Quid si iste minor constitueret procuratorem generalem ad contrahendū cū solēnitatibus huius statuti, si postea in specie iste procurator celebraret aliquē contractū, dic quod non valet, nisi in speciali contractu interueniret solemnitas ista, Ias. in l. prima, §. itē acquirimus, col. 2. & seq. ff. de acqui. poss. Ant. Gabr. in suis cōibus in tit. de reg. iur. conclus. 2. nu. 32. & seq. Tiraq. de ll. connub. gl. 5. in verbo cōtraeter, nu. 184. & seq. Alex. cons. 189. vol. 7. Paris. cons. 98. num. 34. & 35. lib. 1.

30 † An autem hoc statutū requirens has solemnitates in contractu minorum, dicatur abrogasse illas, quas ius cōmune requirit, adeo vt minor contrahens non seruatis istis solemnitatibus iuris cōmunis nulliter contrahere dicatur, vide Paris. consil. 89. nu. 63. & cons. 100. nu. 15. lib. 1. & cons. 12. nu. 43. lib. 2. quem refert & sequitur Menoc. cons. 388. nu. 14. lib 4. vbi tenet quod non, per hoc statutū .n. non videtur remissæ solemnitates de iure cōmuni requisitę, non .n. statutū emanauit ad tollēdam dispositionē iuris cōmunis, sed ad eam augendam, quo casu non debet operari contrarium effectū, Castr. cōs. 106. col. 1. lib. 7. Tiraq. de legib. connub. gl. 8. nu. 49 Berret. cōs. 11. nu. 1. cum alijs, de quibus per Galliam cons. 29. nu. 43. cum seq. & cons. 105. nu. 5. idem Gallia cons. 34. num. 53.

31 † Quid autem si res sit cū duobus minoribus mulieribus, vel duobus filijsfamilias simul contrahentibus, nō seruata solemnitate huius statuti, an cōtractus sit validus, & sustinendus; & dic quod non, in indiuiduo, Gabr cons. 20. nu. 24. cum seq vol. 2. quem refert & sequitur D. Costa in terminis huius statuti in suo tract. de fac. scient. & ignor. dist. 78. cēt. 2. nu 6. Ruin. cōs. 97. lib. 5. Paris. cōs. 89 nu. 63. lib. 1. & cons. 100. num 15. & 16. eod. lib. Bero. con-32 sil. 179. lib. primo. † & nota, quod hoc statutum requirens solemnitatem in contractibus minorū, compræhendit etiam minores clericos, vt per Albam cons. 513. nu. 2. ante eum, Brun. in tract. stat. exclud. femin. in 8. indic. princ. [illegible] q. secundum veteres impressiones.

In verb. ętate annorū decem & octo] ratio est, 33 † quia ita pronunciatus habetur, ac si esset maior annis 25. quò ad cōtrahendū, & distrahendū, & ad alia omnia, vt habetur supr. stat. 23. vbi dictum est.

34 In verb. filiusfam. vel filiafamilias] † Hoc statutum cōpræhendit, nedum laicos, sed etiā clericos, & sacerdotes, qui patriæ potestati subiecti sunt, cū sit fauorabile eis, Alex. cōs. 210. per totū, vol. 2. Felin. in c. ecclesia Sanctę Marię, nu. 88. de constit. 35 Borgn. decis. 31. nu. 41. † & cōprehendit filiūfam. subiectū patrię potestati, etiam si esset consanguineus, Soc. sen cons. 23. col. 6. nu 20. vol. 4. Lamb. in 36 tract. super statuto de alen. muli. gl. 18. nu. 2. † & compræhendit etiam filiumfamilias habentem di-37 gnitatem, puta doctoralem, & aliam; † dūmodo tamen non sit talis dignitas, quæ liberet filiū à patria potestate, de qua infra docetur, ita text. in l. 1. ad finem, ff ad Senat. Maced. cōpræhendit etiā filiumfam. cōtrahentem, tamquā patremfam. nam tunc nō obligatur, sed contra eū agi potest actione de dolo, vel stilionatus, Marsil. in tract. bannitorum, in verb. negātur, nu. 48. Alciat. de præsump. reg. 2. præsumpt. 2. nu. 3. Gramat. decis. 12. nu. 9. Soc. sen. cons. 23. col. 3. num. 11. cum seq. volum. 4. quod procedit secundū Gramat. d. decis. 12. nu. 9. 39 † etiam si filiusfam. asseruisset cum iuramento, se esse patremfam sequitur Virg. Boccac. in constit. Marchię gl. prima, num. 18. vide tamen, Tiraq. distinguentem de ll. connub. gl. 8. de son mary, q. 16. num. 142. & seq.

40 † Limita tamen, vt istud statutū nō habeat locū in filiofam. contrahente cum patre, Ias. in l. preses, C. de transact. col. 1. & in l. pactum quod dotali, C. de collat. & tenet Bal. in d. l. pactum quod dotali, colum. vlt. q. 21. C. de collat. Alex. cons. 106. volu. primo, Rip. auus mihi maternus, in l. prima, §. fuit quæsitum, colum. prima, ff. ad Sen. Cons. Trebell. Alciat. de præsumpt. reg. prima. presumpt. 2. nu. 6. Dec. consil. 505. col. 2. nu. 5. Gabr. post Imol. ampliādo, & declarando, reg. 15. lib. 3. in suis communibus, tit. de stat. concl. 2. vel quando contraheret in eius vtilitatem, Ias. in l. contra iuris ciuilis, ff. de pact. num. 2. & seqq. ad plura inferens nā in actibus eius cōmodum respicientibus dicitur habere legitimam personam, §. primo, Instit. de auct. tut. Marāta de ordine iudic. part. quar'a, distinct. 16. numero 44. & sequentibus, Lambertengh. de cōtract. eorum, qui sine certa solemnit. glos. prima, numero 22. & seq. Mysing. singul. obseruat. centur. 2. obseruat. 34. qua de re videndus, Simonceli

de decret. lib. 3. tit. octauo inspect. 17. num. 124. & seqq. pluribus. Et per Bursat. cons. 82. num. 21. qui contrarium visus est tenere stante forma à statuto requisita ex Ozasc. Borgnin. & alijs, ego tamen tenerem valere contractum, vbi expressè cõstaret de vtilitate ipsius minoris euidenti, ex tradi tis per Mathesil. sing. 155. post Tiraq. & alios, nisi tamen pars aduersa ante actum consumatum opponeret defectum solennitatis, Pinel. ad l. primã, part. 3. sub num. 32. C. de bon. matern. Simon de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 17. num. 131.

41 † Limita secundò, vt non compræhẽdat filium contrahentem cum ecclesia, vel pia causa, Bal. in l. generaliter, per illum text. C. de sacr. sanct. eccles. Abb. in cap. relatum, il primo, col. 2. extra de testamentis, & vide Felin. in cap. quæ in ecclesiarũ, colum. 25. & ibi Dec. col. pen. de constit. licet in casu statuti nostri [illegible] loquatur in personam sibi subditam prohibendo cõtrahere secundum quid, dicatur habere locum etiam contrahat cum ecclesia, aut ecclesiastica persona, vt per Federic. de Sen. consil 85. statuto ciuitatis Perusinæ, Alexan. cons 9. Visis & ponderatis lib. 5. Crot. cons. 5. nu. 44. & seq. lib primo.

42 † Limita tertiò, vt possit filiusfamilias contrahere matrimoniũ absq; solemnitate huius statuti; Gramat. cons. 21. num. 12. & habetur infra in hoc statuto, ibi nec in contractu dotis, & vide plures alias limitationes ad hoc infra in hoc statuto, in verb. & supradicta.

43 † Limita quartò, vt istud statutum non habeat locũ, quando filius se immisceat hæreditati paternæ, Dec. cõs. 331. & dixi supra, nu. 16. Quid si filius instituatur in hereditate, puta matris, vide Alex. in l. is qui putat in fine, ff. de acquir. hæred. Ias. in l. Barbarius, col 2. ff. de offic. præsid. Aret. in §. sui autem, in fine, inst. de hered. qualit. & diff. vbi limi-

44 tat istud statutũ in hæreditate paterna; † an autẽ possit adire hereditatem sibi delatam sine istis solemnitatibus, vide Angel. cons. vlt. in prima part. alias cons. 137. Tiraq. de ll. connub. gl. 5. in verbo

45 contractu, nu. 119. † & quod non habeat locũ in aditione hæreditatis hoc statutum, tenet Angel. cons. 317. Ias. in §. omnium, nu 35. vsq; ad nu. 46. inst. de actio vide in terminis huius statuti D. Costam in suo tract. de fact. scient. & ignor. dist. 78. cent. 2. num. primo, quo loci dicit hanc opinionẽ non esse pacificam, neq; tenendam, nisi in casu, vt mox diximus in 4. limit. supra, ex Dec. consil. 331. scilicet quando agitur de filio minore, aut de muliere retinente patris hæreditatem, ex præcipua vi suitatis, & agant, non autem conueniantur, vt ibi per eum.

46 † Limita etiã ex eod. D. Costa dist. 78. num. 8. vt dispositio huius statuti non habeat locum in spiritualibus, vel annexis spiritualitati, puta in præsentatione, vel nominatione capellani, seu rectoris ad ius patronatus, nam tunc nominatio, seu præsentatio competens filiofamilias minori, vel mulieri, potest fieri absq; solemnitate huius statuti, & valida est, Lamb. in tract. de iure patron. lib. 2. part. prima, art. 9. 4. q. princ. Tiraq. de legibus cõnub. gl. 5. q. 26. num. 221. cum seq. & gl. 9. q. vlt.

47 num. 5. † Quid si sit extra territorium, an debeat interuenire iste consensus; dic quod sic, Alex. consil. 41. volum. 5. Ias. in l. cũctos populos, colum. 6. C. de Sum. Trin. & fid. Cath. Alex. consil. 56. vol. 1. & cons. 221. vol. 2. & consil. 114. eod. vol. primo. Aret. consil. 73. & 92.

48 † Quid si iste filiusfamilias consentiret patri cũ iuramento, quando pater alienat bona aduentitia ipsius filij, in quibus habet tantum vsumfructum, an poterit allegari metus reuerentialis patris, dic quod non propter iuramẽtum, Ias. in Auth. sacramenta puberũ, col. 18. C. si aduersus vend. nu. 74. licet regulariter pater bona aduentitia, in quibus etiam habet vsumfructũ nõ possit alienare, nisi ex magna necessitate, l. prima, vbi Pinel. in 3. part. num. 18. & seq. C. de bon. matern. Menoch. cons. 279. num. 33. & seq. qui comprobat octo fundamentis, Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 13. num. 11. Surd. consil. 451. lib. 3.

49 † Quid si pater & filius simul contractum celebrent, puta quod vendant simul, & semel, an dicatur patris cõsensus interuenisse, ita quod dicatur filius contraxisse cũ consensu patris, secundũ hoc statutũ, vide Alex. in l. si constante, §. si vxor. ff. sol. matr. vbi tenet quod sic, nu. 1. post Bart. in l. cũm pater, §. libertis, ff. de legat. 2. Bologni. cons. 44. col. 1. Curt. sen. pleno cons. 54. Alex. in l. is qui hæres, §. fin. num. 3. ff. de acquir. hæred.

50 † Quid si vellet impugnare contractum ex eo, quod non interuenirent agnati, & proximiores, an ei incumbat onus probãdi, quod adessent agnati, qui possent adhiberi; vide Bart. in l. si tertius, col. fin. ff. de aqu. plu. arcend. & Curt. iun. in l. prima, in fine, C. vnde vir, & vxor; & dic quod sic ex pluribus citatis per D. Costam de remed. subsid. remed. 53. num. 14.

51 † Quid si contrahat sine solemnitate requisita à statuto, iurat tamen obseruare contractum, an pro parte iuramentũ contractus valeat, Alex. cons. 151 vol. 7. & non comprehendere contractum iuratum, tenuit Gabr. in suis communib. tit. de iur. iur. concl. 5. nu. 14. vers. quarto infertur, Rip. auus mihi maternus, de magis cõi, respõso primo, nu. 3. sub tit. de reuoc. donat. Hieron. Gabr. cõs. 13. n. 4. Lamber. super statuto de contract. corũ, quib. à iure ad finem, nu. 9. & seq. Serafin. de priuileg. iuram. priuil. 22. nu. 41. & seq. nisi fortasse statutum non disponeret de iuramẽto, sed diceret, vt forma nõ seruata actus præsumeretur fictus & simulatus, Gabr. d. cons. 13. nu. 15. Alb. cons. 72. nu. 7. & seq. & solemnitatis defectum suppleri stante iuramẽto tenuerunt etiam Menoc. cõs. 789. nu. 8. lib. 8. Alex. cons. 59. per totum, lib. primo, Berret. cons. 42. nu. 10. Gabr cons. 127. per totum, lib. primo, & in minore. Alex. in l. si curatorem, nu. 10. C. de in integ. restit. Crauet. de communi cons. 7. nu. 16. Cæphal. cons. 403. num. 24. & seqq. Eugen. consil. 3. nu. 13. idemq. in qualibet alia solemnitate statuti, censet Paris. de cõi cõs 97. nu. 1. & seqq. plurib. lib. 1. & in practica sic obseruari, tradit Simoncel. de decret. min. lib. 3. tit. 8. inspect. 18. nu. 137. sequitur Vinc. Honded. cõs. 42. nu. 13. & seq. lib. 1. & hanc totum mundũ seruare, tradit Corn. cons. 71. nu. 8. ad finẽ, lib. 3. & hoc siue statutũ sit in rem conceptũ, siue in personã, tradit Crauet. cõs. 902. nu. 1. Afin. de execut. §. 9. c. 380. supleriq; ex iuramento defectum agnatorũ, & aliarũ solẽnitatũ, firmat Lancel. Gall. cõs. 98. nu. 18. & seqq. plurib. Vincent. Mancin. de iuram. par. 4. effect. 2. n. 1. ratio illa cõiter affertur, quia iuramentũ minorem maiorẽ cõstituit, Alciat. cons. 9. lib. 5. Alijs tñ multis cõtraria placuit sentẽtia, s. per iuramentum nõ suppleri defectũ solemnitatũ, quãdo prohibitio fit personæ, vt per Bart. in d. l. si quis pro eo, n. 11. ff. de fideiuss. Ang. cõs. 160. n. 3. Castr. cõs. 466. n. 6. vol. 1. Anch. iun. cõs. 20. li. 1.

Granut.

Granut. Theorem. 25. nu. 22. Andr. Gail. obseru. 65. num. 5. lib. 2. Gabr. cons. 3. lib. primo, Decian. pulchrè cons. 32. num. 27. & seq. lib. 4. Seraphin. de priuil. iuramenti. priuil. 8. num. 4. vbi de magis communi, Peregr. cons. 77. nu. 34. volum. primo, Fab. Turret. de magis communi cons. 19. num. 16. lib. primo, licet num. 17. non audeat firmare Galeat. Maluas. cons. 3. num. 40. & 59. rationesq; plures afferuntur; prima, quia huiusmodi statuta fauore publico sunt introducta, ne minores, & mulieres decipiantur; Secunda, quia iuramentum regulatur à natura contractus cui adhæret; Tertia, quia hodie omnes contractus sunt iurati, & videtur ex stylo potius poni, quam ex consensu, vt per Trentacinq. var. resol. lib. primo, tit. de rescript. resol. 8. versic. ex prædictis, dum disputat, an iurans in sui præiuditium debeat certiorari.

Ego dicerem, quod si à contractu abest dolus, & enormissima læsio, aut enormis, tunc iuramentum etiam si de forma contractus requiritur conualidat contractum, vel etiã si statutum disponeret, quod contractus contra formam statuti celebratus, si adhibitum sit iuramentum, præsumatur metu, dolovè præstitum. Si verò nec dolus adsit, nec læsio, nec statutũ, vt supra disponit, tũc magis placet prima opinio, statutũ scilicet nõ complecti contractum iuratum, vt per Honded. cons. 5. num. 40. & seq. lib. 2. Hieron. Ceual. in suis communib. q. 216. num. 5. vsq; ad fin. part. prima, Bursat consil. 339. num. 11. Thesaur. decis. 66. num. 3. & 4. qui ob id consulit peti per minorem restitutionem in integrum.

52 † An autem hoc statutũ procedat quando Hebrea contrahit, & similiter, quãdo fit compromissum etiam necessariũ, & prorogatur, vide Menoc. de arb. iud. cap. 181. num. 41. & seq. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 328. vbi dicit, secus in tutrice, vel in contractu ad pias causas, vel pro redimẽdo virum è carcere, vel filium è captiuitate, idem similiter si contrahat cum fisco, seu patre, matre, vel filijs, non enim est necessaria solemnitas huius statuti, vt ibi per eũ, & per Granut. Theorem. 25. declarans viginti sex modis, de quibus apud eum, & quid in transactione, donatione, insolutum datione iure emphiteotico, latè Menoc. d. casu 181. num. 43. cum seqq. pluribus concludens negatiuè non posse talem minorem hæc facere.

53 † Item est aduertendum, quod statutum requirens aliquid solemniter intentari, non intelligitur excludere alias solẽnitates requisitas ab alijs statutis, vel iure communi, vide Dec. cons. 110. & ad hoc propositum, Alex. cons. 192. ad finem, & Paul. de Castr. cons. 275. in princ.

54 † Quid autẽ si forensis cũ minore, vel filiofamilias contrahat in ciuitate Pap. an requiratur solẽnitas huius statuti, dic quod sic, vide Lancel. Galliam, in cõsuetud. Alex. præfat. 8. & plenè agit Anton. Gab. in suis cõmunibus, in tit. de consuet. concl. 2. Idem pariter si minor, vel filiusfamilias contrahens esset forẽsis, tenetur enim istas solẽnitates obseruare, quia cũ statutũ loquatur in personam habilitando, vel inhabilitando cũ certa forma, aut modificatione, tunc ligat etiã forensem, Aret. cõs. 54. col. 3. vers. tunc succedit, Rol. à Val. cons. 91. num. 23. lib. 3. Surd. cons. 2. num. 42.

55 † Item scias, quod dum statutũ nostrũ prohibet minorem, & filiumfam. contrahere sine hac solemnitate operatur, vt minores & filijfamilias cõtrahendo absq; hac solẽnitate, non etiã obligẽtur naturaliter, Bart. in l. 1. nu. 8. vers. & ideo dicit, ff. de nouat. Soc. cons. 102. nu. 8. vers. quarta difficultas, vol. 2. Ias. in l. Gallus, in prima lect. in princ. nu. 17. ff. de lib. & posth. Surd. cons. 115. nu. 37. lib. primo, & dixi supra num. 26.

56 In verb. in potestate alterius] nota † tamẽ duodecim causas, ex quibus filius à patria potestate liberatur, de quibus per gl. in §. filiusfamilias, Insti.

57 quib. mod. ius pat. pot. solui; adde, † quod etiã liberatur per ingressum religionis, Rip. auus meus, in l. 1. §. quod si in patris, nu. 20. ff. sol. matr. & vide alias causas, ex quibus filij à patria potestate libe-

58 rantur † scilicet ob episcopalem dignitatem, itẽ propter aduocationem fiscalem, vt per Carpan. ad

59 d. cap. 416. nu. 11. cum seq. † & scias, quod omnes istæ causæ, & dignitates, de quibus supra, quę liberant filium procedunt, quò ad cõmodum ipsorum filiorum, secus autem, quò ad incommodũ, Auth. constitutio, quæ de dignitate, §. primo, Alex. in l. sub conditione, ff. de liber. & posth. & consil. 139. col. 1. lib. 2. DD. in d. §. filiusfamilias, Ias. in l. moribus, nu. 22. vbi Rip. nu. 26. ff. de vulg. & pupil.

60 † An autem filiusfam. præsumatur emãcipatus, an verò in potestate, & dic quod præsumitur in potestate, l. si emãcipari, vbi Ang. C. de collat. vbi etiã Ias. limitat, idem Ias. in l. & si prę parauit, §. si ita te status, nu. 14. ff. de lib. & posth. latè Menoc. de pręsump. lib. 6. pręsump. 55. per totam, vbi etiã tradit,

61 † quando filius pręsumatur sui iuris, & quid quãdo filius seorsum habitat à patre per longũ tẽpus, an præsumatur sui iuris, vide latè Carpan. ad stat.

62 Mediol. d. cap. 416. nu. 20. cũ seq. & nota, † quod filius existens in quasi possessione sui iuris ob actus plures à se gestos, obligatur erga creditorẽ, cui ex causa onerosa promisit, non obstãte hoc statuto, ita Menoch. de præsump. 55. nu. 3. lib. 6.

63 In verb. non possit, nec valeat] nota, † quod vbi in aliqua dispositione apponitur clausula decreti annullatiua, à superiore, vt quia dicatur si secus factum fuerit sit irritum, & inane, tũc pactum, vel consensus, nihil potest operari, gl. in l. à diuo pio, in gl. in verb. actionem, de rit. nupt. Ias. in l. pacta,

64 quæ contra, nu. 2. C. de pact. ratio est, quia † vbi apponitur ista clausula annullatiua, tunc illud videtur datum pro forma, secundum Bald. & Ang. in l. prima, ff. de lib. & posth. nam vbi reperitur aliquid pro forma consensus, & pactum nihil operatur, Auth. iubemus, C. de iudicijs, Bart. in l. de his, vers. hoc præmisso, ff. de transact.

65 In verb. vel bona sua obligare alicui alteri] † nõ etiam filiusfamilias potest stare in iuditio sine consensu patris, l. fin. §. necessitate, vbi DD. C. de bo-

66 nis quę lib. cap. fin. de iud. in sexto, † quod procedit etiam in causis executiuis, & summarijs, Bald. in l. nec quicquam, §. de plano, versic. sed numquid ibi potest, ff. de officio proconsul. & leg. & ratio est, quia in omni causa etiam summaria personę legitimatio fieri debet, l. 2. vbi Bart. C. de edict. diui Adr. toll. num. 3. Alex. consil. 59. nu. 2. & seq. lib. 2. & in l. à diuo Pio, §. si super rebus, num. 3. ff. de re iud. Dec. in l. fin. nu. 47. C. de edic. diui Adr. toll.

67 † Fallit tamen in criminalibus, Rota Perus. decis. 13. num. 7. pag. 55. in prima parte, Clar. in §. finali, praxis criminal. quæstio. 14. vbi Baiard. in addit. ad eum, num. 23. cum seq. qui tenet filium tam agendo, quàm se defendendo, posse sine patris consensu stare in iuditio, & testatur num-

68 quam vidisse de hoc fieri controuersiam; † non

etiam pariter procederet quando filius imploraret officium iudicis extraordinariè, non in forma iudicij, Ias. in l. prima. num. 8. C. qui admitti, idem in l. nec quicquam, §. vbi decretum, nu. 77. ff. de officio procons. & leg. nonnullas alias fallentias, vide apud Soc. in l. inter liberos, §. filiusfamil. ff. de adu. lr.

69 † An autem filia possit petere dotem sine cōsensu patris, dic quod non, nec constante matrimonio in casibus à iure permissis, nec etiā soluto matrimonio, d. §. necessitate, Menoch. de arbit. casu 242. vbi plures limitationes ad hoc. vide pleuè per Bart. Rip. & alios in l. si constante. ff. solut. matr.

70 † An autem consensus præstitus à patre filio in causa principali, duret in causa executiua, adeo vt amplius in ea non requiratur consensus patris, & dic quod sic, gl. singularis, in l. 3. §. sed vtrum, in verbo inuito patre, ff. de minor. Alex. cons. 59. nu.

71 primo, & seq. lib. 2. † sufficitq; generalis patris cōsensus pro omnibus causis, tam præsentibus, quam futuris, Alex. d. cons. 59. num. 3. vbi etiam ponit an processus reddatur nullus, si sit factus in fauorem ipsius filijfam. absq; consensu patris.

72 † De iure autem cōmuni, an filiusfam. cōtrahēs cum extraneo obligetur naturaliter, & ciuiliter, vide tex. in l. filiusfamilias ex omnibus, ff. de act. & oblig. & vide Bar. in l. frater à fratre, in princip. ante num. primum, ff. de cond. indeb. vbi tenet quod sic regulariter; fallit in mutuo, & in promissione facta

73 reipublicę, vt ibi latè per eum; †. & quid si cōtrahat cum patre, in cuius est potestate, & dic quod obligatur naturaliter tantū, non autem ciuiliter, l. frater à fratre, §. quæsitum. ff. de cond. indeb. Bar. in d. l. frater à fratre, in princ. vbi num. 12. ponit rationem, nimirū quia patria potestas est de iure ciuili, vt inst. de patr. potest. in princ. & de iure ciuili, pater & filius censentur vna, & eadem persona, §. si qui. Inst. de inut. stipulat. sed obligatio naturalis est de iure gētium, & de iure gentiū, pater & filius sunt diuersę personæ, ideò non mirum si inter eos

74 cadat obligatio; † hoc tamen fallit in aduentitijs, in quibus pater non habet vsumfructum, & in castrensibus vel quasi, nam tunc obligatio ciuilis, & naturalis simul nascitur, l. si vxor. §. 1. ff. de furt. Bart. in d. l. frater à fratre, nu. 16. Ias. in l. si constante, nu. 197. vbi Rip. nu. 100. ff. sol. matr. hinc si filia patri donet, vel renunciet, non requiri hanc solemnitatem ex pluribus firmat Anton. Gabr. in suis communibus, tit. de statut. conclu. 2. vbi declarat.

In verbo nisi cum auctoritate potestatis] quid si potestas, seu iudicēs interueniāt tanquā testes, an dicatur satisfactum huic statuto, dic quod nō, Gramat. decis. 66. nu. 25. & 26. Ias. cons. 97. col. 3. lib. 4. debetq; tale decretum adhiberi cum causæ cognitione, Dec. consil. 403. num. 19. Barb. consil. 41. colum. 3. in fin. lib. 4.

75 In verb. & duorū suorū parentū] † intellige proximiorū habilium, vt per Borgn. decis. 30. nu. 5. & vide Ias. in l. si quis id quod, ff. de iurisd. om. iudic.

76 † An autē statutū requirens ad contractū minoris, vel mulieris consensum cōsanguineorū, vel proximiorum, debeat intelligi de proximioribus, vide Alex. & Ias. in l. fin. C. de verb. sign. vbi etiā Corn. in fine, Alex. in l. fin. in fine, C. de milit. testa. Ias. in l. transactionē in fine. C. de transact. vbi tenēt quod sic, de magis cōi. Alba cons. 334. nu. 8. idē Alb. cōs. 790. nu. 8 & vide & nu. 35. vbi attestatur de cōsuetudine in contrariū, Marsil. sing. 768. Marc. decis. 328. in prima par. Lābert. de cōtract. corū, qui sine consens. gl. 11. in verb. agnati, nu. 1. cū seqq. & dixi supra statuto 23.

77 † Parentes autem dicuntur à patre, vsq; ad tritauum, ab inde supra dicuntur maiores, & in hac materia veniunt ij qui sunt eiusdē gētis, & inuicē quoquomodo coniuncti, & de parētella, Alciat. in tit. de verb. sign. & parentes sunt omnes cōsanguinei, Rebuf. in l. liberorū, ff. de verb. sign. & in tract.

78 de mat. poss. art. 10. gl. prima, nu. 2. & † cōsanguinei dicūtur, quasi eodē sanguine nati, gl. in §. sunt autem, inst. de legit. agnat. succ.

79 † An autē sufficiat pręsentia harū personarum, dic quod nō, Io. de Arno. sing. 5. quod si agnati nō extant, vel extant, & sunt inhabiles, aut consentire nolūt, vide Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 328.

80 & infra dicetur, † & eo in casu quo parētes nolunt consentire, & iustam recusandi causam nō habeāt iudex in cuius arbitrio est cōsiderare, quæ sit iusta causa contradicendi, poterit defectum ipsorū parentum supplere, Menoc. de arb. iud. casu 211. per totū, vel causa cognita eos ad consentiendū cogere, vel licentiam dando ad præmissa, Rol. à Val. cons. 1. nu. 181. & seq. lib. 2. Granut. Theorem. 25. num. 6. & num. 39.

81 † An autem isti parentes possint consentire per procuratorē, dic quod non, ita Bal. & Roman. in l. fin. ad finem, C. qui admitti. Cast. in l. 1. §. itē acquirere, ff. de acquir. poss. sequitur D. Costa in terminis huius statuti, in tract. de fact. scient. & ignor. distinct. 78. nu. 9. cent. 2. vbi vult hoc procedere, nisi super hoc in specie sit impetrata à superiore dispensatio, hoc etiam tenet Bertazzol. de claus. instrum. cla. 7. gl. 7. nu. 2. Lambertengh. de contractorum, gl. 7. num. 8. & seq. qui casus quinque con-

82 siderat; adde etiam, † quod si fuerit constitutus procurator cum solemnitate, de qua in isto statuto, quod tunc acta, & contractus gesti per ipsum procuratorem absq; ista solemnitate valebunt, ex Ias. in l. prima. §. adipiscimur, nu. 4. ff. de acquir. poss. Alex. consil. 189. per totum, lib. 7.

83 † Quid autē si sint extra territoriū, an debeat interuenire, iste consensus, dic quod sic, Alex. cōs. 41. vol. 5. Ias. in l. cunctos populos, col. 6. C. de sum. trin. & fid. Cathol. Alex. cōs. 56. vol. 1. & cōs. 221. vol. 2. quę autē sit ratio huius statuti, vide Bar. & Ias. in l. transactionē, C. de transact. Paris. cōs. 98. nu. 53. &

84 seq. lib. 1. † quia scilicet mulieres, & minores quādoq; minis, quandoq; dolo, fraudeuè, & blanditijs seducūtur, Bal. in l. 2. col. 9. C. de rescind. vend. quę cessant adhibita præsentia, & cōsensu propinquorū, Rebuf. in l. licet inter gesta, §. patronos, vers. decimo octauo, ff. de verb. sign. Marsil. sing. 417. præ-

85 sentia, Granut. theorem. 25. nu. 1. Quid † autem operetur iste consensus propinquorū, & auctoritas iudicis, vide Bald. in l. mater tua, in fine, C. de rei vend. vbi tenet, quod huiusmodi cōsensus operatur, quo ad habilitandam personam contrahentis.

86 † Quid si post interuallū propinqui ratificent, an valeat, dic quod nō, Ias. in l. vniuersa, col. pen. C. de precib. Imper. offer. Rip. in l. 1. §. fuit quæsitū, n. 6. verb. cōprobatur, ff. ad Trebell. Borgn. de tut. & cur. nu. 313. & seqq. vbi cum consensus requiritur per modū forme, à principio debet interuenire in ipso actu, nō autē post l. obligari, §. tutor. ff. de auctor. tut. Bero. cōs. 129. n. 6. lib. 1. Lāberteng. de cōtract. corū, gl. 7. q. 12. n. 23. quod verū intelligerem nō posse de nouo adhibere ad præiuditiū ipsius minoris, quo verò ad illius fauorē tenerē, posse ratificari, & ratificationē retrotrahi ad tēpus, vt tunc, cum

hæc forma sit introducta fauore ipsorũ minorũ, & vbi contractus est nullus alicuius fauore, ille potest approbare, & ratificare ex post Alex. cõs.78. nu.18. & seq.lib.5. Surd.decis.70.nu.22.& seq.

87 † Quid si isti affines proximiores sint minores, puta pupilli, an hoc casu possit minor consentire cum tutore, & dic quod non, vt per Ias.in l.de pupillo, in princ.num.2. ff.de nou. oper. nunt.

88 † Scias etiam, quod iste consensus præstitus per propinquos, non præiudicat iuribus ipsorũ agnatorum consentientium ex necessitate huius statuti, Castr.cons.359. num.4. & cons. 423. num. 20. versic. nec obstat, vol.1. Tiraq. in commentarijs retract. fol.174. num.139. Zucard.in l.prima, nu. 118.& seq. C. de pact. inferens, quod aduocatus præstans patrocinium vẽdicanti rem, quam suam aduocatus prætendit, non sibi præiudicat in iure suo, per text. in l. inter officium, ff. de rei vendicatione.

89 In verb. nec personis forense, nec forensibus] † an forensis si contrahat hic Pap. vel in territorio, an teneatur seruare has solemnitates, vide Alex consil 44. volum.5. & vide Bal. in l. fin. ff. de iur om.iud. & in l. cunctos populos, & ibi Bart. C. de sum.Trin. & fid. Cathol. & affirmatiuè concluditur.

Subditus pariter contrahens cum forẽse, extra territorium statuentium, non tenetur seruare has solemnitates, Gabr.plenè in suis communibus, tit. de statut. conclusio.8. num.22. versic.4. limita. & de magis communi Alderan. Mascard.in tract. de general. stat.inter, tertia.conclus.6.num.109.cum seqq. pluribus.

90 In verb. Ius commune] † Qualiter hæc verba intelligantur, vide Alex.consil.53.vol.3.

91 In verb. & in aliquo contractu] † dubitatur, an dum statutum excipit hos casus sequẽtes, nempè, vbi contrahat cum consensu patris, vel aui, aut curatoris, & contractum dotis sponsalium &c. intelligatur de forensibus filijsfamilias, de quibus proximè supra, tamquam relatio fieri debeat ad proxima, & immediata, iuxta gl. in l.prima, ff.de leg.præst. Menoc.cons.98 nu.80. cum alijs; dicite quod intelligatur, tam de forensibus, quam subditis, quia imò natura relationis est, vt fiat ad omnia præcedentia, l.1. C.de lib.præter. Crau. consil.98. nu. 12. Surd.decis.291. num.31. & cum sit clausula in fine posita, refertur ad omnia præcedentia, etiam si materia esset odiosa, Natt.consil. 120.nu. 19. Crauet. consil.808.num.11. etiam si sint plura capitula distincta, Surd.ex pluribus consil.379.nu. primo, maximè cum statutum nostrum veniat excipiendo casus qui excipiuntur à regula, solemnitates requirente, & primo ponit casum forensium, mox facit punctum, cuius natura est, diuidere, Bal. cons.345. cum quartus lib.5. deinde ponit secundum casum de contractu, qui fit cum consensu patris, vel aui; & mox tertium de cõtractu dotis &c. & loquitur de supradictis personis; quæ dictio refertur ad omnes personas supra enunciatas, minorem, filiumfamilias, & in potestate patris existentem; vnde relatio debet fieri ad ea, quæ principaliter, & dispositiuè posita fuerunt, non autem incidenter, & condicionaliter, Surd.consil.381. nu. 25. & si velemus referre solum ad forenses, inanis esset relatio, cum statutum eos non liget, Bart. in l.omnes populi, ff de iust. & iure, & dixi in præludijs.

In verb. vel in contractu dotis sponsalium, vel

92 matrimonij] idem de iure communi, † quo filiusfamilias potest contrahere matrimoniũ absq; ista solemnitate, Gramat.consil.21. nu.12. imò si statutum aliter disponeret, scilicet, quod mulier siue filiafamilias non posset contrahere matrimonium sinę consensu patris, vel propinquorũ, vel fratris, illud statutum non valeret, secundum magis communem opinionem, Alex.consil.97. num.2. lib. 1. Benicassius in §.omnium num.40. Instit.de actio. D.Marchus Antonius Rouescala honorãdus Prçceptor meus, in Appost ad Alex.d.cons.97. vbi plures accumulat authoritates, Ias.in l.prima, §. huius studij, num. 10. ff.de iust.& iure, Alex. in rubr. num 35. ff.solut.matr. Abb.in cap. 1. vbi Felin. de sponsal. Alex. in l.Seius, & augerius, num.3. & 4. vbi Appost. ad eum, ff ad l.Falcid. Felin. in cap. Ecclesia Sanctę Mariæ, num.59 de constit. Dec. in l. nuptias, ff.de reg.iur. Alex. consil.12. num. 1. & seq. part.prima, Clar.in §.fin.prax.crim.q.82. statuto 3.nu.3.& 4. vbi Baiard.in addit.ad eum, num.43.

93 Alex.cons.59.num.5. lib.primo; † An autem valeat statutum priuans filiam dote casu quo nubat indigno sine consensu patris, Clar. d. stat.3. nu.5. vbi tenet valere, cum per ius canonicum non reperiatur correctum.

In verb. qui stat separatus à patre, & qui gerit, & contrahit &c. vide Alciat. de præsumpt.reg.2. præsumpt.2.num.5. relatum per Menoch. de præsumpt.præsumpt 55. lib.6. nu.30. & scias secundũ

94 Alciat. vbi supra, † quod licet filius ex legitimo matrimonio natus præsumatur in potestate. l.si fi-

95 lius, ff.de probat. tamen † fallit, quando filius fuit in quasi possessione sui iuris per decennium, nam tunc efficitur sui iuris, tam quò ad præscriptionẽ contra patrem, quam quò ad probationem, vt ibi per eum, Ias.in l.si certis annis, num.12. ff.de pact. quod decennium, aliudue lõgius tempus requireretur, si iure communi agendum esset; verum ex statuti nostri dispositione nõ curandum de aliquo temporis cursu, modò filius viuat separatim à patre, item & se gerat pro patrefamilias tempore quo contractum gerit, Castr.cons.172. lib.primo, Vrsil.ad Afflict.decis.308.num.19. quæ duo statutum copulatiuè requirit, & ita semper vidi seruari, cęterum alios casus, quibus circumscripto hoc statuto, alias emancipatus præsumitur, vel probatur, vide apud Mascard. de probat. conclusio. 96. cum seqq.

96 † Not. pariter, quod hoc statutum non cõprehendit minorem alienantẽ, siue solemnitate statuti, ex testatoris dispositione, Dec in l.fin.nu.5. C.de pact. modò tamen ipse testator fuisset persona habilis ad contrahendum, vt ibi per Dec. vel si pater in vita contractum approbasset, l.fin. ff. de reb, eorum, Alex. consil.61. lib.2.

97 † Similiter poterit pacem facere, maximè si sit doli capax, quia statutum loquitur de contractu, qui est duorum consensus, & strictè intelligendum, in pace verò sufficit vnius consensus, Abb. pulchrè in puncto consil. 108. lib. 2. Ias. in l. siue

98 apud acta, C. de transact. † non cõprehendit pariter alienationem necessariam, Roman. cõs.219. & 294. Rol.à Val.consil.21. num.13. & seq. lib. 1. Socin. consil.90. colum.fin. lib.4. Paris. consil.98. num 79. lib.primo.

99 † Quid modò si minor, vel filiusfamilias renuntiaret istis solemnitatibus cum iuramento, hoc casu tenent Doctores valere, modò absit dolus, vel læsio enormissima, Alexander in consilio 85. col fin.

col.fin.lib.5.vbi D. Rouescalla præceptor meus, in addit. & latè in consil.42. col. fin. libro primo, vbi alios citat.

100 Quid si minor aliquis ingrediatur religionem, & ante professionis annum cõtrahat, an teneatur has solemnitates seruare; Respondetur quod sic, quia ante professionem emanatam nõ dicitur monachus, seu religiosus, Ias.in auth. si qua mulier, num.58. C. de sacr.san. eccl. & inspicitur status, & tempus contractus, cum multa possint contingere, vt ante professionem à religione recedat, Castren.consil.432.nu.3.vers.tertio principaliter, Io. Petr.Bimius, consil.32.in primo dub. lib. primo.

101 Item quæritur, an per lapsum triginta annorũ, tales solemnitates interuenisse præsumantur, affirmatiuè, ex pluribus tenet Bursat. consil.424 lib.4. pendetq; ista quæstio ab alia, an solẽnitas extrinseca cursu temporis præsumatur, de qua per Doct. in l. sciendum, ff.de verb.oblig. Viu. decisio.534. num 34.46.& seq. Surd.consil.28. num.11. & seq. vbi num.98. & seq. pluribus declaratur D. Costa conciuis, & collega meus, alios citans in tract. de fact. scien. & ignor.cent.2.dist.in.81.& in tract.de re integr.dist.in.9. num.4. cum seqq. Maluas.consil.136. num.7. & seq.

102 Sed quid si minor, qui sine solemnitatibus contraxit factus maior per quinquennium non est cõquestus, an possit post nullitatem allegare, pro affirmatiua pleno calamo consuluit, Maluas.consil. 86.num.9. cum seqq. pluribus, ego tamen valde dubito, per ea, quæ tradit Menoch.de recup.poss. remed.5. num.106. & seq. dum enarrans differentiam inter l.primam, C. si maior fact. rat. hab. & tit. C. si maior fact. alien.rat.hab. vult per lapsum termini post perfectam ætatem ratificari contractum, sine solemnitatibus, vt tunc sequitur Simõcel. latè de decret. minor. lib. 3. tit. 9. in princip. eoq; magis, quia actus non est ipso iure nullus, sed solum ipso minore volente, vnde ratificari potest, Surd. plenè decis.70. num.20.& seqq.

De causis communis Papiæ. Rubr. 120.

ITem statuimus, quòd in his quæ debentur communi Papiæ, vel habenti causam dicto communi sit in arbitrio communis, vel agentis pro eo, vel habentis causam ab eo communi, vti via præsentium statutorum, seu alia expeditiori via, si quam statutis communis Papiæ comprehendatur, seu alijs iuribus suis.

HOC statutum adeò clarum est, vt non videatur egere declaratione, ideò super eo non insisto.

De lucris matrimonialibus. Rubr. 121.

ITem statuimus, & ordinauimus, quòd mortua vxore in matrimonio maritus lucretur dotem in totũ, scilicet in casu eidem viro ex ipsa non existentium liberorum. Et in casu existentium liberorum, quantum ad vsumfructum tantum, ipsis liberis proprietate reseruata. Quæ in eos eorumque hæredes quoscunque perueniat, & peruenisse intelligatur ipso iure, etiam si de eorum expressa voluntate non appareat, nisi expreßè renunciauerint. Et quòd mortuo viro in matrimonio vxor lucretur tertium plus dotis de bonis viri, & non plus, loco tertiæ, vel quartæ antiquitus debitæ, seu donationis propter nuptias, quòd tertium plus sit, & eße intelligatur secundum formam statutorum communis Papiæ, & non aliter, nec alio modo. Et quod mortuo primo viro in matrimonio, poßit mulier secundo nubere, & dictæ mulieri liceat ex primo viro liberis existentibus dare, & tradere secundo viro, & deinceps in dotem dictam dotem primo viro datam, seu quam confeßus fuit recepisse, & dictum tertium plus, absq; eo, quod propterea cogatur alicui ex ipsis, vel aliquo eorum aliquid reseruare, dare, vel restituere, & absque eo, quod propterea ex ipsis aliquid reuocetur. Addentes, quod à dicto secundo viro, & deinceps præmortuo in matrimonio dicta mulier poßit, & debeat recuperare, consequi, & habere dotem dicti secundi matrimonij, & deinceps, & tertium plus vt supra de primo matrimonio dictum est. Quod statutum locum habeat seruetur, & trahatur ad præterita pendentia, & futura. Saluo quod si aliquis maritus de cetero occidit, vel occidi faciet vxorem suam, quod dos reuertatur ad patrem si extat, vel ad fratres, si pater non extat dictæ vxoris occisæ, & patre, & fratribus non existentibus, reuertatur ad matrem, & sorores ipsius vxoris, etiam si in prædictis casibus extarent filij, vel filiæ ex ipsa vxore occisa eiusdem matrimonij. Deficientibus verò prædictis deferatur parentibus in gradu proximioribus secundum formam iuris, & statu-

statutorum Communis Papiæ. Si verò extarent filij, vel filiæ, ex ipsa uxore occisa ex alio matrimonio, ipsi filij, & filiæ omnibus alijs præferantur.

Summarium ad Statutum 121. in Ciuilibus.

1 HOC statutum correctorium, l. hac adictali, C. de secund. nupt.
2 Intellige, vt non corrigat in casu, in quo mulier daret maiorem dotem secundo viro, quàm dedit primo.
3 Doctores videndi, circa materiam huius statuti.
4 Dos de iure communi mortua uxore sine liberis, ad quem vadat, & existentibus liberis de consuetudine, vide num. 5.
6 Lucrum delatum ex hoc statuto, an propriè lucrũ dicatur.
7 Pactum in contrarium per maritum factum, de non lucranda dote, an validũ, & vide nu. 36. & an noceat creditoribus mariti, an sibi mariti præiudicet, si permittat uxorẽ testari de dote, vel eam offerre monasterio.
Quid si maritus promissit restituere totam dotem.
8 Vt locus sit statuto, debet prius constare uxorem esse præmortuam.
9 Vir, an lucretur dotem uxore ingressa monasteriũ, ac facta professione.
10 Et an hoc casu sit expectanda mors naturalis, an sufficiat ciuilis.
11 Vir, an lucretur dotem uxore non cognita, vel non traducta domum, vide num. 12. vbi contrarium, & vide nu. 13. ac nu. 14.
15 Vir an lucretur dotem, si matrimonium durauit solo momento temporis, & num. 51.
16 Statutũ viri, non uxoris, quo ad lucrum dotis attenditur, & nu. 47.
17 Maritus, & uxor, si simul decedant, an lucrum debeatur hæredibus viri.
18 Lucrum ex hoc statuto non debetur, quando matrimonium est inualidum.
19 Tutor contrahens cum pupilla, an lucretur dotem ex hoc statuto.
20 Hoc statutum, an procedat in bonis restitutioni subiectis ex pupillari substitutione.
21 Lucro dotis non est locus, marito uxori infirmæ nõ adhibẽte medicum, vel imperitum adhibente; quod fal. tribus modis, vt ibi.
22 Quid, si maritus non præstitit debita alimenta uxori, vel cum ea non est commoratus.
23 Lucro dotis non est locus matrimonio soluto propter maleficium, impotentiam, aut affinitatem.
24 Hoc statutum an habeat locum in feudo, & 40.
Quid in bonis subiectis fideicõmisso in dotẽ datis.
25 Lucro dotis, an sit locus, quando constitutio dotis est inualida, & vide num. 26.
27 Lucro dotis nõ est locus marito uxorem occidente.
28 Lucro dotis, quando sit locus, ampliatiuè, & limitatiuè, remissiuè.
29 Lucro dotis non est locus in bonis inualidè in dotẽ datis.
30 Lucrum dotis ex hoc statuto, an debeatur cum dotalibus bonis existentibus extra territorium statuentium, & num. 41.
31 An pater mariti, an ipsi marito debeatur lucrum dotis.
32 Lucrum dotis debetur propter onera matrimonij.
33 Lucrum dotis non debetur marito minimè sustinenti onera matrimonij.
34 Hoc statutum, an procedat etiam in dote præsumta, & num. 82.
Et quid si uxor duos habuerit viros, diuersa illis dote constituta, & tertio nubat, an attẽdatur dos data primo, vel secundo, dic secundo, Ruin. cons. 137. num. 5. vol. 4.
35 Quid in dote promissa, nu. 43. vbi etiam ponitur, quid de augmento dotis, & quid si promissio sit soluta in arbitrium tertij, vel facta à patre, aliunè.
Quid in dote constituta constante matrimonio.
37 Hoc statutũ an procedat in matrimonio putatiuo.
38 Hoc statutum, an procedat in uxore minore dante bona in dotem.
39 Statutum simplex, comprahendit etiam minorem, & num. 49.
42 Maritus, an sibi præiudicet promittendo restituere totam dotem.
44 Hoc statutum, an procedat in bonis simpliciter ab uxore marito traditis, & num. 48. & quid si nullam faciat traditionem.
45 Maritus, an amittat lucrum dotis propter delictũ dotis.
46 Statutum hoc, an comprahendat filius primi matrimonij aliena iurisdictionis.
50 Maritus dicitur habere lucrum in hoc statuto titulo oneroso.
52 Statutum in illis verbi, in casu eidem viro &c. an sit superfluum.
53 Statutum deferens lucrũ dotis marito in casu non existentium liberorũ, intelligitur de liberis eiusdem matrimonij, non alterius.
54 Hoc statutum procedit etiam si uxor moriatur cũ vnica filia.
55 Maritus non lucratur dotem existentibus liberis communibus.
56 Matre, & filijs simul in naufragio decedentibus, quis eorum prius dicatur decessisse.
57 Lucro dotis, an sit locus, quando uxor relinquit filium non vitalem.
58 Partus non vitalis habetur pro non nato in omni materia.
59 Partum non esse vitalem, in quibus signis cognoscatur.
60 Maritus existentibus liberis, in dotem habet vsum fructum tantum.
61 Amplia in hoc statuto siue filij sint in potestate, siue emancipati.
62 Maritus, an constante matrimonio dicatur Dominus rerum dotalium.
63 Maritus facit fructus dotales suos.
64 Maritus constante matrimonio dicitur possidere fundum dotalem.
65 Mulier soluto matrimonio nõ habet possessionem rei dotalis, nisi apprehenderit.
66 Dos constante matrimonio, an publicãda propter delictum uxoris.
67 Quid stante hoc statuto.
68 Filij mortua matre, an dicantur esse in conditione, vel dispositione, respectu eius dotis ex hoc statuto.
69 Mater, an valeat disponere de dote in præiuditium filiorum.
70 Mater disponit de dote salua legitima filiorum.

1
OC statutum corrigit, l. hac edictali, C. de secund. nupt. quæ disponit, quod vxor transiens ad secunda vota non possit vllo titulo in secundum maritum plus transferre, quam reliquerit vni ex filijs primi matrimonij, cui minus reliquerit

reliquerit, & quod vltra reliquerit non valeat, sed inter liberos diuidatur, de quo latè per D. Costam de portione rata, quæst. 87. num. primo, cum seq.

2 † Scias tamen, quod hoc statutum non corrigit d. l. edictali in casu, in quo mulier daret secundo viro maiorem dotem, quam primo; quia tunc deberet seruari dispositio d. l. hac edictali, vt voluit

3 Curt. iun. cons. 122. num. 11. † & circa materiam huius statuti, videndi sunt Didac. Coarruu. cap. 7. §. 1. tit. de sponsal. vbi plenè tractat, & quomodo debeantur lucra matrimonialia, & Curt. ac Dec. in Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor, Dec. cons. 346. Crauet. cons. 142. Dec. cons. 195. Bald. cons. 394. lib. 4. Ceph. cons. 299. colum. 2. & cons. 300. eod. vol. Curt. sen. cons. 78. per totum, Soc. cons. 52. in 3. vol. & consil. 35. num. 2. & 6. volum. 4. Roll. à Vall. latè de lucro dotis, Phanuc. in eodem tract. glos. 14. num. 3. cum seqq. Boer. decis. 244. in fin. Borgnin. latè versans circa materiam huius statuti, decis. 30. ac 29. lib. 3. Menoch. cons. 4. & 5. lib. primo, per totum, quos refert, & sequitur D. Costa de port. rat. quæst. 85. num. 4. Crauet. cons. 193. & seq. Gabr. cons. 13. lib. 2. Thesaur. decis. 184. Rimin. iun. cons. 484. lib. 5. volens non procedere vxore præmoriente, Cost. de remed. subsid. remed. 4. num. 8. & seq. Stephan. Gratian. discep. forens. lib. primo, cap. 197. nu. 12. Annotat. ad statuta Parmæ sub rub. de dot. per mariti lu-

4 crand. vx. premor. & dum † hoc statut. vult maritū lucrari dotem vxore decedente in matrimonio sine liberis, corrigit ius commune, quo iure muliere mortua in matrimonio sine liberis, vel cum liberis, & existente tempore mortis in potestate, maritus non lucratur dotem, Ang. in §. ascriptio, in

5 Auth. de nupt. † sed dos profectitia debet reuerti ad patrem vxoris, nisi aliter pactum sit, Bart. in l. post dotem, num. 28. in 5. quæst. vbi Ias. num. 99. ff. sol. matrim. sed de consuetudine, quæ obseruatur dos transit ad filios, si adsunt, ità Bart. & Ias. supra adducti, Abb. cons. 115. in 2. part.

6 † Istud lucrum à statuto delatum, an propriè lucrum sit dijudicandum, an verò, vt de damno vitando, latè differit Phanut. de lucro dot. gl. 8. per totam, vbi agit de vtilitatibus ex hoc resultantibus.

7 † An autem valeat pactum contrarium factum per maritum, de non lucranda dote in casu prædecessus vxoris, dic quod sic, Purpur. cons. 370. imò si promisisset soluere simpliciter totam dotem lucrum, istud non consequeretur Angel. in l. damni infecti, §. cum parietem, ff. de dam. infec. Dec. cōs. 195. col. 2. Gozad. cons. 59. num. 14. secus si simpliciter dotem restituere promisisset, Dec. cons. 402. num. 4. Ias. cons. 90. lib. 3. Ruin. cons. 25. nu. 7. lib. primo, Rol. à Vall. de lucr. dot. quæst. 37. & 38. vbi plenè, vbi quæst. 37. vult secus etiam esse, si promisisset restituere in omnem casum dotis restituendæ. An verò pactum de non lucranda dote noceat creditoribus mariti; dic quod non, si cōstaret in fraudem factum, Dec. consil. 260. Paris. cons. 127. num. 18. lib. primo.

Quid modo, si maritus permitteret vxorem testari de dote, an sibi præjudicat, dic quod sic, Barbat. cons. 59. colum. 9. volum. 2. Ias. cons. 127. lib. primo, Lapp. alleg. 123. Brun. in tract. de statut. exclud. fæm. art. 13. quæst. 8. idem que si consentiat vxorem bona sua monasterio offerre, vt præcitati concludunt, Soc. cons. 61. lib. primo, & 114. eod. volum. Dec. cons. 260. nec potest talem consensum re non integra reuocare, Rol. à Val. de lucr. dot. quæst. 40.

8 In verbo, quod mortua vxore in matrimonio] nota † quod ad hoc, vt huiusmodi statuto locus sit, prius constare debet vxorem esse premortuam in matrimonio, vt per Castr. in l. qui duos, §. si maritus. & in l. si inter, col. 2. ff. de reb. dub. signo r. cons. 9. Roll. à Vall. de lucr. dot. quæst. 60. nu. 7. quos omnes refert, & sequitur Menoch. cons. 761. num. primo, volum. primo.

9 † Quid autem, si vxor ingressa sit monasterium, & in eo professionem fecerit, an vir lucratur dotē statim facta professione, non expectata morte naturali, dic quod sic, vt per Ias. cons. 135. num. 5. lib. primo, Roll. à Vall. de lucro dotis, quæst. 95. num. 10. & seq. & de magis communi testatur,

10 Honded. consil. 62. num. 28. & seq. lib. primo. † quidquid secundum eum in contrarium voluerit, Phanuc. de lucro dotis, circa principium, c. incipiens per mortem, num. 12. & seq. quidquid tamē sit, circa lucrum debitum, vigore statuti, clarissimum est, quod pactum de lucro dotis conceptum in casu mortis vxoris, locum habet, si ipsa ingressa fuerit monasterium, & in eo professionem fecerit, non expectata morte naturali, vt per Ias. & Rol. supra citatos, vt etiam per Honded. d. consil. 62. num. 28. in casu autem nostri statuti crediderim, expectandam esse mortem naturalem, cum verba statuti propriè sint intelligenda, & strictè, & mortis appellatione strictè, & propriè, intelligitur de naturali, l. ex parte, §. insula, ff. de verb. oblig. Alex. cons. 139. col. 2. versic. secundo quia, lib. 2. imò si vir consensisset vxori religionem ingredienti monasterium, videtur renunciasse lucro dotis, Anchar. cons. 25. Lap. alleg. 129. quædam mulier, Brun. in tract. de statut. & legib. part. 3. in verbo lucrum, vers. religioni.

11 † Quid autem si vxor moriatur antequam cognoscatur à marito, vel antequam ad domum traducatur, an tunc maritus lucretur dotem, vigore huius statuti, negatiuam opinionem, scilicet quod si non fuit traducta ad domum, nō sit locus lucro dotis, licèt fuerit cognita, tenet Pract. Pap. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem in gl. vxor quædam num. 5. Rip. referens Pract. in l. quæsitū

12 §. si sponsa, num. 11. ff. de priuil. cred. † Contrarium tamen, quod maritus lucratur dotem, si fuerit cognita, licèt non traducta ad domum, tenet Rip. distinguendo in rubr. num. 67. cum duobus seqq. ff. sol. matrim. Rol. à Val. in tract. de lucr. dot. quæst. 106. nu. 33. & quæst. 108. vbi ait hanc veriorem, sequitur Honded. consil. 15. num. 41. lib primo, vbi ex Rip. dicit, hoc transire sine difficultate, vt vir lucretur dotem vigore statuti, si eā carnaliter cognouit, licèt domum non traduxerit,

13 † vnum tamen notā, quod si non interuenerit copula, magis communis DD. sententia à consuetudine, vbiq; recepta est, vt maritus non lucratur dotem, vigore huius statuti, de qua per. Paris. cons. 62. num. 19. volum. 4. Dec. cons. 560. colum. final. de magis communi, Rim. iun. cons. 388. num. 22. cum pluribus seqq. lib. 4. & cons. 534. num. 24. & seq. lib. 5. Boer. quæst. 22. nu. 29. maximè quando per impotentiam mariti, vxor cognosci nō potsit. Ias. cons. 58. lib. primo, Roll. à Vall. de lucr. dot. quæst. 104. & latè plura in proposito referunt pro vtraq; sententia. Salic. in l. cum te, C. de donat. ant. nup. Dec. cons. 540. Marsil. cons. 6. Carpan. ad statuta Mediol. cap. 299. num. 1. & 2.

14 Amplia

14 † Amplia idem esse in vxore non cognita, nec traducta, quia nihilominus maritus lucratur dotem, vigore huius statuti, Bart. in l. nihil. ff. rerum amot. Rip. plures citans, & testans de communi, in d. rubr. num. 68. ac etiam num. 69. vbi limitat, nisi communis vsus loquendi esset in contrarium, vel nisi stetisset per vxorem, quominus ipsam vxorē agnosceret, & traduceret, Phanut. in tract. dot. glos. 2. num. 9. cum seq. vbi per multos numeros eamdem concludit communem esse, quod vigore huius statuti siue copula, & traductione lucretur dotem.

15 † Amplia procedere, etiam si matrimonium solo momento durasset, Bald. in l. non tantum, C. de leg. quos refert, & sequitur Rip. in rub. num. 66. ff. sol. matrim. vbi reprobat Ias. ibi tenentem contrarium, & in l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verb. oblig. Ang. cons. 180. in fine, Dec. cons. 577. num. 12. Ias. cons. 135. in fine. lib. primo, Roll. à Vall. de lucro dotis, quæst. 49. vbi plures ad hoc citat, Honded. d. cons. 15. num. 43. lib. primo.

16 † Amplia procedere dispositionem huius statuti, dato, quod in loco vxoris, adesset contrarium statutum, nam nihilominus maritus lucrabitur dotem, cum quo ad lucrum matrimoniale delatum per statutum, attendatur, statutum loci viri, non autem vxoris, Dec. cons. 19. quasi per totum, vbi pulchrè. Pract. Pap. in form. libelli, quo vxor agit ad dotem, in glo. dictę dominę, nu. 4. Cum. cons. 72. Curt. iun. in l. exigere dotem de iudic. Cassan. cons. 7. num. 3. Afflic. decis. 126. Roll. à Vall. in tract. de lucr. dot. quæst. 13. Cagnol in l. cucabit, num. 4. C. de act. empt. alios etiam citat ad hoc Crass. de success. §. successio ab intestato, quæst. 36. vbi hoc ampliat nonnullis modis.

17 † Amplia habere locum, etiam si maritus, & vxor simul decederent, nam nihilominus vxor dicitur decessisse in matrimonio, & si locus erit huic lucro in fauorem hæredum mariti, nisi probaretur prædecessisse ipsum virum, l. qui duobus, §. si maritus, vbi Bart. ff. de reb. dub. Roll. à Vall. de lucro dotis, quæst. 60. Peregr. de fideicomm. art. 43. num. 53.

18 † Limita, vt hoc statutum de lucro dotis, non habeat locum, quando matrimonium non tenuit, Rip. in rub. nu. 64. ff. sol. matrim. Rimin. iun. cōs. 189. num. 1. lib. 2. & quod huiusmodi statutum non habeat locum circa lucrum, quando matrimonium non fuit validum de iure, licèt validum de facto, Barb. cons. fin. col. fin. volum. 2. Rimin. iun. cons. 269. num. 89. lib. 3. Paris. cons. 34. nu. 12. vol. 3. Roll. à Vall. de lucr. dot. quæst. 97. nu. 7. idem in matrimonio clandestino, Bero. q. 107.

19 † Amplia procedere etiā in tutore contrahente nuptias cum pupilla, qui pariter lucratur dotem, vigore huius statuti, Menoch. de arb. iud. casu 194. num. 14. vbi in terminis huius statuti hoc firmat ex Phanuc. & Rollan. à Vall. per eum allegatis.

20 † Amplia, vt huiusmodi statutum habeat locū etiam in bonis restitutioni subiectis in pupillari substitutione, Gallia dicto cons. 50. num. 72. cum seq.

21 † Limita non esse locum huic statuto, quando maritus non adhibuit vxori infirmæ medicum, vel illum adhibuit, sed imperitum, etiam si vxor absq; causa diuertisset à marito, & fuisset excōmunicata Bald. cons. 53. quædam D. Ricabella lib. 5. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo donatione largitus, num. 119. & 231. Cod. de reuoc. donat. Plot. in tract. de blasphem. nu. 18. vers. extra statutum, Ruin. cons. 8. num. 3. lib. 2. Roll. à Vall. in tract. de lucro dotis quæst. 62. num. 8. Campeg. in tract. dot. part. 5. quæst. 3. Cott. in memor. in verbo, maritus priuatur.

Quid, si maritus hæc negligens minor esset, an restituatur aduersus omissam negligentiam, negatiuam tenent glo. in auth. si captiui, C. de Episc. & Cleric. Io. de Amic. cons. 9. num. 5. licèt contrarium teneat Ruin. cons. 199. lib. primo, similiter si pater, frater, aliusuè agnatus maritum præuenissent in adhibendo medicum, nō priuaretur hoc lucro, Roll. à Vall. de lucr. dot. quæst. 67. Idem si maritus esset pauper, vel dotem non habuisset, dotisuè fructus non suppeterent, Roll. à Vall. dict. tract. quæst. 69. & latè per Alex. alias fallentias adducentem cons. 123. & 136. lib. 7. sicuti non tenetur etiam maritus extra Ciuitatem mittere pro habendo medico, Alex. cons. 91. lib. 7. nec etiam quando infirmitas esset incurabilis, Soc. sen. cons. 105. ad finem. vol. 3. Menoch. cons. 256. nu. 2. lib. 3. vbi vult, † hoc statutum procedere, quoties ma-

22 ritus debita alimenta non præstitit vxori, uel ubi non est commoratus cum ipsa uxore, DD. omnes in l. si ab hostibus, §. si uir uxorem, ff. sol. matrim. ubi in specie Ias. num. 4. ante eum, Ruin. in cons. 189. num. 18. lib. 2.

23 † Limita etiam, ut hoc statutum de lucro dotis non habeat locum in matrimonio soluendo propter maleficium, impotentiam, aut affinitatem, ità Ias. cons. 58. & seq. uolum. primo, cum alijs de quibus per Borgnin. decis. 18. nu. 24. part. 2.

24 † Limita pariter, ut hoc statutum de lucro dotis habeat locum in feudo mero hæreditario, non in alio, Dec. in l. prima, colum. 3. uersic. sextò, & ult. ubi Curt. iun. nu. 16. C. und. uir. & uxor, Roll. plures referens de lucro dotis, quæst. 54. num. 10. Phanuc. de lucro dotis, glos. 10. num. 55. Menoc. cons. 8. num. 19. lib. primo, Surd. cons. 63. nu. 32. lib. primo, similiter locum erit statuto, etiam si dos consistat in bonis fideicommisso subiectis in casibus, quando scilicèt fideicommittens promisit de illis bonis dotem, posse constitui, uel ubi alia bona non adessent, secus si alia bona adessent, uel prælegata, Ias. cons. 186. col. 2. 3. & 4. Paul. de Monte Pic. cons. 104. num. 27. cum plurib. seqq. Crau. cons. 186. Curt. iun. cons. 154.

25 † Limita etiam, ut maritus non lucratur dotē, quando constitutio dotis non ualuit, Bald. & Cast. in l. prima, C. si aduersus dotem, Roman. cons. 314. colum. prima, Cumā. cons. 109. colum. 2. & cons. 3. colum. pen. uol. 3. Rimin. iun. cons. 189. nu. 1. & 2. lib. 2. ubi refert post DD. supra citatos; † quod

26 si minor in dotem dederit bona, quæ seruando seruari possunt, & cum auctoritate tutoris, & curatoris, talis datio est nulla, & maritus uigore statuti dictam dotem non lucratur, cum in dicta datione debuerit interuenire decretum Iudicis.

27 Limita, quando maritus uxorem occidisset, ut infra dicetur.

28 † Amplia, & limita pluribus modis, de quibus per Carpan. ad statuta Mediol. cap. 298. num. 15. usq; ad nu. 24. & nu. 72. usq; ad nu. 86. & num. 95. usq; ad nu. 101. & nu. 134. usq; ad nu. 172. ac pene in discursu totius statuti, apud quem uidere libet infinitas ampliationes, & limitationes, ad hanc regulam, ad quem semper recurras.

29 Limita etiam non procedere huiusmodi statutum de lucro dotis, in his bonis, quæ ualidè in do-

tem

tem data non fuerunt, cum ipsa datio non valeat, Corn.consf.3. col. pen. verf. & insuper concurrit, lib. 3. Rol. de lucro dotis, quæst. 45. Phanuc.eod. tract. glos. 10. num. 23. & seq. & num. 45. & 77. quos secutus est, Gallia consf. 50. nu. 68. cum seq. Rim.iun. conf. 189. num. primo, lib. 2.

30 † Limita etiam alio modo, vt per eundem Galliam d.conf. 50. num. 60. vt huiusmodi statutum locum non habeat, in bonis dotalibus existentibus extra territorium statuentium, quæ maritus vigore huius statuti non lucrabitur, Bald. in c. primo nu. 2. de iur. calum. Dec.conf. 283. col. pen. Curt. iun. in l. exigere dotem, num. 20. vbi Cagnol. num. 34. testatur de communi, & ab ea non esse recedendum, ff. de iudic. de veriori, & magis à Doctoribus recepta, Roll. à Vall. de lucro dot. quæst. 20. Gallia dicto conf. 50. num. 60. cum seq. quo loci respondet ad contrarium, quod posset allegari, nempè quod quo ad lucrum dotis attenditur statutum mariti. Rimin. iun. in puncto huius statuti conf. 484. num. 30. lib. 5. Menoch. conf. 469. nu. 8.

31 Sed hic quæro, † an stante hoc statuto, si maritus tempore mortis vxoris reperiatur constitutus sub patria potestate, sub qua etiam erat tempore contracti matrimonij, qui tamen semper sustinuit onera matrimonij, an huiusmodi dotem lucrabitur pater, an maritus, & dic patrem lucrari dotem, Bart. in tract. de duobus fratribus, quæst. 5. nu. 6. Bald. in l. 2. C. famil. ercifcond. Abb. conf. 79. col. 2. volum. 2. Roman. conf. 406. nu. primo, Pet. de Vbald. in tract. societatis in 5. part. princ. quæst. 22. Marsil. sing. 264. & hanc æquissimam, & de iure verissimam, firmat Dec. conf. 67. & conf. 560. ratio autem est, quia cum huiusmodi lucrum assignetur propter onera matrimonij sustinenda, vt de communi. Dec. d. conf. 560. col. pen. Tiraq. in repet. l si vnquam, in verbo, donatione largitus num. 175. & seq & num. 181. ac 188. Roll. à Vall. in tract. de lucro dotis, quæst 4. num. 10. & seq. & quæst. 82. num. 3. & quæst. 92 num. 5 & quæst. 103. num. 12. & quæst. 106. nu. 13. & 30. & pater sit ille, qui onera matrimonij sustinuit, ad illum debet peruenire huiusmodi lucrum per regulam, l. secundum naturã, ff. de reg. iur. vide tamen circa hanc quæstionem, Roll. à Valle in tract. de lucro dotis, quæst. 110. num. primo, cum alijs seqq. vbi refert alias tres opiniones contrarias in hoc casu, & resoluit materiam, mediantibus aliquibus casibus, & quæstionibus; ego tamen non recederem à prima

33 opinione, & † quod huiusmodi lucrum non habeat locum in marito, quando maritus non sustinet onera matrimonij pluribus citatis, tenet Rim. iun. conf. 189. num. 17. lib. 2. & seq. vbi loquitur etiã quando maritus cępit sustinerę onera, & non perseuerauerit.

34 † An autem hoc statutum habeat locum in dote præsumpta, vide Franc. Curt. iun. conf. 4. col. 6. & vide borgnin. decis. 29. num. 73. part. 3. quo loci concludit, huiusmodi statutum habere solum locum in dote data, aut confessione recepta, non aut in dote tacitè à lege præsumpta, vide tamen Rim. iun. conf. 176. nu. 11. lib. 2. vbi tenet, quod habeat locum, etiam in dote præsumpta, & infinitos ad hoc allegat, & articulus est controuersus, cũ sententiam negatiuã amplexi sunt, Ias. conf. 50. lib. primo Curt. sen. cõf. 79. Curt. iun. in auth. præterea num. 16. C. vnde vir, & vxor, cum alijs adductis per Menoch. conf. 5. num. 9. versic. nonq; contrariam affirmatiuam habere locum statutũ

hoc etiam in dote præsumpta in puncto statuti nostri, Comens. conf. 109. nomina, Alciat. responso 88. visis verbis, Cur. iun. conf. 4. num. 17. Rol. à Vall. de lucr. dot. quæst. 75. nu. 16. & hanc pluribus citatis, communibusq; & argumentis hinc inde perpensis magis communiter receptam testatur, Menoch. dicto conf. 5. num. 24. & per totum, & infra num. 83. Quid si vxor duos habuerit viros, quibus diuersam dotem constituerit; si tertio nubat, quæ dos attendatur, respondetur attendi dotem secundo viro datam, Ruin. consf. 137. num. 5. volum. 4.

35 † An autẽ habeat locum in dote promissa, vide per Ias. in l. si donatarius. §. fin. ff. de cond. causa dat. & non secut. & in rub. ff. sol. matrim. vbi cæteri DD. post Ang. conf. 26. & 180. Bart. in l. iubemus, §. sanè, C. de sacr. sant. Eccles. Ias. in §. fuerunt, num. 117. Inst. de actio. Alex conf. 63. vol. 4. Bart. in l. fin. C. de dot. promiss. & teneas in casu nostro habere locum, etiam in dote promissa; quia quoties statutum de lucro dotis simpliciter loquitur de dote, habet locum etiam in dote promissa, vt hic facit statutum nostrum, secus autem si loqueretur de dote data, Bart. in l. iubemus, §. si sanè num. 7. & ibi Castr. nu. 3. C. de sacro sant. Eccl. Bald. conf. 467. in fine, lib. 4. Ruin. de communi conf. 197. num. 6. lib primo, Rol. de lucro dotis, quæst. 6. num. 3. & seq. Becc. conf. 53. nu. 5. Octau. Cacheran. decis. pedemont. 21. nu. 9. ac 15. vers. quid dicendum, Surd. conf. 45. Honded. conf. 75. num. 33. & seq. lib. 2. Rim. iun. conf. 533. num. 18. & seq. lib. 5. & conf. 600. nu. 20. & 22. vbi testatur de cõmuni, quod statutum loquens de dote data, nõ habet locum in dote promissa, & quod dicitur habere locum in dote promissa, procedit etiam, si dos sit promissa declaranda ad arbitrium tertij, modo tertius arbitretur ante mortem, Ias. in dict. l. si donaturus, §. fin. ff. de condic. ob caus. idemq; si arbitrio viri sit remissa, vt ibi nu. 15. idemq; si à patre fuisset promissa, Alex. in l. si post dotem, ff. sol. matrim. & conf. 201. num. 8. lib. 6. Dec. conf. 195. idem in dote constituta, constante matrimonio, Bald. conf. 477. punctus quæstionis talis est, lib 4. vel si legata sit vxori constante matrimonio, Bald. conf. 79. casus talis est Zeno, lib. primo, Phanuc. de lucr. dot. glos. 7. nu 36. & seq. Rol. à Val. de lucr. dot. quæst. 96.

36 † An autem possit fieri pactum validum contra formã huius statuti, & dic quod sic, Franc. Crem. not. 23. & in tract. dot in quęst. puncto, seu statuto.

37 † An istud statutum habeat locum, quando nõ fuit matrimonium verum, sed putatiuum, seu fictũ vide Bal. in l. prima, C. de cond. ob causam, vbi tenet habere locũ solum in matrimonio vero, Barbat. conf. 46. col. 12. in 2. parte, nu. 17. ad finem, & num. 18. & seq.

38 † An autem hoc statutum deferens lucrum dotis, habeat locum in Vxore minore dante dotem, dic quod sic, ità Bald. in l. prima, col. prima, ff. si aduersus dotẽ, vbi Castr. Comẽs. conf. 109. Rim. conf. 314. quos omnes refert, & sequitur Menoch. conf. 100. nu. 131. cum seq. vol. primo, & moue-

39 tur ea ratione, quia † statutũ simpliciter loquens compręhendit etiam personam minoris, vt ibi per eum.

40 † An istud statutum procedat in re feudali data in dotem, dic quod non, tex. in cap. primo, & ibi Bald. de inuest. & re alien. fact. Alex. in aut. præterea, C. vnde vir, & vxor, Ias. in l. cunctos populos col. 6.

colum.6. circa medium, C. de Sum. Trin. & fid. cathol.

41 † An istud statutum extendatur ad bona alibi sita, dic quod non, Bald. in cap. primo. de iuram. calum. quem refert, & sequitur Ias. in d.l. cunctos populos, sub nu. 1 . Alex. cons. 16. volum. primo, & cons. 128. eod. volum. & cons. 114. volum. 4. & cons. 41. vol. 5. & dixi supra, nu. 30.

42 † Quid si maritus promittat soluto matrimonio restituere totam dotem, an amittat beneficium huius statuti, Dec. cons. 195. tenet, quod sic, sequitur Rip. auus meus maternus in l. centurio, num. 131. ff. de vulg. Rub. cons. 43. num. 13. & 73. vol. 2. Boerius decis. 144. num. 5. Dec. cons. 60. col. 2. Rol. de lucr. dot. quæst. 42. & 91.

43 † An autem hoc statutum habeat locum in dote promissa, & augmento dotis constituto post mortem vxoris, dic quod sic, Soc. iun. cons. 23. col. prima, vol. primo, & cons. 3. col. 2. & seq. eod. vol. Ias. in rub. ff. sol. matrim. num. 23. cum seq. & in §. fuerat, num. 127. inst. de actio. Rol. à Val. de lucro dotis, quæst. 3. num. 4. cum seq. vbi dicit communem, cum alijs pluribus, de quibus per Carpan. ad statuta Mediolani, dicto cap. 298. num. 279. cum seq. Osasc. decis. 21. vbi ad partes disputat, & hanc magis veram, & communem, testatur Castr. & Alexand. in l. si donatarius, ff. de cond. ob causam, & magis veram dicit, Alex. cons. 14. vol. vlt. Capic. decis. 176. num. 32. Gaspar Thesaur. quæst. forens. lib. 2. q. 75. vbi ampliat nume. 3. etiam si statutum diceret, quod vir lucretur dimidiam dotis, & reliquam restituere teneatur, vel etiam si data esset dilatio ad soluendum, Phanuc. de lucr. dot. in verbo restituenda num. 38. an autem augmentum dotis vxori restituendum sit totum, an vero solum ad ratam dotis solutę, vide Cost. de portio. rat. q. 88. Menoch. consil. 1134. num. 36. & seq. Rol. à Vall. consil. 10. lib. 1.

44 † Quid de bonis simpliciter traditis ab vxore viro, constante matrimonio, non expressa traditionis causa in dotem, dic, quod & si non constet de expressa traditione dotis nomine maritum illā tamen lucrari, quia cum tradit bona censetur dotis nomine tradidisse per l. quod autem, ff. de iur. dot. Bart. in q. mulier habens amplum patrimonium, Rolan. à Vall. in tract. de lucro dotis, q. 72. & 74. vbi late secus, si maritus contraxisset matrimonium nulla facta dotis mentione, nam & si mulier bona aliqua haberet, nec tradit illa, aut dotē constituat, tunc maritus ipsa bona vti dotalia non lucrabitur, vt per Roland. à Vall. d. tract. q. 71. post Alexand. consil. 164. colum. prima, libr. 5. Bald. pulchrè plures ad id afferens rationes consil. 102. Mulierem maritus duxit libro quarto, alias est consilio 94. Socin. sen. consilio 8. col. pen. lib. 2. Rimin. Iun. consilio 374. Natt. consil. 571.

45 † Quid si mulier delinquat Papiæ, aut bona veniant publicanda, an maritus amittat lucrum dotis, vide Roll. à Vall. in tract. de lucro dotis, quæst. 59. Campeg. in tract. dot. part. 5. quæst. 80. nu. 5. versic. octauo, vbi concludit, quod non.

An autē mulier possit testari de hoc lucro marito à statuto delato, vide Osasch. decis. 200. Thesaur. decis. 34. qui tenet, quod non.

46 † Scias tamen, quod hoc statutum solum compræhendit filios primi matrimonij subditos ipsis statuentibus, secus si essent alienæ iurisdictionis. Castrens. cons. 369. præsupposito uol. 2. Brun. de lucro dot. quæst. 36. ad finem, Rim. iun. cons. 484. num. 28. & 29.

47 † Item scias, quod huiusmodi statutum de lucro dotis, compræhendit etiam vxorem forensem, cum attendatur statutū loci viri. l. exigere dotem, vbi Bart. & alij, ff. sol. matrim. Rol. in tract. de lucro dotis, quæst. 13. per totam, vbi hoc dicit verius, & magis communiter receptum, Phanuc. de lucro dotis, glo. 9. num. primo, Natt. cons. 148. num. primo, versic. & sic ex Surd. cons. 91. nu. 15. lib. primo.

48 † An autem sit locus lucro huius statuti, quando maritus sustinuit onera matrimonij, & bona vxoris possedit, vti dotalia, & ea sciēte, & tollerante, & dic quod sic, vt per Roll. cons. 100. vol. 4. Soc. jun. cons. 8. col. pen. vol. 2. Calcan. cons. 11. col. 2. Roll. à Vall. de lucro dotis, quæst. 74. ad finem, Rimin. iun. cons. 374. num. 16. & seq. lib. 4.

49 † An autem hoc statutum de lucro dotis, ligat etiam mulierem minorem; dic quod sic, Bart. in l. 2. quæst. 22. C. quæ sit longa consuet. Alex. cons. 65. col. 2. vol. 6 Roman. cons 314. Corn. cons. 6. colum. penult. vol. 3. Natt. cons. 541. num. 17. Menoch. cons. 100. nu. 132. Roll. de lucro dotis. quæst. 44. num. 12. sequitur Rim. iun. cons. 374. num. 24. & seq. lib. 4. vbi intelligit in bonis mobilibus, licèt de immobilibus dubitet, vt ibi per eum.

50 † In verb. lucratur dotem] † nota, quod lucrū, quod facit maritus, propter istud statutum, dicitur habere titulo oneroso, glo. & Alex. in l. si donatarius, §. si quis, nu. 6. vbi appost. ad eum, ff. de cond. ob causam, Ang. in §. ascriptio, in auth. de nupt. Bart. in tract. de duobus fratribus, in 5. q. primæ partis, num. 6. Dec. cons. 560. & cons. 67.

51 num. primo, & ideo dicimus, † maritum lucrari dotem, dato, quod mulier non steterit in matrimonio, nisi per momentum, Ias. in d. l. si donatarius, §. si quis indebitè, idem in l. non tamen, C. de legibus, Rip. in rub. ff. sol. matrim. num. 66. ea .n. ratione statutum defert lucrum dotis marito, ob impensam, & onera, quæ sustinuit in matrimonio vt post Comensem cons. 48. col. 2. & Roll. à Vall. de lucro dotis. quæst. 4. num. 10. tenet Menoch. cons. 76. num. 10. volum. primo.

52 In verbo, In casu eidem † superfluum in hoc videtur statutum nostrum, in illis verbis, In casu eidem viro, & ipsa non existentium liberorum, quia licèt statutum hoc non expressisset; tamen intelligeretur de filijs ex illo matrimonio, non autem ex alio; Signor. cons. 37. & cons. 68. Ias. cons. 115. nu. 4. lib. primo, Rim. cons. 231 num. 3. quos refert, & sequitur Menoch. cons. 40. nu. 6. lib. primo.

53 † Et an statutum deferens lucrum dotis marito, si vxor prædecesserit sine liberis, intelligatur solū de liberis secundi matrimonij, quamuis existant ex primo, & dic quod non præiudicat filijs primi matrimonij, quia in prima parte, dum disponit maritum lucrari dotem, mortua vxore in matrimonio, in casu eidem viro, & ipsa non existentium liberorum, nullam facit mentionem de liberis primi matrimonij, & sic eis non præiudicat; & licèt disponat, posse mulierem secundo nubere, & dotem tradere in præiuditium filiorum primi matrimonij disponit solum de traditione, non autem de lucro, & hanc opinionē tenuerunt Ias. in auth. preterea, col. 4. vers. quintò principaliter, & Dec. nu. 7. C. vnd. vir. & vx. & idē Dec. cōs. 19. sequitur non censetur velle derogare, l. hac edictali, C. de secund. nupt. prout de magis cōmuni in terminis

huius

huius nostri statuti, Cephal. conf. 299. per totum, volum. 2. ac conf. seq. licèt contrarium tenuerint Curt. sen. conf. 78. Rol. de lucr. dot. q. 30.

54 † Itē hoc statutū, dum loquitur de liberis in numero plurali, verificatur etiam, si vxor moriatur cum vnica tantum filia, per regulam, l. non est sine liberis, ff. de verb. signif. Bald. post Bart. in l. pri. C. de cond. insert. Roman. conf. 129. col. prima, & conf. 190. col. prima, Rim. iun. conf. 391. nu. 19. & 20. lib. 4.

55 † Nota, quia si adsunt liberi communes, tunc maritus non lucratur dotē, Bald. conf. 443. nu. 2. col. 2. Curt. sen. conf. 38. col. 3. Curt. iun. conf. 93. col. prima, Roll. à Vall. in tract. de lucro dotis, q. 43. per totam, & quod stante hoc statuto deferente lucrum marito vxore decedente sine liberis, quod non habeat locum à contrario sensu liberis existentibus, datò, quod statutum nihil circa hoc diceret; pluribus citatis, tenet Rim. iun. conf. 276. nu. 12. cum duobus seqq. lib. 3.

56 † Quid autem, si mater, & filij simul decedant in naufragio, quis prior decessisse dicatur ad hoc, vt sit locus huic statuto, plures casus considerantur, quos seriatim, & studiosè explicat D. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 60. num. 21. & seqq. firmans regulā in dubio prius præsumi mortuam matrem, deinde declarans, & ad eum me refero.

57 † Quid autem, si vxor moriatur relicto filio non vitali, licèt nato in quarto, sextò, octauo mense, an vxor dicatur decedere sine filijs, adeò vt sit locus

58 lucro dotis ipsi marito, & dic quod sic, † quia huiusmodi partus, cum non sit vitalis, habetur pro non nato, in omni materia. Peregr. de fideic. artic. 43. num. 20. cum seq. Magon. Rot. Florent. decis. 41. Menoch. de arbitr. iud. casu 89. nu. 38. cum seq. Afflic. decis. 235. & in terminis huius statuti sic tradit, D. Cost. olim collega meus, in tract. de portione ratæ, quæst. 151. nu. 11. cum seq. quō autem, & quibus signis cognoscatur, an partus sit maturus, & vitalis, ac perfectus, tradit Menoch. lib. 6. præsumpt. 52. per totam, vbi pulcrè.

60 In verbo, quantum ad vsumfructum tantum ipsis &c.] idem † de iure communi, per tex. & ibi DD. in l. prima, C. de bonis maternis, in hoc tamē

61 differunt, quia statut. defert vsumfructū ad patrē respectu dotis vxoris tantū, siue filij sint in potestate, siue emancipati, cum loquatur indistinctè, arg. l. primæ § generaliter, ff. de leg. præst. d. l. prima autem, solum defert vsumfructum bonorum maternorum patri, vigore patriæ potestatis, l. cū oportet C. de bonisq; liber. §. 1. Inst. per quas personas nobis acquir. Pinell. in repet. d. l. primæ, C. de bonis mater. in prima part. nu. 1. cum seq.

72 † An autem mar[illegible]as constante matrimonio, dicatur dn̄s rei dotalis, dic quod sic, & in eū dicitur traslatum dominium, pro oneribus matrimonij supportandis, l. doce ancillam, vbi glo. Bart. & Bal. C. de rei vend. Ias. in §. fuerat, nu. 21. inst. de act. Menoc. de arb. iud. casu 39. nu. 19. Salic. in l. in rebus, nu. 5. C. de rei vend. Alex conf. 106. nu. 5. Bal. Nouellus de dote, part. 8. priuil. 8. nu. 1. & in l. 1. nu. 227. ff. sol. matrim. Arius Pinell. in l. 1. part. 3. nu. 25. C. de bonis mater. Dec. conf. 645. nu. 13. latissimè Rimin. iun. inst. tit. quib. alien. licèt, vel non, in princ. nu. 31. cū plurib. seqq. Cephal. conf. 256. nu. 2. lib. 2. Alex. conf. 26. nu. 3. lib. 1. Mascard. de

63 probat. concl. 221. nu. 3. vol. 1. Hinc est, quod maritus facit fructus dotales suos, l. dotis fructus, ff. de iur. dot. l. maritus, C. eod. Alex. conf. 63. nu. 7.

64 lib. 2. † extende, vt etiam maritus constante matrimonio, dicatur possidere fundum dotalem, l. pomponius, §. in dotē, vbi glo. & DD. ff. de acquir.

65 possess. † ideò mulier soluto matrimonio, non dicitur habere possessionem, nisi fuerit appræhensa, l. dotis, C. sol. matr. Alex. conf. 4. nu. primo, col. 3. in princ. lib. 2.

66 † An autem dos constante matrimonio, veniat in confiscatione propter delictū ipsius vxoris, dic quod non regulariter, nisi in quinq; casibus, ità Clar. in §. fin. praxis crim. q. 78. nu. 14. Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. de public. bon. nu. 83. & seq.

77 † Scias tamen, quod stante hoc statuto, quod maritus lucretur dotem, dos non publicatur, nec etiam in illis quinq; casibus, Rol. de lucro dotis, q. 59. Plot. inter consilia criminalia diuersorum, conf. 130. nu. 54. quos refert, & sequitur Baiard. in addit. ad Clar. in d. q. 78. nu. 63. Pereg. d. nu. 83.

68 In verb. ipsis liberis proprietate reseruata] † An filij per ista verba, sint in conditione, vel dispositione, vide Alex. in l. si cum dotem. ff. sol. matrim. vbi omnes, Francis. Marc. decis. 22. nu. 6. & seq. part. 2. & dicendum est in casu nostro filios esse in dispositione vocatos, propter illa verba reseruata proprietate, quæ cum sint ablatiui absoluti formā, & conditionē important, iuribus notis, & quæstio Alex. & aliorū est, quando verba sunt cōcepta, si mulier decederet sine liberis, an à contrario sensu liberis extantibus illi censeantur vocati, quæ longè differt à casu nostro.

69 † An autem ista proprietas, adeò dicatur ipsis liberis reseruata, vt mater de dicta dote disponere non valeat, dic quod non, quia statutū huiusmodi intelligitur, quod filij habeant dotem ab intestato si non fecerit mater testamentum, sed non contra voluntatē matris, si fecerit testamentum, vel alios

70 instituerit, vel alteri dotem reliquerit, † quia valet dispositio facta à matre, dummodo non priuet filios legitima, Cast. conf. 82. lib. primo, & in l. si cum dotē, in princ. nu. 11. ff. sol. matrim. Ang. conf. 81. Ias. conf. 127. col. 4. vers. sed istis, lib. 1. Dec. conf. 386. nu. 7. vers. ista conclusio, Cagnol. in l. fin. nu. 100. C. de pactis, Roll. à Vall. conf. 72. nu. 51. & 61. lib. j. Thesaur. decis. Pedem. 34. nu. 2. & 184. Honded. conf. 16. nu. 14. lib. 2. vbi per totum consilium, & præsertim nu. 24. & seq. concludit, quod statutum reseruans dotem matris filijs, non priuat matrem potestate disponendi, Menoch. conf. 1143 lib. 12. licèt Surd. conf. 81. per totum, aliter sentire videatur, qui tamen loquitur in diuersis termi-

71 nis, & hoc est vtile scire, † quia cum Papiæ statuto 98. infra permittatur posse mulierem maritatam, facere testamentum, & codicillos, etiam sine voluntate mariti, quod statutū vtiq; intelligendū est, vt possit disponere de dote, in casu, in quo maritus eam non lucraretur, vt supra ad d. statutum 98. intelligitur hoc nostrū statutū reseruare proprietatem filijs, quatenus mater de dote in testamento non disposuerit iuxta potestatem testandi sibi concessā per leges; Hinc sequitur, quod filij mortua matre non possunt ad dotem maternā admitti, nisi sint et hęredes ipsius matris, ne alias dicatur matrē decedere pro parte testatā, & pro parte non, & nè iniuria afficiatur vxor decedens sine hærede, & nè defraudentur legitimi matris creditores, vt his, & alijs rationibus cōcludit Ang. conf. 81. 82. & 83.

In verbo, quæ in eos, eorumq; hæredes] vide Ang. conf. 81. incipiens differentia magna, Alex.

consil. 150. volum. 2. Ias. in l. si rogatus, col. 7. ff. de adopt.

72 In verbo, tertium plus] † qualiter intelligatur istud tertium plus, vide supra in statuto 88. & vide Borgnin. in terminis huius statuti, decis. 29. nu. 74. part. 3. quo loci vult, quod istud tertium plus, est loco quartæ longobardorum, quæ dabatur à

73 viro vxori, loco donationis, propter nuptias, † & non est dos vxoris propriè, sed est augmentum dotis, seu contra dos, vel donatio propter nuptias, & est diuersũ à dote, vt ibi latè per eum, & nu. 76.

74 vult, † quod statutum prohibens maritum donare, vel relinquere vxori, vltra certam summam, non habet locum in augmento dotis, vti diuerso, quod maximè est dicendum Papiæ, vbi in statutis

75 fit mentio de augmento dotis; † & quid si mulier legat viro suo, an intelligatur velle compensare cum isto tertio pluri. vide Alex. in l. si cum dotẽ, §. si patri, nu. 16. ff. sol. matrim. Ias. in Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor, vbi Dec. num. 10. tenentes, quod sic, Rol. à Val. de lucr. dot. q. 96.

76 † An ex istis verbis, & sequentibus, censeatur prohibitum augmentum dotis; dic quod non, vt latè demonstraui supra ad statut. 88.

77 In verbo, non aliter, nec alio modo] † hoc statutum valet, & rationem vide per Dec. cons. 19. versic. secundus casus, vsq; ad finem, vbi concludit, latè in hac materia, quod nec legitima debetur filijs præteritis.

78 In verb. ex primo viro liberis existentibus] queritur, † an per hoc statutũ filij primi matrimonij dicantur etiam priuati legitima in bonis maternis sibi debita, stante quod diximus derogare dispositioni l. hac edictali, C. de sec. nupt. etiam si non expresserit, teste Ias. cons. 50. lib. primo, Curt. sen. & iun. in auth. præterea, C. vnde vir. & vx. Rol. à Vall. de lucr. dot. quæst. 34. Menoch. cons. 4. per totum, maximè n. 25. lib. primo, videtur primo, vt aiunt aspectu dicendum, quod non; ponderando statutũ memoratum in illis verbis, absq; eo, quod cogatur alicui ex ipsis, vel aliquo ipsorum, aliquid reseruare, dare, vel restituere, & absque eo, quod propterea ex ipsis aliquid reuocetur; per quæ verba videtur matri concessa facultas nihil reseruandi filijs primi matrimonij, & sic, nec legitimã, ponderando illam dictionem, aliquid, quæ in minimo verificatur, l. si seruum, §. prætor ait, vbi Bart. & Ang. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. prima, nu. 16. C. de inof. donat. Dec. in l. si quid id quod nu. 20. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. prima, nu. 10. Cod. de pact. & cons. 406. num. 2. Rip. auus meuus in l. si vnquam in 7. & 8. quæst. C. de reuoc. donat. Menoch. in puncto huius statuti, cons. 4. num. 18. vbi vult maritum per huiusmodi verba totam dotem acquirere.

Quod magis videtur dicendum accedentibus verbis subsequentibus, scilicèt absq; eo, quod propterea ex ipsis aliquid reuocetur, quæ verba expresse demonstrãt totam dotem secundo viro irreuocabiliter acquiri, Menoch. d. cons. 4. nu. 20.

Alias enim, nisi diceremus, dicta verba geminatè repetita priuare dictos filios legitima, sequeretur esse superflua, ex quo non tota dos irreuocabiliter remaneret penes secundum maritum, si filij primi matrimonij possent ex ea consequi legitimam, quod non est dicendum, cum in statutis, verba non debeant esse sine virtute operandi, Bal. in rubr. q. 9. C. de contrah. empt. Alex. cons. 85. nu. 10. lib 4. Rol. à Val. de lucro dot. quæst. 31. nu. 10.

Secundò, pro hac opinione facit, quia filij primi matrimonij viuente matre, nullũ ius, possunt prætendere, vigore legitimæ in eius dote, cum legitima solum debeatur tempore mortis, l. si quando, §. primo, vbi Bald. C. de inof. testam. Alex. cons. 180. nu. 4. lib. 5.

Sed tempore mortis matris, nulla dicitur habere bona mater, cum omnem dotem dederit secundo viro statuto sic permittente, ergo videtur nullam posse petere legitimam in dicta dote, ex vera, ac communi iuris conclusione, quæ se habet, quod de legitima primum æs alienum deducendum est, adeò vt si illud totam hæreditatem absorbeat minime sit debita legitima, Bald. in l. fin. §. in computatione, nu. 13. C. de iur. delib.

Tertiò, quia legitima non debetur de alienatis à parentibus titulo necessario, vt per Decian. cõs. 1. nu. 39. lib. 4. sed huiusmodi traditio dotis, dicitur alienatio necessaria, vt in puncto tenet Paris. cons. 91. num. 38. cum seq. lib. 3.

Nec desunt, qui hanc opinionem amplexi sunt, inter quos est Paul. de Cast. in l. 1. nu. 4. C. de inof. dot. vbi loquitur in terminis statuti Florentini volentis maritũ lucrari totam dotem ẽt existentibus liberis primi matrimonij, sequitur Dec. cons. 19. nu. 5. versic. & in tantum ista conclusio, vbi loquitur in casu, in quo statutũ dicit, quod nihil de dote restituatur, quod idẽ esse videtur, cum statuto nostro, in quo dicitur absq; eo, quod aliquid reseruare, & quod aliquid reuocetur, idem tenet Natt. cons. 308. nu. 3. cũ seq. idẽ videtur tenuisse Bald. cons. 495. nu. 2. lib. 5. Castr. cons. 192. nu. 2. col. fin. vers. concludo ergo, lib. 1. Cost. de remed. subsid. remed. 40. nu. 8. & 9. Surd. cons. 401. nu. 24. & seq.

His tamen minimè attentis, adhuc crediderim contrariam opinionem, vti veriorem, & æquiorem tenendã, sl. non esse preiudicatũ filijs in legitima.

Primò, ad ita tenendũ moueor, quia per statutũ verbis generalibus prolatum, nunquã dicitur sublata legitima, nisi de ea in spetie statutũ faciat mentionem, argum. l. si qũo, §. fin. C. de inoff. testamento, hinc dicimus per generalem renunciationem minimè dici renunciatum legitimę, ex infinitis de more congestis ab Ant. Gabr. in suis cõmunibus, in tit. de legitima, conclus. 8. Menoch. cons. 71. num. 2. sed statutum nostrum de legitima non facit mentionem, ergò.

Secundò, quia dato, quod statut. nostrũ expressè faceret mentionem de legitima, adhuc tñ eam minimè tollere potuit in totũ ex magis cõi, ac recepta DD. opinione, ac equiori, de qua per Grass. de success. § legitima, q. 41. nu. 1. vbi nu. 3. post relatos DD. contrarium tenentes, dicit hanc opinionẽ æquissimam, ac ẽt sine controuersia magis cõem, & secundũ eam sæpius in iudicando obseruatum esse per Cameram Imperialem firmat, And. Gail. lib. 2. obseru. 122. vbi nu. 11. dicit hanc veriorem, æquiorẽ, & magis communem, quod pariter fatetur, Mysing. cent. 5. obseru. 43.

Tertiò vbicunq; alicui competunt duo remedia diuersi iuris, vnum non tollit alterum, Gabr. in suis communibus, tit. de action. conclus. 2. limit. 3. nu. 17. Surd. cons. 139. nu. 8. lib. primo, cons. 422. nu. 12. sed legitima debetur ex remedio legis naturæ, ius verò sucessionis, ꝙ filij habent ex d. l. hac edictali, est de iure cõi, vnde licèt statutũ oferat remedium iuris cõis derogando d. l. hac edictali, nõ tamen censetur, nec potest tollere remedium iure naturæ proditum.

Quartò

Quartò facit tex. in d.l. hac edictali, ibi ita tamen, vt quarta pars, quæ eijsdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur, nisi ex his caussis (quę de inofficioso excludunt quærelam, quæ verba non nisi ad legittimam referri posse videntur, vt ibi per omnes, ergo

Quintò, quia vera, & magis communis opinio illa est per dispositionem l. hac edictali non censeri derogatum legitimę, vt de magis communi pluribus citatis, firmat Rol. à Val. de lucro dotis, quęst.37.nu.3.cum seq. vbi firmat non esse ab hac opinione in iudicando, & consulendo recedendū, cum nitatur auctoritate glo. Bart. & Bal. qui fuerunt illuminatores iuris ciuilis, & hanc etiam magis cōmunem pluribus adductis firmat Thesaur. Pedem. decis. 184. per totam, & præsertim nu. 3. & 4. vbi secundum hanc iudicatum fuisse per Senatum Pedemontanum in facti contingentia testatur, & hanc communē, & sequendam pluribus citatis dicit, Grass. de success. §. legitima, q. 20. num.5.

Qua communi sic stante, dicendum est statutū nostrum, licèt corrigat d.l. hac edictali, non tamē corrigere quoad legitimam, de qua specialiter nō facit mentionē, non enim debet statutum correctorium extendi, nisi prout de eo specialiter exprimitur, l. præcipimus in fine, C. de appell. Alex. cōs. 131. nu. 3. lib. primo, sed casus legitimæ, vti à statuto omissus debet remanere sub dispositione iuris communis l. commodissimè, ff. de lib. & posth.

Sextò, & vltimò moueor, quia quoties statutum duo operari potest contra ius commune, tunc sat est, quod vnum effectum operetur, vt minus corrigat ius commune, quam fieri potest, ità Roman. cons. 199. num. 6. vers. tunc consideratur, Grat. respons. 46. nu. 7. & seq. Ozasc. Pedem. decis. 21. num.12.

Sed in casu nostro, statutum memoratum si tolleret legitimā duo operaretur contra ius commune, scilicet primò, contra l. hac edictali, secundò contra l. primam, C. de inof. dot. ad effectum igitur, vt minus lædat ius commune, quam sit possibile, debet intelligi, vt solum tollat dispositionē d.l. hac edictali, non tamen legitimam.

Et ità hanc opinionem in simili statuto Dertonæ existente, tenuit Bald. consil. 273. lib. 5. refert Menoch. cons. 4. nu. 31. lib. primo, Fulgos. cons. 89. D. Catherina Cephal. cons. 300. nu. 21. cum seq. lib. 2. Gasp. Ant. Thesaur. in addition. ad deci. patris, d. decis. 184. Frider. de Sol. in tract. de lucro dotis, quæst. 55. & in puncto huius statuti firmat doctissimus Cost. de port. rat. q. 85. nu. 15.

Non obstant contraria, nam ad primum respōdetur, quod illa verba statuti ibi, aliquid reseruare, dare, & aliquid reuocetur, procedunt, ac loquuntur in actu constitutionis dotis, & donec vxor vixerit, & sic permittit statutum matrimonio durante, quo casu non est inferendum ad legitimam post mortem vxoris filio debitam, cum sint diuersa, & ex diuersis non fiat illatio, iuribus notis; & ratio diuersitatis ea esse potest, quia mater in vita potest liberè disponere de dote sua, l. in re mandata, C. mand. quod secus est in morte, quia tenetur filijs relinquere legitimam, §. aliud quoq; capitulū, in auth. vt cum de appell. cognosc. & ita respondet Cephal. d. cons. 300. nu. 21. cū seq.

Ad secundum respondetur contrarium procedere, quoties æs alienum fuisset contractum titulo oneroso, nam tunc legitima non deberetur, secus autem si ex causa lucratiua, l. prima, C. de inof. donationibus, sed in casu nostro, licèt maritus viuente vxore dicatur habere dotem ex causa onerosa cum sustineat onera matrimonij, secus tamē est post mortem ipsius vxoris, nam tunc dicitur habere titulo lucratiuo, l. pro oneribus, C. de iur. dot. & latè per Dec. cons. 67. num. 1. ità respōdet etiam Ceph. d. cons. 300. nu. 23. sed hæc responsio non videtur tuta, cum plures fuerint tenentes hoc lucrum dotis deberi marito titulo oneroso.

Quare secundò, & melius dicimus statutum benè permittere vxorem dare totam dotem in præiuditium filiorum, quantum sit respectu d.l. hac edictali; non tamen respectu legitimæ, vt supra probaui, & non mirum, si legitima debetur post eius mortem filijs.

Ad auctoritates in contrariū adductas, & primo ad Curt. in l. prima, nu. 4. C. de inof. dot. respondetur, quod loquitur in statuto florentiæ penitus diuerso disponente maritum lucrari totā dotem, etiam existentibus liberis primi matrimonij, quod non dicit statutum nostrum.

Præterea Curt. loquitur contra communem, dum ad ita tenendum mouetur, quia statutum potest in totum tollere legitimam, secundū eum, cuius contrarium est verius, ex supra adductis.

Præterea loquitur sine fundamento, ac auctoritate, §. consideremus, in auth. de trien. & semis.

Ad Dec. pariter d. cons. 19. respondetur loqui contra communem secutus auctoritatem Curt.

Præterea in casu Dec. statutum volebat, quod nihil de dote restitueretur, & sic aderat illa vniuersalis negatiua, quod secus in casu nostro.

Vltra quod Dec. reprehēdunt moderni Paris. ad Dec. consil. 283. dicentes pessimè consuluisse contra filios primi matrimonij, cauillando, & sophisticando.

Nata verò cons. 308. nu. 4. loquitur in diuersis terminis, scilicèt in statuto, disponente, quod maritus succedat in dote, quo casu statuta excludunt à legitima, quæ est portio eius, in quo quis est successurus ab intestato, cum indefinita in statutis equipolleant vniuersali, vt ibi per eum.

Ad Cast. d. cons. 192. nu. 2. Respōdetur, quod loquitur in statuto disponente, quod maritus totam dotem lucretur, quod non est in casu nostro.

Ad Bald. cons. 495. num. 2. lib. 5. respondetur loqui cōtra communem, dum vult dispositionem l. hac edictali tollere remedium legitimæ, cuius contrarium est magis communiter receptum, vt supra demonstrauimus.

Si autem mulier nubendo secundo viro, dimidiam dotis dedisset primo viro, in præiuditium filiorum primi matrimonij, alteram autem dimidiam reseruasset filijs primi matrimonij, tunc filij primi matrimonij non possunt legitimā ante partē prætendere, vt vberrimè consuluit Surd. cons. 422. per totum, lib. 3.

Et licèt Surd. d. cons. 401. nu. 24. teneat tolli ēt ius legitimæ, attamen mouetur auctoritate Dec. d. cons. 9. & aliorū, quibus supra responsum fuit, vt ita etiā resp. Cost. sibi ipsi contrario d. remed. 40. qui allegat Roll. à Vall. Rim. iun. & Borgn. loquētes in diuersis terminis, vt videre est.

79 In verb. dotem dictā primo viro datā] nota, † quod dū statutū nostrū vult vxorē posse dare dotē secūdo viro datam primo viro absq; eo, q cogatur aliquid relinquere filijs, nō habet locū in alijs bonis
80 vltra dotē, vt per Thes. deci. 195. nu. 7. hinc est q

si maritus legauerit aliquid vxori, quæ dedit secundo viro in dotem, tunc non succedit in his maritus, sed reuertitur ad filios primi matrimonij, ità Pract. Pap. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem in glo. dictæ D. Margaritæ, nu. 13. Natta cons. 308. ad finem, nu. 2. & infra dicetur in verbo reseruare, vbi latius.

81 In verbo, seu quam confessus fuerit recepisse] Hoc statutũ derogans l. hac edictali, C. de secund. nupt. vt infra dicetur habet locum, nedum in dote primo viro tradita, sed etiam in dote confessata, vt expresse dicit statutum nostrum, quod procederet etiam dato, quod statutum non expressisset secundum Ias. in rub. num. 23. ff. sol. matrim. & in §. fuerat, num. 127. Inst. de actio. cum alijs pluribus, de quibus per Carpan. ad statuta Med. cap. 298. & 270. & 244.

82 † Et hoc statutum de lucro dotis, in præiuditiũ filiorum primi matrimonij, habet locum in dote, quæ à lege præsumitur data secundo viro, vt supra dixi, num. 34. Alciat. cons. 88. num. 3. Ruin. cons. 151. nu. 5. vol. 3. Surd. cons. 397. num. 23. lib. 3. quod verum intelligerem in casu nostri statuti, q̃n mulier expresse nupsisset in præiuditiũ filiorũ primi matrimonij, alias secus per infra dicenda.

83 In verbo aliquid reseruare] † Quæro pro declaratione, nunquid per statutum possit derogari l. hac edictali, C. de secund. nupt. quæ vult, quod vxor non possit plus dare secundo marito, quam reliquerit vni ex filijs primi matrimonij, cui minus reliquit, secundò an per hoc statutum hic in verbo aliquid reseruare censeatur derogatum d. l. hac edictali; tertiò an hoc statutum habeat locum in muliere simpliciter nubente, an vero requiratur, quod expresse dicat se nubere in præiuditium filiorum primi matrimonij; quarto, quid si vxor in secundo matrimonio decesserit relictis pariter liberis ex secundo marito, an sit locus lucro ex dicto statuto, quintò, & vltimò, an huiusmodi statutum dicatur derogare l. hac edictali, solum quò ad dotem primo viro datam, & ad tertiũ plus, de quibus loquitur statutum, an verò etiam quò ad bona paraphernalia, adeò vt possit mulier, vigore huius statuti dare secundo viro, etiam bona paraphernalia, & extra dotalia, in præiuditium filiorum primi mariti.

84 Circa primum, † non est dubium, quod per statutum potest derogari l. hac edictali, cum illa lex contineat ius positiuum, quod per statutum tolli potest, Bald. in l. prima, col. 3. vers. tertio quæro, C. de inof. dot. ibi post cum, Castr. cum alijs, de quibus per Rim. iun. cons. 484. nu. 2. lib. 5. & validè, vt tenet Brun. in tract. statuti fæmin. exclud. artic. 6. quarto casu, quæst. 27. num. primo, cum seq. Picus in Auth. præterea, nu. 34. & seq. C. vnde vir. & vxor. Paris. cons. 91. nu. 10. vol. 3. Alciat. cons. 88. nu. primo, Roll. à Vall. de lucro dotis, q. 24. per totam & cons. 62. nu. 26. vol. 3. Ant. Gabr. in suis communib. in tit. de secund. nupt. conclus. 4. num. 16. Phanuc. de lucro dotis, gl. 5. num. 33. Crassus de success. §. successio ab intestato, quæst. 37. num. 2. Pract. Pap. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem in glo. dictæ D. Margaritæ, num. 7. & nouissimè receptam opinionem, etiam testatur pluribus citatis, Menoch. cons. 4. nu. 14. lib. primo,

85 vbi ampliat hoc procedere, † etiam si correctio dispositionis legis hac edictali solis coniecturis colligi possit à statuto, cum in hoc casu non sit omninò necessaria clausula derogatoria, vt per Rol. de lucro dotis, quæst. 25. num. 3. Bellon. cons. 13. nu. 9. † limita tamen, vt pacto d. l. hac edictali

86 derogari non possit, vt ibidem Bart. & recentiores, Curt. sen. cons. 79. col. 4. Ruin. cons. 64. col. 2. num. 2. lib. 3. Menoch. d. cons. 4. nu. 6. & si dicatur,

87 quod † valet argumentum de pacto ad statutum, cum ergo per pactũ fieri non possit, videtur, quod nec etiam per statutum, respondetur, argumentũ procedere affirmatiuè, non autem negatiuè, Bart. in l. alia, §. eleganter, ff. sol. matrim. Euerard. loco à pacto ad statutum, ità in terminis respondet Menoch. dicto cons. 4. nu. 32. vers. non obstat tertia, & quod per statutum possit derogari, l. hac edictali tacitè, nec sit necessaria expressa, & præcisa derogatio, sed sufficiat tacita post Menoc. d. cons. 4. tenet Surd. cons. 401. nu. 19. lib. 3.

88 Circa secundum, † an per hoc statutum censeatur derogatum dicta l. hac edictali, & dico quod

89 sic, licèt † enim per statutum simpliciter deferens lucrum dotis marito vxore sine liberis decedente in matrimonio, non censeatur derogatum, l. hac edictali, C. de secund. nupt. Bar. in d. l. hac edictali, & de communi, Soc. cons. 35. vol. 4. Ias. & Dec. in Auth. præterea, C. vnd. vir. & vxor, vbi testantur, de communi, Comens. cons. 109. Alex. cons. 122. num. 14. volum. 7. vbi ait, quod ità tenet Bart. & communiter alij, Crauet. de antiq. temp. par. 4. sectione videamus, num. 47. vbi colligendo alios attestantes de communi opinione, & ipse affirmat hanc esse receptam sententiam, de qua etiam per

90 Dec. cons. 19. nu. 2. Paris. cons. 91. lib. 3. † quoties tamen ex verbis statuti aliter posset colligi mens statuentium, vt in casu nostro, tunc benè dicitur derogatum d. l. hac edictali, Salic. in d. l. hac edictali, in 6. q. Paris. d. cons. 91. cum alijs de quibus per Grass. de success. §. successio ab intestato. quæst. 37. num. 3. & 4. in terminis huius statuti, quod sit derogatiuum, l. hac edictali, Menoch. d. cons. 4. nu. 14. lib. primo, ac cum numeris seqq. ante Curt. sen. cons. 78. Cephal. cons. 295. Borgn. decis. 29. & 30. part. 3. & nouissimè D. Costa in suo tract. de port. rata, quæst. 85. num. 4. quidquid in contrarium tamen voluerit Montepicus cons. 106 & Alciat. cons. 27. lib. 2. secundũ impressionẽ Venetam, Ruin. iun. pariter in terminis huius statuti cons. 484. nu. 3. lib. 1. dr autem constare de mente statuentiũ, quod voluerint derogare d. l. hac edictali, quando statutum expresse disponit, quod maritus mortua vxore lucretur dotem, etiam exclusis filijs primi matrimonij, vel per alia similia verba, Bald. Salic. & Cast. in d. l. hac edictali, Dec. in auth. præterea, nu. 7. & in terminis statuti nostri quod per illud cẽseatur derogatũ d. l. hac edictali, tenet Menoch. d. cõs. 4. vbi testatur veriorem hanc esse, & magis cõem, quã sequitur Rim. iun. cõs. 189

91 & 192. & † de magis cõi, nẽpe, quod per hoc statutum censeantur priuati filij matrimonij, etiam à legitima tenet, Borgnin. dec. 30. num. 49. part. 3. de quo tñ deseruimus latè supra, & quod per huiusmodi statutũ nostrũ censeatur derogatũ d. l. hac edictali, probatur ex pluribus; primò, ex verbis primæ partis, q̃ mortua vxore in matrimonio, maritus lucratur in totũ, licèt in casu eidẽ viro ex ipsa non existentiũ liberorũ, & in casu existentium liberorũ, quantũ ad vsumfructũ tm̃, ipsis liberis proprietate reseruata, Rol. d. trac. de lucro dotis, q. 30. 32. & 33. vbi stante statuto, quod maritus lucratur dotẽ in totũ, vel pro parte vxore sine liberis ambarũ coniugũ, vel omnibus, vel ex eis præmoriente, d.

l. hac

l. hac edictali locum non habet, quia exceptuando filios eiusdē matrimonij, alios excludit, & nu. 6. d. quæst. 33. ponderat etiā verba statuti loquentis de tota dote, quamuis Pepus in Auth. præterea, Cod. vnde vir, & vxor videatur co ntrariari, sed nō occurrit hæsitare, stantibus etiam alijs verbis; & dicit Alciat. in terminis statuti nostri, quod per præcedentia verba firmatur regula, ut maritus, siue primus, siue secundus, debeat dotem lucrari, non existentibus liberis, & in casu existentium liberorum, quò ad usumfructum, proprietate liberis reseruata, respons. 88. & secundum aliam impressionem, respons. 27. lib. 2. & ultra eum, quod regula talis firmetur, noluit, Dec. super uerbis statuti Mediolani cons. 273. in principio, nu. primo, & Roll. à Vall. d. quæst. 32. num. 5. cum seq.

93 Secundò probatur, † per illa uerba mortuo primo uiro, possit secundo nubere, & dictæ mulieri liceat liberis ex primo uiro existentibus dare, & tradere secundo viro, & deinceps dictam dotem primo viro datam, seu quam confessus fuit recepisse, & dictum tertium plus, cum enim disponat, vt liberis ex primo viro existentibus, dos secundo viro dari possit, vtiq; illis voluit præiudicare, Cast. in l. prima, num. 4. C. de inof. dot. ubi stante statuto Florentiæ, quod maritus lucretur dotem liberis etiam ex primo matrimonio existentibus, cessat d. l. hac edictali, Dec. d. cons. 19. num. 2. uersic. secundus casus, & 263. col. 2. Paris. cons. 91. colum. 3. lib. 3. Soc. cons. 52. lib. 3. Roll. à Vall. d. quæst. 24. num. 8.

94 Tertiò clarè ostenditur ex verbis sequentibus, licèt absq; eo, quod, propterea cogatur alicui ex ipsis, vel aliquo eorum aliquid reseruare, dare, vel restituere, & absq; eo, quod propterea ex ipsis aliquid reuocatur, Roll. à Vall. eod. tract. q. 31. & clarius quæst. 34. super verbis statuti nostri, & Dec. cons. 19. qui loquitur in statuto Pistorij, quo cauetur, quod mulieri habenti filios ex primo viro, & volenti transire ad secundas nuptias, liceat dare dotem secundo viro, cum pactis, modis, & formis, ac lucris, prout ei placuerit, ita .n. intelligebatur, vt apud Dec. dicto cōs. col. 4. vers. nam quamuis, cum allegatis per Roll. d. q. 31. nu. 11. ex quibus verbis expresè, apparet statutum
95 nostrum, voluisse derogare d. l. hac edictali, † alias etiam coniecturas, ex quibus censetur per statutum derogatum d. l. hac edictali, videre est apud Carpan. ad statuta Mediol. d. cap. 298. nu. 312. cum plurib. seqq. & duas coniecturas ponit, Crass. de successionibus, §. successio ab intestato, d. quæst. 37. nu. 4. cum duob. seqq.

96 Quò ad tertium, † nunquid vxor simpliciter nubendo secundo marito, censeatur nubere in præiuditium filiorum primi mariti, an verò requirat, quod expresè tunc dicat, teneo requiri, quod mulier expresè dicat, se tradere dotem, & nubere in præiuditium filiorum primi mariti, quia statutum hoc ponit in licentia, & potestate ipsius mulieris, ibi possit nubere, & dictæ mulieri liceat liberis ex primo viro existentibus, dare, & tradere secundo viro dotem primo viro datam, & tertium plus; ideò non sufficit, quod facultatem habeat, nisi ad actum deuenerit, & expresè voluerit lucro secūdi mariti dotē esse, Ruin. inter cons. Signor. cōs. 68. & 267. Brun. in tract. quod stantibus masculis, art. 6. quæst. 27. num. 307. cum seq. & in terminis huius statuti, Curt. sen. cons. 78. Curt. iun. post Curt. sen. d. Auth. præterea, num. 16. Ias. cons. 50. lib. primo, Castr. cons. 359. nu. 5. lib. 2. Comens. cons. 109. col. 2. versic. non tamen lucrabitur, Crauet. in tract. de antiq. temp. part. 4. versic. videamus, num. 48. Curt. iun. cons. 4. num. 17. Io. Michael Gerard. cons. vltimo, quod est positum inter consilia Pauli de Monte pico, qui testatur ab hac sententia non esse in iudicando recedendum, nu. 13. & nouissimè Roll. à Vall. in tract. suo de lucro dotis, quæst. 35. Borgnin. pariter in terminis huius statuti, decis. 28. num. 81. part. 2. quo loci vult vxorem non censeri dedisse bona dotalia in præiuditium filiorum primi matrimonij secundo marito, nisi illud expresserit in constitutione dotis antè contractum matrimonium, & stantibus auctoritatibus suprascriptorum DD. loquentium in terminis huius nostri statuti, ab hac opinione, vti veriori, & communiori non recedas, & caueas semper, quod in instrumēto apponatur clausula, quod nubit, & tradit dotem in præiuditium filiorum primi mariti.

Non omitto tamen, quod in hac quæstione DD. admodum fuerunt controuersi, adeò quod nonnulli tenuerunt, quod stante hoc statuto, quod secundus maritus lucretur dotem, dato, quod mulier simpliciter nupserit, inter quos fuit Signor. cons. 37. incipiente, Factum sic proponitur, & cōs. 68. & alios plures refert, Menoch. cons. 4. & 5. lib. primo, qui, & ipse nouissimè hanc opinionem tutatus est.

Quidquid tamen sit, teneas semper priorē opinionem, quæ comprobatur eo euitabili medio, videlicèt, quòd statuentes non præsumuntur magis diligere filios alienos, quàm et parentes filios pro-
97 prios, † quia nullus amor vincit paternum, iuxtà cumulata per Tiraquel. in repet. l. si vnquam, in præfat. num. 7. & 8. C. de reuoc. donat. Menoch. in cons. primo, nu. 276. vol. primo, vbi recitantur rationes, & effectus, ac euentus, & tamen, & si possent tollere d. l. hac edictali, tamquam ius positiuū, ex communi opinione retenta à Menoch. cons. 4. num. 14. lib. 1. versic. secundum, si etiam vxore mortua deferant lucrum simpliciter secundo viro, non censentur velle præiudicare filijs matris ex primo matrimonio, secundum communem, & receptissimam sententiam, de qua per Roll. de lucro dotis, q. 35. ergo à fortiori mater, quæ magis diligit filios suos, quam ipsi statuentes, & si ex attributa sibi facultate per statutum possit præiudicare filijs suis, tradendo tamen dotem simpliciter, secundo viro, non debet censeri, velle eis præiudicare, secundum prædictam communem sententiam, quæ ratio adeò concludit iuditio meo, stante dicta cōi opinione, vt nunquam aliter mihi persuadere poterim ius æquū, & honestū aliter voluisse.

98 Confirmatur hoc etiā alia ratione communiter approbata, † quia Vbi agitur de priuatione alterius iuris, non sufficiunt coniecturæ, vt dicit Rim. cons. 66. nu. 19. & seq. lib. 3. Crau. cons. 193. Rob. Lancellot. de attentatis in præfat. num. 66. & seq. Curt. sen. cons. 78. Ias. d. consil. 50. sed hic agitur de priuandis filijs primi matrimonij, iuxtà l. hac edictali, ergo non est præsumendum, quod mater cum non possit dare dotem in præiuditium filiorū primi mariti ex statuto nostro, nō dando expresè, sed simpliciter nubēdo, censeatur voluisse dare in filiorū præiuditium, ac derogare d. l. hac edictali,
99 alias sequeretur correctio. d. l. quæ euitanda est, l. præcipimus, C. de appellat.

100 Nec obstat si obijciatur, quod viuente matre, nullum ius dici acquisitum filijs cum viuentis, nulla detur hæreditas, & quia si aliter diceremus mater impediretur secundo nubere, prout latius prosequitur Menoch. d. cons. 4. num. 19. quia respondetur, quòd imò filijs etiam viuente matre, est
101 ius acquisitum in dote sua, quia etiam † illa viuente dicuntur quodammodo dñi eius, l. in suis, ff. de liber. & posth. & quia ex ea debēt ali, vbi aliter sibi sufficere nequeunt, l. si quis à liberis, §. si quis ex his, ff. de liber. agnos. l. prima, & l. si à competente, C. de alend. lib. l. alimenta, C. de ne-
102 gotijs gestis, quod adeò verum est, † vt si mater hoc facere detrectaret, eos negare diceretur, l. vel necare, ff. de lib. agnos. vt in terminis declarat Bald. in d. l. hac edictali, in prima lect. in verbo, deferri; item licèt in vita matris non possit consequi dotem, nec vsumfructum contra eius volunta-
103 tem, attamen † ipsa viuente est eis acquisitum ius consequendi legitimam in dote matris post eius mortem, l. cum antiquioribus, C. de iure delib. item ex ratione naturali, etiam ipsa viuente facti, & dicti sunt sui hæredes, & post mortem illā consequuntur, l. cum ratio, ff. de bonis damnatorum; Item ex dispositione statuti nostri, etiam in vita matris acquisitum est ius consequendi dotis proprietatem post mortem patris, & matris ipso iure, nisi expressè priuentur, Item ex beneficio d. l. hac edictali taliter sibi debetur portio in dote matris, vt ab ea, nisi certis ex caussis auferri potest, quod beneficium sibi non competit iure hæreditario, & iure successionis, sed solum ex prouisione d. l. ipsis prouidentis, etiam viuente patre, vt dicit Bald. ibi in prima lect. ibi peruenerit, quem ceteri sequuntur; vnde statutum nostrum concedens matribus facultatem tradendi dotem suam, lucrādam secundo viro, per quam traditionem filij priuantur suis iuribus, iure merito addit illa verba, etiam in præiuditium filiorum, quæ non debuissent apponi, si nullum ius habere dicerentur; & licèt hæc satis sufficere videantur, tamen ad maiorem declarationem, vt veritas clarior appareat, operę pretium fore putaui tollere, ac confutare omnia contraria adducta per Menoch. d. cons. 4. lib. 2.

104 † Non obstant igitur in primis, illa duo principalia præmissa, scilicet, quod hoc statutum fauorabile est, & quod potest tollere, d. l. hac edictali, quia est ius positiuū; quia ad primum respō-
105 detur, † quod hoc statutum est quidem fauorabile traditionibus dotium, quando sunt in fieri, hoc est facultati tradendi dotem, quia talis facultas debet latè interpræțari, cum hoc statutum factum sit, vt viduæ facilius inueniant viros, vt ibi per eum, & alios citatos, sed factis traditionibus,
106 & secuto effectu, eo casu cessat dictus fauor, † & tale statutum tamquam correctorium iuris communis est, quodammodo impium, quia tollit alimenta filijs, & illis iniuriam affert, vt dicit Bald. in dicta l. hac edictali, ideò debet strictè interpretari, vt minus lędat ius commune, quàm fieri possit, vt dicit Rol. in tract. de lucro dot. quæst. 2. & est communis opinio, licèt ità non declaret, quod tale statutum recipiat interpretationem à iure communi, vt patet per auctoritates cumulatas à Menoch. dicto consil. 4. num. 2. & seq. vbi fatetur hanc verè esse communem opinionem in statuto simpliciter loquente, si enim statutum esset fauorabile, semper, & non correctorium iuris communis, siue loqueretur simpliciter, siue non, haud restringeretur à iure communi.

107 Ad secundum verò, † quòd statutum potest tollere ius positiuum, d. l. hac edictali, licèt hoc dictum habeat multos contradicentes; nihilominus admissa hac opinione pro communiori, adhuc respondetur, animaduertendum esse, quod statutum potest corrigere d. l. hac edictali duobus modis; altero disponendo directo, & absolutè contra d. l. quod mortua vxore, maritus lucretur dotem, etiam stantibus liberis primi matrimonij, vel per alia similia verba, vt supra ostendi; Altero vero modo, concedendo vxori facultatem tradendi dotē in præiuditium filiorum primi matrimonij, quod ei denegabat d. l. hac edictali, prout facit statutum nostrum Papiense, quo casu cum statutum nostrum, nihil deroget illi legi, respectu delationis lucri, sed solum respectu recitatæ facultatis, & dispositio circa lucrum dotis posita sit in voluntate mulieris, & expectetur dicta declaratio ab ea, non potest dici, quod dictum statutum sit correctorium d. l. respectu recitati lucri, sed solum respectu memoratæ facultatis, & licentiæ, quæ cum non fuerit reducta ad actum, in præiuditium filiorum primi matrimonij, minusq; præsumatur illam tradidisse in eorum præiuditium per simplicem traditionem, sequitur, quod non sumus in casu alicuius statuti corrigentis, & tollentis, d. l. edictali, respectu dicti lucri vt supra, & consequenter quod sumus in terminis illius conclusionis vt supra prænarratæ cōis, quod simplex traditio non præiudicat, filijs primi matrimonij.

Non obstat etiam primum fundamentum dict. Menoch. quod deducitur (ex primis verbis statuti, iunctis illis alijs verbis ex ipsa non existentium liberorum) dum vult dictum statutum ibi intelligi de omni matrimonio, primo, siue secundo. & deinceps, quo stantę illa verba, ex ea, restrictiua, quę excludūt filios alterius matrimonij, optimè probare videntur, quod illi non impediant tale lucrum.

108 † Quia respondetur, quod ipse Menoch. non probat hunc suum intellectum concludenter, imò verba primi statuti loquuntur solum de primo matrimonio, argumento ex ordine statuti deducto; quod postea loquitur de secundo, deinceps de alijs
109 matrimonijs, † quod argumentum est in iure validissimum, vt per Euerard. in loco ab ordine; rursus probatur hic sensus, videlicèt ex coversiculo, & quod mortuo primo viro &c. quæ inserūt, quod illa verba, in casu eidem viro, & ipsa, & illa, quod mortuo viro &c. loquuntur de primo viro, quia alibi de eo nihil fuit dictum, argumento eis. quod
110 dicitur de ratione, † quæ cum vnica est illa habetur pro expressa, vt latè docet Brun. in tract. de stat. exclud. fœmin. artic. 3. idem dicitur probari per illa verba, scilicet ex primo viro liberis existentibus &c. & per illa verba, dictam dotem primo
111 viro datam, † illa enim dictio, dictam, repetitiua clarè, repetit dotem, de qua supra prius statutum loquitur, & si sic est, dum subsequitur primo viro datam expressè probant, ibi statutum loqui de primo matrimonio, sed clarius, quàm alibi, hoc probant illa verba posita in vers. addentes, ibi vt supra de primo matrimonio, dictum fuit, quę ineuitabiliter declarant prima verba statuti loqui de primo matrimonio; probatur etiam ex communi DD. conclusione, quod vna pars statuti aliam declarat, l. si seruus, §. fin. ff. de legatis primo, Paulus, & Imola in l. quidam cum filium, ff. de

hæredibus Instit. cum ergo post principium, siue primam partem dicti statuti, adiectus sit dictus versiculus, sequitur quod si statuentes disposuissent in d. principio comprahendi secundum virum, & ex ea lucrari dotem, non dixissent in d. versiculo, & mortuo primo viro, licere mulieri secundo viro dotem dare, quia superfluus redderetur dictus versiculus, quod non est dicendum
113 † cum vnaquæque clausula semper aliquid operari debeat, ne alias sit superflua, cap. si papa de priuil. in 6. Ias. in l. qui Romæ, §. duo fratres in 8. quæs. ff. de verb. oblig. & quia dictus versiculus clarè stat executiuè, & respicit executionem fa-
114 cti, † & clausula executiua intentionem disponentis declarat, Bart. in l. eam quã versiculo, sed pacto, C. de fideicom. dicendũ igitur est noluisse statuentes compræhendi maritum secundum in dicto principio, nec ex eo lucrari dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, & si ita est, sequitur quod illa verba ex ea nõ excludant filios primi matrimonij ad fauorem secũdi viri, de quo ibi non loquuntur, sed solum ad fauorem primi viri operantur; postremò dictum statutum specialiter, & indiuiduo disponit, quod vult obseruari in secundo matrimonio contrahendo etiam existentibus liberis primi matrimonij, vt patet in versiculo, & qđ mortuo primo viro &c. ergo hic casus quem in specie, & indiuiduo statutum decidere voluit, prout decidit, non potest dici compręhensus in dictis primis verbis statuti loquentibus tantum de primo viro, & de primo matrimonio,
115 quia vbi etiam essent † generalia, in eis non cõpræhenderetur casus in specie decisus, l. doli clausula, ff. de verbor. obligat. vbi scribentes. Nec considerationes factæ à præfato Menoch. de superfluitate verborum illam probãt in casu nostro,
116 quia † quæ exprimuntur ad maiorem declarationem, vel ad abundatiorem cautelam non nocent, l. testamenta, C. de testament. cum concordantib.

Item non obstant secundum eius fundamentũ, quod deducitur ex illis verbis, (& dictæ mulieri liceat) ponderando quod loquatur de lucro dotis, non autem de nuda dotis constitutione; quia nulla lex prohibet simplicem dotis traditionem, sed pactum de ea lucranda vt supra conclusimus.

Quia respondetur hoc esse verum dicta verba intelligi de lucro, sed statutum per illa verba nõ defert lucrum, sed solũ concedit facultatem mulieri illud tradendi, quod facere non poterat vt supra declaraui; aliud est enim quod statutum dicat, quod mortua vxore vir lucretur dotem, etiã in præiuditium filiorum primi matrimonij absolutè; aliud est, quod concedat facultatem vxori illud dandi, quia tunc ex communi opinione non sufficit ad acquirendum ipsum lucrum simplex dotis traditio, sed requiritur pactum lucrandi dotẽ vt supra probatum est, nec possunt dici dicta verba frustra fuisse posita, quia l. hac edictali prohibet lucrum in præiuditium filiorum, & tollit potestatem mulieribus paciscendi illud, vnde statutum dum voluit dare dictum lucrum, illud solum permisit in facultate vxoris, & sic cessat omnis superfluitas.

Item non obstat tertium fundamentum selectũ ex illis verbis, restituere, & reseruare, quæ præsupponere videtur acquisitionem marito factam; quia dicta verba fuerunt per statuentes apposita, vt derogarent l. hac edictali, qua prohibetur vxor tradere dotem secundo viro lucrandam, sine reseruatione debitæ portionis filiorum.

Item non obstat quarta ponderatio, de illis verbis, quod propterea ex ipsis aliquid reuocetur; concludendo illa posita fuisse in casu soluti matrimonij; non autem durante matrimonio, & si ita est videntur præsupponere acquisitionem secundo viro factam, aliter non daretur reuocatio, argum. l. decem. ff. de verbor. obligat. cum ibi traditis, quia admisso citra veri præiudicium, ita verum esse, tamen debemus intelligere loqui statutum in casu proposito, scilicet casu quo mulier tradat dotem in præiuditium filiorum, quæ facta dicta traditione statuentes noluerunt, quod virtute dictæ l. edictali aliquid reuocari possit, prout illa reuocare posse concedebat, præterea nulli dubium est, quin filijs primi matrimonij dote constituta sit acquisitum ius ex pluribus causis super ius recitatis, vnde ipsa mater tradendo dotem secundo viro in præiudicium filiorum, dicitur illos necare, d. l. vel necare, ff. de liber. agnosc. debetq;
117 † vocari mater impia, ingrata, & crudelis erga carnem suam, & legum contemptrix, §. penult. Auth. de nupt. Castr. cons. 150. viso casu libr. j. & illis inferre iniuriam, vt dicit Bald. in d. l. hac edictali, ob quã nisi obstaret statutum potuissent filij suam debitam dotis portionem reuocare, & apposita fuere illa verba absque eo &c. nec est verum quod ipse, Menoch. dicit illa verba, ex ipsis, referri ad ipsos liberos; quia imò referuntur ad dotem, & ad tertium plus quæ ipsi reuocare posse prætendere poterant, vt apertè denotat illa dictio, reuocetur.

Non obstat etiam quintum argumẽtum, quod deducitur ex dictis Curt. cons. 78. colum. 6. in fine, vbi ait statutum excludere filios primi matrimonij respectu tertij pluris, ergo etiam respectu
118 dotis, † & vna determinatio respiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare, l. in hoc iure, ff. de vulg.

Quia nego ego, quod maritus excludat filios primi matrimonij respectu tertij pluris, nisi in casu prædicto, quo mulier illud tradat secundo viro in præiudicium filiorum primi mariti vt supr. dictum fuit.

Sextum etiam fundamentũ tollitur, ex responsione data secundo fundamento suo, & contentis in eo.

Septimum etiam fundamentum, quod dictum statutum in versic. salua, vocet ante alios filios primi matrimonij, & sic cum illo speciali casu, illos includat, videtur in alijs casibus illos excludere, per tradita à Rolan. in tract. dotis quæst. 32. num. 8. & 9. facilè diluitur; quia statuentes in illo versiculo loquuntur præsupposito casu supra narrato, quod mulier tradiderit dotem secundo viro in præiudicium filiorum primi mariti, disponendo quod eo casu si maritus occideret vxorem in odiũ viri, & eius filiorum, excludantur etiam proprij eius ex ipsa vxore filij primi matrimonij, & per dictam traditionem exclusi admittuntur, & tunc verum est dicere, quod filij primi matrimonij in casu vxoricidij admissi, in alijs excludantur præsuppositis, vt dixi terminis, de quibus supra statu-
119 entes locuti fuerunt, † verba enim debent intelligi prolata secundum casum præcedentem, & eo respectu quo prolata sunt, & secundum subiectam materiam, vt docet latè Crauet. consil. 9. nume. 20. & seq.

Octauum

Octauum etiam fundamentum deductum ab illa dictione (tota) non militat in casu nostro, quia auctoritates adductæ ab eo, non militant in casu nostro, sed loquuntur quando Statutum ipsum defert totam dotem, sed in casu nostro Statutum in casu secundi matrimonij non defert lucrum dotis, nec in totum, nec in partem existentibus liberis primi matrimonij; sed solum concedit facultatem vxori illam dandi in præiudiciũ filiorũ primi matrimonij, & si illam dedit in parte, vel in totum admittimus, quod vir illam lucretur, sed si illam non dederit in præiudicium filiorum primi matrimonij, vir illam non lucratur; necessarium est enim quod vxor dotem tradat, etiam cum pacto lucrandi, si secundus vir illam lucrari debet, vt supra, maximè, quia receptior videtur contra-
120 ria sententia, † quod stante Statuto quod mortua vxore maritus lucretur dotem totam, vel dimidiam, quod per ea verba non censetur derogatum, d. l. hac edictali, vbi extant liberi ex alio viro, vt dictum est supra, Berous quæstio. 118. Alexand. cons. 158. lib. 5. Curt. Iuni. cons. 182. col. penult. & fin.

Nonum fundamentum ex prædictis cõfutatur, quia non sumus in traditione dotis facienda, quo casu fauendum est mulieribus, vt facilius inueniant maritos vt supra, sed sumus in traditione iam facta, quæ debet interprætari, vt minus lædat ius commune quam fieri possit, vt supra ostendimus, imò si maritus se fundat in stipulatione traditionis dotis sibi factæ ab vxore, in qua potuit apertius legem sibi dicere, & non dixit, † contra cum
121 facienda est interprætatio, l. veteres cum similibus, ff. de pact. non omitto etiam quod licet statutum loquatur per dictionem generalem, vt quã
122 do dicit (totam) vel (omni casu) † recipit tamen interprætationem à iure communi, & sic à l. hac edictali, vt declarat Pepus in repet. Auth. præterea in 7. not. vers. & in horum in fine, vbi attestatur omnes DD. ita tenere C. vnd. vir. & vx. in l. j. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nunciat. quod tamen pro nunc non affirmo, quia non expedit, & quia opus esset longiori consideratione.

Non obstant auctoritates Curt. Iun. in d. Authen. præterea num. 14. quia ibi loquitur in alijs terminis, & nume. 16. attingendo casum Statuti nostri, se ipsum declarat, & tenet opinionem cõmunem supra narratam pro filijs, sequendo Curt. sen. in d. cons. 78.

123 Non obstant etiam Auctoritates Alciat. consil. 88. nume. 3. versic. circa secundum, quia contra eum est communis opinio, & in indiuiduo Statuti nostri Papiensis contra eius opinionem, tenuere Comens. in d. cons. 109. Ias. cons. 50. Curt. sen. cons. 78. Curt. Iuni. in d. Auth. præterea nu. 16. Brun. in d. art. 6. num. 31. versic. idem est in statuto Papiensi, & num. 314. versic & pro hac sententia,]preterea rationes super quibus se fundat Alciat. licet sint veræ in se, & in casu suo; non tamen sunt veræ in casu nostro, quia ipse mouetur ex illa opinione, quod Statutum habeat etiam locum in dote præsumpta, quæ habet multos contradicentes, quos non refero, cum supra dictum fuerit, & quæ procedit quando Statutum ipsum defert lucrum marito secundo, disponendo per talia vel similia verba, mortua vxore vir lucretur dotem traditam etiam in præiudicium filiorũ primi mariti, vel omni casu; in his etenim casibus, vel similibus, quia Statutum defert lucrum annexũ traditiõi dotis expresſè in præiudicium filiorum, stante vera traditione dotis, fateor quod etiam
124 habebit locum in traditione præsumpta, † quia illa præsumpta traditio, quæ habetur pro vera, debet haberi pro vera cum qualitatibus suis, & ẽt in his terminis loquuntur DD. cõmuniter sequentes, Comens. cons. 109. sed quando Statutum nõ defert ipsum lucrum dotis, sed solum concedit facultatem vxori illud deferendi, sicut mulier de iure communi simpliciter tradendo dotem sine pacto lucrandi secundo viro, maritus illam nõ lucratur in præiudicium filiorum, & sicut statutum deferens simpliciter dotem lucrandam secundo viro non censetur illam desferre in præiudicium filiorum, vt supra ex communi opinione fuit ostẽsum, ita nec tradendo dotem præsumptiuè, † quia par
125 debet esse virtus taciti, & expressi, l. cum quid vbi scribentes, ff. si cert. petat. & quia alias plus operaretur hoc casu tacita, & præsũpta traditio, quàm vera, quod est absurdum dicere; quia DD. dicentes statutum habere locum in dote præsumpta, se fundant ea potissimum ratione, quod præsumpta traditio dicitur vera traditio, ergo idem
126 debet operari, quod ipsa vera traditio, † & ita in terminis de dote præsumpta, & statuto Papiensi decidit Comens. d. cons. 109. cum quo transeunt communiter scribentes, & dixi supra num. 34. vel possumus dicere, quod statutum habet locum in dote præsumpta in casu, in quo disponit de vera; sed in casu nostro solum dat auctoritatem vxori defferendi veram dotem secundo viro etiam in p̃iuditium filiorum, ergo & etiam præsumptiuè, & stante dicta facultate mulieri concessa necessariò oportet fateri, vel quod principium dicti Statuti loquatur solum de primo viro vt supra ostensum est, vel quod versiculus illè stet declaratiuè, vt ita demum secundus vir lucretur dotem expresſè in præiudicium filiorum primi matrimonij, si mulier sibi tradidisset expresſè in præiudium filiorum, si enim simpliciter locus esset primæ parti dicti Statuti, & secundus vir lucraretur dotem, ex dispositione dictæ primæ partis, vt vult Alciat. sequeretur, quod facultas concessa mulieri, de qua in Statuto, superflua, & frustratoria esset, siue enim mulier expresſè dotem dedisset in præiudicium filiorum, siue non, semper secundus vir lucraretur dotem, ex prima parte, quod non est dicendum: & sic ex his cessat obiectum. Præterea Alciat. dicit, quod non se fundat in illa parte Statuti qua cõceditur vxori, ꝙ possit tradere &c. sed in regula Statuti, quod vxore mortua vir lucratur dotem, in casu non existentium liberorum ex ea, sed illa regula non procedit in casu secundi matrimonij, vt supra ostendi, ergo.

Non obstat etiam responsio, quam ipse Alciat. dat doctrinæ Bart. in sua disputat. 7. vbi decidit non censeri dotem datam in præiudiciorum filiorum, per l. hac edictali, dicendo illam procedere solum, quando Statutum simpliciter loquitur, secus autem, quando Statutum expresſè derogat iuri communi, & d. l. hac edictali, prout facere videtur Statutum nostrum; Quia licet hæc respõsio sit vera in se, & sit communiter approbata, vt per Brun. in d. loco nume. 16. versic. & licet D. Franciscus Curtius, & per Crauet. in d. part. 4. versic. videamus num. 47. & Menoch. in d. cons. 5. num. 34. & cons. 4 num. 20. & 30. vbi alij colliguntur, tamen illa non est bona in casu nostro, quia illa responsio est vera, & procedit, quando

Statutum

Statutum corrigit, d. l. hac edictali deferendo lucrum dotis in præiudicium filiorum primi matrimonij, nam tunc bene verum est, quod Statutũ tollit impedimentum, d. l. hac edictali obstantis dicto lucro; sed quando Statutum non defert lucrum in præiudicium filiorum, sed solum dat facultatem vxori, illud lucrum dandi secundo viro, non tamen illud maritus lucratur, nisi mulier voluerit, & illud tradiderit vtsupra dictum est, vnde non secuta dotis traditione cum pacto lucrandi à muliere facto, maritus secundus illam non lucratur vtsupra ostendi, ex communi opinione, & eodem modo, quo deceptus fuit, Alciat. intelligendo aliter dictam responsionem DD. & illã applicando ad statutum nostrum, eodem modo fallitur etiam Menoch. d. cons. 4. & 5. & sic ex his apparet per statutum nostrum, non fuisse sublatum impedimentum, d. l. hac edictali vtsupra dictum est, & per hoc tollitur prima responsio, quam ipse Menoch. dedit in d. cons. 4. num. 30. primæ rationi facienti pro ipsis filijs; secunda etiam eius responsio, quod statutum corrigens ius commune, non recipit ab eo interpretationem, nihil facit; quia statutum nostrum solũ corrigit, d. l. hac edictali respectu facultatis traditæ vxori, non autem respectu lucri, quia illud non affert, in hoc secundo matrimonio, sed tantum committit vxori vtsupra, in eo igitur quod statutum corrigit ius commune, bene verum est quod non recipit interpretationem à iure communi, hoc fundamentum licet aliquos auctores habeat, falsum tamen est, vt ex Ias. in varijs locis, & per Dec. ac Alexand. sed
127 in † eo quod expresse non corrigit, bene recipit interpretationem, & ita loquuntur DD. citati ab ipso Menoch. vt patet ex illa communi opinione, quod statutum simpliciter disponẽs circa lucrum dotis, non intelligitur operari in præiudicium filiorum primi matrimonij, de quo supra latius locuti sumus; Non obstat etiam responsio, quam dat secundæ rationi per eum deductæ pro ipsis filijs, sufficere derrogationem per coniecturas; tum quia respectu lucri nulla facta est correctio, sed solum respectu facultatis attributæ vxori; tum quia vbi sufficiunt coniecturæ traditionis dotis in casu nostro, illæ probant nullam esse factam derogationem à statuto committente totum vxori, vtsupra dictum est. Non obstat tertia responsio, quod argumentum de pacto ad Statutum, non procedit negatiuè; quia super hoc à nobis nullum fit fundamentum, sed super rationibus supra dictis, & supradicta communi opinione. Non obstat ẽt quarta responsio, quæ datur ad fundamentum Curt. quia super illo fundamento nos non fundamus intentionem nostram, sed vtsupra, ideò dictũ fundamentum non est nostræ præsentis speculationis, ideò insistendum mihi non videtur super eo. Non obstat etiam quinta responsio, quod in correctorijs fit extensio ex mente statuentium & contrahentium; quia replicatur quod statuentes noluerunt nec ex mente, nec ex verbis, aliquid statuere contra ipsos filios respectu lucri absolutè, sed totam remisserunt in arbitrio vxoris vtsupra; tollitur etiam illa responsio quod statutum est fa-
128 uorabile; † quia est verum in traditionibus fiẽdis, in quibus debet fieri latior interpretatio, vt viduæ facilius inueniant viros, sed non in iam factis vtsupra est ostensum, quia tali casu cessat ratio statuti, qua cessante, cum statutum sit iuris cõmunis correctorium, debet strictè interpretari vtsupra; Non obstat etiam sexta responsio, quæ datur ad absurdum, quia in casu nostro non tractatur de absurdo; de septima responsione, quia non facit ad rem non curamus. Non obstat etiã, quod statutũ loquitur, non solum de sola constitutione dotis, sed etiam de lucro; quia admittimus loqui de lucro in ea tantum parte, quod illud committit facultati, & arbitrio vxoris, sed negamus, quod statutum in casu secundi matrimonij, in præiuditium liberorum primi matrimonij auferrat aliquod lucrum secundo viro absolutè. Non obstat etiam responsio data ad octauum fundamentum, quod casus erat in claris; nam nos loquimur, quando mulier simpliciter nubit secundo viro, non expresso, quod tradit dotem in præiuditium filiorum primi matrimonij, quo casu clara est, illa DD. sententia, quod non derogatur d. l. hac edictali. De nona responsione non curamus, cum super ea à nobis nõ fiat fundamentũ aliquod, vt patet ex prædictis, & in omnem casum, maritus non potest prętendere damnum dotis, respectu filiorum primi matrimonij, cum in illorum præiuditium dos aliqua ei data non fuerit, sed bene potest prætendere damnum ipse filius, quia viuente matre erat quasi dominus dotis, l. in suis, ff. de lib.
129 & posth. item quia † in dote matris debentur ei alimenta, prout supra docui; item quia statutum defert eis dotem maternam ipso iure, vbi à matre dos non tradatur marito in ipsorum præiuditium vtsupra. Non obstat etiam postremo loco, quod Alciatus fuerit vir doctissimus, & non inferioris auctoritatis, Curt. sen. quia non est curandum de eius auctoritate, quandoquidem contra eum sit communis opinio, cum eius rationes non subsistant, vt supra docui. Non obstant modo etiam fundamenta Menoch. adducta in d. consilio suo 5. volum. primo, vbi etiam prædictam suam opinionem confirmare conatur; & primò non obstat illa ratio, quam ipse solidam esse sensit, quod statutum tribuit potestatem vxori tradendi verè totam dotem suam secundo viro in præiuditium filiorum primi matrimonij, ergo sicut muliere verè tradente totã dotẽ, in preiuditiũ filiorũ, maritus illã lucratur, ita tradendo illã præsumptiuè, quia statutũ habet ẽt locũ in dote præsũptiua tradita per auctoritates ibi ab eo adductas; quia supra fuit responsum, quod omnia adducta ibi per eum, procedunt, respectu traditionis, & constitutionis dotis tantum, scilicet, quod dos data primo viro, data censeatur secundo viro; sed non sequitur ergo præsumitur data in præiuditium filiorũ primi matrimonij, quia pactum lucrandi non præsumitur adiectum, nisi exprimatur. Item, quia statutum super hoc nihil disponit, sed totum committit arbitrio, & voluntati vxoris, quã dimittit in terminis iuris communis, vt ipsemet Menoch. affirmat in d. cons. 15. & 25. sed de iure communi ibi expresè nõ apparet; quod ipsa tradiderit dotem in præiuditium filiorum, non præsumitur illis voluisse præiudicare d. l. hac edictali, prout etiam non præsumitur facere statutũ simpliciter disponens, quod vir lucretur dotem vtsupra ostendimus, secundum receptiorem sententiam, ergo sequitur, quod dicta consequentia non sit vera; præterea quando statutum habet locum in dote præsumpta, habet locum in casu solum, in quo disponit in dote vera, & non aliter, vtsupra dictum est. Non obstat etiam secundum fundamentum, ibi factum, quod de voluntate vxoris constat ex

facto, vel ex traditione totius dotis factæ secundo viro; quia quoties mulier non declarauit expressè suam voluntatem, quod vellet nubere in præiudicium filiórum primi matrimonij, ex sola traditione totius dotis non est verum, quod censeatur voluisse præiudicare filijs, cum in contrarium sit communis opinio vt supra docui; nec replicetur quod est verum, quando statutum simpliciter disponit, & non apparet quod voluerit præiudicare filijs, sed in casu nostro apparet de contrario, videlicet quod dictum statutum voluerit preiudicare ergo &c. quia respondetur prout iam dixi supra, quod statutum respectu lucri in præiudicium filiorum nihil disponit, sed solum respectu facultatis, & potestatis vxoris dimittendi totum in eius voluntatem, quæ præsumitur conformis iuri communi, vt supra, & vt fatetur Menoch. d. cons. 5. num. 15. & 26.

Non obstat etiam tertium, quod † voluntas,
130 quæ est difficilis probationis probatur coniecturis; quia respondetur hoc verum esse, quando appareret de voluntate ex coniecturis, sed quando mulier simpliciter nubit, non dicitur apparere de voluntate, quod voluerit præiudicare filijs, vt per Gutt. dict. consil. 78. & supra est demonstratum; Non obstat quartum fundamentum, quod præsumptio iuris dicitur casus verus, quia admittimus, hoc esse verum; sed negamus quod mulier præsumatur voluisse præiudicare filijs; & eodem modo respondetur ad quintum, & sextum fundamentum; quia tendunt ad eumdem finem; Ad septimum autem fundamentum, quod fit super auctoritatibus DD. per eum citatorum; Respondetur quod Raphael. Cum. d. cons. 109. per eum allegato, licet dicat statutum de lucro dotis habere locum etiam in dote præsumpta, quem alij sequuntur; tamen nihil est, quia ipse dicit hoc verum respectu traditionis, sed non respectu lucri in præiudicium filiorum primi matrimonij & loquitur in terminis statuti Papiæ, qua auctoritate sola confunditur, Menoch. maximè iunctis alijs DD. Consulentibus super eodem Statuto, in quibus supra auctoritate etiam Alciat. & eius rationibus iam supra satisfactum fuit, ideò non insisto, Bald. etiam in allegato cons. 100. in 4. vol. quod est mihi 98. dicit solum dotem præsumptam censeri datam secundo viro arbitrio boni viri, non autem in præiudicium filiorum; & in l. nulla, & l. cū citra, solum dicit statutum, quod maritus lucratur dotem traditam, habere locum etiam in dote præsumpta, quod nos non negamus; sed asserimus constanter portionem dotis filijs debitam, non censeri traditam in eorum præiudicium vt supra; & eodem modo respondetur cæteris DD. ibi late cumulatis idem tenentibus.

Non obstat etiam illud fundamentum, † quod
131 mulier non præsumitur magis diligere filios, quàm maritum, vt patet ex prouisione d. l. hac edictali, quæ facta non fuisset si magis mulier diligeret filios, prout etiam constat ex alijs diffidentijs quas ius habet de muliere secūdo nupta; quia Respondetur, quod Imperator non condidit d. l. hac edictali, quia mulier præsumatur magis diligere secundum maritum, quàm filios, † sed quia
132 cogitauit fragilitatem mulierum, quæ facilimè blanditijs, & suasionibus, & desiderio nubendi seduci possunt ad præiudicandum filijs, quod quia iniustum, & impium, & contra caritatem parentum erga filios visum fuit Imperatori, ergo illam l. condidit, prout etiam Iurisconsultus, & Imperator condiderunt leges, & tot. tit. de donat. inter vir. & vxor. prohibendo donationes fieri inter eos dicta de causa, l. 1. & 2. ff. eod. tit. & sentit etiā Bald. in d. l. hac edictali, dum firmat casum respectu dictæ legis, respectu verò aliarum diffidentiarum, de quibus supra, idem dicit addendo, quod illæ procedunt postquam mulieres sunt nuptę, quo casu credibile est, quod plures mulieres magis ament, vel timeant viros, quam filios, quibus de causis facilè magis inclinant erga maritos, quam erga filios; sed hoc cessat in traditionibus dotium, quæ fiunt antequam nubant, ergo cessant in casu nostro; præterea ex eo, quod mulieres quandoq; amarent magis viros, quam filios, per hoc tamen non tollitur, quin ius commune non possit, & debeat præsumere, ipsas matres in dubio non censeri voluisse præiudicare filijs suis, propter votum parentum erga filios, & qui magis timent in eis, quam in semetipsis, & qui præsumuntur capere bonum consilium pro eis, & qui nunquam præsumuntur velle illos necare, denegando illis alimenta, prout denegarent, tradendo dotem secundis viris in eorum præiuditium, cū igitur hæc sit præsumptio legis, non est curandum de amore vxorum erga maritos; Item non obstāt responsiones præfat. Menoch. datę statuto nostro disponenti, quod statuta intelligantur ad litterā; quia omnes illę responsiones confirmant intentionem, & sententiam nostram; nam illa prima, quod solum censetur prohibita interpretatio hominis, non autem legis; facit pro ipsis filijs, quia hæc est interpretatio d. l. hac edictali, & aliarum legum, tunc tradentiū, ex quibus in terminis dicunt DD. interpretari statuta disponentia circa lucra matrimonialia vt supra deduxi; secunda de interpretatione friuola, retorquetur contra eum, quia nostra interpretatio est legalis, & communiter approbata vt supra, vt ex prædictis apparet; tertia, quod interpretatio extrinseca sola reijcitur, non autem intellectualis, retorquetur vt supra, cum nostra interpretatio fiat à lege, & communiter à scribentibus super eis; secunda etiam principalis eius responsio, quod præsumptum dicitur expressum, nihil est, tum quia in casu nostro damnum, quod fit non est præsumptum vt supra; sed est ad fauoré dicti filij, cum non præsumatur matrem voluisse ei præiudicare simpliciter nubendo secundo viro vt supra.

Falsa est etiam illa responsio, quod mater tradendo totam dotem secundo viro, filij primi ma-
133 trimonij non sentiant damnum; † quia imò sentiunt maximum damnum, cum ex illa ali debeant, vbi aliter sibi sufficere non possunt; item quia statutum illis reseruat dotis proprietatem ipso iure, vbi illa non tradatur secundo viro in preiuditium ipsorum filiorum; item quia ex illa sperant legitimam suam, iuribus vulgaribus; & licet statutum ex alia iusta causa illos priuare possit, tamen statuto hoc non faciente, prout non facit in casu nostro, sequitur, quod indebitè præsumerentur damnificari, ex recitata traditione, vbi illam interprætaremur factam in præiuditium filiorum, quod facere non debemus, per ea quæ traduntur à præfat. Menoch. in tertio fundamento, vt per Ias. in d. cons. 50. cum ibi citatis; prætereà negare nó possumus, quin agatur de damno ipsius filij, attenta matris voluntate, quæ ei præiudicare non præsumitur. Nec est verum, quod maritus sentiret dam-

commnum, si dotem habitam ex causa onerosa, nõ consequeretur, quia illam solum habuit durante matrimonio, sed ex post secus, ex quibus omnibus non videtur recedendum à communi opinione, quæ se habet quod mulier simpliciter nubendo secundo viro non censetur nubere in præiudicium filiorum primi mariti, nisi hoc expresserit, & habes etiam plenè responsum ad consilia Menoc. 4. & 5. communiter reprobata, & ita ex his & pluribus alijs, aliquãdo respondi in fauorẽ Mag. D. Cęsaris Pelizoni filij primi matrimonij, contra Mag. Dom. Mathæum Belbellum eiusdem Mag. Dñi Cæsaris vitricum &c. & nouissimè videndus Gaspar Thesaur. quæstio. forens. libro primo, quæstio. 94.

Nunc modò venio ad quartum, & quæro † quid
134 si mulier secundo viro nupsit expresse tradendo dotem in præiudicium filiorum primi mariti, deinde, habitis pariter filijs ex dicto secundo matrimonio, an erit locus dispositioni huius statuti; &
135 dico quod non, † cum statutum nostrum vti disponens contra l. hac edictali non veniat extendendum ad hunc casum, etiam ex identitate rationis, l. quod omni ratione, & l. quod vero, ff. de legibus, Alexand. consil. 115. libro secundo;
136 Sed † iste casus vti omissus à nostro statuto, remanet sub dispositione iuris communis, scilicet d. l. hac edictali iuncta, l. si cum dotem, ff. solut. matrim. & ita in proprijs terminis nostri statuti, consuluit Curt. sen. d. cons. 79. num. 8. cum duobus seqq. vbi pluribus, & efficacibus rationibus
137 fundat suam opinionem, † quod imò filij secundi matrimonij in totum succedant exclusis filijs primi matrimonij, facit quia clarum est, quod vxore præmoriente in secundo matrimonio sine filijs lucratur dotem maritus ex statuto nostro; si autem cum filijs, tunc maritus excluditur ab ipsis filijs; cum ergò filij secundi matrimonij excludant patrem, & sic secundum maritum excludentem filios primi matrimonij, multò magis ipsi debent excludere ipsos fratres vterinos primi matri-
138 monij; ex regula † si vinco vincentem te, multò magis vinco te, de qua habetur per Ant. Gabr. in suis communibus de success. ab intest. conclus. 4. & ita videtur tenuisse Menoch. consil. 4. num. 33. ex dicta regula; contra tamen facit; quia † hu-
139 iusmodi regula non procedit, quando ille qui est in pari gradu mecum excludit illum, qui me excludit in totum, nam tunc beneficio illius existentis in pari gradu mecum, ego etiam admitto non considerata persona illius, qui me vincebat, ita Gabr. d. conclus. 4. nume. 8. versic. primo, limita; cum ergò filij secundi matrimonij existentes in pari gradu cum filijs primi matrimonij excludant patrem excludentem filios primi matrimonij, vtique filij vtriusque matrimonij succedere debent simul, & ita videtur posse tolli obiectum; sed ego semper tenerem cum Menoch. ne inducta in fauorem mariti, & eius filiorum in odium retorquerentur; & cum maior ratio sit filijs ex secundo existentibus, quam non; præterea si aliter diceremus, quod scilicet filij prioris matrimonij possent succedere existentibus filijs ex secundo matrimonio, sequeretur quod melioris cõditionis essent extranei, quã filij; defuncto enim marito secundo absque filijs, vtiquè ex pacto vxoris dotem lucratam ad hæredes extraneos tamquàm proprium patrimonium transmittit, ac si filij sui non transmitteret nisi pro parte, ipsi essent deterioris conditionis, quod sanè absurdissimum esset.

140 † Quò ad quintum dubium numquid vigore huius statuti possit mulier secundo nubens dare in præiudicium filiorũ primi mariti secundo marito bona paraphernalia, & extra dotalia, & dico quod non, vt dixi etiam supra num. 79. quia statutum nostrum dum corrigit l. hac edictali solum loquitur in dote primo viro data, & in eius augmento, quo casu non debet extendi, ad parapher-
141 nalia, † non enim statutum correctorium potest extendi, nisi prout de eo specialiter exprimitur, l. præcipimus in fine, C. de appellat. Alexand. consil. 131. num. 3. libro primo; † & debet intelligi
142 statutum, vt minus lædat ius commune, quàm sit possibile, cap. cum dilectus de consuetu. Roman. consil. 197. num. 2. Deci. consil. 12. nume. 43. cum alijs de quibus per Surdum decis. 43. nume. 6. & decisio. 167. num. 17. decisio. 9. nume. 14. decisio. 178. nume. 15. Alexand. consil. 19. num. 4. libro primo, & consil. 20. num. 3. eod. libro. Item quia statutum de bonis extra dotalibus siue paraphernalibus expresse non dicit, & ideò nec nos dicere debemus, l. si seruum, §. prætor ait, ff. de acquir. hæredit. Item quia ad bona paraphernalia verba statuti non possunt adaptari;
143 † cũ clarum sit bona parapernalia à bonis dotalibus differre, Alexand. consil. 42. libro primo, D. Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 9. per totam Io. Bott. consil. 20. num. 53. & seq cum er-
144 gò † verba statuti non conueniant, nec possint adaptari, non debet habere locum dispositio huius statuti, l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. vbi Bart. Alexand. consil. 125. nume. 3. colum. 4. in fine libro primo, & consil. 17. num. 8. ac cons. 50. num. 1. lib. 2. Parisi. consil. 20. nu. 4. lib. 2.

Item quia cum hic casus sit omissus à statuto debet remanere sub dispositione d. l. hac edictali, l. si cum dotem, ff. solut. matrim. l. commodissimè, ff. de liber. & posthum. Alexand. consil. 130. num. 1. libr. 2. & ita diebus præteritis aliquando respondi, & ita etiam tenet Thesaur. decis. 195.
145 num. 7. vbi in proposito quærit, an statutum de lucro dotis extendatur ad iocalia, & similia, ac alia quę dantur vxori dum ducitur ad domum viri, & concludit maritum illa lucrari nisi ageretur de paraphernalibus excedentibus dotẽ ipsam, sequitur Maluas. consil. 10. sub num. 46. versic. circa vero scrinia, capsas, &c. Roland. à Vall. de lucr. dot. q. 50.

146 † Sed dubium est, numquid si statutum simpliciter disponeret, quod vxore præmoriente sine liberis vir lucretur dotem, prout in prima parte huius statuti reperitur dispositum; numquid per huiusmodi statutum censeatur derogatum, l. hac edictali, C. de secund. nupt. adeò vt, etiam vir lucretur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, & quicquid in contrariũ voluerit, Bald. in l. ea lege, nume. 14. C. de condit. ob causam, quem refert & sequitur Pract. Papiens. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem in glo. dictæ Dominæ Margarite, vbi ait ita obseruari in Lombardia, & in forma libelli quo agitur pro legato rei singul. in princip. num. 80. constanter teneas ex cõmuniori & veriori sententia de qua supra dixi, per huiusmodi statutum, non censeri derrogatum, d. l. hac edictali in præiudicium filiorum primi matrimonij, ita Dec. consil. 19. num. 2. Ias. in Auth. præterea num. 15. vbi Picus num. 40. C. vnd. vir.

vir, & vxor, Curt. sen. d. consil. 78. nume. 3. cum seq. Phanuc. de lucro dotis glo. 5. in verb. sine liberis num. 36. cum seq. Alciat. consil. 88. num. 1. communiorem asserit Boer. decisio. 113. num. 5. Rolan. de lucro dotis quæst. 26. num. 8. cum seq. imò etiam si secundo viro dedisset dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, intelligitur, vt filij viuentibus coniugibus, vel ipsa vxore filij primi matrimonij nil consequi possent, at mortua vxore posse filios primi matrimonij agere ad dotem maternam saltem ex dispositione, l. hac edictali tenuerunt Curt. Iun. d. consil. 78. colum. 3. & 4. Rim. Iun. consil. 484. nu. 24. cum seqq.

147 † Nota tamen, quod istud statutum permittens marito lucrum dotis in præiudicium filiorum primi matrimonij, non habet locum, quando filij primi matrimonij essent forenses, ita Rolan. de lucro dotis d. quæst. 36. Castr. consil. 368. vol. 2. Phanuc. de lucro dotis glo. 5. num. 39. & seq. Ruin. consil. 49. num. 5. lib. 3. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 298. num. 316. Alb. consi. 50. nume. 9. & seq. Riminald. Iun. consil. 484. nume. 28. libro quinto.

148 † Non etiam pariter habet locum, quando bona essent extra Iurisdictionem, & sic extra Principatum Papiæ, Rolan. vbi supra quæst. 20. & consil. 80. nume. 26. & 28. volum. 4. Phanuc. de lucro dotis glo. 9. num. 34. Rimin. Iun. cons. 256. num. 38. & seq. volum. 3. Idem Rimin. Iun. consil. 484. num. 30. lib. 5. vbi in terminis huius statuti cum pluribus alijs congestis per Rim. in. Iun. in puncto statuti Papiens. consil. 484. num. 26. & seq. Borgnin. decisio. 29. nume. 58. parte tertia, apud quem recurres circa materiam huius statu-
149 ti, vbi etiam, † an maritus per transitum ad alias nuptias priuetur à filijs prioris matrimonij lucro dotis eorum matris.

In verbo ad præterita] nota, † quod nisi hoc
150 exprimeretur, statutum non traheretur regulariter ad præterita, sed tantum ad futura l. leges, & constitutiones, C. de legib. Auth. iubemus ad finem, C. de testam. cap. fin. de constit. Alexand. consil. 7. nume. 2. lib. 2. nisi tamen fierent statuta ad declarationem antiquorum, nam tunc traherentur etiam ad præterita numdum finita, l. fina. C. de transact. Alexand. d. cons. 7. nume. 4. † &
151 scias, quod dum statutum huiusmodi derrogat, l. hac edictali, operatur vt filijs primi matrimonij nec etiam legitima debeatur secundù. Curt. Iuni. in Auth. præterea nume. 17. C. vnd. vir. & vxor. Deci. consil. 19. num. 5. Natta consil. 308. num. 4. vsque ad finem, Rolan. cons. 62. nume. 53. volum. 3. Bellon. consil. 13. nume. 21. Crauet. cons. 524. num. 24. Phanuc. de lucr. dot. glo. 5. nu. 35. Bursat. consil. 212. nume. 25. Marcobr. cons. 75. nume. 134. Surd. consil. 422. nume. 22. lib. 3. sequitur D. Costa de remed. subsid. remed. 40. nu. 8. cum seq. & vide supra num. 70.

In verbo, occidat, vel occidi faciat vxorem suã
152 quod dos reuertatur ad patrem si extat,] † Idé de iure communi, quo iure maritus nón lucratur dotem vigore statuti, quando ipse occidit, vel occidere facit vxorem, l. ab hostibus, §. si vir, vbi Bart. Alexan. Ias. ff. solut. matrim. Boss. in praxi crimin. titul. de his quibus, vt indign. nume. 21. Clar. in §. homicidium, num. 17. vbi vult hoc procedere, etiam si maritus occideret vxorem, iure, vel consuetudine id permittere, puta propter adulterium, Doct. omnes in l. si ab hostibus, §. si vir vxorem, ff. solut. matrim. & vide Baiar. in addit. ad Clarum, nume. 64. cum seq. vbi ampliat, hoc
153 † procedere, adeò vt maritus vxorem occidens, perdat etiam ius succedendi, quod habet in defectum coniunctorum per l. primam, C. vnde vir. & vxor, & allegat Campeg. in tract. de dote part. 8. in 5. quæst. & part. 5. quæst. 2. cum alijs pluribus de quibus per eum; Idem pariter est si contra vxorem sæuiat indebitè, Bertazzol. consil. crim. 316. & 551. lib. 2. Differt tamen in hoc statutum no-
154 strum à iure communi; quia † de iure communi in casu in quo maritus occidit vxorem lucrum dotis indistinctè transfertur ad heredes vxoris, vt per
155 Clarum loco mox citato; † ex dispositione autẽ huius statuti dos reuertitur ad patrem vxoris, quo non extante ad fratres, quibus nó existentibus ad matrem vxoris, etiam si extarent filij ex vxore occisa, nisi essent ex alio marito.

Amplia, vt pariter maritus dotis lucro priuetur, si mortem vxoris ab alio occisæ iuridicè non vendicaret, vt præcitati Doct. concludunt, & per Foler. in prax. crim. in 2. part. secundæ partis, versiculo dentur capitula, quod suffocauit vxorem. num. 64. An autem dictum lucrum hoc casu, & præcedenti perdat ipso iure, an verò auferatur ab eo, tamquam indigno, communis est ipso iure perdere Bart. in l. si ab hostibus, ff. solut. matrim. Campeg. in tractat. de dot. part. 5. quæst. 2. vbi tradit, effectus indè resultantes.

Quid modo si mulier nubat secundo viro, & tradat dotem secundo viro in præiudicium filiorum, & vlterius paciscatur, quod si contingat maritum præmori, etiã absq; filijs, vult solum vti, & frui dicta dote, proprietate reseruata hæredibus secundi viri, an valeat hoc pactum; diceremus, quod nó, quia cum hoc statutum sit correctorium, l. hac edictali, strictissimè est intelligendum, & non potest pacto derogari d. l. hac edictali, Ruin. consil. 74. num. 1. lib. 3. Menoch. cons. 4. num. 6. nec in correctorijs fit extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam, vt ibi Menoch. numero 8. versiculo septimo, & cũ sit casus indecisus, remanet in dispositione iuris communis, l. commodissimè, ff. de liber. & posth.

156 Quid si pater relinquat aliquid pro dote filię, & filia nubat, dote non constituta expressè, an ea prædefuncta maritus lucretur, quod à patre fuit relictum dotis nomine. Respondetur, quod sic, Socinus iunior consil. 8. lib. 2. per totum, Dec. consil. 53.

157 † Idem si non sit constituta dos ab ea, quæ habet, sed solum promissum de constituenda, intelligitur namq; secundum consuetudinem loci, &
158 statuti, Socin. sen. consil. 32. lib. 3. † Quid modò, si maritus defuncta vxore cum liberis transeat ad secunda vota, an perdat lucrum sibi ex hoc statuto debitum, communis est, quod sic, vt latè disputando tenuuit alios referens, Roll. à Vall. de lucr. dot. quæst. 86. plures ad hoc statutum possent cumulari quæstiones, quas ferè omnes congessit, Rol. à Vall. d. tract. de lucr. dot.

De Consulibus ad actus voluntarios eligendis. Rubr. 122.

ITem statuimus, vt singularum personarum negocia facilius expediantur, quòd per duodecim sapientes factis, & negocijs communis Papiæ Præsidentes sex boni viri, qui sint Iudices, vel procuratores, vel mercatores, & qui habeant in eorum bonis libras duo mille ad minus, & præsumantur habere; si fuerint prudentes litterati, & in causis experti delato eis sacramento de debito, & legaliter eorum officio exercendo eligantur de cætero omni anno de mense Maij in Consules Communis Papiæ ad bussolas, & ballotas. Et quòd ipsi Consules omnem habeant voluntariam iurisdictionem, possintquè ipsi & quilibet ipsorum insolidum homines de qualibet ætate pronunciare, tutores, & curatores dare, & etiam confirmare, decreta, & auctoritates interponere emancipationibus, & donationibus, & renunciationibus mulierum qualescunque fient præsentes esse, easq; approbare, confirmare, recipere, & exercere, & omnia alia facere quæ voluntariæ iurisdictionis existant. Addentes quod qui fuerit consul hinc retrò non possit esse consul vsque ad quadriennium, à tempore quo cessauit, & sic in futurum semper seruetur, & quòd aliquis consul non possit rogare aliquod instrumentum vbi interposuerit auctoritatem suam. Et si aliter fuerit factum non valeat electio, nec instrumentum ipso iure. Et quòd tempore dictæ electionis non possit eligi aliquis de numero duodecim, & si electus fuerit non valeat similis electio.

Summarium ad Statutum 122. in Ciuilibus.

1 *VIdenda ad hoc statutum.*
2 *Iurisdictio voluntaria, an terminetur territorio.*
3 *Limita tribus modis remissiuè.*
4 *Voluntaria iurisdictionis, quæ esse dicantur.*
5 *Contentiosæ iurisdictiones quæ sint.*
6 *Differentia inter contentiosam, & voluntariam iurisdictionem.*

1 AD hoc statutū, addo decretum prohibens posse dari tutores, curatores, sed debet dari per potestatem, & eius officiales.

2 In verbo habeant voluntariam iurisdictionem] † est sciendum, quod iurisdictio voluntaria non terminatur territorio, ideò extra exerceri potest, l. prima, ff. de officio procons. glo. 3 in l. extra territorium, ff. de iurisd. omn. iud. † vide tamen Soc. ponentem tres limitationes in reg. 4 211. Iurisdictionis autē voluntariæ ea esse dicuntur, quæ partes faciunt de voluntate coram Iudice, ad quem nec possunt coarctari. † Contentiosæ 5 autem iurisdictionis sunt, quæ in inuitum reducuntur, prout declarat Ias. in l. repet. l. primæ, nu. 83. 6 C. de sum. trin. & fid. cath. † & nota differentiam inter voluntariam, & contentiosam iurisdictionē, quia actus voluntariæ ad sui essentiam, non requirit, quod Iudex sedeat pro tribunali, quod secus est in contentiosa, §. serui, vbi Aret. & cæteri DD. Inst. de libertinis, cætera sunt clara, ideo omitto.

In quo casu per maritum possit legari vxori. Rubr. 123.

ITem statuimus, & ordinauimus, quòd si maritus in sua vltima voluntate ordinauerit, seu dederit vxorem suam tutricem, vel curatricem filio vel filijs, vel filiabus, vel liberis vtriusque sexus, & disposuerit quod ipsa vxor non teneatur ad rationem reddendam, seu inuentarium conficiendum de administratione dictæ tutelæ vel curæ, seu de gestis, omissis, & neglectis, seu male gestis, & eidem vxori propterea legauerit omne id in quo ipsa damnificaretur occasione male administrationis dictæ tutelæ, quod illud tale legatum valeat, etiam quo ad proprietatem in dicto casu, quemadmodum de iure communi valeret statutis communis Papiæ in aliquo non obstantibus.

Summarium ad Statutum 123. in Ciuilibus.

1 Videnda ad hoc ſtatutum.
2 Mater & auia poſſunt eſſe tutrices filiorum, ſecus in alijs fœminis.
3 Limita ſtante contraria voluntate teſtatoris.
4 Mater ſecundo nubendo perdit tutelam, nec etiã recuperat ſi efficiatur vidua.
5 Limita, quando nullus alius reperiretur tutor.
6 Limita alijs modis remiſſiuè.
7 Matre tranſeunte ad ſecunda vota, an ſit locus tutori legitimo, an datiuo nume. 17.
8 Mater in tutela quando cæteris præferatur.
9 Tutor teſtamentarius matre tranſeunte ad ſecunda vota præfertur datiuo.
10 Mater tranſeundo ad ſecunda vota non petito tutore filijs priuatur eius ſucceſſione, & num. 12.
11 Amplia, & limita pluribus modis remiſſiuè.
13 Limitatur in matre minore, vel ſubſiſtente iuſta cauſa.
14 Iuſta cauſa quæ dicatur, vt mater excuſetur ſi non petierit dari tutorem filio remiſſiuè.
15 Tutor nominatus à matre coram Iudice, an ab eo dandus ſit.
16 Mater habens cũ tutores nubendo an teneatur petere tutorem.
18 Mater acceptando tutelam, quibus iuribus renunciare teneatur.
19 Mater, & auia non acceptantes tutelam filiorum, nõ dicuntur legitimæ adminiſtratrices bonorum filij & nepotis.
20 Legatum liberationis à ratione redenda relictum matri tutrici quid importet.
21 An dictum legatum extendatur ad dolum futurum.
22 Teſtator legando tutori quidquid minores poſſunt exigere occaſione tutelæ, an dicatur liberaſſe à dolo futuro, & conſignatione reliquorum.
23 Mater in aſſumptione tutelæ promittẽs integram rationem reddere, non videtur ſibi præiudicare in legato liberationis.
24 Tutor tenetur ad rationem reddendam finita adminiſtratione.
25 Ratio qualiter reddenda pro adminiſtratis.
26 Teſtator, an valeat tutori remittere confectionem inuentarij, & vide num. 27.
28 Quid autem ex diſpoſitione Nouarum Conſtitut. Mediol.
29 Contra tutorem non iurantem ad formam Nouar. Conſtit. Mediol. iuratur in litem.
30 Tutor ante confectionem Inuentarij, an poſſit bona minoris adminiſtrare.
31 Inuentarium infra quantum tempus ſit conficiendum.
32 Iuratur in litem contra tutorem recuſantem exhibere inuentarium.
33 Inuentarium non conficiens, quibus afficiatur pœnis.
34 Inuentarium coram quo faciendum.
35 Inuentarium plene probat contra tutorem.
36 Tutore volente aliquid addere inuentario, an requiratur præſentia Iudicis.
37 Inuentarium, an probet pro tutore.
38 Statutum, quod maritus nõ poſſit aliquid relinquere vxori non impedit, quin ei poſſit relinqui liberatio à ratione reddenda, & inuentario conficiendo.

1 AD hoc ſtatutum, vide etiam ſupra
ſtatutum 56. & quæ ibi dicta ſunt, &
vide Curt. iun. in l. procurator, col. 2.
in princ. C. de edendo.
In verbo, tutricem, vel curatricem
filio, vel filijs, vel filiabus] nota ſpeciale eſſe in ma-
tre, & auia, quæ poſſunt eſſe tut. & curat. minorũ
2 alias enim † regulariter mulieres ab officio tutelę
arcentur, auth. licet vbi DD. C. quando mul. tut.
3 off. fung. poſ. † quod tamen dicitur de matre, &
auia, procedit niſi ſit contra voluntatem teſtato-
ris, §. ſi verò expreſſim in auth. de hered. ab inteſt.
ven. Alex. conſ. 130. nu. 6. lib. primo, & aduerte,
4 † quod ſi mater ſit data tutrix filijs primi matri-
monij, poſtmodum ſi ſecundò nubat perdit tute-
lam, ita vt quamuis denuò efficiatur vidua; non
poterit reaſſumere tutelam ſuorum filiorum primi
matrimonij, ità Bocrius teſtans de magis cõmuni,
5 decis. 266. † vbi limitat hoc non procedere in ſub-
ſidium, ſcilicet quando nullus alius poſſet reperiri
6 tutor. Et † vide Menoch. limitantem tribus modis
7 de arb. iud. caſu 151. nu. 8. cum ſeq. † An autem
matre ad ſecunda vota tranſeunte ſit locus tuto-
ri datiuo, an legitimo, dic, aut mater ſuſcepta tu-
tela trãſiuit ad ſecunda vota, & tunc eſt locus da-
tiuo; aut mater nunquam ſuſcepit tutelam, vel re-
cuſauit, & tunc eſt locus legitimo, ità poſt Surd.
decis. 106. & conſ. 159. vol. 2 firmat D. Coſta de
8 remed. ſubſid. remed. 102. nu. 12. † vbi vult ma-
trem in tutela filiorum præferri cuicunq; ante ta-
men fluxum quadrimeſtris poſt Bart. & Ang. in
Auth. præsbyteros la 2. C. de Epiſc. & cler. alios
9 per D. Coſtam d. remed. 102. nu. 3. † Scias tamen,
quod ſi matre tranſeunte ad ſecunda vota exiſtit
tutor teſtamentarius, tunc tutela apud ipſum re-
manet, nec iſto caſu poteſt Iudex tutorem datiuũ
10 conſtituere, Crauet conſ. 18. num. 5. † Aduerte
tamen, quod ſi mater tranſiuit à ſecunda vota non
petito tutore ipſis filijs, priuatur eorum ſucceſſio-
11 ne, l. omnem, C. ad tertull. † hanc regulam cum
ampliationibus latè exornat, Ant. Gabr. in ſuis
12 communibus, in tit. de ſecundis nupt. concl. 9. †
priuatur pariter à ſucceſſione pupilli mater, quæ
ei non petijt tutorem intra annum, l. 2. §. ſi ma-
ter, ff. ad tertull. l. matres, C. eod. §. fin. inſt. ad
tertull. & vide latiſſimè Marant. ampliantem, &
limitantẽ, in repet. l. is poteſt, nu. 219. ff. de acquir.
hæred. latiſſimè Ant. Gabr. in ſuis communibus,
13 in tit. de tutelis, concluſ. prima per totam, † limita
tamen inter alias, quando mater eſſet minor, vel
quando adeſſet aliqua iuſta cauſa, Burſat. conſ.
8. nu. 40. lib. primo, vbi declarat, † quæ dicatur
14 iuſta cauſa, † quid autem ſi mater accedat corã
15 Iudice, & petat aliquem tutorem dari filijs, an is
tutor nominatus à matre dandus ſit, vide Menoch.
16 de arb. iud. caſu 151. per totum, † ſed nunquid
mater quæ habet alios contutores, volens tranſire
ad ſecunda vota, teneatur prouidere de tutore lo-
co ſui, & dic, quod ſi tutores ſunt ſufficientes, non
tenetur petere prouideri de alio, ſed debet notifi-
care Iudici, & in eius manibus renunciare tutelæ,
& reddere rationẽ, Corn. conſ. 155. in ſecunda
parte, & vide Corneum conſ. 142. volum. 2. & conſ.
113. vol. 4. Ang. conſ. 37. † ſed quid ſi mater ac-
17 ceptauit tutelam filij, deinde volens contrahere
matrimo-

matrimonium petat à Iudice prouidéri de tutore, an erit locus tutori legitimo, an vero datiuo, & dic, quod datiuo, Curt. iun. conf. 94. nu. 5. vbi te-
18 statur de communi, fcias etiam, † quod quando mater acceptat tutelam, tenetur renunciare fecundis nuptijs, & veleiano alias non facta renunciatione, non valet affumptio tutelæ. Auth. matri, & auiæ, vbi glo. C. quando mulier &c. Bart. in l. si quis sub conditione, num. 15. ff. de test. tut. Alex. conf. 103. nu. 13. lib. 2. Borgnin. de tutor. & curat.
19 nu. 24. † si tamen mater, & auia nō acceptauerint tutelam, tunc non dicuntur legitimæ administratrices bonorum filij, & nepotis, l. filiæ, ff. de solut. & ideò eis rectè solui non potest, nec ēt eis rectè tàm q̄ cóiunctis personis, Alex. cōs. 37. n. 1. cū seq. lib. 3.
20 . In verbo, non teneatur ad rationem reddendã] † quid importet huiusmodi legatum sic relictum, vide Alex. conf. 74. & 192. nu. 4. lib. 7. & conf. 45. lib. primo. Pet. de Anchar. consilio incipiente; talis est, Barbat. in quodam consilio suo inserto inter consilia Fracisci Curt. conf. 66. scias tamen, quod huiusmodi legatum non extenditur ad consignationem reliquorum, l. aurelio, §. caius, vbi Bar. ff. de lib. leg. Alex. d. conf. 45. ante nu. primū, lib. 1. & conf. 47. nu. 3. qui plures citat, & ibi appost. ad eum, lib. 1. vbi vult, quod huiusmodi non teneatur de leui culpa; vnde infert, quod non tenetur
21 de furto, cum præsumatur culpa leui accidisse; † tenetur tamen de dolo, & lata culpa, vt ibidem per eum, non etiam attenditur huiusmodi liberatio, siue legatum ad dolum futurum, l. quidam decedens, ff. de auth. tut. & d. §. caius. Alex. d. conf. 45. nu. 2. & d. conf. 47. nu. 3. & vide latissimè circa hoc legatum, Crassum de success. §. legatum, q. 40.
22 † Quid autē si testator legauit tutori, quidquid minores possint exigere, ratione administrationis tutellæ, & reliquorum, seu eorum occasione, an videatur reliquisse liberationem à dolo futuro, & consignatione reliquorum, vide Alex. conf. 54. num. 5. vers. fortificantur, vbi appost. ad eum, lib. 2. vide tamen Dec. conf. 192. num. 3. & 4. vbi tenet
23 contra Alex. † & scias, quod si fortè mulier in assumenda tutela promiserit reddere integram administrationem tutelæ, non propterea videtur huiusmodi legato renunciasse, Dec. cōs. 178. Alex. conf. 164. per totum lib. 1. & nota quod non fa-
24 cto huiusmodi legato, † tenetur tutor reddere rationem finita administratione, l. prima. in fine, & l. nisi finita, l. si tutor, ff. de tut. & ratio distrah. quod procedit etiam, si non fuit requisitus, glo. in clem: quia contigit in verb. annis singulis de relig. dom. quam cōmuniter approbari dicit Bart. Soc. conf.
25 92. n. 17. in 4. vol. † qualr autē sint reddendæ dictæ rōnes, vide latissimè Menoch. de arb. iud. casu 209.
26 In verbo, seu Inuentarium conficiendum] † quæro an testator possit remittere tutori confectionem inuentarij, & dic quod sic, l. fin. §. illo, C. arbit. tut. de communi, per Roll. à Vall. consil.
27 49. num. 17. lib. 3. † & huiusmodi remissio fieri potest, nedum testamentario, sed etiam datiuo,
28 & legitimo, vt per eundem d. conf. 49. num. 19. † hoc tamen nunc reperitur correctum per Nouas Const. Mediol. in tit. de tutelis, §. tutores, in quib cauetur tutorem teneri conficere inuentariū, non obstante quacunque liberatione, vel prohibitione facta à testatore, in quo habet apponere iuramentum cū his formalibus verbis, de quibus in d. Nou. Const. Mediol. tutores, scilicet se omnia, de quibus notitiam habet in eo describi fecisse, nec eorū scire, vel credere aliud fore in bonis, vel iuribus ipsius minoris, vltra in ipso repertorio adscripta, &
29 ideò sint taciti Notarij, quid † apponunt in inuētario omnia verba formalia, de quibus supra alias contra tutorem poterit iurari in litem, nec tutor erit, nec valebit, q̄ gessit, Plot. in repet. l. si qñ nu. 372. C. vnd. in quem refert, & sequitur Asin. in sua prax. iud. §. 3. cap. 36. nu. 6. cum duob. seqq.
30 & scias, † quod tutor antequam confecit inuentarium, non potest bona pupilli administrare, l. tu-
31 tor, qui repertorium, ff. de admin. tut. † intra autē quantum tempus teneatur tutor conficere inuentarium, dicq; primū, Dec. cōs. 274. Octau. Pedem. decis. 58. nu. 4. & seq. Bero. q. 62. nu. 3. Menoch. de
32 arbitr. iud. casu 174. & scias, † quod si tutor recusauerit exhiberi inuentariū, poterit contra eū iurari in litem, vide Plot. supra citatum, & quibus pænis puniatur non conficiens inuentariū, dic secundū Pract. Pap. in forma libelli, quo agitur ad reddendā rōnem, in gl. in suo verbo nu. 9. quod primo repellitur ab agendo, & tanquam suspectus remouetur ab officio, l. fin. C. arb. tut. Dec. Tholos. 88. Gozad. conf. 17. nu. 3. & 13. & conf. 18. nu. 14. secundò, contra eū iuratur in litem, d. l. tutor, qui repertoriū Afflict. decis. 360. Plot. in repet. l. si qño nu. 194. C. vnd. vir latè Rol. à Val. in tract. de inuentario q. 38. nu. 4.
34 Sed quæro, † corā quo debeat fieri inuentariū glo. in l. tutores, C. de admin. tut. vult deberi fieri coram Iudice verius tñ est, quod sufficiat, si fiat p publicū Notariū extra iudicialiter, Bal. in l. tutor, qui repertoriū, ff. de admin. tut. Pra. Pap. in forma
35 libelli redden. rat. tut. in glo. fin. † & scias, q̄ inuentarium factū à tutore, plenè probat contra ipsum tutorē, l. fin. C. arb. tut. Alex. conf. 45. ante num. 1. lib. 1 Afflic. decis. 13. nu. primo.
36 An autē si post factū inuētariū tutor velit aliqd addere, an requirat pñtia Iudicis, & eius decretū, dic q̄ nō, vt latè dixi aliqñ in meis additionibus, ad cōs. Bal. 22. vol. 6 nō autē pbat p tutore cōtra aliū, l. exemplo C. de probat. Alex. cōs. 83. n. 9. lib. 3.
37 † prout ēt dicimus de libro rationū, vt nihil probet pro scribēte d. l. exēplo, de quo latè per Rip. auum maternum ampliationem, & limitationem in l. admonendi, nu. 121. ff. de iuram.
38 In verbo, q̄ illud tale legatū valeat] nota † q̄ nō obstāte stat. 90. dato, q̄ nō esset factū hoc statutū, adhuc tñ validū esset huiusmodi legatū, cū nō obstante statuto prohibēte maritū relinquere vxori. possit eidem vxori remitti confectio inuentarij, & obligatio reddendæ rōnis cū aliqd certi, & inestimabilis non sit, ità Gallia in consuet. Alex. in glos. vrgenti, q. 3. quem refert, & sequitur Carpan. ad statuta Med. cap. 295. num. 139.
39 In finalib verbis] habes casū in l. quidā decedens in princ. ff. de admin. tut. & meliorē, tex. in l. si quis rōnes in fi. ff. de lib. leg. l. si seruus, ff. de leg. 1.

De aliquo opere Cōis ad faciendū, nō incātando per aliquē ex officialibus. R. 124.

ITem statuimus, quod nullus Officialis Communis Papiæ, & nullus de familia ipsius officialis per se, uel per alios, possit incantare, seu ad faciendum, uel fieri faciendum acci-

pere aliquod opus, seu laborerium Communis Papiæ. Et si contrafactum fecerit, ipso facto incurrat in pœnam quinquaginta librarum Papiensium, soluendarum Communi Papiæ. Et quod teneatur ad restitutionem totius eius, quod recepisset, occasione dicti laborerij, & intelligatur donasse dicto Communi Papiæ omne illud, quod expendisset in faciendo, vel fieri faciendo opus, & laborerium antedictum. Et Potestas Papiæ dictas pœnas teneatur exigere vinculo sacramenti.

Summarium ad statutum 124. in ciuilibus.

1 *Tutor, Curator, & Procurator, non possunt emere bona sub eorũ cura, & tutela existẽtia.*
2 *Ampliatur suprascripta conclusio in omni officio, tàm publico, quàm priuato.*
3 *Fallit, pluribus in casibus remissiuè.*
4 *Officialis non potest emere in loco sui officij.*
5 *Amplia, vt nec etiã possit quouis modo contrahere.*
6 *Item amplia, vt non possit contrahere matrimoniũ in loco sui officij.*
Quod tamen secus est dicendum de iure canonico, vt num. 7.
8 *An Officialis prohibitus contrahere, possit pignus accipere.*
9 *Ratio, quare Officialis non possit contrahere in loco sui officij, & num. 10.*
11 *Hoc statutum, conforme iuri communi.*
12 *Clausula ipso facto, quid importet.*
13 *Quæ requirantur, adhoc, vt exequi possit pœna huius statuti, & quæ sit pœna imposita à iure communi, num. 14.*

1 HOC † statutum videtur desumptũ ex tex. in l. si in emptione, §. fin. ff. de contrah. empt. in quo cauetur tutorem, curatorem, procuratorem, & negotia aliena gerentem non posse emere bona, de quibus sunt tutores, curatores gestores, & officiales, & vide glo. ibi, † quæ ampliat
2 habere locum in omni officio, tàm publico, quã priuato. † Fallit tamen in pluribus casibus, de qui-
3 bus per Petr. Duen. reg. 131. Hinc etiam dicimus,
4 quod officiales non possunt emere in loco sui officij, l. non licet, ff. de contr. empt. l. fin. C. de rescind. vendit. Bart. in l. si quis pro eo, num. 10. ff. de fideiuss. & vide Franc. de Pont. cons. 49. Menoch. cons. 1174. & quæ scripsi infra ad Decretũ quintum. Amplia, vt nec etiam possint officiales
5 mutuare, nec cæteros facere contractus, durante officio, l. principalibus, ff. si certum petatur, vbi Ias. num. primo, vult hoc adeò procedere, vt nec ẽt finito officio huiusmodi contractus cõfirmari va-
6 leat expresso, nec tacito consensu. † Ampliatur, vt ẽt prohibeatur contrahere matrimoniũ in loco, in quo officium administrat, l. si quis officium, & l. se-
7 natus, ff. de ritu nuptiarũ, quod tñ fallit de iure canonico, vt per DD. in §. sed si vxor, inst. de nupt. q̃ ius canonicum attenditur in causa matrimoniali, c. fin. de secund. nupt. Alex. cons. 97. nu. 2. lib. pri.
8 Rip. in rub. nu. 25. ff. sol. matr. † An autem officialis prohibitus contrahere, intelligatur prohibitus pignus accipere, tradit Ias. in d. l. principalibus, nu. 3. & vide latius circa hanc materiam, quę dixi infra ad decretum quintum, sub rub. quod nullus officialis durante eius officio &c.
9 In verbo, quod nullus officialis &c. quęro † quę possit esse ratio huius statuti, & dic propter metũ impressionis, quia lex suspicatur, ne propter officium metu inducat partes ad contrahendũ cõtra libertatẽ coẽm l. si per impressionem, C. quod met. causa, Ias. in d. l. principalibus, nu. 1.

Vel potest esse ratio, vt euitentur fraudes, quæ possent fieri circa incantationem rerum cõmunis.
11 In verbo, per se, vel per alios] † idem de iure cõi per dictã l. non licet, vbi glo. ff. de contrah. empt.
12 In verbo, ipso facto, † quid importet huiusmodi clausula, vide Pract. Papiens. in forma libelli, pro turbata possessione, in glo. ipso facto, Felin. in c. Rodulphus, nu. 35. de rescript. Dec. in c. repræhensibilis, nu. 2. de appellat. Idem cons. 138. nu. 1. &
13 † nota, quod ad hoc, vt huiusmodi pęna possit exequi, requiritur, quod prius præcedat sententia declaratoria iudicis, Alex. cons. 103. nu. 17. lib. 1. cum pluribus, de quibus per Ant. Gabr. in suis cõmun.
14 in tit. de maleficijs, concl. 12. † quæ autem sit pœna de iure communi, dic pœna condemnationis quadrupli, vltra amissionem rei, dictã l. non licet.

De vno libro fiendo, occasione incantuum Communis Papiæ. Rubr. 125.

ITem statuimus, & ordinauimus, quod fiat, & ordinetur vnus liber, siue registrum, in quo scribantur omnia pacta, & conuentiones cuiuscunque datij, seu gabellæ Communis Papiæ per se, qui liber sit ad sacristiam, siue ad Cameram rationalem Communis Papiæ. Ità quod de ipso fiat copia cuilibet videre volenti per habentes, seu tenentes claues dictæ sacristiæ, seu Camere rationalis. Quæ pacta, & conuentiones super quolibet datio, seu gabella examinentur. Et si expedierit, corrigantur, & emendentur quolibet anno per aliquos prouidos, & idoneos viros eligendos ad hoc per D. Potestatem, vel eius Vicarium, & duodecim Sapientes Præsidentes negocijs Communis Papiæ per vnum mensem antequam ipsa datia, seu gabellæ vendantur, seu subhastentur. Et quòd antequam venditionem, seu subhastationem faciant dicta pacta, & conuentiones legantur, & publicè diuulgentur semel, & pluries, ità quod nota sint cuilibet emere volenti in loco venditionis, seu subhastationis. Et D. Potestas Papiæ, qui est, & qui pro temporibus fuerit, teneatur prædicta exequtioni mandare, & facere obseruari.

Sum-

Summarium ad ſtatutum 125. in ciuilibus.

Libris exiſtentibus in archiuio publico, plenè creditur.

2 *Videnda ad hoc ſtatutum.*

1 HOC ſtatutum eſt adeò clarum, vt non videatur ægere declaratione, † hoc vnum ſcias, quod huiuſmodi libris exiſtentibus in Archiuio publico, & ſub cuſtodia fideli creditur DD. in l. admonendi. ff. de iure iur. Soc. reg. 294. limit. pri-
2 ma, & † circa hoc, vide ſup. de Regim. poteſt. ſtat. 8. & 41. & quæ ibi adnotata ſunt.

Quod ſententiæ lectæ per Notarium valeant. Rubr. 126.

Item ſtatuimus, & ordinauimus, quòd quæcunq; ſententiæ diffinitiuæ, & interlocutoriæ Iudicum, ſeu arbitrorum, vel arbitri, ſeu arbitratorum, & amicabilium compoſitorum legantur per Notarios eo præſente, & conſentiente, qui ſententiam proferret, ſeu laturus eſt, nihilominus aliqua ſit valeat, & teneat, ac ſi per ipſum Iudicem, & arbitros, ſeu arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compoſitorem lata fuiſſet.

Summarium ad ſtatutum 126. in ciuilibus.

1 *Sententia de iure communi legenda per Iudicẽ.*
2 *Limita in perſona illuſtri.*
3 *Limita nonnullis modis, remiſſiuè.*
4 *Limita de conſuetudine in hoc dominio, tàm in ſententia criminali, quam in ciuili.*
5 *Sententia, quæ interlocutoria, & quæ diffinitiua dicatur.*

1 HOC † ſtatutum corrigit ius commune, quo iure ſententia debet legi per Iudicem, qui non poteſt alteri mandare le-
2 ctionem dictę ſententię, † niſi eſſet perſona illuſtris, ita Marant. in ſuo ſpeculo iud. in verbo, & demum fertur ſententia num. 49. & nu. 56. per tex. in c. fin. de re iudic. in ſexto. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu proceſſus, nu. 38.
3 vbi limitat, & vide etiam per Soc. † qui limitat nonnullis modis, reg. 249. Iudex ſententiæ, Ber-
4 nard. Diaz. reg. 679. † fallit tamen de conſuetudine, vt per Notariũ Actuarium legatur, Marant. dicto loco, nu. 56. Orian. in cap. quoniam contra, cap. 10. de interloqut. nu. 8. verſic. ſecundo, & ità obſeruatur in hoc Dominio, tàm in cauſa ciuili, quàm criminali.
5 In verbo, diffinitiuæ, & interloqutoriæ] † quæ ſit diffinitiua, & quæ interloquutoria, ac quomodo cognoſcatur, vide latè Iaſ. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, nu. 11. de officio Proconſulis, & legati; Maranta in verbo, & demum fertur ſententia, nu. 4. & dictu eſt ſupra ſtatuto primo in ciuilib. vbi latè.

Quod Communitas loci poſſit compelli ad archam faciendam. Rubr. 127.

Item ſtatuimus, & ordinauimus, quod ſi aliquod Commune, loci, Burgi, Villæ, vel Caſtri, vel alia Vniuerſitas, debeat aliquid dare, vel facere alicui, & dicta Vniuerſitas monita non ſatisfecerit dicto creditori de eo, quod dare, vel facere tenetur eidem, quod remedijs Prætorijs, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, dicta Communitas, & ſingulares perſonæ de ipſa Vniuerſitate, vel Communitate compellantur per quemcunq; Iuſdicentem Communis Papiæ, qui de hoc fuerit requiſitus ad petitionem cuiuslibet creditoris, ad faciendum archam communem, vſque ad concurrentem quantitatem de eo, quod dare, vel facere tenetur, ità quòd dicto creditori de dicto ſuo debito integrè ſatisfiat. Quam archam communem, ſi poſt monitionem eis factam infra 15. dies proximè ſubſequentes, dicta Communitas, & ſingulares perſonæ non fecerint, tunc quælibet ſingularis perſona, Communitatis ipſius capiatur, & detineatur, & contra eam, & eius bona alijs remedijs prouideatur, donec ipſa archa communis facta fuerit, vel donec ipſa ſingularis perſona detenta ſoluerit creditori prædicto quicquid dicta Communitas dare, vel facere teneatur. Et de eo, quod ſoluerit, contra ipſam Communitatem actionem habeat, & regreſſum.

Summarium ad statutum 127. in ciuilibus.

1 *Declaratur hoc statutum remissiuè.*
2 *Villa non habens archam communem, imponere cogitur collectam, etiam inscio Principe, & num. 3.*
4 *Collecta, an imponatur per æs, & libram, an verò per capita.*
5 *Creditor Communitatis, an teneatur contribuere, si & ipse est eiusdem communitatis, & nu. 6.*
7 *Collecta potest imponi per Iudicem, vbi communitas archam communem non facit.*
8 *Executio non potest fieri contra singulares personas pro debito vniuersitatis.*
9 *Appellatio non datur à præcepto faciendi archā communem.*
Vniuersitas non admittitur ad cessionem bonorum.

1
HOC Statutum latè declarat Carp. ad statuta Mediolani, cap. 219. videas etiam Costam, & quos refert tract. de remed. subsid. q. 81. Borgn. decis. 22. & seq. part. 2. Nicol. Losæus in tract. de iur. vniuersit. part. 3. cap. 9. nu. 5. cum seqq. plurib.

2 In verbo, archam communem] † idem de iure communi, quando Villa non habet bursam communem, cogitur satisfacere per impositionem collectæ. Bart. in l. 4. §. actor, nu. 1. ff. de iudic. D. Cost. d. remed. 81. num. 1. cum seq. vbi latè tractat de archa communiter conficienda per vniuersitates terrarum, & vide nu. 5. vbi adducit quatuor ef-
3 fectus dictæ arcæ communis. † Possunt autē communia imponere huiusmodi collectas, etiā inscio Principe, Alex. in l. si se non obtulit, nu 12. ff. de re iudic. Intellige si de causa necessitatis primo li-
4 queat, ita D. Costa d. remed. nu. 5. † An autē hæc collecta imponatur per æs, & libram, an verò per capita, vide Alex. in d. l. si se non obtulit, nu. 15. cū seq. Brun. de cess. bon. q. 9. quartę quæst. princ. & dicerem, posse dici mixtum, quia si aliqua Communitas habet solū æstimū super bonis, fiet per æs, & librā, si solū super capitibus, & bucis, pro rata cuiuslibet, si super bonis, & super capitibus ad ratam pariter, D. Cost. Collega meus d. remed. 81. nu. 8. &
5 seq. † sed quid si creditor sit de eadē Cōitate, vel Villa, an teneatur contribuere, & dic quod sic, pro parte sua, Afflict. in Constitut. Regni, sub rub. 26.
6 nu. 32. † quod intellige procedere, nisi ageretur de sanando debito præterito, slz. contracto ante Constitutionem domicilij in eo loco, vel ante bonorum acquisitionē, nam tunc non tenentur contribuere incolæ superuenietes, nisi aliter de cōsuetudine, vel ex ordinibus caueatur, ità D. Costa d. remed. 81. nu. 7.

7 In verbo, non fecerint] † de iure cōmuni vbi Communitas non fecerit archam cōmunem, potest Iudex dictam collectam imponere eis citatis, Iaf. in d. l. si se non obtulit in principio.

8 In verbo, quælibet singularis persona] † secus de iure cōi, quo non potest fieri executio contra singulares personas pro debito vniuersitatis, Pract. Papiens. in forma libelli, in actione hypothecaria, in glo. mutuo, nu. 12. cum alijs pluribus, de quibus per Carp. ad stat. Med. d. c. 219. num. 14. & seq. ad quem recurras, circa declarationē huius statuti.

9 † A tali autem præcepto faciendi archam communem, non datur appellatio, Cost. d. remed. 81. nu. 6. Minus admittitur Vniuersitas ad cessionem bonorū, Carpan. d. cap. 219. nu. 16.

De his, qui non possunt esse Parochiani. Rub. 128.

Item statuimus, & ordinamus, quòd Iurisperiti de Collegio Iudicum Ciuitatis Papiæ, Physici, Chirurgi, & Procuratores artem pro curæ, publicè, & continue exercentes, & Magistri grammaticæ, non possint, nec debeant esse, nec eligi, nec constitui Parochiani, nec possint compelli ad exercendum in aliqua Parochia Parochionatus officium.

Summarium ad statutum 128. in Ciuilibus.

1 *Parochiani, quando, & à quibus elligi debeant.*
2 *Officium Parochiani quid.*
3 *Parochiani, an, & quando teneantur denunciare delicta occulta.*
4 *Quilibet de populo ad denunciandū admittitur.*
5 *Denunciatio delictorum qualiter fieri debeat.*
6 *Parochiani, quæ delicta denunciare non tenentur, & num. 8.*
7 *Parochianus omittens denunciationes dolosè, qua pœna plectendus veniat.*
9 *Parochianus à denunciando non excusatur, licèt delictum aliter ad aures officij deuenerit.*

1 NOta, quod isti Parochiani debent elligi in principio cuiuslibet anni à Parochia, sub
2 pœna scutorū quinq; Fisco applicanda. † officium autem istorum Parochianorū est denunciare in scriptis Iusdicenti, sub cuius iurisdictione sunt, omnes violentias, robbarias, inuasiones, agrorum depopullationes, assassinamenta, homicidia, raptus virginum, & mulierum, incendia, vulnera cū sanguine, insultus cum armis, fustibus, vel lapidibus, percussiones cum sanguine, vel sine, & de eorum officio de iure cōi agit Barbat. cons. 64. nu. 5. Roman. cons. 228. num. 5. Angel. de malefic. in verbo, nec nō ad denunciationem. Si vero hoc delictum fuerit cōmissum in loco, in quo residet Iudex, & fuerit à Solis ortu vsq; ad occasum, denunciatio fieri debet infra totam diem sequentem; si autem extra locum Iudicis, infra tres dies, si fuerit cōmissum de die; si verò de nocte, infra 10. dies à die commissi delicti, ità disponētibus Nou. Const. Mediol. in tit. de accusat. in princ. vsq; ad §. hæc
3 omnia. † An autē isti Parochiani de iure teneantur

tur denunciare delicta occulta, & dic q. sic, prout testatur Clar. in § fin. prax. crim q. 9. nu 5. vbi testatur, quod solet Senatus de facili excusare similes Parochianos, nō denunciantes delicta occulta, vbi non potest in eis argui dolus, vel lata culpa.

4 † Sed quæro nunquid huiusmodi Parochiani solum admittantur ad denunciandum, an verò quilibet de populo, & dic de consuetudine omnes admitti, Clar. d. q. 7. n. 7. vbi Baiard. in addit. ad eū num. 13. & formam istarum denunciationum, tradit idem Clar. vbi supra nu. 10.

5 † Sed aduerte, quod ex forma Constitut. Mediol. in d. tit. de accusat §. hæc omnia, tenentur Parochiani exprimere qualitates delictorum, tempus, ac locum commissi delicti, ac nomina, & cognomina delinquentiū, siue mandantiū, ac testiū, qui interfuerunt delictis, vel de eo informatorum, sub pœna scut. decē Fisco applicāda, nota tñ, quod si essent occulta parochiano nomina delinquentiū, & testium, tunc sufficeret, quod dicat nomina eorum, à quibus intellexit, vt per eundem Clar. vbi supra nu. 10. in fine.

6 † Sed quero quid si fuerit delictum commissum cum aliquo filio, parente, fratre, consobrino, nepote ipsius Parochiani, nūquid huiusmodi parochianus teneatur huiusmodi delictum denunciare, & dicas, quod non, nec habent locum pœnæ suprascriptæ, ita Bald. in l. lēge Iulia in lect. antiqua, in verbo nota argumentum, quod Syndicus, ff. de testib. quem refert & sequitur Plot. in repert. l. si quando in verbo decretum sub rubr. de accusat.

7 † Si autem parochianus dolosè omitteret maleficium, vel delictum denunciare, vel saltem denunciaret dolosè, pœna falsi tenetur, Boss. titu. de denuntiatione num. 15.

8 † Denunciare autem non tenetur percussiones sine sanguine, ob quas quis in lecto non iacuit, Marsil. consil. 71. nume. 6. & ideò ob id Senatus Excellentissimus liberauit commune Iuuenzani agri Papiensis die 11. Iulij 1543. nisi tamen talia delicta essent per publica edicta prohibita sub graui pena, vt sunt bastonatæ datæ apostatè, & animo deliberato, pro quibus ex Principum edictis pœna etiam corporalis indicitur.

9 † Nota tamen, quod licet de delicto procedatur per accusationem, vel ex officio non excusatur parochianus, qui non denunciauit, Bald. in l. in cognitione, ff. ad Sylanian.

Quod Ciues debeant venire ad habitandum in Ciuitate Papiæ. Rubr. 129.

ITem statuimus, & ordinauimus, quòd quilibet ciuis Ciuitatis Papiæ intrinsecus seu forensis descriptus in æstimo in Ciuitate Papiæ, qui de cætero habitauit in districtu Papiæ habens in bonis valimentum florenorum mille, vel ab inde supra teneatur, & compelli possit per Dominum Potestatem Papiæ, omnibus iuris remedijs, venire ad habitandum in Ciuitate Papiæ, aliqua parte anni, cum familia, à festo cuiuslibet anni S. Martini, vsque ad tres menses proximè subsequentes. Et qui contrafecerit, seu venire neglexerit, incurrat in pœnam librarum quinquaginta Papiens. pro singulo anno, quæ pœna veniat applicanda pro medietate communi Papiæ, & pro alia medietate accusatori. Et prædictum statutum sit & esse debeat derogatorium omnibus alijs statutis, prouisionibus, & decretis in contrarium facientibus, seu loquentibus, quòd statutum D. Potestas Papiæ infra tres menses post publicationem præsentium statutorum, teneatur notificari facere per præconem Ciuitatis Papiæ.

Summarium ad statutum 129. in Ciuilib.

1 *HOC Statutum, qua ratione factum.*
2 *Ciues in Ciuitate non habitantes, quibus pœnis plectantur, de iure communi.*
3 *Ciuis, quis dicatur.*
4 *Ciuium appellatione, qui veniant, & vide nume. 5. & 6.*
7 *Incola gaudent beneficio Statutorum.*
8 *Ciuitas, qua.*
9 *Appellatione Ciuitatis, an veniant suburbia.*
10 *Ciuitas absque Episcopo esse non potest.*
11 *Clausula omnibus iuris remedijs, quid importet.*
12 *Habitans in continentibus, seu suburbijs, in Ciuitate habitare dicitur.*
13 *Vrbis continentia, & suburbia, quæ dicantur remissiuè.*

1 Tem statuimus] † huiusmodi statutū dicitur factum pro communi bono ad hoc vt Ciuitas efficiatur populatior, Socin. Sen. conf. 12. colum. penult. versic. vltimo ostenditur libro primo, relatus per Menoch. de arbitr. iud. casu 155. nume. 7. & vide supra de Regim. Potestat. statu. 46. vbi idem disponitur; & quæ ibi dicta sunt, & etiā supra statuto 81. in fine, extant etiam Noui ordines Catholicæ Maiestatis, vt non habitantes per dictum tempus in Ciuitate teneantur soluere cum ruralibus.
2 † De iure autem cōmuni Ciues non hobitantes, & onera cum alijs Ciuibus non subeuntes ciuilitatis priuilegium amittunt, etiam si sint originarij, Bald. in l. 2. C. de infant. expos. Cæphal. consil. 53. nume. 35. consil. 171. nume. 34. &

& cons. 246. num. 15. ac ferè per totum lib. 2. Rolan. à Vall. cons. 79. num. 31. & seq. & consil. 80. lib. 3. Boss. de pæn. num. 43. Rimin. Iun. consil. 363. num. 114. & seq. Alciat. consil. 53. num. 14. Imò si aliquo tempore habitauerint, & postea desierint habitare dicuntur amisisse priuilegium cũ causa commensurata tempori effectum secũdum tempus producat, Tiraq. in tractat. cessante causa parte prima, num. 216. Surd. cons. 497. num. 6. lib. 4. Menoch. tollens aliqua contraria consil. 1060. nume. 43. & seq. lib. 11. Surd. qui loquitur de non subeuntibus onera cons. 313. maximè nume. 54. & seq.

3 In verbo, quod quilibet Ciuis.] † Ciuis propriè dicitur, qui natus est in Ciuitate, & eius originarius est, Brun. in tract. statut. fœmin. exclud. artic. 12. quæst. 4. num. 13. dicitur etiam Ciuis, qui non sustinet onera cũ ruralibus, Boss. in sua praxi crimin. in tit. de Principe, & eius priuileg. nume. 363. quod etiam cauetur in Nouis Constitutionibus Mediol. in tit. de feud. cap. interdictum est, §. habeantur pro ciuibus, dummodo saltem per decennium non sustineant onera cum rurali-
4 bus, vt ibidem cauetur. † An autem ciuium appellatione veniant ciues ex priuilegio, latè tradit Cæphal. cons. 451. quasi per totum, & † an veni-
5 ant nati in castris, & villis, Ciuitati subiectis, & comitatenses, vide latè Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 99. num. 21. vsque ad finem, vbi concludit propriè, & verè non venire.
6 † An autem ciuium appellatione veniant incolæ, vide text. in l. prouinciales, ff. de verbo. signif. Alexan. cons. 20. nume. 11. lib. 2. vbi tenet
7 quod sic, hinc † etiam dicimus incolas gaudere beneficio statutorum, vt per eundem Alexan. in l. in prouinciali, §. si publico, ff. de oper. nou. nunciat. Appost. ad Alex. d. cons. 29.

8 In verbo, Ciuitatis Papiæ,] † Ciuitas propriè dicitur, quæ muris, & continentibus edificijs finitur, Hieron. de Mont in tract. fin. regund. capit. quinto.

9 † An autem appellatione Ciuitatis veniant suburbia in materia statutaria, vide latè Gozad. cõsil. 5. in princip.

10 † An autem Ciuitas dici possit sine Episcopo, & ad essentiam Ciuitatis de necessitate requiratur Episcopus, latè Deci. in cap. Episcopalia de priuileg. vbi post Abb. ibidem concludit, quod non, & quid si sit Ciuitas ponit latè Bertazol. tract. de clausul. instrumentorum, claus. 20. glo. 24. num. 1. vbi num. 5. vult ad essentiam Ciuitatis requiri Episcopum in Italia, secus in alijs prouincijs, & vide ibi latius per eum.

In verbo, omnibus iuris remedijs,] Quid im-
11 portet † huiusmodi clausula, dictum est supra in alijs statutis.

In verbo, ad habitandum in Ciuitate Papiæ,]
12 Nota † quod huiusmodi statuto dicitur satisfactum si venerit ad habitandum in continentibus, vel suburbijs Papiæ, in terminis, Menoch. de arbi-
13 tr. iudic. casu 55. num. 5. vbi declarat, † quæ dicantur vrbis continentia, & suburbia.

De modo producendi in causis Communis Papiæ. Rubr. 130.

ITem statuimus, & ordinauimus, quòd in causis communis Papiæ pro ipso communi motis, & mouendis, procedatur, cognoscatur, diffiniatur, & exequutio fiat summariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, & quod tempora statuta à lege, seu à statutis communis Papiæ, sibi non cucurrerint, nec currant, nec in ipsis causis locum habuerint, nec habeant. Sed potuerint, & possint iusdicentes ad ipsorum arbitrium vltra tempus, quod diceretur fuisse, vel esse instantiæ, seu instantiarum ipsarum causarum ad sententias procedere. Et quod sententiæ, quæ vltra ipsa tempora latæ fuerint, valeant, & teneant, & exequutioni mandentur, quemadmodum si intra tempora dictarum instantiarum latæ essent: alijs statutis communis Papiæ tractantibus de procedendo in quacunque causa, siue principali, siuè appellationis, siuè nullitatis, seu ad arbitrium boni viri reductionis, seu in integrum restiutionis, & alijs quibuscunque, & cuiuscunque maneriei non obstantibus. Addentes, quod aduersus omnem contractum iudicialem actum sententiæ omissum, & neglectum possit dictum commune Papiæ in integrum restitutionem petere, & omni tempore etiam vltra quadriennium, & beneficio huius statuti aduersarij communis Papiæ in dictis causis vti non possit.

Summarium ad statutum 130. in Ciuilib.

1 *INstantia non habet locum in causis communis Papiæ contra alios.*
2 *Clausula summariè, de plano, sine strepitu &c. quid importet, remissiuè.*
3 *Sententia lata post lapsum instantiæ, de iure cõmuni nulla.*
4 *Iudex preferens sentẽtiam post lapsum instantiæ, quibus pœnis plectatur.*
5 *Ciuitas ad instar minoris in integrum restituitur.*
6 *Tempus petendi restitutionem in integrum, incipit currere solum à die scientiæ.*
Et quæ vtilitas indè resultet num. 7.
8 *Restitutio de iure communi, intra quadriennium est petenda.*
9 *Tempus petendi restitutionem in integrũ per statutum prorogari potest.*

Nota,

1 NOTA, † quod vigore huius Statuti in caufis Cõmunis Papiæ, in quibus agitur contra alios non habet locum inſtantia de qua ſupra in ſtatut. 1. in Ciuilib.

In verbo, ſummariè de plano ſine ſtrepitu, & fi-
2 gura iudicij,] quid † importet, huiuſmodi clauſula, vide infr. ſtatut. 137. vbi dicetur.

In verbo, ad ſententias procedere,] ſecus de iu-
3 re communi, † quo caſu ſententia lata perempta inſtantia eſt ipſo iure nulla, cum perempta inſtan-
4 tia deſinat eſſe iudex, † Imò iudex pronunciando venit pœna afficiendus, vt per Afin. in ſua praxi Iudic. §. 2. cap. 14. num. 7. cum ſeq., & plures alios caſus, in quibus non habet locum inſtantia, videas in Nouis Conſtitut. Mediol. in tit. de iudicijs, §. hæc tamen conſtitutio, & dixi ſupra ad primum ſtatut.

In verbo, in integrum reſtitutionem petere,]
5 Idem de iure communi † quo Iure Ciuitates iure minorum reſtituuntur in integrum ex pluribus citatis per Odd. de reſtitut. in integrum q. 3. art. 5. & q. 18. art. 7. nu. 43. Nicol. Loſæus de iur. vniuerſit. part. 3. cap. 18. per totum.
6 In verbo, & omni tempore,] † reſtitutionem in integrum petendi tempus, quando incipiat currere, dic quod à die ſcientiæ, Bald. in l. falſam, C. de falſis inſtrum. Alex. conſ. 71. nu. 7. lib. 1. & conſ. 84. num. 3. lib. 1. & vide latè Bart. in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter in 2. q. princip. nu. 11. ff. ex quib. cauſ. maior. Loſæus de iur. vniuerſ. part. 3. c. 18. nu. 2. latè Odd. de reſtit. in integr. q. 20. per to-
7 tum; Hinc † infertur quod ſi quis ſtaret per centum annos, quod probabiliter ignoraret, adhuc poſſet petere reſtitutionem in integrum, ſecundũ Bald. ad dictã l. falſam, Alex. conſ. 4. n. 19. lib. 2 1. & alios proxime citatos.

In verbo, etiam vltra quadriennium] de † iure
8 communi ſolum reſtitutio regulariter petitur intra quadriennium, adeò vt amplius peti non poſſit l. fin. C. de temp. in integr. reſtit. pet. Alex. d. conſ. 4 nu. 19. lib. 2. & conſ. 71. nu. 2. lib. 1. Bart. in d. §. ſed quod ſimpliciter nu. 12. late Oddus de reſtitut. in integrum, q. 19. art. 3. cum duob. ſeqq. vbi ampliat
9 & limitat hanc regulam art. 3. per totum, † & nota quod benè poteſt hoc tempus quadriennij prorogari per ſtatutum, & ſtatui quod etiã poſt quadriennium poſſit peti, prout fit hic, per ea, quæ ponit Odd. d. q. 19. art. 6.

Quod pacta creditorum quouis modo, ſeu licentiæ, aut facultates vendendi, vel aliqualiter alienandi ſuper aliquibus rebus immobilibus de cætero locum non habeant. Rubr. 131.

ITem ſtatuimus, & ordinauimus, quòd pacta creditorum quouis modo, ſeu licentiæ, aut facultates vendendi, vel aliqualiter alienandi, quæ, & quas creditores habent, vel habebunt, in & ſuper aliquibus bonis immobilibus, aut eorum iuribus amodo non valeant, nec teneant, nec habeant roboris firmitatem, ſiue facta ſint, ſiue fiant in Ciuitate, vel Epiſcopatu Papiæ, ſiue extra vbicunq;. Et ſi qua venditio, vel alienatio aliquorum bonorum immobilium, vel iurium eorum vigore pactorum prædictorum licentiæ, vel facultatis, vel ex lege fiat, ſiue in Ciuitate, vel Epiſcopatu, vel territorio Papiæ, ſiue alibi vbicunq; non intelligatur ex tali venditione, vel alienatione eſſe, nec ſit translatum dominium, nec poßeſſio etiam traditione ſequuta, vel alio, quòd alias loco traditionis habeatur, niſi ipſa poßeſſio verè, & realiter eſſet penes vendentem, vel alienantem, quo tantum caſu ipſa poſſeſſio tranſeat, ſeu poſſit tranſire. Inſuper nec de eis ius reddatur, ac ſi talia pacta licentiæ & facultates facta, aut appoſita non fuiſſent, aut aliàs ex lege vendere, vel alienare non licuiſſet, quinetiam quantum ad id Dominus Poteſtas Papiæ, & quilibet eius Iudex, & omnes per tempora ius reddentes in Ciuitate Papiæ, & Epiſcopatu, ſeu territorio nullam iuriſdictionem habeant, nec habere intelligantur. Et hæc omnia niſi in præiudicium expreßè conſentientium tempore talis venditionis, ſeu alienationis in ipſa alienatione, vel poſtea per publicum Inſtrumentum. Et huic ſtatuto renunciari non poſſit etiam per ſacramentum vel pactum, nec aliquo alio modo. Et prædicta locum habeant etiam in litibus, ſeu in cauſis, vel quæſtionibus etiam pendentibus per appellationem, vel querelam, ſeu alio modo. ¶ Item quod ſi qua venditio, ſeu quæuis alienatio alicuius rei immobilis, aut eius iuris facta ſit, vel reperiatur hinc retro à tempore adepti dominij Ciuitatis Papiæ per præf. Dominum noſtrum, & recolendæ memoriæ Dominum Galeatium Vicecomitem genitorem ſuum in Ciuitate Epiſcopatu, ſeu Territorio Papiæ, vel extra quocunque loco per aliquem creditorem, vel ab eo cauſam habentem vigore pactorum licentiæ, ſeu facultatis ſibi conceſſorum, in qua, & pro qua eius tempore fuerit læſio, ſeu deceptio re ipſa, vel alio modo in dimidia, uel ultra dimidiam iuſti pretij, ſeu æſtimationis, uel eius pretium conuentum,

uel

vel quod loco rei taliter alienatæ datum est, seu dari conuenit, aut ualorem rei venditæ, uel alienatæ tunc fuerit duplum, uel ultra ueri crediti pro quo, seu cuius vigore facta reperiatur uenditio, uel alia queuis alienatio, quòd per talem uenditionem, seu alienationem, & sequuta exinde non intelligatur esse, nec sit translatum dominium, nec quasi, & dictis casibus prædicta pacta licentiæ, & auctoritates, vsquè ab initio pro non factis & non appositis, & non concessis penitus habeantur, & hoc nisi in præiudicium eorum, qui expreßè consenserint tempore talis venditionis, seu alienationis in ipsa venditione, seu alienatione, vel postea, & suorum heredum, de quo expresso consensu legitimè constet, & ad eius suum consequendum quilibet admittatur etiam non obstante aliqua sententia hinc retro prætextu talis venditionis, seu alienationis lata, dummodò aliud iuridicum non obsistat. Et prædicta seruentur in omnibus causis controuersijs quæstionibus etiam, pendentibus per appellationem restitutionem, vel quærelam, vel alio quouismodo. Et prædicta omnia locum habeant, & seruentur per quemcunque, & inter quoscunque in iudicijs, & extra. Non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus iuribus communibus, vel specialibus, uel ordinamentis in contrarium loquentibus.

Summarium ad statutum 130. in Ciuilib.

1 *Hoc Statutum correctorium Iuris communis.*
2 *Ad hoc statutum, quæ sint videnda.*

1 HOC † statutum corrigit dispositionem iuris communis, de qua in l. si conuenerit, vbi Bart. ff. de pignorat. actio. & habetur in l. prima. C. de iure dom. impetr. & † circa hoc statutum videndus est omninò, Carpan. ad statut. Mediol. cap. 277. quo loci declarat statutum Mediol. disponens ferè per similia verba, sicut nostrum, & ideo ad illum semper recurres, non enim refero, cum nihil mihi pro nunc addendi locus offeratur, & apud eum videri possit, Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. q. 18. nu. 111. & seqq.

Quomodo, & qualiter debeant compartiri onera Communis Papiæ, tam per Ciues Ciuitatis, quàm per habitantes foris ipsam Ciuitatem. Rubr. 132.

AD tollendum, & euitandum quæstiones, & quærelas, quæ sunt oriuntur, & quottidie fiunt inter, & per ciues, & districtuales Ciuitatis Papiæ occasione onerum, quæ quottidie contingunt imponi ipsis ciuibus, & districtualibus, in quo loco debeant sustinere, & qualiter debeant compartiri, ut æqualitas in ipsis sustinendis quantum possibile sit obseruetur. Statuimus & ordinamus, quòd illa onera ordinaria quæ de cætero contingent imponi super æstimo ad rationem solidi, & solidorum, seu libræ pro libra æstimi sustineantur per omnes personas descriptas in æstimo in eo loco Porta, & Parochia, in quo & qua reperirentur esse descriptæ, siue ibi habitent, siue non tempore impositionum ipsorum. Et intelligantur illa onera ordinaria, quæ imponuntur ciuibus, & districtualibus per literas domini nostri simul & semel, tàm in Ciuitate, quàm in districtu, cætera verò intelligantur extraordinaria. Alia verò onera extraordinaria, quæ de cætero imponi contingent in Ciuitate Papiæ sustineantur per personas habitantes tempore hyemali in Ciuitate Papiæ, & burgis pertinentibus ad ipsam Ciuitatem. Et intelligantur habitare in Ciuitate Papiæ, si ibi habitauerint à festo S. Martini, usquè ad tres menses proximè subsequentes. Illa uerò onera extraordinaria, quæ contingent imponi in districtu Papiæ sustineantur tantum in eis locis in quibus contingent ea imponi per habitantes in dictis locis tempore hyemali cum familijs suis cuiuscunque conditionis existant, siue ibi sint æstimati siue non. Et intelligatur Ciues forenses illi, qui habitauerunt in hyeme proximè præterita in districtu Papiæ, & sic qui de cætero

habitabunt, videlicet, à dicto festo Sancti Martini, vsque ad tres menses proximè subsequentes. Castellani verò existentes Ciues, teneantur solum cum ipsis Communitatibus ad infrascripta onera, videlicet, ad expensas fortiliziarum fortificandarum, refectionem pontium, & stratarum ipsarum terrarum, & custodias, & diuissiones præstandas pro ipsis fortilitijs; quæ onera extraordinaria imposita tàm illis de Ciuitate, quàm illis de districtu compartiantur, & diuidantur inter habitantes vtsupra, videlicet, duæ partes pro hauere, secundum quantitatem æstimi cuislibet personæ, & alia tertia pars, super persona, seu capite tantum. Et intelligatur esse vnum caput, seu vna persona tantum, quantum ad sustinendum dicta onera personalia, etiam si in vna domo sint plura capita, seu personæ non excedentes numerum duorum capitum. Si verò excedunt numerum duorum capitum computentur pro duabus personis, & capitibus tantum, quotquot sint maiores decem & octo annis, & minores septuaginta, & dum modò stent ad vnum panem, & vnum vinum, & æstimum commune habeant. Et si aliquis bubulcus, camparius, castaldus, porcharius, pastor, vel familiaris alicuius personæ habitauerit per se in Ciuitate, vel Burgis Papiæ, vel in aliquo loco, Castro, vel Villa districtus Papiæ, cum familia sua, ipsa talis persona debeat æstimari in eo loco, in quo habitat, vel habitabit, & æstimatus, teneatur soluere, & sustinere omnia onera, tàm pro auere, quàm pro persona vtsupra continetur. Non obstante aliquo statuto communis Papiæ, vel prouisione in contrarium loquente, quibus per præsens statutum derogatum est. Et maximè non obstante statuto posito in volumine statutorum Communis Papiæ, quod incipit. Item statuimus, quòd aliquis Potestas, Officialis, seu Rector, vel aliqua Communitas, non possit, nec debeat constringere aliquem bubulcum &c. dummodò non sint personæ, quæ habeant immunitatem. Et si aliqua persona descripta in æstimo, in Ciuitate Papiæ, vel in aliquo Castro, Villa, vel Burgo, iuerit, vel de cætero ibit ad habitandum in aliquo Castro, Villa vel burgo, quòd quæ, vel qui habeat immunitatem, vel gratiam, seu non sustineat onera, vel factiones cum Communi Papiæ, quòd illa talis persona sic descripta in æstimo, possit, & debeat compelli omnibus iuris remedijs ad sustinendum omnia onera, & factiones in eo loco, in quo descripta est in æstimo pro hauere, & perso- vtsupra continetur. Custodiæ verò nocturnæ, & diurnæ, & salaria Potestatum diuidantur per capita tantum, & non pro hauere. Et capita intelligantur vtsupra maiores decem & octo annis, pro quolibet capite, & minores septuaginta.

Summarium ad statutum 132. in Ciuilibus.

1 *AD hoc statutum, quæ videnda.*
2 *Quæ dicatur onera ordinaria, & quæ extraordinaria, de iure communi, & quæ vigore huius statuti nu. 14.*
3 *Ecclesia, minimè tenetur ad onera extraordinaria.*
4 *Ecclesia, quæ onera subire teneatur, remissiuè.*
5 *Ecclesia tenetur ad refectionem murorum, pontiũ, viarum, & aliorum, quæ respiciunt publicam vtilitatem.*
6 *Clericus, respectu tributorum, an trahi possit ad forum seculare, remissiuè.*
7 *Verbum de cætero, importat tempus futurum.*
8 *Onera, quædam realia, quædã personalia, & quædam mixta.*
9 *Onus mensualis, dicitur merè, reale.*
10 *Salaria Officialium inter onera personalia connumerantur.*
11 *Appellatione onerum mixtorum, quæ veniant, & num. 12.*
13 *Taxa equorum, à quo originem sumpserunt.*
15 *Collecta, an, & quando, & quibus personis à Ciuitate potest imponi.*

1 VIDE † aliud statutum supra nume. 81. & quæ ibi dicta sunt, Menoch. cons. 1144. Cost. cons. primo.
2 In verbo, quod illa onera ordinaria] † onera ordinaria de iure communi illa esse dicuntur, quæ sunt imposita à lege, vel à Summo Imperatore, seu ab eo qui uicem eius obtinet, & habent certam, & determinatam formam, alias dicuntur extraordinaria quoties non habent certam formam, & non sunt imposita à lege, vel ab Imperatore, vt per Iason in l. placet in prima lect. nume. 6. & in 2. lect. nume. 7. C. de sacrosanct. eccles. & hoc est vtile
3 scire, † quia Ecclesia non tenetur ad onera extraordinaria, vt per DD. communiter in dicta l. placet latè Gallia cõsil. 59. quasi per totum vbi quæ-
4 rit, † ad quæ onera teneatur Ecclesia succedens
5 priuato; vnum tamen scias, † quod Ecclesia bene tenetur ad refectionem murorum, pontiũ, viarum, & aliorum, quæ publicam respiciunt vtilitatem, l. ad Instructionem, C. de Sacrosanct. Eccles. l. ad reparationem, C. de aquæductu lib. 11. Alexan. cons. 68. nume. 13. lib. 2. Rip. in tracta. de

de peste, titul. de remed. ad conseru. vbertatem num. 234. & responso primo, tit. de muneribus & honorib. in 2. dub. Osasch. decis. 68. Gallia dict. cons. 59. num. 52. quo loci refert nonnullos DD. tenentes contrarium, demum concludit hoc verius, dummodo concurrant sex requisita de quibus per eum num. 55. & seq.

6 An † autem ratione tributorum, quæ dicuntur onera ordinaria, vt per Doct. in d. l. placet, clericus possit trahi ad forum seculare, Bald. in l. de his, C. de Episc. & Cleric. Natt. cons. 27. Tiraq. de retr. lignag. §. 32. glo. vnic. num. 80. & seq. Franc. Marc. decis. 372. in 2. part.

7 In verbo, de cætero] hoc verbũ de cætero importat tempus futurum, Asyn. in sua praxi iudiciorũ, §. j. nu. 6. & dixi infra ad statutũ 134. nu. 2.

In verbo, super estimo ad rationem soldi.] ad
8 declarationem supponendum est, † quod onerum quædam sunt personalia, quædam mere realia, quædam mixta. l. rescripto, §. sciendum, l. fin. ff. de muner. & honor. Bart. Ias. & alij, in l. placet, C. de sacros. eccles. Gallia hæc tria declarans di-
9 cto consil. 59. nume. 2. † hoc autem onus, quod soluitur super estimo, & sic pro bonis allibratis, & descriptis in estimo, seu catastro, quod communi nomine appellatur mensualis, dicitur merè reale,
10 Gallia d. consil. 59. † Inter onera vero personalia connumeratur salarium Prætoris, Medici, ac cæterorum officialium, quæ cum sint personalia diuiduntur super capitationibus, & bucis, Boss. in tit. de Principe, & priuileg. eius nume. 100. cũ seqq. Gallia d. cons. 59. num. 4. & num. 45. cum
11 seqq. plurib. † Inter onera verò mixta connumerantur hospitationes militum, & eorum alimonia, Natt. cons. 409. nume. 3. Gallia d. cons. 59.
12 num. 73. † Item taxæ equorum, quæ successerunt in locum hospitationum dicuntur onera mixta, personis pro rebus indicta, Bellon. cons. 12. num. 3. quæst. 10. ac 15. ad finem, Crauet. cons. 972. ante nume. 7. Plot. † qui etiam ponit à quo
13 habuerint originem huiusmodi taxæ equorum in repetitione l. si quando num. 27. C. vnde vi, Gallia d. cons. 59. num. 56. versic. quo vero ad quartam speciem, & dixi etiam supra.

14 In verbo, & intelligantur illa onera] † declarat quæ dicantur onera ordinaria, & quæ extraordinaria, de iure autem, quæ veniant dixi supra eod.
15 in verbo illa onera ordinaria. † Oritur autẽ dubium, an Ciuitas, vel vniuersitas possit collectas subditis suis imponere absque Principis, vel Superioris licentia, & distingue, aut agitur de causa voluntaria simpliciter, & non potest, Alb. cons. 61. num. 5. lib. 2. Burs. quæst. 60. num. 7. Thes. decis. 257. num. 4. Aut de causa vtili, & superioris exigitur authoritas, Petr. de Vbald de collect. nu. 1. Thomat. d. tract. cap. sane si negotium, nu. 29. Aut agitur de causa necessaria vrgente, nec Ciuitas aliundè potest satisfacere, & hoc casu per se potest, vt præcitati concludunt, & ita in puncto pluribus relatis firmat Menoch. cons. 1201. nu. 6. cum seqq. lib. 13. vbi in 3. dicto nu. 25. & seq. ponit, quod dicatur debitum necessarium, & qualiter collecta sit imponenda, in 4. & 5. dubitatione, & an forensibus imponi possit in 7. dubitatione, qualiter autem onera inter ciues & rurales sint distribuẽda, vide Menoch. cons. 1144. Cost. cons. j.

De modo conducendi aquas, & faciendi conductus. Rubr. 133.

Item statuimus, & ordinamus, quod quilibet volens conducere, seu conduci facere aquã, cui iurisdictio ipsius aquæ competat, quod eam conducere, seu conduci facere possit, & valeat, & licitum sit cauando clusas, & alia necessaria faciendo, prout dicto conducere volenti videbitur per terras, & possessiones consortum, seu vicinorum, ad minus tamen damnum ambarum partium, cum hac conditione, quod vti volentes commodo aquæ currentis inquantum iurisdictio ipsius aquæ competat, ipsi teneantur, & debeant conferre ad ipsos sumptus necessarios pro ipso conductu construendo pro rata, quod iustum fuerit, & arbitrabitur per personas expertas. Si autem ipsa aqua, vti nollent, vel non possent, quod pro damno, quod paterentur pro eorum terris, & possessionibus, per quas fierent prædicta occasione conductus ipsius aquæ prouideatur, & satisfiat eisdem, vt indemnes conseruentur de valore terrarum, quæ eis occupabuntur arbitrio duorum, vel plurium virorum expertorum in talibus per partes eligendorum. Ita tamen, quod vigore præsentis statuti, in præiuditium alicuius conductus aquæ facti causa adaquandi aliqua prædia, non possit aliquid innouari.

Summarium ad statutum 133. in ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Aquas ducere quis potest per fundum alienum, & quomodo.*
3 *Hoc statutum dicitur fauorabile.*
4 *Vendere nemo cogitur rem suam regulariter.*
5 *Fallit ratione publicæ vtilitatis, prout tempore carestia.*
6 *Molendinum ædificare licitè potest is, per cuius prædia aqua labuntur.*
7 *Scolatitia ducentes, an possint vti beneficio huius statuti.*
8 *Clerici, an hoc statuto obligentur, & nu. 9.*

1 AD hoc † statutum, vide etiam Nouas Constitutiones Mediolani, in tit. de aquis, &
2 fluminibus, in † quibus permittitur, posse duci aquas

aquas per agros cuiuslibet, etiam secus viam ad minus damnum, & incommodum partis, soluto tamen prius eius prætio terræ occupandæ, & quartò pluri, nec non, & damnum, quod fieri contigerit æstimandum per duos peritos, & vt latius

3 ibi continetur; & scias, † quod hoc statutum, & memoratæ constitutiones, idem statuentes dicuntur fauorabiles, & propter publicam vtilitatem introductæ, vt per Menoch. post Cepol. & Rubeum per eum allegatos de arbitr. iudic. casu 462. nu. 11. & dum statutum vult ductum aquę conducendæ ad minus damnum, & incommodum partium intelligi debet, de partibus, per quorum agros, vel fundos fit transitus, non autem ad minus damnum conducere volentium aquas, l. 3. §. is qui, ff. de aqua quotidiana, & æstiua l. seruus, §. si quis riuũ, ff. de riu. plura in puncto D. Rouescalla olim humanissimus, & eruditissimus præceptor meus, in suis lucubrationibus ad consilia Baldi, consil. 34. lib. 5.

4 In verbo, de valore terrarum &c.] nota, † quod licèt regulariter nemo cogatur vendere rem suam l. nec emere, vbi DD. ff. de iure delib. cap. 1. vbi Abb. & Felin. de empt. & vend. tamen inter alias plures fallentias datas per Abb. & Felin vbi supra; & per Ias. in d. l. nec emere restringitur hæc regu-

5 la, vt non procedat, † ratione publicæ vtilitatis, ob quàm quis cogitur vendere rem suam, vt hic, prout testatur Menoch. dicto casu 462. num. 13. Hinc dicimus, quod tempore carestiæ, possunt cogi diuites vendere frumentum ob bonum publicum, Bart. in l. annonã, ff. de extraordin. crimin. & in l. prima, §. cura carnis. ff. de officio Præfect. Vrbis, Ias. ad l. nec emere, Abb. in d. cap. primo, num. 6. Rip. tract. de peste, tit. de remed. præseruat. contra pestem, num. 186. cum pluribus seqq.

6 In verbo, quę eis occupabuntur] † nota tamen, quod is per cuius prædia aqua, ducitur ad loca inferiora potest licitè in suo prædio conficere molendinum, dummodo tamen non impediat aquæ cursum, ità Curt. sen. cons. 23. quem refert, & se-

7 quitur Menoc. dicto casu 462. in fine. † Habereq; locum hoc statutum, non solum si quis aquam viuam vellet concedere, sed etiam scholaticia, declarauit Excellentissimus Mediolani Senatus die 23. Martij 1554. per decretũ Papiæ Prætori emanatum. & 1588. 23. Martij, in causa Dominorum de Medijs barbis.

8 Hoc † statuto ligantur etiam clerici volentes eodem, vti statuto tamquam publicam respiciat vtilitatem, & eorum bona, Menoch. cons. 800. nu.

9 18. lib. 8. & cons. 1000. nu. 33 lib. 10. non † tamen habet locum, quando ducens aquã afferret damnum, vt quia transeundo per agrum vicini, in quo scaturiunt aquæ, & ducendo aquas abducerentur, Cepol. de seruitut. rustic. prædiorum, cap. 4. num. 69. Menoch. de retinenda possess. remed. 6. num. 110.

Quod Inuentarium, & beneficium inuentarij de cetero non habeat locum. Rubr. 134.

ITem statuimus, quod de cætero in Ciuitate Papiæ, eiusq; districtu in futuris hæredibus, non habeat locum inuentarium, nec beneficium inuentarij, & legis, scimus C. de iure deliberandi.

Summarium ad Statutum 134. in Ciuilibus.

1 *AD hoc statutum, quæ videnda.*
2 *Clausula, de cætero, quid importet.*
3 *Hoc statutum non ligat personas ecclesiasticas.*
4 *Clericus adiens hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij, minimè consequitur partem aliorũ fratrum repudiantium.*
5 *Fraus non præsumitur in illo, qui se facit clericũ, vt vtatur beneficio huius statuti.*
6 *Hæres Papiæ non gaudet beneficio Inuentarij.*
7 *Cautela, qua succurritur hæredi non gaudenti beneficio Inuentarij.*
8 *Beneficium inuentarij, dicitur multiplex.*
9 *Hæres cum beneficio inuentarij, non tenetur vltra uires hæreditatis.*
10 *Hæres nõ conficiens inuentarium in foro conscientia, non tenetur vltra uires hæreditatis.*
11 *Statutum hoc, an trahatur ad bona extra territorium.*
12 *Minor, qui adiuit, licèt non gaudeat beneficio Inuentarij, potest tamen restitui in integrum.*
13 *Maior restituitur aduersus aditam hæreditatem, ob iustum timorem, seu ignorantiam.*
14 *Senatus Excellentissimus Mediolani aliquando dispensauit, posse adiri hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij.*

1 Irca hoc statutum plura dici possent circa materiam inuentarij, sed quià plenè de hoc discutit, Carpan ad stat. Mediol. cap. 277. per totum, quo loci adest pænè consimile statutũ, ideò omittenda censeo, cum apud eum videri possint, & apud Rol. à Val. in suo tract. de inuentario, nec non apud Fanuc. in eodem tract. solum nonnullà apponenda curabo ad declarationem huius nostri statuti; scias itaq; quod valet huiusmodi statutũ tollens vires inuentarij, Roll. à Vall. in tract. de confectione inuentarij, vers. testator an possit prohibere, nu. 5. circa finem.

2 In verbo, de cætero † hoc verbũ importat tempus futurum, Asin. in in sua praxi Iud. §. 3. cap. 1.

3 & dixi supra ad statutum 132. nu. 7. † est tamen sciendum huiusmodi statutum minimè ligare cle-

4 ricos, Alex. cons. 209. cum duob seqq. volum. 2. † scias tamen, quod si pluribus fratribus deferatur hæreditas ab intestato, inter quos adsit vnus clericus, quod tunc ipse non potest habere partem aliorum, eam repudiantium, ad hoc, vt possit, vti beneficio legis, & inuentarij, ità cauetur ex diplomate Clementis Papæ VII. dato primo Septemb. anni 1533. & publicato die 29. Iulij 1534. licèt in terris Summo Pontifici immediatè non subiectis,

vir, & vxor, Curt. sen. d. consil. 78. nume. 3. cum seq. Phanuc. de lucro dotis glo. 5. in verb. sine liberis num. 36. cum seq. Alciat. consil. 88. num. 1. communiorem asserit Boer. decisio. 113. num. 5. Rolan. de lucro dotis quæst. 26. num. 8. cum seq. imò etiam si secundo viro dedisset dotem in præiuditium filiorum primi matrimonij, intelligitur, vt filij viuentibus coniugibus, vel ipsa vxore filij primi matrimonij nil consequi possent, at mortua vxore posse filios primi matrimonij agere ad dotem maternam saltem ex dispositione, l. hac edictali tenuerunt Curt. Iun. d. consil. 78. colum. 3. & 4. Rim. Iun. consil. 484. nu. 24. cum seqq.

147 † Nota tamen, quod istud statutum permittens marito lucrum dotis in præiudicium filiorum primi matrimonij, non habet locum, quando filij primi matrimonij essent forenses, ita Rolan. de lucro dotis d. quæst. 36. Castr. consil. 368. vol. 2. Phanuc. de lucro dotis glo. 5. num. 39. & seq. Ruin. consil. 49. num. 5. lib. 3. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 298. num. 316. Alb. cons. 50. nume. 9. & seq. Riminald. Iun. consil. 484. nume. 28. libro quinto.

148 † Non etiam pariter habet locum, quando bona essent extra Iurisdictionem, & sic extra Principatum Papiæ, Rolan. vbi supra quæst. 20. & consil. 80. nume. 26. & 28. volum. 4. Phanuc. de lucro dotis glo. 9. num. 34. Rimin. Iun. cons. 256. num. 38. & seq. volum. 3. Idem Rimin. Iun consil. 484. num. 30. lib. 5. vbi in terminis huius statuti cum pluribus alijs congestis per Rimin. Iun. in puncto statuti Papiens. consil. 484. num. 26. & seq. Borgnin. decisio. 29. nume. 58. parte tertia, apud quem recurres circa materiam huius statu-
149 ti, vbi etiam, † an maritus per transitum ad alias nuptias priuetur à filijs prioris matrimonij lucro dotis eorum matris.

In verbo ad præterita] nota, † quod nisi hoc
150 exprimeretur, statutum non traheretur regulariter ad præterita, sed tantum ad futura l. leges, & constitutiones, C. de legib. Auth. iubemus ad finem, C. de testam. cap. fin. de constit. Alexand. consil. 7. nume. 2. lib. 2. nisi tamen fierent statuta ad declarationem antiquorum, nam tunc traherentur etiam ad præterita numdum finita, l. fina. C. de transact. Alexand. d. cons. 7. nume. 4. † &
151 scias, quod dum statutum huiusmodi derrogat, l. hac edictali, operatur vt filijs primi matrimonij nec etiam legitima debeatur secundù, Curt. Iuni. in Auth. præterea nume. 17. C. vnd. vir. & vxor. Deci. consil. 19. num. 5. Natta consil. 308. num. 4. vsque ad finem, Rolan. cons. 62. nume. 53. volum. 3. Bellon. consil. 13. nume. 21. Crauet. cons. 524. num. 24. Phanuc. de lucr. dot. glo. 5. nu. 35. Bursat. consil. 212. nume. 25. Marcobr. cons. 75. nume. 134. Surd. consil. 422. nume. 22. lib. 3. sequitur D. Costa de remed. subsid. remed. 40. nu. 8. cum seq. & vide supra num. 70.

In verbo, occidat, vel occidi faciat vxorem suã
152 quod dos reuertatur ad patrem si extat,] † Idẽ de iure communi, quo iure maritus non lucratur dotem vigore statuti, quando ipse occidit, vel occidere facit vxorem, l. ab hostibus, §. si vir, vbi Bart. Alexan. Ias. ff. solut. matrim. Boss. in praxi crimin. titul. de his quibus, vt indign. nume. 21. Clar. in §. homicidium, num. 17. vbi vult hoc procedere, etiam si maritus occideret vxorem, iure, vel consuetudine id permittere, puta propter adulterium, Doct. omnes in l. si ab hostibus, §. si vir vxorem, ff. solut. matrim. & vide Baiar. in addit. ad Clarum, nume. 64. cum seq. vbi ampliat, hoc
153 † procedere, adeò vt maritus vxorem occidens, perdat etiam ius succedendi, quod habet in defectum coniunctorum per l. primam, C. vnde vir. & vxor, & allegat Campeg. in tract. de dote part. 8. in 5. quæst. & part. 5. quæst. 2. cum alijs pluribus de quibus per eum; Idem pariter est si contra vxorem sæuiat indebitè, Bertazzol. consil. crim. 316. & 551. lib. 2. Differt tamen in hoc statutum no-
154 strum à iure communi; quia † de iure communi in casu in quo maritus occidit vxorem lucrum dotis indistinctè transfertur ad heredes vxoris, vt per
155 Clarum loco mox citato; † ex dispositione autẽ huius statuti dos reuertitur ad patrem vxoris, quo non extante ad fratres, quibus nõ existentibus ad matrem vxoris, etiam si extarent filij ex vxore occisa, nisi essent ex alio marito.

Amplia, vt pariter maritus dotis lucro priuetur, si mortem vxoris ab alio occisæ iuridicè non vendicaret, vt præcitati Doct. concludunt, & per Foler. in prax. crim. in 2. part. secundæ partis, versiculo dentur capitula, quod suffocauit vxorem, num. 64. An autem dictum lucrum hoc casu, & præcedenti perdat ipso iure, an vero auferatur ab eo, tamquam indigno, communis est ipso iure perdere Bart. in l. si ab hostibus, ff. solut. matrim. Campeg. in tractat. de dot. part. 5. quæst. 2. vbi tradit, effectus indè resultantes.

Quidmodo si mulier nubat secundo viro, & tradat dotem secundo viro in præiuditium filiorum, & vlterius paciscatur, quod si contingat maritum præmori, etiã absq; filijs vult solum vti, & frui dicta dote, proprietate reseruata hæredibus secundi viri, an valeat hoc pactum; dicerem, quod nõ, quia cum hoc statutum sit correctorium, l. hac edictali, strictissimè est intelligendum, & non potest pacto derogari d. l. hac edictali, Ruin. consil. 74. num. 2. lib. 3. Menoch. cons. 4. num. 6. nec in correctorijs fit extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam, vt ibi Menoch. numero 8. versiculo septimo, & cũ sit casus indecisus, remanet in dispositione iuris communis, l. commodissimè, ff. de liber. & posth.

156 Quid si pater relinquat aliquid pro dote filię, & filia nubat, dote non constituta expresè, an ea prædefuncta maritus lucretur, quod à patre fuit relictum dotis nomine. Respondetur, quod sic, Socinus iunior consil. 8. lib. 2. per totum, Dec. consil. 53.

157 † Idem si non sit constituta dos ab ea, quæ habet, sed solum promissum de constituenda, intelligitur namq; secundum consuetudinem loci, &
158 statuti, Socin. sen. consil. 32. lib. 3. † Quid modò, si maritus defuncta vxore cum liberis transeat ad secunda vota, an perdat lucrum sibi ex hoc statuto debitum, communis est, quod sic, vt latè disputando tenuit alios referens, Roll. à Vall. de lucr. dot. quæst. 86. plures ad hoc statutum possent cumulari quæstiones, quas ferè omnes congessit, Rol. à Vall. d. tract. de lucr. dot.

De Consulibus ad actus voluntarios eligendis. Rubr. 122.

I*Tem statuimus, vt singularum personarum negocia facilius expediantur, quòd per duodecim sapientes factis, & negocijs communis Papiæ Præsidentes sex boni viri, qui sint Iudices, vel procuratores, vel mercatores, & qui habeant in eorum bonis libras duo mille ad minus, & præsumantur habere: si fuerint prudentes litterati, & in causis experti delato eis sacramento de debito, & legaliter eorum officio exercendo eligantur de cætero omni anno de mense Maij in Consules Communis Papiæ ad bussolas, & balloias. Et quòd ipsi Consules omnem habeant voluntariam iurisdictionem, possintque ipsi & quilibet ipsorum insolidum homines de qualibet ætate pronunciare, tutores, & curatores dare, & etiam confirmare, decreta, & auctoritates interponere emancipationibus, & donationibus, & renunciationibus mulierum qualescunque fient præsentes esse, easq; approbare, confirmare, recipere, & exercere, & omnia alia facere quæ voluntariæ iurisdictionis existant. Addentes quod qui fuerit consul hinc retrò non possit esse consul vsque ad quadriennium, à tempore quo cessauit, & sic in futurum semper seruetur, & quòd aliquis consul non possit rogare aliquod instrumentum vbi interposuerit auctoritatem suam. Et si aliter fuerit factum non valeat electio, nec instrumentum ipso iure. Et quòd tempore dictæ electionis non possit eligi aliquis de numero duodecim, & si electus fuerit non valeat similis electio.*

Summarium ad Statutum 122. in Ciuilibus.

1 *VIdenda ad hoc statutum.*
2 *Iurisdictio voluntaria, an terminetur territorio.*
3 *Limita tribus modis remissiuè.*
4 *Voluntaria iurisdictionis, quæ esse dicantur.*
5 *Contentiosæ iurisdictiones quæ sint.*
6 *Differentia inter contentiosam, & voluntariam iurisdictionem.*

1 AD hoc statutũ, adde decretum prohibens posse dari tutores, curatores, sed debet dari per potestatem, & eius officiales.

2 In verbo habeant voluntariam iurisdictionem] † est sciendum, quod iurisdictio voluntaria non terminatur territorio, ideò extra exerceri potest, l. prima, ff. de officio proconf. glo.
3 in l. extra territorium, ff. de iurisd. omn. iud. † vide tamen Soc. ponentem tres limitationes in reg.
4 211. Iurisdictionis autẽ voluntariæ ea esse dicuntur, quæ partes faciunt de voluntate coram Iudi-
5 ce, ad quem nec possunt coarctari. † Contentiosæ autem iurisdictionis sunt, quæ in inuitum reduntur, prout declarat Ias. in l. repet. l. primæ, nu. 83.
6 C. de sum. trin. & fid. cath. † & nota differentiam inter voluntariam, & contentiosam iurisdictionẽ, quia actus voluntariæ ad sui essentiam, non requirit, quod Iudex sedeat pro tribunali, quod secus est in contentiosa, §. serui, vbi Aret. & cæteri DD. Inst. de libertinis, cætera sunt clara, ideo omitto.

In quo casu per maritum possit legari vxori. Rubr. 123.

I*Tem statuimus, & ordinauimus, quòd si maritus in sua vltima voluntate ordinauerit, seu dederit vxorem suam tutricem, vel curatricem filio vel filijs, vel filiabus, vel liberis vtriusque sexus, & dispposuerit quod ipsa vxor non teneatur ad rationem reddendam, seu inuentarium conficiendum de administratione dictæ tutelæ vel curæ, seu de gestis, omissis, & neglectis, seu male gestis, & eidem vxori propterea legauerit omne id in quo ipsa damnificaretur occasione male administrationis dictæ tutelæ, quod illud tale legatum valeat, etiam quo ad proprietatem in dicto casu, quemadmodum de iure communi valeret statutis communis Papiæ in aliquo non obstantibus.*

Summarium ad Statutum 123. in Ciuilibus.

1 AD hoc statutum, vide etiam supra
statutum 56. & quæ ibi dicta sunt, &
vide Curt. iun. in l. procurator, col. 2.
in princ. C. de edendo.
In verbo, tutricem, vel curatricem
filio, vel filijs, vel filiabus] nota speciale esse in ma-
tre, & auia, quæ possunt esse tut. & curat. minorũ
2 alias enim † regulariter mulieres ab officio tutelę
arcentur, auth. licet vbi DD. C. quando mul. tut.
3 off. fung. pos. † quod tamen dicitur de matre, &
auia, procedit nisi sit contra voluntatem testato-
ris, §. si verò expressim in auth. de hered. ab intest.
ven. Alex. cons. 150. nu. 6. lib. primo, & aduerte,
4 † quod si mater sit data tutrix filijs primi matri-
monij, postmodum si secundò nubat perdit tute-
lam, ita vt quamuis denuò efficiatur vidua; non
poterit reasumere tutelam suorum filiorum primi
matrimonij, ità Boerius testans de magis cõmuni,
5 decis. 266. † vbi limitat hoc non procedere in sub-
sidium, scilicet quando nullus alius posset reperiri
6 tutor, Et † vide Menoch. limitantem tribus modis
7 de arb. iud. casu 151. nu. 6. cum seq. † An autem
matre ad secunda vota transeunte sit locus tuto-
ri datiuo, an legitimo, dic, aut mater suscepta tu-
tela trãsiuit ad secunda vota, & tunc est locus da-
tiuo; aut mater nunquam suscepit tutelam, vel re-
cusauit, & tunc est locus legitimo, ità post Surd.
decis. 106. & cons. 159. vol. 2 firmat D. Costa de
8 remed. subsid. remed. 102. nu. 12. † vbi vult ma-
trem in tutela filiorum præferri cuicunq; ante ta-
men fluxum quadrimestris post Bart. & Ang. in
Auth. præsbyteros la 2. C. de Episc. & cler. alios
9 per D. Costam d. remed. 102. nu. 3. † Scias tamen,
quod si matre transeunte ad secunda vota existit
tutor testamentarius, tunc tutela apud ipsum re-
manet, nec isto casu potest Iudex tutorem datiuũ
10 constituere, Crauet cons. 18. num. 5. † Aduerte
tamen, quod si mater transiuit à secunda vota non
petito tutore ipsis filijs, priuatur eorum successio-
11 ne, l. omnem, C. ad tertull. † hanc regulam cum
ampliationibus latè exornat, Ant. Gabr. in suis
12 communibus, in tit. de secundis nupt. concl. 9. †
priuatur pariter à successione pupilli mater, quæ
ei non petijt tutorem intra annum, l. 2. §. si ma-
ter. ff. ad tertull. l. matres, C. eod. §. fin. inst. ad
tertull. & vide latissimè Marant. ampliantem, &
limitantẽ, in repet. l. is potest, nu. 219. ff. de acquir.
hæred. latissimè Ant. Gabr. in suis communibus,
13 in tit. de tutelis, conclus. prima per totam, † limita
tamen inter alias, quando mater esset minor, vel
quando adesset aliqua iusta causa, Bursat. cons.
8. nu. 40. lib. primo, vbi declarat, † quæ dicatur
14 iusta causa, † quid autem si mater accedat corã
15 Iudice, & petat aliquem tutorem dari filijs, an is
tutor nominatus à matre dandus sit, vide Menoch.
16 de arb. iud. casu 151. per totum, † sed nunquid
mater quæ habet alios contutores, volens transire
ad secunda vota, teneatur prouidere de tutore lo-
co sui, & dic, quod si tutores sunt sufficientes non
tenentur petere prouideri de alio, sed debet notifi-
care Iudici, & in eius manibus renunciare tutelæ,
& reddere rationẽ, Corn. cons. 155. in secunda
parte, & vide Corneum cons. 142. volum. 2. & cons.
113. vol. 4. Ang. cons. 37. † sed quid si mater ac-
17 ceptauit tutelam filij, deinde volens contrahere
matrimo-

matrimonium petat à Iudice prouideri de tutore, an erit locus tutori legitimo, an vero datiuo, & dic, quod datiuo, Curt. iun. cons. 94. nu. 5. vbi te-
18 statur de communi, scias etiam, † quod quando mater acceptat tutelam, tenetur renunciare secundis nuptijs, & veleiano alias non facta renunciatione, non valet assumptio tutelæ. Auth. matri, & auiæ, vbi glo. C. quando mulier &c. Bart. in l. si quis sub conditione, num. 15. ff. de test. tut. Alex. cons. 103. nu. 13. lib. 2. Borgnin. de tutor. & curat.
19 nu. 24. † si tamen mater, & auia nõ acceptauerint tutelam, tunc non dicuntur legitimæ administratrices bonorum filij, & nepotis, l. filiæ, ff. de solut. & ideò eis rectè solui non potest, nec ẽt eis rectè tàm q̃ cõiunctis personis, Alex. cõs. 37. n. 1. cũ seq. lib. 3.
20 In verbo, non teneatur ad rationem reddendã] † quid importet huiusmodi legatum sic relictum, vide Alex. cons. 74. & 192. nu. 4. lib. 7. & cons. 45. lib. primo. Pet. de Anchar. consilio incipiente; talis est, Barbat. in quodam consilio suo inserto inter consilia Fracisci Curt. cons. 66. scias tamen, quod huiusmodi legatum non extenditur ad consignationem reliquorum, l. aurelio, §. caius, vbi Bar. ff. de lib. leg. Alex. d. cons. 45. ante nu. primũ, lib. 1. & cons. 47. nu. 3. qui plures citat, & ibi appost. ad eum, lib. 1. vbi vult, quod huiusmodi non teneatur de leui culpa; vnde infert, quod non tenetur
21 de furto, cum præsumatur culpa leui accidisse; † tenetur tamen de dolo, & lata culpa, vt ibidem per eum, non etiam attenditur huiusmodi liberatio, siue legatum ad dolum futurum, l. quidam decedens, ff. de auth. tut. & d. §. caius. Alex. d. cons. 45. nu. 2. & d. cons. 47. nu. 3. & vide latissimè circa hoc legatum, Crassum de success. §. legatum, q. 40.
22 † Quid autẽ si testator legauit tutori, quidquid minores possint exigere, ratione administrationis tutellæ, & reliquorum, seu eorum occasione, an videatur reliquisse liberationem à dolo futuro, & consignatione reliquorum, vide Alex. cons. 54. num. 5. vers. fortificantur, vbi appost. ad eum, lib. 2. vide tamen Dec. cons. 192. num. 3. & 4. vbi tenet
23 contra Alex. † & scias, quod si fortè mulier in assumenda tutela promisserit reddere integram administrationem tutelæ, non propterea videtur huiusmodi legato renunciasse, Dec. cõs. 178. Alex. cons. 164. per totum lib. 1. & nota quod non fa-
24 cto huiusmodi legato, † tenetur tutor reddere rationem finita administratione, l. prima, in fine, & l. nisi finita, l. si tutor, ff. de tut. & ratio distrah. quod procedit etiam, si non fuit requisitus, glo. in clem. quia contigit in verb. annis singulis de relig. dom. quam cõmuniter approbari dicit Bart. Soc. cons.
25 92. n. 17. in 4. vol. † qualr autẽ sint reddendæ dictæ rões, vide latissimè Menoch. de arb. iud. casu 209.
26 In verbo, seu Inuentarium conficiendum] † quæro an testator possit remittere tutori confectionem inuentarij, & dic quod sic, l. fin. §. illo, C. arbit. tut. de communi, per Roll. à Vall. consil.
27 49. num. 17. lib. 3. † & huiusmodi remissio fieri potest, nedum testamentario, sed etiam datiuo,
28 & legitimo, vt per eundem d. cons. 49. num. 19. † hoc tamen nunc reperitur correctum per Nouas Const. Mediol. in tit. de tutelis, §. tutores, in quib⁹ cauetur tutorem teneri conficere inuentariũ, non obstante quacunque liberatione, vel prohibitione facta à testatore, in quo habet apponere iuramentum cũ his formalibus verbis, de quibus in d. Nou. Const. Mediol. tutores, scilicet se omnia, de quibus notitiam habet in eo describi fecisse, nec eorũ scire, vel credere aliud fore in bonis, vel iuribus ipsius minoris, vltra in ipso repertorio adscripta, &
29 ideò sint taciti Notarij, quid † apponunt in inuẽtario omnia verba formalia, de quibus supra alias contra tutorem poterit iurari in litem, nec tutor erit, nec valebit, q̃ gessit, Plot. in reper. l. si qñ nu. 372. C. vnd. in quem refert, & sequitur Asin. in sua prax. iud. §. 3. cap. 36. nu. 6. cum duob. seqq.
30 & scias, † quod tutor antequam confecit inuentarium, non potest bona pupilli administrare, l. tu-
31 tor, qui repertorium, ff. de admin. tut. † intra autẽ quantum tempus teneatur tutor conficere inuentarium, dicq; primũ, Dec. cõs. 274. Octau. Pedem. decis. 58. nu. 4. & seq. Bero. q. 62. nu. 3. Menoch. de
32 arbitr. iud. casu 174. & scias, † quod si tutor recusauerit exhiberi inuentariũ, poterit contra eũ iurari in litem, vide Plot. supra citatum, & quibus pœnis puniatur non conficiens inuentariũ, dic secundũ Pract. Pap. in forma libelli, quo agitur ad reddendã rõnem, in gl. in suo verbo nu. 9. quod primo repellitur ab agendo, & tanquam suspectus remouetur ab officio, l. fin. C. arb. tut. Dec. Tholos. 88. Gozad. cons. 17. nu. 3. & 13. & cons. 18. nu. 14. secundò, contra eũ iuratur in litem, d. l. tutor, qui repertoriũ Afflict. decis. 360. Plot. in repet. l. si qño nu. 194. C. vnd. vir latè Rol. à Val. in tract. de inuentario q. 38. nu. 4.
34 Sed quæro, † corã quo debeat fieri inuentariũ glo. in l. tutores, C. de admin. tut. vult deberi fieri coram Iudice verius tñ est, quod sufficiat, si fiat p̃ publicũ Notariũ extra iudicialiter, Bal. in l. tutor, qui repertoriũ, ff. de admin. tut. Pra. Pap. in forma
35 libelli redden. rat. tut. in glo. fin. † & scias, q̃ inuentarium factũ à tutore, plenè probat contra ipsum tutorẽ, l. fin. C. arb. tut. Alex. cons. 45. ante num. 1. lib. 1 Afflic. decis. 13. nu. primo.
36 An autẽ si post factũ inuẽtariũ tutor velit aliqd addere, an requirat pñtia Iudicis, & eius decretũ, dic q̃ nõ, vt latè dixi aliqñ in meis additionibus, ad cõs. Bal. 22. vol. 6. nõ autẽ p̃bat p̃ tutore cõtra aliũ, l. exemplo C. de probat. Alex. cõs. 83. n. 9. lib. 3.
37 † prout ẽt dicimus de libro rationũ, vt nihil probet pro scribẽte d. l. exẽplo, de quo latè per Rip. auum maternum ampliationem, & limitationem in l. admonendi, nu. 121. ff. de iuram.
38 In verbo, q̃ illud tale legatũ valeat] nota † q̃ nõ obstãte stat. 90. dato, q̃ nõ esset factũ hoc statutũ, adhuc tñ validũ esset huiusmodi legatũ, cũ nõ obstante statuto prohibẽte maritũ relinquere vxori, possit eidem vxori remitti confectio inuentarij, & obligatio reddendæ rõnis cũ aliqd certi, & inestimabilis non sit, ità Gallia in consuet. Alex. in glos. vrgenti, q. 3. quem refert, & sequitur Carpan. ad statuta Med. cap. 295. num. 139.
39 In finalib⁹ verbis] habes casũ in l. quidã decedens in princ. ff. de admin. tut. & meliorẽ, tex. in l. si quis rõnes in fi. ff. de lib. leg. l. si seruus, ff. de leg. 1.

De aliquo opere Cõis ad faciendũ, nõ incãtando per aliquẽ ex officialibus. R. 124.

Item statuimus, quod nullus Officialis Communis Papiæ, & nullus de familia ipsius officialis per se, uel per alios, possit incantare, seu ad faciendum, uel fieri faciendum acci-

pere aliquod opus, seu laborerium Communis Papiæ, Et si contrafactum fecerit, ipso facto incurrat in pœnam quinquaginta librarum Papiensium, soluendarum Communi Papiæ. Et quod teneatur ad restitutionem totius eius, quòd recepisset, occasione dicti laborerij, & intelligatur donasse dicto Communi Papiæ omne illud, quod expendisset in faciendo, vel fieri faciendo opus, & laborerium antedictum. Et Potestas Papiæ dictas pœnas teneatur exigere vinculo sacramenti.

Summarium ad statutum 124. in ciuilibus.

1 *Tutor, Curator, & Procurator, non possunt emere bona sub eorũ cura, & tutela existẽtia.*
2 *Ampliatur suprascripta conclusio, in omni officio, tàm publico, quàm priuato.*
3 *Fallit, pluribus in casibus remissiuè.*
4 *Officialis non potest emere in loco sui officij.*
5 *Amplia, vt nec etiã possit quouis modo contrahere.*
6 *Item amplia, vt non possit contrahere matrimoniũ in loco sui officij.*
Quod tamen secus est dicendum de iure canonico, vt num. 7.
8 *An Officialis prohibitus contrahere, possit pignus accipere.*
9 *Ratio, quare Officialis non possit contrahere in loco sui officij, & num. 10.*
11 *Hoc statutum, conforme iuri communi.*
12 *Clausula ipso facto, quid importet.*
13 *Quæ requirantur, adhoc, vt exequi possit pena huius statuti, & quæ sit pœna imposita à iure communi, num. 14.*

1 HOC † statutum videtur desumptũ ex tex. in l. si in emptione, §. fin. ff. de contrah. empt in quo cauetur tutorem, curatorem, procuratorem, & negotia aliena gerentem non posse emere bona, de quibus sunt tutores, curatores ge-
2 stores, & officiales, & vide glo. ibi, † quæ ampliat habere locum in omni officio, tàm publico, quã
3 priuato, † Fallit tamen in pluribus casibus, de qui-
4 bus per Petr. Duen. reg. 131. Hinc etiam dicimus, quod officiales non possunt emere in loco sui officij, l. non licèt, ff. de contr. empt. l. fin. C. de rescind. vendit. Bart. in l. si quis pro eo, num. 10. ff. de fideiuss. & vide Franc. de Pont. conf. 49. Menoch. conf. 1174. & quæ scripsi infra ad Decretũ
5 quintum. Amplia, vt nec etiam possint officiales mutuare, nec cæteros facere contractus, durante officio, l. principalibus, ff. si certum petatur, vbi Ias. num. primo, vult hoc adeò procedere, vt nec ẽt finito officio huiusmodi contractus cõfirmari va-
6 leat expresso, nec tacito consensu. † Ampliatur, vt ẽt prohibeatur contrahere matrimoniũ in loco, in quo officium administrat, l. si quis officium, & l. se-
7 natus, ff. de ritu nuptiarũ, quod tñ falht de iure canonico, vt per DD. in §. sed si vxor, inst. de nupt. ꝙ ius canonicum attenditur in causa matrimoniali, c. fin. de secund. nupt. Alex. conf. 97. nu. 2. lib. pri.
8 Rip. in rub. nu. 25. ff. sol. matr. † An autem officialis prohibitus contrahere, intelligatur prohibitus pignus accipere, tradit Ias. in d. l. principalibus, nu. 3. & vide latius circa hanc materiam, quę dixi infra ad decretum quintum, sub rub. quod nullus officialis durante eius officio &c.
9 In verbo, quod nullus officialis &c. quęro † quę possit esse ratio huius statuti, & dic propter metũ impressionis, quia lex suspicatur, ne propter officium metu inducat partes ad contrahendũ cõtra libertatẽ coẽm l. si per impressionem, C. quod met causa, Ias. in d. l. principalibus, nu. 1.
Vel potest esse ratio, vt euitentur fraudes, quæ possent fieri circa incantationem rerum cõmunis.
11 In verbo, per se, vel per alios] † idem de iure cõi per dictã l. non licet, vbi glo. ff. de contrah. empt.
12 In verbo, ipso facto, † quid importet huiusmodi clausula, vide Pract. Papiens. in forma libelli, pro turbata possessione, in glo. ipso facto, Felin. in c. Rodulphus, nu. 35. de rescript. Dec. in c. repræhensibilis, nu. 2. de appellat. Idem conf. 138. nu. 1. &
13 † nota, quod ad hoc, vt huiusmodi pęna possit exequi, requiritur, quod prius præcedat sententia declaratoria iudicis, Alex. conf. 103. nu. 17. lib. 1. cum pluribus, de quibus per Ant. Gabr. in suis cõmun.
14 in tit. de maleficijs, concl. 12. † quæ autem sit pæna de iure communi, dic pæna condemnationis quadrupli, vltra amissionem rei, dictã l. non licet.

De vno libro fiendo, occasione incantuum Communis Papiæ. Rubr. 125.

ITem statuimus, & ordinauimus, quod fiat, & ordinetur vnus liber, siue registrum, in quo scribantur omnia pacta, & conuentiones cuiuscunque datij, seu gabellæ Communis Papiæ per se, qui liber sit ad sacristiam, siue ad Cameram rationalem Communis Papiæ. Ità quod de ipso fiat copia cuilibet videre volenti per habentes, seu tenentes claues dictæ sacristiæ, seu Camere rationalis. Quæ pacta, & conuentiones super quolibet datio, seu gabella examinentur. Et si expedierit, corrigantur, & emendentur quolibet anno per aliquos prouidos, & idoneos viros eligendos ad hoc per D. Potestatem, vel eius Vicarium, & duodecim Sapientes Præsidentes negocijs Communis Papiæ per vnum mensem antequam ipsa datia, seu gabellæ vendantur, seu subhastentur. Et quòd antequam venditionem, seu subhastationem faciant dicta pacta, & conuentiones legantur; & publicè diuulgentur semel, & pluries, ità quod nota sint cuilibet emere volenti in loco venditionis, seu subhastationis. Et D. Potestas Papiæ, qui est, & qui pro temporibus fuerit, teneatur prædicta exequtioni mandare, & facere obseruari.

Summarium ad statutum 125. in ciuilibus.

1 *Libris existentibus in archiuio publico, plenè creditur.*
2 *Videnda ad hoc statutum.*

1 HOC statutum est adeò clarum, vt non videatur ægere declaratione, † hoc vnum scias, quod huiusmodi libris existentibus in Archiuio publico, & sub custodia fideli creditur DD. in l. admonendi. ff. de iure iur. Soc. reg. 294. limit. pri-
2 ma, & † circa hoc, vide sup. de Regim. potest. stat. 8. & 41. & quæ ibi adnotata sunt.

Quod sententiæ lectæ per Notarium valeant. Rubr. 126.

Item statuimus, & ordinauimus, quòd quæcunq; sententiæ diffinitiuæ, & interlocutoriæ Iudicum, seu arbitrorum, vel arbitri, seu arbitratorum, & amicabilium compositorum legantur per Notarios eo præsente, & consentiente, qui sententiam proferret, seu laturus est, nihilominus aliqua sit valeat, & teneat, ac si per ipsum Iudicem, & arbitros, seu arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compositorem lata fuisset.

Summarium ad statutum 126. in ciuilibus.

1 *Sententia de iure communi legenda per Iudicē.*
2 *Limita in persona illustri.*
3 *Limita nonnullis modis, remissiuè.*
4 *Limita de consuetudine in hoc dominio, tàm in sententia criminali, quam in ciuili.*
5 *Sententia, quæ interlocutoria, & quæ diffinitiua dicatur.*

1 HOC † statutum corrigit ius commune, quo iure sententia debet legi per Iudicem, qui non potest alteri mandare le-
2 ctionem dictę sententię, † nisi esset persona illustris, ita Marant. in suo speculo iud. in verbo, & demum fertur sententia num. 49. & nu. 56. per tex. in c. fin. de re iudic. in sexto. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu processus, nu. 38.
3 vbi limitat, & vide etiam per Soc. † qui limitat nonnullis modis, reg. 249. Iudex sententiæ, Ber-
4 nard. Diaz. reg. 679. † fallit tamen de consuetudine, vt per Notariū Actuarium legatur, Marant. dicto loco, nu. 56. Orian. in cap. quoniam contra, cap. 10. de interloqut. nu. 8. versic. secundo, & ità obseruatur in hoc Dominio, tàm in causa ciuili, quàm criminali.
5 In verbo, diffinitiuæ, & interloqutoriæ] † quæ sit diffinitiua, & quæ interloquutoria, ac quomodo cognoscatur, videlatè Iaf. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, nu. 11. de officio Proconsuli. & legati. Maranta in verbo, & demum fertur sententia, nu. 4. & dictu est supra statuto primo in ciuilib. vbi latè.

Quod Communitas loci possit compelli ad archam faciendam. Rubr. 127.

Item statuimus, & ordinauimus, quod si aliquod Commune, loci, Burgi, Villæ, vel Castri, vel alia Vniuersitas, debeat aliquid dare, vel facere alicui, & dicta Vniuersitas monita non satisfecerit dicto creditori de eo, quod dare, vel facere tenetur eidem, quod remedijs Prætorijs, summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, dicta Communitas, & singulares personæ de ipsa Vniuersitate, vel Communitate compellantur per quemcunq; Iusdicentem Communis Papiæ, qui de hoc fuerit requisitus ad petitionem cuiuslibet creditoris, ad faciendum archam communem, vsque ad concurrentem quantitatem de eo, quod dare, vel facere tenetur, ità quòd dicto creditori de dicto suo debito integrè satisfiat. Quam archam communem, si post monitionem eis factam infra 15. dies proximè subsequentes, dicta Communitas, & singulares personæ non fecerint, tunc quælibet singularis persona, Communitatis ipsius capiatur, & detineatur, & contra eam, & eius bona alijs remedijs prouideatur, donec ipsa archa communis facta fuerit, vel donec ipsa singularis persona detenta soluerit creditori prædicto quicquid dicta Communitas dare, vel facere teneatur. Et de eo, quod soluerit contra ipsam Communitatem actionem habeat, & regressum.

Summarium ad statutum 127. in ciuilibus.

1 *Declaratur hoc statutum remissiuè.*
2 *Villa non habens archam communem, imponere cogitur collectam, etiam inscio Principe, & num. 3.*
4 *Collecta, an imponatur per æs, & libram, an verò per capita.*
5 *Creditor Communitatis, an teneatur contribuere, si & ipse est eiusdem communitatis, & nu. 6.*
7 *Collecta potest imponi per Iudicem, vbi communitas archam communem non facit.*
8 *Executio non potest fieri contra singulares personas pro debito vniuersitatis.*
9 *Appellatio non datur à præcepto faciendi archā communem.*
Vniuersitas non admittitur ad cessionem bonorum.

1 HOC Statutum latè declarat Carp. ad statuta Mediolani, cap. 219. videas etiam Costam, & quos refert tract. de remed. subsid. q. 81. Borgn. decis. 22. & seq. part. 2. Nicol. Losæus in tract. de iur. vniuersit. part. 3. cap. 9. nu. 5. cum seqq. plurib.

2 In verbo, archam communem] † idem de iure communi, quando Villa non habet bursam communem, cogitur satisfacere per impositionem collectæ. Bart. in l. 4. §. actor, nu. 1. ff. de iudic. D. Cost. d. remed. 81. num. 1. cum seq. vbi latè tractat de archa communiter conficienda per vniuersitates terrarum, & vide nu. 5. vbi adducit quatuor ef-
3 fectus dictæ arcæ communis. † Possunt autē communia imponere huiusmodi collectas, etiā inscio Principe, Alex. in l. si se non obtulit, nu 12. ff. de re iudic. Intellige si de causa necessitatis primo li-
4 queat, ita D. Costa d. remed. nu. 5. † An autē hæc collecta imponatur per æs, & libram, an verò per capita, vide Alex. in d. l. si se non obtulit, nu. 15. cū seq. Brun. de cess. bon. q. 9. quartę quæst. princ. & dicerem, posse dici mixtum, quia si aliqua Communitas habet solū æstimu super bonis, fiet per æs, & librā, si solū super capitibus, & bucis, pro rata cuiuslibet, si super bonis, & super capitibus ad ratam pariter, D. Cost. Collega meus d. remed. 81. nu. 8. &
5 seq. † sed quid si creditor sit de eadē Cōitate, vel Villa, an teneatur contribuere, & dic quod sic, pro parte sua, Afflict. in Constitut. Regni, sub rub. 26.
6 nu. 31. † quod intellige procedere, nisi ageretur de sanando debito præterito, slz. contracto ante Constitutionem domicilij in eo loco, vel ante bonorum acquisitionē, nam tunc non tenentur contribuere incolæ superuenientes, nisi aliter de cōsuetudine, vel ex ordinibus caueatur, ità D. Costa d. remed. 81. nu. 7.

7 In verbo, non fecerint] † de iure cōmuni vbi Communitas non fecerit archam cōmunem, potest Iudex dictam collectam imponere eis citatis, Ias. in d. l. si se non obtulit in principio.

8 In verbo, quęlibet singularis persona] † secus de iure cōi, quo non potest fieri executio contra singulares personas pro debito vniuersitatis, Pract. Papiens. in forma libelli, in actione hypothecaria, in glo. mutuo, nu. 12. cum alijs pluribus, de quibus per Carp. ad stat. Med. d c. 219. num. 14. & seq. ad quem recurras, circa declarationē huius statuti.

9 † A tali autem præcepto faciendi archam communem, non datur appellatio, Cost. d. remed. 81. nu. 6. Minus admittitur Vniuersitas ad cessionem bonorū, Carpan. d. cap. 219. nu. 16.

De his, qui non possunt esse Parochiani. Rub. 128.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd Iurisperiti de Collegio Iudicum Ciuitatis Papiæ, Physici, Chirurgi, & Procuratores artem pro curæ, publicè, & continue exercentes, & Magistri grammaticæ, non possint, nec debeant esse, nec eligi, nec constitui Parochiani, nec possint compelli ad exercendum in aliqua Parochia Parochionatus officium.

Summarium ad statutum 128. in Ciuilibus.

1 *Parochiani, quando, & à quibus elligi debeant.*
2 *Officium Parochiani quid.*
3 *Parochiani, an, & quando teneantur denunciare delicta occulta.*
4 *Quilibet de populo ad denunciandū admittitur.*
5 *Denunciatio delictorum qualiter fieri debeat.*
6 *Parochiani, quæ delicta denunciare non tenetur, & num. 8.*
7 *Parochianus omittens denunciationes dolosè, qua pœna plectendus veniat.*
9 *Parochianus à denunciando non excusatur, licèt delictum aliter ad aures officij deuenerit.*

1 NOta, quod isti Parochiani debent elligi in principio cuiuslibet anni à Parochia, sub
2 pœna scutorū quinq; Fisco applicanda. † officium autem istorum Parochianorū est denunciare in scriptis Iusdicenti, sub cuius iurisdictione sunt, omnes violentias, robbarias, inuasiones, agrorum depopullationes, assassinamenta, homicidia, raptus virginum, & mulierum, incendia, vulnera cū sanguine, insultus cum armis, fustibus, vel lapidibus, percussiones cum sanguine, vel sine, & de eorum officio de iure cōi agit Barbat. cons. 64. nu. 5. Roman. cons. 228. num. 5. Angel. de malefic. in verbo, nec nō ad denunciationem. Si vero hoc delictum fuerit cōmissum in loco, in quo residet Iudex, & fuerit à Solis ortu, vsq; ad occasum, denunciatio fieri debet infra totam diem sequentem; si autem extra locum Iudicis, infra tres dies, si fuerit cōmissum de die; si verò de nocte, infra 10. dies à die commissi delicti, ità disponētibus Nou. Const. Mediol. in tit. de accusat. in princ. vsq; ad §. hæc
3 omnia. † An autē isti Parochiani de iure teneantur

tur denunciare delicta occulta, & dic quod sic, prout testatur Clar. in § fin. prax. crim q. 9. nu 5. vbi testatur, quod solet Senatus de facili excusare similes Parochianos, nõ denunciantes delicta occulta, vbi non potest in eis argui dolus, vel lata culpa.

4 † Sed quæro nunquid huiusmodi Parochiani solum admittantur ad denunciandum, an verò quilibet de populo, & dic de consuetudine omnes admitti, Clar. d. q. 7. n. 7. vbi Baiard. in addit. ad eũ, num. 13. & formam istarum denunciationum, tradit idem Clar. vbi supra nu. 10.

5 † Sed aduerte, quod ex forma Constitut. Mediol. in d. tit. de accusat §. hæc omnia, tenentur Parochiani exprimere qualitates delictorum, tempus, ac locum commissi delicti, ac nomina, & cognomina delinquentiũ, siue mandantiũ, ac testiũ, qui interfuerunt delictis, vel de eo informatorum, sub pœna scut. decẽ Fisco applicãda, nota tñ, quod si essent occulta parochiano nomina delinquentiũ, & testium, tunc sufficeret, quod dicat nomina eorum, à quibus intellexit, vt per eundem Clar. vbi supra nu. 10. in fine.

6 † Sed quæro quid si fuerit delictum commissum cum aliquo filio, parente, fratre, consobrino, nepote ipsius Parochiani, nũquid huiusmodi parochianus teneatur huiusmodi delictum denunciare, & dicas, quod non, nec habent locum pœnæ suprascriptæ, ita Bald. in l. lege Iulia in lect. antiqua, in verbo nota argumentum, quod Syndicus, ff. de testib. quem refert & sequitur Plot. in repert. l. si quando in verbo decretum sub rubr. de accusat.

7 † Si autem parochianus dolosè omitteret maleficium, vel delictum denunciare, vel saltem denunciaret dolosè, pœna falsi tenetur. Boss. titu. de denuntiatione num. 15.

8 † Denunciare autem non tenetur percussiones sine sanguine, ob quas quis in lecto non iacuit, Marsil. consil. 71. nume. 6. & ideò ob id Senatus Excellentissimus liberauit commune Iuuenzani agri Papiensis die 11. Iulij 1543. nisi tamen talia delicta essent per publica edicta prohibita sub graui pœna, vt sunt bastonatæ datæ apostatè, & animo deliberato, pro quibus ex Principum edictis pœna etiam corporalis indicitur.

9 † Nota tamen, quod licet de delicto procedatur per accusationem, vel ex officio non excusatur parochianus, qui non denunciauit, Bald. in l. in cognitione, ff. ad Sylanian.

Quod Ciues debeant venire ad habitandum in Ciuitate Papiæ. Rubr. 129.

Item statuimus, & ordinauimus, quòd quilibet ciuis Ciuitatis Papiæ intrinsecus seu forensis descriptus in æstimo in Ciuitate Papiæ, qui de cætero habitauit in districtu Papiæ habens in bonis valimentum florenorum mille, vel ab inde supra teneatur, & compelli possit per Dominum Potestatem Papiæ, omnibus iuris remedijs, venire ad habitandum in Ciuitate Papiæ, aliqua parte anni, cum familia, à festo cuiuslibet anni S. Martini, vsque ad tres menses proximè subsequentes. Et qui contrafecerit, seu venire neglexerit, incurrat in pœnam librarum quinquaginta Papiens. pro singulo anno, quæ pœna veniat applicanda pro medietate communi Papiæ, & pro alia medietate accusatori. Et prædictum statutum sit & esse debeat derogatorium omnibus alijs statutis, prouisionibus, & decretis in contrarium facientibus, seu loquentibus, quòd statutum D. Potestas Papiæ infra tres menses post publicationem præsentium statutorum, teneatur notificari facere per præconem Ciuitatis Papiæ.

Summarium ad statutum 129. in Ciuilib.

1 *Hoc Statutum, qua ratione factum.*
2 *Ciues in Ciuitate non habitantes, quibus panis plectantur, de iure communi.*
3 *Ciuis, quis dicatur.*
4 *Ciuium appellatione, qui veniant, & vide numo. 5. & 6.*
7 *Incolæ gaudent beneficio Statutorum.*
8 *Ciuitas, quæ.*
9 *Appellatione Ciuitatis, an veniant suburbia.*
10 *Ciuitas absque Episcopo esse non potest.*
11 *Clausula omnibus iuris remedijs, quid importet.*
12 *Habitans in continentibus, seu suburbijs, in Ciuitate habitare dicitur.*
13 *Vrbis continentia, & suburbia, quæ dicantur remissiuè.*

1 Item statuimus] † huiusmodi statutũ dicitur factum pro communi bono ad hoc vt Ciuitas efficiatur populatior, Socin. Sen. cons. 12. colum. penult. versic. vltimo ostenditur libro primo, relatus per Menoch. de arbitr. iud. casu 155. nume. 7. & vide supra de Regim. Potestat. statu. 46. vbi idem disponitur; & quæ ibi dicta sunt, & etiã supra statuto 81. in fine, extant etiam Noui ordines Catholicæ Maiestatis, vt non habitantes per dictum tempus in Ciuitate teneantur soluere cum ruralibus.

2 † De iure autem cõmuni Ciues non habitantes, & onera cum alijs Ciuibus non subeuntes ciuilitatis priuilegium amittunt, etiam si sint originarij, Bald. in l. 2. C. de infant. expos. Cæphal. consil. 53. nume. 35. consil. 171. nume. 34. &

& conſ. 246. num. 15. ac ferè per totum lib. 2. Rolan. à Vall. conſ. 72. num. 31. & ſeq. & conſil. 80. lib. 3. Boſſ. de pæn. num. 43. Rimin. Iun. conſil. 363. num. 114. & ſeq. Alciat. conſil. 53. num. 14. Imò ſi aliquo tempore habitauerint, & poſtea deſierint habitare dicuntur amiſiſſe priuilegium cũ cauſa commenſurata tempori effectum ſecũdum tempus producat, Tiraq. in tractat. ceſſante cauſa parte prima, num. 216. Surd. conſ. 497. num. 6. lib. 4. Menoch. tollens aliqua contraria conſil. 1060. nume. 43. & ſeq. lib. 11. Surd. qui loquitur de non ſubeuntibus onera conſ. 313. maximè nume. 54. & ſeq.

3 In verbo, quod quilibet Ciuis,] † Ciuis propriè dicitur, qui natus eſt in Ciuitate, & eius originarius eſt, Brun. in tract. ſtatut. fæmin. exclud. artic. 11. quæſt. 4. num. 12. dicitur etiam Ciuis, qui non ſuſtinet onera cũ ruralibus, Boſſ. in ſua praxi crimin. in tit. de Principe, & eius priuileg. nume. 363. quod etiam cauetur in Nouis Conſtitutionibus Mediol. in tit. de feud. cap. interdictum eſt, §. habeantur pro ciuibus, dummodo ſaltem per decennium non ſuſtineant onera cum rurali-
4 bus, vt ibidem cauetur. † An autem ciuium appellatione veniant ciues ex priuilegio, latè tradit Cæphal. conſ. 451. quaſi per totum, & † an veni-
5 ant nati in caſtris, & villis, Ciuitati ſubiectis, & comitatenſes, vide latè Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. 99. num. 21. vſque ad finem, vbi concludit propriè, & verè non venire.
6 † An autem ciuium appellatione veniant incolæ, vide text. in l. prouinciales, ff. de verbo. ſignif. Alexan. conſ. 20. nume. 11. lib. 2. vbi tenet
7 quod ſic, hinc † etiam dicimus incolas gaudere beneficio ſtatutorum, vt per eundem Alexan. in l. in prouinciali, §. ſi publico, ff. de oper. nou. nunciat. Appoſt. ad Alex. d. conſ. 20.
8 In verbo, Ciuitatis Papiæ,] † Ciuitas propriè dicitur, quæ muris, & continentibus edificijs finitur, Hieron. de Mont in tract. fin. regund. capit. quinto.
9 † An autem appellatione Ciuitatis veniant ſuburbia in materia ſtatutaria, vide latè Gozad. cõſil. 5. in princip.
10 † An autem Ciuitas dici poſſit ſine Epiſcopo, & ad eſſentiam Ciuitatis de neceſſitate requiratur Epiſcopus, latè Deci. in cap. Epiſcopalia de priuileg. vbi poſt Abb. ibidem concludit, quod non, & quid ſi ſit Ciuitas ponit latè Bertazol. tract. de clauſul. instrumentorum, clauſ. 20. glo. 24. num. 1. vbi num. 5. vult ad eſſentiam Ciuitatis requiri Epiſcopum in Italia, ſecus in alijs prouincijs, & vide ibi latius per eum.
In verbo, omnibus iuris remedijs,] Quid im-
11 portet † huiuſmodi clauſula, dictum eſt ſupra in alijs ſtatutis.
In verbo, ad habitandum in Ciuitate Papiæ,]
12 Nota † quod huiuſmodi ſtatuto dicitur ſatisfactum ſi venerit ad habitandum in continentibus, vel ſuburbijs Papiæ, in terminis, Menoch. de arbi-
13 tr. iudic. caſu 55. num. 5. vbi declarat, † quæ dicantur vrbis continentia, & ſuburbia.

De modo producendi in cauſis Communis Papiæ. Rubr. 130.

Item ſtatuimus, & ordinauimus, quòd in cauſis communis Papiæ pro ipſo communi motis, & mouendis, procedatur, cognoſcatur, diffiniatur, & exequutio fiat ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & quod tempora ſtatuta à lege, ſeu à ſtatutis communis Papiæ, ſibi non cucurrerint, nec currant, nec in ipſis cauſis locum habuerint, nec habeant. Sed potuerint, & poſſint iuſdicentes ad ipſorum arbitrium vltra tempus, quod diceretur fuiſſe, vel eſſe inſtantiæ, ſeu inſtantiarum ipſarum cauſarum ad ſententias procedere. Et quod ſententiæ, quæ vltra ipſa tempora latæ fuerint, valeant, & teneant, & exequutioni mandentur, quemadmodum ſi intra tempora dictarum inſtantiarum latæ eſſent: alijs ſtatutis communis Papiæ tractantibus de procedendo in quacunque cauſa, ſiue principali, ſiuè appellationis, ſiuè nullitatis, ſeu ad arbitrium boni viri reductionis, ſeu in integrum reſtitutionis, & alijs quibuſcunque, & cuiuſcunque maneriei non obſtantibus. Addentes, quod aduerſus omnem contractum iudicialem actum ſententiæ omiſſum, & neglectum poſſit dictum commune Papiæ in integrum reſtitutionem petere, & omni tempore etiam vltra quadriennium, & beneficio huius ſtatuti aduerſarij communis Papiæ in dictis cauſis vti non poſſit.

Summarium ad ſtatutum 130. in Ciuilib.

1 Inſtantia non habet locum in cauſis communis Papiæ contra alios.
2 Clauſula ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu &c. quid importet, remiſſiuè.
3 Sententia lata poſt lapſum inſtantiæ, de iure cõmuni nulla.
4 Iudex proferens ſentẽtiam poſt lapſum inſtantiæ, quibus pœnis plectatur.
5 Ciuitas ad inſtar minoris in integrum reſtituitur.
6 Tempus petendi reſtitutionem in integrum, incipit currere ſolum à die ſententiæ.
Et quæ vtilitas indè reſultet num. 7.
8 Reſtitutio de iure communi, intra quadriennium eſt petenda.
9 Tempus petendi reſtitutionem in integrũ per ſtatutum prorogari poteſt.

Nota,

1 NOTA, † quod vigore huius Statuti in
causis Cōmunis Papiæ, in quibus agitur
contra alios non habet locum instantia
de qua supra in statut. 1. in Ciuilib.
In verbo, summariè de plano sine strepitu, & fi-
2 gura iudicij,] quid † importet, huiusmodi clau-
sula, vide infr. statut. 137. vbi dicetur.
In verbo, ad sententias procedere,] secus de iu
3 re communi, † quo casu sententia lata perempta
instantia est ipso iure nulla, cum perempta instan-
4 tia desinat esse iudex, † Imò iudex pronuncian-
do venit pœna afficiendus, vt per Asin. in sua pra
xi Iudic. §. 2. cap. 14. num. 7. cum seq., & plures
alios casus, in quibus non habet locum instantia,
videas in Nouis Constitut. Mediol. in tit. de iudi-
cijs, §. hæc tamen constitutio, & dixi supra ad
primum statut.
In verbo, in integrum restitutionem petere,]
5 Idem de iure communi † quo Iure Ciuitates iure
minorum restituuntur in integrum ex pluribus ci
tatis per Odd. de restitut. in integrum q. 3. art. 5. &
q. 18. art. 7. nu. 43. Nicol. Losæus de iur. vniuersit.
part. 3. cap. 18. per totum.
6 In verbo, & omni tempore,] † restitutionem in
integrum petendi tempus, quando incipiat cur-
rere, dic quod à die scientiæ, Bald. in l. falsam, C.
de falsis instrum. Alex. conf. 71. nu. 7. lib. 1. & cons.
84. num. 3. lib. 1. & vide latè Bart. in l. ab hostibus,
§. sed quod simpliciter in 2. q. princip. nu. 11. ff. ex
quib. caus. maior. Losæus de iur. vniuers. part. 3. c.
18. nu. 2. latè Odd. de restit. in integr. q. 20. per to-
7 tum; Hinc † infertur quod si quis staret per cen-
tum annos, quod probabiliter ignoraret, adhuc
posset petere restitutionem in integrum, secundū
Bald. ad dictā l. falsam. Alex. cons. 4. n. 19. lib. 2 1. &
alios proxime citatos.
In verbo, etiam vltra quadriennium] de † iure
8 communi solum restitutio regulariter petitur in-
tra quadriennium, adeò vt amplius peti non possit
l. fin. C. de temp. in integr. restit. pet. Alex. d. cons. 4
nu. 29. lib. 2. & cons. 71. nu. 2. lib. 1. Bart. in d. §. sed
quod simpliciter nu. 12. late Oddus de restitut. in
integrum, q. 19. art. 3. cum duob. seqq. vbi ampliat
9 & limitat hanc regulam art. 3. per totum, † & no-
ta quod benè potest hoc tempus quadriennij pro-
rogari per statutum, & statui quod etiā post qua-
driennium possit peti, prout fit hic, per ea, quæ po-
nit Odd. d. q. 19. art. 6.

Quod pacta creditorum quouis modo, seu licentiæ, aut facultates vendendi, vel aliqualiter alienandi super aliquibus rebus immobilibus de cætero locum non habeant. Rubr. 131.

Item statuimus, & ordinauimus, quòd pacta creditorum quouis modo, seu licentiæ, aut facultates vendendi, vel aliqualiter alienandi, quæ, & quas creditores habent, vel habebunt, in & super aliquibus bonis immobilibus, aut eorum iuribus amodo non valeant, nec teneant, nec habeant roboris firmitatem, siue facta sint, siue fiant in Ciuitate, vel Episcopatu Papiæ, siue extra vbicunq;. Et si qua venditio, vel alienatio aliquorum bonorum immobilium, vel iurium eorum vigore pactorum prædictorum licentiæ, vel facultatis, vel ex lege fiat, siue in Ciuitate, vel Episcopatu, vel territorio Papiæ, siue alibi vbicunq; non intelligatur ex tali venditione, vel alienatione esse, nec sit translatum dominium, nec possessio etiam traditione sequuta, vel alio, quòd alias loco traditionis habeatur, nisi ipsa possessio verè, & realiter esset penes vendentem, vel alienantem, quo tantum casu ipsa possessio transeat, seu possit transire. Insuper nec de eis ius reddatur, ac si talia pacta licentiæ & facultates facta, aut apposita non fuissent, aut aliàs ex lege vendere, vel alienare non licuisset, quinetiam quantum ad id Dominus Potestas Papiæ, & quilibet eius Iudex, & omnes per tempora ius reddentes in Ciuitate Papiæ, & Episcopatu, seu territorio nullam iurisdictionem habeant, nec habere intelligantur. Et hæc omnia nisi in præiudicium expressè consentientium tempore talis venditionis, seu alienationis in ipsa alienatione, vel postea per publicum Instrumentum. Et huic statuto renunciari non possit etiam per sacramentum vel pactum, nec aliquo alio modo. Et prædicta locum habeant etiam in litibus, seu in causis, vel quæstionibus etiam pendentibus per appellationem, vel querelam, seu alio modo. ¶ Item quod si qua venditio, seu quæuis alienatio alicuius rei immobilis, aut eius iuris facta sit, vel reperiatur hinc retro à tempore adepti dominij Ciuitatis Papiæ per præf. Dominum nostrum, & recolendæ memoriæ Dominum Galeatium Vicecomitem genitorem suum in Ciuitate Episcopatu, seu Territorio Papiæ, vel extra quocunque loco per aliquem creditorem, vel ab eo causam habentem vigore pactorum licentiæ, seu facultatis sibi concessorum, in qua, & pro qua eius tempore fuerit læsio, seu deceptio re ipsa, vel alio modo in dimidia, uel ultra dimidiam iusti pretij, seu æstimationis, uel eius pretium conuentum,

vel quod loco rei taliter alienatæ datum est, seu dari conuenit, aut ualorem rei uenditæ, uel alienatæ tunc fuerit duplum, uel ultra ueri crediti pro quo, seu cuius vigore facta reperiatur uenditio, uel alia queuis alienatio, quòd per talem uenditionem, seu alienationem, & sequuta exinde non intelligatur esse, nec sit translatum dominium, nec quasi, & dictis casibus prædicta pacta licentiæ, & auctoritates, vsquè ab initio pro non factis & non appositis, & non concessis penitus habeantur, & hoc nisi in præiudicium eorum, qui expresse consenserint tempore talis venditionis, seu alienationis in ipsa venditione, seu alienatione, vel postea, & suorum heredum, de quo expresso consensu legitimè constet, & ad eius suum consequendum quilibet admittatur etiam non obstante aliqua sententia hinc retro prætextu talis venditionis, seu alienationis lata, dummodò aliud iuridicum non obsistat. Et prædicta seruentur in omnibus causis controuersijs quæstionibus etiam, pendentibus per appellationem restitutionem, vel querelam, vel alio quouismodo. Et prædicta omnia locum habeant, & seruentur per quemcunque, & inter quoscunque in iudicijs, & extra. Non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus iuribus communibus, vel specialibus, uel ordinamentis in contrarium loquentibus.

Summarium ad statutum 130. in Ciuilib.

1 *Hoc Statutum correctorium Iuris communis.*
2 *Ad hoc statutum, quæ sint videnda.*

1 HOC † statutum corrigit dispositionem iuris communis, de qua in l. si conuenerit, vbi Bart. ff. de pignorat. actio. & habetur in l. pri-
2 ma, C. de iure dom. impetr. & † circa hoc statutum videndus est omninò, Carpan. ad statut. Mediol. cap. 277. quo loci declarat statutum Mediol. disponens ferè per similia verba, sicut nostrum, & ideo ad illum semper recurres, non enim refero, cum nihil mihi pro nunc addendi locus offeratur, & apud eum videri possit, Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. q. 18. nu. 111. & seqq.

Quomodo, & qualiter debeant compartiri onera Communis Papiæ, tam per Ciues Ciuitatis, quàm per habitantes foris ipsam Ciuitatem.

Rubr. 132.

AD tollendum, & euitandum quæstiones, & querelas, quæ sunt oriuntur, & quottidie fiunt inter, & per ciues, & districtuales Ciuitatis Papiæ occasione onerum, quæ quottidie contingunt imponi ipsis ciuibus, & districtualibus, in quo loco debeant sustinere, & qualiter debeant compartiri, ut æqualitas in ipsis sustinendis quantum possibile sit obseruetur. Statuimus & ordinamus, quòd illa onera ordinaria quæ de cætero contingent imponi super æstimo ad rationem solidi, & solidorum, seu libræ pro libra æstimi sustineantur per omnes personas descriptas in æstimo in eo loco Porta, & Parochia, in quo & qua reperirentur esse descriptæ, siue ibi habitent, siue non tempore impositionum ipsorum. Et intelligantur illa onera ordinaria, quæ imponuntur ciuibus, & districtualibus per literas domini nostri simul & semel, tàm in Ciuitate, quàm in districtu, cætera verò intelligantur extraordinaria. Alia verò onera extraordinaria, quæ de cætero imponi contingent in Ciuitate Papiæ sustineantur per personas habitantes tempore hyemali in Ciuitate Papiæ, & burgis pertinentibus ad ipsam Ciuitatem. Et intelligantur habitare in Ciuitate Papiæ, si ibi habitauerint à festo S. Martini, usquè ad tres menses proximè subsequentes. Illa uerò onera extraordinaria, quæ contingent imponi in districtu Papiæ sustineantur tantum in eis locis in quibus contingent ea imponi per habitantes in dictis locis tempore hyemali cum familijs suis cuiuscunq; conditionis existant, siue ibi sint æstimati, siue non. Et intelligãtur Ciues forenses illi, qui habitauerunt in hyeme proximè præterita in districtu Papiæ, & sic qui de cætero

habitabunt

habitabunt, videlicèt, à dicto festo Sancti Martini, vsquè ad tres menses proximè subsequentes. Castellani verò existentes Ciues, teneantur solum cum ipsis Communitatibus ad infrascripta onera, videlicèt, ad expensas fortiliziarum fortificandarum, refectionem pontium, & stratarum ipsarum terrarum, & s deiussiones præstandas pro ipsis fortilitijs; quæ onera extraordinaria imposita tàm illis de Ciuitate, quàm illis de districtu compartiantur, & diuidantur inter habitantes vtsupra, videlicèt, duæ partes pro hauere, secundum quantitatem æstimi cuislibet personæ, & alia tertia pars, super persona, seu capite tantum. Et intelligatur esse vnum caput, seu vna persona tantum, quantum ad sustinendum dicta onera personalia, etiam si in vna domo sint plura capita, seu personæ non excedentes numerum duorum capitum. Si verò excedunt numerum duorum capitum computentur pro duabus personis, & capitibus tantum, quotquot sint maiores decem & octo annis, & minores septuaginta, & dum modò stent ad vnum panem, & vnum vinum, & æstimum commune habeant. Et si aliquis bubulcus, camparius, castaldus, porcharius, pastor, vel familiaris alicuius personæ habitauerit per se in Ciuitate, vel Burgis Papiæ, vel in aliquo loco, Castro, vel Villa districtus Papiæ, cum familia sua, ipsa talis persona debeat æstimari in eo loco, in quo habitat, vel habitabit, & æstimatus, teneatur soluere, & sustinere omnia onera, tàm pro auere, quam pro persona vtsupra continetur. Non obstante aliquo statuto communis Papiæ, vel prouisione in contrarium loquente, quibus per præsens statutum derogatum est. Et maximè non obstante statuto posito in volumine statutorum Communis Papiæ, quod incipit. Item statuimus, quòd aliquis Potestas, Officialis, seu Rector, vel aliqua Communitas, non possit, nec debeat constringere aliquem bubulcum &c. dummodò non sint personæ, quæ habeant immunitatem. Et si aliqua persona descripta in æstimo, in Ciuitate Papiæ, vel in aliquo Castro, Villa, vel Burgo, iuerit, vel de cætero ibit ad habitandum in aliquo Castro, Villa vel burgo, quòd quæ, vel qui habeat immunitatem, vel gratiam, seu non sustineat onera, vel factiones cum Communi Papiæ, quòd illa talis persona sic descripta in æstimo, possit, & debeat compelli omnibus iuris remedijs ad sustinendum omnia onera, & factiones in eo loco, in quo descripta est in æstimo pro hauere, & perso- vtsupra continetur. Custodiæ verò nocturnæ, & diurnæ, & salaria Potestatum diuidantur per capita tantum, & non pro hauere. Et capita intelligantur vtsupra maiores decem & octo annis, pro quolibet capite, & minores septuaginta.

Summarium ad statutum 132. in Ciuilibus.

1 AD hoc statutum, quæ videnda.
2 Quæ dicatur onera ordinaria, & quæ extraordinaria, de iure communi, & quæ vigore huius statuti, nu. 14.
3 Ecclesia, minimè tenetur ad onera extraordinaria.
4 Ecclesia, quæ onera subire teneatur, remissiuè.
5 Ecclesia tenetur ad refectionem murorum, pontiũ, viarum, & aliorum, quæ respiciunt publicam vtilitatem.
6 Clericus, respectu tributorum, an trahi possit ad forum seculare, remissiuè.
7 Verbum de cætero, importat tempus futurum.
8 Onera, quædam realia, quædã personalia, & quædam mixta.
9 Onus mensualis, dicitur merè, reale.
10 Salaria Officialium inter onera personalia connumerantur.
11 Appellatione onerum mixtorum, quæ veniant, & num. 12.
13 Taxa equorum, à quo originem sumpserunt.
13 Collectæ, an, & quando, & quibus personis à Ciuitate potest imponi.

1
VIDE † aliud statutum supra nume. 81. & quæ ibi dicta sunt, Menoch. cons. 144. Cost. cons. primo.
2 In verbo, quod illa onera ordinaria] † onera ordinaria de iure communi illa esse dicuntur, quæ sunt imposita à lege, vel à Summo Imperatore, seu ab eo qui uicem eius obtinet, & habent certam, & determinatam formam, alias dicuntur extraordinaria quoties non habent certam formam, & non sunt imposita à lege, vel ab Imperatore, vt per Iason in l. placet in prima lect. nume. 6. & in 2. lect. nume. 7. C. de sacrosanct. eccles. & hoc est vtile
3 scire, † quia Ecclesia non tenetur ad onera extraordinaria, vt per DD. communiter in dicta l. placet latè Gallia cõsil. 59. quasi per totum vbi quæ-
4 rit, † ad quæ onera teneatur Ecclesia succedens
5 priuato; vnum tamen scias, † quod Ecclesia bene tenetur ad refectionem murorum, pontiũ, viarum, & aliorum, quæ publicam respiciunt vtilitatem, l. ad Instructionem. C. de Sacrosanct. Eccles. l. ad reparationem, C. de aquæductu lib. 11. Alexan. cons. 68. nume. 13. lib. 2. Rip. in tracta.

de poſte, titul. de remed. ad conſeru. vbertatem
num. 234. & reſponſo primo, tit. de munerib. &
honorib. in 2. dub. Oſaſch. deciſ. 68. Gallia dict.
conſ. 59. num. 52. quo loci refert nonuullos DD.
tenentes contrarium, demum concludit hoc veri-
us, dummodo concurrant ſex requiſita de quibus
per eum num. 55. & ſeq.

6 An † autem ratione tributorum, quæ dicuntur
onera ordinaria, vt per Doct. in d. l. placet, cleri-
cus poſſit trahi ad forum ſeculare, Bald. in l. de
his, C. de Epiſc. & Cleric. Natt. conſ. 27. Tiraq.
de retr. lignag. §. 32. glo. vnic. num. 80. & ſeq.
Franc. Marc. deciſ. 372. in 2. part.

7 In verbo, de cætero] hoc verbũ de cætero im-
portat tempus futurum, Aſyn. in ſua praxi iudi-
ciorũ, §. j. nu. 6. & dixi infra ad ſtatutũ 134. nu. 2.

In verbo, ſuper eſtimo ad rationem ſoldi.] ad
8 declarationem ſupponendum eſt, † quod onerum
quædam ſunt perſonalia, quædam mere realia,
quædam mixta, l. reſcripto, §. ſciendum, l. fin. ff.
de muner. & honor. Bart. Iaſ. & alij, in l. placet,
C. de ſacroſ. eccleſ. Gallia hæc tria declarans di-
9 cto conſil. 59. nume. 2. † hoc autem onus, quod
ſoluitur ſuper eſtimo, & ſic pro bonis allibratis, &
deſcriptis in eſtimo, ſeu cataſtro, quod communi
nomine appellatur menſualis, dicitur merè reale,
10 Gallia d. conſil. 59. † Inter onera verò perſona-
lia connumeratur ſalarium Prætoris, Medici, ac
cæterorum officialium, quæ cum ſint perſonalia
diuiduntur ſuper capitationibus, & bucis, Boſſ.
in tit. de Principe, & priuileg. eius nume. 100. cũ
ſeqq. Gallia d. conſ. 59. num. 4. & num. 45. cum
11 ſeqq. plurib. † Inter onera verò mixta connu-
merantur hoſpitationes militum, & eorum alimo-
nia, Natt. conſ. 409. nume. 3. Gallia d. conſ. 59.
12 num. 73. † Item taxæ equorum, quæ ſucceſſe-
runt in locum hoſpitationum dicuntur onera mi-
xta, perſonis pro rebus indicta, Bellon. conſ. 12.
num. 3. quæſt. 10. ac 15. ad finem, Crauet. conſ.
972. ante nume. 7. Flor. † qui etiam ponit à quo
13 habuerint originem huiuſmodi taxæ equorum in
repetitione l. ſi quando num. 27. C. vnde vi, Gal-
lia d. conſ. 59. num. 56. verſic. quo vero ad quar-
tam ſpeciem, & dixi etiam ſupra.

14 In verbo, & intelligantur illa onera] † declarat
quæ dicantur onera ordinaria, & quæ extraordi-
naria, de iure autem, quæ veniant dixi ſupra eod.
15 in verbo illa onera ordinaria. † Oritur antê du-
bium, an Ciuitas, vel vniuerſitas poſſit collectas
ſubditis ſuis imponere abſque Principis, vel Supe-
rioris licentia, & diſtingue, aut agitur de cauſa
voluntaria ſimpliciter, & non poteſt, Alb. conſ.
61. num. 5. lib. 2. Burſ. quæſt. 60. num. 7. Theſ.
deciſ. 257. num 4. Aut de cauſa vtili, & ſuperioris
exigitur authoritas, Petr. de Vbald de collect. nu.
1. Thomat. d. tract. cap. ſane ſi negotium, nu. 29.
Aut agitur de cauſa neceſſaria vrgente, nec Ciui-
tas aliundè poteſt ſatisfacere, & hoc caſu per ſe
poteſt, vt præcitati concludunt, & ità in puncto
pluribus relatis firmat Menoch. conſ. 1201. nu. 6.
cum ſeqq. lib. 13. vbi in 3. dicto nu. 25. & ſeq. po-
nit, quod dicatur debitum neceſſarium, & quali-
ter collecta ſit imponenda, in 4. & 5. dubitatione,
& an forenſibus imponi poſſit in 7. dubitatione,
qualiter autem onera inter ciues & rurales ſint di
ſtribuẽda, vide Menoch. conſ. 1144. Coſt. conſ. j.

De modo conducendi aquas, & faciendi conductus. Rubr. 133.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd quilibet volens conducere, ſeu conduci facere aquã, cui iuriſdictio ipſius aquæ competat, quod eam conducere, ſeu conduci facere poſſit, & valeat, & licitum ſit cauando cluſas, (&) alia neceſſaria faciendo, prout dicto conducere volenti videbitur per terras, & poſſeſſiones conſortum, ſeu vicinorum, ad minus tamen damnum ambarum partium, cum hac conditione, quod vti volentes commodo aquæ currentis inquantum iuriſdictio ipſius aquæ competat, ipſi teneantur, & debeant conferre ad ipſos ſumptus neceſſarios pro ipſo conductu conſtruendo pro rata, quod iuſtum fuerit, & arbitrabitur per perſonas expertas. Si autem ipſa aqua, vti nollent, vel non poſſent, quod pro damno, quod paterentur pro eorum terris, & poſſeſſionibus, per quas fierent prædicta occaſione conductus ipſius aquæ prouideatur, & ſatisfiat eiſdem, vt indemnes conſeruentur de valore terrarum, quæ eis öccupabuntur arbitrio duorum, vel plurium virorum expertorum in talibus per partes eligendorum. Ita tamen, quòd vigore præſentis ſtatuti, in præiuditium alicuius conductus aquæ facti cauſa adaquandi aliqua prædia, non poſſit aliquid innouari.

Summarium ad ſtatutum 133. in ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc ſtatutum.*
2 *Aquas ducere quis poteſt per fundum alienum, & quomodo.*
3 *Hoc ſtatutum dicitur fauorabile.*
4 *Vendere nemo cogitur rem ſuam regulariter.*
5 *Fallit ratione publicæ vtilitatis, prout tempore careſtia.*
6 *Molendinum edificare licitè poteſt is, per cuius prædia aqua labuntur.*
7 *Scolaticia ducentes, an poſſint vti beneficio huius ſtatuti.*
8 *Clerici, an hoc ſtatuto obligentur, & nu. 9.*

1 AD hoc † ſtatutum, vide etiam Nouas Con-
ſtitutiones Mediolani, in tit. de aquis, &
2 fluminibus, in † quibus permittitur, poſſe duci
aquas

aquas per agros cuiuslibet, etiam secus viam ad minus damnum, & incommodum partis, soluto tamen prius eius pretio terræ occupandæ, & quartò pluri, nec non, & damnum, quod fieri contigerit æstimandum per duos peritos, & vt latius ibi continetur; & scias, † quòd hoc statutum, &
3 memoratæ constitutiones, idem statuentes dicuntur fauorabiles, & propter publicam vtilitatem introductæ, vt per Menoch. post Cepol. & Rubeum per eum allegatos de arbitr. iudic. casu 462. nu. 11. & dum statutum vult ductum aquæ conducendæ ad minus damnum, & incommodum partium intelligi debet, de partibus, per quorum agros, vel fundos fit transitus, non autem ad minus damnum conducere volentium aquas, l. 3. §. is qui, ff. de aqua quotidiana, & æstiua l. seruus, §. si quis riuũ, ff. de riu. plura in puncto D. Rouescalla olim humanissimus, & eruditissimus præceptor meus, in suis lucubrationibus ad consilia Baldi, consil. 34. lib. 5.

4 In verbo, de valore terrarum &c.] nota, † quod licèt regulariter nemo cogatur vendere rem suam l. nec emere, vbi DD. ff. de iure delib. cap. 1. vbi Abb. & Felin. de empt. & vend. tamen inter alias plures fallentias datas per Abb. & Felin vbi supra & per Ias. in d. l. nec emere restringitur hæc regu-
5 la, vt non procedat, † ratione publicæ vtilitatis, ob quam quis cogitur vendere rem suam, vt hic, prout testatur Menoch. dicto casu 462. num. 12. Hinc dicimus, quod tempore carestiæ, possunt cogi diuites vendere frumentum ob bonum publicum, Bart. in l. annonã, ff. de extraordin. crimin. & in l. prima, §. cura carnis, ff. de officio Præfect. Vrbis, Ias. ad l. nec emere, Abb. in d. cap. primo, num. 6. Rip. tract. de peste, tit. de remed. præseruat. contra pestem, num. 186. cum pluribus seqq.

6 In verbo, quę eis occupabuntur] † nota tamen, quod is per cuius prædia aqua, ducitur ad loca inferiora potest licitè in suo prædio conficere molendinum, dummodo tamen non impediat aquæ cursum, ità Curt. sen. cons. 23. quem refert, & se-
7 quitur Menoc. dicto casu 462 in fine. † Habereq; locum hoc statutum, non solum si quis aquam viuam vellet concedere, sed etiam scholaticia, declarauit Excellentissimus Mediolani Senatus die 23. Martij 1554. per decretũ Papiæ Prætori emanatum. & 1588. 23. Martij, in causa Dominorum de Medijs barbis.

8 Hoc † statuto ligantur etiam clerici volentes eodem, vti statuto tamquam publicam respiciat vtilitatem, & eorum bona, Menoch. cons. 800. nu.
9 18. lib. 8. & cons. 1000. nu. 33 lib. 10. non † tamen habet locum, quando ducens aquã afferret damnum, vt quia transeundo per agrum vicini, in quo scaturiunt aquæ, & ducendo aquas abducerentur. Cepol. de seruitut. rustic. prædiorum, cap. 4. num. 69. Menoch. de retinenda possess. remed. 6. num. 110.

Quod Inuentarium, & beneficium inuentarij de cetero non habeat locum. Rubr. 134.

ITem statuimus, quod de cætero in Ciuitate Papiæ, eiusq; districtu in futuris hæredibus, non habeat locum inuentarium, nec beneficium inuentarij, & legis, scimus C. de iure deliberandi.

Summarium ad Statutum 134. in Ciuilibus.

1 *AD hoc statutum, quæ videnda.*
2 *Clausula, de cætero, quid importet.*
3 *Hoc statutum non ligat personas ecclesiasticas.*
4 *Clericus adiens hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij, minimè consequitur partem aliorũ fratrum repudiantium.*
5 *Fraus non præsumitur in illo, qui fit facit clericũ, vt vtatur beneficio huius statuti.*
6 *Hæres Papiæ non gaudet beneficio Inuentarij.*
7 *Cautela, qua succurritur hæredi non gaudenti beneficio Inuentarij.*
8 *Beneficium inuentarij dicitur multiplex.*
9 *Hæres cum beneficio inuentarij, non tenetur vltra vires hæreditatis.*
10 *Hæres nõ conficiens inuentarium in foro conscientia, non tenetur vltra uires hæreditatis.*
11 *Statutum hoc, an trahatur ad bona extra territorium.*
12 *Minor, qui adiuit, licèt non gaudeat beneficio Inuentarij, potest tamen restitui in integrum.*
13 *Maior restituitur aduersus aditam hæreditatem, ob iustum timorem, seu ignorantiam.*
14 *Senatus Excellentissimus Mediolani aliquando dispensauit, posse adiri hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij.*

1
Irca hoc statutum plura dici possent circa materiam inuentarij, sed quia plenè de hoc discutit, Carpan. ad stat. Mediol. cap. 277. per totum, quo loci adest pænè consimile statutũ, ideò omittenda censeo, cum apud eum videri possint, & apud Rol. à Val. in suo tract. de inuentario, nec non apud Fanuc. in eodem tract. solum nonnulla apponenda curabo ad declarationem huius nostri statuti; scias itaq; quod valet huiusmodi statutũ tollens vires inuentarij, Roll. à Vall. in tract. de confectione inuentarij, vers. testator an possit prohibere, nu. 5. circa finem.

2 In verbo, de cætero † hoc verbũ importat tempus futurum, Asin. in in sua praxi Iud. §. 3. cap. 1.
3 & dixi supra ad statutum 132. nu. 7. † est tamen sciendum huiusmodi statutum minime ligare cle-
4 ricos, Alex. cons. 209 cum duob seqq. volum. 2. † scias tamen, quod si pluribus fratribus deferatur hæreditas ab intestato, inter quos adsit vnus clericus, quod tunc ipse non potest habere partem aliorum, eam repudiantium, ad hoc, vt possit, vti beneficio legis, & inuentarij, ità cauetur ex diplomate Clementis Papæ VII. dato primo Septemb. anni 1533. & publicato die 29. Iulij 1534. licèt in terris Summo Pontifici immediatè non subiectis,

5 hoc non seruetur,† nota tamen, quod non præsumitur fraus, etiam, quod quis se faciat clericum, vt vtatur beneficio huiusmodi statuti, Alciat. cõs. 354. ad fin.

6 In verbo, in futuris heredibus]† nota quod heres licet non possit gaudere beneficio Inuentarij, 7 tamen datur † cautela, quod si dubitat de hæreditate, quia fortasse timet esse damnosam, & deliberat, an velit adire, procuret citationem fieri per proclamata contra creditores, vt ostendãt instrumenta debiti hæreditarij ipsi hæredi, vt deliberare possit, quod si vocati ad præstitutam diem non veniant, nec de creditis suis doceant sibi prejudicãt, Bart. in l. aristo, ff. de iure delib Mysing. obseru. 47. Appostill ad Pract. Papiensem in forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento, in glo. pure instituit, sub nu. 9.

8 In verbo, nec beneficium inuentarij,]† beneficiũ inuentarij dicitur multiplex, de quo per Practic. Papiens. in forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento, in glo. pure instituit, num. 9. cum pluribus sequent. vbi Appostil. ad eum, & de quo etiã Carp. ad stat. Mediolani, cap. 272. num. 47. vbi 9 remissiuè,† & nota, primum beneficium, vt faciat hæredem non teneri vltra vires hæreditarias, quia alias teneretur, non confecto inuentario, vt per Soc. reg. 214. hæres inuentarium, Bursat. cons. 9. nu. 31. volum. primo, Osasch. decis. 181. nu. 13. 10 Pract. Papiens. in dicta glo. pure, † quod tamen non procedit in foro conscientiæ, quo casu hæres etiam non conficiens inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias, Alex. & Ias. in rub. in fine, ff. de acquir. hæredit. Afflict. in constitut. Regni, rub. 82. de salarijs Aduocatorum, num. 3. lib. 1. Soc. dicta reg. 234. Menoch. cons. 89. num. 164. volum. primo.

11 Sed iuxta † hoc quæro, an huiusmodi statutum trahatur ad bona sita extra territorium, in quo nõ vigeat hoc statutum, vide Carp. ad dictum caput 272. num. 87. cum seq. tenentem quod sic, modo maior pars bonorum sit in dominio, & ibi. refert duo Excellentissimi Senatus in hoc decreta.

12 † Vnum tamen scias, ad materiam huius statuti, quod licèt hodie in territorio Papiæ, non habet locum beneficium inuentarij, tamen si ille, qui adiuit, est minor, posset petere restitutionem in integrum aduersus aditam hæreditatem, l. prima, C. si vt ab hæred. se abstin. Odd. de restitutione in integrum, q. 36. & 62. Surd. cons. 95. vol. 13 primo, & decis. 32. nu. 35. si † verò est maior tunc non potest petere restitutionem in integrum, sub prætextu, quod minus sit repertum in hæreditate, quam ipse putauit, sed bene ei datur restitutio in integrum ob iustum timorem in facto consistentẽ seu ob ignorantiam, & sic ex clausula generali, vt in terminis huius statuti, tradit D. Costa in suo tract. de fact. scient. aut ignorant. dist. in 37. cent. 14 prima, num. 10. cum duobus seq. † Senatusq; Excellentissimus Mediolani aliquando dispensauit, vt possint hæredes potiri beneficio legis, & inuentarij, non obstante hoc statuto, Carp. dicto c. 272. num. 89. licèt regulariter hoc non concedat.

De cessione iurium, & donationibus non fiendis, nisi seruata certa forma. Rub. 135.

VT Multis fraudibus obuietur, quæ sæpè committuntur in iurium cessione prouida deliberatione statuimus, quòd cum per aliquam personam, Commune, Collegium, & Vniuersitatem continget in futurum fieri alicui aliquam iuris cessionem aliquo titulo, quod non aliter valeat, nec teneat cessio iurium ipso iure, nisi cedens iuret proprio sacramento debitum, de quo cessionem facit, verum esse in toto, vel in parte, quam cedit, & quod de eo non est facta aliqua solutio, nec satisfactio, vel compensatio. Sed re vera debitor contra quem cedit est verus debitor. Item quòd, nec illud fuit debitum simulatum, siue instrumentum factum simulatè, nec propter aliud, quàm occasione veri debiti. Et quòd acquirens etiam titulo aliquo cessionem dictorum iurium præstet simile sacramentum, quod credit illud, quod acquirit esse verum debitum, & instrumentum illud fuisse verum, & non simulatæ, vel fictitiè factum. Et si cessio fuerit facta titulo emptionis, quòd pecunia numeretur in præsentia coram testibus, & tabellione, & quòd iurent ambæ partes, videlicet, cedens, & emens, vel acquirens, quod illa pecunia verè numeratur, animo, & intentione, quod sit verè cedentis, & recipientis pecuniam, & quòd verè penes eum debeat remanere, non autem reddi debeat numeranti, siuè acquisitori, vel emptori, vt sæpè, & sæpius fieri solet. Si verò facta fuerit titulo donationis, quòd tunc, vltra prædicta, teneantur partes iurare, quod nulla quantitas pecuniæ, data, vel numerata est, vel est danda, vel numeranda in futurum, occasione talis cessionis. Et si quo tempore repertum fuerit contrarium, vel quod instrumentum de quo facta fuerit cessio, fuerit simulatum, vel non verum, vel quòd debitum fuerit solutum, vel pro eo aliter satisfactum, & sic de periurio contrahentes, possint meritò conuinci, quòd ille, qui apparebit periurus, puniatur in duplum quantitatis in cessione comprehensæ, cuius medietas peruẽniat in debitorem, contra quem facta est cessio, &

alia

alia perueniat in Commune Papiæ. Prædicta autem non habeant locum in cessionibus, quæ fieri contingent inter cohæredes diuidentes bona, & iura hæreditaria, quia illa transeant inter eos talia qualia sunt absque solemnitate prædicta, & secundum formam iuris communis, nec habeant locum prædicta in cessionibus iuris, quæ fiunt in contractu venditionis, donationis, vel permutationis rerum immobilium, quæ cessio fit in consequentiam contractus præambuli facti super dicta re immobili. Quod autem dictum est de Communi, Collegio, vel Vniuersitate cedente, vel cessionem recipiente, quod iurare debeant, sufficiat iurare rectores, seu consules, vel Sindicos dictæ Communitatis, Collegij, vel Vniuersitatis.

Summarium ad statutum 135. in Ciuilib.

1 Videnda ad hoc statutum, & ad materiam cessionum.
2 In cessione quanã sint apponenda, tàm ex præscripto statuti, quam N. C. Mediolani.
3 Lex noua, quando non contrariatur antiquæ, sed potest concordari solemnitas, unius non censetur pro alia sublata.
4 Forma statuti nostri, & Nou. const. tit. de donat. an adimplenda formaliter, vel per æquipollens, vel per clausulam, in omnibus, & per omnia.
5 Forma, an possit renunciari.
6 An sufficiat iuramentum hic, vbi requiritur formalitas verborum, & nu. 36 & 56.
7 Forma huius statuti, an obseruanda per subditũ contrahentem extra territorium, & vide nu. 13. vbi contra, & nu. 16.
8 Locus contractus inspicitur in solẽnitatibus contractuum.
9 Acta valida fidem faciunt vbique.
10 Forum quis sortitur contrahendo.
11 Extensio in statutis correctorijs non admittitur.
12 Iuramentũ supplet defectũ solẽnitatis statutariæ.
14 Statutum originis spectatur in vltimis voluntatibus.
15 Statutum de contractu, an comprehendat contractum extra territorium.
17 Quid si statutum sit negatiuè conceptum.
18 Ius reale, an veniat sub prohibitione statuti.
19 Debitor propriè dicitur conuentus actione reali.
20 Statutum propriè intelligendum.
21 Ius reale non venit in statuto faciente mentionem de debito.
22 Ius reale dupliciter consideratur.
23 Ius in re fortius, quàm ius ad rem.
24 Ius ad rem mobilem reputatur immobile.
25 Statutum quoties supponit aliquid de necessitate, tunc verba statuti ad terminos iuris restringi debent.
26 Dominium est ius disponendi de re.
27 Statutum, an habeant locum in cessionibus, quæ fiunt in contractu rerum immobilium, & nu. 29. vbi limita.
28 Contractus cognoscitur ex eo, quod actum est, non ex nomine.
30 Cessio de incerto fit cum dispensatione Senatus.
31 Subditi contrahẽtes extra territoriũ absq; solemnitate huius statuti, an dicantur facere in fraudẽ.
32 Forma huius statuti, non potest pinguius adimpleri, & num. 34.
33 Forma non potest addi, vel detrahi.
37 Cautella, an dari possit, vt valeat cessio absq; hac forma; & nu. 57. & an possit renũciari huic formæ.
38 Statutum hoc loquens de cessione iurium comprehendit tám realia, quam personalia.
39 Contractus simulatus quis.
40 Pactum de retrouendendo incontinenti appositum, an faciat præsumi contractum simulatum.
41 Simulatio coniecturis probatur.
42 Iuramentum simplex non conualidat contractum simulatum.
43 Fallit in iuramento in fine contractus apposito, quo iurantes &c. & nu. 45. & 46.
44 Iuramentum in fine contractus appositum ad omnia refertur.
45 Reg. quod iuramentum tollat exceptionem simulationis, fallit tribus casibus.
46 Cessio si sit nulla, an possit cessionarius agere, vt simplex procurator.
47 Numeratio ficta, an sufficiat in hoc statuto.
48 In contractibus, in quibus non numeratur pecunia fraus non præsumitur.
49 Donatio excedens 500. aureos, non insinuata, sed iuramento vallata, an valeat.
50 Hoc statutum non procedit in donatione ob merita.
An in donatione, seu cessione facta per patrem filio.
51 Hoc statutum, an procedat in donatione ob causã. Quid in remissione rei dubiæ, aut illiquidæ, vel etiã certum.
52 Statutũ loquens de donationibus, quomodo intelligendum.
53 Contrahentes non possunt allegare defectum solemnitatum statuti, & quare.
54 Hoc statutum, an comprehendat ius reale.
55 Cõtractus, an validus, si partes iurent simpliciter non seruata forma statuti.
58 Hoc statutum, an procedat in cessionibus, quæ fiunt in consequentiam. Cessio accessoria quæ.
59 Quid in cessionibus, quæ fiunt per fideiussores erga alios fideiussores.
60 Hoc statutum, an habeat locum in positione in locũ cum constitutione procuratoris.
61 Quid in habentibus causam communem.
62 De his quæ fiunt in consequentiam.
63 Cedens actiones potest conuenire debitorem, ratione directæ actionis apud ipsũ remãsæ, & quando cornat cessio, nu 64.
65 Emptor cessionis non potest cessionem fraudolentã, vel nullam dicere.
66 Cedentis confessio de pretio recepto, an obsit tertio.
67 Remittens, vel renuncians iuri, quod habet, an teneatur seruare huius statuti solemnia.
68 Donatio tacita, requirit huius statuti solemnitates.

1 AD † hoc stat. vide decret. 7. & 8. & sup. stat. ciuile 62. & 64. & conuenit hoc statutum, cum dispositione Nouarũ Constitut. Mediol. in tit. de donatio. Veg. cons. 15. num. primo, & seq. Gabr. in suis cõmun. tit. de action. concl. 5. & qualiter prĕsumatur ficta, & simulata, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsum. 129. Rim. iun. cons. 467. vbi latè de nullitate defectu solemnium, Gabr. cons. 67. lib. primo. Costa in tract. de port. ratæ, q. 70. Alb. cons. 217. & 265. Rot. Rom. in nouiss. decis. 219. nu. 2. part. prima, Peregr. Ianin. latissimè in tract. de citatione reali, lib. 2. cap. 2. per totum, vbi plenissimè. Fulu. Pacian. cons. 88. per totum, & cons. 89. vbi in punctualibus terminis statuti prohibentis cessiones versatur, Osasch. decis. 62. vbi agit, quando cedẽs non obstante cessione agere possit, & quo fauore cedẽtis, aut cessionarij facta dicatur, sit autẽ cessio aut absq; prætio sola liberalitate, aut prætio interueniente, quod. & quale esse debeat, traditur per omnes in l. ab Anastasio, & l. per diuersas, C. mandati, Gabr. de action. conclus. 5. diciturq; cessionarius procurator in rem suam, Bertaz. de clausul. clausul. 28. gl. 1. nu. 1. Eugen. cons. 73. nu. 6. Borg. decis. 23. nu. 26. part. 3. Quando autem facta præsumatur agit latissimè Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 129. Bertazzol. claus. 27. gl. 2. per totum, Decian. respons. 109. nu. 19. lib. 3. Effectus autem plurimi ex cessione oriuntur in fauorem cessionarij, & in eius perniciem, nec non fauore cedentis eiusquè odio, quos prosequitur Anton. Oliban. tract. de action. part. 2. lib. primo, cap. 4. num. 15. cum seqq. plurib. & ibi d. cap. omnia ferè reperies, quæ in cessionis materia dici possunt, nec
2 alibi melius legi iuditio meo potest, † in huiusmodi autem cessione, non solum debent apponi verba statuti nostri, sed etiam verba, seu forma iuramenti Nouarum Constitutionum simul, & semel
3 ea ratione, quia, † quãdo lex noua non contrariatur antiquæ, sed potest aliquo modo ad concordiam reduci, non censetur vna solemnitas per aliã sublata ex traditis per Bart. in extrauag. ad reprim. in verbo, non obstantibus copiosè, Hieron. Gabr. cons. 7. per totum, vol. primo, itã Carp. ad stat. Med. cap. 446. vbi testatur, itã in praxi obseruari per Notarios Mediolani.
4 Sed † dubium est nunquid huiusmodi formæ traditæ ab hoc nostro statuto, & à Nouis Constit. Mediol. in tit. de donationibus debeant fieri per hæc formalia verba; an verò sufficiat adimpleri per æquipolens, vel per clausulam in omnibus, & per omnia, & dic per hæc formalia verba, iurari, alioquin contractus non valeret, non obstante clausula, in omnibus, & per omnia, Plot. in repet. l. si quando, nu 220. versic. Decretum Mediolani, & 372. & 866. Crauet. cons. 242. Dec. cons. 86. col. finali. Quinimò debent omnia verba specificè exprimi alioquin contractus est nullus, & non conualidatur per clausulã, iurat in omnibus, & per oĩa Marsil. singul. 415. Plot. vbi sup. nu. 372. 865. Costa in suis memorab. vers. iuramentum, Carp. in puncto ad statuta Mediol. cap. 324. nu. 181. cum seq. vbi itã per Excellentissimum Mediol. Senatum iudicatum, testatur Lancel. Galia. plenissimo cõs. 31. & cõs. 51. nu. 11. cum pluribus seqq. Addition. ad Alb. cons. 240. litera P. Tiraq. de legib. cõnub. gl. 5. nu. 182. & seq. nam quoties lex requirit aliquid pro forma non sufficit æquipollens, glo. fin. in l. decem, ff. de fideic. libertat. licèt aliqui contrarium tenuerint, vt per Alb. cons. 240. nu. 33. cum seqq. plurib. lib. 2. nec potest huic formæ renunciari, Soc. cons. 24. nu. 21. 23. vol. primo, Afin. in
6 sua praxi iudic. §. 3. cap. 36. num. 5. cum seq. † An autem iuramentum sufficiat in casu nostro, in quo requiritur formalitas verborum; & dic, quod non, prout in terminis huius statuti, firmat D. Costa de portione ratæ, quæst. 125. nu. 15.
7 Sed † iuxta hoc quæritur, nunquid hoc statutũ, & solemnitas eiusdem debeat obseruari à contrahentibus Papiensibus extra territorium, hæc quæstio est controuersa, vnde distinguunt DD. quod, aut statutum hoc loquitur in rem, aut in personã. Item, aut simpliciter prohibet aliquid fieri sine hac solemnitate, aut tãtum contractui celebrando certam præfigit solemnitatem, & hoc casu an extendatur ad contractum extra territorium, & respondetur, quod videtur tantum præfigere certam solemnitatem contractui celebrando, & etiã minimè extenditur ad contractum extra territorium, Bart. Bald. Salic. in l. prima, C. de Sum. Trin. & fid. catholic. cum alijs ad satuitatem congestis, per Lambertengh. de contract. glo. 2. in verbo,
8 mulierum, quæst. 10. & alijs seqq † quia in solemnitatibus contractuum propter statutum semper inspicitur locus, vbi contractus celebratur, †
9 nam acta valida facta in vna Ciuitate fidem faciunt, vbiq; l. is apud quem, C. de edendo, Ias. in l. cunctos populos, colum. penult. & fin. C. de Sum. Trin. & fide cathol. Alb. cons. 207. num. 19. lib. 2. præcipuè ex quo statutum non liceat expressè subditos suos extra territorium, Alex. cons. 41. nu. 6. &
10 10. lib. primo, Ias. cons. 59. lib. 3. Alia † est ratio, quia contrahendo quis dicitur forum sortiri, l. contraxisse, ff. de act. & oblig. quod hercle nihil aliud inducit, quam alligari statutis illius loci, vbi conuentio concluditur, Dec. in l. fin. ff. de iurisd. omnium iud. Gozad. cons. 49. nu. 13. Socin. iun.
11 cons. 25. nu. 2. lib. 3. sequitur, & alia ratio, † quia in correctorijs iuris communis statuta nullam admittunt extensionem de re ad rem, nec de loco ad locum, alioquin sequeretur, quod ligirent forensses, ẽt respectu rerum in territorio existentiũ, quod esse non debet, Alciat. cons. 200. nu. 3. Berous cõs. 60. nu. 32. vol. 2. Dec. cons. 21. nu. 22. lib. 2. Gab. cons. 13. lib. primo, Borgnin. decis. 2. nume. 13.
12 parte prima. † Item si apponatur iuramentum illud supplet defectum solemnitatis statutariæ, cum habeat vim specialis expressionis, Alex. cons. 125. col. penult. vol. primo, Corn. cons. 36. nu. 2. vol. 3. Alciat. cons. 132. nu. 6. Decis. Perus. 66. nu. 6. par. 2. latissimè Cephal. cons. 467. nu. 3. cum seq. vol. 3. Nat. cons. vltimo, lib. primo, Gabr. in tit. de iureiuran. conclus. 5.
13 Et licet † non defuerint, qui contrarium tenuerint, nempe, quod etiam solemnitas statutorum Papiæ inter Papienses, debeat seruari, etiam quod contrahentes contrahant extra territorium, vt tenuit Bald. consil. 418. colum. 2. lib. 4. & consil. 60. lib. 5. Rom. consil. 39. Ias. in l. si arrogator, colum. 15. & sequenti, ff. de adopt. Marsil. in repetitione, l. fin. ff. de iurisdict. omnium iudicum, num. 145. & Bart. in l. prima, C. de Sum. Trin. & fid. cathol. Plot. cons. 17. num. 30. Roll. à Vall. cons. 91. volum. 3. & cons. 33. in fine, Cephal. cõs. 309. volum. 3. Bursat. cons. 59. num. 32. cons. 75. nu. 10. vol. primo, Alb. cons. 50. nu 5. Paris. cons. 99. nu. 58. vol. primo, Aret. cons. 54. & 73. Borgnin. decis. 42. nu. 35. volum. 2. Alex. cons. 41. num. 7. volum.

14 volum. primo, † vbi statutum originis spectatur etiam in vltimis voluntatibus, quæ sunt fauorabiliores contractibus, l. in testamentis, ff. de reg. iur. pleniffimè Ias. in l. quæ de legato, ff. de leg. j.

15 Attamen † eorū opinio intelligi debet, quando statutum habilitat, vel inhabilitat personam, & est fauorabile, tunc enim ad contractum extra territorium factum extenditur; præcipuè quando statutum loquitur in rem, prohibendo rem ipsam alienari, aut super ea contrahi, Bart. in l. cunctos populos, quæst. 6. C. de Sum. Trin. & fid. catholic. Soc. cons. 176. col. 4. versic. sed quispiam, lib. 7. cons. 144. col. fin. in medio lib. 4. Crauet. cons. 281. & in terminis Cephal. cons. 309. num. 59. vol. 3. & eo etiam magis procedit, quando fraus interuenit in contrahente extra territorium, secus qñ interuenit bona fides, & qñ stat. solumō dat certā formā cōtractui, quia isto casu attenditur forma loci cōtractus, & non domicilij, vt tradunt Franc. Aret. cons. 54. & 73. Capra cōs. 144. Ias. cons. 19. lib. 3. Nonius consil. 201. lib. primo, Ant. Gabr. lib. 6. recept. sententiarum conclus. 8. num. 21. Socin. sen. consil. 176. num. 7. vol. 2. consil. 131. lib. 4. num. 2. Port ab Imol. in suis regul. cōmun. opin. lib. 5. fol. 1011. reg. 31. hoc autem statutum Papiense non prohibet aliquid fieri, seruata forma in ipso tradita, ideò sufficit, quod attendatur solemnitas statutorum loci, in quo contrahitur extra territorium Papiæ.

16 † Contrarium respondet in terminis, Gabr. suis commubibus, tit. de statutis, conclus. 8. num. 7. 15. & 21. Aret. cons. 54. n. 2. Alc. cōs. 125. Gall. in cōsuet. Alexan. præfat. 8. num. 4. Silua. cons. 4. colum. fin. volum. primo, nam quando solemnitas est actus, & agitur de casu fauorabili, ea est seruanda etiam extra territorium per subditos, Martin. Laudens. in tract. de legit. part. prima, num. 17. secus vbi est solemnitas personæ, Roll. consil. 24. num. 17. cum seq. volum. 3. cum multis allegatis per Surd. consil. 2. num. 26. vbi dicit id procedere non posse, quando statutum præfigit certam formam, seu modificationem, prout in hoc præsenti statuto Papiensi 135. quod quidem statutum est fauorabile, attenta principali ratione, quæ mouit statuentes, pro fraudibus obuiandis, licèt in consequentiam videtur odiosum, cum imminuat liberam rerum administrationem, vnde ligat vltra territorium, præsertim, quia est prohibitorium, Roman. consil. 39. num. 1. & 2. rursus principaliter disponit de rebus subiectis, vnde per omnes etiam forenses alibi contrahentes debet obseruari, & hoc defendit Surd. consil. 90. num. 9.

Præterea ex Gabr. consil. primo, num. 6. lib. primo, testante de veriori sententia dicendum est prædictū statutum inhabilitare ipsam personam, ad quam verba diriguntur, non absolute, sed re-

17 spectu certæ solemnitatis, & maximè, † quia est negatiue conceptum per illa verba, quod non aliter valeat, nec teneat cessio iurium, quo casu porrigitur statutum, etiam ad subditos contrahentes etiam extra territorium, super tamen bonis suis sitis in territorio, vt videtur sentire, idem Gabr. consil. 13. & Bald. expressè cons. 474. nu. primo, volum. 4. vbi hoc firmiter tenet in statuto fauorabili, respectu bonorum sitorum in territorio, sed hoc præsens statutum est fauorabile, vt scilicèt fraudandi causam remoueat, vt supra dictum est, ergo.

Tenendo hanc vltimam opinionem, videtur

18 adhuc dubitandum, an † sub prohibitione huius statuti veniat ius reale, nempè translatio dominij, & videtur dicendum, quod non, quia statutum loquitur in debito, & restringit cessionem ad illud, quod debetur, & dandum est à debitore, quod nō

19 conuenit alienationi dominij, † quia ille, qui potest conueniri actione reali, non dicitur propriè debitor, & in statuto faciente mentionem de de-

20 bito, non venit ius reale, † cum statuta propriè, & strictè, debeant intelligi, vt disponitur in statuto 83. in crimin. infra, & tradit Bald. in l. fin. colum. 2. C. de bon. authorit. iud. possid. Imò cessio fit propriè de iuribus incorporalibus, l. final., vbi Bart. & glos. ff. de donat. scribentes in l. prima. C. de act. & oblig. & Osasch. decis. 63. & cessionem nuncupatim vocat Plot. in consil. 37. nu. 22. cons. 42. num. 5. cum seq. Bald. cons. 163. volum. 3. & †

21 quod ius reale non dicatur propriè deberi, nec veniat in statuto faciente mentionem de debito, tradit Gabr. pleno cons. 8. per totum. vbi concludit, quod statutum de creditoribus non comprǽhendit eos, qui habent actionem realem, quasi dicantur, abusiuè creditores, nisi statuti verba repugnent, vel aliud suadeat, subiecta materia, vt in casu dicti statuti, tum ex rubro, tùm ex nigro, vbi

22 semper fit mentio de iuribus. Prætereà † ius reale dupliciter consideratur, nempè in re, & ad rem, l. 2. §. in hac actione, ff. vi bon. rapt. Ias. in §.

23 sed istæ, colum. 2. instit. de action. Porrò † ius in re est firmius, quàm ius ad rem, & securius, quàm actio in personam, l. plus cautiones, ff. de reg. iur. vnde quando verba sunt clara, vel ratio statuti vtrinque adaptatur iuris appellatione venit, tàm personale, quàm reale, ità Simon de Prætis cons. 45. num. 6. & seq. Imò † ius ad rem immobilem

24 censetur immobiles res, etiam in statutis de bonis loquentibus, Bart in l. si ad resoluendum, num. primo, C. de præd. min. Rom. cons. 509. num. 16. & 17. Alexand. cons. 27. num. 6. & cons. 54. nu. 4. colum. 3. Tiraquel. plenè tract. de retract. lignag. §. primo. glo. 7. num. 31. & §. 32. glo. vnica, nu. 78. cum seq. vbi idem iudicatur de iuribus ad rem mobilem, quod de actionibus personalibus. Item possunt ponderari illa verba statuti, videlicet, & quod de eo non est facta solutio, nec satisfactio, nec compensatio, pro quorum declaratione, vide tex. in l. fin. C. de hæred. vel act. vend. vbi Bald. num. 7. Imò Benicas. in præfatione ad tit. de act. num. 160. testatur de communi, quod debitor actione reali, dicatur propriè debitor; Ipsa autem verba statuti supponunt ius, quod ceditur, & alienatur illius creditoris fuisse tempore contractus, vt solutio, & satisfactio, & compensatio fieri debuisset, quod quidem referri non potest ad concessionem iurium hæreditariorum, quia in actu,

25 nec in habitu potest recipere solutionem, † cum igitur statutum supponat aliquid de necessitate ad terminos statuti restringi bebet, Dec. cons. 511 num. 4. & vbi non conueniunt verba statuti, neq; conuenit dispositio Alexand. consil. 106. lib. 5. alienatio igitur iurium non potest includi sub dicto statuto, quod ex alio etiā comprobatur, ponderando statutum in illis verbis quantitatis in cessione comprǽhensæ, quæ qualificat totum tenorē huius statuti, & restringit dispositionem ad alienationem iuris consistentis in quantitate, quæ referri non possunt ad alienationem, immobilium, vel ad translationem dominij, quia aliud est quan-

tiras debita, aliud ius reale, vel dominium, vel aliud est cedere debitum quantitatis, aliud est
26 alienare rei dominium, † quia dominium est ius disponendi de re, Bart. in l. si quis, in §. differentia, de acquir. possess. abdicare igitur dominium, vel iura dominij, est abdicare à se illud ius disponendi de eo, & transferre in acquirentem, quod nihil commune habet cum cessione debiti quantitatis.

27 Postremò, † statutum se ipsum declarat, vt non habeat locum in cessionibus iurium, quæ fiunt in contractu venditionis, donationis, vel permutationis rerum immobilium, quæ cessio fit, in consequentiam contractus præambuli, ideò si in ipsa cessione interueniat prætium, dicitur fieri titulo venditionis, etiam quod hoc non exprimatur, vt concludit Paris. consil. 83. numer. 20. & sequenti, lib. 3.

28 Ad † dignoscendum verò qualitatem contractus, debet inspici, quod actum est, nec attenditur nomen expressum, quando actus repugnat verbis, & è contra, Afflict. decis. 172. Alciat. consil. 103. num. 6. Crauet. consil. 20. num. 5. & 6. Alb. consil. 81. nu. 48. & in terminis consil. 200. lib. 2. & melius Bart. in l. per diuersas, num. 23. C. mand. vbi venditio hæreditatis non possessio dicitur propriè cessio.

29 Est † verum, quod si prætium cessionis non corrispondet actioni, tunc non valet cessio, Gabr. in suis communibus, tit. de act. concl. 5. num. primo cum seq. latè declarando per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 129. cum alijs supra, in
30 principio allegatis. † Ampliatur si de incerto fiat cessio, vt minimè teneat nisi accedat dispesatio Senatus Excellentissimi super eo, quod sufficiat iurari in genere, vt solet quandoq; Senatus dispensare, vt tradit Carp. ad statuta Mediolani, dicto cap. 446. in fine.

31 † Quomodo autem contrahentes, dum se alio transferunt extra territorium Papiense ad contrahendum de bonis sitis in territorio Papiensi, sine solemnitate huius statuti suæ originis, videantur fraudem facere ipsi statuto, vide Alexand. in l. iuris gentium, §. Prætor ait, ff. de pact. & cons. 41. num. 7. volum. 5. Aret. consil. 33. & seqq. Lamberteng. de contract. mulier. glo. 2. nu. 53. versic. decimo septimo.

Præterea sicuti non potest omitti, nec in toto, nec pro parte forma iuramenti in hoc statuto tra-
32 dita, ita, † nec etiam potest iurari pinguius ipsa
33 forma, formę enim nihil addi, vel detrahi potest, Bald. in l. fin colum. 2. C. de suis, & legit. Ias. in l. hæc verba, nu. 42. ff. de leg. primo, Tiraq. in tract. lignag. §. 36. glos. 2. num. 58. vsque ad finem, Paris. consil. 19. numer. 188. lib. 2. Roll. à Vall. consil. 33. num. 10. & seq. lib. 3. & consil. 29. in princip. & latissimè cons. 72. nu. 54. & seq. lib. 3. vbi concludit, quod vbi statuti forma obseruatur ad vnguem, nihil addendo, vel diminuendo sustinetur actus, secus vbi aliquid additur, vel diminuitur, quia corruit actus, & communem dicit, Plot. in repet. l. si quando, C. vnde vi, num. 372. & 865. quia de verbo ad verbum debet iurari, nihil addito, vel diminuto, aliter cessio corruit, & iuramentum præstitum, secundum Nou. Constit. Mediol. in tit. de donat. nihil operatur in casu, vbi etiam
34 requiratur ex forma statuti huius, nisi etiam præstetur de verbo ad verbum, prout requiritur, tùm quia etiam Constitutiones loquuntur in cessionibus iuriū titulo lucratiuo, nō autem titulo oneroso, & cum mediante prætio fiant cessiones, ac etiā quia constitutiones ipsæ non derogant statutis
35 Ciuitatum, nam † quando lex noua non contrariatur antiquæ, sed potest aliquo pacto ad concordiam reduci non censetur vna per aliam sublata, Bartol. in extrauag. ad reprim. in verbo, non obstantibus, Castr. cons. 106. volum. 2. & Gabr. consil. 7. & licèt fortè dici posset, quod fundamentum detur parum tutum, quia abundans cautela non nocet, vt tradit Carpan. ad statuta Mediol. cap. 445. num. 46. vbi allegat Tiraq. tamen contrarium verius esse plures tenent ex prædictis &c. & ita tenet Menoch. cons. 261. num. 33. & seq. lib. 3. Federic. Scot. cons. 44. & seqq Gallia cons. 31. num. primo.

36 An † verò sat sit si Notarius, & partes dixerint iurans in omnibus, & per omnia, prout requiritur ex forma statutorum, tradit Veg. consil. 15 num. primo, Lancell. Gallia consil. 31. per totum, vbi
37 ex pluribus tenuit non sufficere. Sed in quæstionē reuoco, an possit dari cautela, per quam valeant cessiones, & donationes absque præscripta iuramenti forma, & alijs hic requisitis. Respondeo, quod sic, nempe si partes iudicem adeant, vel compromissum in aliquem faciant, qui iudicet vnum teneri cessionem alteri facere, quia hoc casu non attēditur forma statuti, sic tradit Ambros. de Opizzon. in repetit. l. filius fam. §. diui. num. 113. ff. de leg. primo.

In verbo, nō aliter valet] vide supra, de modo, & forma obligandi filium familias minorem, vbi late dictum est.

An verò stante clausula annullatiua, possit huic statuto per partes renunciari, tenuit, quod sic, Pacian. cons 89. num. 22. & seqq. contra Crauet. contrarium tenentē, Plot. in l. si quando, sub nu. 866. C. vnde vi.

38 In verbo, cessio iurium ipso iure] † intellige, siue realium, siue personalium, per l. diuersas, cum glo. in verbo, res, & in verbo debita, & vers. actiones, & ibi Bart. in 4. opposit. colum. 5. in fin. Cod. mandati.

39 In verbo, debitum simulatum] quis dicatur cōtractus simulatus, vide Bart. in l. emptor, ff. de aqua pluuia arcenda, & ex quibus causis præsumatur contractus fictus, & simulatus, Bart. in l. post contractum, ff. de donat. Pract. Papiens. in forma libelli, in causa venditionis, in glo. prima, num. 2. vbi Appostill. ad eum, Cassaneus multa ponens in consuet. Burgond. rub. 10. §. 12. in princ. Ioseph. Ludouic. suis cōmun. conclus. 51. Idem Pract. Papiens. in forma opponendi contra instrumentum, in glo in verbo, tum quia fuit, & est simulatum, num. primo, vbi latè appostil. ad eum, vide etiam Menoch. de arbitrar. iudic. casu 13.
40 vbi † declarat pactum incontinenti appositum de retrouendendo, faciat præsumi contractum ven-
41 ditionis simulatum, vide etiam eundem Menoch. de arbitr. iudic. casu 39. vbi † ponit, nonnullos casus, in quibus cessat suspicio simulationis, vide etiam eundem Menoch. casu 247. vbi docet coniecturis probari simulationem, latè idem Menoch. præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. & præsumpt. 129. vbi de cessione simulata, latè versatur Farinac. de falsit. & simulat. quæst. 192. nu. 36. & seq. vbique dicatur cessio simulata, & per totam illam quæstionem vberrimè de simulatione contractus agit. Mascard. de probat. conclus. 438.

42 vsque ad concl. 449. † Sed nunquid iuramentum conualidet contractum simulatum, adeò vt non possit opponi exceptio simulationis, & dic quod,
43 Aut † loquimur in simplici iuramento, & tunc non conualidat contractum simulatum, nec impedit exceptionem simulationis, glo. communiter approbata in l. 3. C. plus valere, quod agitur, quã quod simulatè concipitur, Ias. in l. nemo potest, in prima lect. nu. 44. vbi Rip. nu. 76. ff. de leg. primo, Ias. in §. fuerat, nu. 77. Instit. de act. Aut loquimur in iuramẽto in fine instrumẽti apposito, scilicet iurantes omnia, & singula esse vera attendere, obseruare, & non contrauenire, & tunc dic, quod ex cõmuni impedit opponi exceptionem simulationis, Alex. in l. seius, Augerius vbi DD. ff. ad leg. falcid. & in l. nemo potest, vbi Imò Ias. & auus mihi maternus Rip. nu. 75. cum seq. ff. de leg. primo, Alex. cons. 36. nu. 3. vbi appostil. ad eum, & ibidé Excellentissimus D. Præceptor meus Rouescala, lib. 2. de cõmuni, Rol. cons. 93. num. 22. lib. 1. Additionator ad Pract. Pap. in forma opponendi contra testes, in glo. tantũ, quia fuit Gram. decis. 45. nu. primo, cum seq. & Decis. 89. D. Costa plures congerens, & satisfaciens contrarijs de remed. subsid. remed. 13. nu. 10. cum seq. Farinac. de falsit. & simul. q. 162.
44 nu. 74. cum seq. pluribus. † Et scias, quod iuramẽtum in fine instrumenti appositum, licèt iurantes omnia, & singula &c. referatur ad omnia, quę principaliter incidenter, seu accessoriè in instrumento narrata sunt, Alex. cons. 17. num. 2. lib. 3. Bertazzol. de clauſ. instrum. clauſ. 4. glos. 3. num. 1. latè D. Costa de remed. subsid. remed. 105. nu. 106. vbi reprobat opinionem tenentium huiusmodi iuramentum in fine contractus appositum non esse curandum, vti ex stylo apponi solito; li-
45 mita † tamen, quod dictum est huiusmodi iuramentum tollere exceptionem simulationis, vt nõ procedat in tribus casibus, de quibus per auũ maternum Rip. in d. l. nemo potest, nu. 78. cum seq. ff. de leg. primo, latè Farin. d. q. 168. num. 82. & seq. Quid autem, si fuerit simpliciter iuratum omnia, & singula fuisse vera, attendere, & obseruare, vtrũ sufficiat, vide Rum. cons. 126. col. fin. vol. 3. D. Costa de portione ratæ, quæst. 125. nu. 14. & seq. de quo vide supra, sub d. rubr. 62. de donationib⁹
46 insinuandis. † Quid si cessio sit nulla, vtrum cessionarius possit, vt procurator simplex agere, vide Alex. in l. iuris gentium, §. prætor ait in fine, ff. de pact. negatiuè concludens.
47 In verbo, numeretur in præsentia &c.] nunquid sufficiat numeratio ficta per constitutum, vel precarium, vide per Alex. in l. interdum, in fine principij, ff. de acq. possess. vbi tenet quod non.
48 In verbo, si verò] † hinc est, quod in contractibus, in quibus non numeratur pecunia, non ità fraus præsumitur, Dec. cons. 18. col. 2. in princ.
49 In verbo, titulo donationis] † Quid si sit facta donatio sine insinuatione cum iuramento, est tamen vltra quingentos aureos, an valeat; vide Alex. cons. 4. colum. 5. vol. primo, vide etiam adnotata supra statuto 61. quæ donatio debeat insinuari, †
50 & non habet locum in donatione, vel cessione ob merita, Alb. cons. 207. num. 29. lib. 2. Menoch. cons. 789. num. 4. Alex. cons. 43. colum. antepen. volum. 4. Quid in donatione facta à patre filio, af-
51 firmatiuè Dec. consil. 86. nu. 8. † Vtrum istud statutum habeat locum in donatione ob causam, vide Alb. cons. 207. num. 28. lib. 2. Gabr. cons. 6. nu. 10. lib. 2. Alex. cons. 53. col. prima, & cons. 78. vol. 3. Quid in remissione rei dubiæ, & illiquidæ, vel etiam certæ, contrariæ sunt Doct. sententiæ, de quibus per Tiraquel. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 197. & seq. & ibi Rip. auus meus quæst. 18. C. de reuoc. donat. hocq; Iudicis arbitrio relinqui, tenet ibi Tiraq. Decian. responso 39.
52 num. 115. lib. 2. & vide supra nu. 67. † Quomodo autem intelligatur statutum loquens de donationibus, vide Alex. cons. 26. volum. 2. & cons. 53.
53 vol. 3, & dicto consil. 78. vol. 3. Nota tamen, quod fortè non possunt contrahentes allegare defectũ solemnitatum istius statuti, ne detegerent turpitudinem suam, per ea, quæ notantur in l. iusiurandi, §. procuratores, cum additis ibi per Alexand. colum. 9. ff. de iur. iuran. & in l. Iulianus, §. concludenter, ff. de act. empt. & per Imol. & repetentes in cap. cum contingat, colum. 22. de iure iurando, & in l. qui superstitis, col. 4. ff. de acquir. hæred. Veg. cons. 15.

In verbo, puniaẽ in duplũ quãtitatis] vides ergo,
54 quod † hoc stat. loquitur in iuribus personalibus tantũ, competentibus ad quantitatem, non autem realibus, & rei cohærentibus spectantibus ad speciem, l. 4. §. toties cum ibi additis, ff. de damno infecto, facit etiam, versic. compensatio supra positus, quæ non cadet nisi in quantitatibus speciebus recipientibus functionem in genere suo, vt notatur in l. fin. C. de compensat. maximè per Salicet. ibi.
55 Quid si † cedens, & cessionarius simpliciter iurent, non seruata ista forma, an sit valida illa cessio, notat Abb. in cap. cum contingat de iure iur. & adde quod non sufficit iurare in genere, sed specificè seruata forma statuti, Felin. in cap. quoniã contra, colum. 21. extra de probat. Alexand. cons. 201. circa med. volum. 2. & vide Felin. vbi supra
56 dicentem, † quod non sufficeret dicere in iuramento, iurauit in omnibus, & per omnia, prout requiritur ex forma huius statuti, Veg. consil. 15. colum. prima, & dixi supra, & de hoc statuto, vide Abb. in cap. ex parte extra de alienat. iud. Castr.
57 in l. facta, §. si hæres, ff. ad trebel. & † ad fugiendas solemnitates huius statuti, vide cautel. bonam de qua per Ambros. Opizon. in repetit. l. filius fa-
58 milias, §. diui, col. 65. ff. de leg. primo. An istud statutum procedat in cessionibus, quæ non fiunt principaliter, sed in consequentiam aliorum contractuum, quam hic nominatorum, puta in consequentiam contractus emphyteotici, vel societatis, vel alterius contractus, qui non sint de nominatis in hoc statuto; dic quod non, puta in cessione necessaria, per notata per glo. in l. diuortio, in princ. ff. sol. matrim. & ibi etiam Ias. in l. fin. colum. 125. in 7. quæst. C. de iure emphit. Bart. in l. per diuersas, col. 5. C. mand. & dicitur cessio accessoria, quę fit pro tuitione rerum, ad quas accedit, Alb. cons. 217. num. 2.
59 An † istud statutum habeat locum in cessionibus, quæ fiunt per creditores fideiussores contra alios fideiussores, seu reum principalem, Bart. in l. modestinus, in verbo, in vltimo, versic. ff. de donat. innuit, quod non, vide ẽt Bart. & alios in l. per di-
60 uersas, C. mandati, † An autẽ hoc statutum procedat in positione in locum, cum constitutione procuratoris in rem, & vide D. Costam in suo trac. de port. rat. q. 70. nu. 10. post Bim. cons. 57. lib. 1. quo loci tenet, quod sic vbi certũ est abesse omnẽ fraudem, & cessare omnem simulationis suspitionem, vt ibi per eum.

61 In verbo, inter cohæredes, & inter † alios habentes causam communem, quia inuicem quæcunque iura cedere possunt, Bart. in l. per diuersas num. 20. C. mand. nota ergo quod vbi hæreditas, vel actiones actiuæ, & passiuæ transferuntur non exigitur solemnitas huius statuti argumẽto notatorum per Bald. ibid. in 4. quæst.

62 In verbo, nec habeant] de † his quæ fiunt in cõsequentiam, ponit Bart. in l. per diuersas num. 22. C. mandati, & Practic. Papiensis in forma venditionis in glo. cessit. † Cedens autem actiones potest conuenire debitorem ratione directæ actionis penes ipsum remanentis, vt de magis communi firmat post Ioseph. Ludou. Peregr. Ianin. de citatione reali libr. 2. cap. 2. num. 12. vbi num. 13. & seqq. declarat pluribus modis puta primò quando cessionarius litem contestatus fuisset; vel secundò partem debiti recepisset; aut tertiò debitori denunciauerit ne soluat; quartò quando debitoris nomen insolutum datum fuisset; quintò si cedens excommunicatus esset; sextò si in cessione iuramentum accesserit; septimò si cessionarius positus sit in locum suum; alijsquè modis declarat, vt

63

64 apud eum. † Pluribus autem casibus cessio corruit, quos idem Peregr. Iannin. prosequitur dict. cap. 2. num. 42. cum seq. pluribus multipliciter de-

65 clarando. † Emptor autem cessionis non potest fraudulentam, vel nullam cessionem dicere, tamquam fraudis particeps, vt hac & alijs rationibus tuetur, Pacian. cons. 88. num. 2. & seq.

66 † Sed quid si cedens, fateatur à cessionario pretium recepisse pro cessione iurium, & cessio arguatur de nullitate, an talis confessio obsit tertio, dicitur quod nõ, Bart. in d. l. ab anastasio, & l. per diuersas, C. mandat. Alb. cons. 740. nu. 11. lib. 4.

67 † Remittens autem, aut renuntians iuri, quod habet in re aliqua, an teneatur seruare solemnia huius statuti, negatiuam tenuit Alb. cons. 198. nume. 4. & seq. lib. primo, motus quia remittere non est dare, vel donare; contrarium tamen verius est, quia solemnitas requisita in donatione, requiritur in renuntiatione, vel remissione, Alexand. consil. 177. num. 28. volum. 2. Menoch. consil. 80. num. 57 Ozasch. decisio. 95. nume. 34. Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus num. 173. & sequentib. Rimin. Iun. in § primo, num. 795. Institu. de donatio. quo enim ad iuris effectum remittere, idem est, quod dare & donare, & remissio gratis facta est donationis species, l. modestinus, ff. de donat. etiam si ageretur de remissione iuris quærendi, & in spetie, Gabr. cons. 6. lib. 2.

68 † Habet pariter locum hoc statutum in donatione tacita, Gabr. cons. 142. nume. 22. lib. 2. Plot. in l. si quando. num. 866. C. vnd. vi, Rebuf. in tract. de donat. insinuand artic. 1. glo. 1. nu. 15. & 16.

69 † Quid si cessio facta sit non seruatis huius statuti solemnibus etiam cum iuramento, an in præiuditium cedentis, & cessionarij valeat, Menoch. pleno cons. 789. affirmatiuè respondet, ea motus ratione, quia hoc statutum editum fuit fauore tertij ob bonum publicum, & odio cedentis, & cessionarij ad euitandas fraudes, quæ solent inter ipsos committi in præiuditium tertij, ante Menoch. Bartol. in l. per diuersas nu. 12. C. mand. Ias. in §. fuerat num. 81. Instit. de action.

Quod quis non intelligatur hæres intrando domum defuncti, & habitando in ea, vsque ad septimas. Rubr. 136.

Item statuimus, quòd habitando quis vel intrando domum defuncti vsque ad tempus septimarum, non intelligatur esse hæres, nec adiuisse hæreditatem, dummodo non attingat aliquid aliud præterquam funerum, & exequiarum occasione.

Summarium ad statutum 136. in ciuilibus.

1 *HOC Statutum iuri communi conforme.*
2 *Filius hodie non est hæres necessarius, sed debet probari, quod sit hæres.*
3 *Animus ad adeundũ hæreditatem non sufficit nisi verbis, vel factis declaretur.*
4 *Animus adeundi declaratur per actum, qui non potest fieri citra ius, & nomen hæredis.*
5 *Adiuisse, ex quibus quis præsumatur remissiuè.*
6 *Filius faciendo pacem pro fratre occiso an dicatur adiuisse.*
7 *Hæreditas ex quibus verbis vel factis præsumitur repudiata remissiuè.*
8 *Hæreditas non potest adiri per procuratorem.*
9 *Hæreditas non potest adiri per pupillum sine tutore, nec è contra.*
10 *Amplia, vt nec per puberem sine curatore.*
11 *Fallit in pubere curatore carente.*
12 *Tutor authorizando pupillo adeunti debet loqui.*
13 *Pupillus restituitur in integrum ab hæreditate adita.*
14 *Hæreditas non potest pro parte adiri, & pro parte repudiari.*
15 *Hæreditas adita amplius non repudiatur.*
16 *Amplia, vt hæreditas repudiata amplius non possit agnosci.*
17 *Fallit multis modis remissiuè.*

1 HOC † Statutum concordat cum dispositione iuris communis per ea, quæ dicit glos. in l. necessarijs, ff. de acquir. hæredit. Ias. in l. filio pater nume. 22. ff. de legat. primo, non

2 enim † habet amplius locum, id quod antiquitus obseruabatur in filijs, nempè filius ergò hæres, sed requiritur quod creditores probent extrinsecam facti immissionem, prout voluit Angel. in §. fina. Institut. de hæredit. qualit. & differ. † Scias au-

3 tem, quod ad hæreditatem adeundam non sufficit solus animus nisi sit declaratus verbis, vel factis Bart. in l. gerit, num. 5. ff. de acquirend. hæreditat. Ias.

Iaſ. in l. mutuum in fine legis, & in l. qui in aliena nu mc. 26. & in l. pro hærede nu. 12. ff. de acqu. hæred. Aret. in §. fin. nu. 2. Instit. de hæred. qual. & diff. latiſſimè Marãt. in repet. l. is poteſt, ff. de acquir. he-
4 redit. † Animus autem adeundi declaratur, quãdo quis facit actum, qui non poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis, l. pro hærede, §. Papinianus verſic. itaque, ff. de acquir. hæred. Bart. d. l. gerit nu. 9. verſic. his viſis, Iaſ. in §. Papinianus nu. 7. latiſſimè Marant. in d. repet. l. is poteſt num. 42. vſque ad
5 91. quo loci 38. † modos accumulat ex quibus præſumitur hæres adiuiſſe. latiſſimè etiam Menoch. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 100. cum ſeq.
6 per totum, vbi latè diſſerit ex † quibus verbis, ac factis hæreditas præſumatur adita; ideò ad eos ſemper recurrit, Maſcard. concluſ. 853. & ſequen. an etiam filius qui fecit pacem pro morte patris, & accepit pecuniam pro illa pace dicatur adiſſe hæreditatem paternam, vide Iulium Clar. in §. final. praxis crimin. quæſt. 58. num. 32. verſ. ſed hic incidenter, vbi tenet ex communi quod non, licet teſtetur ad euitandum diſputationes ſolere huiuſmodi heredes ſanguinis impetrare à Senatu Excellentiſſimo Mediolani, poſſe facere huiuſmodi pacem citra ius, & nomen heredis, quòd Senatus ſolet concedere, & ita ſemper obſeruarem
7 ad euitandum commune dubium † ex quibus autem verbis, rebus & factis probetur hæreditatis re
pudiatio, latè tradit Maſcard. de probat. concluſ. 853. & ſeq. per totam Marant. in repet. l. is poteſt num. 95. verſic. ſupereſt modo cum plurib. ſeqq.
8 † Vnum ſcias, quod hæreditas non poteſt adiri per procuratorem, l. per procuratorem, vbi Bart. ff. de acquir. hæredit.

9 † Nõ poteſt autem hæreditas adiri per pupillum ſine tutore, vel è contra per tutorem ſine pupillo, l. potuit, C. de iure deliber. l. pupillus, ff. de acquir. hæredit. Bart. in l. gerit in fine, ff. de acquir. hæredit. Alexan. conſ. 128. num. 5. lib. primo, & conſilio 163. num. 9. lib. 2. Borgnin. de tutor. & curat. nume. 68.
10 † Amplia idem in impubere habente curatorẽ ſine quo adire non poteſt, l. cum quidam, C. de ad
11 miniſtr. tut. Alexan. d. conſ. 128. † Reſtringitur hæc ampliatio, vt non procedat quoties pubes curatorem non haberet, nam tunc poteſt de per ſe adire, l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtitut. minorum glo. & DD. in l. impuberib. ff. de
12 acquir. hæredit. † Scias etiam quod tutor in præſtanda auctoritate pupillo ad adeundum requiritur, quod loquatur glo. in l. 3. ff. de auctorit. tutor. Bart. in l. gerit colum. fin. in fi. ff. de acquir. hæred.
13 † An autem pupillo detur reſtitutio in integrum aduerſus hæreditatem aditam, vide Oddum de reſtitut. in integrum quæſt. 62. artic. 2. vbi conclu-
14 dit quod ſic, latè ampliando, & limitando, † ſcias etiam quod hæreditas non poteſt pro parte adiri, & pro parte repudiari, l. prima, & ſecunda, ff. de
15 acquir. hæredit. & † poſtea quam fuit adita, non poteſt amplius repudiari, etiam ſi damnum contineat, l. ſicut, C. de repud. hæred. Aſin. in ſua praxi iud. §. 2. cap. 12. num. 25.
16 † Amplia, vt nec etiam hæreditatem repudiatam poſſit quis amplius agnoſcere, l. ſi quis, C. de
17 repud. hæredit. Fallit † hæc regula cum ampliatione in pluribus caſibus de quibus per Pract. Papienſem in forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtamento in glo. purè inſtituit num. 8.

Quod verba ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, compræhenſa in ſtatutis intelligantur ſecundum clement. ſæpè, extra de verbor. ſignificat. Rubr. 137.

Item ſtatuimus, quòd verba ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, comprahenſa in ſtatutis Communis Papiæ, intelligantur ſecundum clement. Sæpè, extra de Verborum ſignificatione.

Summarium ad Statutum 137. in Ciuilibus.

1 *Quæ videnda ad hoc ſtatutum.*
2 *Hoc ſtatutum quid operetur remiſſiuè.*
3 *Clauſula ſummariè &c. an poſſit à Legato de Latere apponi.*

1 HOC ſtatutum declarauit ſpecificè, & abundè Marant. de ordine Iudic. parte quarta, tit. an ſit Iudex competens in princip. cum ſequent. & Lafranch. de Orian. in ſua praxi, titul. de cauſis delegat. vbi diffusè Bartol. in extrauagant. ad reprim. vide
2 clement. diſpendioſam, titul. de Iudic. & † quid operetur vid. Marant. in ſuo Speculo, in verbo an ſit ſuper petitorio, vel poſſeſſorio num. 8. Appoſtil. ad Veſtrium libr. 5. capit. primo, in litera B. Alexand. conſil. 6. libr. tertio, Practic. Papienſis, in forma libelli in actione reali, in gloſ. in verbo ſummariè vbi latè Appoſtil. ad eum Bart. in tracta. ad reprim. in verbo ſummariè, Aſin. in ſua praxi Iudic. §. 3. capit. 3. cum duob. ſeqq. Burſat. conſil. 303. in 13. concluſ. Cæſar. Barz. deciſio. 70. num. 36. Ruginel. practic. quæſtio. capit. primo, per totum.
3 An etiam huiuſmodi clauſula poſſit apponi à Legato de Latere, vide Gabriel. in ſuis communib. titul. de clauſul. concluſion. ſexta, vbi tenet quod non.

QVOD

Quod nullus Officialis Communis Papiæ, qui fuerit in Officio in Ciuitate Papiæ possit esse, vel exercere aliquod officium in Ciuitate infra tres annos finito dicto officio. Rubr. 138.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd de cætero in Ciuitate Papiæ, aliquis Potestas dictæ Ciuitatis Papiæ, non audeat, uel præsumat habere, seu tenere aliquem Iudicem scholasticum, qui vadat ad scholas ad audiendum aliqua iura ciuilia, uel canonica, nec etiam audeat, uel præsumat tenere aliquem Officialem, uel baruarium ciuem, uel districtualem Ciuitatis Papiæ, uel aliquem alium, qui fuerit, uel steterit Officialis, uel baruarius, seu exercuerit aliquod officium in dicta Ciuitate per tres annos ante introitum regiminis talis Potestatis, & si contrafactum fuerit talis Potestas, qui tales Iudices Officiales, uel familiares tenuerit cadat in pœnam ipso iure, & facto librarum centum Papiensium pro qualibet vice Communi Papiæ applicandarum pro medietate, & pro alia medietate accusatori, & teneatur secretus. Et si aliquis Rationator, & Cancellarius, uel Officialis Communis Papiæ scripserit aliquem ex prædictis pro Iudicibus, uel baruarijs, uel Officialibus cadat ipso iure, & facto in similem pœnam applicandam vt supra. Insuper si contingat aliquem Potestatem confirmari in Ciuitate Papiæ vltra annum, quod talis Potestas teneatur remouere omnes suos Officiales. & baruarios. Addentes quod nullus Officialis Domini Potestatis Papiæ forensis possit, nec valeat eius vxorem ducere, seu duci facere in Ciuitate Papiæ durante eius officio, nec eius officio durante possit aliquam domum tenere separatam à Palatio Communis Papiæ conductam, uel aliter, sub pœna librarum cētum Papiensium pro qualibet vice in quam cadat ipso iure & facto applicanda vt supra. Et quod dictum statutum legatur cuicunque Potestati tempore sui regiminis introitus.

Hoc Statutum recessit ab aula, videmus enim quotidie contrarium fieri, & obseruari impune contra hoc statutum.

Quod nullus baruarius audeat, vel præsumat ire circum sine veste, & diuisa baruariorum Potestatis Papiæ. Rub. 139.

ITem statuimus, quòd nullus baruarius audeat, uel præsumat ire ad pignorandum aliquem Ciuitatis Papiæ, uel districtus, siue fuerit de baruarijs Domini Potestatis Papiæ, siue alterius cuiuscunque Iudicis, vel Officialis, sine veste ipsius Domini Potestatis, & diuisa, & si fecerit possit per quemcunque prohiberi pignorari. Et vlterius ipsi baruarij cadant in pœnam solidorum quadraginta Papiæ pro qualibet vice.

Summarium ad statutum 139. in ciuilibus.

1 *HOC Statutum non obseruatur Papiæ.*
2 *Exequtio quibus præsentibus fieri debeat.*
3 *Exequtores non seruantes formam præscriptam à N. C. qua pœna teneantur.*
4 *Exequtores non seruantes formam antedictam possunt impune prohiberi, ne licentiam exequantur.*

1 HOC † statutum non obseruatur Papiæ, successerunt tamen † Nouæ Cō-
2 stitut. Mediol. deponētes quod exequtores, non possint facere exequtionem, nisi prius habeant licentiam à Iudice in scriptis eius manu signatam, cuius copiā in actu exequtionis tenētur relinquere parti, & debet fieri in præsentia antiani, vel consulis, aut in eius defectum duorum viciniorum, † aliàs
3 puniuntur pœna scutorum decem, & vt latius habetur in Non. Constitut. Mediol. in tit. de exequtoribus, & famulis Iusdicentium circa prin-
4 cip. & † nota quod si exequtores hoc non seruauerint poterunt prohiberi impunè per partem ne licentiam exequantur, vt habetur in eisdem Non. Constit. in tit. de pœnis cap. prohibitum, §. volumus tamen.

Quod nullus Notarius, alicuius Officialis audeat, vel præsumat dare licentiam alicui seruitori, vel baruario. Rubr. 140.

ITem statuimus, quod aliquis Notarius, alicuius Officialis, uel Iusdicentis Communis Papiæ, non audeat, uel præsumat dare aliquam licentiam pignorandi, uel derobandi aliquam singularem personam, Collegium, uel Vniuersitatem, pro aliquo debito priuato alicui baruario, uel seruitori. Sed ipsa licentia detur personaliter ei, qui dictam licentiam impetrauit, uel eius procuratori, & si secus fecerit cadant in pœnam ipso iure tales Notarij, qui prædicta commiserint librarum quinque Papiens.

Hoc Statutum intellige ad litteram, sed credo, quod non seruetur.

Quod omnia Instrumenta edantur, cum anno, mense, die, hora, & Consule. Rubr. 141.

ITem statuimus, quod de cætero omnia Instrumenta, quæ producentur in actis alicuius Iusdicentis edantur cum anno, mense, die, hora, & consule.

Summarium ad statutum 141. in ciuilibus.

1 *QVæ videnda ad hoc statutum.*
2 *Instrumentum Notarij defuncti carens solẽnitatibus huius statuti, sed repertum inter eius prothocolla; an & quando possit extrahi authoritate Collegij Notariorum Papiæ.*
3 *De Iure communi ex morte Notarij, quæ probatio oriatur circa solemnitates.*
4 *Quid si accedant testes deponentes instrumentum fuisse rogatum.*
5 *Quid si in alio instrumento enuncietur hoc prothocollum, & sit inter partes confectum.*
6 *Tempus dies, & locus celebrati instrumenti omissa an releuent si quæstio non sit super tempore, & loco, & num. 7. 8.*
9 *Forma statuti ad vnguem, & ad obolum, & vnum tota obseruanda.*
10 *Formæ nihil addi, vel diminui potest, nec ea adimpletur per æquipollens.*
11 *Annulato Instrumento an censeatur contractus annulatus.*
12 *Annulato testamento non censentur annullati codicilli.*
13 *Instrumentum de iure numquid debeat continere nomen diei.*
14 *Quid stante consuetudine Notariorum Papiæ apponentium diem an eius omissio vitiet instrumentum.*

1 COncordat cum statuto supra 22. vbi scripsi quocirca, vide Deci. in l. si librarius, num. 5. & 6. & ibi Appostil. ff. de reg. iur. & Specul. in tit. de instrum. editione, §. breuiter, & §. postremò, glo. in l. generali, C. de tabul. lib. x. Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. si initium colum. 4. nume. 5. & seq. ff. de edendo, Ias. in l. admonendi, num. 163. & ibi Rip. nume. 147. & seq. ff. de iureiur. Didac. practic. quæstio. cap. 20. in quibus tamen locis non omnia esse de substantia instrumenti annotandum est, † sed vtrum possit authoritate Venerandi Collegij Spe-
2 ctab. DD. Notariorum Papiæ extrahi Instrumentum defuncti carẽs ijsdem solemnitatibus si illud repertum sit inter prothocolla eiusdem notarij defuncti adiectis testium nominibus rogitu eorum, & notarij hoc casu videnda sunt statuta ipsius Venerandi Collegij, † sed de iure communi dici po-
3 test, quod ob mortem notarij semiplena ex ea orietur probatio, vt per Bart. in l. admonendi nume. 34. Alexan. consil. 14. nume. 16. cum seq. lib. 6. Crauet. in tracta. de antiquit. temporis part. prima lect. incipiente quarto limitatur num. 49. Neuizan. consil. 25 num. 8. & seq. versic. 5. respondetur præsertim si in ipso instrumento prothocollo legantur illa verba, & inde &c. præsentibus testibus, & exprimantur eorum nomina cognomina habitationes, sintq; noti idonei, vocati, & rogati, nam ex his verbis satis apparet actum fuisse perfectum, & rogatum Dec. consil. 11. colum. 9. & 19. versic. 5. quod notarij tradit Neuizan. consil. 24. sub num. 6. versic. 3. facit, & consil. 25. sub num. 5. & 6. & consil. 26. num. 43. quare † non videtur
4 negari posse, quin accedente testium in instrumento nominatorum adminiculo deponentium instrumentum fuisse rogatum, & alijs argumentis illius prothocolli plena probationis fides dicatur, Alex. d. consil. 14. num. 15. & 19. Bald. consil. 401. & seq. lib. 3. cum alijs citatis per Neuizan. d. consil. 24. num. 18. & cons. 25. sub nume. 9. & sequent. & consil. 26. ante num. 47. quando autem ex tali prothocollo seu scriptura reperta inter prothocolla notarij possit desumi publicum Instrumentum, vide Aret. consil. 51. Mysing. centur. 6. obseruat. 73. Menoch. consil. 42. latè Honded. consil. 66. per totum lib. 1. † Vrgens autem argumẽ-
5 tum erit si in alio Instrumento enuncietur hoc prothocollum, & sit inter easdem personas confectũ, vnde non videtur dubitandum quin huic prothocollo fides sit adhibenda, & si aliquarum solemnitatum defectus subsit, Neuizan. d. consil. 24. nu-
6 me. 15. † neque enim videtur curandum, quod desit

desit tempus dies, & locus celebrati Instrumenti, si quæstio non sit super tempore, & loco, Cravet. d. tracta. de antiquit. tempor. part. j. sect. 8. da-
7 tur limitatio num. 17. † ex prædictis inquam, & si prothocollum ex se fidem non mereatur, tamẽ ijs concurrentibus potest, solet & debet authoritate Venerandi Collegij Instrumentum extrahi, & fidem faciet. Cravet. consil. 216. colum. 2. sub nume. 6. Honded. d. consil. 66. libro primo; † sed
8 difficultas erit ex alio statuto supra in Ciuili 22. quod procedit annullando vbi deficit tempus, & locus, & tale statutum videtur importare formã per l. j. ff. de liber. & posthu. & ibi scribentes Neuizan. consil. 70. num. 34. quapropter † cum for-
9 ma statuti sit seruanda ad vnguem, & vsque ad
10 obolum, & vnum Iota † cum ei nihil possit addi vel minui, nec possit per æquipollens adimpleri, Cyn. & Bald. in l. ambiguitates, C. de Testamentis, l. cum hij, §. si prætor, ff. de transact. cap. cum dilecti, de rescriptis, Deci. consil. x. colum. prima, cum alijs alibi citatis per Rolan. consil. 72. num. 54. & seq. & num. 68. & seq. libr. 3. & cons. 30. colum. prima eod. libro. Neuizan. consil. 77. num. 2. Difficile est curare, & sustinere tale prothocollum in quo deest tempus, & locus etiam si testibus suppleri conetur; verum quidquid inde
11 † sequitur quod annullato Instrumento non censetur annullatus contractus, Deci. consil. 27. co-
12 lum. fin. † pari modo annullato instrumento testamenti, non censentur annullati codicilli, l. 3. §. fin. ff. de liber. & posthu. Bart. in l. legata inutiliter, ff. de legat. primo, Deci. consil. 361. colum. 4. Gulielm. Bened. in repetit. cap. Raynutius sub verbo testamentum ante nume. 62. subversic. 3. fallit de testam.
13 In verbo, diem,] † Quæritur numquid Instrumentum de iure debeat continere nomen diei; puta Mercurij, siue Iouis, & dic quod non, nisi per Statutum aliud disponatur, vt post Felin. in cap. j. num. 10. de fid. instrum. ac post alios firmat Bertaz. de clauf. instrum. clauf. 1. gl. 5. nu. 13.
14 † Sed dubium est, quid stante consuetudine generali Notariorum Papię apponentium in Instrumento semper nomen diei, an tunc eius omissio vitiet, stante quod Instrumentum debet continere omnia, quæ de consuetudine sunt solita apponi, vt post glo. & Bart. in l. generaliter, C. de tabul. lib. 11. firmat Alexan. consil. 37. circa finem lib. 3. Crediderim stante generali consuetudine, & obseruantia valde dubitari posse de illius validitate cum consuetudinis, & obseruantię par virtus sit, ac legis, l. de quibus, ff de leg. cum vulgarib.

Quod Iudex malleficiorum teneatur exequutioni mandare omnes pænas. Rubr. 142.

ITem statuimus, quòd de cætero Potestas, vel Iudex mallefìciorum ad instantiam cuiuscunque requirentis, teneatur & debeat exequutioni mandare omnes pænas, quæ vigore præsentium statutorum, venient applicandæ Communi Papiæ, seu parti summariè, & de plano sine strepitu, & figura Iudicij.

Summarium ad statutum 142. in Ciuilib.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Iudex non exequitur pænas nisi parte instante licet statutum id non exprimat.*
3 *Iudex non impartitur officium suum nisi petenti.*
4 *Iudex impartiens officium suum citra instantiam partis nulliter agit.*

1 AD hoc † statutum in fine quomodo intelligi debeant, illa verba vide supr. statut. 137.
In verbo, ad instantiam cuiuscunque requiren-
2 tis,] † nota quod licet statutum non exprimeret ad instantiam partis, adhuc tamen Iudex non pos-
3 set nisi instante parte, ex regula † satis trita, quæ se habet, quod Iudex non tenetur impartiri officium suum ad vtilitatem priuatam nisi parte petente, l. 4. §. hoc autem iudicium, vbi Bartol. & Rip. latè hanc regulam amplians, & limitans, ff. de damn. infect. Felin. in cap. fin. num. 6. de offi.
4 iud. † & si impertiret non valeret regulariter, Bartol. in d. §. hoc autem iudicium num. 36. versic. circa secundum.

De diebus vtilibus. Rubr. 143.

CVM quottidiè sit quæstio de diebus feriatis, & iuridicis, vt tollatur omnis materia dubitandi, & partibus probandi dies fuisse feriatos, & iuridicos. Statuimus, & ordinamus, quòd notarij ad banchum Domini Vicarij Dom. Potestatis Papiæ, teneantur facere quendam librum in quo describantur singuli dies cuiuslibet mensis, & per modum cuiuslibet diei in margine superiori scribatur per ipsos si fuerit dies feriata vnum F. denotans diem feriatam, & si fuerit solum media dies feriata, vt puta forte in mane, & non in vesperis, vel è contra, ponatur quoddam signum denotans mediam diem feriatam, vt puta M. & similis liber fiat per notarios Iudicis rationis Domini Potestatis

Papiæ,

Papiæ, quibuslibris adhibeatur plena fides inter omnes litigantes, & dubitantes an dies fuerit feriata. Cæterinamque dies iuridici remaneant absq; aliquo signo. Teneantur tamen Notarij causā quare fuerit dies feriata ponere, nec intelligatur dies iuridica, nisi quando Iudex vadit ad banchum, & qui dies vtiles feriati similiter reputentur, & habeantur pro vtilibus, & feriatis singula singulis congrue referendo, in quibuscunq; litibus, & quæstionibus, & controuersijs ciuilibus, quæ vertuntur, & verti contigerit coram aliquibus Commißarijs Delegatis Consultoribus, arbitris, arbitratoribus, & amicabilibus compositoribus, quandocunque electis.

AD hoc Statutum, vide supra statut. 27. & infra Decretum penultimum.

Quod non detur licentia pignorandi nisi certa forma. Rubr. 144.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd de cæteronon concedatur aliqua licentia alicui personæ, collegio, communi, & vniuersitati, occasione alicuius contumaciæ, nisi prius elapso vno die post citationem factam, & nisi apparente ipsa citatione, & comparitione facta hora citationis per actorem, & scripta in actis illius Iusdicentis, coram quo, & hora qua fieret ipsa citatio. Et Notarius, qui de cætero dictam licentiam fecerit, seu scripserit contra formam præsentis statuti cadat in pœnam librarum decem Papiens. cuius pœnæ medietas perueniat in commune Papiæ, & alia medietas in pignoratum.

Summarium ad statutum 144. in Ciuilib.

1 *COntumacia, an sit accusanda.*
2 *Quid in criminalibus.*
3 *An in danda licentia prius debeat præcedere pronunciatio reum contumacem.*
4 *Citatio circumducta actore non comparente in termino.*
5 *Amplia, vt reus hoc casu non comparens non dicatur esse in mora.*
6 *Quandiu expectandum ad hoc vt citatio non dicatur circumscripta.*

PAVCI Aduertunt, & per hoc Statutum multa licentia possunt annullari.

1 IN verbo, occasione alicuius contumaciæ.] † an contumacia veniat accusanda, & dic quod sic, cum non noceat nisi fuerit per aduersarium accusata, l. properandum, §. & si quidem ibi actoris præsentiam accusante, vbi Bald. num. 4. & Ias. num. 7 C. de iudic. Bart. in l. consentaneum in fine, C. quomodo, & quando Iudex cum alijs adductis per Asin. in sua praxi iudic. §. 17 cap. 3. versic. vndecimo, Marant. in suo Speculo iudiciorum, in verbo, & aduertatur circa contumacias nu. 1. & is plures alios adducit, Chartar. de exequt. sentent. capto bannito cap. fin. num. 168. Vant. de nullitat. in tit. de nul
2 litat. ex defectu citationis num. 111. An † autem debeat accusari in criminalibus, vide Clar. in §. final. praxis crimin. q. 44. nu 66. Chartar. in d. cap. fin. num. 167. cum aliquibus seqq. Thesaur. decis.
3 Pedemon. 19. † autem in danda est licentia prius pronunciandum reum contumacem esse, vide in l. properandum, §. primo, C. de iudic. Bart. & alios in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect.

In verbo, & comparitione facta hora citationis
4 per actorem,] ideò est quia † si actor non compareat in termino citatio diceretur circūducta, & deleta, l. post edictum, § j. ff. de iudic. l. 2. in fine reprobata glo. ibi. ff. si quis in ius voc. non ierit. Vant. ad tit. de nullit. ex defectu citationis num.
5 111. & tunc † isto casu reus non comparens non dicitur incidere in moram, cum in pari causa melior sit conditio rei. l. si seruum. §. sequitur, ff. de verb. obligat. Alexan. cons. 92. num. 11. lib. primo.
6 † Quantum autem tempus debeat expectare reus actorem ad effectum, vt citatio dicatur circūscripta, Menoch. de arbitr. Iud. casu 45. nu. 3. cent. j.

De immunitatibus concessis propter numerum liberorum. Rubr. 145.

CVM matrimonia ex quibus procedit procreatio liberorum, & per quæ respublica conseruatur, in multis iuribus fuerit varijs priuilegijs prædotata, & pp liberos parens sustineat labores innumeros causa ipsos nutriendi. Statuimus, & ordinamus, quòd si aliquis, vel aliqui ciues Papiæ, vel districtus habuerit, vel habuerint, vel habeat simul viuentes eodem tempore, ex legitimo matrimonio, in eadem familia decem liberos, gaudeat & gaudere debeat pro toto eo tempore quo vixerint immunitatibus, & franchisijs omnium onerum, & munerum ordinariorum, & extraordinariorum impositorum, & imponendo-

rũ per cõmune Papiæ, vel rectores cõmunis Papiæ realiũ personaliũ, & mixtorũ, & prosint sibi filij, & filiæ etiam nuptæ, & nepotes ex filijs præmortuis, non autem ex filijs viuis.

Summarium ad statutum 145. in ciuilibus.

1 *VIdenda ad hoc statutum.*
2 *Liberorum procreatio est iuris publici.*
3 *Statutum tribuens immunitatem ob numerũ duodecim liberorum dicitur fauorabile.*
4 *Matrimonij tria bona.*
5 *Matrimonium, & si priuilegiatum, in multis tamen onerosum.*
6 *Duodecim liberi ex Nou. Constitut. requiruntur ad obtinendam immunitatem.*
7 *Idem de iure communi.*
8 *Duodecimus filius existens in vtero tribuit immunitatem.*
9 *Ampliatur etiam in filio legitimato per subsequens matrimonium.*
10 *Idem si mortuo patre aliqui ex filijs decedant.*
11 *Similiter etiam si filiæ nuptæ sint.*
12 *Idem etiam si filij nati sint ex pluribus vxoribus.*
13 *Idem si aliquis filiorum decedat post petitam immunitatem licet nundum obtentam.*
14 *Idem si aliquis filiorum efficiatur religiosus.*
15 *Idem si aliquis filiorum separatim a patre viuat causa studiorum.*
16 *Idem in fratribus habentibus bona communia cũ fratre habente duodecim liberos.*
17 *Onera ordinaria, & extraordinaria, quæ dicantur remissiui.*
18 *Immunitas ob numerum duodecim filiorum extenditur ad onera extraordinaria, & imbotatus.*
19 *Immunes pariter sunt ab onere mensualis.*
20 *Onera à quibus sunt immunes habentes duodecim liberos, accrescunt cæteris de vniuersitate.*
21 *Filiæ nuptæ prosunt ad immunitatem.*

1 CVM hoc Statuto concordant Nouæ Constit. Mediol. in tit. de immunitarib. duodecim liberorũ, & vide infra decretũ 48. & vide etiã DD. in l. j. per illum text. ff. solut. matrim.

2 In verbo, per quæ respublica conseruatur] nota quod fauor publicus versatur in liberis procreandis, l. j. vbi DD. ff. solut. matr. † & dr̃ fauorabile 3 huiusmodi statutũ, vt Ciuitas liberis repleatur hominibus, & pater liberorũ educationi intendat, Io. de Anan. conf. 105. cũ alijs de quibus per Plot. in re-4 pet. l. si qñ in verbo decretũ. † Hinc dicimus, quod matrimonij tria bona sunt fides, proles, & sacramentũ, c. causa itaq; 27. q. cum alijs de quibus per Neuiz. in sua syluа nupt. in verbo non est nubendũ nu. 9. & nota quod licet matrimoniũ in multis 5 reperiatur priuilegiatũ, † est tñ onerosum in multis de quibus per Rip. aliqua ponentẽ in rub. nu. 57. ff. sol. matr. & infinitos refert, & enumerat, Neuiz. in sua sylua nuptiali, in princ. non est nubendum num. 1. cum multis seqq.

6 In verbo, in eadem familia decem liberos.] † Hoc corrigitur per No. Med. Const. in tit. de immunit. & iure duodecim liberorum, in quibus non sufficit numerus decẽ, sed requiritur quod sint duodecim 7 filij ad effectũ, vt quis consequatur immunitatẽ; † & hoc est cõforme ẽt iuri cõi, quo iure ẽt ob duodecim liberos cõceditur patri immunitas, siue sit decurio, siue nõ, Rol. à Vall. cõs. 52. vol. 2. Boss. in tit. de Principe nu. 154. cũ seq. cũ alijs citatis per Plot. in repet. l. si qñ in repertorio in verbo decre-8 tũ, & nota quod vigore No. Const. ẽt duodecimus in vtero existẽs prodest ad huiusmodi immunitatem, ẽt si pater iam obijsset, vt declarauit Senatus 1545. die 7. Martij, imò si quis decẽ liberos habens decedat relicta vxore prægnante q̃ geminos edidit filios gaudet immunitate, vt declarauit Senatus 26. Augusti 1568. modo viuus vel viui edantur, vt 9 declarauit idẽ Senatus die 6. Iunij 1562. † & etiam prosunt legitimati per subsequens matrimoniũ, & ꝓdest immunitas, ẽt post mortẽ patris donec filij oẽs superstites in comunione perseuerent, vt dispo-10 nitur in dictis No. Cõstit. † & licet post mortẽ defuncto patre aliqui ex filijs decesserint, adhuc tamẽ alij nõ cadũt ab immunitate, prout ita declaratum fuit per Senatũ die 10. Nouẽbris 1563. vt ha-11 betur in ordinibus impressis pag. 66. † nec filiæ nuptæ ẽt post mortẽ patris modo bona sint indiuisa, vt Senatus declarauit inter fratres Cazaratos anno 1552. 17. Septẽbris, seorsum à patre viuẽtes rescindũt immunitatẽ; vt Senatus declarauit 1552. 12 die 7. Maij, in casu Io. Petri de Mutina; † nec refert an sint nati ex eadẽ vxore, an verò ex duabus, vel plurib. prout cautũ fuit ex ordinib. Sen. Excell. vt habẽt in dictis ordinib. impressis cũ No. Cõstit. pag. 13 mihi 65. † & licet petita immunitate per patrẽ, & nõdũ cõcessa aliqui filij moriãtur, vel pater modo in cõmunione viuãt, siue bona cõmunia habeãt ex Senatus cõsulto die 10. Nouẽbris 1563. & 1567. 6. Iunij, inter fratres de Arerio, & Ciuitatẽ Papiæ; adhuc tñ nõ venit denegãda ipsa immunitas, Io. de Imol. cõs. 77. relatus per Plot. vbi s. in verbo decre-14 tũ † prout nec ẽt est denegãda si filij efficiãtur reli-15 giosi, † vel viuerẽt separatim ex causa studiorum; Reipublicæ, vel mercaturæ, dũmodo bona sint in 16 cõi, vt per Plot. vbi s. prodest † aũt hæc immunitas etiam fratribus habẽtibus bona in communi cum fratre habente 12. liberos prout in terminis, Menoch. de arbitr. iud. casu 379. nu. 9. cum seq.

17 In verbo, ordinariorũ, & extraordinariorũ.] † q̃ dicãtur onera ordinaria, & q̃ extraordinaria, vi-18 de sup. stat. 132. vbi dixi † ex dispositione tñ Nou. Cõstit. solũ efficiũtur immunes ab onerib. extraordinarijs, & ab imbotaturis ꝓ omnib. fructib. natis super bonis ꝓprijs, vt in d. tit. de immunitate, & iu-19 re duodecim liberorũ; † ex quo nota quod pariter erũt immunes ab onere mẽsualis, quod dicit̃ extra ordinariũ, teste Gallia cõs. 59. nu. 67. vbi per totũ cõsiliũ docet, q̃ dicãtur extraordinaria, & q̃ ordi-20 naria; † ista tñ onera à quibus fit immunis habens duodecim liberos accrescũt cæteris de vniuersitate, nec detrahũtur Principi, prout tenet Plot. in repertorio, in verbo decretum, nisi secũdum eũ onera imponerẽtur cuilibet puta tm̃ ꝓ quolibet focol.

In verbo, realiũ, personaliũ, & mixtorum.] † hæc omnia quæ dicãtur declaraui supra statut. 132.

21 In verbo, & filiæ etiam nuptæ,] † idẽ de iure cõi, quod ꝓcedit, tãm in matrimonio carnali, quàm in spirituali, vt per Plot. in d. verbo decretum, & in filijs nuptis declaratum fuit per Sen. Excell. die 7. Maij 1552. vt habetur in ordinib. pag. 65.

DE

De venditionibus fiendis ad cridas, & de earum priuilegio. Rubr. 146.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd si qua persona, commune, collegium, vel vniuersitas de cætero voluerit vendere alicui personæ, communi, collegio, vel vniuersitati Ciuitatis, vel districtus Papiæ, vel aliàs ad hoc habili, aliquam rem immobilem, quam possideat, volens gaudere beneficio huius statuti debeat antequam vendat personaliter, vel per personam speciale mandatum habentem comparere coram Vicario Domini Potestatis Papiæ deputato, vel coram eius Locumtenente, & ibidem in scriptis dare debeat, & suo Sacramento affirmare, quòd vult vendere ipsam rem immobilem pro tanto pretio declarando pretium, & illam per situm, seu locum, & contratai coherentias, & etiã per numerum perticarum, vel circà, & congrua congruis referendo, & ipsam talem scripturam dimittere notarijs officij Domini Vicarij Domini Potestatis Papiæ, & communis in libro, & actis ponendam; & subsequenter ponendam ad sacristiam, & cameram rationalem communis Papiæ de sex mensibus in sex menses eorum proprijs expensis in quaternis, sub pœna librarum centum Papiæ ipsis notarijs applicandarum cameræ Magnifici Domini Domini nostri: Saluo semper vt infra dicetur. Et quòd inde ipsa talis persona commune, collegium, vel vniuersitas, quæ vt præmittitur vendere voluerit, & in scriptis detulerit procurret, & faciat cum effectu, quòd crida, seu proclamatio sono tubæ præmisso fiat mandato ipsius Domini Vicarij coram quo comparuerit ad dandum in scriptis vtsupra, seu eius successore, vel Locumtenente publicè super lapidem altiorem curiæ Communis Papiæ, & in atrio Sancti Syri vbi solent aliæ cridæ fieri, seu proclamari hora tertiarum, vel circa, seu hora vesperarum vel circa, de die clara ad loca Ciuitatis Papiæ, vbi proclamationes solent fieri. Et hæc omnia in præsentia duorum testium, & etiam duabus vicibus in vna hebdomada diuersis diebus, & alijs duabus vicibus in alia hebdomada sequenti diuersis diebus. Et vna vice in tertia hebdomada taliter, quòd ipsæ cridæ infigantur in scriptis ad pilastrum positum subtus porticum Notariorum, & ad pilastrum Regis solis, & ibi stent per totam hebdomadam. Et similis crida cum appensionibus prædictis fiat in quarta hebdomada, & incontrata eius, qui vendere voluerit qualibet vice v. supra, si fuerit in Ciuitate; & si in districtu fiat dicta crida per seruitorem absque sono tubæ, non tamen ibi appræhensio affigatur, & etiam fiat dicta citatio per seruitorem tantum semel in terra, seu loco in quo, seu qua possessio res, seu possessiones sitæ sunt in platea eiusdem loci, & etiam ibi affigatur. Et hoc si possessiones, seu res fuerint in territorio Papiæ. Si verò sint domus, vel sedimen, seu sedimina in Ciuitate, siue suburbijs Papiæ; tunc fiat crida in contrata vbi domus, seu dictæ domus sedimen, seu res sita sint ante ipsam domum, seu sedimen, vel rem qualibet vice vtsupra, & affigatur vtsupra proclamando effectualiter sicut illa talis persona, commune, collegium, vel vniuersitas dedit in scriptis; & suo sacramento affirmauit coram ipso Domino Vicario, vel eius successore, seu Locumtenente se velle vendere ipsam talem rem immobilem cum declaratione præmissa de loco, contrata, coherentijs, & numero pertícharum vel circa. Et si qua persona, commune, collegium, vel vniuersitas est volens contradicere, seu habens, vel habere prætendens ius aliquod in ipsa tali re, uel super ipsa tali re vendenda, uel parte aliqua ex ea debeat infra tres menses post ipsas proclamationes immediatè sequentes per se, vel alium eius nomine pro eo, coram ipso D. Vicario, uel eius successore, seu Locumtenente cõparere, & in scriptis dare, & ostendere ipsum tale ius, quòd in ipsa, aut super ipsa re, vel aliqua parte ex ea habet, seu prætendit habere dimissis copijs ipsius proclamationis fiendæ vtsupra dictum est, vna ad dictum

lapidem, alia ad dictum pilastrum subtus porticum Notariorum, & alia ad pilastrum Regissolis, & alia ad contratam dicti venditoris, & alia ad dictam plateam illius terræ, in quem, seu cuius territorio erunt bona prædicta, & alia ad dictam domum, vel sedimen si sunt in Ciuitate, vel suburbijs Papiæ sitæ ipsa, seu ipsæ domus, vel sedimen. Quæ cridæ, & earum relationes, & impositiones fieri possint quolibet die feriato, & non feriato, nisi fuerint feriæ in honorem Dei, & Sanctorum eius introductæ. Saluo vt infra dicetur.

Et quòd factis proclamationibus antedictis, & elapso dicto termino trium mensium, si qua persona, Commune, Collegium, aut Vniuersitas non comparuerit ad dandum in scriptis, & ostendendum eius ius, quod haberet, vel prætenderet habere per se, vel alium in, aut super dicta re immobili, aut aliqua parte eius vt supra, quòd eo casu ipsa talis persona, Commune, Collegium, vel Vniuersitas, quæ vt præmittitur vendere voluerit, vt supra, possit ipsam talem rem, & quamlibet partem ipsius vendere libere, & etiam absque eo quòd dare teneatur fideiussore. Et ipsa venditio, & emptio possit libere vt supra fieri absque eo quod emptori, seu emptoribus, vel eius hæredibus, seu successoribus, possit vllo tempore aliquid peti, nec aliqua quæstio moueri super ipsa tali re, aut eius occasione per aliquam personam, Commune, Collegium, & Vniuersitatem, quæ habuisset, vel prætenderet habere aliquod ius in ea tali re, vel aliqua parte ipsius, & non comparuerit, & ius suum in scriptis non dederit, & ostenderit vt supra in prædicto termino, vel aliquo dictorum terminorum, nec per eorum hæredes, scilicet pro aliquo iure, quod habuissent, vel habuisse prætenderet ante dictam venditionem fiendam. Imò etiam ipsa talis res taliter vendita eo casu sit & esse intelligatur libera ab omni onere obligationis, uel hypothecæ, & etiã à quacunque persona, uel personis, communi, collegio, & vniuersitate, & irreuocabiliter fiat emptoris, seu emptorum, dum tamen ipsa uenditio fiat infra annum proximum post ipsas proclamationes. Ita etiam & eo intellecto, quòd si aliqua persona, commune, collegium, uel Vniuersitas prætenderet ius acquisiuisse in vel super ea re, uel aliqua parte ipsius ab eo uenditore à die earum proclamationum, uel alicuius earum usque ad diem dictæ uenditionis fiendæ, quòd ipsum tale ius non possit emptori prædicto, uel eius successori obesse per respectum ad ipsam rem uenditam, modo, & forma prædictis &c. Saluo tamen cuilibet iure quod haberet, & quod habere prætenderet mediate, uel immediatè tempore ipsius uenditionis, & etiam abinde in antea post ipsam emptionem ab emptore, seu emptoribus contra ipsum emptorem, & etiam alia sua bona, saluo semper ut infra dicetur.

Si uerò infra tẽpus prædictũ ipsorũ triũ mensiũ cõparuerit aliqua persona una, et plures, cõmune, collegiũ, aut Vniuersitas suo, uel alicuius nomine, ad dandũ in scriptis, & ad ostendendũ ius, quòd prætenderet habere in aut super ipsa re vendenda, uel aliqua parte ipsius vt sup. continetur, tunc & eo casu venditio prædicta fieri possit, vt præmittitur liberè saluo ut infra dicetur. Sed pretium ipsius rei vendendæ penes aliquem bonum, & sufficientem campsorem Papiæ deponatur mandato dicti Domini Vicarij, seu eius successoris, uel Locumtenentis, quòd pretium sic depositum succedat loco rei venditæ, & eo casu disponatur & fiat inter eos, qui comparuerint vt supra prout fieri debuisset de iure de ipsa re uendita. Et iurare debeant ipsi venditores emptores, seu emptor, & uenditor in Instrumento uenditionis totam ueram quantitatem pretij pro qua ipsa res vendi contigerit, & quod ipsa venditio est bona, & uera, & non fictitia, nec simulata, nec in fraudem facta. Et siue emptor paratus emere apparuerit, siue non, quòd nihilominus per ipsum Dominum Vicarium vel eius successorem, seu Locumtenentem, uel alium commissarium, possit & debeat ad Instantiam prædictorum omnium, qui comparuerint ut supra, & etiam cuiuslibet vendere & emere volentis utsupra, & cuiuslibet cuius intererit, uel cuiuslibet ipsorum, uel alterius eorum procedi, & cognosci, terminari summariè, sine strepitu, & figura iudicij, quanto summarius, & expeditius poterit, & appellatione, & querela qualibet remota.

& quo-

& quolibet die feriato, & non feriato, exceptis ferijs introductis in honorem Dei, & Sanctorum eius, de iure cuiusque ipsorum, qui vt præmittitur comparuerint, & super præmissis omnibus taliter, & talem finem imponendo, quòd ipsa venditio possit procedere, & effectum sortiri, & de pretio, seu deposito responderi, & satisfieri possit, & debeat illi, seu illis, quibus de iure debebit, uel prout declarabitur, & terminabitur vtsupra. Et in casu in quo ipsa venditio non fiat nihilominus similiter, & eodem modo, utsupra cognosci, & terminari possit, & debeat de & super ipsa re, seu rebus vendendis utsupra attribuendo cuicunque ius suum, singula singulis congruè referendo. Ita etiam & taliter quòd illi, qui non comparuerint utsupra nullum ius habeant, uel habere intelligantur ad ipsam talem rem uendendam, neque uenditam forma prædicta, nec ad eius pretium. Saluo prout infra in capitulo loquente de minoribus, & absentibus continetur. Saluo tamen quod comparens, seu comparentes prædicti possint se ad inuicem componere, & omnem compositionem transactionem, & concordiam de prædictis facere eorum occasione ad decisionem, & declarationem, & expeditionem prædictorum. Saluo tamen iure cuilibet creditori comparenti, & utsupra habendi, & possendi habere, & tenere ipsam talem rem pro maiori pretio si uoluerit, quo casu ipse uolens uendere cogatur, uendere ipsi creditori uolenti emere, & ita sit ipsa res libera prout supra continetur si ipsa uēditio facta fuerit. Et si comparuerint creditores emere uolentes, & eo casu detur plus offerenti, & sit libera utsupra.

Si uerò infra ipsos terminos cridarum singula singulis referendo aliquis comparuerit per se, uel alium pro eo, qui ostenderit quouismodo rem uendendam esse suam, uel sibi pertinere iure dominij, uel quasi, uel utili tunc, & eo casu ipsa res non uendatur, nec uendi debeat ipso tali comparente inuito.

Si uerò comparuerit aliquis minor annis uigintiquinque, saluo nisi esset pronunciatus maior decem & octo annis secundum formam statutorum Ciuitatis Papiæ, de quo disponatur sicut de alijs maioribus, ut in præsenti statuto continetur, uel aliqua persona pro eo, uel eius nomine asserens, uel prætendens ipsum minorem habere ius in ea re pro eius tutella, uel cura nundum finita, quòd eo casu in ipsius minoris præiudicium non possit fieri ipsa uenditio. Et licet non comparuerit aliquis minor utsupra, uel aliqua persona pro eo teneatur ipse tutor, uel curator, qui talem uenditionem uoluerit facere sub pœna perdendi pretium, quod ueniat in Commune Papiæ notificare Domino Vicario Domini Potestatis Papiæ, uel eius Locumtenenti, quod ipse uolens dictam uenditionem facere est tutor, uel curator talis minoris, qui Vicarius, uel eius Locumtenens citare faciat, etiam ex suo officio ipsum minorem, & duos eius minoris affines propinquiores ex parte patris, & his deficientibus ex parte matris, quibus deficientibus faciat citare duos uicinos ex propinquioribus, & antiquioribus quos habebat ipse minor, quibus notificetur per Dominum Vicariū, uel eius Locumtenentem, quod talis uenditio fieri debet. ¶ Et si dicto minori, uel aliquibus, uel uicinis, uel affinibus non protestetur per modum supradictum, non ualeat, nec fieri possit talis uenditio in præiudicium ipsius minoris: Et aliter uenditio facta, quam per modum, & formam prædictos non ualeat in præiudicium dicti minoris.

Item prouiderunt, statuerunt, & ordinauerunt, ac reformauerunt vtsupra, quòd hæc prouisio, & alia suprascripta non se extendant, nec locum habeant ad bona data, vel quæ darentur in dotem in bonis dotalibus, & hoc respectu ipsius dationis in dotem, & etiā ad vel contra vxorem nurum, vel pronurum talium vendere volentium vtsupra constante matrimonio pro iure dotium suarum, vel rerum parafernalium, nec extendantur ad filios, vel alios descendentes talis vendere volentis tempore dictæ venditionis quantum est pro dotibus quondā matris, vel auiæ, aut ex iure ei cōpetenti ex persona alterius eius ascēdētis, nisi p̄dicta venditio fiat cū consensu legitimo, & expresso dictorū taliū descendentiū.

Item prouiderunt, statuerunt, ordinauerunt, & reformauerunt, quòd per prædicta non sit derogatum, nec tollatur statutum, seu decretum Domini, quod prohibet rem immobilem alienari in non subditum Communi Papiæ, vel non sustinentem onera Communis Papiæ, quod incipit &c. & cum sequentibus decretis.

Item prouiderunt, statuerunt, ordinauerunt, & reformauerunt vt supra, quòd res illa quæ vendi contingat seruata forma huius prouisionis non sit, nec intelligatur esse libera à seruitute, seu seruitutibus, quibus subiacebat ante ipsam venditionem.

Item statuerunt, ordinauerunt, prouiderunt, & reformauerunt, ac prouident, statuunt, & ordinant, quòd minores annis vigintiquinque, saluo nisi esset pronunciatus maior decem & octo annis, vt supra dictum est, tunc vt supra. Et absentes à Ciuitate Papiæ, & districtu, & etiam furiosi, aut mentecapti, nec non dominæ viduæ pro iure dotium suarum, & rerum parafernalium, necnon aliæ personæ habentes, seu habere prætendentes ius, aut actionem occasione administrationis alicuius tutelæ, seu curæ, aut ius hipotecæ pro aliquo ficto libellario, aut pro aliquibus legatis fideicommissis, institutionibus, substitutionibus testamentarijs, vel alia qualibet successione ex testamento, vel ab intestato, & quilibet prædictorum, qui esset in casibus suprascriptis, vel aliquo eorum vt supra tempore proclamationis, vt præmittitur fiendæ habeant, & habere intelligantur tempus, & spatium sex mensium computandorum vt supra ad comparendum, & in scriptis dandum, & ostendendum ius suum per se, vel alium eorum nomine vt supra singula, singulis, & congrua congruis referendo, & quod sufficiat similiter ostendi procedi, & fieri possit in omnibus, & per omnia vt supra continetur. Saluo quam in dictis minoribus vigintiquinque annis, & absentibus, quibus non currat dictum spatium sex mensium nisi à tempore maioris ætatis, & reuersionis singula, singulis, congrue referendo, & in furioso, & mentecapto si carent curatore non currat dictum tempus nisi postquam fuerint sanè mentis, vel ipsis prouisum fuerit de curatore, sed seruetur ius commune. Et non intelligantur absentes, qui intra mensem à tempore dictarum proclamationum, vel alicuius earum computando reperientur, vel essent in Ciuitate, vel districtu Papiæ.

Item prouiderunt, statuerunt, ordinauerunt, & reformauerunt vt supra, quòd quilibet, qui vt permittitur comparuerit ad dandum in scriptis, & ostendendum ius suum, vel alterius eorum iurare debeat, quòd non faciat per malitiam, nec fraudem, nec animo impediendi malitiosè venditionem illam cuius occasione comparebit.

Item prouiderunt, statuerunt, ordinauerunt, & reformauerunt vt supra, quòd ipsæ cridæ habeantur pro solemniter factis si preco, vel precones retulerint coram dicto Domino Vicario, vel eius successore, vel Locumtenente Domini Vicarij, Domini Potestatis Papiæ, & ad officium, & banchum, & in actis Notarij se ipsas cridas fecisse iuxta formam prædictam, & in qua relatione nomina ipsorum testium in quorum præsentia factæ fuerint ipsæ cridæ, & impositiones, quæ fient à dicto præcone, seu præconibus scribantur ad officium, & in actis Notariorum prædictorum, & quod ipsæ relationes ipsarum cridarum ponantur per ipsos Notarios de sex mensibus in sex menses ad cameram rationalem Communis Papiæ, sub pœna librarum centum Papiens. applicandarum Cameræ Magnifici Domini Galeazij, vt supra dictum est.

Item prouiderunt, statuerunt, ordinauerunt, & reformauerunt vt supra, quòd per prædicta, nec aliquod prædictorum non tollatur ius aliquod Magnificorum Dominorum, & Communis Papiæ, nec alicuius eorum, nec sibi in aliquo præiudicetur, nec præiudicium esse intelligatur.

Item prouiderunt, statuerunt, & ordinauerunt vt supra, quòd prædicta, nec aliquod prædictorum non habeant locum in eis, qui vendere, & emere vellent cum fideiussione, seu etiam absque beneficio dictarum cridarum, & non seruata forma prædicta.

Sum-

Summarium ad statutum 146. in ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Hoc statutum, an excludat creditores conditionales, & quid in creditore in diem nu. 8. & 9*
3 *An excludat habentem nudam possessionem.*
4 *Quid si cridæ seauantur post factam venditionem.*
5 *Quid de fructibus interim perceptis.*
6 *Creditor sub conditione, an non respondendo, sibi praiudicet ex hoc statuto.*
7 *Menses sex dantur pluribus personis ad contradicendum bonis.*
10 *Venditio hoc casu facienda infra annum.*
11 *Non comparens intra tempus edicti, censetur habere bona pro derelicto.*
12 *Debitori qualiter succurratur contra creditorem missum in possessionem pigneris.*
13 *Pignus in re aliena si fiat, qualiter procedatur.*
14 *Nuntio an, & quando credendum.*
15 *Minores an restituantur aduersus cridas, & proclamata.*
16 *Appellatione in causis cridarum prohibita, de qua intelligatur.*

1 AD † hoc statutum, vide Nouas Const. Mediolani, in tit. de bonis ad cridas ponendis, & latè Plotũ declarantem in repertorio, l. si quando in Indice, in verbo, decretum, sub tit. de bonis ad cridas ponendis, vbi latissimè tractat hanc materiam, ideò cum apud eum videri possint omnia omittenda putaui cum locus sit satis tritus, & pene omnibus Causidicis, Notarijs, ac Solicitatori-
2 bus notus, adeò, vt ad eũ semper recurrant. Istud autem statutum non excludit creditores conditionales, contra quos nundum est sequta euictio, sic Alex. cons. 106. in 5. vol. item nõ excludit ha-
3 bentes possessionem nudam, Alex. cons. 35. vol. 6. †
4 Quid si iam sit facta venditio, deinde fiant cridæ, dic quod sic, vt per Ias. in l. quominus, q. 21. ff. de flu-
5 minibus, Castr. in l. fin. C. si aduers. Fiscum † Quid de fructibus perceptis interim dum durant, vide Ias. in l. si ante nuptias, ff. sol. matr.

In verbo, possideat solus] & hoc iurare tenetur in Nou. Constit. pag. 2.

In verbo, uicibus] tres uices requiruntur in Nouis Constit. in duabus tantum hebdomadis.

6 In verbo. & si qua persona] † is autem, cui aliquid debetur sub conditione nõ tenetur respondere, nec sibi præiudicat, vide Curt. iun. in l. j. nu. 76. ff. si cert. pet. & decisionem in Nouis Constit. §. habentes, tit. de bon. ad crid. ponend.

7 In verb. infra tres menses post] † limita in pluribus personis, quibus concedunt sex menses ad contradicendum, vt in Nou. Const. d. tit. pag. 3. in fine, &
8 pag. 4. circa finẽ. † & scias, quod sub hoc statuto non cõpræhenduntur creditores in diem, vel sub conditione, quilicèt tempore dictorum triũ mensium à statuto hic datorum non compa-uerint, nihilominus tamen nullũ eis infertur præiudicium, Alex. cons. 106. lib. 5. Curt. iun. in d. l. prima. nu. 76. cũ seq. ff. si cert. pet. Surd. decis. 151. Cott. in memor. in verb. statuto, seu decreto, vbi plura in proposito
9 In verbo, vniuersitatẽ,] limita, vt per Alex. cons. 226. vol. 2. Claudius in l. j. in fin. ff. de acquir. poss.
10 In verbo, emptorem] † sicut autem venditio debet fieri infra annũ, sic declaratio super positionibus, Curt. iun. cons. 76. in princ. vbi dicit communem practicam in hac Ciuitate, & Soc. iun. in d. cons. 76. in primo dubio.
11 In verbo, bona saluo] † idem de iure communi, quo non comparens intra tempus censetur etiam pro derelicto habere, l. si eo tempore, C. de remiss. pign. Rip. post alios in l. rem quæ nobis, nu. 41. ff. de acquir. possess.
12 In verbo vendita] † habetur in simili in l. fi. C. de iure domin. impetr. l. à Diuo Pio, §. quod si res, ff. de re iud. l. fin. C. de bonis auth. iu. l. possid.
13 In verbo, si verò infra] † & si constiterit summariè, quod si res sit illi ei restituenda, arg. l. à Diuo Pio, §. si super, ff. de re iudic. vbi DD. licet ibi is, qui dicebatur dñus pignoris, etiam esset absens, & hic est præsens, vnde ord. iuditio est cognoscẽdũ.

In verbo. quibus deficientibus] vide de vicinis in Nouis Constitut. tit. de bo. ad crid. ponen.
14 In verbo, si præco, vel præcones] † nota credi nuncijs referentibus de his, quæ ad officium suum spectant, l. si finita, §. Iulianus, ff. de dam. infec. &
15 in c. quoniã cõtra de probat. † An autem huiusmodi statuta ligent minores, & an ipsi minores aduersus dictas cridas, & proclamata restituantur, vide Boerium decis. 141. Rip. in l. rem quæ nobis, nu. 42. ff. de acq. possess. an autem ligent clericos, Surd. decis. 26. per totã, inclinans negatiuæ.
16 Quatenus autem hoc decretum in causis cridarum prohibet appellationem, non procedit, vbi notoriè constaret de nullitate, vel iniquitate, Plot. in l. si quando, §. 5. nu. 39. C. vnde vi, & vide Boss. in tit. de quærel. contr. sententiam, nu. 12. & qualiter intelligatur, Crau. cons. 646. Lancelot. Gal. cons. 30. per totum. & intelligitur prohibita appellatio tam si lata sit sentẽtia pro ponente, quàm contra ponentem, vt declarauit Sen. Excellentiss. anno 1601. die 2. Nouembris super mutuis precibus Hieronymi Bassi, & Pompilij Bassi, Alciat. responso 397. in fine.

De rebus immobilibus in non subditum non transferendis. Rub. 147.

ITem ad hoc, vt res immobiles Ciuitatis, & districtus Papiæ, nõ possint alienari in non subditũ, & vt remaneant obnoxiatæ semper oneribus Ciuitatis, et districtus Papiæ. Statuimus, et ordinauimus, quod aliqua res immobilis Ciuitatis, vel districtus Papiæ de cætero nõ possit, nec etiã valeat alienari in aliquã personam, Collegium, vel Vniuersitatẽ non subditam, & non suppositã, & nõ subditũ, nec suppositũ iurisdictioni coĩs, & Ciuitatis Papiæ quoquo titulo alienationis inter viuos, nec etiã in vltima voluntate, exceptis personis, in quas peruenerint successiones si non esset vltima voluntas condita, siue aliter quomodocunque. Et si aliter factũ

fuerit

fuerit non valeat, nec teneat ipsa talis alienatio, sed sit nulla, & irrita ipso iure, & facto. Et quod ultra prædicta contrafaciens, vel contrafacientes, incidant ipso iure, & facto in pœnam solidorũ decem pro libra æstimationis rei alienatæ, seu quæ alienari contigerit, applicandorum pro medietate Cõmuni Papiæ, & pro alia medietate accusatori, siue referenti, & ꝙ Notarius, vel Notarij, qui aliquod instrumentum confecerit, vel confecerint de prædictis prohibitis, cadat ipso iure, & facto in pœnã librarũ centũ Papiæ applicandarũ vt supra. Statuentes, quod insolutum dationes quas fieri continget in non suppositum Ciuitati Papiæ vt supra, virtute alicuius obligationis veræ, & non fictitiæ, valeant, & teneant, dummodo ipsæ res, quas continget insolutum dari infra unum annũ continuum per venditionem, vel aliquẽ legitimũ titulum transeant realiter, & effectualiter in subditum, seu subditos Cõis Papiæ. Statuentes etiã, ꝙ acquisitiones factæ hinc retrò per aliquos curiales, familiares, vel Officiales Illustris Principis, & Magnifici Domini Domini nostri, siue per aliquam aliam personam, Collegium, vel Vniuersitatem, etiã non suppositam, vel non suppositum iurisdictioni prædictæ de rebus prædictis, & alienationes in ipsos factæ, & etiã de cætero fiendæ in prædictos Curiales, familiares, vel Officiales, vel aliquem ex eis habeant robur, & valorem, ac effectum irreuocabilem sortiantur, & inuiolabiliter obseruentur, non obstantibus aliquibus statutis, nec ordinamentis in dicta Ciuitate Papiæ hactenus obseruatis, & non obstantibus compræhensis in statuto, & ordinamento præsenti, declarantes etiã. & statuentes, prædictam prohibitionem alienationis non vendicare sibi locum in personis, quæ tempore ipsarum prohibitionum, seu tempore acquisitionem essent effectæ Ciues Ciuitatis Papiæ. Statuentes insuper, & ordinantes, ac declarantes, quòd si per decenniũ continuum non reperiretur esse mota aliqualis, vel quæstio acquisitoribus, vel acquisitori alicuius, vel aliquarum rei, vel rerum immobilium: quod elapso dicto decennio, non possit aliqua molestia lis controuersia, vel quæstio moueri eisdem, vel successoribus suis vniuersalibus, nec singularibus ex eo quod proponatur, vel allegetur prædictos acquirentes, vel acquirentẽ non fuisse curialem, vel familiarem, seu curiales, vel familiares Illustris Principis, & Excelsi Domini Domini nostri, vel Curiæ suæ. Declarantes etiã ꝙ per prædicta, nec aliquod prædictorum nullum præiuditium fiat, nec factũ esse intelligatur ecclesiasticæ libertati.

Summarium ad Statutum 147. in Ciuilibus.

1 VIdenda ad hoc statutum, & nu. 21.
2 Hoc statutum validum.
3 Hoc statutum, an fauorabile, vel odiosum.
4 Amplia, siue alienatio fieri prohibeatur ex cõtractu inter viuos, siue ex vltima voluntate.
5 Hoc statutum, an comprahendat alienationem factam in forensem.
6 Alienatio cõtra hoc statutũ, an firmetur iuramẽto.
7 Insolutum datio fieri forensi, an prohibeatur ex hoc statuto.
8 Alienatio facta in non subditũ, an reconualidetur si ipse postmodum efficiatur subditus.
9 Actus a statut. annullatus, nõ potest recõualidari.
10 Tertius, an possit excipere de alienatione facta in forensem.
11 Quid si forensis ante traditionem, efficiatur ciuis, & nu. 12.
12 An per hoc statutum sit prohibitus omnis contractus, & obligatio personalis.
13 Quid si tempore contractus, non esset forẽsis, postea mutaret domicilium.
14 Mulier nupta extra territoriũ, est subdita, & comprahenditur sub statuto loquente de subdito.
15 Alienatio ex Noue Const. Mediolani, prohibetur in originarium alibi habentem domicilium.
16 An autem Noua Mediolani Const. comprahendãt mulierem non subditam nuptam in Ducatu, quæ post mortem viri reddit ad locum originis.
17 Hoc statutum, an comprahendat successionem ab intestato, & ex testamento.
18 Alienatio contra hoc statutum, an valida, quo ad æstimationem.
19 Forensis emens, an perdat pretium.
20 Hoc statutum vti fauorabile latè interpratandũ.
21 Hoc statuto, an dicatur prohibita translatio possessionis in forensem, & nu. 22 vbi contra.
22 Forẽsis, an ex hoc statuto dicatur prohibitus emere ea, quæ fuerunt suorum maiorum.
23 Bona mobilia, an comprahendãtur sub hoc statuto.
25 Augumentum à contrario sensu, quando procedat in statutis.
26 Donatio causa mortis, an vltima voluntas.
27 Institutione hæredis facta de forensi, quis capiet bona.
28 Clausula codicillaris in testamẽto, quid importet.
29 Statutum simpliciter prohibens alienationem in forensem, an comprahendat successionem ab intestato testamentariam.

30 Statutum

30 *Statutum prohibens alienationem in forensem, etiã per haredis institutionem, vel substitutionẽ validum.*
31 *Bona, an possint trãsire in forenses ex causa dotis.*
32 *Quid in bonis alienatis sub conditione, si Princeps consenserit.*
33 *Quid in alienatione necessaria.*
34 *An ex hoc dicatur prohibita prascriptio.*
35 *An locatio.*
36 *Re imobili legata forensi, an hares teneatur ad astimationem.*
37 *Dominium, & possessio, an transferatur ex alienatione facta contra hoc statutum.*
38 *Possessio ciuilis, & naturalis, an tranferatur ex contractu prohibito.*
39 *Subditus quis.*
40 *Domicilium tripliciter contrahitur.*
41 *Pœna huius statuti, an procedat facto solum transferendo in forensem.*
42 *Quid in eo, qui reliquit forensi.*
43 *Pœna, an committatur ex facto prohibito absque effectu.*
44 *Pœna alienationis in forenses ex Const. Mediolani, an procedat facta alienatione, licet nundum facta translatione.*
45 *Insolutum datio iudicialis, an prohibita ex hoc statuto, & vide nu. 46.*
46 *Forensis moriens antequam efficiatur hares ciuis, an transmittat ad haredes.*
47 *Alienatio in Ecclesiam non est prohibita ex hoc statuto.*
48 *Amplia, vt hoc statuto non ligentur Clerici, nec bona Ecclesiastica, nu. 49. & 54.*
50 *Quid in Clerico prima tonsura.*
51 *Clericus non incedens in habitu, & tonsura amittit priuilegium clericale.*
52 *Clericus quando dicatur deferre habitum, & tonsuram.*
53 *Iudex competens, an Clericus incedat in habitu, nec ne.*
55 *Statutum expressè prohibens alienari in personã Ecclesiasticam, an validum.*

1 AD hoc † statutũ, vide in crimin. stat.
59. & 60. & Nouas Constit. Mediol.
in tit. de pœnis, §. collegijs, vbi Carp.
2 abunde scripsit tractatum, & valet
huiusmodi statutum, Surd. cõs. 176.
num. 7. & 9. lib. 2. & cons. 313. num.
84. & 85. lib. 3. & communiter tenetur teste Iulio
Claro in §. fin. prax. crimin. q. 82. stat. 5. & vide
3 Panormit. cons. 195. † & hoc statutum licèt concernat
præiuditium forensium, principaliter respicit
vtilitatem Ciuium, & habetur absolutè pro fauorabili,
& est extendendum, Soc. cons. 40. Ruin.
in l. filius familias, §. Diui, col. 59. ff. de leg. primo.
Alba cons. 218. num. 8. & hanc veriorem, &
magis communem testatur, Honded. cons. 6. nu.
31. lib. 2. Rip. in d. §. Diui. num. 80. Crauet. cons.
118. num. 8. lib. primo, Cephal. cons. 53. num. 8.
lib. primo, Rimin. iun. cons. 28. num. 13. lib. pri.
& cons. 221. num. 9. & seq. lib. 2. & cons. 353. nu.
144. lib. 4. & ideò latissimam recipit interpretationem,
Soc. iun. cons. 19. num. 6. lib. primo, Dec.
cons. 661. num. primo, Rip. in d. §. Diui, nu. 102.
4 † Quod procedit, siue prohibeat alienationem
fieri per contractum, siue per vltimam voluntatẽ
Rip. in l. filius fam. §. Diui, nu. 79. ff. de leg. primo
Bald. cons. 226. nu. primo, versic. solutio, lib. pri.
Decian. cons. 35. nu. 55. lib. primo, Cephal. cons.
53. num. 7. lib. primo, & in terminis Nouar. Const.
Mediolani, in d. §. Collegijs, Boss. in tract. crimin.
de pœnis, num. 43. Honded. pariter in ijsdem terminis
cons. 6. num. 12. & 13 lib. primo, vbi per totum
consilium versatur, circa huiusmodi Constitutionem
Mediolani, idem cons. 13 num. primo,
5 & 2. lib. 2. An autem statutum prohibens alienationem
in forensem, compræhendat alienationem
factam à forense in alium forensem, vide Hond.
consil. 13 nu. 10. lib. 2. vbi ex pluribus DD. tenet,
quod non, quando statutum simpliciter prohibet
alienationem, quod secus est in casu nostro, in
6 quo statutum expressè alienationem inualidat, †
& procedit hoc statutum, adeo vt alienatio prohibita
non firmetur iuramento. Rom. cons. 509.
7 colum. 3. † nec etiam valet insolutum datio facta
forensi Bertachin. in trac. de gabellis, tertia parte,
octauæ partis, colum. 3.
8 † Quid autem si persona in qua fit alienatio tempore
alienationis sit non subdita, an si fiat ex post
subdita conualidetur alienatio; & dic quod non;
requiritur enim ad hoc, vt cesset statutum, quod
sit subdita tempore alienationis, ea ratione, quia
statutum nostrum anullat alienationem factam in
9 non subditum, & quando actus annullatur à statuto,
non potest postmodum conualidari. Rom.
cons. 509. col. 5. in 5. dubio, Anchar. quæst. 9.
num. 26. lib. primo, quod multò magis dicendum
est, quando bona alienata in pœnã. ipso iure transferentur
in Fiscum, vt habetur in Nouis Const.
Mediol. in tit. de pœnis, §. Collegijs; quo casu habilitas
personæ, in quam fit alienatio, debet reperiri
tempore alienationis, nec sufficit eam superuenire
post acquisitionem factam ipso iure Fisco,
Aret. in l. si ita quis, §. ca lege, col. 4. circa princ.
versic. tertio adde, ff. de verborũ oblig. sequitur
Anchar. quæst. 9. num. 29. lib. primo, & pluribus
etiam in terminis nostris firmat Honded. dicto
10 cons. 6. num. 34. vsque ad finem consil. lib. 2. † An
autem ista exceptio possit allegari à tertio, saltem
quando statutum prohibet alienationem, & vocat
Fiscum, vt in casu Nouarum Constitutionum Mediolani,
in dicto tit. de pœnis, §. Collegijs, & dic
quod non; sed debet solum allegari à Fisco, Surd.
cons. 93. num. 15. lib. primo, & vid. Rim. iun.
cons. 263. nu. 49. & 242.
11 † Quid autem, si tempore cõtractus sit forensis,
sed ante traditionem veram sit effectus ciuis, vide
Rim. sen. cons. 244. & quid si statutum dicat,
quod infra annũ faciat se habilitare, an sufficiat,
12 quod habilitetur infra annum à die traditionis, †
& an solum sit prohibita traditio, an verò omnis
contractus, & obligationes personales precedentes,
& quas personas comprehendat hoc stat. generaliter
loquens Carp. in d. §. collegij, n. 24. cũ seqq.
13 † Quid autem si tempore contractus, non esset
forensis, & postea mutaret domicilium, Carpan.
dicto §. num. 127. vbi loquitur de muliere, quæ
per transitum ad secunda vota mutauit domici-
14 lium, & dic quod talis † mulier alibi nupta non
est forensis à Ciuitate originis, nec pro forensi habetur,
etiam durante matrimonio, & cõpræhenditur
sub statuto loquente de subdito, vt latè per
Bertazzol. consil. ciuil. 103. per totum, vbi latè
hoc extendit, quem refert, & sequitur Honded.
15 consil. 6. num. 20. lib. 2. & scias etiam, † quod
Nouæ Constitutiones Mediolani, in dicto tit. de
pœnis, §. collegijs prohibentes alienationem in

non

non subditum habent locum, etiam contra originarium alibi domicilium habentẽ, quia tunc habetur pro non subdito, ratione domicilij, quod non retinet in hoc dominio, ità Boss. in terminis, eodem tit. de pœnis, num. 43. in fine, versic. in contrarium tamen, vbi testatur, ità fuisse seruatum à Senatu, sequitur Honded. dicto cons. 6. num. 21.
26 † & scias, quod etiam huiusmodi Constitutio Mediolani, in d. §. collegijs, dum prohibet alienationem in non subditum, compræhendit mulierẽ non subditam nuptam in Ducatu Mediolani, quæ mortuo viro reddit ad Ciuitatem propriè originis, Rim. iun. cons. 353. nu. 39. & seq. lib. 4. Cagnol. in l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omniũ. iud. Hõded. pariter in terminis dictarum Constitut.
27 dicto cons. 6. num. 24. † & an istud statutum simpliciter loquens, compræhendat successionem ab intestato, & ex testamento, & dic quod non, Panorm. cons. 283. Roman. cons. 599. Socin. cons. 291. † & si non valet alienatio quoad ipsas res, nun-
28 quid valeat, quoad æstimationem, vide Roman. cons. 509. colum. 3. & vide Menoch. cons. 667. num. 6. lib. 7. vbi tenet, quod quando statutum resistit personæ alienantis, tunc non potest forensis habere æstimationem, vt per eundem Menoch. in tract. præsumpt. lib. 4. præsumpt. 120. num. 6. vel quando aliqua extat coniectura, quod nec æstimatio debeatur, tunc est incapax forensis, & quod non debeatur æstimatio in terminis huius nostri statuti, stante decreto Ducali edito de anno 1481. per Ducem Io. Galeatium disponente expressè, quod in pœnam alienationis applicetur Fisco, & res, & prætium, & quod etiam disponitur in Nouis Constit. Mediolani, in d. tit. de pœnis, §. collegijs, tenet Alba cons. 460. num. 4. & vide eundem Albam consil. 218. num. 15. cum seq. †
29 Quid si forensis emit nunquid perdat prætium, & dic quod non, sed imò potest retinere rem, donec sibi soluatur prætium, Cremens. sing. 97. Menoch. in tract. recuperand. remed. 5. num. 287. & 293. Contrarium tamen disponunt Nouæ Constitutio-
30 nes Mediolani in dicto cap. collegijs, † & scias etiã quod hoc statutum dicitur respicere publicam vtilitatem; ideò latè venit interpretandum, vt per Dec. cons. 661. colum. prima, num. 10. & de validitate, & effectu huius statuti, ac limitationibus, vide plenissimè per Opizzoniũ in l. filius fam. §. diui. colum. 3. ff. de leg. primo, & ante eum Barbat. in rub. extra de rebus non alienand. & vide etiam Decretum Ducale, conditum Papię die 15. Februarij 1387. disponens, quod forenses litigantes in Ciuitate, vel districtu, possint acquirere, si fiant Ciues infra sex menses post acquisitionem, non obstante hoc statuto, & qualiter intelligendũ sit hoc statutum, & quot modis sit limitandum, vide Ias. & Alex. in l. filius fam. §. diui, ff. de leg. primo, circa quartam quæstionem, Bart. & an dicatur fauorabile, vel odiosum, vide ibi per Rip. num. 79. & seq.
31 In verbo, alienari in aliquam personam] † hoc statutum prohibens alienare bona in forenses, non intelligitur prohibere translationem possessionis, Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 32. ff. de acquir. possess. Cass. cons. 54. num. 64. Contrariam opinionem tenuerunt plurimi citati per Surd. cons. 276. num. 14. lib. 2. vbi dicit veriorẽ, & num. 15. vult, quod si transferatur, saltem transfertur naturalis tantum, quæ asinina, & facti ap-
33 pellatur, vt ibi per eum, † non etiam videtur prohibitus forensis emere in hac Ciuitate, vel districtu bona, quæ fuerunt maiorũ suorum, vt per Menoch. de arbitr. iudic. casu 459. num. 22. cum
34 seq. † & scias, quod hoc statutum prohibens alienari bona immobilia in forenses, à contrario videtur arguere, quod si sint mobilia valeat, ità Plot. cons. 108. num. 10. vol. primo, inter consilia criminalia, relatus per Borgn. decis. 5. num. 21. parte
35 prima, † quando autem in statutis habeat locum, argumentum à contrario sensu, vide Bart. in repetitione, l. cæsar, num. 23. versic. his ergo ità appositis, ff. de public. & vectigal. Euerard. in suis argum. legal. argum. à contrario sensu, num. 22. cum seq. vbi ponit distinctionem cum nonnullis limitationibus.
26 In verbo, nec etiam in vltima voluntate] † an talia verba compræhendant donationem causa mortis, Rip. in l. 2. nu. 14. vbi Ias. num. 27. ff. de
27 leg. primo, † quid autem si institueretur hæres iste forensis, an poterit habere illa bona immobilia, an verò venientes ab intestato, an capiat Fiscus, & videtur, quod institutus erit hæres pro alijs bonis, & pro istis sint hęredes ab intestato, nec est isto casu inconueniens, quod quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus per ea, quę habentur in l. prima, C. de secund. nupt. & in l. si is, qui ex bonis, & ibi Alex. in secundo notab. ff. de acquir. hæred. per tex. in l. si quis, in solidum à contrario sensu, ff. de hæred. instit. l. cogi, §. hij qui,
28 & ibi Alex. ff. ad trebell. † & si in testamento sit clausula codicillaris videntur hæredes venientes ab intestato grauati restituere ista mobilia hæredi scripto, iuxtà notata in l. prima, ff. de iur. codicill. & fortè tenebuntur soluere extimationem instituto, vt per Alex. in l. apud Iulianum, §. fin. colum. 5. ff. de leg. primo, † An statutum simpliciter pro-
29 hibens bona alienari in forenses, censetur etiam prohibere successionem testamentariam, & ab intestato, & dic quod sic; quando statutum loquitur in rem, vel quando adest ratio statuti, propter onera subeunda, vel quando adsunt verba quocunque titulo, quæ sunt verba valdè enixa, quæ omnia reperiuntur in hoc statuto nostro, vt latè per Albam cons. 218. num. 4. cum pluribus sequentibus, & ideò in casu nostro videntur superflua illa verba, nec in vltima voluntate in statuto apposita.
30 † scias tamen, quod valet statutum prohibens alienari res in forenses, etiam expressè per hæredis institutionem, vel substitutionem, Alba dicto cõs. 218. num. 20.

In verbo, exceptis personis] † In quas personas vide Bald. in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. Rip. in
31 l. ex facto, num. 4. ff. de vulg. † Quid si in causa dotis transferint, vide in simili Ias. in l. eius, qui in Prouincia, ff. si cert. pet. dum loquitur de statuto Mediolani, sed in terminis, Curt. sen. cons. 27. Opizon. in d. §. diui, quæ hoc statuto, non at-
32 tento, in dotem dari possunt, † non etiam compræhendit hoc statutum casum, vbi alienatio esset facta sub cõditione, si Princeps consenserit, prout de communi, Ploc. inter consilia criminalia, cons.
33 108. † non pariter procedit in alienatione necessaria, Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 82. sta-
34 tuto 5. num. 9. † intelligitur tamen secundum cõ. num. 6. prohibita præscriptio, Ias. cons. 166. col. fin. in fine, vol. 2. Plot. in repet. l. si quando, num.
35 266. C. vnde vi, † an intelligatur prohibita locatio, uid. per eundem, ibidem, nu. 4.
36 † Quid autem si testator alicui forensi rem mobilem

bilem leget, an hæres teneatur ad æstimationem; dic quod sic, Clar. vbi supra nu. 5. vbi nu. 7. po-
37 nit, † quid si contra statutum facta fuerit alienatio, an dicatur translatum dominium, & possessio.
38 In verbo, ipso iure, & facto] † an etiam saltem ex prohibito contractu transferatur naturalis, & ciuilis possessio, tene quod sic, & est potens ad acquisitionem fructuum, l. prima, §. vir vxori, ff. de acquir. possess. licet Claud. post Aret. teneat, quod sola naturalis, vide Bald. in l. 2. in fine, ff. de iurisd. omn. iud. quod poterit transferri possessio in forenses, & vid. Clar. d. quæst. 82. stat. 5. num. 7. ad
39 saluandas autē acquisitiones considera † primo quis dicatur subditus iurisdictioni, de qua p Dec. cons. 275. in principio, Alex. cons. 157. num. 14.
40 volum. 2. vel domicilium contraxerit, † quod tripliciter fit, vt per Soc. iun. cons. 70. colum. 2. vol. 2. vbi in terminis istius statuti per totum plura ponit, vel an suppositus sit mediante persona aliorum propinquorum, Socin. cons. 293. colum. fin. volum. 2.
41 In verbo, contrafaciens] † non tamen huiusmodi pœnæ, de quibus hic habent locum, quando res ipsa sunt ipsi forensi acquisita, sed tantum tractatum est, vt illi acquirerentur in terminis, Menoch. casu 276. num. 14. & seq. de arbitr. iud. post Soc.
42 iun. cons. 3. num. 32. lib. 3. † scias tamen, quod stante hoc statuto, si quis reliquerit forensi, licet bona nundum translata fuerint in forensem, & sic actus nondum fuerit deductus ad effectum, adhuc tamen contrafaciens punitur pœna, de qua in hoc statuto, vt per Albam cons. 218. num. 22. cum seq.
43 & mouetur etiam ratione, † quia ex facto absque effectu iuris committitur pena, quando lex, vel statutum cogitat etiam de facto. Bart. in l. vbi pactum, col. 4. C. de transact. & in l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. oblig. & in l. quid ergo, §. cum autem, ff. de his, qui not. infam. Quod autem in casu nostro statutum expressè cogitauerit de facto apparet, quia annullat expressè actum, & tamen addit pœnam contrafacienti solidorum decem pro libra æstimationis rei alienatæ, Ias. in d. l. vbi pactum, col. antepenult. quam refert Alba d. cons. 218. nu. 24. qui licet loquatur in statuto mantuano, tamen idem est dicendum in nostro statuto, cum ea con-
44 currant, de quibus in dicto statuto, † sed dubium est cum Nouæ Constitutiones Mediolani, in tit. de pœnis, §. collegijs pinguius prouideant volentes in pœnam bona alienata, & pretium ipso iure in Fiscum peruenire; an vigore huiusmodi Nouarum Constitutionū bona cadant in commissum, eo ipso quod fuerint alienata, dato quod nundū translata fuerint in forenses; & dic quod sic, vt per Albam dicto cons. 218. num. 25. vbi probat pluribus rationibus cōcurrentibus in casu nostro, & respondet ad Castrensem cons. 542. qui voluit quod ad hoc, vt pœna committatur vera traditio requiritur, quod etiam tenet Rip. resp. lib. primo, resp. 2. sub num. 18. sub tit. de legibus.
45 In verbo, statuentes, quod insolutum dationes] † limita non procedere in insolutum dationibus factis iudicialiter, Fabian. de Monte in tract. empt. & vendit. quæst. 21. in 3. quæst. princ. Alex. cons. 12. vol. primo.
46 In verbo, vnum annum continuum] aduerte † tamen, quod si non transeat in subditum infra annum, quod per hoc non redditur in solutum datio ipso iure nulla, sed ope exceptionis, p tex. in l. vniuersa, & quæ ibi notātur, C. de præcib. imper. off.

In verbo, declarantes etiam] quid si post declarationem iuris acquirendi ante acceptationem fieri vellet ciuis, & interim moriatur, & transmittatur ad hæredes distinguendum puto speciem hæredum, vt si sint subditi transmittant alias secus, quia idem militat impedimentum in persona hæredum, vide Bart. in l. ventre, col. 3. ff. de acquir. hæred.
47 In finalibus verbis, quæ ecclesiasticæ libertati] licet hoc non decerneretur, † nihilominus per hoc statutum non intelligeretur prohibita alienatio in Ecclesiam, Redoan. de rebus Ecclesiæ non alien. quæst. 51. cap. 10. num. 6. & quod huiusmodi statutum non liget clericos cōmunem dicit, Barbat. cons. 47. num. 2. lib. 3. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 89. de constit. Clar. d. §. fin. quæst.
48 82. stat. 5. † & quod huiusmodi statutum non comprehendat bona ecclesiastica, de communi, Rip. in l. filius fam. §. diui, nu. 81. ff. de leg. primo, Menoch. citans Tiraq. Soc. & Ploti. in cons. 165. num. 8. lib. 2. Alba cons. 8. num. 9. Alex. in cap. fin. de immun. eccles. Bart. in l. filius fam. §. diui, col. 3. vbi Alex. colum. 5. Ias. in prima lectura, nu. 28. & in 2. lect. num. 107. ff. de leg. primo, Alber. de Rosat. in 2. quæst. secundæ partis statutorū, Alb.
49 cons. 460. num. 5. † vbi loquitur de statuto hoc
50 nostro Papiensi, † vbi etiam limitat hoc non procedere in clerico primæ tonsuræ, vide etiam Alex. cons. 211. col. penult. sub nu. 4. vol. 2. vbi contra-
51 rium tenet, & aduerte, quod Alba loquitur, † qñ clericus non incedit in habitu, & tonsura, quo casu amittit priuilegium clericale, vt habetur in cōcilio Tridentino sessione 23. cap. 6. & per Clar. in §. fin. quæst. 36. num. 16. vbi Baiard. num. 27. ponit, quæ debeat facere clericus si vult gaudere pri-
52 uilegio clericali ex concilio Tridentino, † quando autem clericus dicatur deferre habitum clericalem, & tonsuram, vid. Foler. in sua praxi crim. in crim. in verbo, audiantur excusatores, num. 42. cum tribus sequentibus, Clar. dicta quæst. 36. nu. 11. vbi Baiard. num. 15. cum seq. vbi etiam nu. 18.
53 ponit † quis habeat cognoscere, an clericus incedat in habitu, an Iudex Ecclesiasticus, an vero secularis, & per Farinac. in sua praxi q. 8. nu. 35. hoc incidenter volui hic apponere, quia sæpissime contingit hic casus Papiæ, vbi plures sunt clerici, & redeundo ad propositum, vide etiam Albam d.
54 cons. 460. num. 6. vbi † vult non procedere statutum in clerico, quando ei relinqueretur intuitu pietatis, secus autem si ratione consanguinitatis, vel amicitiæ, & ad hoc allegat Bart. in repet. l. primæ, col. decima, nu. 46. & 57. versic. quæro quid si Ecclesia, C. de sacros. eccles.
55 Quid † autem si statutum expressè prohiberet alienationem bonorum immobilium faciendam in personam ecclesiasticorum, an valeret, Bald. in cap. clerici de iudic. post Signorol. de homod. tenet quod sic, contrarium tamen ibi tenet Barbat. nu. 71. & ita tenuit etiam Bart. post Oldr. ad. in l. inter diuinum, C. de sacros. eccles. Natt. consil. 280. num. 3. & seq. vol. 2.

Quod Præcones Ciuitatis Papiæ possint cogi per Dominum Potestatem Papiæ, ad faciendum cridas ad petitionem quorumcunq; vendere volentium, & de præmio, & remuneratione fienda ipsis Præconibus. Rubr. 148.

Item statuimus, quòd Dominus Potestas Papiæ, & quilibet eius Iusdicens, teneatur, & debeat ad petitionem quorumcunq; qui vendere voluerint aliqua immobilia secundum prouisiones, & statuta Ciuitatis Papiæ, cogere quoscunq; Tubatores, & Præcones dictæ Ciuitatis ad faciendum dictas cridas in omnibus illis locis, in quibus eas continget fieri. Et vt dicti Tubatores sciant quid, & quantum habere debeant pro eorum fatiga, statuimus, & ordinauimus, quod pro omnibus illis cridis, quas fecerint ad petitionem cuiuscunq; occasione alicuius rei immobilis fiendæ, secundum formam prouisionum, seu statutorum Communis Papiæ, dicti Tubatores habeant, & habere debeant pro eorum remuneratione, & fatiga pro qualibet venditione fienda, quæ sit quantitatis librarum quinquecentū Papien. & abinde infra pro omnibus cridis, quas facient libras quattuor Papien. Et si fuerit à dictis libris quinquecentum supra quantecunq; quantitatis sit, habeant, & habere debeant libras sex, & solidos octo Papien.

AD hoc statutum, vid. supra statutum de venditionibus fiendis ad cridas, & quæ ibi &c.

De fide adhibenda mercatoribus, & eorum libris, & de eorum debitoribus. Rubr. 149.

QVia Mercadantia est ars, per quam Ciuitates augentur. Ideò sunt mercatores fauorabiliter pertractandi. Et pro tanto statuimus, & ordinamus, quod mercatoribus grossarum mercadantiarum, qui sunt descripti in matricula mercatorum, & qui libros faciunt, seu facient in futurum ordinatos in forma librorum rationalium de mercantijs suis scriptorum manu ipsorum mercatorum, seu eorum coadiutorum, seu sociorum credatur de eo quod habere debebunt ab aliqua persona, occasione dictæ mercantiæ, vsquè ad quantitatem librarum decem Papien. dummodo Consules Mercatorum mercadantiæ magnæ primo delsiberent de persona mercatoris, quòd sit sufficiens, & legalis, & de libro, quod sit liber ordinatus, & cui merito debeat adhiberi fides, credatur dicto mercatori de eo quod apparebit scriptum in libro suo prædicto, & tàm de dato, quàm de recepto, occasione mercadantiæ, vsquè ad quantitatem prædictarum librarum decem Papien. ipso prius iurante ad Sacra Dei Euangelia corporaliter tactis scripturis coram Iudice competenti, se dictam pecuniam habere debere. Insuper statuimus, quod si inter dictos mercatores sit contractum, seu contrahatur aliquod debitum, occasione mercantiæ, quod sit scriptum ad librum Notarij mercantiæ magnæ per prædictum Notarium, quod credatur tàm de dato, quàm de recepto inter dictos mercatores, de mercantijs prædictis, de omni quantitate, & summa, quæ apparebit per dictum librum Notarij prædicti mercatorem debere alij mercatori, seu recepisse. Et quilibet Iudex secundum prædicta teneatur facere iustitiæ complementum.

Summarium ad statutum 149. in ciuilibus.

1 *VIdenda ad hoc statutum.*
2 *Hoc statutum solum intelligendum de pertinentibus ad negotiationem.*
3 *Mercatores miserabiles.*
4 *Mercator non potest placere Deo.*
5 *Christiani dissuadentur mercantiam exercere?*
6 *Mercatores carius vendentes merces ad tempus, an vsurarij.*

7 *Mercatores legales utiles Reipublica.*
8 *Mercator quis, & qualiter probetur remissiuè.*
9 *Quid in descripto in matricula, non tamen exercente mercaturam.*
10 *Mercator, quando lucrum cessans à debitore moroso, possit pratendere.*
11 *Mercatores, an cogendi edere libros, & nu. 12.*
13 *Consuetudo in causis mercantilibus, etiam obseruanda in contractibus.*
14 *Libri fæneratorum, quam probationem faciant.*
15 *Statutum volens credi libris mercatorum, intelligitur de concernentibus eorum artem.*
16 *Limita statutum, quando mercator esset infamis, vel suspectus.*
17 *Liber priuatus, an probet pro scribente in annexis.*
18 *Hoc statutum, an seruetur contra clericum in foro Ecclesiæ.*
19 *Nouatio fit pacto nudo inter mercatores.*
20 *Nudum pactum absque stipulatione obligatorium inter mercatores.*
21 *Equitas non rigor iuris seruatur inter mercatores.*

1 AD hoc statutum, vide Marant. in suo speculo aureo tract. de ordine iudic. in tit. vt iudicium mercatorum, & vide Straccam de mercatura. Nicol. Genua plenissimè in tractat. de priuat. script. lib. 4. cap. 21. & seq. & vid. supra statut. ciuil. 58. & infra decretum 10.
2 & intellige † hoc statutum de hijs, quæ ad negotiationem pertinent, Alciat. de verb. signif. lib. 1. chart. 4. in fine. Quomodo autem de iure communi, credatur libris mercatorum, & alijs, vid. DD. in l. admonendi, super glo. j. ff. de iuretur. Nicol. Genua dict. tract. de priuat. script. lib. 4. tit. de libri. Mercatorum, qui constituit regulam negatiuam, eamq; multis modis ampliat, & declarat.
3 In verbo, mercadantia est ars] † nota quod mercatores, dum sunt in mercimonijs peregrinantes dicuntur miserabiles, Alex. cons. 131. ad finem,
4 lib. 7. † & licèt secundū Sacros canones, mercator non potest placere Deo, cum negotiatio possit vix fieri sine periurijs, & mendacijs, cap. eijciens 88. distinct. ideoque Salicet. in Authent. ad hæc. C.
6 de vsur. † dissuadet Christianis mercantiam exercere, qui tex. & iura de prauis, & malis mercatoribus intelliguntur, legales, namq; mercatores, & iustè, ac piè exercentes, valdè sunt republicę vtiles, & comendandi, Petrus de Vbald. in sua epistola ante. tract. de duob. fratribus, & de istis loqui-
7 tur statutum nostrum, & aduertant † mercatores vendentes carius merces ad tempus, quod incurrunt vsuram, de quo per Abb. in cap. ad nostrum, in primo notab. de emptio. & vendit. & cons. 21. lib. primo, Dec. in l. prima, nume. 17. Cod. de edendo.
8 † Quis autem dicatur mercator, & qualiter probetur, vide Mascard. de probat. conclus. 151. per totam, Nicol. Genua dicto tractatu de priuat.
9 script. libr. 4. cap. 21. † & an dicatur mercator, qui est descriptus in matricula mercatorum, non tamen artem exercet, Alexand. in appostill. ad Bart. in l. semper, §. negotiatio, ff. de iurisd. omn.
10 iud. † Quando autem mercator, vel solitus mercari lucrum cessans à debitore moroso licitè petere possit, Bursat. consil. 68. num. 11. lib. primo, Anton. Gabr. in suis commun. in tit. de solut. concl. 10. per totam.
11 In verbo, qui libros faciunt] † nota quod mercatores nostri temporis ad similitudinem argentariorum, possunt cogi edere libros suos, etiam ad actoris intentionem fundandam, Bart. in l. prima, numer. 5. vbi Angel. Salic. Alexand. Socin. & Rip. num. 8. Cod. de edendo, Bursat. consil. 89. num. 31. lib primo, Stracca de mercatura secun-
12 da parte, numer. 70. † vide tamen Felin. afferentem ad hoc quatuor limitationes, in cap. ex epistolæ verbis, numer. 24. de probat. Nicol. Genua plenè in tract. de priu. script. lib. 4. c. 21. de li-
13 bris mercat. quæst. 4. principali, † & adde quod si esset aliqua consuetudo inter ipsos mercatores in causis mercantilibus, illa etiam esset seruanda à contrahentibus, sicut dicitur de libro, vt per Soc.
14 iun. consil. 17. volum. penult. lib. 2. vbi plura, † & quid de libris fæneratorum, dic quod idem, quod in priuatis, nisi priuilegio muniantur, Alexander consil. 180. colum. 7. Socin. iun. consil. 54. per totū. volum. 2.
15 In verbo, in occasione dictæ mercantiæ] † Crauetæ consilio 30. numero 15. Dec. consilio 4. num. 3. vbi plura, & nota, quod licèt statutum generaliter disponeret, quod credatur libris mercatorū, intelligitur de concernentibus eorum artem, Alexander consilio 113. nume. 3. volum. 7. Marsil. in l. finali, num. 168. ff. de iurisdictione omnium iudicum, Craueti de antiquit. tempor. sect. prima, versic. videamus num. 7. & sequenti, Alexand. in l. admonendi, vbi Ias. num. 123. Rimin. sen. cons. 35. num. 12. & consil. 279. num. primo, cons. 197. & consil. 301. num. 3. Rimin. iun. consil. 488. num. 7. lib. quinto. Hinc est, quod si mercator scribat aliquem fideiussisse pro alijs, sibi nō creditur, cum ad eius officium non pertineat principaliter, Ias. consilio 103. in fine, volum. primo, Alba consilio 95. in fine Rimin. iun. consil. 489. num. 36. & seq. volum. 5. Item scias, quod debet intelligi hoc statutum de libris bene tentis in principio, & titulatis congruè, vt moris est bonorum, & proborum mercatorum, Iason in l. admonendi, in prima lect. nume. 81. circa finem, ff. de iureiurando, Rimin. consil. 503. nume. 4 lib. quinto, & nota, quod di-
16 ctum statutum vult credi libris mercatorum, † venit intelligendum, nisi mercator esset alias infamis, vel suspectum vitæ, ità Rimin. iun. consil. 114. numero nono, libro secundo, & consil. 296. num. 8. eodem lib. primo, post Bald. in repet. l. cunctos populos, colum. quinta, versic. quintum exemplum, Cod. de Sum. Trinit. & fid. cathol. & in l. cassius, in vltima columna, versiculo vltimò quæritur, ff. de Senatoribus, Ias. in repet. l. admonendi, num. 122. ff. de iure iurando, Crauet. cons. 21. nu. 9. Marsil. singul. 488. in fine.

In verbo, & tàm de dato, quam de recepto] nota quod ista verba tollunt hoc dubium, quia contro-
17 uersum est apud DD. † an liber probet pro scribente, maximè in connexis, uid. Rip. post Ias. in l. admonendi, num. 124. vbi Ias. num. 131. ff. de iure iurando, Bart. in l. maritum, ff. soluto matrimonio, Dec. in cap. post cessionem, nu. 4. extra de probat. Paris. consil. 90. nu. 2. lib. j. Mascard. de probat. concl. 976. nu. 79. Viu. decis. 132. nu. 9. Nicol. Genua in tract. de priuat. scrip. lib. 4. cap. primo, nu. 70. &
18 seq. An autem hoc statutum seruetur contra clericum in foro Ecclesiæ, vide Abb. in cap. Ecclesia, col. prima in fine de constit.

19 In verbo, inter dictos mercatroes] † inter dictos mercatores hæc sunt specialia, vt fiat nouatio pacto nudo, Soc. in l. qui vsumfructum, num. 3. ff.
20 de verborum obligat. † nec est licitum allegare, quod non interuenit solemnis stipulatio, sed nudū pactum, Bart. in l. Quintus mutius, ff. mand. Alex. consil. 41. volum. 3. Ias. in l. iurisgentium, §. sed cum nuda, in secunda columna, versic. secundo
21 fallit, ff de pact. † & in causis mercatorum, ac controuersijs inspicitur æquitas, nō autē rigor iuris, Dec. in l. in omnibus quidem, ff. de regul. iur. Bart. consil. 149. lib. 3. Paris. consil. 82. num. 20. & consil. 89. num. 4. lib. primo, Stracc. de mercat. in tit. quando in causis mercatorum num. 1. cum sequenti.

Quod nullus Notarius nisi sit in Collegio, possit facere instrumenta. Rubr. 150.

ITem statuimus, quod aliquis Notarius, qui non sit descriptus in matricula Collegij Notariorum Ciuitatis Papiæ, & de dicto Collegio non possit tradere, seu rogare aliquod instrumentum in Ciuitate Papiæ, eiusq; districtu, & si tradiderit, seu rogauerit non valeat, nec teneat ipso iure, quòd statutum non habeat locum in Notarijs Vicariorum, Referendariorum, Magistrorum intratarum, Domini nostri Cancellarijs, Coadiutoribus ipsorum Cancellariorum, nec in Notarijs aliorum officialium Curiæ Domini, nec etiam in Notarijs maleficiorum Curiæ Potestatis Papiæ, & aliorum Rectorum districtus Papiæ, in his quæ spectabunt ad eorum officium, nec etiam habeat locum in instrumentis, quæ concernerent negotia Domini, vel eius Cameræ, vel Curiæ Magnifici Domini nostri.

Summarium ad statutum 150. in ciuilibus.

1 *VIdenda ad hoc statutum.*
2 *Hoc statutum validum.*
3 *Notarius non conficit instrumentum intra territorium creantis.*
4 *Contractus, an hoc casu nullus.*
5 *Notarius Apostolicus, an comprahendatur sub hoc statuto.*
6 *Quid de instrumento defuncti per aliū explicato,*
7 *Instrumentum confectum à Notario nō collegiato, an de partium consensu validum.*
8 *Limitatur hoc statutum ex statuto Ciuitatis superioris.*
9 *Limita, vt contractus possit probari per eum, saltē per testes.*
10 *Limita tempore pestis, & belli.*
11 *Limita in Notario à Papa, vel ab Imperatore creato.*
12 *Limita, vt instrumentum in territorio confectum probet, vbique.*
13 *Limita in instrumento confecto extra territorium inter tamen contrahentes subditos.*
14 *Clausula (ipso iure) importantia.*
15 *Statutum prohibens Notarium non Collegiatum rogare contractum, an comprahendat vltimam voluntatem.*
16 *Instrumenta alibi confecta exequuntur Papia, non obstante hoc statuto.*

1 AD hoc statutum, vide supra de regimine Potest. statuto 34. & statutum ciuile 46. & 117. & omninò, Soc. consil. 97. Marcabrun. cons. 58. per totum, Dec. cons. 17. 564. num. 13. Rol. à Val. cons. 91. nu. 20. lib. 3. Natt. consil. 672. num. 46. lib. 4. Abb. in cap. penultimo, de fid. instrum. Soc. d. consil. 97. in principio, & cons. 169. & latè
2 Dec. cons. 17. & dicit, † quod valet hoc statutū, & seruari debet, Dec. dicto cons. 17. in principio, Ias. in l. barbarius, nu. 4. cum seq. ff. de off. Prætor.
3 † & scias, quod de iure communi, Notarius non potest conficere instrumentum extra territorium eius, qui eum creauit, Bart. in l. prima, nu. 2. ff. de off. Proconf. quod amplia, & limita, vt per Gabr. in suis cōmun. in tit. de fid. instrum. concl. 5. per totā.
4 In verbo, quod aliquis Notarius] † Quid si statutum dicat, quod Notarius non matriculatus, non possit conficere instrumentum, an contractus erit nullus, Dec. cons. 17. tenet non valere, adde Bald.
5 cons. 416. in 2. vol. † & quid de Notario apostolico, vid. Abb. in cap. cū P. Tabellio de fid. instrum.
6 & † quid de instrumento defuncti per alium explicato, vide Bart in l. probationes, C. de diuers. off. & apparit. iud. lib. 12.
7 † An autem valeat accedente partium consensu vide Cagnol. in l. si librarius, nu. 6. ff. de reg. iur. vbi num. 68. ponit, nunquid stante d. Statuto, si instrumentū fuerit confectum per Notarium non matriculatum in ecclesia, an valeat, & probet, vbi tenet quòd non.
8 † Limita hoc Statutum non procedere, vbi derogaretur Statuto Ciuitatis superioris, Dec d. cons.
9 17. † Limita 2. vt licèt instrūm non valeat, quoad probationem contractus, tamen valebit, & poterit per testes probari, vt per Dec. ibidem sequitur D. Costa de remed. subsid. remed. 57. nu. 2.
10 Tertiò limita, vt non procedere tempore pestis, vel belli, Rip. auus meus in tract. de pest. tit. de priuileg. contract. nu. 166. Cost. d. remed. 57 nu. pri.
11 † Quartò limita nō procedere in Notario ab Imperatore, seu à Papa creato, qui potest vbiq; locorum facere, & rogare instrumenta non obstantib' statutis Ciuitatum, & similibus, Anton. Gabr. in suis cōmun. in tit. de fid. instrum. conclus. prima,
12 nume. 5. vbi nume. 10. † limitat etiam non procedere in instrumentis confectis in territorio, quæ benè

bene faciunt fidem, vbiquè, & num. 11. restringit
13 pariter non procedere, † quando Notarius confecisset instrumentum extra territorium, inter tñ contrahentes subditos, vt ibi per eum, vid. D. Costam cons. 56. nu. 5.
14 In verbo, non valeat, nec teneat ipso iure] † quid operetur hæc clausula in terminis huius sta-
15 tuti, tradit Dec. dicto cons. 17. † Quid autem si statutum nostrum solum prohiberet Notarium, posse rogare cõtractũ, an tunc cõpræhẽderet vltimam voluntatem, & dic quod non, cũ solum compræhendantur contractus interviuos, teste Borgn. decis. 27. nu. 60. cum duobus seqq. parte prima, Octauian. decis. pedem. 50. nu. 10. & seq.
16 In finalibus verbis, nota tamen, quod valebunt instrumenta alibi facta, & exequutioni mittentur in Ciuitate Papiæ, Socin. iun. consil. 95. num. 4. volum. primo.

Quod solutio, vel extenuatio contra instrumentum non possit probari. Rub. 151.

ITem statuimus, & ordinanimus, quòd si in aliquibus contractibus rogatis, & traditis manu Notarij de Collegio Notariorum Ciuitatis Papiæ, renunciatum sit probationibus testiũ siue generaliter, siue contra cõtenta in instrumento ipsius contractus: non possit probari in principali causa, nec appellationis per testes solutio, extenuatio, compensatio, liberatio, nec aliquid aliud, quod veniat ad compensandum, vel ad tollendũ effectum exequtionis dicti instrumenti, seu debiti. Scilicet debiti exequtio præcisè fiat, nisi prædicta probentur per publicum instrumentum. ¶ Saluo, & reseruato probare volenti omni iure, & potestate petendi, & consequendi à creditore, facta exequtione prædicta, & in alio iudicio quicquid consecutus fuisset per testium probationes, si ad probandum fuisset admissus. Et probare potuisse intelligatur, si in ipso alio iudicio legitimè probauerit, quod intendit. ¶ Et si ille, cui fuerit petitum, facta exequtione contra ipsum, in toto, vel in parte probauerit solutionẽ, liberationem, seu alium vt supra dicti debiti in toto, vel in parte, quod ille, qui dictam petitionem, & exequtionem fecerit, seu fieri fecerit, condemnetur, & puniatur in duplum eius, quod petierit, vel consequtus fuerit indebitè, quæ pæna perueniat in totũ in eum, contra quem fuerit facta petitio, vel exequtio, quæ pena locum habeat in facto proprio illius, qui petierit per se, vel interpositam personam, quod statutum locum habeat in contractibus, tàm factis, quàm fiendis.

Summarium ad statutum 151. in Ciuilibus.

1 VIdenda ad hoc statutum.
2 Hoc statutum conforme iuri communi.
3 Hoc statutum validum.
4 Probatio per testes contra hoc statutum admittitur parte non opponente.
5 De iure communi admittitur probatio per quinq; testes, & quales.
6 Limita statutum, quoad probandas tres cõtinuas solutiones, & nu. 40.
7 Quæ difficilis sunt probationis, probãtur per coniecturas, & indicia.
8 Renunciatio probationum testium, an valida.
9 Statutum hoc procedit solum in contractibus vltro citroq; obligatorijs.
10 Statutum hoc non procedit in exceptione ex natura contractus.
11 Limita hoc statutum, si exceptione opposita actor locupletaretur cum aliena iactura.
12 Limita in exceptione non adimplementi.
13 Limita in exceptione, quod instrumentum est falsum, non valet, vel quod Notarius nõ potuit conficere, vel exceptione pretij non soluti.
14 Limita, si agatur contra illum, cum quo factum est instrumentum.
15 Limita in instrumento meticuloso.
16 Limita in exceptione inhabilitatis agentis.
17 Limita in exceptione simulationis.
18 Opponens de simulatione cõtra exequtionem instrumenti, quid probet.
19 Limita in scriptura necessaria ex partium conuentione, quod intellige, vt nu. 20.
21 Contractus redactus in scriptura, an dicatur contractus.
22 Limita quoties agitur de causa summaria.
23 Testes inhabiles admittuntur in causa summaria.
24 Limita in exceptione simulationis, & vide nu. 53.
25 Quid si instrumentum sit iuratum.
26 Limita quoad probandam confessionem.
27 Limita quoad exceptionem, quod instrumentum repertum penes debitorem est cancellatum.
28 Limita in restitutione in integrum.
29 Limita in hebreis, & forensibus.
30 Limita, vt non comprahendantur clerici, & num. 44. & 58.
31 Limita in tertio, qui venit ad iuditium pro suo interesse.
32 Tertius, de quo non loquitur instrumentum non agit in exequtione ex vi instrumenti publici.
33 Deponens, an dicatur soluere.
34 Quid in dante fideiussorem.
35 Confitens recepisse centum, an possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.

1 AD hoc statutum, vide infra decretum 24. & dic, quod idem † dispo-
2 nitur de iure communi, l. generaliter Cod. de non numer. pecunia; vide Bald. consil. 399. num. 2. vol. 5. Socin. cons. 51. volum. primo. Duen. reg. 260. ampl. 7. † & va-
3 let huiusmodi statutum, vt per Alex. consil. 68. num. primo, & seq. lib. 3.

4 † Aduerte tamen, quod si non opponatur à parte de statuto, probatio per testes admitteretur, Bald. in l. certi condictio, §. si nummos, ff. si cert. pet. Ruin. consil. 10. volum. 3. de iure † tamen com-
5 muni admittitur probatio per quinque testes omni exceptione maiores, qui fuerint præsentes, l. testium, Cod. de testibus, D. Costa de retrotract. casu 14. cap. 8 nume. 7. vbi limitat hoc statutum
6 quoad probandas tres posteriores continuatas solutiones, vt ibi per eum, † & in his, quæ sunt diffi-
7 cilis probationis, admittitur probatio per coniecturas, & sufficiunt indicia pro plena probatione, Ias. in l. si quis ex argentarijs, §. fin. num. 20. & seq. ff. de edendo, Alexan. consil. 24. num. 20. & seq. lib. 2. Anton. Gabr. de testibus, conclus. 7. & 10. num. 34. Hercul. in tract. de negat. num. 16. Plot. de in litem iurando, §. 4. num. 21. Rip. in l. prima, nu. 92. ff. de verb. oblig.

8 In verb. Renunciatum sit probationibus testiũ] † talis renunciatio de iure communi non subsistit, & non obstãte tali renunciatione, potest probatio fieri tam per testes, quàm per instrumenta, Bart. Angel. Salic. & Alex. in Auth. iubemus, C. de iudic. Paul. de Montepic. consil. 41. num. 4.

9 In verbo, nec possit probari per testes solutio] † hoc statutum intellige solum procedere in contractibus, vltro, citroq; obligatorijs, secus in his, qui non sunt vltro, citroq; obligatorij, vt per Rip. respons. 78. volum. primo, & plures limitationes ad hoc statutum congerit, Afin. in sua praxi. §. 19. cap. 2. 3. 4. 5. & seqq. pluribus, quarum aliquas breuiter recensebo.

10 Limita secundo istud statutum non procedere, quando exceptio esset de natura cõtractus ipsius, vel veniret fortè ex natura ipsius contractus, ita Bald. in l. prima, C. de vsufr. & in l. ex prædijs, C. de euict.

11 † Limita tertiò, quando esset talis exceptio, quę si non opponeretur actor cum aliena iactura locupletaretur, nam tunc poterit hoc statuto, non obstante officium Iudicis implorari, Bart. in l. plane, nu. 4. ff. de pet. hæred.

12 † Limita quartò, in exceptione de non adimpleta conditione apposita in instrumento, Alex. cons. 20. num. 2. vol. 6.

13 Limita quintò, vt benè possit opponi exceptio, quod instrumentum non valet; quod est falsum, vel quod Notarius non potuit illud conficere, Bar. in l. 2. §. prætor ait, & ibi Moderni, ff. qui satisd. cog. Bart. in l. prima, §. & paru. ff. quod vi, aut clã. Rip. resp. 78. num. 2.

Limita sextò, in exceptione pretij non soluti Ias. in l. si duo patroni, §. si qui iurauerint, nu. 5. ff. de iure iur. & in l. prima, num. 18. C. de iuris. & facti ignor. Boer. decis. 43. nu. 13. & seq. Alex. cons. 20. nu. 2. vol. 6.

14 Limita septimò procedere, quando agitur contra illum, cum quo factum est instrumentum, secus si contra tertium possessorem, quia ille poterit apponere quascunque exceptiones, Moderni in l. iuris gentium, §. prætor ait, colum. 3. ff. de pact. Alex. in l. prima, §. si hæres, ff. ad trebell. & cons. 184. colum. penultima, volum. 4. Ias. in l. si vnus, § ante omnia, ff. de pact. Dec. in cap. super eo, nu. 8. extra de off. deleg.

15 Limita octauo, non procedere hoc statutum, quando instrumentum esset meticulosum, Bald. in l. qui in carcere, ff. quod met. causa, Felin. in cap. ex parte extra de officio ordin. vbi latè.

16 † Limita nonò, in exceptione inhabilitatis agentis, puta excommunicationis, & similia, l. siue de inoff. testam. Bald. in l. 1. §. deni q; ff. q vi, aut clã.

17 Limita decimò, in exceptione simulationis contractus, Auth. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. Bald. in l. nemo potest, ff. de leg. primo, Bart. in l. prima, §. & parui, ff. quod vi, aut clam, Ias. in l. nemo potest, ff. de leg. primo.

18 † Sed aduerte, quod qui vult impedire exequtionẽ instrumenti, p̃textu simulationis, dẽt statim offerre probationes, non verbaliter, sed realiter habendo secum testes, vel instrumẽta ad eam statim, & incontinenti probandã, Berous pulcrè cons. 32. nu. 23. lib. 3.

19 Limita vndecimò in scriptura necessaria ex cõuentione partium, Bald. in l. generaliter, C. de nõ numer. pecun. Afflict. decis. 13. num. 25. & seq.
20 Osasch. decis. 52. n. 7. † sed hæc limitatio declaratur, vt non habeat locum, quando non erat necessarium instrumentũ, licèt contractus sit redactus
21 in scriptis, † quia non omnis contractus redactus in scripturam, dicitur contractus in scriptis, l. contractus, C. de fid. instrum. l. contrahitur, ff. de pignoribus, ideò solutio poterit probari per testes, non obstante hoc rigoroso statuto.

22 † Limita Duodecimo, vbi ageretur de causa summaria, vtpotè in exequtione instrumenti, quæ dicitur summaria, Marant in suo speculo part. 4. dist. 9. nume. 117. Afin. in sua praxi, §. 3. cap 31.
23 nu. 13. & 14. quia in causis summarijs admittuntur testes inhabiles, & à iure ciuili reprobati, Abb. & Felin. in c. dilecti de rescriptis, Marant. part. 4. distinct. 9. nu. 34. Afin. §. 19. limit. 19.

24 † Limita decimotertiò, si opponatur exceptio
25 simulationis, Sebast. de Medic. q. 70. tom. 2. † Sed an

an procedat, si instrumentum sit iuratum, Gozad. conf. 69. colum. 1.

26 † Limita decimoquartò, vt nõ procedat quoad probandam confessionem, Soc. reg. 383.

27 † Limita decimoquintò, vt possit opponi exceptio, quod instrumentum pænes debitoré repertum est cancellatum, Ias. in l. 2. ff. de pactis.

28 Limita decimosextò, vt non tollat remedium restitutionis in integrum, Marsil. in Rub. nu. 37. de probat.

29 † Limita vltimo, pro nunc, vt non procedat hoc statutum in personis hæbreorum, qui cum sint forenses non gaudent beneficio huius statuti, & 30 obstat statutum 154. † Idem pariter hoc statutũ non afficit clericos, Curt. in cap. fin. vers. vndecimo quæro, in verbo, sexto limita, vers. exemplum cadit de consuetud. Marsil. in rubr. nu. 42. & seq. C. de probat. plures alias limitationes ad hoc poteris videre per Felin. & Dec. in cap. 2. num. 73. & seq. de probat. & per Felin. in cap. ex parte, il secondo, vbi duas tradit fallentias ad hoc statutum de officio deleg. Asin. in sua praxi iud. §. 19. cap. 5. per totum, Ias. in l. postquam lit. in vltimo notab. C. de pactis latè, Grass. de exception. per totum.

† Fallit præterea vltra Asin. & alios hoc nostrum 31 statutum, quando ageretur de tertio qui ad iudicium veniret pro suo interesse, cum enim statutũ nostrum requirat, & dicat, quod si in aliquibus contractibus renunciatum sit probationibus testiũ talis renunciatio non afficit tertium, Ias. per illum tex. in l. si vnus, §. ante omnia, nu. 4. & 5. ff. de pa-32 ctis, † sicut, nec tertius agere potest executiuè ex vi instrumenti publici, ex quo non reperitur nominatus, Coller. de process. exequut. part. 2. cap. 3. nu. 429. cum seqq. Milanens. decis. Sicil. 2. nu. primo. lib. primo.

33 An † autem ille, qui fecit depositum, dicatur soluere, vide Bart. in l. etiam liberorum, §. paratus, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. Alex. in l. mo-34 ra. ff. solut. matr. † & an ille, qui dat fideiussionem dicatur soluere, vide Ias. in l. 1. post Bald. ff. qui satisd. cogantur.

35 An † autẽ stante hoc statuto, si quis fuerit confessus, se habuisse centũ, poterit postea opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vid. Soc. in l. prima, col. 12. nu. 78. ff. sol. matr. per Bart. & modernos in l. Iulianus, verũ debitoré, col. 7. ff. si cert. 36 pet. † aduerte tamen, quod hoc statuto non obstante, poterit opponi exceptio resultans ex inhabilitate personæ contrahentis, quæ se obligare nõ potuit, ità Io. Andreas in addit. ad speculat. in tit. de sententijs, §. vbi autem in princ. referunt moderni in l. 2. §. prætor ait, ff. qui satisd. cog. Rom. conf. 42. incipiente, visis egregiè, col. prima, idem voluit Bald. in l. fin. C. de falsa causa adiecta legato, vbi dicit, quod poterit semper exceptio opponi, quod persona contrahens erat inhabilis, & non potuit rogare Notariũ vt instrumentum faceret.

37 † Nunquid autẽ stante hoc statuto, poterit probari contra instrumentum per propriã confessioné partis, vide Felin. in c. 2. col. 5. vers. tertio concludendo, extra de probat. affirmatiuè decedentem.

38 † Quid si peto centum, quæ mihi debentur per instrum, an possit debitor probare solutioné producendo instrum crediti cancellatũ, vide Ias. pro affirmatiua in l. labeo, ff. de pactis, & in l. huiusmodi, §. si ità, nu. 10. ff. de leg. primo.

39 † An stante hoc statuto, possit probari contra instrumentum per probationem resultantem ex præsumptione, Ias. in l. 1. col. 2. C. de testam. milit. & in §. præiudiciales, col. vlt. vers. an si statutum, instit. de act. tenet negatiuè, contra Bald. quia non est vera probatio. Ias. in l. labeo, ff. de pactis, sed tamen magis recepta videtur sententia, vt contra instrumentũ admittatur probatio desumpta ex legis præsumptione, quæ dicitur liquidissima probatio, l. licèt Imperator, ff. de leg. primo, sic tenet Crauet. in tract. de antiquit. temp. part. prima, in verbo quartò limitatur, nu. 87. Dec. conf. 54. in causa, colum. final. Cassan. latè in consuetud. Burgund. tit. des iustices, §. 7. pag. 80. vers. liquida, siuè liquidissima, Alciat. in tract. præsumpt. in prælud. vers. veniamus ad præsumptioné iuris, Alex. conf. 126. lib. 6. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 159. C. de reuoc. donat. Marsil in reper. Rub. C. de probat. nu. 71. Ias. sibi contrarius, conf. 25. sub nu. 4. vol. primo, vbi dictũ Baldi singulare, & egregium dixit, Dec. conf. 11. nu. 19. vbi distinguit; eaq; propter sequitur, & aliud in 40 materia locationis, vel emphyteusis, quod probãs tres vltimas solutiones contra instrumentum, non possit vigore huius statuti molestari pro anterioribus annis, Parlad. lib. 2. rerũ quotid. cap. fin. 5. partis, §. 11. num. 33. & seq. D. Costa in tract. de retrotract. cap. 8. casu 14. nu. 7. & 8.

41 † An stante hoc statuto, possint saltim fieri positiones, & videtur dicendum, quod non, & possibile nõ est ponibile l. in contractibus, §. de illo, C. de nõ numer. pecun. in contrarium, vid. Felin. in rubr. extra de probat. col. vlt. & in c. 2. col. 3. eod. tit.

42 † Quid si volo probare per testes, & instrumenta simul, & semel, an possit, vide Alex. in l. certi condictio, §. quando, ff. si cert. pet. & conf. 68. vol. 3. vbi quod sic.

43 An † istud statutum censeatur excludere exceptionem compensationis, vide Felin. in c. sub orta, col. prima de re iudic. Marsil. singul. 208. compensatio ad finem. Afflict. decis. 331. per totã, & 121. num. 4. Gozadin. conf. 69. colum. prima.

44 An istud statutum habeat locum in clerico, vide Abb. in cap. quod clericis in 3. col. ext. de foro compet. adde Felin. in c. 2. col. 5. vers. quinto intel-45 lige extra de probat. † & intellige hoc statutũ solum procedere in Ciuitate Papiæ, & eius Comitatu, quia extra non haberet executionem, Ias. in l. cum quædam puella, in fine, ff. de iurisd. omnium iudic.

46 An † autem in casu huius statuti deferatur iuramentum, dic quod non, Alex. in l. manifestæ, ff. de iure iur. adde Pract. Papiens. aliter distinguentem in simili, in forma executionis sententiæ diffinitiuæ in principio, num. 18. vbi dicit, quod tenetur iurare, vbi exceptio originem traxerit post statutum.

47 † Quid autem de præueniente iuxta practicam dictorum in petitione, vide per Federic. consil. 286. vbi pulchrè per Ias. in l. iurisgentium, §. quod 48 ferè, colum. 2. ff. de pact. † & de nullitate instrumenti, quæ probari potest per testes hoc statuto, non obstante, vide Practicam Doctorum permittentium, posse fieri probationes per testes in casu 50 dictæ præuentionis, † sed an tunc teneatur creditor affinis compromittere, si hoc petatur, videtur, quod sic, ex quo hoc creditum reuocatur in dubium, & quia quod est probabile per testes, est cognoscibile, & per consequens compromissibile, quod notat Alexand. in l. si causa cognita in tertia

solum. C. de transact. sed posito quod cogi pos-
51 set compromittere, fortè † tamen non impediretur exequtio petenda per creditorem, & pendente lite, & compromisso super præuentione nisi infra decem dies vtiles probauerit debitor intentionem suam coram Iudice exequtionis, vt praxis ipsa disponere videtur, sed nobis videtur quod licet vigore causæ prædictæ in causa præuentionis possit per testes probari, non poterit tamen peti fieri compromissum necessarium, quod si fieret haberet instantiam quadraginta dierum vtilium, iuxta statut. 25. qua instantia durãte ligatæ essent Iudicis manus, & de dicta causa dicto tempore se intromittere non posset, iuxta notata per Bald. in l. prima, colum. prima, C. si quacunque prædit. potest. & sic non possent conuenire verba posita in fine practicæ, quod dicta præuentione non obstante possit Iudex exequi, nisi præueniens probet infra
52 decem dies. est ergo intelligenda practica, quod probatio illa coram Iudice ipso preuentionis, non autem coram eo coram quo diutius differtur exequtio contra intentionem practicæ, & fortè quod factis probationibus coram Iudice infra decem dies postea peti possit cõpromissum fieri propter dubium postea insurgens ex dictis probationibus per notata per Alexan. in l. si causa cognita cum ibi additis, C. de transact.

In verbo, quod veniat ad compensandum,] vide de Aret. consil. 103. volum. 2. Bald. in Auth. hoc ita in glo. limitat. C. de duob. reis.

In verbo, seu debiti,] vide de contractu siue obligatione, Bart. in l. mora cum ibi additis, ff. de acquir. hæredit.

53 In verbo, sed debiti exequtio,] † sic ergo dum hoc statutum dat contractibus exequtionem, non autem Instrumentis, videtur quod admitti deberet simulationis exceptio, quæ contractum facit deficere, & possit simulatio probari per text. vbi Bart. in l. prima, §. & paruu. ff. quod vi aut clam, videtur tamen quod huius statuti mens fuerit velle dare exequtioné contractui contento in Instrumento, & ipsi Instrumento.

In verbo, per publicum Instrumétũ saluo &c.]
54 nec per librum rationum cõfectum à persona publica probari poterit, Roman. cõsil. 37. in fine, sed solum per Instrumentum publicum, vt ibi, contrarium voluit, Curt. consil. 118. num. 8. quid de probatione mixta per testes, & scripturam, vide Alex. consil. 68. viso volum. 3. Dec. vbi latè de materia huius statuti, in cap. sicuti in fi. de probat. Bartol. vbi plura in appostil. in l. certi conditio, §. quoniam vbi omnes, ff. si cert. petat.

55 † Aduerte, quia communis practica est in contrarium, facta de anno 1535. quod possit probari per duos testes omni exceptione maiores præstita satisdatione de restituendis expensis.

De erroribus Notariorum corrigendis. Rubr. 152.

ITem cum sæpè contingat nimia festinatione, & modica prouisione, vel simplicitate, vel animi facilitate Notarios in instrumentis, quæ traduntur, vel scripturis, quas faciunt errores varios, committere propter quod inter Notarios, & contrahentes, vel ipsos, quos concernunt scripturæ, vel instrumenta sæpius variæ oriuntur quæstiones, pro ipsis quæstionibus tollendis, & sedandis. Statuimus, & ordinauimus, quod Consules Collegij Notariorum Papiæ, vel maior pars ipsorum, cum Aduocatis Collegij Notariorum Ciuitatis Papiæ habeant iurisdictionem Potestatem, & bailiam diffiniendi, decidendi, & terminandi dictas quæstiones, quæ de cætero contingent, occasione prædictorum errorum, & etiam declarandi quid per Notarios taliter errantes fiendum sit summariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, & sola veritate inspecta, quas diffinitionem, determinationem, & declarationem Dominus Potestas Papiæ præsens, & futurus, ad instantiam quorumcunque interest, intererit, vel interesse poterit in futurum, teneatur vinculo sacramenti omnibus iuris remedijs exequi, & facere inuiolabiliter obseruari appellatione, nullitate, querela, in integrum restitutione, vel exceptione in contrarium facientibus non obstantibus. Et si qua statuta prædictis obuiarent in aliquo, seu contradicerent, quòd ipsa statuta sint, & esse debeant cassa, & irrita, & pro cassis, & irritis habeantur, & teneantur.

Summarium ad statutum 152. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Notarius, an possit corrigere errorem in concernentibus substantiam.*
3 *Error Notarij, an corrigi possit, vbi dedit copiã instrumenti parti, & an instrumentum cancelatum edi debeat sic cancelatum.*
4 *Cancelatio instrumenti, an de consensu partium facta dicatur.*
5 *Notarius an instrumentum imperfectũ parti traditum possit reficere.*
6 *Notarius intra quantum tempus, possit errorem suum corrigere.*
7 *Notarij error qualiter probetur.*
8 *Notarius non potest corrigere testamentum, vel instrumentum, nullum defectu solemnium.*

1 Atertam hanc errores corrigēdi per Notarios, latè enucleant Dec. in l. si librarius, ff. de reg. iur. Parisf. conf. 61. volum. 3. Mascard. de probation. conclus. 644. Francisc. Marc. decis. 745. part. prima, Magon. Rot. Florent. decis. 57. nu. 44. cum seqq. Grat. conf. 16. lib. 1. Maluaf. consil. 45. Asin. de execut. §. 5. cap. 50. & in praxi iudic. §. 19. cap. 5. vers. septimo limitatur, nu. primo, & seq. vbi latè D. Cost. olim collega meus de remed. subsid. remed. 51. nu. 6. vsq; ad finem, vbi versatur in terminis huius statuti, & in tract. de fact. scien. & ignor. inspect. 100. nu. 11. cum seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 79. † Habetq; locum hoc statutum non solum in erroribus concernentibus ipsum Notariū, sed in concernentibus substantiam negotij, ex mente Bart. in d. l. si librarius, ff. de reg. iur. Bald. in l. Imperator, ff. de stat. homin. Alb. conf. 10. num. 17. & seq. Cost. dicto remed. 51. num. 8. † Licet hoc non crederem, verum post datam parti copiam, & absq; iussu Iudicis, & citatis ijs, quorum interest, vt per Alb. dicto loco, si autem instrumentum sit interlineatum, vel correctum, debet sic edi, l. fin. vbi omnes, C. de edic. Diu. Adr. toll. vbi Dec. in 3. not. Curt. num. 35. nisi Notarius attestaretur interlineaturam, vel correctionē factam de partium consensu, vel à se ipso, vt per Doct. in d. l. fin. argumento l. pen. § primo, ff. de his, quę in testam. delent. † licèt non sit credendum, quod de partium consensu cancellatio facta sit, Rub. conf. 95. nu. 4. Curt. ad d. l. fin. num. 13. post Alex. conf. 39. libr. 2. vide tamen Lanfranc. de Orian. in capit. quoniam contra, in glo. in verbo productiones num. 6. extra de probation.

2

3

4

In verbo, vel instrumenta sæpius,] ex hoc tollitur dubium de quo per Orian. in d. cap. quoniam contra, in verbo Instrumentorum productiones, num. 36. extra de probāt. † An autem possit Instrumentum imperfectum parti traditum reficere Bart. in l. fin. ff. de tabul. exhib. Rip. auus meus in l. admonendi num. 162. ff. de iur. iuran. concludentes quod sic Doct. de errore.

5

6 † Potest autem talis error corrigi intra modicū tempus arbitrio Iudicis, Bart. in d. l. si librarius nume. 8. & in l. Imperator, ff. de stat. hom. Alex. conf. 70. num. 4. lib. primo, & conf. 27. num. 1. lib. 2. † vbi docet qualiter error notarij probetur, de quo etiā vide per Mascard. de probation. conclus. 645. vbi latè discutit quando notarius possit errorē corrigere.

7

8 In glo. taliter errantes] hoc † statutum non extenditur ad testamentum nullum defectu solemnium, Bero. conf. 5. num. 4. lib. 2. Idem in alijs Instrumentis in quibus erratū est in omittendo formam, solum enim procedit vbi forma apposita est aliter quam apponi debuisset, Bart. in d. l. si librarius, vbi Dec. Cost. de fact. scient. & ignor. Inspect. 100. num. 14. & seq.

Quod non descripti in æstimo cum Communi Papiæ, non gaudeant priuilegio Ciuilitatis. Rubr. 153.

Item statuimus, & ordinauimus, quòd non descripti in æstimo cum Communi Papiæ, seu districtu antedictæ Ciuitatis, non gaudeant priuilegio Ciuilitatis, imò in totum reputentur, & habeantur pro forensibus. Quod statutum non habeat locum in curialibus, & familiaribus Illustris Magnifici Domini Domini Nostri, &c.

Summarium ad Statutum 153. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Ciuis absens à Ciuitate, si familiam relinquit in Ciuitate gaudet iuris; priuilegio.*
3 *Habitantes ruri pro maiori parte anni ex ordine S. C. Med. tenentur ad onera cum ruralibus.*
4 *Hoc statutum non est vsu receptum, estque correctum per Nou. Constit. Mediol.*
5 *Ciues, qui nam gaudeant priuilegio Ciuilitatis.*
6 *Ciuem se declarare quomodo quis possit.*
7 *Hoc statutum an afficiat filios iam natos.*
8 *Ciuis non possidens bona immobilia an gaudeat ciuis priuilegio.*
9 *Ciuis non sustinens onera ciuium non gaudet eorū priuilegio.*
10 *Statuti huius beneficium an per tertium possit opponi.*

1 D † hoc statutum, vide statutum 46. supra de Regim. Potestat. & statutum Ciuile 81. & 129. & quæ ibi dicta sunt, Bart. in l. cum scimus, C. de agric. & censit. libr. 11. volens, † quod si aliquis absit à Ciuitate, & in ea habeat patrem parentes, vel cognatos, aut familiam, qui subeant onera, quod non obstante tali absentia priuilegio Ciuilitatis gaudebit, & vide Nou. Mediol. Constitut. tit. de feud. cap. interdictum in § habeatur, vbi pro Ciuibus habentur non modo qui verè sunt ciues, sed etiam illi qui sunt in possessione, seu quasi saltim per decennium separatim soluendi onera non cum ruralibus, & in tit. de oneribus, § quicunque Ciuis, † quibus adde nouos ordines S. C. M. publicatos ex ordine Illustr. Magistratus Mediolani, quibus disponitur quod qui habitauerit extra Ciuitatem pro maiori parte anni, teneatur ad omnia onera cum ruralibus, etiam pro præterito, perinde ac si nullum Ciuilitatis priuilegiū haberet, & vide Cost. consil. 41. num. 16. vbi vult hoc statutum non esse vsu receptum, secundo dici correctum per Nou. Mediol. Constitutiones, tit. de feud. § interdictum versic. habeantur pro ciuibus, tertio non procedere in eo, qui haberet habitationem centenariam, quæ numquàm à statuto censetur exclusa.

2

3

5 In verbo, gaudeant priuilegio,] † Ciuilitatis autem priuilegio non solum gaudent ciues originarij,

narij, sed etiam Ciues ex priuilegio, & qui per decennium habitauerit in Ciuitate animo contrahendi ibidem domicilium, qui animus quomodo probetur tradit Bart. & alij in l. prima, C. de incol. †
6 potest itaque volens Ciuilitatis priuilegio pro minori dispendio, comparere coram PerIll. D. Prætore Papiæ, & coram eo protestari, quod ipse se ad Ciuitatem transtulit cum familia sua ad habitandum, prout in effectu habitat, animo contrahendi domicilium, & incolatum, ac gaudendi priuilegio eiusdem Ciuitatis, & ita declarat animum suum fuisse, & esse, ac futurum, & ita in his scriptis protestatur, vt perpetuo appareat, & præfatus D. Prætor dictam protestationem, & animi declarationem admittat, si & in quantum &c. si deinde per decennium continuũ habitauerit, gaudebit Ciuilitatis priuilegio.
7 † An hoc statutum afficiat filios iam natos, affirmatiuè concludit Alexan. ad Bart. in l. cum scimus colum. 4 C. de agric. & censit. lib. 12. & scias
8 quod hoc statutum intelligitur de habentibus bona immobilia, non autem de nõ habentibus, Abb.
9 consil. 195. & adde, † quod qui non sustinet onera Ciuitatis non gaudet illius priuilegio, Castr. in l. omnes populi, q. fin. ff. de iustit. & iur. post Bart. in tracta. repræsaliarum in 9. part. † Nota etiam
10 quod cum hoc statutum concernat directo interesse vniuersitatis non potest à tertio opponi, Riminal. Iun. consil. 193. num. 22. libr. 2. Coll. consil. 41. nume. 2.

Quod nemo possit capi personaliter pro debito priuato. Rubr. 154.

Item statuimus, quòd in Ciuitate Papiæ, eiusque districtu, nemo possit pro aliquibus debitis priuatis personaliter detineri. Et si quis detentus fuerit relaxetur infrascriptis casibus dumtaxat exceptis, videlicet pro debitis (Cameræ Magnifici Domini Domini Nostri, &c. pro debitis datiorum, & gabellarum, pro debitis, & ex causis massaritij, pro debitis Communis Papiæ, & ex causis mercadantiæ in casibus in quibus disponeretur per aliqua statuta, vel ordinamenta aliquem posse capi, pro quibus casibus possit quilibet capi personaliter, & non aliter, nec alio modo possit detineri, nisi fuerit debitor forensis, qui capi, & detineri possit pro debito, nisi satisdederit de iudicio sisti, & iudicato soluendo idoneè creditori suo. Saluo tamen beneficio cessionis bonorum.

Summarium ad statutum 154. in ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum, & num. 11.*
2 *Debitor pluribus in casibus pro debito priuato carcerari potest ex Nou. Constit. Mediol.*
3 *Debitor de iure communi pro debito priuato carcerari nequit.*
4 *Fall. in debitis condemnatis.*
5 *Renunciari an possit huic statuto.*
6 *Debitor Fiscalis potest carcerari, intellige, vt numer. 7.*
8 *Debitor Fisci contumax in soluendo an ex hoc statuto carcerari possit.*
9 *Forensis carceratur pro debito priuato.*
10 *Hæres debitoris qui poterat carcerari, an patiatur eandem fortunam.*
12 *Creditor tenetur alere debitorẽ carceratum pauperem.*

1 AD † hoc statutum vide supra Decretum 6. & 17. & supra de Regimin. Potestat. statut. 54. & supra in hoc vol. Ciuilium statut. 40. & 41. & decretum infra q. 14. & quæ in dictis locis dicta sunt, Carpan. ad statut. Mediol. cap. 167. per totum, & vide Nou. Con-
2 stitut. Mediol. titu. de prohib. & concess. execut. in princip. quæ excipiũt plures casus in quibus debitor pro debito priuato carcerari potest, vide etiam Plot. latè declarantẽ ad l. si quando in repertorio, in verbo Decretum, C. vnd. vi. est autem hoc statutum, & d. Nou. Constit. conformes iuri cõ-
3 muni, † quo pro debito ciuili quis nequit carcerari, Menoch. de arbitr. Iudic. q. 88. num. 6. & vide circa hoc statut. Carpan. ad statut. Mediol. c. 167.
4 † in debitis tamen condemnatis, aliud disponitur vt supra statut. 16. in sequestro autem quid, vide
5 supra statut. 99. † An autem huic statuto possit renuntiari, vide glo. & Bart. affirmatiuam tenentes in auth. imo C. de actio. & oblig.
6 In verbo, pro debitis Cameræ,] † Idem de iure communi, Bart. in l. cum te, ff. ad l. Iul. pecul. † In-
7 telligendo tamen quando contumax est ad soluendum, l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. libr. 10.
8 Menoch. de arb. Iud. q. 88. num. 5. † quod tamen non procedit in casu huius statuti, ne sit superfluũ & aliquid addat iuri communi, Bart. in l. 3. ff. de vsucap. & in l. 4. §. prætor ait, versic. quæro quid si statutum, ff de damn. infect. Alex. consi. 49. nu. 13. lib. 1. & consil. 24. num. 12. lib. 2. Dec. cons. 502. nu. 6. Curt. Iun. cons. 5. num. 35.
9 In verbo, nisi fuerit debitor forensis,] † Idem disponitur per Nou. Mediol. Constitut. tit. de pro-
10 hibit. & concess. execut. † Vtrum autem hæres obligati, carcerari possit, & ipse detineri, affirmatiuam tenet Abb. in cap. fin. colum. prima, de arbitr. per l. postulante, ff ad Trebel. vide tamen Ias. in l. diuortio, §. Interdum, colum. prima,
11 nume. 7. ff. solut. matrim. † & de materia huius statuti, vide plenè apud Bart. & alios in l. 2. C. de exact. trib. libr. 10. glos. communiter approbata in l. 3. §. inter eos, vbi Bart. ff. de suspect. tut. Alexand. in l. à diuo pio, §. in venditione, colum. tertia, ff. de re Iudic.

In verbo,

In verbo, saluo tamen beneficio cessionis bo-
13 norum.] † hoc corrigitur per Nou. Con tit. Mediol. titul. de prohib. & concess. execut. & adde quod in casibus in quibus debitor potest carcerari pro debito priuato, si sit pauper, absendus est à creditore, Carpan. ad stat. Med. c. 244. nu. 6.

De non mittendo in possessionem alicuius Baruarios, Rubr. 155.

Item statuimus, & ordinauimus, quòd nullus Potestas, Vicarius, Iudex, Rector, vel Officialis, tàm in Ciuitate Papiæ, quàm in districtu, deinceps audeat, vel præsumat Baruarios, famulos, seruitores, vel nuncios, occasione, vel causa exequutionis, vel exactionis qualiscunque in possessionem domorum, vel bonorum mittere, vel ponere aliquorum contra quos exactio, vel exequutio aliqua fieri prætendatur; nec quòd vadant auctoritatem concedere vllo modo, & quòd eos ibi esse, vel stare non permittant. Et si Potestas, vel quispiam aliorum supra nominatorum ausu temerario contra præsens statutum, seu legem nixus fuerit contraire illico de bonis suis exigantur centum floreni boni auri, & iusti ponderis per exactores Ciuitatis Papiæ Cameræ Magnifici Domini applicandi, in quorum pœnam intelligantur ipso facto incurrisse sine vlla diffinitiua, vel condemnatoria sententia proferenda. Et vltra per eos conseruetur indemnis ille in cuius domus, seu bonorum possessionem fuerit aliquis positus vt supra. Cæterum cum præfati Baruarij, famuli, & alij supra nominati, quos lucrorum vorago cæcat, aliquando sua auctoritate, seu iussu, vel pro iussu, Potestatum, Vicariorum, & aliorum Officialium præscriptorum, quandoque prædicta committere non formidant, statuimus, quòd si vllus prædictorum baruariorum, seruitorum, famulorum, seu nunciorum, causa, vel occasione exactionis, vel exequutionis alicuius in possessionem prout supra suo ausu ire, vel intrare præsumpserit, indemnem conseruet eum in cuius domus, seu bonorum possessionem ire, vel intrare præsumpserit, & vltra id debitè ab eo exigantur floreni 25. per exactores etiam Cameræ prælibati Domini applicandi, & sine condemnatione, seu sententia prout supra. Quod si in pecunia, vel rebus fortè componere non possent in corpus suum luentes botis, seu squassis quattuor torturæ auctoritate, & mandato suorum Potestatum, vel Superiorum irremissibiliter feriantur. Quod quidem statutum non habeat locum, quando contigerit aliquem mitti in possessionem occasione alicuius realis, vel hipotecæ, vel in exequutione alicuius sententiæ, vel arbitramentorum. Et si ipse missus, seu mittendus in possessionem peteret à Iusdicente familiam pro ipso defendendo in possessionem, eo casu sit licitum cuicunque Iusdicenti mittere seruitores, & famulos pro defensione, & tuitione talis missi, seu mittendi in possessionem dummodo hoc fiat expensis illius sic missi, seu mittendi in possessionem.

EX hoc statuto inoleuit praxis, vt Iudex det licentiam creditori intrandi, & apprehendendi tenutam, & corporalem possessionem proprietatis, vel ædificiorum, ac pignorandi, & derobandi debitorem, pro summa, & credito, de qua, & quo, in executione concessa, & hæc omnia exequenda per publicum seruitorem Communis Papiæ, vna cum quacunque familia ad id opportuna, sed non propterea mittitur nuncius, vel Baruarius in possessionem realem, nisi in causis earum, & vide Nou. Mediol. Constitut. tit. de execut. & famulis Iusdicenti.

Quod familia massarij sit, & esse intelligatur pro debito massaritij obligata, Rubr. 156.

Item statuimus, quòd pro debito ad quod tenetur massarius Domino suo occasione massaritij, seu laborerij, quilibet de familia dicti massarij coniunctus in gradu parentelæ sit, & esse intelligatur obligatus Domino personaliter, & realiter, prout erat, & est ipse massarius, & possit compelli ad solutionem debiti prout potest, vel posset ipse massarius

rius realiter, & personaliter. Quod statutum habeat locum, tàm in præteritis pendentibus, quàm futuris. ¶ Et quòd aliqua persona, commune, collegium, vel vniuersitas, non possit audeat, vel præsumat dare ad massaritium, vel locare alicui massario alicuius Domini, qui habitet super suo massaritio, vel laborerio, sine licentia Domini super cuius massaritio habitat. Et hoc sub pæna solidorum viginti Papiens. pro pertica applicanda Domino laborerij, in quam pænam incurrat ipso iure, & facto.

Summarium ad Statutum 156. in Ciuilibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Massarius quis.*
3 *Familia massarij, quando pro debito massarij possit carcerari.*
4 *Hoc statutum correctorium iuris communis, quo quis pro alieno debito non tenetur.*
5 *Statutum hoc validum.*
6 *Sententia quod pater teneatur pro condemnatione filij, & villa teneatur pro damno dato valet, & num. 9.*
7 *Statutum cum causa potest ius tertij auferre.*
8 *Statutum quod filius pro patre, & vxor pro marito teneatur validum.*
9 *Statutum, quod pater teneatur pro debito filij vsq; ad legitimam.*

1 AD † hoc statutum, vide infra decretum 6. & supra statutum Ciuile 78. & seq. & infra decretum 18. & 19. & in dictis locis annotata, & per Carpan. ad statuta Mediolani cap. 379. part. 2.

2 In verbo, teneatur massarius,] Massarius dicitur, qui tenetur partem fructuum dare Domino, l. si merces, §. uis maior, ff. pro soc.

3 In verbo, Domino personaliter, seu realiter,] ex Nou. Mediol. Constitut. tit. de prohib. & concess. execut: §. coloni ad hoc, vt illi de familia Massarij capi possint, requiritur quod fuerint maiores annis viginti tempore quo debitum contractum fuit per massarium, vide tamen infra decretum 6. per quod sufficit, quod sit maior annorum
4 quatuordecim, † dicitur autem hoc statutu esse contra iuris communis dispositionem, quo nemo cogitur alterius debitum soluere, l. 3. & tot. titu.
5 C. ne vx. pro marito, † valet tamen hoc statutum
6 prout etiã dicimus, † in statuto quod pater teneatur pro condemnatione filij, ad pænam pecuniariam, & de statuto quod villa teneatur emendare damnum, de quo habemus statutum in Criminalibus infra num. 66. Alber. de Rosat. in tract. statuto-
7 rum lib. 1. quæst. 47. per tot. † Ratio est quia potest statutum cum causa auferre ius tertio sine e-
8 ius culpa, † ideò valet statutum, quod filius teneatur pro patre, & vxor pro marito, Bart. & in tracta. repræsal. in 3. quæst. princip. Alexan. consil. 42. nume. 14. lib. primo; † sicut etiam valet sta-
9 tutum, quod pater teneatur pro debito filij, vsq; ad legitimam, Clar. in §. fin. praxis, quæstio. 86. num. 8. cum seqq. & ibi latissimè Baiard. in additio. qui pluribus modis dictum statutum declarat à nume. 19. vsque ad finem.

De bonis mobilibus dandis insolutum. Rubr. 157.

ITem statuimus, quòd quilibet Iusdicens ad instantiam quorumcunque creditorum, qui saxiri, sequestrari, pignorari, seu derobari fecerint de bonis mobilibus alicuius sui debitoris, & qui verè apparuerit debitor, teneatur elligere duos æstimatores Communis Papiæ, qui æstiment ipsa bona, qua æstimatione facta, ipse Iusdicens teneatur dare insolutum ipsi creditori pro pretio quo æstimabuntur, pro rata debiti, & crediti. Et eo casu ipse creditor efficiatur verus Dominus, & possessor, licitum sit tamen creditori infra decem dies exigere à dicto creditore ipsa bona taliter insolutum data ipso debitore soluente pretium, & expensas inde factas occasione prædicta.

Summarium ad statutum 157. in Ciuilib.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Creditor an possit eligere, quæ bona velit.*
3 *Redimendi facultas an agnatis concedatur.*

1 AD † hoc statutum, vide supra statutum Ciuile 48. & quæ ibi diximus, & etiã statutum 50. & vide Carpan. ad statuta Mediolani cap. 164. nume. 15. &
2 seq. † An autem creditor possit eligere, quæ bona malueris, vide dicta supra ad dictum statutum 48. & Doct. in l. à diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudic.

3 In verbo, licitum sit debitori,] hæc facultas redimendi bona mobilia non conceditur agnatis, prout in immobilibus, vt supra stat. 48. vbi dixi.

De

De electione æstimatorum Ciuitatis Papiæ. Rubr. 158.

ITem statuimus, quòd duodecim Præsidentes factis negotijs, Communis Papiæ, singulo anno, quando eliguntur Consules Ciuitatis Papiæ, teneantur eligere tres æstimatores bene expertos, legales, bonæ opinionis, & famæ, qui æstiment, & æstimare debeant omnia bona mobilia, & immobilia, quæ æstimari contigerint ad instantiam creditorum de bonis debitorum suorum coram quocunque Iudice, vel Officiali, qui æstimatores teneantur, & debeant iurare in manibus dictorum Duodecim, de bene, & legaliter æstimando ipsa bona, bona fide, & sine fraude remotis odio, amore, timore, prece, precio, vel precibus. Et qui æstimatores pro eorum salario, & mercede, habere debeant pro eorum labore, & fatiga Imperiales tres prò floreno. Et vbi duo ipsorum in concordia essent tertius non habeat locū.

AD hoc Statutum, vide Carpan. ad statut. Mediol. cap. 170. & 171. vbi latè tractat materiam huius Statuti, ad eum me remitto.

Quod facto æstimo in Ciuitate Papiæ, vel districtu, nullus possit de dicto æstimo cassari, diminui, vel difalcari, nisi vt infra. Rubr. 159.

ITem statuimus, & ordinauimus, quòd postquam aliquis fuerit descriptus in æstimo cū Ciuitate Papiæ, vel districtu, non possit cassari, diminui, vel difalcari, nisi cum auctoritate, & consensu Domini Referendarij, & Duodecim Sapientum, & adiunctorum, numero 25. & Sindicorum, & Aduocatorum antedictæ Ciuitatis. Quod si aliter factū fuerit non valeat, nec teneat, quilibet contrafaciens cadat in pœnam libr. 50. Papiens.

AD hoc Statutum, vide supra statutum 132. & quæ ibi dicta sunt.

De modo, & forma tenenda in ordinatione æstimorum. Rubr. 160.

ITem statuimus, quòd quandocunque contigerit æstimum renouari in Ciuitate Papiæ, eiusq; districtu, quòd per Duodecim Sapientes, & adiunctos simul numero 25. ad minus eligātur quinque squadræ, in quarum qualibet sint decem, & octo personæ expertæ, & notitiam habentes de facultatibus personarum Ciuitatis, & districtus Papiæ, quæ quinque squadræ ponantur, & deputentur in quinque locis separatis, & distinctis, vnus ab alio taliter, quòd non possint habere colloquium simul. Et quòd pro ipsis squadris regulandis eligatur vnus valens vir forensis, non habens familiaritatem aliquam cum ciuibus antedictæ Ciuitatis, qui supersit, & superstare debeat ipsis squadris, vsque quo fuerit factum æstimū. Quibus, tàm Officiali, quàm Electis per duodecim Sapientes detur sacramentum de bene, & legaliter æstimando quamcunque personam in æstimo descriptam, secundum eius facultatem remotis odio, amore, timore, prece, precio, & amicitia. Quibus æstimatoribus, & Officialibus per duodecim Sapientes prouideatur de eorum præmio, & labore secundum conuenientiam facti. Et quòd facto dicto æstimo per dictas squadras tollatur æstimum cuiuslibet personæ maius, & minus, & tres partes postea accumulentur insimul, & ipsum totum diuidatur in partes tres, cum tertia pars dictarum trium partium remaneat æstimū, & in æstimo talis æstimati. Et quòd nullus alius Officialis possit se intromittere in confectione ipsorum æstimorum.

Summarium ad Statutum 160. in Ciuilibus.

1 *OFficialis, vel peritus ad aliquid faciendum tenetur iurare.*

2 *Nemini sine iuramento creditur.*

3 *Medici, & Chirurgici testificantes an vulnus sit mortale, tenentur iurare.*

1 N verbo, detur sacramentum,] nota quod quilibet offitialis, qui mittitur ad aliquid faciendum tenetur iurare Bart. in l. si vacantia, C. de bon. vacanti lib. 10. Ias. in §. quædam nume. 78. Instit. de actio. Menoch. de arbitr. Iudic. q. 58. nu. 4. & est regula-
2 re, † vt nemini etiam in dignitate constituto credatur sine iuramento, l. solam, & l. iuris iurandi, C. de testib. Clar. in §. falsum num. 12. vbi Baiard. nu.
3 58. & seq. in addit. † amplia idem esse in Medicis, & Chirurgicis adhibitis ad testificandum an vulnus sit mortale, vel ne, qui licet deponant solum de credulitate, l. j. in princ. ff. de ventr. inspic. Alex. cons. 141. nu. 11. lib. j. debent tamen deponere cũ iuramento, vt per Clar. de magis communi attestantem, in §. homicidiũ nu. 34. vers. scias autem.

De immunitatibus forensium. Rubr. 161.

ITem statuimus, quòd quicunque non ciuis Ciuitatis Papiæ, habitans in locis, & terris non suppositis Iurisdictioni Ciuitatis Papiæ, qui venerit de cætero ad habitandum super Iurisdictione Domini Potestatis Papiæ, habeat exemptionem à Communi Papiæ, & sit & esse intelligatur exemptus, vsque ad annos decem proximè sequentes ab omnibus oneribus, realibus, personalibus, & mixtis, datijs, & gabellis, dumtaxat exceptis.

Summarium ad statutum 161. in ciuilibus.

1 *VIdenda ad hoc statutum.*
2 *Communitas an subditis possit immunitatem concedere, declaratio vt ibi.*
3 *An saltem ob benemerita, & in praiudicium concedentis.*
4 *Merita qualiter probanda.*
5 *Communitas, an possit reuocare immunitatem ante decem annos.*
6 *Statutum, quod transit in contractum, quando possit reuocari.*

1 OC Statutum videtur correctũ per Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de oneribus, §. immunitates quibus cautum est Communitates non posse aliquam immunitatem concedere, statutum autem nostrum bene loquitur de foren-
2 sibus, † quia subditis immunitas concedi per Cõmunitatem non potest, l. euacuatis, C. de decur. lib. x. & tot. tit. C. de immunit. nemin. conced. Roman. cons. 252. num. primo, vbi Appostil. Alex. cons. 101. colum. prima, lib. primo, vbi addit, Dec. cons. 638. num. 10. Felin in cap. accedentes, nu. 8. versic. octaua conclusio, de præscript. quod tamen non procedit, quando ille, cui fuit concessa, non erat subditus, tempore concessionis, l. 2. ff. de
3 iur. immun. & per Doct. in locis mox citatis, † an autem valeat concessio immunitatis, in præiuditium concedentis, dic quod sic, dummodo fiat ob benemerita, Felin. in dicto cap. accedentes, vers. nona, & vltima conclusi. Appostil. ad Alex. dicto
4 cons. 101. sub numer. 3. & † tunc isto casu debet constare de meritis aliterquam per assertionem concedentis. Alexand. dicto cons. 101. num. 6. vbi Appostill.
5 In verbo, vsque ad annos decem] † quid si Ciuitas ante completos annos decem, velit concessionem immunitatis reuocare ei, qui ad habitandũ venerat, & pro parte sua compleuerat conditionem, an possit, dic quod non, Bart. in l. omnes populi, num. 30. ff. de iust. & iur. Castrens. in terminis huius statuti in l. digna vox, C. de legib. Abb. in cap. nouit, nu. 25. extra de iudic. scias tamen,
6 † quod licèt statutum, quod transiuit in contractum, non possit reuocari in præiuditium illius, cui est ius acquisitum, vt per Bart. & Alex. supra citatos, benè potest reuocari ex causa puta ob publicam vtilitatem, Alex. dicto cons. 101. nu. 7. Ias. in l. barbarius, nu. 34. versic. duodecimo facit, ff. de offit. Prætoris.

Expliciunt Statuta Ciuilia Ciuitatis, & Comitatus Papiæ.

ANNOTATIONES, SEV LVCVBRATIONES Ad Statuta Criminalia, & Decreta Inclytæ Ciuitatis Papiæ,

FLAVII TORTI I. C.

DE COLLEGIO DOMINORVM IVDICVM EIVSDEM CIVITATIS, & in almo patriæ gymnasio, iuris Pontificij, & Cæsarei supra annos vigintiquatuor publici professoris, Aduocatiq; Celeberrimi, & summi practici, Sanctissimiq; Inquisitionis Officij annis iam vigintiquinque Consultoris, & Auditoris Integerrimi.

Opus omnibus legum studiosis, ac in foro versantibus apprimè vtile, & necessarium.

In quo non solum, quæ ad iuris municipalis Papiensis materiam spectant, sed quæ aliarum ferè omnium Ciuitatum, & ad Statutorum Interpretationem sparsim per alios tradita, hic in vnum, tàm ad Theoricam, quàm ad Praxim, miro quodam ordine, & studio pertractata reperies.

Continens præterea, Iudiciorum, vltimarum voluntatum, successionum ab intestato, contractuum, causarumq; tàm Ciuilium, quàm Criminalium, ac legitimationum innumeras propè quæstiones, earundemq; decisiones prudentissimorum Iudicum, diuersorumq; Rotæ Auditorum, ac præcipuè amplifs. Mediol. Senatus.

Cum duplici Indice, altero Titulorum, & Rubricarum: Altero rerum, & sententiarum memoria dignarum.

OPVS IN DVAS DISTRIBVTVM PARTES,

Primam ad Statuta Ciuilia, & de regimine Potestatis spectantem, sub auspicijs Illustrifs. & Reuerendifs. S. R. E. Cardinalis, Comitis FERRANDI TABERNÆ, Tit. S. Eusebij, Episcopi Nouariensis, & Papiensis Ciuitatis patroni, ac Conciuis benignissimi, & colendissimi.

Alteram hanc postremam, quæ ad Statuta Criminalia, & Decreta spectat, sub patrocinio Illustrifsimi pariter & Reuerendifs. S. R. E. Cardinalis ALEXANDRI LVDOVISII, Archiepiscopi Bononiensis, & Principis.

PAPIÆ, EXCVDEBAT PETRVS BARTOLVS, MDCXVII.

ILLVSTRISSIMO,

ET REVERENDISSIMO DOMINO ALEXANDRO LVDOVISIO

S.R.E. Cardinali Amplissimo,

BONONIAEQ; ARCHIEPISCOPO, AC PRINCIPI.

Flauius Tortus I.C. S.P.D.

OELICI Orbis Terrarum Fato (Illustrissime Cardinalis) factum est, vt ex immenso præstantissimorum Patrum numero, quorum grauitate, consilio, & integritate Christiana nititur Respublica, Tu potissimum ab eo, cui humanarum, diuinarumq; rerum cura, & potestas in terris à D. O. M. est commissa, delectus sis, qui Italiæ gliscentes, & iam exardescentes tumultus sedares, & omnibus exoptatam pacem componeres, cuius ingenti opera, maturo consilio, infallibiliq; iudicio eos tandem sedatum iri, & tranquillam pacem emersuram speramus. Fœliciori Vrbis nostræ PAPIÆ fato, vt, dum in ea idoneam gerendis rebus opperiendo opportunitatem moraris, à Sanctissimo Pontifice PAVLO Quinto iustissimo virtutum tuarum æstimatore in sacrum Cardinalium Senatum, summa cum Papiensium omnium in primis, tum vero omnium de Christiana religione bene sentientium voluptate, & lætitia sis cooptatus, in eademq; vrbe gloriosissimam illam indueris purpuram; quo quidem auspicatissimo omine se in tuam fidem à te receptam, tuoq; præsidio munitam, non solum maxima quiete, & fœlicitate, sed tanti etiam patroni gloria fruituram confidit; Fœlicissimo tandem fato meo, vt, dum hæc sic se habent, extremam ego manum Annotationibus meis ad Statuta Patriæ meæ Ciuilia, nec non de Regimine Potestatis cum imposuissem, easq; typis sub patrocinio Illustrissimi, & Reuerendissimi Comitis FERRANDI TABERNÆ pariter S.R.E. Cardinalis, ac tui amicissimi

cissimi mandassem, in secundam autem eorundem Statutorum partem, quæ ad Criminalia Iudicia, ac Principum edicta spectat, Annotationes iam penè absolutas edere quidem, sed non ita maturè in animo haberem, oblatam hinc mihi perspexerim ansam, vt aliquod meæ in te obseruantiæ, & propensissimæ voluntatis signũ proferre mihi liceret, quam facultatem tam prosperè mihi obuiam non amittere manibus constitui, sed excussi iam operis emissionem compressi, quousq; posterioris huius partis Annotationes ad coronidem perduxissem, easq, celsitudini tuæ dicatas prælo mandarem, & ex duobus voluminibus vnum conficerem corpus, quod eodem temporis articulo sub fœlicissimis duorum tantorum Cardinalium auspicijs in ora hominum prodiret. Hanc ego ansam cupidè quidem arripui, atque ita cupidè, vt nõ satis animaduerterim, quàm me illa vti deceat: munus enim, quod ad meum in te studium indicandum tibi offero, leuissimum est per seipsum, at longe leuius, &, vt tibi mittatur minus dignum, apparet, ad quantò illustriorem, & augustiorem tuam accedit maiestatem, quam tum recens delata dignitas, tum familiæ tuæ prisca, & per omnium sæculorum memoriam celeberrima nobilitas, tum verò maximè augent, & exornant præclaræ illæ tuæ virtutes, corporisq;, & animi conspicuæ dotes, quæ, cum in totius orbis terrarum amplissimo Theatro Roma nempè communi omnium gentium domicilio per tot annos sint conspectæ, inde per omnium ora, & laudes, quasi per riuos quosdam, aut flumina potius dixerim, in omnes mundi partes ita emanarunt, vt nulla iam sit regio, nulla vrbs, nullus locus, quo non sapientiæ, probitatis, iustitiæ, prudentiæq; tuæ fama peruolarit. Dum præcipuè Summorum Pontificum iussu multa, & grauia munia, non in ipsa tantum Vrbe, sed alijs etiam in locis fœlicissimè, & prudentissimè obiuisti; Romæ enim, & primi collateralis Capitolij sub Gregorio Decimotertio Pontifice Maximo, & vtriusque signaturæ Referendarij, & Locumtenentis Illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinalis Rusticutij Summi Pontificis Vicarij, & Vicemgerentis etiam munus, & officium honorificè semper, maximaq; cum omnium vtilitate, & admiratione subijsti, administrasti, & tenuisti: mox à Clemente Octauo Pontifice Sacræ Romanæ Rotæ Auditor creatus, dum illi muneri per tredecim annos incubuisti, causarum nodos, controuersiarum captiones, litiumq; argutias eruditè non minus, quàm doctè, & subtiliter eneruasti, dissoluisti, sustulisti: dum negotia publica magno, & assiduo studio pertractasti, nihil certè, aut in forensi republica arduum, aut in regni administratione anceps, & negotiosum, cuius non prima laus doctrinæ, & probitatis, tibi cumulatissimè deberetur; Hoc togati omnes, hoc vniuersæ Romanæ Curiæ ordines, & magistratus agnouerunt, fassi, & admirati sunt; mox ab eodem Clemente Beneuentum pro arduis Apostolicæ sedis negotijs missus ea fœlicissimè absoluisti, ita, vt ingentes, excelsasq; & admirabiles virtutes tuas PAVLVS Quintus omnium Pontificum Maximus optimè noscens, te in primis Bononiensem Archiepiscopum, & Principem elegit, tuaq; tanta extitit religio, vt nihil neque in bonis melius, neque in potentia valentius, neque in doctrina sapientius, ipsa religione esse semper duxeris, qui non religiosus, sed religiosorum decus, & ornamentum extitisti semper, & extas, religioni comes fuit iustitia, cuius inhærens præceptis vitæ honestatem seruare, proximo non obesse, sed prodesse, & cuique suum tribuere enixè semper studuisti, & contendisti: iustitiæ autem pietatem, & mansuetudinem iunxisti, tamquàm optimè scires iustitiam sine pietate seueritatem potius esse, quàm iustitiam: his accedunt innumeræ aliæ admirabiles virtutes tuæ, quibus & perennis gloriæ, & laudis numquàm intermori-

termorituræ perpetuum tibi parasti præsidium, ac ornamentum, quæ tibi summorum honorum quasi gradus extruxerunt, per quos, dum ad altiora eueheris, maiores, & clariores tua virtus, tua religio, tuaq; prudentia, modestia, vitæ integritas, morum suauitas, mittit fulgores, latiusq; patescit, quæ singulæ per se, quadam veluti diuinitate refectæ, omne doctrinæ artificium vincunt, omnes eloquentiæ fines superant, omne deniquè commendandi, & laudandi genus, quantumuis perfectum, & eruditum à facundissimo quantumuis oratore proficiscatur, longo antecellunt interuallo; Nec mirum, cum ex ea Illustriss. LVDOVISIA Familia Bononiensi sis exortus, ex qua, tamquam ex Mineruæ gremio, excelsi, & amplissimi omni ætate viri prodierunt, qui & religionis candore, & armorum gloria, & litterarum splendore, immortale sibi nomen, immortalemquè famam compararunt. Testes Romanorum Annales, qui non semel LVDOVISIOS Senatores Romanos recensent, Testes Bononienses fasti, qui Illustres, & eminentissimos Magistratus, Senatoriamquè dignitatem LVDOVISIORVM Genti numquam intermissa serie, & iure quasi hæreditario demandatam prædicant, ac potissimum, vt ab antiquitate, & multitudine procerum, & heroum LVDOVISIÆ Gentis recedam, dum Pontificiam sedem SIXTVS ille Quintus obtineret, frater tuus Comes HIERONYMVS eius Pontificis voto electus illam dignitatem ea gessit sapientia, auctoritate, ac maiestate, qua hodie non minus frater item tuus Comes HORATIVS tantum honoris fastigium summa sua cum laude, & omnium celeberrima prædicatione sustinet: alia id generis innumera virtutum, laudis, & gloriæ LVDOVISIÆ Gentis trophea silentio prætereo. Hoc vnum dixerim LVDOVISIAM Gentem nil esse, nisi arcem fortitudinis, templum iustitiæ, religionis domicilium, præclarissimarum virtutum, & bonarum artium firmamentum, ac deniq; honoris, & gloriæ sacrarium. Tanto igitur splendori, tam sublimi fastigio impar omnino, atque incongruum esset exile hoc munus, nisi tam eximios honores, tam conspicuam dignitatem comes sequeretur singularis tua illa humanitas, ac facilitas, quæ & maiestatis splendorem exornat, & præcipuum quendam tibi ab omnibus amorem conciliat, vt nemo sit, qui in istis, tam præclaris ornamentis, & tam alto honorum vertice tantam aspiciens benignitatem, cum iam te omni colat veneratione, non etiam ad te summoperè diligendum, & obseruandum rapi se sentiat. Tua igitur hæc animi liberalitas, maximam in leuissimo munere animi mei propensionem non aspernabitur, hæc boni consulet animum promptum, studiosum, &, si vires paterentur, maiora deferre paratum: quod si ita mihi sperare fas esset meliora, & tui digniora præstare, vt te ad sublimiores gradus, & maximum honorem euasurum sperant omnes, optant, & votis expetunt, me in posterum ad grauiora, & præstantiora efficienda laboraturum, quibus tuam possem promereri gratiam tibi pollicerer. At, quia non meas, non præstantissimiuè cuiusquè hominis vires, vigilias, labores eò peruenire posse perspicio, vt nec longissimo quidem interuallo ad tuas laudes, virtutes, meritaquè possint accedere, promissis abstinebo, mihi persuadens, tibi, qui non rei oblatæ grauitatem, aut pretium pensites, sed animum ipsum spectes, non minus gratum fore munus hoc tenuissimum cum studiosissima voluntate coniunctum, quàm, si vel quod maximum præstare posset eruditissimi viri ingenium, vel, quæ immensi ditissimorum illorum Regum Thesauri valerent efficere, offerrem. Hosce igitur studiorum, vigiliarumquè mearum fructus, quos tuæ Amplitudini do, di-

do, dico, dono, benigna fronte, lætoquè, & æquo animo excipere ne graueris, meq; tam tenuem clientem ad fidem tuam, tuumq; patrocinium confugientem, benignè accipe, quod vt te libenter facturum non dubito, ita Deum Opt. Max. rogo, vt me tam Illustri fautore, & patrono non indignum præstare possim.

Ill.mæ, & Reuer.mæ D. T.

Deditiss. & deuictiss. seruus

Flauius Tortus I. C.

Ad Illuſtriſs. & Reuerendiſs.

ALEXANDRVM LVDOVISIVM

ARCHIEPISCOPVM BONONIAE, PRINCIPEM,

Et S. R. E. Cardinalem Ampliſs.

HORATII SERCHII TICINENSIS, CARMEN:

VRPVREOS tandem, ac meritò Tibi miſit honores
Conſcia virtutis Maxima ROMA Tuæ.
Pontificisq; PII dum extructa Palatia iuſſu
Incolis, & Te dum ROMA ſecunda tenet,
Hos Tibi delatos audis, hinc læta per orbem
Fama volans vaſtum gaudia magna canit.
Omine tam fauſto ROMÆ gratare ſupremæ,
Omine tam certo ROMA ſecunda faue.
Omine fœlici, quo non fœlicius vllum,
Omine, quo nullum certius omen habes.
Non iniuſſa cano, ſalit & mihi pectus anhelum,
Præſcia venturi mensq; futura videt.
Certus enim annorum poſtquam decurrerit ordo,
Optatam & tulerint tempora certa diem,
Tunc Te, Pontificem quem Maxima ROMA crearit,
Pontificem recinet ROMA ſecunda PIVM.

STATVTA CRIMINALIA. Rub. 1.

N Primis Christi nomine inuocato, eiusq; & totius Cælestis Curiæ triumphãtis suffragio. Vt maleficia non remaneant impunita, scilicet celerius puniantur matura deliberatione prouidemus. Quod Dominus Potestas Papiæ, eiusq; Iudex maleficiorum, & quilibet eorum insolidum, possint, & valeant procedere per modum Inquisitionis ex officio mero denunciationis Officialis, vel quærelæ iniuriam passi super Inquisitionibus formare. Et per accusationem procedere in quocunq; crimine publico, vel priuato, in quo imponatur, vel imponi possit pæna corporis afflictiua, vel priuatiua principaliter, vel secundario, vel in consequentiam, vel sub conditione, præcedentibus tamen inditijs legitimis, quæ indicia debeant esse scripta in actis Curiæ per Notarium maleficiorum, & subscripta per Iudicem dicti officij in libro vno inditiorum, & qui liber stet penes Potestatem sigillatus semper sigillo Domini Potestatis. Non tamen fiat copia parti, contra quam Inquisitio formata est, donec responderit dictæ Inquisitioni, & litem fuit contestatus. Post requisitionem verò, & litis contestationem, possit pars Inquisita copiã inditiorũ petere, eamq; teneatur sibi Iudex dari facere, vt contra ea possit opponere, & se purgare secundum quòd sua iustitia suadebit. In cæteris verò criminibus, ex quibus pæna pecuniaria veniat imponenda, siquidem excedat summam librarum quinquaginta Papiæ, non possit procedere per meram Inquisitionem ex mero officio, sed vel per accusationem, vel per denunciationem officialis, vel per quærelam offensi, super quibus possit suam formare Inquisitionem, præcedentibus tamen legitimis inditijs, vt supra dictum est. ¶ In cæteris verò criminalibus, in quibus venia imponenda pæna pecuniaria minor libris quinquaginta Papiensibus, non possit procedere Iudex, nisi per accusationem, vel denunciationem officialium in causis, in quibus denunciare tenentur, secundũ formam statutorum Communis Papiæ. Saluo, quod de præceptis spretis, vel mandamentis Domini Potestatis, vel officialis alicuius suæ Curiæ, poßit procedere per Inquisitionem, & per officium, secundum quòd sibi videbitur. Et quòd in omni crimine publico quælibet persona possit, & valeat accusare, & denunciare. Præterquam in crimine adulterij, stupri, vel incestus, in quibus non admittatur accusator, nisi parentes, vel attinentes, quorum interest, qui passi sunt iniuriam ex prædictis. Et quòd accusa superueniens, seu denuncia non tollat Inquisitionem præcedentem, in casibus, in quibus Inquisitio formari potest, sed vtrunq; simul currere possit. Dum tamen nõ fiat condemnatio, nisi super altero. ¶ Processus tamen fiant, & fieri debeant super accusationibus, Inquisitionibus, vel denunciationibus, secundum formam statutorum Communis Papiæ, & eis deficientibus, secundum iura communia. Quæ omnia valeant cum effectu, consuetudine, vel obseruantia, seu generali, seu speciali, non obstante. Et quòd quilibet accusatus de aliquo crimine, vel delicto publico, vel priuato, possit accusare suum accusatorem, etiam de maiori, vel minori crimine. Et super vtraque accusa, possit procedi per dictum Iudicem ad inuestigationem veritatis, & condemnationem fiendam.

Summarium ad statutum 1. in Criminalibus.

1 *Statuta criminalia pro maiori parte per contrarium vsum abrogata.*
2 *Criminalis materia ampla, & per quos pertractetur.*
3 *Mali formidine pœna à delictis arceantur.*
4 *Delicta ab origine mundi, processerunt, primus omnium fuit Lucifer.*
5 *Parricidij delictum cur olim absq; certa pœna esset.*
6 *Pœna delictorum, an attendatur iuxtà tempus commissi delicti, an verò latæ sententiæ.*
7 *Pœna certa, si pro aliquo delicto sit à statuto imposita, & per aliud statutum pœna pro omnibus maleficijs imponatur, quod nam sit attendendum.*
8 *Pœna iuris communis, an per pœnam statutariam censeatur sublata.*
9 *Malleficij nomine, an veniat delictum, quod verbis committitur.*
10 *Malleficij nomen generale ad omnia delicta.*
11 *Maleficium, quid differat à quasi maleficio.*
12 *Per Inquisitionem, quando dicatur Iudex procedere ex officio.*
13 *Iudex non potest à se ipso sumere informationes, & ad Inquisitionem specialem deuenire, nisi aliqua præcedant inditia.*
14 *Inquisitio formata absq; legitimis inditijs, nulla.*
15 *Indiciorum copia, quando reo danda.*
16 *Reus, si nollit respondere interrogationibus, quid faciendum.*
17 *Indiciorum copia, an danda, etiam non petenti.*
18 *Crimen, quid sit, & quotuplex.*
19 *Crimina publica quæ.*
20 *In adulterij crimine ex officio nequit procedi, an procedat in Iudice ecclesiastico, nu. 21.*
22 *Accusatus, an possit suum accusatorem accusare.*
23 *Quærela hodie successit in locum accusationis.*
24 *Quærelatus quærelantem quærelare an possit.*

CHRISTO, ac B. M. V. semper auspicibus.

DECREVERAM contentus lucubrationibus ad statuta ciuilia factis, à criminalibus abstinere, tum quia † statuta infra-
1 scripta criminalia huius meę patrię per contrarium vsum sunt pro maiori parte abolita, vel à Nouis Mediol. Const. vt plurimum correcta, tùm quia † materia criminalis adeò amplè, ac dif-
2 fusè, & ordinatim tractata reperitur per DD. tàm antiquos, quàm modernos, vt nihil intactum reperiatur, adeò vt sufficiat pro iuuenibus auctorum nomina indicare; In canonico .n. iure latè scripserunt Bernardin. Diaz, Petr. Gregor. Tholosan. in ciuili, Decian. qui fecit duos tract. criminales, In vtroq; , Iul. Clar. Io. Bapt. Baiard. Egid. Boss. & omnium plenissimè Prosper Farinac. addo Petrum Caballum, omitto Angel. Gaudin. Nouell. Blanc. Hippol. Marsil. Foler. Chartar. Tranquil. Ambrosin. ac alios propè innumeros; qui omnes adeò plenissimè de criminali materia scripta ediderunt, vt nihil intactum reperiatur.

Sed quia plures sunt, quibus librorum copia nõ suppetit, & causarum criminalium omninò ignari reperiuntur; Ideò ad eorum vtilitatem sententiã mutando, statui aliquas breues lucubrationes ad huiusmodi statuta criminalia transcribere, tangendo, vt aiunt, primis labijs, ac summo digito, quasi per indicem, vt vtar verbis, tex in §. fin. inst. de pub. iud. materiam criminalem, in cæteris remittendo me ad Doctores suprà adductos plenè omnia pertractantes.

In primis Ciuitas mea Papiensis, cum videret plura indies oriri delicta, procurauit leges facere, vt æquum ab iniquo, licitum ab illicito separaret,
3 & † malos metu pœnarum bonos efficeret, vt qui virtutis amore à malo non abstinent, formidine supplicij arcerentur, iuxtà tex. in l. prima, ff. de
4 iust. & iur. cum † enim delicta ab origine mundi processerint, vt primo loco euenit in persona Luciferi, qui primus ob peccatum superbiæ damnatus est à Deo, & eiectus à Paradiso, postmodum subsecuta fuerint in personam nostri primi parentis Adam, qui dum esset in Paradiso terestri, siuè delitiarum, Dei præcepto spreto, pomum comedit, & deinceps superuenerit Caim, qui fratrem Abel occidit, vt habetur in Genes. cap. 4. & in c. cum ergo, §. sed qui 24. quæst. 3. deinde semper ob hominum malitiam subsecuta sint indies maiora delicta; Ideò ad effectum, vt delicta comprimerentur, ac punirentur, necessaria fuit lex, quæ dicitur delictorum, quæ sponte, vel ignoranter contrahuntur, coertio, vt habetur per I. C. in l. 1. & 2. ff. de legibus.

Sed quia plura delicta indies inuenta sunt, quæ à lege compræhensa non sunt, siuè quia tunc temporis non erant in vsu, nec credebatur homines tam nefarios esse, vt tanta committere auderent,
5 prout † de delicto Parricidij contigit, de quo interrogatum Solonem, quare legem Parricidij non præscripserit, respondisse ferunt, se nunquàm credidisse tàm nefarium scelus ab homine committi posse, vt hebetur in §. alia deinde, vbi DD. inst. de pub. iud. Ideò necessariæ fuerunt leges, & statuta particularia Ciuitatum, ad coercenda noua delicta, nè si non reperiretur prohibita, permissa intelligeretur, l. ab ea parte, ff. de probat. cum ea, quæ de nouo emergunt, nouo indigeant auxilio, iuxtà tex. in l prima, ff. de ventr. inspic.
6 Sed iuxtà hoc quæri potest, † nunquid delinquenti debeat imponi pœna statutaria, quæ vigebat tempore cõmissi delicti, an verò pœna vigens tempore sententiæ, exempli gratia, extat statutũ puniens vtentẽ sale, quod non sit de gabella Principis pœna mortis, Titius commisit delictum, antequam tamen accusaretur, factum est aliud statutum puniens huiusmodi delictum solum pœna confiscationis bonorum, quæritur modo, qua pœna veniat puniendus Titius iste.

In hac quæstione, Bart. in repet. l. omnes populi in 5. quæst. principali, nu. 50. cum seq. ff. de iust. & iur. distinguit hoc modo. Aut per statutum imponitur pœna delinquenti, Aut iam imposita minuitur.

In primo casu, Aut statutum continet pœnam conuenientem delicto, & inspicitur tempus delicti, non autem tempus sententiæ.

Aut vero continet pœnã grauiorem, vltra quod conueniat delicto, & inspicitur tempus sententiæ.

In secundo verò casu, quando per statutum mitigatur pœna, tunc inspicitur tempus sententiæ, & Bartol. in d. l. omnes populi, sequitur Caccialup. ibidem, nu. 156. & Crot. num. 144. & vide eundẽ Bart. in l. prima, ff. de pœn. Baiard. in addition. ad

Clar.

Clar. q. 85. nu. 5. & cum Bart. distinctione transit nouissimè Petr. Cabal. resolut. crimin. cas. 156. Quare cum in exemplo proposito, statutum primũ imponat pœnam non conuenientem delicto, scilicèt pœnam mortis infligendam, vtendo sale extra gabellam Principis, vtiq; seruabitur statutum existens tempore ferendæ sententiæ.

7 † Potest etiam quæri, quid si extent duo statuta in eodem volumine, quorum vnum imponat certam pœnam pro certo speciali delicto, aliud autẽ imponat pœnam pro omnibus maleficijs, quod statutum præualebit, si quis committat illud speciale delictum, & dic illud statutum speciale, siuè præcedat, siuè subsequatur, quia genus non derogat speciei, vt per Bart. in l. sed & posteriores per illũ tex. ff. de legib. & itá in puncto tenet Gandin. in tract. de malefic. in tit. de multis quæstionibus dependentibus, num. 29. Menoch. de arb. iud. q. 97. Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 85. nu. 5.

8 Sed † quid si pro vno delicto imponatur de iure communi vna pœna, altera per statutum, an pœna statutaria tollat pœnam iuris communis, & omissa disputatione, & relatione Doctorũ, qui variarunt, dic per pœnam statutariam intelligi sublatam pœnam à iure communi impositam, vt tenet August. in Addition. ad Angel. de Malefic. in verb. & ibi caput à spatulis amputetur nu. 9. & hanc communem, & itá obseruari in hoc Dominio fatetur, Iul. Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 85. num. 5. vbi Baiard. in addit. num. 5. & hanc receptiorem testatur, Menoch. in tract. recuperandæ remed. 95 1. licèt ipse num. 386. dicat sibi magis placere contrarium, & respondeat fundamentis contrarium tenentium, Natt. cons. 44. nu. 3. vbi pariter sequitur communem hanc, & communiter obseruari per totum mundum attestatur, Petr. Caball. resolut. crim. cont. prima, cas. 2. vbi limitat non procedere, quando statutum saluaret alias leges de iure communi, tunc enim delinquens puniretur pœna tàm statutaria, quàm à iure communi imposita, vt est tex. in cap. primo ad finem, in vers. saluis alijs constitutionibus, vbi glo. & Doct. de re iud. in sextò.

His sic loco præludiorũ præmissis, nunc operepretium est deuenire ad explanationem litteræ.

9 In verbo, vt maleficia] quæro † nunquid sub nomine maleficij, compræhendatur delictum, quod verbis committitur, putà iniuria verbalis, vel blasphemia, Bart. in l. aut facta in principio. ff. de pœn. tenet quod non.

Contrarium tamen contra Bart. est communiter acceptum, vt testatur Alex. in Appost. ad Bar. in d. l. aut facta Iul. Clar. in §. primo, prax. crim. num. 12. vers. sed quæro.

Hinc est, quod maleficij appellatione compræhenditur etiam male dictum, ac malescriptum, gl. in l. ex maleficijs in princip. ff. de action. & oblig. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. in princ. Quod procedit etiam in statutis, sub nomine enim maleficij, comprænhenditur maledictum, & iniuria verbalis, prout multis citatis tenet, Petr. Caball. var. resol. crim. cas. 51. post Farinac. lib. primo, q. 18. nu. 4. Decian. in trac. crim. lib. 1. c. 8. de malef. n. 10

10 Vsi sunt autem statuentes hoc nomine maleficij, † vt sub eo nomine, omnia crimina compræhenderentur, glo. in d. l. ex maleficijs, Alexan. in addit. ad Bart. in d. l. aut facta.

Quid autẽ differat delictũ, crimen, & maleficiũ remitto lectorẽ ad Farin. in sua prax. crim. d. q. 18.

11 Vnum tamen sciendem est, † quod maleficium dicitur verè, & propriè, in quo dolus inest, si autẽ absit dolus, sed insit culpa, tunc dicitur quasi maleficium, itá Decian. d. lib. primo, cap. 8. ad finem.

12 In verbo, per modum Inquisitionis ex officio] Nota, quod Iudex dicitur procedere ex officio, per Inquisitionem, quando à se ipso, & ex sui officio assumit informationes contra delinquentem, & cõtra eum procedit, itá Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 3. nu. primo.

In hoc autem statutum nostrum corrigit ius commune, quo iure Iudex regulariter non potest procedere ex officio per viã inquisitionis, glo. in L. 2. §. si publico, in verb. sinè accusatore, ff. de adult. Clar. d. q. 3. nu. 3. licèt hodie ex generali consuetudine in quocunq; delicto publico, & priuato, procedatur ex officio per Inquisitionem, vt de hac consuetudine testatur Clar. d. q. 3. nu. 5. vers. sed certè, vbi Baiard. in addit. num 6. Tranquil. Ambrosin. in suo process. infor. c. 1. nu. 1 latè Farinac. in sua prax crim. q. 1. nu. 10. apud quem latissimè videre poteris, quid sit Inquisitio, quotuplex, & quæ requirantur ad eius validitatem, quæ omitto, cũ apud eum habeas plenissimè tractatũ.

In verbo, præcedentibus tñ legitimis inditijs] Scias, quod licèt Iudex possit in omnibus delictis procedere ex officio per Inquisitionem, vt supra

13 dixi; † Non potest tamen à se ipso assumere informationes, & deuenire ad specialem Inquisitionem contra aliquem, nisi aliqua præcedant, quæ sibi aperiant viam procedendi contra illum, alias processus esset nullus, Clar. in §. fin. prax. crim. quæst. 5. nu. 3. cum seq.

14 Et inter alia requiritur, ad validitatem Inquisitionis formandæ contra aliquem, † vt præcedant legitima inditia, alias Inquisitio formata esset nulla, vt latè per Farinac. d. quæst. prima, n. 40. & 45. Rol. à Val. cons. 57. nu. 9. cum seq. lib. 4. vbi declarat, quæ dicantur legitima inditia ad inquirendũ, siuè ad assumendas informationes, & ad formandam Inquisitionem, Indicia pariter ad generaliter inquirendum, & ad specialem Inquisitionem formandam, ac transmittendam, tradit Menoch. de presumpt. lib. primo, q. 88.

14 In verbo, donec respõderit] Nota, † quod licèt Reo danda sit copia indiciorũ, ex cõi DD. opinione, de qua per Auum mihi maternum Rip. in l. 2. nu. 8. C. de eden. & per Clar. in §. fin. prax. crim. q. 49. nu. 1. Farinac. q. 39. nu. 154.

Non tñ est danda, nisi lite contestata per reũ, & sic respõsione facta, & publicato processu, vt p Clar d. q. 49. num. 6. cũ seq. Farinac. dicta quæst. 39. nu. 154.

16 Sed † quid si Reus interrogatus à Iudice noluerit respondere, vel minus sufficienter, vide Clar. d. §. fin. q. 45. nu. 6. vers. sed pone, vbi Baiard. nu. 5. Chartar. in sua prax. interrog. reorum, lib. 3. cap. 2. nu. 2. cum seqq. plurib. Tranquil. Ambrosin. in suo trac. de modo formandi processum. lib. 2. c. 7. latissimè, Farinac. in sua praxi q. 37. nu 176. cum seq. vbi concludunt, tunc posse torqueri ad habendam responsionem.

17 In verbo, copiam indiciorum petere] An † copia indiciorum petenda sit, ad hoc, vt detur, an verò etiam non petenti danda, dic cum Clar. in d. §. fin quæst. 49. nu. 4. quod si quærimus de copia indiciorũ ante torturã, tunc non est danda, nisi petenti: si verò quærimus de copia dãda ante condemnationẽ, & tunc est omninò dãda et nõ petẽti,

& itâ videmus quotidie obseruari in hac prouincia expensis tamen partis, non fisci, & sic per Iudicem fit solum decretum copiæ, Baiard. in addit. ad Clar. d. quæst. 45. num. 24.

18 In verbo, in omni crimine publico] latè † quid sit crimen, & quotuplex ponit Decian. in suo trac. crim. lib. primo, cap. 9. & dic quod crimen differt à delicto, sicut species à suo genere. Differt autem crimen à delicto, eo quia delictum dicitur tàm si interueniat dolus, quam non. Crimen verò, non nisi cum dolo committitur, itâ Farinac. q. 18. nu. 2. Hic verò in hoc statuto, vnum capitur pro alio, vt ibidem per Farinac. dicta quæstione 18. num. 5.

19 † Dicuntur autem crimina publica, quæ principaliter respiciunt offensam Dei, vel Principis, Item crimen læsæ Maiestatis, adulterij, homicidij, peculatus, falsi testamenti, vis publicæ, vel priuatæ. Priuata autem crimina dicuntur, quæ in priuatam personam committuntur, nisi contrarium lege caueatur, Clar. in prax. crim. § primo. Farin. d. q. 18. nu. 8. cum seqq. pluribus.

20 In verbo, præterquam in crimine adulterij] † Hoc etiam conuenit cum iure communi, quo extranei de adulterio non accusant, l. quamuis in principio, & §. extraneos. C. ad l. Iul. de adult. Clar. in §. adulterium, num. 4. Cabal. resol. crim. 110. minus vxor accusare potest maritū, l. prima, C. de adult. Quo ordine autem affines, vel consanguinei ad accusandum de adulterio admittantur, habetur in l. quamuis, la 2. C. ad l. Iul. de adult. vt primò scilicèt Maritus, postea Pater, Frater, Patruus, & Auunculus, Farinac. de delict. carn. q. 141. num. 37. & seq. † Non impeditur autem per

21 hoc statutum, quin Ecclesiasticus Iudex ad pœnas iuris canonici possit procedere, si adulterium sit notorium, Farinac. d. loco, num. 46.

22 In verbo, possit accusare suum accusatorem] † Quando accusatus de iure communi, possit suum accusatorem reacusare, vide Clar. distinguentem in §. fin. prax. crim. q. 14. nu. 12. versic. tertius est casus, vbi Baiard. in addit. num. 31. latissimè Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 24. vbi constituit regulam affirmatiuam, quod scilicèt accusatus, antequam eius nomen sit receptum inter reos, potest accusatorem suum reaccusare, & vide ibidem latissimè hanc materiā, Farinac. in sua prax. crim. quæst. 12. nu. 23.

23 Sed quia † hodiè non est in vsu accusatio, sed in eius locum successit quærela partis offensæ, vt per Clar. in d. §. fin. q. 10. num. 1. & 2.

24 † Quæro numquid quærelatus quærelantè quærelare possit, & vide ordinem Senat. Excellentiss. edit. im. 16 iulij 1570. disponentem, quærelatum quærelantem quærelare non posse, ad quem te remitto.

De pena tractantis facientis, vel procurantis publicè, vel occultè contra honorem, & bonum, & pacificum statum Magnificorū Dominorum nostrorum Domini Galeatij Vicecomitis, Comitis virtutum, & eius filiorum Ciuitatis Papiæ, eiusq; districtus Dominorum generalium. Rub. 2.

Item statuimus, & ordinamus, quod nulla persona, Commune, Collegium, vel Vniuersitas cuiuscunq; conditionis, status, dignitatis, preheminentiæue existat, sitque audeat, vel præsumat dicto, vel facto, opere, vel consilio, vel scriptura tractare, vel agere, vel facere, vel fieri facere conspirationem, vel coniurationem, vel tractatum publicè, vel occultè, vel aliquid aliud quod sit, vel esse possit contra honorem, & bonum, & pacificum statum præfati I. & Excellentissimi Domini nostri Ciuitatis, & districtus, & Territorij Papiæ &c. Et contra honorem, & bonum, & pacificum statum Communis Papiæ, & status præsentis diminutionem, seu detrimentum, ac honoris status præfati Domini, vel de dando dominium Ciuitatis Papiæ, vel alicuius loci, vel Castri, seu terræ Territorij, vel districtus nunc existentis ad præcepta, & obedientiam ipsius Domini, & Ciuitatis, & Communis Papiæ, vel quæ, seu quod, vel qui existeret in futurum ad obedientiam, vel præcepta ipsius alicui singulari personæ, Collegio, Communi, & Vniuersitati cuiuscunq; status, conditionis, dignitatis, præheminentiæue existat, vel quæ habeat, vel habere debeat colloquium tractatum, vel quæ mittat, vel recipiat litteras, nuncios, seu spias, vel ambasciatas cum aliqua, vel ab aliqua persona, vel alicui personæ, Collegio, Communi, vel Vniuersitati cuiuscunq; conditionis, & status existat, quæ diceret, tractaret, vel opponeret, vel procuraret contra honorem, & bonum, & statum pacificum ipsius Domini, & Communis, & Ciuitatis Papiæ. Et quælibet persona, Collegium, Commune, & Vniuersitas cuiuscunq; conditionis, & status existat vt supra, quæ dicto facto, opere, vel cōsilio publicè, vel occultè diceret, faceret, tractaret, uel ageret contra prædicta, uel aliquod prædictorum, possit, & ualeat, & debeat per Dominum Potestatem Papiæ condemnari, & puniri in auere, & persona, uel in auere tantum, uel in persona tantum ad mortem purè, & sub conditione tantum, mixtè, principaliter, vel secundariò arbitrio ipsius Domini Potestatis inspect.

inspecta, & considerata qualitate facti, & conditione personarum, sicut proditor præfati Domini, & patriæ, & de proditione ipsius, & patriæ. Saluo quòd ipsa talis persona, Collegium, Commune, & Vniuersitas, quæ diceretur habuisse colloquium, vel litteras, vel nuncios, vel ambasciatam misisse, vel recepisse cum aliqua, vel ab aliqua persona, vel alicui personæ, Collegio, Communi, & Vniuersitati cuiuscunq; status, & conditionis existat, quæ, seu quod tractaret, diceret, vel faceret contra honorem, & bonum, & pacificum statum præfati Domini, & Communis, & Ciuitatis Papiæ, vel in diminutionem ipsorum, causa tractandi, dicendi, & procurandi vt supra, possit, & valeat notificare præfato Magnifico Domino, vel Domino Potestati Papiæ, vel Locumtenenti ipsius Domini, vel Locumtenenti Potestatis infra secundam diem computandam à tempore quo miserit, vel receperit nuncios litteras, vel epistolas, ambasciatas, vel colloquium habuerit vt supra. Et si denuntiauerit postquam ad eius notitiam peruenerit vt supra ad dictum terminum, nullam pænam eo casu sustineat, nec patiatur in persona, vel rebus. Et Dominus Potestas Papiæ, & eius Vicarius, ac Iudex maleficiorum, & quilibet ipsorum insolidum habeat merum, purum, & liberum arbitrium potestatem, & bailiam inquirendi, procedendi, & condemnandi, & exequendi contra quoscunq; & quamlibet personam, quæ committeret, vel faceret aliquod ex prædictis, & possint, & valeant ponere ad torturam indicio, seu indicijs, præsumptionibus præcedente, vel præcedentibus. Et si eo casu talis persona tormentanda in tormentis decederet, Dominus Potestas, vel eius Vicarius, vel eius Iudex maleficiorum, non possit, nec valeat, nec debeat sindicari, nec condemnari, inquietari, nec molestari pro eo quod diceretur talem personam tormentasse.

Summarium ad statutum 2. in Criminalib.

1 *Ciuitas Papia ob ingentem fidelitatem, quã semper poluit, multa mala passa est.*
2 *Læsa Maiestatis crimen, quid, & qualiter puniendum, remissiuè.*
3 *Læsa Maiestatis crimen, an cõmittatur, in Duces Mediolani Imperatorẽ recognoscentes, & alios.*
4 *Coniuratio, & conspiratio differunt.*
5 *Recipiens litteras, & Principi non reuelans, an læsæ Maiestatis crimen incurrat.*
6 *Læsæ Maiestatis criminis pæna de iure communi. remissiuè.*
7 *Tortura non infertur, non præcedentibus legitimis indicijs.*
8 *Iudex in torquendo modum excedens, qualiter puniatur.*

1 Ciuitas nostra Papiæ adeò semper fuit fidelis, ac obediens versus suos Dominos, vt non dubitauerit omnia quæuis mala perpati, quã à fide deficere, adeò quod multoties fuerit propter fidem erga suos dominos quasi penitus euersa, prout testantur Historici, videas igitur (auctore Cicerone in libro de officijs) nullam esse rem, quæ vehementius contineat rempublicam, quam fides; Et ideò nil magis cordi fuit vnquam huic Ciuitati nostræ, quàm omni via, & studio suos Ciues in fide continere.

2 † Circa hoc statutum tractans materiam criminis læsæ Maiestatis, plura dici possent, scilicèt quid sit crimen læsæ Maiestatis, quot modis committatur, & quæ sit eius pæna; sed quia de hoc plenissimè habetur per totum titulum, ff. & C. ad l. Iul. Maiest. & per Iul. Clar. lib. 5. receptarum sententiarum, §. lege Maiestatis, vbi Io. Baptista Baiard. enumerat quadraginta quinq; modos, ex quibus quis incidit in crimen læsæ Maiestatis, & lato folio per Decian. in suo tract. crim. lib. 7. tit. de crimine læsæ Maiestatis per totum illum librum, & aliquid per Farinac. in sua prax. crim. quæst. 51. nu. 69. cum pluribus seqq. & plenissimè per eundem Farinac. quæst. 112 num. 6. tit. de crimine læsæ Maiestatis, & videndæ Nouæ Mediolani Constitutiones, tit. de crimine læsæ Maiestatis. Quibus omissis transeo ad declarationem litteræ, in reliquis remittendo lectorem ad DD. supra adductos.

Sed in primis quæro, cũ Duces Mediol. semper recognouerint Imperatorem in dominum, & ab
3 eo obtinuerint inuestiturã Ducatus, † An crimen læsæ Maiestatis committatur in hos Duces Imperatorem in superiorẽ recognoscentes. & dic, quod hoc crimen propriè committitur in omnes Duces, Marchiones, Rempublicam superiorem non recognoscentes, largè autem committitur, etiam in Principes superiorem recognoscentes, vt latè habetur per Decian. in suo tract. crim. lib. 7. cap. 4. nu. 6. num duobus seqq. post Iul. Clar. in d §. læsæ Maiestatis, nu. 2. vbi dicit contrarium seruari de facto, ac consuetudine, scilicèt quò ad penã mortis, & publicationem bonorum, non autem quò ad memoriam damnandam, & pænam filiorum, vt per Decian. ibidem nu. 8. latè pro affirmatiua declarando etiam Farinac. d. q. 112. inspect. 5. nu. 176. cum seqq. plurib.

4 In verbo, conspirationem, vel coniurationem] † Coniuratio, & conspiratio inter se differunt, nam conspiratio est multorum conuentio ad subuersionem status, vel dignitatis alterius sine iuramento, Farinacius latè de crimine læsæ Maiestatis, quæstione 113. inspect. 3. nume. 105. & sequenti.

coniuratio verò est plurium contra aliquem facta iure iurando pactio, siuè coitio; à coniurãdo, idest simul iurando dicta, & sic differunt in hoc, quia hæc fit iuramento mediante; Illa verò sinè iuramento, vt per Decian. lib. 7. cap. 7. num. primo, & secundo. Et scias, quod coniuratio contra Rempublicam, vel Principem, dicitur crimen læsę Maiestatis, vt per Decian. dicto lib. 7. cap. 6. nu. 24. & latissimè cap. 9.

In verbo, vel quæ mittant, vel recipiant litteras] Nota, quod hæc verba statuti sunt posita ad tol-
5 lendum dubium, † nunquid recipiens litteras, & non reuelans Principi, incurrat in crimen læsæ Maiestatis, & dic quod non, nam lex pœnalis loquens de mittente litteras, non compræhendat recipientem, vt latè per Baiard. in addit ad Clar. in dicto §. læsæ Maiestatis, versic. nunc si quis, Farinac. de crimine læsæ Maiest. quæst. 113. inspect. prima, num. 31. In hoc autem statuto cessat difficultas.

6 In verbo, puniri] De † iure communi, quibus pœnis afficiatur quis propter crimen læsæ Maiestatis, vide Clar. in d. §. læsæ Maiest. nu. 8. & seq. & latè per Decian. d. lib. 7. cap. 39. plenius per Farinac. de crim. læsæ Maiest. q. 116. §. primo.

7 In verbo, iudicio] Nota, † quod Reus etiam de iure communi, non debet subijci torturæ, nisi legitimis præcedentibus inditijs probatis, Clar. in prax. crim. quæst. 64. num. 9. & 12. vbi Baiard. in addit. ad eum, Menoch. de arbit. iud. quæst. 84. per totam.

8 In verbo, tormentãda in tormentis decederet] † Qualiter autem de iure communi veniat puniendus Iudex, qui in torquendo modum excessit, adeò quod Reus in tormentis mortuus sit, vide Clar. lib. 5. recept. sentent. §. homicidium num. 12. & in §. fin. prax. crim. quæst. 64. num. 36. vbi tenet, quod hoc casu Iudex, qui excessit dolo, tenetur de homicidio, & punitur pœna mortis; si verò culpa, punitur secundum modum culpæ, latissimè Menoch. de arb. iudic. casu 340.

Scias tamen, quod in dubio non præsumitur Iudex modum excessisse, cum in eo cesset omnis sinistra suspitio, & præsumpta calumnia, nisi contrarium probetur, Alex. cons. 77. num. 21. vbi addit. lib. 3. Baiard ad Clar. d. quæst. 64. num. 108. Per hoc tamen statutum est introductum hoc speciale, vt Iudex, huius occasione non possit molestari; Plura specialia etiam in hoc crimine enumerat Baiard. in addit. ad Clar. in d. §. læsæ Maiest. nu. 25. cum seqq. plurib. Decian. d. lib. 7. tit. 37. nu. 14. cum infinitis seqq. Farinac. dicto tract. de crimine læsæ Maiestatis.

De quo tempore commissi maleficij, possit cognosci, & quomodo puniri. Rubr. 3.

ITem statuimus, & ordinamus, quod per Potestatem Papiæ, & eius Vicarium, & Iudicem maleficiorum, & quemlibet alium eius Iudicem ipsius Domini Potestatis, voluntate possit, & valeat cognosci, terminari, & exequi de maleficijs criminibus, & delictis commissis tempore sui regiminis, contra committentes delicta, & etiam ante per sex menses tantum, per viam denunciationis, & Inquisitionis in casibus concessis, secundum formam statutorum Communis Papiæ, prout dicto Domino Potestati, & dictis eius Iudicibus, & cuilibet eorum melius videbitur, & placebit, secundum formam, & modum statutorum Communis Papiæ. Per viam verò accusationis, & querelæ offensi, possit procedere, quandocunq; infra tempora legitima.

Summarium ad statutum 3. in Criminalibus.

1 *IVdex ex officio potest per Inquisitionem procedere vsq; ad viginti annos.*
2 *Statutum abbreuians tempus procedendi valet.*
3 *De quibus delictis, possit etiam post tempus statuti cognosci, & num. 4.*
5 *Tempus datum, an inquirendum, an currat à die commissi delicti, an vero scientia.*
6 *Accusatio quanto tempore præscribatur.*

HOC Statutum, dum disponit Prætorem Papiæ, cæterosq; Iudices, per Inquisitionem, ac per denunciationem, posse procedere solum pro delictis cõmissis tempore sui regiminis, & etiam commissis ante per sex menses; Corrigit
1 ius commune, † quo iure Iudex potest procedere per Inquisitionem vsq; ad viginti annos, à die cõmissi delicti, vt de communi per Iul. Clar. in §. fin. prax. crim. q. 51. num. 2. sequitur Decian. in suo tract. crim. part. prima, lib. 3. cap. 37. num. 2.
2 † Valet tamen statutum abbreuiare hanc præscriptionem, & sic potest statutum breuius tempus præfigere, vt ex pluribus firmat Farin. in tit. de inquisit. quæst. 10. num. 25.

3 † Limita tamen, vt hoc statutũ præfigens tempus ad inquirendum, intelligatur de delictis, quæ non durant, sed momento temporis finiuntur, vt est homicidium, secus in delictis durantibus, prout est furtum, vel quando agitur de testamento falso; In his enim poterit Iudex inquirere, etiam si fuerint commissa ante sex menses antè introitũ officij, ità limitat, Baiard. in addit. ad Clar. dicta quæst. 51. num. 16. & 17.

4 Limitatur etiam in crimine falsi, in quo Iudex procedit per Inquisitionem, etiam post tempus datum à statuto, vt per Marsil. sing. 507. contrarium tamen tenet, Farinac. d. quæst. 10. num. 8.

5 Sed hic oritur dubium, † nunquid huiusmodi tempus

tempus inquirẽdi à statuto præfixum currat à die cõmissi delicti, an verò à die scientiæ: Dic ex magis cõi Doct. opinione currere à die cõmissi delicti, de qua testatur Clar. d. q. 51, nu. 5. vbi Baiard. num. 13. intelligendo, vt ibi per eum, Farinac. d. quæst. 10. nu. 12. & seq.

6 In verbo, infra tempora legitima] Scias,† quod accusatio præscribitur per spatium viginti annorum, quod tempus dicitur legitimum, & currit à die commissi criminis, l. querelam, C. de fals. Clar. dicta quæst. 51. num. primo. vbi Baiard. nu. primo, Decian. d. lib. 3. cap. 37. num. primo, cum seqq. plurib. vbi hanc regulam ampliat, & restringit multis modis, vt ibi per eum, latissimè omnium, Farinac. in sua prax. crim. tit. de Inquisit. q. 10. num. primo, cum seqq. pluribus.

Qualiter in Inquisitionibus, accusationibus, & denuntiationis procedi debeat; & qua forma, & modo, & quo die, & tempore. Rubr. 4.

ITem statuimus, quòd in omnibus maleficijs, & delictis, & excessibus, in quo, & in quibus denuntiator, seu accusator apparuerit non aliter procedatur, nisi accusator, vel denuntiator in scriptis dederit accusam, seu denuntiam, in qua contineatur nomen, & cognomen accusantis, seu denuntiantis, & nomen, & cognomen accusati, seu denuntiati, & crimen certum annus, & mensis commissi criminis, & locus, in quo dicatur maleficium fore commißum cum duabus, saltem cohærentijs dicti loci, & testes, & nisi illa accusa, seu denuntia, in quaterno Notarij maleficiorum fuerit scripta, seu Communis Papiæ. Et nisi per accusatorem, seu denunciatorem primo iuratum fuerit accusam, seu denuntiam veram esse, & ea quæ in accusa, seu denuntia continentur. Et nisi accusator, seu denuntiator idoneè, satisdederit periculo recipientis ipsam de prosequenda accusa, seu denuntia vsq; ad finem, & de restituendis expensis accusato, seu denuntiato, fiendis occasione illius accusæ, seu denũtiæ, si ille accusatus, seu denuntiatus non fuerit condemnatus. De quibus expensis stetur sacramento accusati, seu denuntiati, facta prius per Iudicem taxatione de ipsis expensis. Saluo, quòd hoc capitulum, quo ad satisdationem non vendicet sibi locum in illis personis, quæ iurauerint propter paupertatem satisdare non poße, quo casu Iudex in accusa, seu denuntia, procedat etiam sine satisdatione. Nec quo ad dictã satisdationem, & iuramentum vendicet sibi locum in illis personis, quæ ex officio accusare seu denuntiare tenentur, sed sufficiat eos iurare, quòd credunt vera esse contenta in denuntia. Hoc addito, quòd vltra testes in accusa, seu denuntia nominatos, possit accusans, seu denuntians, infra octo dies à die responsionis rei, super accusa, seu denuntia numerandos, parte tamen citata, addere alios testes testibus nominatis in accusa, seu denuncia, & non vltra. Et etiam hoc addito, quod in accusationibus, seu denuntiationibus cartæ falsæ, & aliarum scripturarum, non teneatur accusator, seu denuntiator ponere locum mensem, nec annum. In accusationibus autem de præcepto non seruato, seu spreto non teneatur accusator ponere locum, nec testes. Cui titulo accusationis, seu denuntiationis incæpto nihil addi, vel minui, vel immutari possit, & qui titulus scribi debeat in actis ante citationem, & ipsum titulum teneatur dare, vel dari facere accusato, vel denuntiato si petatur, & terminum vnius diei vtilis ad deliberandum, & respondendum accusæ, vel denuntiæ, antequam procedat aliquo modo contra eum, contra quem procedit, & hoc si prædictus terminus petatur. Quo termino elapso, vel non petito dictum illius accusati, vel denuntiati recipiat super accusatione, vel denuntiatione, quod dictum, & responsionem super accusatione, & denuntiatione teneatur facere reus, non obstante aliqua excusatione, nec etiam obstante, quod offensus esset bannitus de homicidio, vel maleficio, & non obstante aliqua alia excusatione dilatoria, declinatoria, peremptoria, anomala, iuris, vel facti nec alia quacunque. Sed ipsis exceptionibus, & qualibet ipsarum non obstantibus cogatur respondere accusationi, vel denuntiationi. Saluis tamen, & reseruatis sibi per hoc statutum omnibus suis exceptionibus, si quæ sibi competebant ante responsionem, & si reus esset, ità duræ ceruicis, quod Iudex non poßet eum facere respondere, vel responderet, negando

do, vel confitendo, ex tunc lis sit legitimè contestata, & pro contestata habita huius statuti auctoritate super contentis, & de contentis in dicta denunciatione, vel accusatione. Dicto autem rei recepto, vel lite contestata, & pro contestata habita vt supra. Si reus responderit confitendo contenta in accusa, seu denuncia in toto, vel in parte sic, quòd possit propterea condemnari, detur reo confesso terminus defensionis ad arbitrium statuentis. Si autem non responderit, vel responderit negando sic, quòd non possit propter ea condemnari, recipiantur testes, qui tactis scripturis corporaliter iurent dicere veritatem super dicta denuncia, vel accusatione, & contentis in ea, & super his super quibus interrogabuntur, & causam sui testimonij reddant, seu dicant, & in scriptis reducantur. Testibus verò receptis si taliter fuerit probatum testibus, quòd possit condemnari reus, teneatur Iudex dare terminum defensionis octo dierum, vel minus arbitrio Iusdicentis accusato, vel denuntiato. Si autem taliter fuerit probatum testibus, quòd reus videatur Iudici tormentandus, tunc potest ad tormenta procedere, & eo de tormentis deposito in actis scribatur dictum tormentati, nec ad quæstionem iterum repeti possit, nisi indicijs alijs superuenientibus. Et debeat Iusdicens statuere terminum exemplandi, & notandi testes, & acta, & instrumenta, & disputandi, & allegandi pro modo, & qualitate causæ, antequam condemnet reum propter probationem testium, vel instrumentorum. Quibus peractis teneatur, & debeat Potestas, & eius Iudex maleficiorum ad condemnationem, vel absolutionem infra dies 40. tunc proximè subsequentes procedere. Et hoc sub pæna florenorũ centum auri Cameræ Magnifici Domini Galeazij applicandorum cuilibet ipsorum. Et nihilominus dicto termino elapso duret instantia causæ. Et Potestas condemnare, vel absoluere teneatur, & debeat. ¶ In criminibus verò vbi proceditur per inquisitionem, procedatur, & procedi debeat in hunc modum, videlicet, quòd titulus inquisitionis per Dominum Potestatem Papiæ, qui nunc est, vel pro temporibus fuerit, vel eius Iudicem per ipsum ad maleficia deputatum formetur, & in scriptis reducatur cum anno, mense, & loco commissi criminis, & duabus cohærentijs saltem, nisi foret inquisitio cartæ falsæ, vel aliarum scripturarum, quo casu non teneatur ponere locum, mensem, nec annum, & nisi esset inquisitio præcepti non seruati, vel spreti, in quo casu non teneatur ponere locum. Sed in quolibet dictorum titulorum inquisitionis debeat ponere nomen, & cognomen inculpati, & delictum certum, & nomen, & cognomen offensi, si quis offensus dicitur. Cui titulo inquisitionis incæpto, & parti misso, & relatione per seruitorem facta nihil addi, vel diminui, vel mutari, vel adiungi possit, quem titulum teneatur dare, vel dari facere Iudex illi contra quem inquiritur si petatur, vel suo procuratori, postquam purè, clarè, & præcisè inquisitioni responderit. Super qua inquisitione dictum illius contra quem inquiritur recipiatur, quod dictum & responsum super dicta inquisitione teneatur facere reus non obstante aliqua exceptione, nec etiam obstante, quòd offensus esset bannitus de homicidio, vel maleficio, & non obstante aliqua alia excusatione dilatoria, declinatoria, peremptoria, anomala iuris, vel facti, nec alia quacunque. Sed ipsis excusationibus, & qualibet ipsarum non obstantibus cogatur respondere inquisitioni, & denuntiationi. Saluis tamen & reseruatis sibi per hoc statutum omnibus suis exceptionibus, si quæ sibi competebant antè responsionem. Et si reus esset ita duræ ceruicis, quòd non posset facere eum respondere, vel responderet negando, vel confitendo, ex tunc lis legitimè contestata sit, & pro contestata habita legitimè, etiam huius statuti auctoritate super contentis, & de contentis in dicta inquisitione. Dicto autem rei scripto, vel lite contestata, vel pro contestata habita vt supra, si reus responderit confitendo contenta in inquisitione in toto, vel in parte sic, quòd possit propter ea condemnari, detur reo confesso terminus defensionis ad arbitrium statuentis. Si autem non responderit, vel responderit negando sic, quòd non possit propter ea condemnari, recipiantur testes, qui tactis scripturis corporaliter iurent di-

cere

rere veritatem super dicta inquisitione, & contentis in ea, & diligenter interrogentur, vt causam sui testimonij reddant, seu dicant. Testibus verò receptis si taliter fuerit probatum per ipsos testes, quòd possit condemnari reus, teneatur Iudex dare terminum defensionis octo dierum illi contra quem inquiritur, vel minus arbitrio statuentis. Si autem taliter fuerit probatum testibus, quòd reus videatur tormentandus, tunc Iudex possit ad tormenta procedere, & eo de tormentis deposito in actis scribatur dictum tormentati, nec ad quæstionem iterum repeti possit, nisi indicijs alijs superuenientibus, & debeat Iusdicens statuere terminum exemplandi, & notandi testes, & acta, & instrumenta, & disputandi, & allegandi pro modo, & qualitate causæ, antequam condemnet reum propter probationes testium, vel Instrumentorum si petatur. Quibus sic peractis teneatur, & debeat dictus Dominus Potestas, & Iudex maleficiorum procedere ad condemnationem, vel absolutionem intra dies 40. sub pœna prædicta; & nihilominus dicto termino elapso duret instantia causæ, & Potestas condemnare, vel absoluere teneatur, & debeat. Saluo, quòd in illis inquisitionibus vbi Iudex ex forma statuti, vel iuris inquirit de fama alicuius, antequam faciat inquisitionem contra eum, prædicta locum non habeant, sed facta inquisitione de fama prædicta locum non habeant. Et quòd supradictum est de nomine, & cognomine accusati, seu denuntiati, vel inquisiti inculpati, vel offensi in accusa, vel denuntia, vel inquisitione apponendo non vendicet sibi locum in forensibus quorum nomina, vel cognomina ignorantur. Et si inculpatus titulo inquisitionis formato non esset in fortia Potestatis Papiæ, & Communis, sufficiat, quòd requiratur propter maleficium ad domum vbi habitat, vel habitare consueuit, vel personaliter. Et si certam habitationem in Ciuitate, vel in Territorio Papiæ, non habet, nec habere consueuit, vel habet, vel habere consueuit, sed est in tali loco in quo seruitores Communis Papiæ, communiter non audeant ire, vel requirere sine periculo personæ, non requiratur nisi ad locum vbi maleficiũ perpetrasset in Ciuitate, vel Territorio Papiæ, & ad arengheriam sono tubæ præmisso. Et si locus malefcij esset extra Territorium Papiæ, vel esset intra Territorium, sed seruitores communiter non auderent eò ire sine periculo personæ citetur, & requiratur bis, voce præconia sono tubæ præmisso super arengheria Communis Papiæ, de dicto, & pro dicto maleficio, de quo, & pro quo contra eum proceditur. Et factis dictis duabus citationibus cum interuallo ad minus vnius diei, habeatur reus legitimè citatus, & pro legitima citatione habeatur. In dicta autem citatione seruitoris, vel præconis debeat exprimi maleficium saltem in genere propter quod fit citatio, & in relatione seruitoris fienda de citatione debeat scribi, si est facta personaliter, vel ad domum, & si ad domum in qua porta, & parochia si est in Ciuitate, & in qua Terra si est in Territorio. Et Iusdicens seruitori teneatur dare, vel dari facere in scriptis formam requisitionis signatam suo proprio sigillo continentem maleficium in genere, vt supra propter quod citatur. Et seruitor dictam citationis formam sibi in scriptis datam, vt supra teneatur dimittere, & relaxare requisito si eum personaliter requisiuerit, vel ad domum eius habitationis, si illum ad domum requisiuerit, vel ad locum maleficij, & ad arengheriam si illum ad dictum locum requisiuerit. Et si plures fuerint inculpati in accusatione, vel denuntia, vel inquisitione citentur omnes, & sufficiat vni ex eis suo, & aliorũ nominibus illam dimitti. Et si reus taliter requisitus vt supra, vel citatus non venerit, vel si venerit, & terminus statutus fuerit, & ad illum non venerit per se, nec per procuratorem in casu in quo possit venire per procuratorem, & titulo non respondeat confitendo, vel negando, ipse in banno ponatur super arengheria Communis Papiæ, sono tubæ præmisso Iudice sedente pro Tribunali penes arengheriam propter quod contra eum procedit octo dierum spatio sibi dato, cuius banni terminus prædictus prorogari non possit nisi ex causa, & semel tantum arbitrio Iusdicentis. Et si per illos octo dies per requestam, vel terminum steterit scriptus in

banno,

banno, & non venerit, habeatur pro præterito conuicto, & confesso, siue procedatur per accusam, vel denunciam, vel inquisitionem super his, & de his de quibus inculpatus est, & quæ in titulo contra eum formato continentur. Et lis per transcursum banni habeatur pro legitimè contestata, & confeßata quocunque titulo ex prædictis contra eum procedatur. Dictum autem bannum non detur nisi in ipso banno maleficium fuerit expreßum in genere vt supra, & nomen seruitoris, vel præconis, qui citauit, & nisi prius relatio seruitoris in quinterno, seu actis fuerit scripta, vel relatio præconis si interuenerit vt supra, & nisi Iudex fuerit præsens vt supra. Et si aliter fiat non valeat bannum. Et si bannitus prædictus banno curso in fortiam Domini Potestatis, vel Communis Papiæ, peruenerit, & fuerit bannitus de maleficio de quo pœna sanguinis ingeratur, non tamen condemnatus, quòd tunc eidem Dominus Potestas, vel eius Iudex maleficiorum statuat terminum decem dierum ad omnem suam defensionem faciendam super maleficio banno, & proceßu, & non vltra, nisi videatur Iudici. Et si infra dictum terminum iustam defensionem fecerit, absoluatur. Et si defensionem non fecerit, vel non iustam, vel facere noluerit, condemnetur, & puniatur principaliter, & exequatur de maleficio, & pro maleficio, in inquisitione, denuntiatione, accusa, & banno contento. ¶ Si autem fuerit bannitus de maleficio de quo non ingeratur pæna sanguinis etiam non condemnatus, quòd tunc absque dicta defensione, & absque alicuius alterius dilationis communis transcursus expectatione, sententia super ipso banno feratur, & exequutioni mandetur. Et de eo quod supradictum est, quòd non habeat certam habitationem in Papia, vel in Territorio, vel quòd non audeatur iri per seruitores sine periculo personæ, stetur dicto cum sacramento duorum seruitorum Communis Papiæ ante bannum datum deponentium, quorum dictum ante bannum scriptum sit in quaterno, siue in actis publicis dicti Iudicis. Quocunque autem modo prædictorum trium contra eum procedatur, inquiri, denunciari, & accusari potest, & quodlibet ipsorum fieri omni die, & tempore non feriato, & etiam feriato solemni, & non solemni, & omnia, & singula suprascripta, & etiam condemnatio, & sententia dari, & exequutio fieri. Quæ omnia & singula suprascripta valeant & teneant lege aliqua non obstante in contrarium faciente. ¶ Hoc addito, quòd in casu vbi inculpato ingeratur pæna sanguinis, & propterea fuerit requisitus vt supra, teneatur personaliter, & non per procuratorem coram dicto Iudice comparere, non obstante quòd mostretur offensum bannitum esse de maleficio, & non obstante aliqua alia excusatione per quam diceretur impediri debere processus. Sed personaliter compareat, & respondeat, saluis suis exceptionibus vt supra. Hoc etiam addito, quòd in quolibet prædictorum processuum inquisitionis, accusationis, seu denunciationis ciuilis, vel criminalis, & in publico, & in priuato crimine possit & valeat, simul & semel in eodem titulo seu libello prædictorum intentari & agitari. Et quòd propter curatoris, vel patris inculpati quos habet inculpatus, vel non habet absentiam, vel alicuius ipsorum consensum non interuentum non vitietur proceßus factus contra inculpatum maiorem decem & octo annis, nec confeßio ipsius qualiscunque, & super quocunque fuerit præstita, siue super his quæ sunt ad solemnizandum iudicium, siue super his quæ sunt ad veritatis inquisitionem, siue indagationem, siue super alijs quibuscunque non vitietur, nec etiam sententia corporalis, vel pecuniaria, licet dictus inculpatus minor vigintiquinque annis fuerit, vel patrem habens. Et quòd dictus maior decem & octo annis prætextu minoris ætatis læsionis, vel aliorum non possit contra suprascripta, vel aliquod ex eis beneficium restitutionis, vel supplicationis petere, consequi, vel habere nec dari, seu concedi eidem possit per Iusdicentem. Prædictum autem bannum non cancelletur, vel pro cancellato habeatur nisi causa cancellationis fuerit scripta manu Notarij illius Officij, continens nomen & cognomen cancellantis, de cuius mandato fuerit facta, & annum, & mensem, & diem cancellationis, & aliter facta non valeat.

Et

Et Iudex Maleficiorum teneatur, & debeat omne præceptum impositionem licentiam, citationem, & quemlibet actum, qui fieri contigerit per aliquem seruitorem coram ipso, vel ipsius parte in Criminalibus nomen suum proprium scribere. Et si aliter factum fuerit non valeat ipsa citatio, monitio, præceptum, licentia, vel impositio. Hoc addito quòd Iudex maleficiorum in citari faciendo accusatum, vel inquisitum teneatur, & debeat facere impositionem seruitori, in qua impositione describi debeat per Notarium Maleficiorum totus tenor inquisitionis, & accusæ, de verbo ad verbum prout in ea continetur, & scribere se in fine impositionis, & per dictum Notarium etiam scribatur cum anno, die, & mense impositionis, sub pœna librarum 25. Notario, qui dictam citationem, & impositionem aliter scripserit. Et postea quando seruitor retulerit, teneatur notarius scribere diem relationis, & locum vbi Inquisitus, seu accusatus repertus fuerit sub dicta pœna. Et quòd bannum totum, & tenorem ipsius dictus Notarius, teneatur extendere in actis dicti Officij Maleficiorum, & aliter non valeat. ¶ Si verò infra octo dies bannitus comparuerit, teneatur mandato Iudicis Notarius dictum bannum cancellare hoc modo. Cancellatum est infrascriptum bannum per me A. Notarium, quia dictus talis bannitus comparuit in dicto termino octo dierum, ideò cancellatum est. Addentes quoque, quòd in datione cuiuslibet banni debeat Iudex sedere, & interesse prout supra. ¶ Et si aliter in omnibus prædictis factum fuerit, seu processum, non valeat, nec teneat processus, & Notarius, & Iudex, puniantur vt supra.

Summarium ad statutum 4. in criminalibus.

1 *Hoc statutum non seruatur, cum quærela sit loco accusationis.*

2 *Quærela, hodiè non requirit subscriptionem, ad pœnam talionis.*

3 *Accusator, an in expensis possit condemnari.*

4 *Bannitus si sit offensus, debet tamen constare eum esse bannitum.*

5 *Exceptiones notoriæ in Criminalibus admittuntur.*

6 *Procurator in Criminalibus, quando admittatur.*

7 *Absentia Rei potest etiam ab amico allegari.*

1 HOC † statutum non est in obseruantia, cum hodiè etiam in vsu non sit accusatio, sed in eius locum successerit quærela partis offensæ, vt per Clar. in §. fin. praxis crim. quæst. 10. nume. 1. cum seq. Farin. in sua prax. tit. de accusat. quæst. 12. nu. 4. Ideò omissa materia accusationis, de qua latè habetur apud Farinac. dict. quæst. 12. per tot. & quid continere habeat tradit Clar. quæst. 12. nu. 4. vsque ad finem.

2 † Dicas quod hodiè ex mente eiusdem Farinaci. d. quæst. 12. num. 6. quærela non requirit inscriptionem ad pœnam talionis, sed sufficit si contineat nomen quærelantis, & quærelati, Iudicis, locum cõmissi criminis, annum, mensem, ac diem datæ quærelæ, alias corruit quærelæ nomen, & latè Farinac. d. loco quærelæ materiam enucleans.

3 In verbo, de restituendis expensis,] † hodiè tamen accusator, seu quærelans non condemnatur in expensis, ne condemnationis metu ab accusando arceantur, & per consequens delicta remaneãt impunita; quod verum intelligo nisi accusator quærelansvè esset falsus, vel in manifesta calumnia, vt per Clar. quæst. 62. num. 4. vbi Baiard. in addit. & latissimè per Farinac. q. 16. per tot.

4 In verbo, qui offensus sit bannitus,] † hoc ideò statutum, vt cognoscatur an is ritè & rectè fuerit bannitus, iuxta formam statut. 69 infra in his Criminalibus, & ideò non videtur procedere, vbi clarè, & euidenter constaret bannitum rectè occisum, vt per Menoch. de arbitr. Iud. quæst. 80. num. 138. licet dubitet.

5 In verbo, cogatur respondere] † limita non procedere hoc statutum quando exceptiones essent notoriè non admittendæ, vt per Menoch. in puncto d. q. 80 num. 28. & seq.

6 In verbo, per procuratorem,] † quando procurator in Criminalibus admittatur, regula est in delictis capitalibus, corporalibus, vel quibus agitur de relegatione non admitti procuratorem, vt plenissimè regulam cum ampliationibus, & declarationibus enucleat & examinat Farinac. quæst. 99. Clar. in §. fin. quæst. 32. vbi Baiard. in additio. Anton. Gabr. in suis communibus tit. de malefic. conclus. 7. Menoch. de arbitr. Iudic. libr. j. q. 80. & lib. 2. cas. 262.

7 † Absentia tamen inquisiti etiam in causis capitalibus per procuratorem potest aliumvè amicum allegari, cogiturq; Iudex terminum competentem ad certiorandum assignare, Bart. in l. pen. §. ad crimen, num. 18. ff. de public. iudic. Menoch. consil. 715. num. 7. & d. quæst. 80. num. 48. latè Farinac. d. quæst. 99. num. 275. cum seqq. & nu. 293. alius est casus singularis in quo quis per procuratorem admittitur, quando scilicet, vocatus abest pro alio crimine ex causa banni. Menoch. d. q. 80. num. 54.

Quo

Quo casu omissio solemnitatis statutorum Communis Papiæ non vitiat processum factum. Rubr. 5.

Item statuimus, & ordinamus, quòd aliquis processus, qui de cætero fieret contra publicos, & famosos robatores stratarum, homicidas, proditores præfati Magnifici Domini, Proditores Ciuitatis, & locorum districtus Papiæ, & Sodomitas non possit vitiari prætextu alicuius solemnitatis statutorum, vel reformationum Communis Papiæ omissæ. ¶ Et intelligantur quantum ad hoc publici, & famosi, si alias de simili maleficio essent banniti, vel condemnati.

Summarium ad Statutum 5. in Criminalibus.

1 *Latrones, proditores, grassatores viarum, & homicidæ, puniuntur etiam iuris ordine nō seruato.*
2 *Proditionis crimen attrocissimum, & in illo proceditur per plura spetialia.*
3 *Sodomia crimen attrocissimum, & qualiter procedatur, ac puniatur remissiuè.*

1 Hoc † Statutum meritò in odium latronum, proditorum, grassatorum viarum, & homicidarum conditum fuit, contra quos potest Iudex procedere iuris ordine non seruato, eosque statim condemnare, vt post Parid. de Puth. tradit Decian. in suo tract. Crimin. lib. 9. cap. 29. num. 32. vbi multa specialia, contra hos traduntur, & apud Farinac. etiā plenè in praxi q. 39.

2 In verbo, proditores] proditionis crimen attrocissimum, & grauissimum teste Decian. d. tract. lib. 7. cap. 30. num. 1. & seq. meritò plura singularia in eorum odium leges statuerunt, de quibus per eundem Decian. d. lib. 7. cap. 29. cum duobus seqq. vbi ad saturitatem.

3 In verbo, sodomitas,] quam † sit hoc crimē nefandum, detestabile, & atrox, tam apud Deum quam homines hoc atrocissimum crimen, nemo est qui nesciat, contra quod leges insurgunt, ferro armantur, & grauissimè puniendo statuunt, l. cum vir, C. ad l. Iul. de adult. & de eo agit latissimè Clar. in §. sodomia, vbi Baiard. in addit. plenius Farinac. in tract. de delict. carn. q. 148.

Quod accusati vltra numerum quinque de aliqua Terra Papiæ, homines loci possint se per Sindicum Communis loci defendere, & in quo casu. Rubr. 6.

Item statuimus, quòd si aliquis fecerit aliquo modo accusationem, vel denunciationem aliquibus hominibus alicuius loci Terræ Papiæ, in qua sint inculpati vltra numerum quinque personarum, Sindicus dicti loci possit dictos accusatos defendere sine eo, quòd ipsi accusati teneātur personaliter venire, nisi procederetur de eo, vnde pœna sanguinis posset ingeri.

Summarium ad Statutum 6. in Criminalib.

1 *Vniuersitas delinquens per Syndicum auditur.*
2 *Vniuersitas paucorum hominum, an per procuratorem, vel Syndicum possit audiri.*
3 *Vniuersitas delinquens qualiter punienda, & qualiter possit delinquere.*
4 *Syndicus, quis dicatur, & qualiter differant Syndicus, actor, & æconomus.*

1 Cum † de Iure cōmuni Vniuersitas accusata, siue accusans, possit audiri per suum Syndicum, l. cum collatores, C. de re milit. l. fin. versic. conuentos autem, C. de castren. & ministr. lib. xj. cum latè traditis per Farinac. in praxi crim. tom. 3. quæst. 99. num. 148.
2 † dubitatur solum, an si Vniuersitas sit paucorum hominum, puta quatuor, aut quinque personarū, possit per procuratorem agere, vel deffendere, negat Angel. in l. pen. §. ad crimen in 8. limit. ff de publ. iudic. ad tollendum tamen dubium factum est hoc statutum, quod vltra numerum quinque
3 possint defendi per Syndicum, † qualiter autem punienda veniat vniuersitas delinquens, tradit Blanc. in praxi crimin. versic. verum quia num. 85. & seqq. & qualiter possit delinquere plenissimè discutit Nicol. Losæus in tract. de iur. vniuersit. part. 4. cap. 1. per totum.

4 In verbo, Syndicus,] † Syndicus ex eo dicitur, quasi singulorū causas agens, & differunt Syndicus, actor, œconomus, nam Syndicus fit pro qualibet vniuersitate, actor in vna causa tantum, œconomus ab Episcopo constituitur rebus Ecclesiasticis, de quibus per glo. in l. prima, §. quibus autem, vbi Bart. ff. quod cuiusq; vniu. nom.

Quod

Quod Iusdicens inculpato teneatur dare fidantiam de alijs delictis, de quibus non proceditur contra eum, & quando non. Rubr. 7.

Item statuimus, quòd si contigerit per Dominum Potestatem Papiæ, vel eius Iudices procedi contra aliquem per inquisitionem, vel accusam, vel denunciam, de aliquo crimine contra eum factam, & per inculpatum, vel eius procuratorem petatur fidantia antequam compareat de alijs delictis antè dictum delictum pro quo contra eum proceditur perpetratis, dictus Iusdicens teneatur, & debeat dicto inculpato fidantiam dare prædictam, dum tamen dictus Iusdicens procedat contra inculpatum de crimine, quod imponit pœnam relegatione maiorem, & datam seruare teneatur. Saluo quòd non obstante fidantia pro dicto crimine pro quo contra eum proceditur, in carcere detinebitur, donec super ipso de quo proceditur fuerit diffinitum, Si autem proceditur de crimine cuius pœna est relegationis, vel infra, vel ciuiliter conuenitur, tunc dictam fidantiam dare non teneatur, sed si dederit eam seruare teneatur, nec fidantia durante, qui eum præsentaret aliquod præmium statui mereatur. Et eum affidatum vt supra offendens pœnam incurrat, bannis, vel condemnationibus obstantibus, & non obstantibus aliquibus statutis generalibus, vel specialibus in contrarium facientibus.

Summarium ad statutum 7. in Criminalib.

1 *Statutum prohibens dari saluum conductum, an comprahendat casus à iure communi permissos.*
2 *Saluus conductus, quos comprahendat, & à quibus concedatur.*
3 *Relegare quid sit.*
4 *Saluus conductus vbi non deberet concedi, concessus tamen seruandus est.*

1 HOC Statutum † loquens de fidantia nõ excludit casus à iure communi permissos dandi fidantiam, seu saluum conductum, vt in puncto statuti nostri tradit Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 337. num. 3. & ibi num. 2. docet, quibus ex causis fidantia, seu saluus conductus, soleat dari bannitis, † & latè de
2 materia salui conductus agit Menoch. dict. tract. centur. 2. cas. 336. per totum, & centur. 1. q. 81. & potest non solum à Principe, sed à Iudice ex causa concedi Menoch. d. casu 337. num. 11. in hoc tamen dominio, à solo Principe, vel Senatu conceditur, Clar. in §. fin. quæstio. 32. num. 13. quo loci meminit fuisse per Senatum repræhensũ Prætorem Cremonæ, vt in posterum abstineret à concessione salui conductus, cætera in hac materia. vide apud Clar. & Menoch. supra citatos, sed melius, ac plenius Farinac. in praxi tom. 1. tit. de carcer. & carcer. quæst. 29. per tot. Deci. consil. 51. Cuch. in tractat. de mor. præscript. num. 48. & seqq. plurib.
3 In verbo, relegatione,] † relegare est ad tempus in exilium mittere. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 330. vbi docet, quid differat, relegatio à deportatione, hodie tamen non est in vsu, & in eius locum successit pœna arbitraria, vt ibi per Menochi.
4 In verbo, seruare teneatur.] † nota quod licet saluus conductus concedendus non esset, concessus tamen est obseruandus, Menochi. dict. cas. 337. num. 6.

Quo casu remissio tollat processum, & quo non. Rubr. 8.

Item statuimus, & ordinamus, quòd si contra aliquem fieret processus maleficij, & offensus antè diem sententiæ, vel condemnationis fiendæ remiserit maleficium sibi per aliquem factum, & processum, & iniuriam, possit hoc impunè facere, nec vlterius procedatur per officium, vel alio modo, nisi forte esset de illis criminibus in quibus pœna sanguinis ingeri potest, propter quod maleficium contra eum procedatur, & procedi possit, & nisi in percussione, vel vulneratione cum armis, & cum sanguine, & nisi alio statuto aliter caueatur, quibus casibus, & quolibet ipsorum procedatur, & procedi possit non obstante dicta remissione.

Summarium ad Statutum 8. in Criminalibus.

1 *PAX, & remissio de iure communi non tollit processum.*
2 *Pax, & remissio, à quibus obtinenda.*
3 *Hæredes bonorum, an sanguinis, teneantur facere pacem.*
4 *Pax super omnibus delictis fieri potest.*
5 *Offenso viuo pax ab hæredibus non requiritur.*
6 *Pax vt prosit, quomodo facienda, & cui.*

1 HOC Statutum est valdè vtile, nam cum de iure communi & ex generali consuetudine pax, seu remissio partis offensæ nihil operetur ad impediendum processum fieri, seu ad iam factum tollendum, ex quo de generali consuetudine, Iudex etiam parte non accusante, possit ex officio procedere, vt testatur Clar. in praxi, §. fin. quæst. 58. num. primo, cum seq. ideo factum est hoc statutum corrigens ius commune, per quod remissio tollit processum in casibus, in quibus non ingeritur pœna sanguinis, & conuenit cum Nou. Mediolani Constitutioni-
2 bus, tit de accusat. §. in casibus; † A quibus autē sit facienda pax, seu remissio pro nece defuncti, dic requiri à proximioribus defuncti consanguineis, exclusis remotioribus, Clar. dicta quæst. 58. num. 10. latè Farinac. in praxi, tomo primo, q. 14.
3 nu. 1. cū pluribus seqq. † quod procedit etiā, si dicti proximiores non essent hæredes bonorum, cum attendatur proximitas sanguinis, Clar. d. quest. 58. num. 31. licet ipse, in ea sit opinione, quod existentibus hæredibus sanguinis, nec non, & bonorum satius sit ab vtrisq; pacem habere, veritas tamen est sat esse habere ab hæredibus sanguinis, Farinac. dicta quæst. 14. num. 19. vsq; ad num. 25. & in hoc Ducatu seruatur illam ab vtrisq; habere
4 teste Clar. ibidem num. 31. † super omnibus autē criminibus hodie ex generali consuetudine potest
5 fieri pax, Clar. d. quæst. 58. num. 14. † Viuo tamen offenso, pax ab heredibus habita, nil prodest, Clar. dicto loco num. 15. similiter si offensus, pro vulnere faciat pacem, vel remissionem, & deinde moriatur, pax illa non prodest, nisi etiam habeatur ab hæredibus sanguinis, vt de generali consuetudine testatur, idem Clar. ibidem nu. 58. vers. quæro pone, sequitur Farinac. d. quæst. 14. num. 28. vbi tribus modis declarat: primo, vbi pax simpliciter pro vulnere facta fuisset, secus si etiam pro morte, nam tunc de iure non requireretur alia pax ab hæredibus sanguinis, quod tamen in hoc dominio
6 non seruatur, Farinac. d. quæst. 14. num. 31. † Vt autem prosit pax ipsa, debet fieri alicui tertio, vel Notario stipulanti, & acceptanti nomine omnium quorum interest, & ita seruatur, alias si facta esset delinquenti, tale pacis instrumentum probaret delictum contra ipsum, vt per Clar. d. §. fin. q. 21. num. 26. vers. pax, vbi Baiard. nu. 148. tres alias cautelas tradit, sequitur Menoch. repet. l. si quando num. 89. C. vnde vi, plura in materia remissionis, & pacis videre licet apud Clar. Baiard. & Farinac. in locis suprà citatis, vbi quid de minore &c.

Quo casu inculpatus de maleficio incarceretur, & quo non. Rubr. 9.

ITem statuimus, quod accusatum, vel inquisitum, vel aliter ex officio detentum, seu pro maleficio, seu pro maleficijs in quibus non ingeritur pœna sanguinis, Dominus Potestas, & eius Curia teneatur, dumtamen non sit apparenter bannitus, vel condemnatus Communi relaxare satisdatione competenti recepta, de soluendo omne, & totum id, in quo fuerit condemnandus, & prius dicto detenti recepto super eo, super quo contra eum proceditur. Si autem ingeratur pœna sanguinis, tunc inculpatus non relaxetur ante pœnam sibi datam cum effectu, sed in carcerem publicum ponatur, & detineatur, donec fuerit, vel absolutus, vel condemnatus, & condemnationis de eo factæ exequutionem corporalem substinuerit. Saluo, quòd testes possint detineri, donec testimonium perhibuerint super titulo formato, bannitos autem, & condemnatos, & quemlibet ipsorum, potest in carcerem detinere, donec soluerint, quod debent, vel pœnam substinuerint corporalem non obstante, quòd fideiussores vellent præstare.

Summarium ad statutum 9. in Criminalibus.

1 *CArceratus pro delicto, in quo sanguinis pœna non ingeritur, fideiussione præstita debet relaxari.*
2 *Fallit, si carceratus aufugisset.*
3 *Pœna relegationis, & exilij, dicitur pœna sanguinis, & infamia.*
4 *Carceratus, quando dato fideiussore relaxandus.*
5 *Carceratus pro maleficio, in quo pena est arbitraria, si relaxetur fideiussori, Iudex censetur eligere pœnam pecuniariam.*

1 HOC statutum est iuri communi conforme, quo carceratus pro delicto, in quo ingeritur sanguinis pœna, non est fideiussori relaxandus, Menoch. de arb. iudic. cas. 303. num. 3. Clar. §. fin. quæstione 46. numer. 7. Farinac. in praxi, tom. primo, quæst.
2 33. nume. primo, † Fallit tamen, vbi carceratus semel aufugisset, Farinac. dicto loco, num. 34.

Menoch.

3 Menoch. dicto casu 303. num. 21. † si autem pœna ictus fustium imponenda veniret dicitur agi de pena sanguinis, idem si ageretur de pœna exilij, vel infamiæ, Farinac. dicta quæstione 33. nu. 56. & 57. post Menoch. dicto casu 303. nu. 24. † quādo
4 autem carceratus veniat fideiussori relaxandus, tradit Clar. quæst. 46. num. 6. cum sequentibus, vbi Baiard. in addit. nu. 19. & seq. Monoch. dicto cas. 303. Farin. dicta quæst. 33. vbi latissimè ver-
5 satur. † Quid autem si pena Iudici sit arbitraria, & Iudex detentum relaxet fideiussori, dic quod tunc censetur eligere pœnam pecuniariam, Menoch. dicto cas. 303 num. 4.

Quod Iusdicens possit compellere testes ad testificandum de maleficijs, qualiter, & qua pœna. Rubr. 10.

ITem statuimus, quod Iusdicens possit, & valeat ex officio summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & absq; aliqua solemnitate, & processu, si ipsi Iudici videbitur constringere omnes, & singulos testes ad testificandum super Inquisitionibus, denuntiationibus, & accusationibus, & super ipsis, & quæ in ipsis continebuntur. Et eos non testificantes, punire, & condemnare contumaces ad ipsius Iudicis voluntatem, inspecta qualitate personæ inculpatæ, & qualitate delicti, de quo contra inculpatum proceditur.

Summarium ad Statutum 10. in Criminalib.

1 *TEstes de iure cogi possunt ad testificandum, nisi sint priuilegiati.*
2 *Testes vnius territorij, an ad aliud possint vocari, ad ferendum testimonium.*
3 *Iudex vnius territorij, litteras dimissorias dat Iudici alterius Territorij, vt testes examin.*
4 *Iudex in hoc Dominio, non dat litteras dimissorias nisi ex ordine Senatus.*

1 HOC statutum est conforme iuri communi, quo testes cogi possunt, tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus ad testificandum, Pract. Pap. in form. libel. iuram. testium, in verbo citati, nu. primo, Clar. in §. fin. quæst. 24. num. 15. Angel. de Perus. in tract. de testib. nu. 23 vbi ponit practicam compellendi, latè Farinac. in tract. de testibus, quæst. 78. per totum, vbi num. 57. firmat regulam affirmatiuam, exceptuans priuilegiatos, enumerans ibidem personas priuilegiatas, quę cogi nequeunt vsque ad num. 115. ideo non insisto.
2 † Nunquid autem testes possint euocari de vno Territorio ad alterum, causa ferendi testimonij, Ang. dicto tract. de testib. nu. 21. tenet quod sic,
3 potest autem Iudex litteras dimissorias Iudici alterius Territorij committere ad testes examinandos, vt de consuetudine testatur, Clar. in d. §. fin. quæst. 20. nu. 3. sequitur Menoch. de arb. iud. cas.
4 250. † in hoc tamen dominio teste, Clar. & Menoch. Iudex inferior non concedit has remissorias nisi iussu Senatus, qui non nisi ex magna causa dictas litteras concedit, latissimè omnium hanc materiam diligenti studio examinat, Farinac. de testibus quæst. 77. per totam.

De quibus causis habeat locum tortura, & de quibus non. Rub. 11.

ITem statuimus, quod nemo de Ciuitate Papiæ, vel districtu, seu Territorio subijciatur quæstionibus, vel torturis, nisi sit famosa persona, vel nisi calumnietur legitimis indicijs præcedentibus de furto, vel de moneta falsa, vel mancha, vel tonsa, vel de proditione Ciuitatis, vel alterius Vniuersitatis, vel singularis personæ, vel de percussione cum armis, & cum sanguine, vel de sodomia, vel homicidio, vel de assassinamento, vel de veneficio, vel de incendio, vel de robaria, vel de carta falsa, vel alijs scripturis falsis, vel de testimonio falso, vel de raptu, uel de stupro honestæ mulieris, uel de receptatione scienter facta tàm causa furti, quàm furum, uel latronum, uel rerum derobatarum, uel bannitorum de maleficio, ex quo ingeratur pœna sanguinis, uel rebellium, uel guerriariorū, uel auxilio, consilio, uel fauore ipsis rebellibus, & guererijs, uel inimicis scienter dato, uel nisi deprehensus fuerit in furto, uel in furtis, uel cum gariboldellis, uel alijs præparatorijs instrumentis ad furtū faciendū, uel de priuato carcere, uel de crimine læsæ Maiestatis, uel de incisione bursæ, uel de incisione maleæ, uel de insultu facto pro capiēdo personā, uel rē, uel de pace rupta alicui terræ, uel psonæ quā Cōe Papiæ, cū ea habeat, uel de ppara tione delicti facta cōtra Ciuit. Papiæ, uel statū psentē, uel de parlamēto fact. cū rebellib. &

guererijs Communis Papiæ, scienter de guereriatione facta contra Commune Papiæ, de Castro, vel Fortilicia. In quibus casibus, & modis, & alijs grauibus atrocioribus, prout in religione iudicantis videbitur, possit subijci tormentis indicijs legitimis præcedentibus, & non aliter, & apparentibus in scriptis, considerata persona, & qualitate personæ, rei, & factorum. Et aliter quam supra dictum est non subijciatur sub pæna Potestati contrafacienti librarum quinquecentum, applicandarum Cameræ Magnifici Domini pro medietate, & pro alia medietate Communi Papiæ, & Iudici, vel alij Officiali librarum centum Papien. applicandarum vt supra. Quilibet autem, qui non sit de Papiensi districtu, vel Territorio, possit subijci in prædictis casibus, & quolibet ipsorum, vt supra dictũ est, & etiam in quolibet alio casu maleficij indicijs tamen legitimis præcedentibus, vt supra, & non aliter. Testes autem non subijciantur tormentis, nisi dixerint se facto interfuisse, vel vacillent, vel dixerint falsa, & varia. Quæ omnia, & singula vendicent sibi locum, non obstante aliqua lege in contrarium faciente.

Summarium ad statutum 11. in Criminalibus.

1 *HOC statutum non est vsu receptum, cum pro omnibus delictis, in quibus imponitur pena sanguinis, torqueri omnes possint.*
2 *Tortura non est indistinctè, etiam in casibus permissis inferenda, sed solum vbi veritas aliter nõ potest haberi.*
3 *Fatuus est Iudex, qui reum conuictum torquet, & tenetur in syndicatu.*
4 *Tortura, etiam in casibus permissis non infertur, si persona sit priuilegiata, & qui sint priuilegiati.*
5 *Iudex torturam inferens persona priuilegiata, punitur arbitrio Superioris.*
6 *Torquendi modus à iure non est diffinitus.*
7 *Tortura non infertur, nisi præcedant legitima inditia, etiam si Iudex haberet liberum arbitrium.*
8 *Tortura sine legitimis inditijs lata, causat iustum metum.*
9 *Tortus indebitè, etiam si interuallo ratificet confessionem in tormentis factam sibi non præiudicat, & Iudex punitur.*
10 *Testes, ex quibus causis torqueri possint, remissiuè.*
11 *Clericus testis vacillans torqueri potest à suo Superiore.*
12 *Testis vilis conditionis in criminalibus, an probet absq; tortura.*
13 *Testes in casibus, in quibus possunt torqueri, an si petunt copiam indiciorum danda sit.*

1 HOC Statutũ, quò ad torturam non est in vsu in hac Ciuitate, cum tàm Papienses, quàm exteri in delictis sanguinis penã præ se ferentibus torqueantur, Clar. in §. fin. q. 64. nu. 4. versic. præterea, vbi Baiard. in addit. nu. 6. cum seqq. licet dissentiat à Claro in eo dum Clar. vult torturam non inferri in delictis, vbi agitur de pæna pecuniaria, ac leuibus, ipse verò tenet, etiam in leuibus, & vbi agitur de pæna pecuniaria inferri, Clari tamen opinio, verior est, & receptior, vt per Farinac. in praxi. q. 42. nu. 9. & seqq. plurib. ac præcipuè num. 25. quod licèt verum sit, non tamen indistinctè intelligendum,
2 sed † solum in delictis, vbi veritas aliter haberi nõ potest, est enim tortura remedium subsidiarium, quæ in defectum probationum adhibetur, Clar. d. quæst. 64. num. 5. vers. debet autem, Farinac.
3 quæst. 40. nu. 3. volens nu. 4. † fatuum esse Iudicẽ, qui reum conuictum torqueret, & teneri in syndicatu, nam si tortus perseueraret in negatiua, tunc dicerentur indicia purgata, & sic absoluendus esset, vt per eundem Farinac. q. 40. nu. 6. cum seq. asserens, nu. 8. hanc veriorem, & seruandam, quicquid alij contrarium tenuerint; † est præterea ad-
4 uertendum, an reus ex ijs personis sit quę torqueri possunt, licèt regulariter omnes torqueri valeant nisi reperiantur prohibiti, qui autem sint torqueri prohibiti enumerantur per Clar. d. quæst. 64. num. 15. cu seqq. vbi Baiard. in addit. nu. 61. cum seqq. plurib. & latissimè per Farinac. q. 41. per totum. †
5 alias si Iudex personam torqueri prohibitam torturæ subijceret, puniretur arbitrariè, vt per eundẽ Farinac. dicta quæst. 41. numer. 96. cum duobus seqq.
6 † Modus autem torquendi, non est à iure diffinitus, sed Iudicis arbitrio relinquitur considerata qualitate personæ, & facti, Menoch. de arb. iud. cas. 271.
7 In verbo, inditijs legitimis sufficientibus] conuenit cum iure communi, † quo etiam in grauissimis delictis, nemo torquetur, nisi præcedentibus legitimis inditijs, etiam si Iudex haberet liberum procedẽdi arbitrium, vt plenè per Farinac. quæst. 37. num. 71. cum seqq. pluribus, & nu. 79.
8 & 88. illata autem tortura absquè indicijs causat iustum metum torto de non comparendo, Bald. in l. 2. in fin. C. de his qui per met. iudic. non appell.
9 Alex. cons. 144. nu. 3. lib. 2. † Item si confiteatur delictum, etiam ex interuallo extra locum tormẽtorum ratificando non præiudicat, Alex. d. cons. 144. nu. 5. lib. 2. Clar. in §. fin. quæst. 55. num. 13. vbi Baiard. num. 3. Mascard. de probat. conclus. 353. plenissimè Farinac. dicta quæst. 37. nu. 110. cum sequentibus pluribus, punitur etiam Iudex reum tormentis subijcens absquè legitimis indicijs, Farinac. dicta quæst. 37. nume. 111. & sequentibus.
10 In verbo, testes autem non subijciantur tormentis] † quibus autem ex causis testes torqueri possint, tradit Bossius de tortur. test. Clarus in §. finali, quæstione 25. Tranquillus Ambrosinus in

in tract. de mod. forman. process. lib. primo, cap. 4. vbi ponit nonnullos casus, in quibus si testes nō torquentur non probant, latissimè Farinac. de te-
21 stibus quæst. 79. per totum, † clericus pariter vacillans a suo Iudice, potest torqueri, Clar. in prax.
22 quæst. 25. nu. 4. † testis autem si sit persona vilis, an probet absq; tortura, relinquitur Iudicis arbitrio, Clar. dicta quæst. 25. num. 7. vbi Baiard. nu.
23 22. † An autem testis, qui torqueri potest, si petat copiam indiciorum, antequam torturæ subijciatur, sit illi danda, communis opinio est, quod non, Boss. de tortur. test. num. 38. & seq. Clar. d. quæst. 25. num. 9. Farinac. de testib. quæst. 79. num. 47. quod verum est, si torqueatur ex causa ex processu resultante, secus si ex alia diuersa causa à processu, vt quia dicatur esse seruum, vel infamem, tunc dandus est terminus ad deducendum, quid contrarium prætendit, ad torturam euitandam, idem Boss. de manda. ad homicid. nu. 20. Contrarium tamen seruari in practica testatur, Clar. dicta questione 25. num. 9. in fin. Ambrosin. de mod. forman. process. cap. 40. nu. 4.

Quod in dilationibus non computetur dies termini, nec prorogatio termini, arctet primum terminum. Rubr. 12.

ITem, ad omne dubium remouendum, statuimus, quod in qualibet dilatione, siue fuerit data per Iusdicentem, siue aliter, dies termini in dilatione minimè computetur. Et si contigerit terminum prorogari terminus assignatus in prorogatione, tunc demum incipiat currere, finito primo termino, nisi aliquo statuto in aliquo prædictorum casuum contrarium, seu aliter caueatur.

Summarium ad Statutum 12. in Criminalibus.

1 *DIes termini non computatur in termino, declaratur remissiuè.*
2 *Prorogatio termini, dicitur durante primo termino.*

1 HOC † Statutū disponens diem termini computari in termino, est conforme iuri communi, in quo hoc ponitur pro regula, quæ multis modis declaratur per Duen. reg. 196. Tiraq. de retract. lignag. §. primo, glos. 21. num. 11. & 42. quos refert, Baiard. ad Clar. q. 48. nu. 2.
2 In verbo, finitò primo termino &c.] † nota quod prorogatio dicitur finito primo termino laté Gabriel in suis cōmunibus, tit. de dilat. concl. 2. & 3.

De pæna accusantis falsò, seu denuntiantis, vel non falsò, non prosequentis, vel non probantis. Rubr. 13.

ITem statuimus, quod quælibet persona, & Communitas, quæ deinceps denuntiauerit, vel accusauerit aliquam personam, Vniuersitatem, vel Communitatem coram Domino Potestate Papiæ, vel eius Iudice maleficiorum, teneatur, & debeat eam prosequi, & probare infra terminum quindecim dierum post accusationem, vel denuntiationem à die responsionis rei in antea numerandorum currentem, vel infra terminum per Iudicem statutum, si statutus fuerit, & si secus fecerit, siue fuerit singularis persona, siue Communitas, quæ denuntiauerit, vel accusauerit, si denuntiatus, vel accusatus, erat denuntiatus, vel accusatus de crimine, de quo pœna mortis ingerebatur, puniatur, qui, vel quæ non fuerit prosequutus, vel prosequuta, vel non probauerit, in libris quinquecentum Papien. pro quolibet accusato, vel denuntiato: Si autem de alio crimine, ex quo alia pæna sanguinis ingeratur, videlicet de amputatione membri, vel officij membri, puniatur Cōmuni Papiæ in libris trecentum Papien. Si verò aliter pæna sanguinis ingeratur, vel aliter corporaliter veniat puniendus, condemnetur in libris ducentis Papien. quas pænas teneatur soluere infra tres menses proximè tunc sequentes, quod si non soluerit, publicè fustigetur per Ciuitatem Papiæ, & eidem perforentur aures cum ferro calido. Si verò ex eo, ex quo pæna pecuniaria ingeratur, puniatur in libris centum Papien. si pæna fuisset maior imponenda accusato libris quinquecentum Papien. si verò abindè infra in libris 25. Papien. Saluo quod pro qualibet Cōmunitate accusata, vel denuntiata, & nō prosequta, puniatur, qui accusauit, vel denuntiauit, vt supra Communi Papiæ, quarum pænarū medietas veniat applicanda Cōmuni Papiæ, & alia medietas damnū passo. Et in quolibet suprascriptorū, vltra prædictas quātitates, puniatur denūtiator, vel accusator, accusatrix, vel denūtiatrix, accusato, vel

denunciato, accusatæ, vel denunciatæ in expensis omnibus factis, occasione denuntiationis, vel accusationis per accusatum, vel denunciatum, quas expensas D. Potestas tempore condemnationis, vel absolutionis fiendæ, teneatur taxare vinculo sacramenti, de quibus stari debeat sacramento in accusa, vel denuntia inculpati, vel inculpatæ facta taxatione prius per Iudicem. Et dictæ expensæ peti possint, & exigi summariè sine strepitu, & figura iudicij omni iuris, & statutorum solemnitate omissa, quas exigere teneatur, & debeat D. Potestas, & quilibet eius Iudex, videlicet pignorando, robando, capiendo, detinendo, & incarcerando, & omnia, & singula alia iuris remedia exercendo. ¶ Hoc addito, quòd prædicta locum non habeant in accusis, & denuntijs, quæ fient per Consules, & Potestates, & Rectores omnium terrarum, vel per ipsa Communia, nec in illis, quæ fient per Consules, Antianos, vel Parochianos alicuius Parochiæ, seu viciniæ Parochiarum Ciuitatis, & Burgorum Papiæ. Et super addentes, quod si accusatio, vel denuntiatio appareret falso data, vel facta, eo quia non constaret de persona, vel personis accusantis, seu denuntiantis, habeant locum pænæ impositæ in statuto posito, sub Rubrica, De pæna falsum committentis &c. Et tunc ultra dictam pænam, puniatur in expensis, vt supra dictum in omnibus, & per omnia

Summarium ad statutum 13. in Criminalib.

1 *HOC statutum non seruatur, & cur.*
2 *Accusator, qui semiplenè probauit, non condemnatur versus accusatorem.*
3 *Statutum puniens accusatores non probantes, non comprehendit Consules, Antianos, & alios obligatos denunciare maleficia.*
4 *Calumniator, qualiter puniatur, vel excusetur, remissiuè.*
5 *Antiani, vel Consules non denuntiantes non puniuntur, si delictum per querelam partis sit probatum, idem si agatur de stupro violento noctis tempore commisso.*

1 HOC statutum non est in vsu, ratio est, quia accusatores redderentur timidiores ad accusandum, si huius statuti pæna punirentur, vnde delicta, vt plurimũ remanerent impunita, vt dixi supra ad statutum criminale 4. ad quod me remitto, † habetque
2 etiam hoc statutum locum, quando accusator, vel denuntiator semiplenè probauit accusationem, vel denutiationem, Menoch. de arb. iud. cas. 321. nu. 10. cũ seqq. loquens in terminis huius statuti.
3 In verbo, per Consules &c.] hoc etiam procedit de iure cõi, † quò Cõsules, Antiani, aliæuè personæ obligatę ex necessitate officij accusare, nõ puniũtur, licèt denuntiationem non probent, vt cauetur etiam Nou. Mediolani Constitutionibus, tit. de accusat. cap. 1. modo absit calumnia euidens, Menoch. dicto casu 321. nu. 23. vbi latissimè versatur.
4 † ponens calumniatorum pænas, & excusationes, & cas. 322. & plenissimè pariter de illis agit, Farinac q. 16. ad quos me refero, & per Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de accusatio. cap. si quis quempiam.
5 † An autem Antiani, & Consules, qui non denuntiauerunt puniendi sint, si per quærelam offensi delictum remanet probatum, Senatus rescripsit, quod non, sub die 26. Iunij 1589. Prætori Luini, nec non die prima Martij 1590. Prætori Casalis Pusterlengorum; Idem pariter excusantur, si agatur de stupro violento noctis tempore commisso, vt idem Senatus Prætori Eumenię rescripsit die 8. Nouembris 1589.

De pæna illius, qui in Deum, vel sacramentum blasphemando, vel alia verba turpia dicendo commiserit. Rubr. 14.

ITem statuimus, quòd nemo debeat destrauare, vel blasphemare, vel alia turpia verba dicere de Deo in Deum, Beatam Mariam Virginem, vel aliquem Sanctum, vel Sanctam. Et qui contrafecerit, soluat sine aliqua condemnatione fienda, vel processu fiendo libras 10. Papien. pro qualibet vice, & minus arbitrio Iusdicentis. Et si prædictam pænam soluere non poterit, vel non soluerit, quod ponatur ad cathenam publicè in Curia Communis Papiæ, cuius pænæ medietas sit accusantis, & alia Communis. Et in prædictis non habeat locum pax, nec remissio, nec confessionis beneficium, & credatur accusatori cum sacramento, & vno teste fide digno, & teneantur secreti.

Sum-

Summarium ad statutum 14. in Criminalibus.

1 *Blasphemātium pœna à Nou. Constitutionibus imposita.*
2 *Blasphemia quid sit.*

1 HOC statutum puniens blasphemantes Deum, vel Beatissimam Virginem Mariam, est correctum per Nou. Mediolani Cōstitutiones, tit. de pœn. §. seuerè puniendi, vbi pro prima vice in āureis decem; pro secunda in viginti, si in loco publico blasphemauerint; si verò in locis priuatis dimidia, quod si reiterauerint, pœna vltimi suplicij, vel triremium ar-
2 bitrio Principis, vel Senatus plectuntur; † Blasphemia autem dicitur omne conuitium, vel maledictum, prolatum in Deum, Virginem Sanctissimā, aut Sanctos, Clar. in praxi, §. blaphemia, num. 1. vbi Baiard. in addition. & per Menoch. de arb. iud. cas. 375. vbi omnes pænè casus blasphemiæ accumulat, Plot. plenius in tractat. de blasphem. pōsito post tractat. de in lit. iurand. Decian. in tract. crimin. part. 2. tit. de blasphem. lib. 6. cap. primo, & seq. Farinac. in praxi quæst. 20. per totam, plenissimè omnium vberrimum edidit in materia blasphemiæ tractatum apprimè Reuerend. D. Antonius Lazarus, qui omnia, quæ dici, aut excogitari possunt eruditè non minus, quàm vtiliter congessit.

De pæna patharini à fide Catholica deuiantis. Rubr. 15.

ITem statuimus, quòd patharini personaliter examimati à viris ecclesiasticis, si euidenter inuenti fuerint à fide Catholica deuiare viui in conspectu populi comburantur, & idem fiat de similibus sectis.

Summarium ad statutum 15. in Criminalibus.

1 *IVdex Ecclesiasticus cognoscit de crimine deuiantis à fide.*
2 *Hæreticorum à fide deuiantium pœna remissiuè.*

1 OPtima ratione conditum fuit hoc statutū contra deuiantes à fide Catholica, & Apostolica, vt viui comburantur, licèt enim solus Iudex Ecclesiasticus de hoc crimine cognoscat, cum sit merè Ecclesiasticum, non tamen eum igni condemnat, sed illum hæreticum declarat, & Iudici seculari puniendum remittit, vt per Clar. in praxi, §. hæresis, num. 6. †
2 Hodie tamen hæretici pæna mortis non puniuntur, si parati sint pęnitere, & ad fidem redire, sed pena perpetiui carceris plectuntur, nisi relapsi essent, quo casu puniuntur pena ignis, Clar. d. §. hæresis, nu. 7. vbi plenè agit de pæn. hæretic. & per Menoch. de arbitr. iudic. casū 372. latissimè Decian. in suo tract. crimin. part. primā lib. 5. cap. 17. vsq; ad cap. 60. vbi materiam hæresis plenè examinat, omitto Direct. Inquisitorū, Albertin. Roias. pluresq; alios hæresis, & hæreticorum materiam pertractantes, & cæteris plenius pertractauit, Farinac. tom. vlt. tit. de hæretic. in fragment.

De pæna dicentis iniuriam alicui priuato in iuditio, vel extra. Rubr. 16.

ITem statuimus, quòd nullus debeat dismentire aliquem in iudicio, vel extra, nec destrauare, nec verba iniuriosa dicere, & si quis contrafecerit puniatur in solidis centum Papien. si in iudicio, idest coram Potestate, vel aliquo de Iudicibus suis, vel de Consulibus Iustitiæ, vel aliquo æstimatorum, vel alio Iusdicente Communis Papiæ commiserit aliquod prædictorum. Si autem extra iudicium in solidis 40. Papien. & minus si Potestati videbitur. Et prædicta locum non habeant, si Pater filio dixerit, vel maritus vxori, vel magister discipulo, vel dominus seruienti, vel frater fratri, simul habitanti, vel patruus nepoti, vel socrus, vel socera genero aliquod prædictorum extra iuditium, nec in vilibus personis inter se extra iudicium. Si quis verò dixerit alicui proditor condemnetur in libris 10. Papien. cuius pœnæ medietas perueniat in offensum, & alia medietas in Commune Papiæ. Et si quæ statuta sint, quæ imponant maiorem pœnam, quod ipsa omnia sint cassa, & irrita, & pro cassis, & irritis habeantur, & teneantur quantum ad pœnæ impositionem.

Summarium ad Statutum 16. in Criminalib.

1 *INiuria atrox dicitur, quæ fit in conspectu Iudicis, aut Prætoris*
2 *Iudex potest punire arbitrio suo iniuriantem aliquem ad eius præsentiam.*
3 *Iniuria, alia leuis, alia grauis, alia atrox.*
4 *Iniuriarum pœnæ, hodie sunt Iudici arbitrariæ.*
5 *Iniuria pluribus modis committitur.*
6 *Iniuriato pro iniuria duplex actio datur, ciuilis, & criminalis.*
7 *Pro iniuria in hoc dominio non potest procedi, nisi ad partis instantiam.*

1 CVM atrox iniuria reputetur, quæ in Prætoris, Iudicis, alteriusuè magistratus conspectu fit, l. Prætor edixit, §. atrocē, versic. nam in Prætoris conspectu, ff. de iniur. §. atrox, Instit. eod. Farinac. in prax. q. 105. inspect. 4. nu. 192. Menoch. de arb. iud. cas. 262. nu. 23. non mirum, si statutum nostrum, post prohibitam sub pœna iniuriam, tàm extra iuditium, quàm in iuditio, maiorem imponit pœnam pro iniuria facta in iuditio, quàm extra, quæ tamen
2 pœnæ statutariç hodie non sunt in vsu. † de iure .n. communi, de iniuria facta præsente Magistratu, idem Magistratus potest cognoscere, & iniuriantem punire arbitrio suo, inspecta facti, & personarum qualitate, Menoch. dicto cas. 262. num. 23. Farinac. d. quæst. 105. inspect. 4. nu. 194. & memor sum vidisse à Perillust. Dño Prætore Papiæ, Senatore ab Ecclesia Cardinali postea ob eius virtutes, & merita creato, nobilem quendam tribus eculei ictibus publicè, affectum, eo quod collitigantem quemdam aduersarium suum, ipso Præ-
3 tore præsente mentitus fuerat. † Quæ autem leuis, quæ grauis, & quę atrox dicatur iniuria, plenè declarat, Farinac. d. q. 105. vbi etiā latè disserit de penis iniuriæ, Menoch. d. casu 262.
4 † Hodie tamen iniuriarum pœna est Iudici arbitraria, inspecta, vt dixi, facti, & personarū qualitate, §. in summa, vbi glo. in verbo, extraordinariè, Iust. de iniur. Alexand. consil. 37. nu. 7. lib. 2. Clar. in § iniuria, num. 8. vbi Baiard. in additio.
5 num. 47. † pluribus autem modis, committitur iniuria, verbo, vel facto exemplificando, vt per Clar. d. §. iniuria, nu. primo, & latius per Baiard. in addit. à nu. primo, vsq; ad num. 44. Farinac. d. quæst. 105. inspect. prima. Menoch. cons. 107. †
6 Iniuriato autē pro iniuria duplex competit actio, ciuilis nempè, & criminalis; ciuilis quando agitur ad estimationem iniuriæ ciuiliter, criminalis verò, quando agitur ad pœnam, Clar. in d. §. iniuria, nu. 5. & ibi Baiard. in addit. nu. 44. Farinac. allegata quæst. 104 inspect. 2. actio autem iniuriarum ciuilis facit cessare criminalem. Thesaur. decis. 18. nu. 5. vbi nu. 7. & seq. limitat hoc tribus modis, Farinac. d. q. 105 inspect. 2. nu. 28. multa possent hic transcribi in materia iniuriarum, verum quia præcitati, Clar. Baiard. Farinac plenissimè materiam ipsam pertractarunt, ad eos remitto lectorē, In hoc autem nostro dominio pro iniuria verbali non potest Iudex ex officio procedere, nisi ad partis quærelam, & instantiam, vt cauetur Nouis Mediolani Constitutionib. tit. de accusation. §. inoleuerat, plura etiam in materia iniuriarum videri possunt apud Bertazzol. cons. crimin. 390. lib. 2. Magon. Rott. Lucens. decis. 26. Marcobr. cons. 38. Bimius cons. 99. Bursat. cons. 390. vol. 4.

De pœna facientis insultum contra priuatam personam. Rub. 17.

ITem statuimus, quod nullus debeat insultum facere contra aliquam personam cum armis, vel sine armis, ad domum, vel alibi, publicam, vel priuatam, nec insultum facere pro robando, vel capiendo personam, vel rem, nec insultum cum ferita, vel percussione, & qui contrafecerit, si fecerit insultum contra Potestatem, puniatur in auere, & persona, vel in altero tantum in arbitrio ipsius Domini Potestatis, inspecta qualitate facti, & personarum. Et si contra alium eius officialem, puniatur in libris 200. Papien. & minus arbitrio suprascripto. Si verò fecerit insultum cum robaria, vel insultum pro capiendo, vel robando aliam personam, vel rem, puniatur vt in infrascripto statuto posito sub rubrica, De pœna robatorum &c. ¶ Si autem fecerit insultum cum ferita, vel percussione, puniatur, vt in infrascripto statuto posito sub rubr. De pœna illius, qui vulnerauerit, vel percusserit aliquem. ¶ Si autem fecerit insultum contra aliquem cum armis, & sine percussione, vel ferita ad alicuius domum in Ciuitate Papiæ, vel Burgis Ciuitati cohærentibus, puniatur in libris ducentis Papien. si fuerit de nocte, & si fuerit de die, in libris centum Papien. Si autem domus fuerit in Burgo, Villa, vel Castro Terræ Papiæ, si fuerit de nocte in libris centum Papien. & si de die, puniatur in libris quinquaginta Papien. & minus arbitrio Potestatis vt supra. Si autem sine armis fecerit insultum ad domum, puniatur in quantitate minori arbitrio Potestatis, inspecta qualitate personæ, & facti. ¶ Si autem fecerit insultum alibi, quam ad domum, contra aliquem, si cum armis fecerit, &

sine

sine percussione, vel ferita, si fuerit de nocte, puniatur in libris 25. Papien. Si de die, in libris decem Papien. si ille, qui fecerit insultum fuerit masculus, si autem fuerit fæmina, vel rusticus, puniatur in minori quantitate arbitrio Domini Potestatis. Si verò fecerit sine armis, puniatur in minori quantitate, quàm si cum armis fecisset. Saluo quod si ille, qui dictum insultum fecerit, esset Castellanus alicuius Castri, vel esset aliquis habens iurisdictionem in aliqua Villa, vel Potestas alicuius loci, quòd tunc puniatur in duplum eius, quod puniretur persona insultans, iurisdictionem non habens. Et saluo, quod si dictus insultus factus fuerit in Palatio populi communis, vel in domibus Potestatis Communis Papiæ, vel in atrio Sancti Syri, vel in domo Domini Episcopi, vel in Canonica maiori, vel in aliqua Ecclesia, vel in platea Sancti Sauini prope Palatium, vel ante domum Potestatis, vel alibi, vbi fierent bagurdi, vel bataliæ indicatæ, vel in exercitibus, vel in caualcatis, vel ad palium, quando curritur, puniatur duplum eius quantitatis, qua puniretur, si alibi fecisset. Et intelligatur, insultus motio personæ de loco ad locum contra personam, & domus habitationis accipitur, siue propria, siue conducta, siue gratis habita. ¶ Et in prædictis, omnibus, & singulis in hoc statuto comprehensis Potestas habeat arbitrium moderandi, & condemnandi in minori quantitate, considerata qualitate facti, & conditione personarum.

Summarium ad statutum 17. in Criminalibus.

1 *INsultum facere quis dicatur.*
2 *Insultus, dicitur quasi in altum saltus.*
3 *Insultare, & aggredi sinonima.*

1 NOt. dum statutum prohibet, sub pæna fieri insultum, quod tàm ex iuris communis dispositione, quàm ex eiusdem statuti verbis ad finem, insultum facere ille dicitur, qui promouet de loco ad locum iniuriandi, vel delinquendi animo, l. si is, qui aggressorem, Co. l. ad l. Corn. de Sicar. † 2 dicitur enim insultus, quasi in altum saltus, Bart. in l. prima, §. cum arietes, ff. si quadrup. paup. fecis. dic. Alex. cons. 109. num. 6. lib. primo, Dec. cons. 676. & † 3 sinonima sunt inter se insultare, & aggredi, vt per Bart. & Dec. mox citatos de iure autem communi faciens insultum cum armis, punitur lege Iulia de vi publica, quando solus, non autem conuocato hominũ cœtu insultum fecit. Clar. in praxi, §. fin. q. 83. num. 4. vers. item publica.

De pæna colligentis, & exigentis vectigal, pedagium, guadagium, vel gabellam. Rubr. 18.

ITem statuimus, quod nulla persona, Commune, vel Vniuersitas exigat, vel exigi faciat aliquod vectigal, vel pedagium transitum, & viaticum, Tholomeum, decimam, datium, vel gabellam, seu aliud simile, vel aliam exactionem quouis nomine censeantur in Ciuitate, & districtu, seu territorio Papiæ in terra, nec in aqua, Portum, habere, vel tenere aliquam nauim, vel teneri facere in Pado, vel in Ticino, vel in aliqua aqua Communis Papiæ, pro transuersando personas, vel res, nisi illud dispositum fuerit per Commune Papiæ. Et si quis contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, puniatur, & condemnetur in libris 10. Papien. pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerit, & vltra ad restitutionem quadrupli eius, quod exactum, vel receptum esset, occasionibus præmissis ei, à quo exactum, vel perceptum fuerit.

Summarium ad statutum 18. in Criminalib.

1 *VEctigalia imponere soli Principi concessum est.*
2 *Vectigalia non exiguntur, nisi Principis concessione, aut præscriptione.*
3 *Ciuitates an possint vectigalia imponere.*

1 CVM vectigalia imponere soli Principi sit concessum in signum supremæ potestatis, vt per Abb. in cap. super quibusdam, num. primo, de verb. signif. sequitur, vt 2 ius exigendi † vectigalia non permittitur, nisi cui à Prin-

à Principe, vel ab Imperatore fuit concessum, aut nisi sit præscriptum tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtat in contrarium dicto cap. ſuper quibusdam, §. præterea. Bart. in l. si publicanus, §. fin. ff. de publican. & vectigal. Alex. conſ. 125. nu. primo lib. 2. Hoc ſtante videtur hoc ſtatutum malè loqui, dum prohibet imponi vectigal. aut exigi, sub pena nisi illud fuerit diſpoſitum per Commune Papiæ, ex quo Ciuitas non habet ius imponendi vectigal. vt per Abb. ſupra citat. & eſt
3 tex. in l. 2. C. vectig. nou. inſtit. non poſſ. † Nisi dicamus, Ciuitates Italiæ per pacem conſtantiæ, ex qua receperunt merum, & mixtum imperium, de facto vſurpaſſe ius imponendi vectigalia, vt per Abb. ibi num. 8. vel poſſet dici, Ciuitatem Papiæ poſſe hoc habere, vel ex priuilegio, aut conſuetudine, & præſcriptione immemorabili, Bald. in cap. primo, num. 3. tit. quæ ſint regal. cætera autem ad materiam vectigalium abundè ſatis dicta ſunt ſupra de regim. Poteſtat. ad ſtatutum 29. ſub rub. quod de rebus factis, vel natis in territorio Papiæ, non ſoluatur pedagium.

De pæna illius, qui vulnerauerit, vel percuſſerit aliquem. Rubr. 19.

Item ſtatuimus, quòd nullus debeat aliquem vulnerare, ferire, vel percutere cum armis vetitis, vel ſine. Et ſi quis contrafecerit ſi percuſſerit, ferierit, vel vulnerauerit, & ſi cum armis vetitis, & ſanguis exiuerit, puniatur in libris centum Papien. per Dominum Poteſtatem. Et ſi ſanguis non exiuerit, puniatur in libris quinquaginta Papien. Si verò commiſſerit vt ſupra ſine armis vetitis, & ſanguis exierit, puniatur in libris 50. Papien. Et ſi ſanguis non exiuerit in libris 25. Papien. Si autem percuſſio, vulneratio, vel ferita fuerit ſine armis aliquibus, vetitis, vel non vetitis, vel aliquem ſcarpinauerit, vel in terram tirauerit, vel butauerit, ſiue proiecerit, puniatur in medietate eius, de quo puniretur ſi cum armis non vetitis feciſſet, vt ſupra habita diſtinctione, ſi ſanguis exiuerit, vel non, videlicet in libris 25. ſi ſanguis exiuerit, & in libris 12. & ſolidis 10. ſi ſanguis non exiuerit. Saluo, quod ſi aliquod prædictorum fecerit in Palatio nouo Communis Papiæ, vel in alio loco ſimili, quo ad duplicationem pœnæ poſitæ in fine ſuperioris proximi ſtatuti poſiti, ſub rubrica, de pœna facientis in, vel, &c. quod tunc, & eo caſu puniri debeat in duplum eius quantitatis, in qua puniretur, ſi alibi feciſſet. Si verò ex aliquo prædictorum delictorum, vel aliquibus oculum alicui euulſerit, vel oculum, vel naſum amputauerit, vel alicuius membrum, vel membri amputauerit, vel debilitauerit, condemnetur, & condemnari debeat per Dominum Poteſtatem in libris 200. Papien. Quas ſi infra quindecim dies à die condemnationis numerandos non ſoluerit Communi Papiæ, in pecunia numerata, ſimile membrum, membro euulſo amputato, vel debilitate eidem amputetur taliter, quòd à corpore ſeparetur. Si autem percuſſio facta fuerit alicui in facie, ex qua percuſſione cicatrix apparitura, vel remanſura erit, quod tunc puniatur Communi Papiæ in duplum eius quantitatis, qua puniri deberet, ſi non remaneret, vel non appareret vt ſupra. Et arma vetita intelligantur illa nominata in infraſcripto ſtatuto poſito ſub rubrica. De pœna portantium arma. Non vetita autem intelligantur omnia alia, ex quibus noceri poteſt, dummodo non fuerint ex hominibus percutientibus, ſeu vulnerantibus perſonam. Prædictis addentes, quòd vbi non membrum, ſed officium membri amputauerit, puniatur, & condemnetur in libris ducentum Papien.

Summarium ad ſtatutum 19. in criminalibus.

1 *Statutum, quod ſi ex vulnere ſanguis exierit, intelligitur ſi abundè exierit.*

2 *Vulnerans cum armis prohibitis, cum ſanguinis effuſione, an duplici pœna plectatur.*

3 *Vulnerans, & occidens, an duplici puniatur pœna.*

4 *Vulnerans vltra ſtatuti pœnam, tenetur ad damna, & intereſſe.*

5 *Solutio, ſi ex ſtatuto requiritur, non ſufficit fideiuſſio.*

6 *Pœna quæ eſt in arbitrio rei, termino elapſo non poteſt mutari.*

7 *Faciem deturpans qua plectatur pœna, & quis dicatur.*

1 Hoc † Statutum, dum vult vulnerantem aliquem cum armis vetitis, ſi ſanguis exiuerit, puniri in libris centum Papienſibus, habet locum, ſi ſanguis exiuerit abundè, vt in terminis ſtatuti declarat, Menoch. de arbitr. iud. caſ.

177. num. 9. per Nouas autem Mediolani Constitutiones, tit. de pæn. §. quicunq; eosdem, aliter est dispositum.

2 † Sed quæri potest, an vulnerans cum armis vetitis, ac insultum faciens, puniatur duplici pæna, scilicet delationis armorum vetitorũ, & vulneris, ac insultus; dic (de iure cõmuni loquendo) puniri solum vulneris pæna, quæ confundit pænam armorum, ità post Bart. in tract. de arm. §. denuntiamus, num. 9. in fin. ac alios, firmat Farinac. in praxi, quæst. 22. num. 20. vbi communem ait ex Clar. in §. fin. quæst. 84. vers. alius casus, qui testatur, ità seruatum fuisse per Senatum Mediolani Petr. Cabal. resolut. crimin. cas. 158. num. & seqq. idem Farinac. quæst. 108. num. 166. vbi num. 167. cum seq. limitat duobus modis: primò, quando detulit arma ad effectum vulnerandi; secundò, quando pæna vulneris est maior pæna delationis armorum alias secus, & ibi plenè.

3 An autem vulnerans aliquem, & eodem impetu occidens, teneatur solum homicidij pæna, adeo vt vulneris pæna confundatur cum homicidio; dic quod sic, Petr. Cabal. dicto cas. 158. num. primo, cum seq. vbi limitat.

4 † Scias autem, quod vulnerans aliquẽ, vltra pænam statuti, tenetur ad omnia damna, & expensas, Clar. in §. homicidium, num. 28. vbi Baiard. ad eum, num. 67. cum seq. Menoc. de arbitr. iud. cas. 132. Marant. de ord. iudic. part 4. in verbo, iuditij tela aggreditur, nu. 7.

5 In verbo, si non soluerit] † stante hoc statuto, non poterit reus dare fideiussorẽ, vt interim è carcerceribus relaxetur, Menoch. in puncto de arbr. iud. cas. 303. num. 33.

6 In verbo, simile membrum] nota, † quod termino lapso non est amplius in iudicis Potestate, nec arbitrio accipere pænam pecuniariam, nisi esset impubes ille, qui membrum amputauit, Menoch. de arbitr. iudic. cas. 329. nu. 10.

7 In verbo, ex qua percussione cicatrix] † ex Nou. Mediolani Constitut. tit. de pæn. §. eruens oculum, deturpans faciem, vel membrũ abscindẽs, vltra pænas statutarias punitur grauiori pœna corporali arbitrio iudicẽtis, prout meminit, Menoc. de arb. iud. cas. 265. num. 9. dicitur autem facies deturpata, quando ità post vulnus sanatũ remanet cicatrix, faciem deturpans, seu deformem reddens, sic Plot. in repertor. l. si quando, C. vnd. vi, in verbo, decretum, vbi declarat, quæ dicatur facies, nempè à fronte inclusiuè, & perlatera, & maxillas, vsq; ad aures exclusiuè, Felin. in cap. cum liceat, in principio, de præscript. & vide ad hoc Angel. de Malefic. in verbo, in facie, Bertaz. cons. crim. 356. vol. 2. Farinac. de delic. & pæn. quæst. 18. num. 97. cum seqq.

De pæna illius, qui priuatum carcerem in aliquem commiserit, vel aliquem cœperit, vel redimere fecerit aliquem. Rubr. 20

ITem statuimus, quod nemo debeat priuatum carcerem tenere, vel facere, vel aliquem redimi facere, vel aliquem sua auctoritate capere, vel aliquem trabutare, vel aliquid ex prædictis fieri facere, & si contrafecerit, priuatum carcerem faciendo, vel tenendo, vel fieri facieendo decapitetur, ità quod moriatur. Et si trabutauerit aliquem, vel sua auctoritate cœperit, vel capi fecerit, puniatur per Dominum Potestatem in auere, & persona, facti, & personæ, qualitate, & quantitate pensatis.

Summarium ad statutum 20. in Criminalibus.

1 *CArcerem priuatum committens, qua puniatur pæna.*
2 *Carcerem priuatum, quis committere dicitur.*
3 *Priuati carceris pæna non habet locum contra ebrium.*

1 HOC Statutum puniens committentem priuatum carcerem pæna vltimi supplicij, est conforme cum iure communi, l. prima, Cod. de priuat. carcer.

2 † dicitur autem priuatum carcerem committere, qui aliquem ex iusta causa detinet, vltra viginti horas; si autem capiat, & detineat ex iniusta causa, punitur pæna priuati carcaris, etiam si minori spatio horarum viginti, detineat, Clar. in §. fin. q. 68. nu. 33. vbi latè Baiard. in addit. ad eum, num. 85. & latissimè materiam priuati carceris prosequitur, Decian. in suo tract. crim. lib. 7. cap. 10. part. 2. & per Farinac. in praxi. quæst. 27. nu. 5. cum seqq. pluribus.

3 † Vnum tamen scias, quod pæna huius statuti non habet locum contra ebrium, qui punitur pęna arbitraria, Menoch. de arbitr. iudic. cas. 326. num. 3.

De pœna illius, qui homicidium commiserit. Rubr. 21.

ITem statuimus, quòd nemo debeat homicidium aliquod committere, & si contrafecerit, Potestas Papiæ teneatur, si in eius fortiam peruenerit, eidem facere caput a spatulis amputari, & taliari, taliter quod à corpore separentur. Et si in eius fortiam non peruenerit, teneatur Potestas eum ponere, vel poni facere in banno Communis Papiæ, de homicidio prædicto octo dierum spatio sibi dato, quo transcurso habeatur de homicidio pro

præterito, & confesso. Et tanquam præteritus, & confessus de homicidio, vt supra puniatur. Saluo, & reseruato, quòd dictum est supra in statuto, sub rubrica Qualiter in inquisitionibus &c. ¶ Bona verò ipsius homicidæ perueniant, & peruenire debeant pro medietate in hæredes occisi. Quam medietatem D. Potestas, & Iudex maleficiorum teneatur vinculo sacramenti, si fuerit requisitus, seu fuerint requisiti tradi facere dictis hæredibus ipsius occisi. ¶ Alia verò medietas dictorum bonorum dicti occisoris, perueniat in Commune Papiæ. Saluo iure creditorum, & aliorum habentium meliora iura in dictis bonis. Et saluo iure descendentium talis banniti pro legitima debita iure naturæ. Et prædictæ pœnæ locum habeant, nisi occisus esset bannitus Communi Papiæ, legitimè de maleficio, tali quo debeat ipse bannitus mori, si in fortiam Communis Papiæ fuisset; vel nisi de nocte in domo, vel curte sua, eum inuenerit ad vxorem, vel sororem, vel filiam, vel matrem turpiter, vel malo modo cũ eis, vel aliqua ipsarũ conuersantẽ, vel furantẽ. ¶ Et intelligatur quantum ad prædicta homicida, qui suis proprijs manibus hominem occiderit. ¶ Si autem aliter homicidium commisserit, puniatur in auere, & persona arbitrio Domini Potestatis inspecta qualitate facti delicti, & personæ, & legibus Romanis, nisi alio statuto Cõis Papiæ, specialiter aliter caueatur. Et suprascriptum statutum, & omnia contenta in ipso, locum habeant, & seruentur, non obstante aliquo statuto, nec aliquibus verbis derogatorijs, vel quæ facerent in aliquo contra prædicta.

Summarium ad Statutum 21. in Criminalib.

1 *Homicida, punitur pœna mortis.*
2 *Homicida, vt puniatur, debet dolo occidisse*
3 *Homicida minor, nõ punitur pœna ordinaria homicidij.*
4 *Furiosus de homicidio, non tenetur, etiam si furor superueneri post delictum.*
5 *Homicidium casu commissum, non est punibile pœna ordinaria. Item nec homicidiũ commissum ab ebrio num. 6.*
6 *Mortem, qui sibi consciuerunt, non tenentur de homicidij pœna, nec qui abortioni causa præbet.*
7 *Homicida, si plures concurrant ad vulnerandum, an omnes de homicidio teneantur.*
8 *Homicida priuatur successione occisi.*
9 *Homicida tenetur elemosinas, & orationes facere pro anima occisi, ac ad expensas medicorum, & medicinalium, & ad damna.*
10 *Bona confiscata Fisco applicantur.*
11 *Occidens se ipsum, ob delictum patitur confiscationem bonorum, secus si tedio vitæ.*
12 *legitima debetur filio ex bonis patris confiscatis.*
13 *Legitima ista, an statim commisso delicto, an verò post mortem patris debeatur.*
14 *Legitima in bonis matris confiscatis, non debetur filio.*

1 HOC Statutum puniens homicidum pœna mortis, est conforme iuri communi, quã pœnam patiuntur, tàm nobiles, quàm plebei, licèt olim nobiles sola deportationis pœna, & confiscationis bonorum plecterentur, l. 3. §. legis Corneliæ, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Clar. in §. homicidum, num. 14. vers. sed quæro, idemquè disponitur per Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de pœn. §. homicida.

2 † Vt tamen talis pœna locum habeat requiritur homicidium fuisse dolo commissum, non autem, si culpa etiam lata, Clar. in d. §. homicidiũ, vers. culpa, & in §. fin. prax. crimin. quæst. 84. nu. 1. vbi Baiard. in addition. ad eum, & num. 11.

3 Non habet locum pariter hoc statutum contra minorem homicidam, Menoch. de arbitr. iud. 4 cas. 319. nu. 9. Nec pariter comprædhendit furiosum, etiam si tẽpore executionis sententiæ superuenerit furor, tunc enim punitur Iudicis arbitrio, Clar. in §. fin. quæst. 60. Menoch. de arbitr. iud. cas. 315. num. 13. Farinac. de pœn. temperand. 5 quæst. 94. num. 27. & seq. † Non etiam procedit in eo, qui canem euitare volens ferocem, ne eum morderet, lapide in eum proiecto hominem interfecit, tunc enim pariter pœna arbitraria plectitur. 6 Menoch. de arb. iud. cas. 324. num. 4. & 12. † Sicut nec comprædhendit eum, qui spontè se interfecit, Menoch. dicto tract. cas. 284. num. 27. cum seq. aut dantem causam abortioni, Menoch. cas. 357. num. 9. & seq. nec ebrium, Menoch. cas. 326. num. 3. alioue casu homicidium committentem absq; culpa, Boss. de defensio. reorum, num. 67. & seq. Clar. in §. homicidium, num. 3. vbi Baiard. in addit. Menoch. dicto tract. de arbitr. iud. cas. 324. per totum, nec pariter eum comprædhendit, qui ad suam defensionem occidit, Alex. cons. 144. num. 7. lib. 2. alios sciens prætereo.

7 An autem hoc statutum comprædhendat plures vulnerantes aliquem, ex quibus mors secuta sit, ità vt omnes teneantur de homicidio, vide latè Menoch. plures casus distinguentem, de arbit. iud. cas. 362. per totum, Clar. in d. §. homicidium, q. 36. vbi Baiard. num. 119.

8 † Scias autem, quod vltra pœnas huius statuti, homicida priuatur successione occisi, siue ex testamento, siuè ab intestato, Clar. in §. homicidiũ, num. 17. vbi ponit quis eo casu succedat, & ibi Baiard. in addit. num. 48. cum seqq. pluribus, Peregrin. de iur. Fisc. lib. 2. tit. 3. per totum, Dec. 9 cons. 525. † tenetur etiam præstare elemosinas, ac orationes

orationes pro anima occisi, & ad expensas in Medicis, & medicinalibus factas, ac ad præstandas operas, quas occisus verisimiliter facere potuisset; Clar. in d. §. homicidium, num. 18. vbi Baiard. num. 67. plura in materia homicidij dici possent, ac pæne integer tractatus confici posset, de quibus latè apud Clar. & Baiard. in d. §. homicidiũ, latius Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 9. cap. 17. vsque ad cap. 21. latissimè Farinac. in praxi q. 96. num. 56. cum seq. pluribus, & in tract. de homicidio.

10 In verbo, bona] hodie vigore Nouarum Constitutionum Mediolani, † pæna confiscationis bonorum Fisco applicatur, vt in tit. de iur. Fisc. §.

11 omnium † nota tamen, quod occidens seipsum, non ob delictum, sed tædio vitæ, vel alia ratione non punitur pæna confiscationis bonorum, l. 3. C. de bon. eorum, qui sib. mor. consc. l. prima, & 2. ff. eod. Clar. in §. fin. q. 68. num. 58. Rol. consil. 50. lib. 3. Peregr. de iur. Fisc. lib. 4. tit. 4. quod procedit, etiam si statutum, vt hic, mandaret homicidæ bona confiscari, Peregr. dicto tit. 4. nu. 8. Menoch. cas. 284. num. 26. & seq. de arb. iudic. Sebast. Guazin. de cõfiscat. bon. limit. 19. concl. 19. num. 1. & per totum.

12 In glo. pro legitima] de † iure communi legitima debetur filijs ex bonis patris delinquentis confiscatis, Clar. in §. fin. quæst. 78. num. 25. vbi videndum etiam apud Baiard. in addit. num. 120. cum seqq. plurib. latissimè Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. primo, nu. 34. cum seqq. vbi post Clar. & Baiard. nonnullos refert casus, in quibus legitima non reseruatur filijs, Rol. cons. 97. lib. 2. Farinac. in sua praxi, quæst. 24. nu. 34. cum seqq. pluribus.

13 Sed † nunquid confiscatis bonis paternis, legitima filio sit statim relaxanda, an verò expectanda mors naturalis patris, magis communis est, statim relaxandam esse, Rolan. dicto cons. 97. num. 34. & seq. lib. 2. Peregr, dicto lib. 5. tit. primo, nu. 37. †

14 Aduerte tamen, quod in bonis maternis confiscatis, filio non debetur legitima. Clar. d. §. fin. q. 78. num. 25. vbi Baiard. in addit. nu. 131. cum sequentibus.

De pœna assassinij, & assassinari facientis, & venefici, & malefici. Rub. 22.

ITem statuimus, quod assassini, & assassinari facientes aliquem, vel aliquos capite puniantur, ita quod statim moriantur, venefici autem, item & malefici igne exurendi sunt, ita quod confestim moriantur in igne. Et intelligatur assassinus, qui hoc fecit precibus, vel dato, vel promisso, vel remisso.

Summarium ad statutum 22. in criminalibus.

1 *ASsassini qualiter puniantur.*
2 *Assassinus quis dicatur.*
3 *Venefici qui dicantur.*
4 *Veneficis pœna quæ.*
5 *Malefici qui.*

1 HOC statutum, quò ad assassinij pœnam conforme est iure cõmuni, imò secundum consuetudinem aliquorum locorum trahuntur ad caudam æqui, vt per Clar. in §. assassinium, nu. 3. alijs etiam plectuntur pænis, de quibus in cap. primo de homicid. in 6. ex Nou. autem Mediol. Constitut. tit. de pæn.

2 in principio, puniuntur pœna ignis. † Dicitur autem propriè assassinus, qui christianum accepto, vel promisso prætio occidit, vel occidi mandat, cap. primo, de homicid. in 6. Clar. in d. §. assassinium, num. primo, Menoch. de. arb. ind. cas. 360. nu. 40. Ant. Gabr. in suis cõmunibus, tit. de malefic. concl. prima, Baiard. ad Clar. d. §. assassinium, quod multos ponit casus, in quibus quis nõ dicitur assassinius, Decian tract. crim. tom. 2. lib. 9 cap. 30. plenissimè materiã assassinij, uide apud Farinac. tom. 2. part. 2. q. 123. per totam, vbi nil intactum reliquit multas ad id tradens inspectiones.

3 In glo. venefici] † venefici dicuntur, qui homines necandi gratia venenum dant, vel conficiunt, l. prima, §. primo, ff. ad l. Corn. de Siccar.

4 † hodie isti ex Nou. Mediolani Constitut. tit. de pœn. in principio, igne comburuntur, de iure antem cõmuni olim puniebantur pœna legis, Corn. de Siccariis, quę erat in Insulam deportatio cum bonorum ademptione, hodie autem imponitur pœna capitis, Clar. in §. homicidium, vers. punitur etiam Decian, in tract. crimin. lib. 9. tom. 2. cap. 25. nu. 1. vbi plenè, latissimè Farinac. in tract. de homicid. q. 122. part. 2. & multis seqq. vbi vniuersam materiam enucleat veneni.

5 In glosa malefici] † malefici speciali significatione, dicuntur incantatores, & sortilegi, de quibus in rub. C. de malefic. Decian, tract. crim. lib. primo, tom. primo. cap. 8. nu. 11.

De pœna Sodomitæ. Rubr. 23.

ITem statuimus, quod quilibet sodomita, debeat ignibus excremari, taliter quod moriatur. Et intelligatur Sodomita ipso facto, & iure, nedum qui coierit cum masculo, sed etiam de cætero, qui coierit cum aliquo bruto animali.

Summarium ad Statutum 23. in Criminalibus.

1 *Sodomita qualiter puniantur.*
2 *Sodomia tàm cum fœmina, quàm cum masculo punibilis.*
3 *Coiens cum animali bruto, punitur tamquam sodomita.*
4 *Sodomita bona, an Fisco applicantur.*

1 Sodomitæ quicquid fit de iure communi, ex consuetudine, tamen Ciui comburruntur, siuè sint agentes, siuè patientes, Clar. in §. sodomia, num. 4. vbi Baiard. num. 7. cum seqq. pluribus, Menoch. de arbitr. iud. cas. 286. num. primo, Farinac. abundè de delict. carn. quæst. 148. & per Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de pœn. §. sodomitæ. † Intelligitur autē
2 hoc statutum procedere in sodomitis, tàm cum masculo, quàm cum fœminis, licèt propriè sodomita cum fœmina contra naturam contrahatur, vt de communi, per Clar. in dicto §. sodomia, nu. 2. Menoch. dicto cas. 286. nu. 5. plura possent de hoc nefando crimine dici, sed sufficiat lectorem ad prædictos auctores remittere.
3 † In glo. qui coierit cum aliquo bruto animali] † etiam de iure causa vti sodomita punitur, qui cum animali bruto coierit. Menoch. dicto cas. 286. num. 6.
4 † Sodomitæ autem bona in Dominio Mediolani, Fisco non applicantur, vt in Nou. Mediolani Constitut. tit. de iur. & priuil. Fisc. c. omnium, & itàl iudicauit Senatus Excellentissimus Mediolani anno 1563. die 14. Iulij, an autem statim deuoluantur agnatis proximioribus videndus, Plot. cōs. 132. nu. 9. & seq. inter cons. crimin. tom. primo, Thob. Non. cons. 104. per totum, & per Farinac. de delict. carn. quæst. 148. nu. 12. & seqq.

De pœna illius, qui carnaliter cognouerit Monialem. Rubr. 24.

Item statuimus, quod si aliquis aliquam Monialem, etiam cum uoluntate ipsius Monialis carnaliter in Monasterio, uel Claustris eius cognouerit, capite puniatur.

Summarium ad statutum 24. in Criminalib.

1 *Monialia cognoscens, qualiter puniatur.*
2 *Pœna statuti facit cessare pœnam iuris communis.*
3 *Monialem conuersam cognoscens non punitur statuti pœna.*

1 Hoc † statutum concordat cum iure communi, quo cognoscens Monialem, punitur capitali pœna, §. pen. in auth. de sanctis Episc. Clar in §. fornicatio, num. 14. vbi Baiard. in addit. num. 14. Menoch. de arb. iud. cas. 389. num. 22. cum. seqq. conueniunt Nou. Mediolani Constitut. tit. de pœn. cap. carnali copula, Farinac. de delic. carn. quæst. 145
2 §. sacrilegium. vbi plenè. † Scias tamen, quod pœna statuti, faciat cessare pœnam iuris communis,
3 Menoch. dicto cas. 389. num. 2. cum seqq. † Si quis autem cognouisset Monialem conuersam, non punitur pœna cognoscentis Monialem. Clar. in §. fornicatio littera B. in verbo cum Moniali. vbi Baiard. nu. 22. Farinac. d. quæst. 145. nu. 21.

De pęna mulieris inhonestæ vitæ stantis, & habitantis in domo alicuius Præsbyteri, vel alicuius Religiosi, vel consacratæ personæ ad ipsorum postam. Rubr. 25

Item statuimus, quod aliqua mulier sæcularis inhonestæ uitæ, non audeat, uel præsumat stare, vel habitare in domo habitationis alicuius Præsbyteri, vel alicuius alterius Religiosi, vel sacratæ personæ, vel in alia domo ad ipsorum, vel alicuius eorum postam, uel petitionem, & quæ contrafecerit pro qualibet uice condemnetur, & puniatur in libris 25. Papien. quas si non soluerit infra decem dies à die condemnationis connumerandos per Ciuitatem Papiæ publicè fustigetur cum corona una papiri in capite, & de Ciuitate Papiæ, Burgo, loco, Villa, districtus Papiæ, in quo, vel in qua, utsupra steterit, uel habitauerit, expellatur. Etiam intelligatur quantum ad prædicta mulier inhonestæ uitæ, quæ per prædictos, uel aliquem prædictorum carnaliter cognoscatur, uel quod ibi ad ipsorum postam, uel petitionem steterit, uel habitauerit utsupra, si de prædictis sit publica uox, & fama.

Sum-

Summarium ad statutum 25. in criminalibus.

1 *Mulier cum Clerico se immiscens qualiter puniatur, & peccet.*

1 HOC statutum hodie non est in vsu, sed mulieres repertè in fragranti cum Clericis, solent carcerari à Iudice Ecclesiastico, & dicũtur committere Sacrilegium, Clar. in § fornicatio, num. 15. & aduertè, quòd Iudex sæcularis, non potest ex officio procedere contra mulierem occultè fornicantem cũ Clerico, nisi notoriè, & publicè cum eo fornicaretur, Baiard. ad Clar. in dicto §. fornicatio, nu. 9. qualiter autem Clerici concubinarij puniantur, tradit Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 21. & 26.

De pæna illius, qui abstulerit, vel auferri fecerit, vel fugere fecerit, vel ad fugiendum aduocauerit, & auferenti auxilium dederit aliquem carceratum, vel captum, & de pæna impedientium capere, vel captũ detinere. Rub. 26.

ITem statuimus, quod quilibet, qui deinceps abstulerit, vel auferri fecerit, vel facere, uel fieri facere ausus fuerit aliquem carceratũ Cõis Papiæ, vel districtus, qui captus esset, vel detentus mandato, vel auctoritate D. Potestatis, vel sui Iudicis, vel militis, vel Consulis Iustitiæ Papiæ, vel per aliquẽ prædictorũ, vel aliquẽ aliũ Officialẽ Cõis Papiæ, vel per aliquam aliam personã habentem auctoritatem capiendi, vel detinendi. Et quod quilibet, qui aliquem prædictorum carceratorum, vel captorum, vel detentorum fugere fecerit, vel aduocauerit, vt fugeret, & quilibet, qui dederit impedimentum alicui prædictorum, vel baruarijs Domini Potestatis Papiæ, vel alij volenti capere aliquem ex dicto præcepto, vel captum dare aliquem ex prædictis, vel aliquem malefactorem, vel bannitum Communis Papiæ, vel alicui volenti capere, vel captum dare in fortiam Communis Papiæ, vel alterius Communis districtus, uel territorij aliquem malefactorem, uel bannitum Communis Papiæ. Si ille captus, seu detentus, seu carceratus, seu detinendus, uel capiendus esset in tali casu, uel peccato, unde uitam, uel membrum perdere debeat, tunc puniatur simili pæna prædictus, qui abstulerit, uel aliquid ex prædictis alijs commiserit. Si autem non erat in tali casu, uel peccato, tunc puniatur arbitrio Domini Potestatis, & nihilominus ad faciendum Communi Papiæ, & cuilibet alteri Comminitati, uel personæ sæculari, & Ecclesiasticæ id ad quod tenebatur carceratus, seu detentus, uel capiendus, uel detinendus. Ad quæ omnia, unà cum expensis, possit cogi, & ualeat per Dominum Potestatem Papiæ, & quemlibet suum Iudicem, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, nec de prædictis credatur dicto, uel sacramento seruitoris, uel baruariorum, nisi cum uno teste fide digno.

Summarium ad Statutum 26. in Criminalib.

1 *Effugiens, vel fugere faciens è carceribus, qualiter puniantur.*

2 *Effractor carceribus effugiens, an patiatur confiscationem bonorum, si aliquis aufugerit, qui pænam confiscationis pateretur.*

1 CVM hoc statuto conueniunt Nou. Mediol. Constitutiones, tit. de pæn. § faciens, vt quis euadat è carceribus eadẽ pæna puniatur, qua carceratus, & in §. prohibitum, eod. tit. de pæn. vbi impediens executionem in causa criminali, in qua ingeritur pæna corporis afflictiua, eadem punitur pæna, qua erat puniendus, is qui fugit, si imputatio vera fuisset, de iure autem communi eximens detentum è manibus iustitiæ, punitur pæna capitis, Clar. in §. fin. q. 29. nu. 3. vers. eximens ubi Baiard. num. 12. idem Clar. q. 68. vers. eximens, latissimè. Farinac. in praxi, quæst. 30. num. 92. & seq. per totam, q. 32. nu. 63. vbi agit de pænis eximentis carceratum, vel captum è manibus iustitiæ, Petr. Cabal. resol. crimin. cap. 8. 2 † An autem, si plures conspirauerint, vt effugerẽt carceres, aufugerintq;, quos inter aliquis esset pæna capitali, & confiscationis bonorũ sñtiã passus, alij aufugiẽtes, & socij debeãt puniri pæna bonorũ cõfiscationis, de iure cõi clarũ est q nõ, quia effractores carcerũ licèt vsq; ad mortem dãnari possit, nõ tñ bona cõfiscãtur, vt latè de pęnis effractorum,

effractorum, & fugientium, ac auxilium præstantium, tradit Farinac. de carceribus, & carcerat. quæst. 30. num. 7. cum seqq. quò verò ad nouas Mediolani Constitutiones, d. §. faciens tenerè effractores, vel auxilium inter se ipsos cooperatiuũ præstantes non puniri in confiscatione bonorum, licèt aliquis eorum pænã ipsam passus fuisset, nam in d. c. faciẽs, in §. si quis verò dr. si quis verò fecerit aliquid propter ꝙ ipse euadat è carceribus, puniatur pænis à iure cõstitutis, & rõ est, quia carceratus ad libertatem omnibus naturalẽ proclamat, quæ inestimabilis est, l. libertas, ff. de reg. iur. Marsil. in praxi, §. diligenter nu. 57. & se ipsum studet redimere, dictum verò cap. faciens loquitur in eo, qui extra carceres erat, & fecit, vt carceratus aufugeret, is enim eadem pæna, punitur, qua puniendus erat carceratus, sicq; constituit differentiã inter eum, qui fecit, vt aufugeret, & carceratum, cum ille sit extra carceres, & in libertatem, studeatq; nocentes penas euadere, non mirum, si eadem confiscationis pæna teneatur, & ità sæpe in Curia Papiæ fuit iudicatum anno 1610. die 15. Septembris in quodam Dominico Romagnolo, 1
damnato ob fraudationem edicti orize, qui aufugerat simul cũ Mattheo Marchino, & licèt is Romagnolus pænam bonorum confiscationis pateretur, Marchinus tamen cum alijs consocijs effractoribus solum in penã capitis damnatus fuit, idem de dicto anno in quodam Petro Boneto.

De pæna furis. Rubr. 27.

Item statuimus, quòd quilibet, qui committet furtum, quod non sit robaria, vel scacchus, vel qui inuentus fuerit ad ipsum furtum faciendum, licèt furtum non habuerit effectũ. Si furtum fuerit valoris solidorum viginti Papien. vsque in libris quinque Papien. puniatur pro primo furto in libris viginti quinque Papien. & ad restitutionem furti, vel æstimationis. Et si pænam non soluerit infra decem dies, fustigetur publicè per Ciuitatem Papiæ, & nihilominus retineatur in carcere, donec de furto fecerit restitutionem. Si verò fecerit furtum à libris quinque Papien. supra, vsque in libris viginti quinque Papien. puniatur in libris quinquaginta Papien. & si infra decem diem non soluerit fustigetur vt supra. Si verò fecerit furtum à dicta quantitate supra, vsque in libris quinquecentum, incidatur ei auricula tota. Si verò furtum fecerit à libris quinquecentum supra suspendatur per gulam, taliter quòd moriatur. Pro secundo autem furto à libris quinquecentum infra, duplicetur pena vt supra, & à libris quinquecentum supra, suspendatur vt supra, & vltra puniatur ad restitutionem vt supra. Pro tertiò autem furto cuiuscunque fuerit quantitatis, dum tamen duo prima fuerint quantitatum vt supra. Et etiam si vltra tria furta cuiuscunque, quodlibet ipsorum fuerit quantitatis, quod suspendatur per gulam. Si autem primum, uel secundum, uel utrunque fuerit à dicta quantitate infra, quòd tunc puniatur arbitrio Domini Potestatis, in quo arbitrio intelligatur, quod possit eum facere fustigari. Quæ pene locum habeant, nisi furtum originem, habuerit à contractu, & hoc fuerit Potestati notum, siue lis fuerit incepta, siue non. Et si alicui factum fuerit de pluribus rebus, de una domo, uel pluribus, nel aliqua res ex rebus furatis inuenta fuerit in domo alicuius, & probatum fuerit ipsum furtum commisisse ex rebus furatis alicuius rei, quod præsumatur illud tale furtum commisisse omnium aliarum rerum, & perindè habeatur, ac si furtum omnium aliarum rerum commisisset. Quæ pænæ locum non habeant in minori decem & octo annis, sed eo casu arbitrio Potestatis puniatur. Si quis tamen maior decem & octo annis, bursam furtiuè inciderit, vel vacuauerit, vel maliam inciderit furtiuè, si maliam suspendatur per gulam, si autem bursam incidatur ei manus.

Summarium ad statutum 27. in Criminalibus.

1 *Fur, quæ pæna plectatur de iure communi.*
2 *Latro famosus, pænam capitis patitur.*
3 *Pæna dupli, tripli, & quadrupli ob furtum hodie non seruatur.*
4 *Furta hodie secũdum statuta locorum puniuntur.*
5 *Furti pæna, non tenetur, qui subtrahit de domo susceptoris.*
6 *Fur pro tribus furtis etiam de iure communi furcis suspenditur.*
7 *Furta, quæ tria dicantur.*
8 *Furtũ rei magni valoris, an tribus furtis, quo ad pænam æquipolleat.*

9 Furtum

9 *Furtum extra territorium commissum, quò ad pœnam connumeratur inter furta in territorio.*
10 *Fur etiam, si pro duobus primis furtis damnatus, vel gratiatus fuerit, pro tertio debet suspendi.*
11 *Fur impubes mitius punitur.*
12 *Statutum simpliciter loquens de furto, non comprahendit furtum domesticum.*

1 HOC Statutum est correctorium iuris communis, quo iure fures non puniuntur pœna capitali, sed tantum pecuniaria dupli in non manifestis, vel quadrupli in manifestis, auth. sed nouo iure, vbi gl. C. de seru. fugitiu. Clar. in §. furtum, nu. 8. Io. Bonifac. in tract. de furt. §. quod iure naturali, num. 14.
2 † præterquam in famosis latronibus, qui furcis suspenduntur, etiam de iure communi, l. capitaliū, §. famosos, vbi Bart. ff. de pœn. Alex. cons. 110. in fin. lib. 4. Clar. in §. furtum, num. 9. Menoch. de arbitr. iud. cas. 295. num. 12. vbi latè Bonifac. d.
3 §. quod iure naturali, nu. 19. & seq. † pœna autē dupli, vel quadrupli, hodie ex generali consuetudine non exigitur. Clar. in d. §. furtum, nu. 17. nec etiam in foro conscientiæ, Clar. ibidem num. 17. vbi Baiard. in addit. num. 71. vbi ad quid teneatur in foro conscientiæ, latè discerit, & per Boni-
4 fac. dicto tract. & §. num. 17. † quicquid tamen sit de iure, furta hodie puniuntur secundum statuta locorum, & consuetudines, Bald. in d. auth. sed nouo iure, Alex. cons. 110. num. primo, lib.
5 4. † pœna tamen huius statuti non tenetur, qui suscipit, vel detrahit aliquid de domo susceptoris aleatorum, Menoch. de arb. iud. cas. 399. nu. 4. Farinac. de var. & diuers. crimin. quæst. 109. part. 4. num. 162.
6 In glo. pro tertio furto] † de iure cōmuni fur pro tribus furtis, etiā leuibus capite punitur, glo. in d. auth. sed nouo iure, in verbo castigabitur, Menoch. de arb. iud. cas. 295. num. 17. Farinac.
7 de delic. & pen. quæst. 23. num. 4. † Tria autem furta dicuntur, quæ non eadem die, actuq; continuato, sed diuersis, interpellatisq; temporibus cōmissa fuerunt, Menoch. latè declarans hoc statutum, dicto casu 293. num. 20. cum seq. Ioan. Bonifac. in tract. de furt. §. quòd iure naturali, nu. 35. & seq. Clar. in §. furtum, num. 15. vbi Baiard. in addit. num. 66.
8 Sed nunquid pro vno furto magno, veniat quis capitali pœna plectendus, perinde, ac si tria furta commisisset, aliqui tenuerunt, quod sic, vt de magis cōmuni testatur, Menoch. d. cas. 295. num. 9. Ang. de malefic. in verbo, & vestem celestem, nu. 13. Didac. variar. resol. lib. 2. cap. 9. nu. 2. Contrarium tamen alij tenuerunt, & æquiorem, ac magis communem testati sunt, vt latè per Cepol. in auth. sed nouo, iure num. 75. cum seqq. C. de seru. fugit., Clar. in §. furtum, nu. 10. vbi Baiard. in addit. num. 42. Farinac de delic. & pœn. quęst. 23. num. 3. Io. Bonifac. in tract. de furt. §. quod iure naturali, num. 57. Quod verò dicitur de tri-
9 bus furtis, † amplia, vt si quis in alieno territorio, vnum, vel duo furta commiserit, pro tertio commisso in territorio, capitali pœna plectitur, Clar. in d. §. furtum, num. 11. vbi Baiard. nu. 57. in addition. Menoch. d. cas. 295. nu. 18. Bonifac. dicto §.
10 quod iure naturali, nu. 40. † Amplia etiam si pro duobus primis furtis, condemnatus, vel gratiatus fuisset, adhuc enim pœna trium furtorum, tenetur Clar. d. §. furtum, num. 13. vbi Baiard. num. 59. Menoch. d. cas. 295. nu. 19. † talis autem pœna
11 mitiganda esset, si ageretur de fure impubere, ratione ætatis, Menoch. de arb. iud. cas. 329. nu. 12.
12 † Hoc autem statutum loquens simpliciter de furto, non cōprahendit furtū domesticū, Castr. cons. vlt. in fin. plura de furto domestico Io. Bonifac. tract. de furt. §. animo lucri, num. 157. & seq.

De pœna robatoris, scachatoris, deprædatoris, spoliatoris, insultatoris, pro robando, seu scacando, vel capiendo personam, seu rem associantis, tensantis, hospitantis, vel albergantis, redducētis, tenentis, permittentis consilium, & auxilium dantis, & de officio Potestatis in prædictis. Rubr. 28.

ITem statuimus, quod quilibet de Papia, vel Territorio, & quilibet, qui habitauerit ibidem, & quilibet, qui se reduxerit, ibidem, qui in Ciuitate Papiæ, vel Territorio alicuius alterius Ciuitatis, Burgi, Castri existentis in pace, treuga, vel amicitia cum Communi Papiæ, aliquam rem, seu res valoris solidorum sexaginta Papien. prima vice, vel pluribus vicibus coaceruatis robauerit, scaccauerit, depradatus fuerit, expoliauerit, insultum, vel robariam fecerit dicti valoris, si ipsum insultum pro robando, scaccando, vel capiendo personam, vel rem dicti valoris fecerit, & quilibet de Papia, vel Territorio, qui ibi habitauerit, & quilibet, qui ibi se reduxerit, qui aliquē de Papia, vel Territorio extra Papiā, vel Territorium, robauerit rē, seu res dicti valoris, & quilibet, qui aliquid ex prædictis fecerit, puniatur hoc modo videlicet, quòd d. D. Potestas teneatur, & debeat eundē delinquentē prædictis modis, vel aliquo prædictorū facere manifesta furcha suspēdi, taliter quòd moriatur. Robaria autē, & scaccus intelligātur, & quodlibet prædictorū inquantum ad dictā pœnā imponendā, robaria, seu rapina, quæ facta fuerit per fortiā, seu violētiā extra Ciuitatē Papiæ, & Burgos Ciuit. Papiæ, & loca, Castra, Burgos, Villas, & Terras habitatas, habitatos, & habitata. Si autē fuerit à solidis sexaginta infra, vel fuerit facta intra Ciuita-

tē, vel Burgos Papiæ, vel loca, Castra, Burgos, Villas, et terras habitatas, habitatos, et habitata à solidis sexaginta Papien. supra, vel infra, tunc intelligatur raptor rei mobilis, & puniatur, & puniri debeat per D. Potestatem Papiæ, in auere, vel persona arbitrio ipsius D. Potestatis, inspecta qualitate, & quātitate rei, loci, & personæ, ac conditione. Et eodē modo puniatur arbitrio Domini Potestatis in auere, & persona inspecta vt supra quilibet, qui dictum malefactorem, vel aliquem inimicum, vel guerrierum Communis Papiæ, vel brauarium inimicum Communis Papiæ, de die, vel de nocte, cum armis, vel sine armis, equester, vel pedester associauerit, tensauerit, hospitatus fuerit, albergauerit, receptauerit, reduxerit, receperit, tenuerit, & stare permiserit in domo sua propria, seu conducta, seu gratis concessa, & quilibet, qui eidem malefactori consilium, auxilium, vel fauorem dederit, seu præstiterit, & quilibet, qui ex prædictis fecerit. Et quod supradictum est de suspensione per gulam inculpati, & de punitione in auere, & persona habeat locum, si dictus de aliquo ex prædictis inculpatus in fortiam Communis Papiæ, & Domini Potestatis peruenerit. Si autem non peruenerit, banniatur de maleficio ex suprascriptis, de quo inculpabitur, octo dierū banno sibi spatio dato, quo banno curso, habeatur pro confesso, & præterito. Et in quolibet prædictorum casuum, teneatur Dominus Potestas, & eius Iudex maleficiorum, vinculo sacramenti, & sub pena librarum centum Papien. pro quolibet ipsorum cogere, & compellere dictum malefactorem, & tenentes, & possidentes eius bona ad restitutionem fiendam dicto offenso, seu offensis valoris quadrupli rerum robatarum, & expensarum, quas dictus robatus iurauerit dicta occasione fecisse. Et stetur sacramento derobati taxatione præmissa. Et hoc infra vnum mensem postquam petitum fuerit restitutionem fieri de rebus derobatis. De valore rerum robatarum, stetur sacramento derobati, seu derobatorū, inspecta qualitate, & conditione personæ.

Summarium ad statutum 28. in criminalibus.

1 *LAtrones viarum, qua plectantur pæna.*
2 *Robaria, siuè rapina, & furtum, qualiter differant.*
3 *Statutum loquens in furto, non habet locum in rapina.*
4 *Pæna huius statuti, an procedat in crimine expilatæ hæreditatis.*
5 *Statutum loquens de latronibus viarū, comprahendit etiam grassatores nauium.*

1 HOC statutum est correctum per Nouas Mediolani Constitutiones, tit. de pæn. §. latrones viarum puniuntur, scilicet hac pæna, vt uinctis manibus ad caudā equi alligati ducantur per loca publica ad locum
2 supplicij, ibidemq; furcis suspendantur; † Sciendū est autem, quod robaria, siuè rapina, & furtū differunt, nam furtum, fit sine vi; rapina verò, siuè robaria cum vi, Plot. in repet. l. si quando. nu. 708. cum seqq. C. vnde vi, Boss. in praxi, tit. de captur. num. 43.
3 † Hinc dicimus, quod statutum loquens de furto, non habeat locum in rapina, seu robaria, ità Auus mihi maternus Rip. in l. remque nobis, nu. primo, ff. de acq. possess. Boss. dicto tit. de captur. num. 44.
4 In verbo, puniātur &c.] † pænæ huius statuti non procedunt, nec comprehendunt expilatorē hæreditatis, Menoc. de arb. iud. cas. 300. nu. 3. & 6.
5 Sed an statutum loquens de latronibus publicarū viarum, comprahendat etiam grassatores nauiū, dic, quod sic, Franch. decis. 142. & ità iudicauit Mediolani Senatus, quia flumina dicuntur, viæ publicæ.

De pæna illius, qui acceperit terram de Communibus, vijs, seu stratis publicis. Subr 29.

ITem statuimus, quòd quilibet, qui acceperit sabionum, cretam, glaream, vel terram de vijs, seu stratis publicis, vel de fossatis Ciuitatis, intus, vel extra, prope tamen Ciuitatem per centum brachia, vel de spaldis, seu lignamine spaldorum, vel de muris, seu lapidibus murorū Ciuitatis, vel de portis, vel aliquē clauum, tasellū, vel trabem de aliquibus pontibus alicuius fluminis acceperit, & aliquod prædictorū fecerit, puniatur in solidis centū Papien. qualibet vice, et bestiæ, & paramēta, possint liberè derobari, quarū medietas

sit cuiuslibet accusatoris, & alia Communis Papiæ. Quod statutum Dominus Potestas cridari faciat, & eadem pœna sit illi, qui pratum campni, vel ultra Ticinum excoriauerit, vel ibidem cretam acceperit.

AD hoc Statutum, vide Nou. Mediol. Constitutiones, tit. de ædific. priuat. §. cautum est.

De pœna occupantis Terram Communis Papiæ. Rubr. 30.

ITem statuimus, quòd nullus debeat occupare Terram Communis Papiæ, & quilibet qui non per legitimum titulum descendentem à Communi Papiæ, in se, vel in suum datorem datoris, vel alium descendentem detinet Terram Communis Papiæ, teneatur & debeat ipsam Terram infra duos menses proximè vacuare, spaciare, & disbrigare, ac vacuatam, spaciatam, & disbrigatam dimittere, & relaxare dicto Communi Papiæ. Et si quis in aliquo prædictorum contrafecerit puniatur Communi Papiæ, in libris vigintiquinque Papiens. pro qualibet vice, & minus inspecta qualitate facti, & quilibet possit denunciare, & accusare, & habeat medietatem, facta fide de prædictis. Et Dominus Potestas eiusque Iudex Maleficiorum teneatur facere omni mense de prædictis ex officio inquirere, & dictum statutum singulis duobus mensibus per Ciuitatem, & Burgos facere cridari.

Summarium ad Statutum 30. in Criminalibus.

1 *Occupator rei alienæ, qualiter iure communi puniatur.*

1 DE † Iure communi qualiter puniantur rei alienæ occupatores plenè, habetur in l. si quis in tantam, vbi Doct. omnes, C. vnd. vi.

De pœna illius, qui violentiam fecerit alicui in eius possessione. Rubr. 31.

ITem statuimus, quòd si aliqua persona Communitas, seu Vniuersitas cuiuscunque status, & conditionis existat deinceps spoliauerit aliquem, vel aliquam singularem personam, Collegium, vel Vniuersitatem de aliqua possessione alicuius rei immobilis, quæ ab aliquo tunc temporis verè possidebatur per se, vel per alium eius nomine, & cuius possessionis fructus ab eo percipi consueuerint, vel quorum fructuum percipiendorum facultas ad ipsum pertinebat, & spectabat, & qui verè possessor dici possit, vel molestauerit, vel inquietauerit, vel turbauerit in ipsa possessione, vel ipsam occupauerit, vel ipsum de ipsa possessione spoliauerit, vel alio modo eidem de possessione violentiam commiserit qualitercunque, vel committi fecerit aliquo ex prædictis modis, vel alio, quòd illi, vel ille, qui prædicta, vel aliquod prædictorum commiserit, vel fieri fecerit, puniatur, & condemnetur in libris centum Papiens. si fuerit vnus tantum. Et si fuerit ab vno supra exclusiuè vsquè ad numerum decem inclusiuè in libris quinquaginta Papiensibus, pro quolibet ipsorum. Et si abinde supra quotquot fuerint in libris 25. Papiæ, pro quolibet ipsorum, & minus secundum qualitatem facti, & delicti arbitrio Potestatis. Cuius pœnæ medietas sit Communis Papiæ, & alia medietas perueniat in offensum. Et nihilominus teneatur offensor prædictus restituere possessionem offenso spoliatam, vel occupatam, & cessare à turbatione, occupatione, molestatione, vel inquietatione facta fide prius Potestati, vel eius Iudici Maleficiorum per legitimas probationes, & idoneos testes de violentia, & etiam restituere offenso expensas, quas occasione dictæ violentiæ fecerit

erit de quibus expensis stetur sacramento offensi, vsq. ad quantitatem librarum 50. Papiens. sine aliqua taxatione. Abinde verò supra facta taxatione, quod sacramentū facere debeat, & teneatur ante sententiam. Et intelligatur condemnatio, & taxatio facta, si factum fuerit ipsum sacramentum ipsarum expensarum ante dictam sententiā. Et Iudex teneatur exequtioni mandare ipsas taxationes, & condemnationes expensarū. Et quod dictum est in violentia possessionis non vacantis vt supra, locum habeat etiā in possessione vacante alicuius rei, vel rerum immobilium, & in quolibet casu prædictorum et locum habeant constitutiones, & iura de violentijs tractantia, & earū pœnæ. Et res immobiles intelligantur res corporales, quæ tangi, & palpari possunt, vt terræ, domus, zerbi, pratum, boschus, vinea, mons, & planities. De quibus facta dicta fide Dominus Potestas offensorem condemnare teneatur, ipsumq. compellere ad dictæ possessionis, & rei restitutionem, & ad de cætero violentiam non committendum vt supra, & ad restituendū expensas vt supra, & manutenere offensum in ipsa possessione, damna, quæ propterea passus fuerit eidem emendari facere summariè, & sine strepitu, & iuris solēnitate, ita quòd à processu, sententia, pronunciatione, condemnatione, expensarum taxatione, vel exequutione appellari non possit factis vt supra dicitur. Possit tamen lite pendente peti causam prædictam committi Consilio Sapientis de Collegio Iudicum Ciuitatis Papiæ partibus non suspecti, teneatur & debeat, & hoc si petitum fuerit infra octo dies elapsis terminis probandi, & defendendi Iudex ipsam committere. Et prædicta locum habeant, nisi prædictus, qui diceretur offensor tale ius haberet propter quod potuisset licitè facere, si ipsum ius Domino Potestati, vel Iudici Maleficiorum demonstrasset, vel dimisisset ante sententiā suprascriptam. Et si Iusdicens fuerit negligens in aliquo, puniatur in libris centum Papiæ, cuius medietas sit prædicti offensi. Introitus autem, & possessio appræhensa per dictum offensorem, & quicquid fuerit per ipsum factum sit, cassum, & irritum, & nullius valoris, si ipse offensor vt supra condemnatus fuerit. Et quòd Cōmune, loci, villæ, castri, vel burgi Territorij Papiæ, nec aliqua vniuersitas non possit probare per aliquem terrerium dicti loci, villæ, castri, vel burgi, territorij, non ciuem Papiæ pro ipsa Communitate in aliquo suprascriptorum. Et si offensor non comparuerit, vel legitima persona pro eo banniatur de prædictis, quæ contra eum mouentur octo dierum spacio sibi dato, quo elapso habeatur pro præterito, & confesso, & eo non cōparente fiat condemnatio, & exequutio. Et eodem modo fiant processus condemnatio, & punitio contra illos, qui violentiā occupationem, vel turbationem fecerint, vel fieri fecerint alicui in possessione, vel quasi iuris alicuius seruitutis, vel ductus viæ, ductus aquæ, vel alicuius alterius seruitutis. Si verò actor non probauerit intentionem suam, quòd condemnetur in expensis, damnis, & interesse, de quibus expensis vsque ad quantitatem librarum vigintiquinque Papiæ, stetur sacramento inculpati sine taxatione aliqua. Abinde verò supra credatur sacramento inculpati facta prius taxatione, quod sacramentum facere teneatur ante sententiam vt supra, & exequutioni mandare vt supra.

Summarium ad Statutum 31. in Criminalib.

1 *Turbantis in possessione pœna, non habet locum in misso in possessionem nulliter.*
2 *Operarij non tenentur pœnâ turbationis, & quibus ex causis quis à turbatione excusetur, remissiuè.*
3 *Turbans per alium punitur.*
4 *Turbatio verbalis, an sufficiat ad incurrendam pœnam turbationis.*
5 *Turbare quot modis, quis dicatur, remissiuè.*
6 *Possessionem alterius ingrediens ex mandato Iudicis inualido, an turbare dicatur.*
7 *Turbatio, vt sit punibilis dolus requiritur.*

1 HVius † statuti pœna locum non habet in misso in possessionem nulliter Menoch. de retin. possess. remed. primo, nume. 20. cum seqq. † Nec etiam locum
2 habet contra operarios de mandato Domini, alteriusvè operantes, Menochi. de arbitr. Iudic. cas. 354. num. 37. Rolan. à Vall. cons. 54. per tot. libro

bro primo, Rip. auus maternus in capit. decernimus num. 41. de Iudic. Baiard. ad Clar. in §. fin. praxis, Menoch. de retinen. possess. remed. 3. nume. 326. cum sequen. quo loci tradit duodecim casus quibus à pœna huius statuti turbatores excusantur, & latè tradit materiam turbatæ possess.

3 In verbo, per alium eius nomine,] & † sic punitur ex hoc statuto faciens per alium, Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 351. num. 4.

4 In verbo, turbare,] † an autem verbalis turbatio sufficiat ad incurrendam statuti pœnam crediderim quod non, propter illa verba subsequentia, scilicet in possessione, verum tamen est ad effectum, vt quis possit agere interdicto retinendæ sufficit turbatio verbalis, Afflict. decis. 394. vbi latè Vrsil. in addit.

5 † Quibus autem modis turbare, quis dicatur latè habetur penes Menoch. d. tract. retin. d. remedi. 6. quæst. 62. numer. 467. Alb. consil. 560. Magon. Rott. Lucens. decisio. 54. Parisi. consil. 126. lib. 4. Bursat. consil. 404. Gam. decisio. 54. num. 3. an ponens cedulas pro locatione turbare dicatur, dic quod sic, Franc. decisio. 163. parte prima.

6 † Sed numquid ingrediens alterius possessionē ex decreto Iudicis inualido, dicatur turbare, distinguitur, aut scit, vel scire debuit, inualiditatem, & dicitur turbare, aut ignorauit, & tunc secus, Menoch d. remed. 3. num. 474. Clar. in praxi, §. fin. quæst. 82. statut. 4.

7 † Vt autem huius statuti pœna locum habeat, requiritur turbatio, nem esse dolosam, Menoch. d. remed. 3. nu. 595. licet aliqui latam culpam sufficere sint arbitrati. Pilot. in repet. l. si quando nume. 299. C. vnd. vi. reliqua in materia huius statuti remitto ad Menoch. de retin. poss. d. remed. 6.

De pœna Communis in cuius Terra, vel Territorio aliqua possessio steterit guasta occasione alicuius alterius, quam illius cuius erat, vel qui eam tenebat, vel possidebat. Rubr. 32.

ITem statuimus, quòd si aliqua persona, vel Communitas tractauerit, vel fecerit per se, vel per alium aliquo modo, quòd domus, vinea, seu terra, vel prata, vel aliæ res quas aliquis habet, vel persona tenet, & possidet, & vsus est tenere, & possidere, stent guastæ, ita quòd inde non recipiatur gaudimentum debitum facta fide de prædictis summariè sine libello, & sine strepitu, & figura iudicij, saluis semper, & reseruatis in suo casu his quæ dicta sunt supra in statuto posito sub rubrica de pœna illius, qui violentiam aliquam alicui fecerit in sua possessione &c. Ad petitionem damnum passi, teneatur Potestas Papiæ, & quilibet eius Iudex compellere omnibus, & singulis iuris remedijs commune loci in cuius territorio dicta res est sita laborare, & facere laborari dictam rem, & redditus ipsius rei eidem domino reddi, & si post præceptum Potestatis, vel Iudicis non fuerit laborata facere dare à communi eiusdem loci tantum quantum possent ascendere redditus eius, in arbitrio duorum bonorum virorum, eligendorum per dictum Potestatem, vel Iudicem, ad quæ dictum commune, & homines possint conueniri, perinde, ac si essent debitores condemnati, & banniti pro condemnatione de archa communi facienda cuilibet dictæ terræ solemniter factum fuisset. Et quòd prædicta communitas eodem modo regressum habeat, & habere possit contra prædictum, qui damnum intulit prout supra dictum est debere fieri contra commune.

Summarium ad statutum 32. in Criminalib.

1 *HOC Statutum qua ratione factum.*

1 STatutum hoc sanctè fuit factum in fauorē personarum parum potentium, quæ à potentioribus prohibentur, vti frui, & gaudere bonis, & possessionibus suis, & ideò nec reperiunt colonos volentes colere prædia, meritò statutum est Communitates posse cogi ad dicta bona colenda, & respondere Dominus de fructibus aliàs teneri ad fructus versus Dominum, & prout latius ex ipso statuto, per se claro, & perspicuo Senatusq; Excellentissimus mandauit hoc statutū indistinctè seruari anno 1567. die 29. Ianuarij, in causa Mag. D. Bosij.

De pœna coloni, inquilini, conductoris, vel fictualis recipientis inuestituram ab aliquo absq; voluntate prioris domini. Et de pœna vendentis, vel alienantis duobus diuersis temporibus. Rubr. 33.

ITem statuimus, quòd si colonus, vel inquilinus, vel fictualis partiarius, vel emphyteota alicuius receperit inuestituram, vel locationem, seu conductionem ab aliquo absq;

voluntate

voluntate prioris, locatoris, emphyteoticantis, vel concedentis, etiam finito tempore primæ locationis inuestituræ, vel emphyteosis, vel concessionis ante restitutam possessionem priori à quo habuit, vel à quo recognouit, nisi primus à quo ipsam recognouit fuisset victus per sententiam, quæ transiuisset in rem iudicatam, quod talis colonus, vel inquilinus, vel fictualis, vel partiarius, vel emphyteota puniatur communi Papiæ, in libris centũ Papiæ, & amittat ius suum quod habebat in ipsa re. Et secundo concedens sciẽs de prima locatione, vel inuestitura, vel conductione, vel venditione in totidem. Et talis possessio non prosit alicui secundo contrahentium, & non præiudicet primo inuestienti locanti, seu conducenti, nec valeat, seu teneat ipso iure, nec etiam concessio quibuscunque verbis formata. Et si aliquis vendiderit, seu inuestiuerit, vel alienauerit, præterquam in pignoratione, aliquam rem mobilem, vel immobilem duobus, vel pluribus diuersis tẽporibus, & cuilibet insolidum, uel id vni, quod alteri in toto, uel in parte diuersis temporibus puniatur Communi Papiæ, in libris centum Papiæ, & amittat ius suum quod habet, seu habebat in ipsa re. Et nihilominus teneatur vtrique acquisitori restituere illud, quod postulat ordo iuris, dominus autem Potestas possit dictas pœnas Communi Papiæ, soluendas minorare arbitrio suo inspecto valore rei alienatæ, & conditione personæ alienantis & facti.

Summarium ad Statutum 33. in Criminalibus.

1 *HOC Statutum an vsu sit receptum.*
2 *Vendens rem duobus, an falsi teneatur.*
3 *Obligans rem duobus, qualiter puniatur.*
4 *In re duobus vendita, quis præferatur.*

1 HOC † Statutum disponens in priori parte, pœnamq; imponens colono, inquilino, fictabili, seu emphiteutæ recipiẽtibus inuestituram, vel locationem, aut emphiteusim etiam finito tempore primę inuestituræ absque licentia prioris domini, hodiè non est vsu receptum, benè quidẽ prouisum est priori domino aduersus retinentes massarium, aut bubulcũ prioris domini, qui illius prioris sit debitor, vt habetur supra statuto Ciuili 78. in Ciuilib. sub rub. qualiter, & quomodo retinens massarios &c. & ibi latè scripsimus.

2 In verbo, & si aliquis vendiderit, † an autem vendens rẽ duobus teneatur pœna falsi; dic quicquid sit de iure, hodie falsi pœnam non imponi, vt per Clar. in §. falsum num. 29. versic. vendens rem duobus. Bursat. consil. 100. num. 31. lib. primo, volens puniri solum statuti pœna, sequitur Baiard. ad Clar. d. §. falsum num. 229. Farinac. in tract. de falsit. & simul. quæst. 150. part. 9. num. 235. vbi per totam illam partem plenè pertractat materiã vendentis rem duobus, vel alteri obligatam, punitur etiam crimine stellionatus, Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 381. num. 10. & seq. Idem dicens in donante rem duobus, & tres affert declarationes Farinac. d. q. 150 par. 9. num. 254. & seq.

3 † Obligans autem rem duobus crimine stellionatus non punitur, nisi interrogatus obligasse negaret mentiendo, Baiard. in d. §. falsum num. 229.

4 † Quis autem hoc casu quãdo eadem res duobus diuerso tẽmpore est vendita veniat præferendus, dic eum præferri cui primo res est tradita, l. quoties vbi oẽs, maximè Ias. C. de rei vendic. Gabr. plenè exornans ampliationibus, & declarationibus tit. de empt. & vendit. conclu. 2.

De pœna incendiarij guastantis, vel damnum dantis, & qualiter bestiæ damnum dantes possint detineri. Rubr. 34.

ITem statuimus, quòd si aliquis dolosè posuerit, vel poni fecerit incendium in domo alicuius habitata, uel sacra, uel religiosa, uel in blaua, pro ipsa blaua comburenda, & domus, & blaua combusta fuerit in toto, uel in parte. Comburatur taliter quòd moriatur. Quicunque verò posuerit taliter incendium dolosè, uel poni fecerit, uel guastum, uel damnum dederit, uel dari fecerit à vigintiquinque libris supra, puniatur in libris centum Papiens. Si verò à libris vigintiquinque infra vsque ad decem in libris quinquaginta, & nihilominus in quolibet prædictorum casuum, teneatur ad emendationem damni, cũ expensis damnum passo fiendam. Et si damnum guastum, uel incendium fuerit à libris decem Papiens. infra puniatur arbitrio Potestatis. ¶ Et quòd quilibet, qui in suo prato, uel laborerio, uel suo boscho, uel vinea brochantes, uel comedentes bestias, alterius inuenerit vnam, uel plures possit, & valeat ipsas bestias sua auctoritate impunè accipere,

re, capere, & detinere quousque ille cuius fuerint restituerit ei damnum, quod bestiæ ei fecissent. Et quòd dicto damnum passo cum sacramento eius, vel sui camparij, vel bubulci, & cuiuslibet ipsorum stetur de brochatione comestione, vel damnum dato vsque ad quantitatem solidorum quadraginta Papiæ, pro qualibet vice. Iudex tamen habeat arbitrium refrenandi dictum sacramentum. si sibi videbitur, inspecta qualitate facti, & personæ. Et infra dictam quantitatem contra inculpatum per aliquem prædictorum de damno dato, & vsque ad dictam quantitatem fiat exequutio sine strepitu, & figura iudicij omnibus & singulis iuris remedijs capiendo, detinendo, pignorando, & derobando, & alia exercendo, nec à prædictis possit appellari. Saluo quòd si damnum fuerit à solidis quadraginta Papiæ, supra quòd à sententia non possit appellari, nec annullari, nec nulla dici nisi semel tantũ. Et si à solidis quadraginta Papiæ, infra non possit appellari, annullari, nec nulla dici. Addentes tamen, quòd exequutio fiat nulla exceptione dominij, seu possessionis obstante, sed per tale sacramentum inde sequutum, seu quod sequeretur non inferatur accusato præiudicium aliquod in dominio, vel possessione, vel aliquo iuris talis rei, & si damnum diceretur, vel probaretur esse illatum. Si verò accusatus post sacramentum factum, & sententiam inde sequutam vellet reprobare dictum sacramẽtum hoc sit sibi licitum post exequutionem factam. Et eo casu si accusatus probauerit intentionem suam, videlicet, se fuisse possessorem talis rei, & habuisse, & habere facultatem fructuum percipiendorum tempore damni prædicti asserti illati, quòd accusans condemnetur in quadruplum per eundem Iudicem versus ipsum talem probantem, & vlterius in damnis interesse, & expensis. Et à tali sententia non possit appellari, querelari, supplicari, seu de nullitate dici, vel opponi. Et si damnum, vel guastum, vel debilitatio data, vel facta fuerit in gabis, vel plantis gabarum, seu vitibus, vel arboribus fructiferis domesticis, quod tunc si damnum, vel guastum, vel debilitatio facta fuerit in gabis, vel plantis gabarum, puniatur, & condemnetur ipse faciens in solidis viginti Papiæ, pro qualibet planta, seu gabba. Si verò in arboribus fructiferis, vt supra puniatur, & condemnetur in libris decem Papiæ pro qualibet. Et credatur dicto damnum passo cum sacramento de persona illius, qui debuerit damnum fecisse cum vno teste fide digno.

Summarium ad statutum 34. in Criminalibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Pœna huius statuti dolum requirit.*
3 *Pœna dicti statuti non procedit contra minorem.*
4 *Hoc statuto, quis possit se iuuare.*
5 *Plures eodem tempore damnum dantes vnica pœna puniuntur.*
6 *Hoc statutum non procedit vbi adesset consuetudo sic faciendo, & pasculando.*
7 *Iudicium ex hoc statuto an sit Ciuile, vel Criminale.*
8 *Iuramento creditur in modica summa.*
9 *Conductor, an possit vti hoc statuto.*
10 *Vsusfructus vtitur beneficio huius statuti.*

1 AD † hoc Statutum, vide tradita supra ad statutum 42. in Ciuilib. & etiam statuto 66. Gramat. consil. 22. numer. 14. Rip. auum meum in l. damnum column. prima, ff. de damn. infect. & videndæ Nou. Mediol. Constitut. tit. de pœn. §. si quis incendium, vbi incendium ponens, vel poni mandans in domo, vel loco habitato, punitur pœna capitis, si verò in loco nõ habitato, punitur in quadruplũ prænia Iudicis taxatione, ac iuramento damnũ passi, & aliam etiam grauiori pœna vsque ad mortem arbitrio Principis, vel Senatus; ponens autem incendium in suo, & vagans in alieno punitur vltra damnum iuramento damnum passi declarãdum præuia Iudicis taxatione pœna corporali arbitrio Principis, vel Senatus, & de incẽdio pro quo villa tenetur, quod faciendum probandumvè, & quando teneatur abundè Alexand. de Neuo inter consilia Crimin. diuersorum consil. 93. parte prima, Bursat. consil. 59. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 375. num. 23. & seqq. plurib. lib. 2. Lauren. de Pen. cõsil. 143. & seq. Rauden. decisio. Pisan. 6. per tot. & consil. 32. lib. 2. Farinac. quest. 110. vbi plenissimè omnium. Annotat. ad Statut. Parmæ sub rubr. de incendijs, & robarijs occultis.

2 In verbo, dolosè] † not. quod pœna huius statuti, & Nou. Mediol. Constitut. supra citatorum locum non habet, quando absque dolo malo incendium est factum, si autem lata culpa alia mitiori pœna arbitraria punitur, Ploc. in l. si quando num. 731. & in repertorio, in verbo decretum, C. vnd. vi. & ibi tradit pœnas incendiariorum de iure commu-

communi, & apud Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 390. vbi plenè diserit de hoc crimine, omnium plenissimè Farinac. quæst. 110. per tot.

3 † Similiter talis pœna locum non habet contra minorem, Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 329. num. 17.

4 † Ad hoc autem, vt benefitio huius statuti quis iuuari possit, requiritur, vt sit omni exceptione maior, Rip. in d. l. damnum colum. penult. ff. de damn. infect.

5 Marsil. singul. 539. † & statutum intelligitur etiam si pluries damnū eodem tempore intulerint, Plot. in l. si quādo num. 863. vbi num. seq. ponit an hoc de iure communi fieri possit.

6 Fallit etiam quando adesset consuetudo sic faciendi, vel pasculandi, Plot. ibidem nu. 820.

7 An autem hoc iudicium dicatur Ciuile, vel Criminale, dic esse Ciuile cum concludatur solum ad instantiam, & interesse partis, Plot. in d. l. si quando nume. 692.

8 Iuramento autem damnum passi non creditur indistinctè vbi ageretur de magna summa, sed solum de modica inspecta rerum & personarū qualitate, Plot. dicto loco nume. 763. habetque Iudex arbitrium refrenandi Iuramentum, Plot. in allegato l. si quando nume. 863. & 873.

9 † Conductor autem simplex huius statuti beneficio minimè vti potest agendo pro damno dato, nec actione iniuriarum, sed competit actio in factum officio Iudicis pro suo interesse, Borgnin. decisio. 44. num. 22.

10 & 23. † Vsufructuario autem dicas competere hoc iuramentū ex traditis per Cabalin. Milleloq. primo, num. 8.

De pœna frangentis domum. Rubr. 35.

ITem statuimus, quòd si quis fregerit domum alicuius in qua habitat, vel non habitat puniatur in libris quinquaginta Papiens. quas si non soluerit infra tempus à Iudice statuendum, incidatur ei manus, & hoc si vi, vel clam temerario motu fecerit, eadem pœna puniatur, qui frangi fecerit.

Summarium ad statutum 35. in Criminalibus.

1 *Effractorem alienarum ædium qualiter puniantur.*

1 DE Iure communi effractores ædium alienarum pœna legis Iuliæ de vi publica puniuntur, l. penult. ff. ad l. Iul. de vi publ. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 394. num. 91.

De pœna illius, qui celauerit sibi nomen, vel pronomen, vel mutauerit. Rubr. 36.

ITem statuimus, quòd quælibet persona debeat dicere nomen, & pronomen suum, & patris, & non celare, vel mutare Domino Potestatis, & quilibet suo Iudici, militi, uel Officiali Communis Papiæ, & qui contrafecerit puniatur Communi Papiæ in libris vigintiquinque Papiens.

Summarium ad statutum 36. in Criminalib.

1 *MVtatio nominis, an permissa.*

2 *Nomen sibi mutans in fraudem qualiter puniatur.*

1 CViquam libero homini in iure nominis mutatio est permissa, l. prima, vbi Doct. C. de mutat.

2 nom. Intelligendo tamen modo id non fiat in fraudem, quo casu punibilis est, Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 318. num. 27. & seq. & per Farinac. in tract. de falsitat. & simulat. quæst. 150. parte quinta, nume. 137. cum plurib. sequentib.

De pœna Notariorum, vel aliarum personarum, quæ facerent, vel fieri facerent aliquam cartam, vel scripturam falsam. Et de pœna dicentis falsum testimonium, siue producentis, siue vtentis eo, vel eis in qualibet causa, & monetam falsificantis, siue tondentis. Rubr. 37.

ITem statuimus, quòd si quis fecerit, vel fieri fecerit cartam falsam, vel acta publica falsa, vel falsificauerit, vel falsificari fecerit scienter aliquam cartam, vel condemna-

condemnationem, vel attestationes, vel dicta testium, vel confessionem, vel testes, vel acta publicari scriptos, uel scripta, uel aliquas scripturas in toto, uel pro aliqua parte de vel super quantitate, uel iuris non excedente quantitatem florenorum quinquaginta auri condemnetur pro prima vice, in quadruplum, & ulterius quod mitrietur, & tribus diebus continuis sic mitriatus perducatur in publico. Pro secunda vice in amissione manus in qua sit magis potens. Pro tertia verò vice ignis apponatur. Et si de vel super quantitate re vel iuris excedente summam florenorum quinquaginta vsquè ad florenos quingentos auri pro prima vice condemnetur in amissione manus in qua sit magis potens, pro secunda verò vice apponatur pœna ignis. Et si de re, uel quantitate, vel iuris excedente summã florenorũ quingentorũ, pro prima vice puniatur arbitrio Potestatis in amissione manus, vel pœna ignis inspecta qualitate facti, & personarũ, pro secunda verò vice apponatur pœna ignis.

Si quis falsum testimonium dixerit, ut aliquis condemnetur in causa Criminali puniatur ea pœna qua puniendus esset ille contra quem falsum testimonium dixerit, si corporaliter veniret condemnandus, & hoc vbi pœna corporalis non sit minor quam incisio linguæ, quo casu lingua incidatur eidem. Si verò pecunialiter tunc amputetur ei lingua, & imitrietur. Si verò testimonium falsum dixerit, ut aliquis in Criminali causa absoluatur. Similiter puniatur ea pœna qua puniendus eßet ille in cuius fauorem dixerit testimonium si corporaliter veniret condemnandus. Si verò pecunialiter tunc amputetur ei lingua, & eadem pœna puniatur illæ, qui scienter, & dolosè produxerit in causa Criminali falsos testes, uel falsum testem, uel eis, seu eo scienter, & dolosè vsus fuerit. Et vbi aliter non appareat, seu constet aliquem scienter, & dolosè produxisse falsos testes, uel vsum fuisse intelligatur scienter, & dolosè produxiße falsos testes, uel falsum testem, uel scienter, & dolose vsum fuisse, qui post publicationem testium interrogatus, an velit vti dictis testium, uel testis responderit se velle vti, & quilibet interrogatus teneatur respondere ad terminum per Iudicem statuendum. Et si ad dictum terminũ non responderit intelligatur non velle vti. Et ultra ille qui falsum testimonium dixerit vt supra, & ille qui produxerit, uel vsus fuerit vt supra, & quilibet ipsorum insolidum; ita tamen quod vnica sufficiat solutio compellatur realiter & personaliter ad emendationem faciendum cuiuslibet damni dispendij, & intereße illæ, qui damnum dispendium, seu interesse sustinuisset, seu supportaßet occasione dicti falsi testimonij.

Quicunque falsum testimonium dixerit, ut aliquis condemnetur in ciuili causa amputetur ei lingua. Si verò falsum testimonium dixerit, ut aliquis absoluatur in causa ciuili similiter amputetur ei lingua, & eadem pœna puniatur illæ, qui scienter, & dolosè produxerit falsos testes, seu falsum testem in causa ciuili, uel eis, seu eo scienter, & dolosè vsus fuerit. Et intelligatur scienter, & dolosè falsos testes, uel falsum testẽ produxisse, uel scienter, & dolosè vsum fuiße, qui post publicationem testium interrogatus, an velit vti dictis testium, uel testis respondit se velle vti. Et quilibet interrogatus teneatur respondere ad terminum per Iudicem statuendum. Et si ad ipsum terminum non responderit intelligatur non velle vti. Et ultra ille qui falsum testimonium dixerit vt supra, & ille qui produxerit, uel vsus fuerit vt supra, & quilibet eorum insolidũ ita tamen quod vnica solutio sufficiat teneatur ad emendationem cuiuslibet damni, dispendij, & intereßè illi, qui damnum, dispendium, seu interesse sustinuerit, seu supportaßet occasione falsi testimonij.

Eadem pœna puniatur quilibet qui solicitauerit, aut operam dederit, aut consilium, quod aliquis dicat falsum testimonium. Et si quis fecerit, uel fieri fecerit monetam falsam uel tonsauerit, seu tonsari fecerit comburratur, & domus in qua facta fuerit publicetur. Et si scienter expenderit, uel portauerit, uel portari fecerit monetam falsam à solidis sexaginta supra, usque ad libras decem Papiæ condemnetur in libris centum. Et si à libris decem Papiæ supra, usq; ad libris 25. Papiæ condemnetur in libris quinquecentum

Papiæ, & si à libris 25. Papiæ supra condẽnetur in libris mille Papiæ, quas si non soluerit comburratur, ita quòd moriatur. Saluo quòd ille, qui dictas monetas expenderit, vel expenderet, vel portaret, vel portari faceret ignoranter exhibuerit datorem, quòd non teneatur ad dictas pœnas. Et si portans, vel expendens delictum prædictum iterauerit etiam in maiori quantitate solidorum centum comburratur. Et quòd Dominus Potestas habeat bailiam, & arbitrium minorandi pœnas prædictas circa delictum monetæ in auere, & persona si sibi videbitur inspecta conditione personæ. Et eadem pœna imponatur expendenti, vel portanti, vel qui expenderit, vel portauerit monetam tonsam, vel mancham distincta quantitate vt supra. Et eo modo vt supra Dominus Potestas habeat arbitrium minuendi eidem dictas pœnas in auere & persona vt supra. Et si emerit vel infuderit tonsalias incidatur ei manus, & si delictum reiterauerit comburratur, Dominus autem Potestas habeat vt supra arbitrium minorandi ipsas pœnas eidem.

Summarium ad statutum 37. in Criminalib.

1 *Videndi circa materiam huius statuti.*
2 *Falsitas nemini noxibilis, nõ est punibilis.*
3 *Falsitas sine dolo, non committitur.*
4 *Falsi pœna per statutum, hoc habet locum, vbi proceditur per accusationẽ, secus si per Inquisitionẽ.*
5 *Ignorantes pœna huius statuti non puniuntur.*
6 *Falsum testimonium producens, qualiter puniatur.*
7 *Respondens, se velle vti aliquo instrumento, si falsum sit probare poterit ignorantiam, vel iustum timorem.*

1 AD † materiam huius statuti, & falsam scripturam facientis, vel falsum testimonium producentis videndę in primis Nou. Mediol. Constitut. tit. de pœn. §. quicunque fecerit, & infra decretum 40. Clar. in §. falsum, vbi Baiard. in addit. plenè Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 306. & vberrimum, ac plenissimũ tractatum fecit Farinac in tract. de falsit. & simulat. ita vt nullus addendi locus relinquatur.

2 † Falsitas tamen nemini nocibilis non est punibilis saltem pœna ordinaria si dolus adfuit Menoch. d. consil. 306. num. 28. Farinac. d. tract. de falsitat. q. 150. num. 358. & seq. Polydor. Rip. olim Collega meus in tract. de act. in mort. artic. tit. de notario cap. 26. 3 † Minus comprehenditur falsum committens absque dolo Menoch. consil. 221. nu. 14. & de arbitr. Iudic. cas 309. nume. 2. & 3. latissimè per regulam & ampliationes, ac declarationes Farinac. d quæst. 150. part. 12. nu. 273. cum seqq. pluribus, pœnaq; huius statuti non dicitur ꝓpriè, & verè capitalis, sed mixta, Menoch. de arbitr. Iu-
4 dic. quæst. 80. num. 24. & 25. † Et nota quod pœna huius statuti habet locum quoties proceditur per accusationem, secus si per inquisitionem ex officio, nam tunc pœna est arbitraria. Menoch. d. tracta. de arbitr. Iudic. cas. 313. num. 3. & 4. Plot. in l. si quando num. 716. C. vnde vi. Cæterum quid sit falsum, quid sit illius pœna, quomodo, & in quibus casibus locum habeat plenè Farinac. d. quæst. 150. per totam vbi plura alia.

5 In verbo, scienter] not. † quod licet statutum hoc nomine, seu aduerbio scienter non vteretur; nihilominus ignorantes pœna huius statuti non puniuntur, Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 315. nu. 4 & in dubio ignorantia, & error potius præsumitur quam dolus Farinac. d. quæst. 150. de falsit. & simulat. part. 11. num. 274. & seq.

6 In verbo, si quis falsum testimonium] † ad hoc vide Nou. Mediol. Constitut. tit. de pœn. §. si quis falsum testimonium, vbi alia imponitur pœna, latè Plot in repertorio, l. si quando. C. vnde vi. plenius Farinac. d. tract. de falsit. & simulat. quæst. 159. nume. 1. cum plurib. seq. per tot.

7 In glo. responderit se velle vti,] not. † quod nõ obstãte hoc statuto, poterit ille, qui responderit velle vti. probare iustam ignorantiam, vel iustum timorem, Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 315. num. 19. & de hoc interrogatorio eiusque responsionibus plenè agit, Afflict. decisio. 189. Bursat. consi. 188. Gabr. in suis communib. tit. de crimin. concl. 7. Clar. in § falsum num. 24. vbi Baiard. num. 127 Carpan. ad statut. Mediol. cap. 76. parte prima, Sigismond. Scac. de Iudic. causarum lib. 2. c. 11. nu. 487. cum plurib. seqq.

De pœna Officialis delinquentis in officio. Rubr. 38.

ITem statuimus, quòd quilibet Officialis Communis Papiæ, qui fraudem, dolum, vel furtum de rebus Communis commiserit, vel aliquid ab aliqua persona, vel communitate indebitè extorserit occasione sui officij; vel acceperit, vel aliter dolum, vel fraudem in Officio suo commiserit, vel aliquid fieri fecerit condemnetur in quadruplum dandum personæ, vel Communitati à qua extorserit, vel habuerit, & insuper condemnetur Communi Papiæ in libris quinquaginta Papiæ, & ab officio remoueatur, & quilibet possit accusare, & habeat dimidiã condemnationis. Hoc addito quòd notarij banchi communis, vel

iustitiæ,

iustitiæ, qui dolum, vel fraudem commiserint in officio, occasione officij, vel bannorum, & quilibet ipsorum si falsum commiserint, puniantur vt supra in præcedenti statuto posito sub rubrica, de pœna committentis falsum. Si verò alio modo puniantur vt supra in præsenti statuto.

Summarium ad Statutum 38. in Criminalib.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Offitialis barratariam committens, qualiter puniatur.*
3 *Barratariam committere, quando dicatur offitialis.*
4 *Offitialis tempore syndicatus restituens, an possit inquiri.*

1 AD hoc † statutum, vide Nou. Mediolani Constitut. tit. de pæn. cap. officialis, Boss. in praxi, tit. de official. corrupt. Carpan ad statuta Mediolani, cap. 40. lib. 2. sub rub. de pœn. official. committentis barratariam. † De iure autem communi puniuntur
2 officiales cōmittentes barratariam, in primis officio priuantur, & facultate amplius obtinendi, l. iudices, C. de dignit. lib. 12. exilio puniuntur, ac in quadruplum condemnantur eius, quod acceperint, Clar. in praxi, §. final. quæst. 73. num. 2,
3 vbi Baiard. in addit. num. 12. † Dicitur autem officialis barratariam committere cum aliquid, indebitè accipit, vt sententiam proferat, siuè iustam, siuè iniustam, latè per Menoch. de arbitr. iudic. cas. 342. num. 18. cum seq. Paris. de syndicat. in verbo barrataria, nu. 7. & 8. Carpan. ad statuta Mediolani, cap. 41. part. 2.
4 † Quid si officialis malè ablata restituat tempore sindicatus, & pars, quæ libellum accusatorium porrexerat, illum reuocet, an per hoc Syndicator prohibeatur illum inquirere, & punire, dic quod non, l. transigere, vbi Bart. C. de transac. Alexan. consil. 206. num. 14. lib. 2.

De pæna corrumpentis officiales Communis Papiæ, & de pœna corrupti. Rubr. 39.

ITem statuimus, quod nullus debeat corrumpere, vel corrūpi facere Potestatem Papiæ, vel Iudicem, vel militem, vel alium de eius familia, officialem, vel Consiliarium, vel Cōmissarium in Ciuitate Papiæ, vel territorio Papiæ, nec aliquid ei dare, vel promittere, vel remittere, vel dari, promitti, remitti facere, vt aliquid committat, vel committi faciat, quod fieri non debet, vel omittat, & omitti faciat, quod fieri debet. Et si quis contrafecerit, vel fieri fecerit, tàm corrumpens, quàm corrupi faciens, & corruptus, puniantur in libris centum Papien. pro quolibet ipsorum, & qualibet vice, & nihilominus teneatur ad restitutionem damni in duplum damnum passo.

Summarium ad statutum 39. in Criminalib.

1 *Videndi ad hoc statutum.*
2 *Corrumpentis offitialem pœna.*
3 *Officialem blandis verbis inducens, vt pro se ferat sententiam, an puniatur.*
4 *Officialis alicui promittens victoriam litis, qualiter puniatur.*

1 AD hoc statutum, vide Nou. Mediol. Constitutiones, tit. de pœn. cap. si quis in tantam, Menoc. plenè de arbitr. iud. cas. 343.
2 per tot. Clar. in §. fin. q. 73. num. 2. & hodie † ex Mediol Constitut. pœna est ducentorum aureorum, vel trium ictuum funis, arbitrio Principis, vel
3 Senatus. † si quis autem blandis verbis absq; pecunia, persuadeat Iudici, vt pro se ferat sententiā centum aureorum pœna plectitur, nec causam amittit, l. 1. ff. de ambit. Clar. d. q. 73. nu. 2.
4 † Qualiter autè puniatur officialis alicui suè causæ victoriam promittens, dic arbitraria pæna puniri, Menoch. cas. 344.

De pœna illius, qui post sonū schille inuentus fuerit ire per Ciuitatē Papiæ, vel burgos, vel placiare, vel qui inuentus fuerit in taberna, vel domo, in qua vēdatur vinum, & de pœna Tabernarij, qui vendit vinum. Et pe pœna illius, qui inuentus fuerit sine voluntate domini in domo alicuius. Rub. 40.

ITem statuimus, quod omni sero ad horam constitutam, pulsetur ad schillam, & quod aliquis post sonum schille, & ante sonum campanæ, quæ pulsatur pro alba, non debeat ire

per Ciuitatem Papiæ, vel Burgos, vel placiare in platea porticu, seu via, vel permittere se inuenire in taberna, vel domo aliqua, in qua vendatur vinum bibendo, vel non bibendo aliquis, qui ibi non consueuerit habitare, & non habuet, vel permittere se in dicta taberna, uel domo prædicta inueniri, uel uendere in taberna, uel domo, uel Curia uinum ad suum vas vel alterius, vel in aliqua alia domo alicuius in Ciuitate Papiæ burgi, vel territorij permittere se inuenire sine voluntate illius, qui habitabat continue, & qui in aliquo contrafecerit, si inuentus fuerit ire vt supra sine lumine condemnetur cōmuni Papiæ, pro qualibet vice in solidis quinque Papien. nisi ipse inuentus fuerit ire extra domum, vel venire sine fraude, vel pro igne, vel pro mortuo, vel pro mischlantia, vel pro parturitione mulieris, vel pro aliquo infirmo, & nisi esset furnarius, vel eius seruiens, qui iret ad aquam trahere, vel inuocare personam pro impastando, vel panem faciendo, vel nisi fuerit per medium suam portam propter necessitatem corporis sui sine suspitione, & prædicta sine armis. Si autem cum armis inuentus fuerit condemnetur habita distinctione locorum, & noctis à die, vt continetur in statuto infrascripto posito sub rubrica de pœna portantium arma. Et si inuentus fuerit in taberna, seu domo in qua vendatur vinum, vel curia tabernæ, seu domus vendere vinum ad suum vas, vel alterius condemnetur communi Papiæ, in solidis viginti Papien. nisi vendiderit vinum ad portandum extra tabernam, & curiam tabernæ in aliquo vase. Et si in domo alicuius inuentus fuerit sine voluntate illius, qui habitat ibi etiam sine insultu, si fuerit in Ciuitate, siue burgis cohærentibus Papiæ communi Papiæ, si cum armis in libris 25. Papien. & sine armis in libris 10. Papien. & in territorio Papiæ puniatur communi Papiæ, si cum armis in libris decem Papien. si sine armis in solidis centum Papien. Ita tamen quod si in dicta domo in qua prædictus inuentus fuerit sine voluntate habitantium dicta nocte furtum factum fuerit, quod tunc prædictus ibi inuentus teneatur dictum furtum emendare ibi habitanti, & dare cum pœna quadrupli. Et si dictus inuentus videbitur iudici, vel militi domini Potestatis Papiæ, vel officiali suspecta persona possit, & debeat eum ducere ad palatium, & detinere. Et in quolibet casuum prædictorum, quilibet possit accusare contrafacientem, & habeat medietatem condemnationis, & de prædictis omnibus, & singulis credatur dicto Iudicis, vel militis domini Potestatis, vel dicto duorum seruientium cum sacramento, qui sint de seruientibus Domini Potestatis.

Summarium ad statutum 40. in Criminalibus.

1 *Campana, qua hora noctis pulsetur pro usu armorum.*
2 *Dictio, post, tempus posterius respicit.*
3 *Arma deferens post sonum campanæ, quibus plectatur pœnis.*
4 *Pœna deferentis, vel reperti cum armis, an habeat locum in eo, qui fuit repertus, non tamen captus, & an procedat in nocte Iouis, & Veneris Sancti.*
5 *Taberna, & cāpana, quid sint, & in quo differant.*
6 *Taberna, an possit exerceri in loco, vel penes domum, ubi nobiles habitant, vel penes domum Principis.*
7 *Furtū, quibus coniecturis factū fuisse præsumatur.*
8 *Furti, vbi agitur, debet in primis constare de furto.*
9 *Statuto hoc, non obstāte innocentia probari potest.*
10 *Taberna in hoc statuto, qualiter sumatur.*

1 IN verbo, vt quod aliquis post sonum scillæ] † hæc campana communiter pulsatur hora secunda noctis, & durante sonu talis campanæ huius statuti, pœna non habet locum, ponde-
2 rando dictionem illam † post quæ respicit tempus posterius, l. æmilius, ff. de minor. 25. annis, Menoch. conf. 1103. num. 4. lib. 12.

3 † In verbo, si autem cum armis] † vltra hanc pœnam statutariam, si quis post sonum dictæ campanæ inuentus fuerit cum armis absque lumine, incurrit pœnam ictuum duorum funis publicè, aut scutorum 25. arbitrio S. E. ità disponentibus proclamationibus S. E. generaliter editis in materia armorum, in cap. incipiente. Che nè in Milano, nè nelle altre Città.

4 Sed † nunquid pœna huius statuti, & dictarum proclamationū habeat locum in eo, qui inuentus est de nocte cū armis, sed minimè est captus, vide Ang. de Malefic. in verb. dictus Andreas armatus, nu. 7. Farinac. de var. ac diuers. crim. q. 108. num. 136. tom. 3. Clar. in sua prax. crim. §. fin. q. 82. ad statut. 6. versic. sed quid si statutum, huius autem, quod pœna huius statuti non habet locum in nocte Iouis, aut Veneris Sancti, quo tempore non pulsantur Campanæ, Clar. ad d. statutum 6. vers. pone in statutis, Bursat. cons. 141. num. 33. lib. 2 apud quē videre est, quibus modis à simili pœna excusari possit captus cum armis.

5 In verbo, & si iuuentus fuerit in taberna] † taberna, & caupona, quid sint, & in quo differant, tradit Menoch. in cons. 798. num. 33. & seq. lib.
6 8. quo loci etiam tradit, quod dictæ tabernæ exerceri non possũt in loco, vbi personæ nobiles habitant, & apud domum Principis, ad quem lectoré remitto, & quæ dicatur taberna, tradit etiam Bald. cons. 197. in fine lib. 2. Alb. cons. 243. nu. 7. lib. 2.
7 In verbo, dicta nocte furtum factum fuerit] † quibus coniecturis præsumatur factum fuisse furtum, quando non adsunt indicia, plures allegando, tradit Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 61. num. 21. & seqq.
8 Sed hic aduertendum venit, † quod talis prætendens rem sibi furto subtractam fuisse, debet in primis probare furtum commissum, latissimé ampliando, ac limitando, pluresq; Doct. allegando, Mascard. de probat. conclus. 829. lib. 2. nu. 1. & seqq. pluribus.
9 † Et non obstante hoc statuto, non erit abbreuiata manus illius, qui in aliena domo fuerit inuentus, quin possit probare eius innocẽtiam, Bertazzol. alios citans cons. crim. 326. ante num. 12. lib. 2.
10 Hoc statutum † intelligendũ est tantummodo de illa taberna, quæ vulgo Bettola nuncupatur, non autem de caupona, pόderando maximé clausulam illam positam in statuto, scilicét in qua venditur vinum, cum propriè taberna dicatur, vbi vinum venditur ad minutum, Bald. cons. 197. nu. 3. lib. 3. Cardin. Tusch. pract. concl. iur. littera T. conclus. prima, nu. 2.

De pæna Tabernarij, & Tabernariæ, qui serrauerint ostium antè pulsationẽ campanæ potatorum de sero. Rubr. 41.

ITem statuimus, quod quilibet Tabernarius, & Tabernaria debeat habere, & tenere ostium tabernæ, vel domus, in qua venditur vinum apertum, & non clausum cum stanga, & catenacio, vel alia serratura, donec fuerit pulsatum ad campanam potatorũ, & qui secus fecerit condemnetur qualibet vice in solidis quinquaginta Papien. Et de prædictis credatur dicto Iudicis, vel militis, vel officialis.

Hoc statutum non est in vsu.

De pæna Tabernarij, & Tabernariæ, qui non apperuerint ostium ad tertiam vocationem officialis. Rub. 42.

ITem statuimus, quod quilibet Tabernarius, vel Tabernaria teneatur aperire, & facere aperiri ostium tabernæ, in qua vinum vendatur, ex quo ter coactus fuerit per nuntios, vel nuntium Communis Papiæ, etiam si fuerit de nocte, & quacunque hora noctis, & qui contrafecerit, condemnetur in solidis 20. Papien. pro qualibet vice, & de prædictis credatur Iudici, vel militi, vel officiali.

HOC Statutum recessit ab aula.

Qualiter intelligatur, quando fit mentio in statutis de nocte. Rubr. 43.

ITem statuimus, quod vbicunquè fit mentio in statuto de nocte, intelligatur in Ciuitate, & suburbijs post occasum solis, & pulsata Aue Maria cum campana Communis, in districtu etiam idem seruetur, de die autem intelligatur antè ortum Solis, & pulsata Aue Maria ad campanam Communis Papiæ.

Summarium ad statutum 43. in Criminalib.

1. *DIes, & nox, quando incipiant.*
2. *Statutum puniens, delictum factum de nocte, à tali hora, an procedat vbi non pulsantur campanæ, vel audiri nequeunt.*

1 HOC statutum conforme iuri communi, nox enim tunc dicitur, quando Sol non est super terram, & dies vsquè quo Sol est super terram, intelligendo tamen de die naturali, seu artificiali, secundum Romanam Ecclesiam, vt habetur in Hymno Beati Ambrosij, Lucis Creator &c. ibi, qui mane iunctum vesperi, diem vocari præcipis, & in principio veteris testamenti, & factum est vespere, & mane dies vnus. Item iuxtà illud, dies est

Sol lucens super terram, & hoc probat tex. in l. 1. vbi glo. in l. more Romano, ff. de fer. Felin. in c. consuluit de fer. pulcrè, Bart. hanc faciens distinctionem, in l. prima, §. Hoc autem Senatus, nu. 2. ff. ad Sen. conf. Syllan.

Quid autem sit nox, & quid sit dies, tradit Nat. conf. 469. num. 12. & 13. quo loci secundum Bal. & Ang. inquit diem esse lucis positionem, noctem verò lucis priuationem, latissimè plures afferens diffinitiones noctis, tradit D. Polid. Rip. olim collega meus in suo tract. de nocturn. temp. cap. pri. per totum, & præcipuè num. 3. vbi nox communiter definitur, quod sit vmbra terræ, Clar. in §. fin. q. 81. statuto 9.

2 Sed iuxtà hoc quæro, statuto cauetur, quod in maleficijs commissis de nocte, pœna duplicetur, prout in hoc Dominio, respectu abusus armorũ, disponunt Nou. Mediolani Const. tit. de pœnis. §. Abutentes armis, & per hoc statutum disponitur, quod nox intelligatur à sono campanæ, seu Aue Mariæ, quæ pulsatur de sero, vsque ad aliam campanam, seu Aue Mariam de mane, Modo quidã commisit delictum in tali loco, ad quem nõ porrigebatur sonus campanæ, vel in nocte Veneris Sancti, in qua non pulsantur campanæ, veritas tamen est tale delictum commissum fuisse de nocte; An iste talis puniri debeat duplici pœna, & prima facie dicendum venit, quod sic, cum vtsupra diximus, naturaliter nox dicatur post occasum Solis, & hanc quæstionem in puncto ponit, & distinguendo examinat, Bart. in l. cum aliter, §. Hoc autem Senatus num. 2. vsq; ad finem, ff. ad Sen. conf. Syllan. quo loci hanc tenet opinionem, cõtrarium tamen tenet Alex. alios citans in l. filio quem nu. 3. ff. de lib. & posthum. & in l. fin. nu. 3. C. de his, quibus vt indign. & antè eum, Bald. in d. l. fin. num. primo, & hac præcipuè ratione mouentur, quia hic casus omissus fuit à statuto, & idcircò remanet in dispositione iuris communis, l. commodissimè, ff. de lib. & posth. quo iure delinquens in loco, quo non auditur sonus campanæ non ligatur ex casu expresso in statuto, l. 3. §. surdus, ff. ad Sen. conf. Syllan.

Ego autem vtramq; conciliando, sic dicerem, Aut iste deliquit tempore noctis veræ, puta post tenebras factas, & tunc iste talis poterit puniri pœna dupli, non obstante, quod sonus campanæ ad illum locum non peruenerit, & ratio est, quia licèt hoc statutum se remittat ad sonum campanæ, nihilominus id solum factum fuit, ad hoc nè dubitari contingat, quando dicatur nox nec nè, quæ dubitatio hoc in casu vtiq; cessat, cum nemo sit, qui ignoret, noctem tunc esse, cum tenebræ factæ sunt.

Aut verò sumus in nocte ficta, hoc est, post pulsationem campanæ, sed adhuc nundum factis tenebris, & tunc iste talis minimè puniri debet pœna dupli, sed ex simplici delicto, & hanc distinctionem de nocte vera, & ficta, vide apud Bart. in d. l. cum aliter, §. hoc autem Senatus, num. 2. ff. ad syllan.

De pœna portantis arma offensoria, fraudolosa, vel fugientis à familia, & non permittentis se circari, & albergatoris non denuntiantis hospiti. Rub. 44.

Item statuimus, quòd nullus Ciuis, vel terrerius Papiæ, vel territorij, vel forensis debeat portare per Ciuitatem, vel Burgos ei adhærentes, aliqua arma offensoria, vel fraudulosa, & qui in aliquo contrafecerit, si in Palatio Communis Papiæ, nouo, vel veteri, vel domo, seu domibus habitationis Potestatis Papiæ, puniatur Communi Papiæ in libris decem Papien. Et in loco alio, vbi ius redditur, vel reddi consueuit in Papia per aliquem Iusdicentem Communis Papiæ, puniatur in libris quinque Papien. Et si in Curia Episcopi, vel Ecclesia maiori Papiæ, vel in Ecclesia Sancti Ioannis de fontibus, puniatur in libris tribus Papien. Et si in atrio Sancti Syri, vel in platea Sancti Sauini, quæ est in Ciuitate Papiæ, vel fera, vel ad bagordum, quãdo fit, vel platea in batagliolis, vbi fiunt, vel ad bataglialam iudicatam, puniatur Communi Papiæ, in solidis quadraginta. Saluo quod si in aliquo suprascriptorum locorum inuentus fuerit contrafacere in nocte, idest, post sonum schillæ, quæ pulsatur de sero, & antè sonum campanæ, quæ pulsatur ad albam de mane, quod tunc puniatur in duplum eius, quod supradictum est, habita distinctione personarum, & locorum vtsupra. Et si in aliquo alio loco supra non specificato, inuentus fuerit de die, puniatur in solidis triginta Papien. & si in nocte inuentus fuerit, quod tunc puniatur in duplum. Et si fugerit à præsentia Iudicis, vel militis, vel alterius de familia Potestatis, euntis circare arma vetita, vel bannitos, vel malefactores, vel circã facientes contra vetita, vel aliud officium Potestatis Papiæ, vel Communis Papiæ exercendo, quòd ipsa fuga faciat ipsum confessum de armis vetitis portatis per ipsum euntem per dictum officium, & puniatur Communi Papiæ, habita prædicta distinctione locorum, & temporis vtsupra, tanquam inuentus dicta arma portare. Et si non permiserit se circari

tari alicui ex dictis officialibus, vel per aliquem alicuius ipsorum baruariorum, donzellorum, seruitorum, vel familiarium euntium cum dicto officiali, quod tunc puniatur in libris decem Papien. Saluo quod, si supradictus inuentus verè portare, tunc veniebat de foris ad Ciuitatem Papiæ, vsque quò fuerit ad ostium, uel domum, in qua habitare debebat, si erat forensis, uel solitus habitare, si erat de Papia, uel ibat à dicta domo, uel ostio foras extra Papiam, uel Burgos eundo à domo, uel ostio, quod tunc in nihilum puniatur, & eodem modo non puniatur si fuerit repertus non fraudulosè portare pro uendendo, uel pignorando, uel alij dando, uel similia, quæ fraudulosa portatio arbitrio Iudicis, uel militis, uel officialis, qui fuerit ad inueniendum intelligatur, & etiam fugisse, & se circari non permisisse, & arma offensoria fraudulosa portare, & in quolibet tempore ex eis, & loco, & in quolibet prædictorum casuum. Et quod dictum est de pœna foresterij locum habeat, si eidem per suum hospitem postquam fuerit ad hospitium denuntiatum fuerit, quod arma deponeret, & non portaret, de qua denuntiatione credatur iuramento hospitantis, quæ pœna erat portanti arma per Commune Papiæ imposita. Et si eidem denuntiatum non foret, quòd tunc hospes pœnam prædictam portare, seu soluere teneatur, quam si soluere non poterit, quòd puniatur arbitrio Potestatis. Arma autem uetita offensoria sunt cultellus feritorius de golono, spata, spontonus, stochus penatus, brocha feritoria, macia feritoria, uel blumbea, uel desnodata, bastonus ferreus, uel alterius metalli, falzonus, & falzia, quæ dicitur canturina, siue ibi fuerit facta, siue non, misericordia, ronchonus, gisiarina, lanzia ferrata, glauerina, lanzonus ferratus, seu spetum ferratum, uel ferreum, cultella bracera, spata de ferro, idest, quæ habet spetum, ferreum affissum, bracerie, pichozium ferreum, ranzilionum ferreum, & giauarotus ferreus, & quælibet ex prædictis alia arma, quod sint offensoria, & arbitranda, & iudicanda Iudicis arbitrio de prædictis stetur, & de inuentione ut supra. Et in quolibet casuum prædictorum arma sint publicata Communi Papiæ cum uaginis, & uendi debeant ad incantum. Saluo quod bubulci cum curru, & bobus inuenti cum cultello ab una costa, non puniantur. Et quod quilibet inuentor armorum ea die, qua dicta arma acceperit, uel accipi fecerit, teneatur uinculo sacramenti, sub pœna librarum decem Papien. pro qualibet uice, qua contrafecerit consignare, uel consignari facere Cameræ Communis Papiæ.

Summarium ad statutum 44. in Criminalibus.

1 *Armorum delatio, omni iure prohibita.*
2 *Pœna statutaria facit cessare pœnã iuris.*
3 *Omnibus de Dominio Mediolani, permissum est portare arma à proclamatibus non vetita.*
4 *Tollerantia, quos effectus producat, & forẽsis quis dicatur.*
5 *Forensis viator non potest puniri pœna huius statuti.*
6 *An hoc statutum afficiat Clericos.*
7 *Edictum prohibens delationem armorum, an extendatur ad retentionem in domo.*
8 *An contineat arma deffensiua.*
9 *Defferens arma offensibilia, & deffensibilia, an puniatur pœna huius statuti, an verò edicti.*
10 *Armorum appellatione, qua veniant.*

1 Armorum delatio nedum prohibita est ex hoc statuto, verum etiam omni alio iure. l. prima. ff. ad l. Iul. de vi pub. l. pri. C. vt armorum vsus. lib. 11. Auth. de armis, §. pen. & cap. primo, §. si quis rusticus de pace tenenda, Becc. cons. 4. num. 3. cum infinitis alijs allegatis per Farinac. de var. ac diuers. crim. q. 108. num. 3. tom. 3.

2 Notandum est autem, † quod per hanc pœnã statutariam, cessat pœna à dictis Iuribus imposita, præcipuè in hoc Dominio, vbi vltra pœnam statutariam, adsunt etiam proclamationes S. E. generaliter æditæ in materia armorum, quarum proclamationum pænæ pœnitus est standum, Farinac. alios allegans, d. q. 108. num. 13.

3 † Sciendum est tamen, quod hodie communiter permissum est Ciuibus, & alijs de Dominio Mediolani, portare quælibet arma, quæ à dictis proclamationibus vetita non reperiantur, absquè eo quod quis incurrat pœnam huius statuti, &
4 hoc propter tollerantiam Superiorum, † tollerantia enim Superiorum securitatẽ tribuit, & potens est ad inducendam bonam fidem, & ad excusandum à dolo, prout in puncto de communi, alijs etiam adductis, tradit Becc. allegato consil. 4. num. 15.

In verbo, vel forensis] forensis hoc in casu quis dicatur, & quot modis quis forensis dicatur, videas latissimè Menoch. in consil. 74. à principio consil. vsq; ad num. 8.

5 † Sed iuxtà hoc, sciendum venit pœnam huius statuti minimè habere locum in forense viatore.

capto

capto in Ciuitate, dum veniebat, aut egrediebatur, arg. l. 1. in verbo, vel itineris, ff. ad l. Iul. de vi public. Clar. in sua prax. crim. §. fin. quæst. 82. in verbo, statutum sextum, vers. Item quæro, Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 394. nu. 58. cum alijs adductis per Bertazzol. cons. crim. 46. num. 3. volu. primo, quibus addo, Farinac. dicta quæst. 108. num. 19.

6 † Sed an edictum prohibens arma deferre afficiat Clericos, affirmāt eos comprehendere, Clar. in §. fin. suæ praxis, quæst. 36. num. 22. vers. vlterius quæro, Menoch. de arb. iud. cas. 394. nu. 36. & 37. & Plaz. in epitom. delic. cap. primo, q. 8. nu. 26. Quod tamen ego intelligo, cum hoc moderamine, vt scilicet capti Iudicibus ecclesiasticis sint tradendi, & ab eis puniendi, vt per Farinac. de var. & diuers. delic. q. 108. num. 24. qui nec etiam tenetur pœnam à Iudicibus sæcularibus impositam, sequi, sed illam iuris canonici, vt tenet Didac. Coaruu. pract. quæst. q. 33. sub nu. 7. versic. palam fit, vel vbi sub pœna edicti contineatur, intelligitur de pecuniaria, idem Coaru. var. resol. lib. 2. cap. 20 ad finem, præter id etiam teneo non posse ministrum laicum manus in clericis capiendis inferre, nisi exter Iudicis Ecclesiastici edictum, vt quilibet minister laycus possit clericū arma deferentem capere, & ad Iudicem ipsum ecclesiasticum ducere, vt in hac mea patria, & ferè vbiq; extant similia edicta.

7 † An autem edictum prohibens deferre arma prohibita, censeatur prohibere eorum retentionem, communis est, quod non, Bursat. cons. 331. num. 31. Decian. in tract. crim. tit. de prohib. vsu armorum, cap. 3. limit. 15. num. 55.

8 † Similiter edictū prohibens deferre, aut retinere arma, intelligitur de offensiuis, non de defensiuis, Roman. in l. prima, §. occisorum, ff. ad Sylan. Ias. in §. ex maleficijs, nu. 82. & seq. inst. de act. Farinac. de var. & diuer. crimin. quæst. 108. num. 73. licèt nu. 74. plures referat contrarium tenentes.

9 Quid modo, si quis deferat offensibilia, & defensibilia, an puniatur pœna statuti, vel edicti, Bart. in l. pediculis, §. argento, ff. de aur. & arg. legat. tenet inspiciendam esse consuetudinem, & ad quē vsum deferuntur, Farinac. d. q. 108. nu. 76.

10 Armorum autē appellatione quid veniat, & an cultelus comprehendatur, Farinac. d. q. 108. nu. primo, & 77. Clar. §. fin. quæst. 82. num. 4. vbi Baiard. in addit. num. 71. Decian. in tract. crim. tit. de prohibit. vsu armorum, tom. 2 cap. 2. nu. 9.

De pœna bubulci, qui steterit super curru, quando ducitur. Et pœna Asinarij, vel Molendinarij, qui sederit super farina. Rub. 45.

ITem statuimus, quod bubulcus ex quo intrauerit Ciuitatem Papiæ, eundo, vel redeundo cum curru, caretta, vel barozio, non debeat stare, vel sedere super ipso. Et si contrafecerit, soluat Communi Papiæ solidos quinque Papien. Nec etiam Asinarius, vel Molinarius debeat ascendere, stare, vel sedere super farina, vel blaua posita super bestia ipsam portante, & qui contrafecerit soluat Communi Papiæ, qualibet vice solidos viginti Papien. & quilibet possit accusare, & teneatur secretus, & habeat dimidiam, & de prædictis omnibus, & singulis stetur dicto Iudicis, vel militis.

HOC statutum hodie non seruatur.

De pœna illius, qui luserit ad taxillos. Rubr. 46.

ITem statuimus, quòd nullus de cætero ludat, præstet, committet menti teneat seu ratiocinetur, vel teneat ludum, vel permittat ludere, vel circumstet, seu superstet ludo taxillorum, vel in domo habeat tabulerium aptum ad ludum. Saluo, quod hoc statutum non habeat locum in potestatibus barataria, & eorum officialibus, sed seruentur eis pacta ipsius incantus. Saluo quam in minoribus obligandis. Et si quis in aliquo prædictorum secus fecerit si luserit, vel ludet ad taxillos, vel ad aliquam bischlaziam, vel ad aliū ludum azari, vnde pecunia vincatur, vel perdatur, vel alia res, in aliquo loco sæculari, vel Ecclesiastico Ciuitatis Papiæ, vel Burgis Papiæ ipsi Ciuitati cohærentibus, vel in aliqua parte Ciuitatis, vel Burgorum sæculari, vel ecclesiastica, si fuerit in die, vel extra domum, puniatur Communi Papiæ in libris decem Papien. qualibet vice, & si de die in domo, in libris quindecim Papien. Si verò de nocte vbicunq; fuerit in libris vigintiquinquè Papien. Et prædictæ pœnæ impositæ contra lusores, locum habeat contra præstatores, ratiocinatores, comitatores, menti tenentes ad ipsos ludos, vel bischlazias, & quemlibet ipsorum facientes custogias, habita semper distinctione loci, diei, & noctis vt supra. Si verò

tenuerit

tenuerit, vel teneat ludum prædictum, vel bischliaziam, vel permiserit, seu permittat ludi, vel bischlaziam fieri, vel aliquid aliud contra hoc statutum in domo, vel extra publicæ, vel priuatæ, in domo propria, vel conducta, vel vbi habitauerit. Si fuerit de die condemnetur Communi Papiæ, qualibet vice, in libris vigintiquinq; Papien. si de nocte in libris quinquaginta Papien. Si autem steterit, vel staret circum aliquod tabulerium, quod videatur paratum ad ludum, vel bischlaziam, vel aliquod aliud vt s. præsumatur lusisse, vel ludere ad taxillos, vel bischlaziam, & tanquam lusor, puniatur Communi Papiæ, habita distinctione loci, & temporis vt supra. Saluo nisi contrarium probaretur per testes fide dignos. Et si in aliqua domo de die, vel de nocte repertum fuerit aliquod tabulerium, quod videatur positum, & paratum ad ludendum, & bischlaziam, puniatur Communi Papiæ, tunc habitator illius domus, vel habitatoris dictæ domus, vel habitaculi pro qualibet vice, ut puniri debet, qui tenuerit ludum, ut supra continetur, habita distinctione diei, & noctis, ut ibidem continetur. Saluo, quod ad scachos, & tabulas cuilibet liceat ludere in plateis, & in alijs locis publicis ubicunquè de die. Et prædicta locum habeant, si prædicta delicta, uel aliquod ipsorum factum, & facta fuerint fierent, seu fieret in Ciuitate Papiæ, uel Burgis ipsi Ciuitati coherentibus, & per quamcunq; personam Ciuem, uel non Ciuem in loco sæculari, uel ecclesiastico terrerium, uel foresterium, uel extra per quinque miliaria, si uerò ultra dicta quinque miliaria in territorio, uel districtu, in loco, seu sæculari ecclesiastico locum habeant omnia, & singula suprascripta, dumtamen si vltra dicta quinque miliaria fuerit factum, non puniatur, sicut si in Ciuitate Papiæ, contrafecisset in loco sæculari, vel ecclesiastico, domus etiam si Domino Potestati videbitur, in qua repertus fuerit aliquis ludere ad taxillos, & bischlaziam, & præstare ad ludum, si fuerit illius, qui luserit, vel ludere præstauerit, vel præstaret, claudatur, & stet clausa, & inhabitata vsquè ad vnum annum tunc proximè futurum: Dominus autē Potestas, suusque Vicarius, & Iudex maleficiorum teneantur, & debeant prædicta per Ciuitatem, & Burgos Papiæ, infra quindecim dies proxime sui regiminis facere cridari per Præcones Communis Papiæ. Et si ab aliquo ipsorum fuerit petitum per Dominum domus de securitate sibi præstanda per Tabernarium, vel Tabernariam, vel aliam personā, quæ ibi habitet, occasione ludi taxillorum, vel prædictorum, possit, teneatur, & debeat infra tertiam diem postquam fuerit petitum constringere tabernarium, tabernariam, vel habitatorem ad dictam securitatem, vel cautionem præstandam, & quilibet possit accusare, & denuntiare quemlibet, qui contrafecerit in aliquo prædictorum, & teneatur secretus, si ei placuerit, & habeat tertiam partem condemnationis, facta per ipsum legitima fide de prædictis. Teneatur etiam Dominus Potestas omni hebdomoda inquiri facere, & circari per milites, & officiales suos de prædictis per Ciuitatem, & Burgos de die, & de nocte. Et si quam personam Dominus Iudex, vel miles, vel familiaris Domini Potestatis reperierit sibi inobedientem esse ad aperiendum sibi ostium, vel portam ad voluntatem ipsius inquirentis, puniatur Communi Papiæ, & puniri possit inobediens tanquam si ludum taxillorum, & bischlazie teneret in domo. Et quod de prædictis omnibus, & singulis credatur, & fides adhibeatur militi, seu Iudici, cum assertione Notarij, vel seruitoris, vel Iudicis, seu militis cum duobus familiaribus, seu baruarijs Domini Potestatis iurantibus, ità tamen, quod si peruenerit ad notitiam Domini Potestatis, vel Iudicis eius, quod aliquis tenuerit, vel teneret ludum bischlazie, & ipsum exercuerit, vel quod est infamatus, quod perseuerat in tanta malitia tenendi bisclaziam, vel præstandi bischlaziam, quod tunc Domino Potestati liceat, & debeat, si in malitia perseuerat dare confinia per quadraginta miliaria extra districtum Papiæ, statuto, vel lege aliqua non obstante. Et etiam si de cætero aliqua carta fuerit facta, vel obligatio, occasione bischlazie, quod illa non valeat, nec teneat ipso iure, licèt in ipso instrumento contineatur mutuum, vel depositum, vel aliud

non

non faciendo mentionem de bischlazia, & teneatur creditor cartam incisam reddere debitori ipsumque quietare, & liberare, & si non fecerit sit ipso iure infamis, & omni actu legitimo priuatus, & non fiat ei ratio in ciuili in aliqua causa per aliquem Iusdicentem donec id fecerit. Et nihilominus omnibus iuris remedijs per Potestatem, & quemlibet Iusdicentem constringatur realiter, & personaliter ad prædicta complendum. Et intelligatur facta occasione bischlazie illa quæ facta fuerit de qua probabitur per publicam vocem & famam saltem, quòd esset publicus præstator, uel tenens ludum bischlazie, uel alicui de sua familia, uel alteri pro eo à quo habuerit cessionem de prædictis non obstante aliqua lege, uel statuto generali, uel speciali in contrarium faciente nunc vel in futurum. Et nõ obstante pacto conuentione, stipulatione, obligatione, renunciatione, sacramento contractu, siue instrumento facto, facta faciendo, uel facienda per aliquem, & non obstante instrumento, & contractu in carta venditionis, & alienationis factæ, & faciendæ de barataria, uel alia re alicui personæ per Potestatem Papiæ, & eius Iudicem, & per Commune Papiæ, nec aliquibus verbis in ipso positis, uel apponendis. Et non obstantibus statuto, decreto, ordinamento, consuetudine, & obseruantia communis Papiæ facto, uel faciendo generali, uel speciali in contrarium facientibus nunc & in futurum. Quæ omnia nunc & in futurum facientia in contrarium prædictis, uel alicui prædictorum in quantum facerent contra in aliquo, in eo in quo faciunt, uel facerent contra ex nunc cassamus, & irritamus, & cassa sint ipso iure, nec aliquis Iusdicens teneatur ad postulationem dicti creditoris eidem dare sapientem etiam si dixerit se grauari contra formam iuris, & statutorum Communis Papiæ, & petierit sapientem sibi dari, & si dederit non valeat, nec teneat datio, & Potestas Papiæ, & quilibet Iusdicens Papiæ præsens & futurus vinculo sacramenti, & sub pœna librarum mille Papiens. communi Papiæ, applicandarum suprascripta præcise, & sine timore ad literam seruare, & seruari facere teneatur. Et fiant prædicta omnia & singula summariè sine strepitu, & figura iudicij, & omni tempore feriato, & etiam in honorem Dei. Et Iusdicens hoc statutum seruando non possit sindicari de his, quæ fecerit, uel fieri fecerit. Et quòd aliqua persona non audeat, nec præsumat de cætero recipere aliquod Instrumentum, uel obligationem pro aliquo præstatore bischlazie, nec de aliqua quantitate lusa alicuius minoris vigintiquinque annorum. Et quòd omnis contractus factus cum præstatore bischlazie de quo supradictum est, uel factus alij recipienti pro ipso præstatore præsumatur ipso iure & facto celebratus occasione bischlazie, & sit nullus ipso iure, nisi contractus celebraretur per Notarium cui rogatur Instrumentum in præsentia aliorum trium Notariorum maiorũ cuiuslibet ipsorum ætate triginta annorum subscribere se debentium, & tradentes illud, & in præsentia etiam trium parentum, seu attinentium dicto contrahenti cum dicto præstatore maiorum triginta annorum pro quolibet ipsorum, seu si ipsis careret, uel non essent in Ciuitate Papiæ in præsentia trium propinquorum vicinorum bonæ opinionis, & famæ maiorũ vis. Qui contractus taliter factus non præsumatur factus causa bischlazie, & sit validus de iure, & si aliter tradiderit, uel fecerit dictum Instrumentũ, & si ita per illos non fuerit subscriptum, ut dictum est non valeat, nec teneat ipso facto, & iure, & ille Notarius sit ipso iure & facto priuatus officio, & beneficio notariæ, & infamis omni infamia iuris & facti, vsque ad quinquennium. Et si dictum Instrumentum, & obligatio fuerit receptum, & recepta per alium pro præstatore bischlazie, siue de denarijs lusis, & ludi occasione bischlazie, & ille fuerit præstator bischlazie possit, & sufficiat quo ad plenam probationem probari etiam sola voce & fama per duos testes dictam famam probantes, qui essent omni exceptione maiores. Et si qua persona reperta fuerit recepisse de cætero aliquod Instrumẽtum pro aliquo præstatore bischlazie, uel pro aliquibus denarijs lusis condemnetur, & condemnari debeat Communi Papiæ, soluendis in libris centum Papiens. Et quòd suprascriptum præsens statutum sit ratum, & firmum, & quòd attendatur, & obseruetur in totum,

reliqua

reliqua vero statuta super his facta abinde retro sint omnia cassa, & nullius valoris. Et quòd omnia loca vbi possint teneri bischlazie publica sint. Et intelligatur platea atrij extra porticum à loco vbi pisces venduntur vsque ad putheum, & non vltra, & in Ripa Ticini apud pontem veterem sit platea sola, & non vltra. Et bischlazie publicæ vel priuatæ teneri non possint extra loca contenta in præsenti statuto, etiam si contineretur expreße aliter in Instrumento emptionis dictæ baratariæ facto à Communi Papiæ. Et quòd Dominus Potestas teneatur vinculo iuramenti tempore venditionis fiendæ de dicta barataria taliter facere, & ordinare, quòd in Instrumento dictæ emptionis ponatur, quòd dicta bischlazia non teneatur, nec teneri possit extra prædicta loca. Et si aliter fieret non valeat venditio quantum in illa parte.

Summarium ad statutum 46. in Criminalibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Pœna huius statuti, an teneatur, qui semel ludit.*
3 *Ludus taxillorum, an sit prohibitus de iure communi, & num. 5. & 6.*
4 *De iure communi, qui ludi prohibenti censeantur*
7 *Ludus taxillorum quis sit.*
8 *Statutum hoc non habet locum in ludis sortis, & ingenij mixturam habentibus, veluti scaccorum.*
9 *Ludens ludo prohibito, an teneatur restituere, si lucratur.*
10 *De iure cõmuni puniuntur, tàm inspectores, quàm ipsi lusores pari pœna.*
11 *Quid si statutum simpliciter puniat lusores, an procedat contra inspectores.*
12 *Inspectores ludi prohibiti, an peccent mortaliter.*
13 *Retinentes ludum in domo, ac receptores ludentiũ quibus pœnis afficiuntur de iure cõmuni, remissiuè, & quid ex dispositione N. C. Mediol. nu. 14.*
15 *Receptores ludẽtium, qui propriè dicantur, vt dictis pœnis affici possint.*

1 AD hoc statutum, videas Clar. in sua praxi in §. ludus vbi Baiard. in addit. ad eũ, casu 399. & seq. & per Farinac. in sua praxi crim. q. 109. & Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de pœn. §. prohibitum est etiam, & cap. qui fallacibus, ludis, Dec. cons. 163 num. 19. & seq.

2 Scias tamen, quod pœna huius statuti non † habet locum contra semel ludentem, sed solum contra frequentatem ludum, Menoch. dicto casu 399. num. 23.

Pro clariori autem intelligentia huius statuti,
3 videndæ sunt nonnullæ quæstiones, quarum † prima, an ludus taxillorum dicatur esse prohibitus de iure, & qui ludi de iure prohibeantur, & dic quod cum de iure communi ludus sit prohibitus. l. alearum vsus. C de relig. & sumpt. fun. siue in eis sola versetur sors, siue sors vnà cum mixtura ingenij, prout sunt ludi taxillorum, chartarum, & tabularum, vtique ludus taxillorum dicitur prohibitus, vt in specie per Clar. in d. §. ludus, nu. 2. quod idem voluit Farinac. dicta quæst. 109. num. 19. vbi tenet ludum taxillorum prohibitum esse, tàm laycis, quàm clericis, vbi num. 22. declarat, qui dicatur ludus taxillorum; atquè sic propriè ludus, quem nos appellamus alli dadi, in quo luditur ad facienda plura punta, citius, & licèt Clarus in d. § ludus voluerit eius ca ludum taxillorum necessari sortem, & ingenium simul attamen intelligendum de ludo taxillorum admixto cum tabulis seu aleis, qui dicitur mixtus, secus autem in ludo taxillorum de per se cõsiderato, tunc enim solum consistit in mera fortuna, vt per Farinac. dicta q. 109. cum seq.

8 † Limitatur tamen non procedere in ludis, in quibus solum ingenium versatur, qui dicuntur permissi, nedum laycis, sed etiam Clericis, vt per Clar. in dicto §. ludus, nu. 3. ac 5, Farinac. dicta q. 109. num. 114. cum seq.

9 Sed nunquid ludens ludo prohibito, si lucratus fuerit, teneatur ad restitutionem lucri, dic secundum ius commune, quod sic, licet de consuetudine contrarium seruetur, dummodo tamen fraus absfuerit, ità Clar. in dicto §. ludus, num. 9. vbi Baiard. nume. 14. de quo tamen latè videas, Farinac. dicta quæst. 109. num. 46. cum nonnullis seqq.

Quid autem si quis luserit cum filio famil. seruo monaco, vel religioso non habente de proprio, an tunc ei vincens pecuniam in dicto ludo, teneatur restituere patri, domino, vel monasterio, aut superiori, & dic quod sic, vt per Rip. autum maternum in l. is, cui bonis, numer. 24. ff. verborum obligat. quod etiam videtur sentire Nauar. in suo manuali confess. cap. 20. num. 13. & 19. & vide Farinac. dicta quæst. 109. num. 81. vbi vult ludentes cum huiusmodi, & vincentes committere furtum.

In verbo ad ipsos ludos] † nota quod iure communi puniuntur pari pœna, tàm lusores, quàm ludi receptores, tex. in l. finali, §. commodi igitur, Cod. de relig. & sumpt. fun. Farinac. dicta quæstione 109. numer. 34. vbi quærit nunquid si statutum puniret aliqua pœna ludentes, nec aliquid diceret de inspectore ludi, an inspector puniri debeat pœna dicti statuti, & tenet quod non, vt ibidem per eum num. 35. ideò bonũ fuit per hoc statutum imponere etiam pœnam inspectoribus.

12 An etiam huiusmodi inspectores peccent mortaliter, dic in Clericis, & Monacis, spectantibus ludum malum multo tempore pecare, ità Nauar. dicto cap. 20. nume. 14. vbi idem tenet in laico, de quo vide remissiuè, Farinac. dicta quæstione 109.

13 In verbo, in domo] † retinentes ludum domi, ac receptatores ludentium pluribus afficiuntur pœnis de iure communi, de quibus latissimè per Farinac. dicta quæstione 109. num. 137. cum se-
14 quentibus pluribus. † Ex Nouis autẽ Mediolani

Consti-

Constitutionibus, tit. de pœnis, §. prohibitum est etiam, prohibetur, ne quis in eius domo permittat publicè ludi, vt vulgo dicitur à zarro, vel alijs ludis prohibitis, sub pæna contrafacientibus,
15 & ludentibus trium ictuum eculei. † Aduerte tamen, quod ad hoc vt quis possit dici aleatorum receptator, seu lusorum requiritur, quod publicè eius domus aleatoribus pateat, & quod id non semel, sed pluries, ac pluries obseruatum fuerit, vt pulcrè per Menochi. de arbitr. iudic. casu 399. nu. 18. cum seq. quem refert, & sequitur Farinac. dicta q. 109 nu. 160.

De pœna illius, qui proiecerit, vel proijci fecerit aliquod turpe de domo in strata. Rubr. 47.

ITem statuimus, quod nulla persona Ciuitatis Papiæ, & Burgorum adhærentium Ciuitati, debeat proijcere, vel proijci facere de domo habitationis suæ, siuè sit propria, siue conducta, siue gratis habita, nec proijci permittere aliquam aquam turpem, vel rumenta, vel aliquid aliud turpe per fenestram, balconum, vel pontile, vel ostium, vel aquarolum altum à terra, qui responderet in strata, vel via publica, & qui contrafecerit, puniatur Communi Papiæ in solidis viginti Papien. & quilibet possit accusare, & habeat dimidiam, & teneatur secretus; & de prædictis stetur dicto Iudicis, vel militis Domini Potestatis, vel officialis ad hoc deputati.

Summarium ad Statutum 47. in Criminalib.

1 *HOC statutũ, quam ob causam fuerit factum.*
2 *Hoc statutum hodie non seruatur, & quodnam remedium eius loco competat, nu. 3.*
4 *Immitentes immunditias in viam publicam tenẽtur interdicto, nequid in loco publico fiat.*
5 *Letamen retineri non potest in via publica.*
6 *Ex aquarolo non licet emittere lauaturam olarum scutelarum in viam publicam & quare.*
7 *Ancilla proyciens aquam fœtidam, seu immundã in viam publicam, si maculauerit vestem transeuntis, an obliget dominum.*

1 HOC Statutum videtur factum ad conseruandam Ciuitatem mundam, nitidam ab omni putredine, & fœtore, vt per Rip. auum mihi maternum de peste in tract. de remed. præseruat. contra pe-
2 stem, nu. 48. Sed † hodie non seruatur; sed eius loco obseruantur ordines in hac materia facti ab Excellentissimo Senatu, siuè Illustrissimo Guber-
3 natore, & pertinet ad Iudicem stratarum, illos
4 exequi facere, † & scias, quod immittentes immunditiam in viam publicam, puniuntur interdicto nequid in loco publico, l. ædiles, §. fin. ff. de via publica refic. Rip. d. tit. de remed. præseruat. contra pestem, num. 75. Item si quis in loco puplico sterquilinium secundum parietem alicuius fecerit, ex quo illius paries madescit, tunc datur contra eum interdictum prohibitorium, nequid in loco publico fiat, l. si quando, §. fin. ff. si seruit.
5 vendic. & scias, quod nedum est prohibitum proijcere in viam publicam letamen, imo, nec etiam potest retineri in via publica, dicto §. fin. Rip. vbi
6 supra, num. 83. nec † etiam licèt ex aquarolo immittere lauaturam ollarum, seu scutellarum in viam publicam, eo quod transeuntibus propter fœtorem stomacum mouent, vt ibidem per eum.
7 nume. 80 & vide eundem nume. 95. & seq. † vbi quærit quid si ancilla, seu pedissequa proiecit aquam fœtidam, seu immundam, in viam publicam; ideoq; maculauerit vestem, seu pileum hominis transeuntis, & concludit dominum domus teneri in duplum, ei cui vestem, vel pileum est maculatum; quod notã, quia quotidianum est, & sæpe continget.

De pœna mingentis, vel egerentis in Curia Cõmunis Papiæ, vel in Ecclesia maiori, vel alia Ecclesia, vel aliam turpitudinem facientis. Rubr. 48.

ITem statuimus, quod nemo debeat in Ecclesia, vel Curia Communis Papiæ intus portam, vel super pondem de lapidibus, & eius pilis, mingere, vel egerere, vel aliam turpitudinẽ inhonestam facere. Et si contrafecerit in Ecclesia maiori, puniatur in solidis centum Papien. Idem in Ecclesia Sancti Iohannis de Fontibus. Si autem in alia Ecclesia, condemnetur in solidis sexaginta Papien. Si autem in Curia Communis Papiæ in solidis 20. Papien. puniatur, quas pœnas, si quis soluere non poterit, ponatur ad cathenam, & ibi stet in Curia Communis Papiæ publicè vna hora, & quilibet possit accusare, & habeat dimidiam, & quilibet Officialis Communis Papiæ teneatur, & possit exequtioni mandare

dare de facto, & etiam sine sententia, & condemnatione. Et de prædictis cuilibet credatur cum sacramento, & hoc statutum teneatur Potestas facere cridari. Et de prædictis pœnis quilibet accusator, & denuntiator habeat dimidiam, etiam si fuerit de familia alicuius Iusdicentis in Papia, & dictæ pœnæ possint minorari, si officiali videbitur.

HOC Statutum est Sanctum, sed nunquam vidi obseruari.

De pœna illius, qui excoriauerit bestiam mortuam intra muros Ciuitatis Papiæ, vel ibi lesguauerit liquidũ, vel combuserit fecias intra Ciuitatem, vel extra per vnum miliare. Rubr. 49.

ITem statuimus, quòd nullus debeat intra muros Ciuitatis Papiæ, excoriare aliquẽ equum, asinum, vel asinam, vel aliquam aliam bestiam mortuam, nec lesguare liquidum, grassam, siue sæpum. Et qui contrafecerit, puniatur Communi Papiæ, in solidis sexaginta Papien. pro qualibet vice. Saluo quod dicta lesguatio possit fieri extra muros Ciuitatis Papiæ, vt infra. Et puniatur Communi Papiæ in libris quinque Papien. pro qualibet vice, qui combuserit, vel comburri fecerit fecias, vel ballotas feciarum in Ciuitate Papiæ, & quilibet possit accusare, & habeat medietatem, & teneatur secretus.

HOC statutum pariter dicitur factum ad conseruandum Ciuitatem mundam ab omni immunditia, & ideò prohibet animalia excoriari in Ciuitate, ad hoc, nè morticinia, vel Coria iaceant, quod etiam est prohibitum de iure communi, per tex. in l. ædiles. §. fin. ff. de via public. refic. Rip. in dict. tract. de remed. præseruat. contra pestem, nu. 75. cum seq.

De pœna illius, qui cæperit, vel captum habuerit aliquem malefactorem, vel bannitum de maleficio Communis Papiæ, qui non consignauerit ipsum D. Potestati Papiæ. Rubr. 50.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd quicunq; cæperit malefactorẽ, vel bannitum ex crimine, vel banno, ex quo veniret ille malefactor, vel bannitus, puniendus pœna mortis, vel amissionis membri, teneatur, & debeat ipsum præsentare in fortiam Communis Papiæ, & D. Potestatis infra tres dies, & si non præsentauerit dolosè, vel malitiosè, puniatur si sit singularis persona, quæ cæpit, & non præsentauerit simili pœna, qua puniendus esset, vel fuisset ille malefactor, vel bannitus taliter captus, & non præsentatus vt supra. Si verò fuerit Burgus, vel Villa, vel Vniuersitas, seu Communitas, quæ talem malefactorem, vel bannitum cæperit, & non præsentauerit dolosè seu malitiosè vt supra. Si quidem in eo, vel ea habitauerint homines centum, vel abindè supra, puniatur Communi Papiæ in libris mille. Si verò ibi habitauerint pauciores, vsq; ad quinquaginta homines, puniatur in libris quingentis. Si verò habitauerint pauciores, vsque ad 10. puniatur in libris 200. abindè verò infrà in libris 50. Si verò captus non erat, vel fuisset puniendus pœna capitali vt supra, sed pecuniaria, quod non præsentans dolosè, uel malitiosè, puniatur eadem pœna, qua puniri debebat, vel debuisset ille malefactor, vel bannitus, si fuerit singularis persona, siue Burgus, Villa, Communitas, vel Vniuersitas. Si autem aliqua Vniuersitas, vel singularis persona impediuerit, vel impediret, quo minus malefactor, vel bannitus consignaretur vt supra, condemnetur Vniuersitas, Burgus, vel Villa, si fuerint ibi homines centum, vel abinde suprà, & ille talis erat, vel fuisset, puniendus pœna mortis, vel membri abscisionis in libr. 300. Papien. Si fuerint abindè infrà, vsq; in homines quinquaginta, cõdemnetur in lib. 150. abinde verò infra in libr. 50. Papien. Si verò fuerit singularis persona, quæ

taliter impediuerit puniatur in libris 200. Saluo statuto posito sub rubrica, de pœna illius, qui abstulerit, vel auferri fecerit &c. Item saluo, quod si captus fuerit inimicus, vel guerrerius, vel rebellis, & guerrerius Communis Papiæ, tempore alicuius gerræ, & propter guerram, quod præsens statutum non habeat locum. Habeat tamen Potestas Papiæ, in prædictis casibus, & quolibet prædictorum bailiam, & potestatem minorandi dictas pœnas considerata conditione personarum, & qualitate facti.

Circa intelligentiam huius statuti, sciendum est quod cuilibet etiam priuato licitum est etiam sine mandato Iudicis capere malefactorem ad effectum, vt Iudici præsentet, vt post Gramm at. & alios firmat Baiard. ad Clar. §. fin. praxis crim. quest. 29. num. 18. quod adeo verum est, vt si ille priuatus in dicto malefactore capiendo aliquid expenderit, illud possit eo consignato recuperare ab officiali, vel à Fisco, vt per Clarum dicta quæst. 29. nu. 7. versic. vnum tamen, vbi Baiard. num. 20. sequitur Petr. Caball. in suis resolut. cent. 3. casu 279. nume. 9. vbi disputat, an hoc procedat in eo, cui à statuto est concessum præmium pro capiendo bannito, an vltra præmiū debeat etiam habere expensas ab eo in malefacto re capiendo factas, vbi concludit quod sic, post Nell. in tract. de bannitis, in 2. parte, 2. temporis. q. 19. Farinac. in sua praxi crim. q. 103. nu. 174.

De pœna illius, qui tenuerit bannitum de maleficio Communis Papiæ, vel auxilium, vel opem præbuerit ei. Rubr. 51.

Item statuimus, quòd quicunque qui deinceps tenuerit aliquem bannitum de maleficio Communis Papiæ, de quo maleficio veniret pœna mortis puniendus. Si sciuerit bannitum de maleficio prædicto, & ei denuntiatum fuerit, & post denuntiationem factam per diem, & noctem tenuerit, quòd puniatur pœna, qua puniendus esset ille bannitus. Saluo quòd si receptatus fuerit receptantis, seu tenentis propinquus occasione consanguinitatis minus puniatur arbitrio Potestatis in auere. Et si fuerit Communitas illa, in cuius Terra fuerit dictus bannitus postquam notum fuerit, vel denuntiatum, quod tunc burgus condemnetur, si bannitus esset ex crimine, ex quo deberet puniri pœna mortis in libris 200. Papien. & locus, vel terra in libris 50. pro qualibet vice. Et saluo quod si dicta Communitas denuntiauerit Potestati Papiæ, quod talis bannitus de maleficio habitat in sua terra, & quod propter eius, vel tenentium potentiam eum expellere non possunt, quòd ad dictam pœnam minimè teneatur Communitas. Et idem si prædictum bannitum consignauerit Communitas, vel fecerit consignari. Et exceptis viduis, & minoribus 14. annis, & miserabilibus personis, quæ ad dictam pœnam minimè teneantur. Et ille qui tenuerit, Communitatem teneatur conseruare indemnem, dantes verò auxilium, consilium, vel fauorem eidem bannito scienter, aliterquam supradictum est condemnetur Communi Papiæ in libris 50. Papien. & minus arbitrio Potestatis, inspecta conditione banniti, & facti. Et si fuerit bannitus ex alio maleficio, ex quo bannitus non veniat morte puniendus, tamen sit eidem pœna sanguinis ingerenda, si scienter eum tenuerit, puniatur Communi Papiæ, singularis persona in libris 25. Papien. & si fuerit Communitas, vel Vniuersitas loci, vel Villæ in libris 25. Papien.

Summarium ad statutum 51. in Criminalibus.

1 *Statutum, an comprehendat patrem receptantem filium, vel è contra filium &c.*

2 *Statutum nostrum conforme est iuri communi, & N.C. Mediol. tit. de bannitis, scilicet, quod propinqui non comprehendantur in pœna ob receptationem imposita.*

3 *Conforme iuris communi punienti scientes, non etiam ignorantes. (punitur.*

4 *Receptans bannitum coactus ab illis, & inuitus nō*

5 *Hospitium exercens, non tenetur de receptatione banniti.*

6 *Receptator fœmina bannita, an teneatur de receptatione.*

7 *Dans potum bannito, an dicantur receptare.*

8 *Aduocati, & Procuratores bāniti, an dicātur dare fauorem, et auxilium, itaut puniantur per hoc statutum.*

9 *Scribens litteras bannito, an dicatur dare auxilium, & fauorem.*

10 *Conuersantes cum bannitis, puniantur, sed inter hos non continentur operarij.*

HOC

1 HOC † Statutum, seu pœna in eo contenta, non procedit in patre filium receptante, vel è contra in filio receptante patrem, sed tunc punitur receptans pœna arbitrio Iudicis. Menoch. de arbitr. iud. casu 348. num. 4. & 7. & ratio optima, nam hoc nostrum declarauit hanc pœnam, non habere locum in receptante propinquos, quem hoc
2 casu voluit puniri pœna arbitraria Prętori. † quod statutũ hoc casu dicitur esse conforme Iuri communi, Bald. in l. 2. ff. de recept arbit. Alex. cons. 144. in fin. lib. 2. Menoch. dicto casu 348. Eadem pari ratione per Nouas Mediolani Constitutiones in tit. de bannitis, & receptatoribus, quæ sunt conformes cum hoc nostro statuto, in fine tituli, prohibentur Iudices procedere pro receptatione auxilio, & fauore bannitorum dato pro filio, socero, genero, vxore, marito, fratre, inconsulto Senatu, vel Principe, & in tit. de pœn. §. quicunque, vers. feudatarij.
3 In verbo, si sciuerit] idem est de iure communi, † quo receptans bannitũ non punitur, nisi scienter receptauerit, secus autem si ignoranter, Bart. in l. 3. §. non solum, ff. de incendio, ruina naufragio, & latè per Baiard. in addit. ad Clarum q. 90. num. 36. cum seq. vbi docet qualiter probetur, vel præsumatur scientia, vel ignorantia in hac materia, Roll. à Vall. consil. 45. num. 7. & seq. lib. primo. Sunt tamen multi casus, in quibus re-
4 ceptãs bannitos non punitur, † primus, quando receptauerit non voluntariè, sed coactus, putà, quia erant plures banniti, quibus non poterat re-
5 sisti. † Secundus, quando erat hospes, siuè caupo, qui non tenentur de receptatione, si dederint cibum, & potum accepto pretio, modo tamen ignoraret eum esse bannitum, ità hos duos casus tradit Baiard. ad Clarum d. quæst. 90. num. 46. cum duobus seq. & latè per Menoch. de arbitr. iud. casu 348. num. 15. cum seq.
6 An † autem hoc statutum prohibens receptari bannitum, sub pæna compræhendat receptantem fœminam bannitam, de iure communi videtur, quod non, vt tenet Plot. in repet. l. si quando, num. 862. C. vnde vi, tamen Papiæ aliter dicitur, stante statuto, quod masculinum concipiat fœminimam, etiam in prohibitis, & pænalibus, vt infra stat. 78. & supra de regimine Potestatis stat. 53.
7 In verbo, per diem, & noctem tenuerint] † An autem dans potum bannito, dicatur eum receptare, dic quod non, vt per Baiard. dicta quæst. 90. num. 33.
8 In verbo, auxilium] † An Procuratores, & Aduocati patrocinantes ꝓ bannito, dicantur ei dare fauorem, siue auxilium, vt incidant in pœnam statuti, dic quod non, Clar. in §. fin. praxis crim. q. 82. statut. 2. num. 2.
9 † An autem scribens litteras bannito, dicatur ei dare auxilium, & dic quod sic, vt post Bald. in l. primam in principio, ff. de verborum oblig. firmat Baiard. in addit. ad Clar. dicta quæst. 82. stat. 2. plura ad hanc materiam videas per Menoch. de arbitr. iud. dicto casu 348. Baiard. ad Clarum d. quæst 90. & per Boss. in suá praxi crimin. in tit.
10 de rapinis, num. 15. cum seq. † Solet ex Principum proclamationibus pœna imponi, etiam conuersantibus, inter quos operarij simul cum bannito operantes nõ compræhenduntur, vt declarauit Senatus die 28. Aprilis 1588. referente Iudice Galli Mediolani, cum hæc non possit dici propriè conuersatio.

De pœna communium terrarum Territorij Papiæ, & eorum ibi habitantium, qui, & quæ fuerint negligentes in capiendo malefactores euntes per eorum terras, & de pœna eorum, qui non cucurrerint ad stremitas. Rubr. 52.

ITem statuimus, quod Communitas, Castrorum, Burgorum, Castellanciarum, Villarum, locorum, & terrarum districtus Papiæ, vel Territorij vltra Padum, vel in Lomellina, Sicomario deintus Papiam, & Laudum, & Mediolanum, siuè sint propria Communis Papiæ, siuè communia cum alia Ciuitate, & singulares personæ, tàm Ciues, quàm non Ciues ibi habitantes cum eorum familijs, teneantur, & debeant toto posse currere ad stremitas, vel cridas, quæ fient in eorum terris, Castellantijs, vel Territorijs, vel in illis partibus, & contratis, & prohibere, ne barruarij, & caualcatores, robatores, schachatores, & malefactores, & quilibet ipsorum, seu aliquis ipsorum currant, vel transeant per terram territorium, vel districtum Papiæ, & ipsos, & singulos prosequi toto posse. Et si quam culpam, vel negligentiam commisserint aliqua Communitas in aliquo prædictorum, & singulares personæ cum familijs habitantibus, tàm Ciues, quàm non Ciues Communi Papiæ, puniantur cuilibet damnum passo pro modo culpæ, & negligentiæ arbitrio Domini Potestatis Papiæ, Et vt prædictá melius exequantur, statuimus, quod cuilibet personæ liceat dictos barruarios, caualcatores, robatores, schachatores, & malefactores, & quemlibet ipsorum capere, & consignare Communi Papiæ. Et equi, & arma, & omnes res malefactoris sint capientis.

Summarium ad statutum 52. in Criminalibus.

1 *Statutum puniens Villam non apprehendentem malefactorem, an procedat, si malefactor sit Clericus, et publicā vtilitatem cōcernat.*

2 *Quid, si delictum fiat de nocte, & oppidani exire non possint ab oppido, quia Rector Castri, seu Potestas claues habeat.*

3 *Hoc statutum non comprehendit inhabiles ad capiendum.*

1 Scias, quod hoc statutum disponens, quod Ville teneantur capere malefactorem, sub pœna, non comprehendit, vt teneantur capere delinquentem Clericum, Bald. in cap. cum ab homine, nume. 4. de sententia excommunic. cuius tamen dictum non videtur verum, ex quo statutum videtur editum, ratione publicæ vtilitatis, quo casu cogit etiam clericos, & ideò posset capi clericus, vt suo Iudici consignetur, ità Menoch. de arb. iudic. casu 280. num. 25. vbi latius in spetie huius statuti.

2 † Sed quid, si delictum sit commissum de nocte, & Rector, seu Potestas Castri habeat claues Castri, adeò quod illi de Villa non potuerunt exire, ac malefactorem capere, an teneantur pœna huius statuti; dic quod nō, Clar. in §. fin. praxis crim. q. 29. nu. 9. vers. è conuerso, vbi Baiard. nu. 27. & vide ad hoc statutum, Bart. cons. 162. Carissime

3 Domine, † nec comprehendit inhabiles ad capiendum malefactorem, Bart. in l. si tertius in principio, ff. de aq. plu. arc.

De pœna Consulis Communitatis, Antianorum, & Parochianorum, qui non denuntiauerint, vel accusauerint maleficia Potestati, & de pœna illius, qui non consignauerit Potestati Papiæ, illum qui commisserit, & quando teneatur ad prædicta. Rubr. 53.

Item statuimus, quòd deinceps quælibet vicinia, seu Parochia Ciuitatis Papiæ, & Burgorum se tenentium cum Ciuitate Papiæ, seu quæ appellatur Parochia Ciuitatis Papiæ, & vicini, & Parochiani cuiuslibet ipsorum, & quælibet Communitas, seu Vniuersitas cuiuslibet Burgi, Castri, Villæ, loci, & Terræ, Territorij, vel districtus Papiæ, teneatur, & debeat, & cogi possit omnibus, & singulis iuris remedijs facere vicinantiam, seu Parochiam, & Parochiani, & vicini omni anno Ancianum, vel Ancianos, & Communitas, seu Vniuersitas, & Domini cuislibet ipsarum Consulem, vel Consules, Vicarium, vel Vicarios. Et dicti Anciani, Consules, & Vicarij, teneantur denuntiare, vel accusare homicidia, feritas, & alia maleficia, & delicta, quæ fient in eorum vicinantijs, seu Parochijs, vel Burgis eorum, vel Villis, Castris, Terris, & eorum Territorijs, & quibus veniat pœna imponenda maior libris duodecim cum dimidia, secundum formam statutorum Communis Papiæ. Si verò veniret imponenda minor, non teneantur denuntiare, nec ad hoc astringi possint, nec cadant in aliquam pœnam, si non denuntiauerint, quas denuntiationes facere teneantur infra secundam diem, si fuerit in Ciuitate, vel Burgis adhærentibus, & infra quintam diem, si fuerit in territorio, & in denuntiatione, teneatur dare in scriptis præsumptiones, vel probationes, vel indicia. Furta autem denuntiare teneantur, ità demum si passus furtum conquestus fuerit Parochiano, Antiano, vel Consuli, vel Rectori. Et si sit publicum, vel publica vox, & fama, aliquem furtum fecisse, illum denuntiare teneantur, alias non teneantur personam denuntiare, sed solum denuntiare in genere furtum tale esse factum, quas denuntiationes si non fecerint, & negligentes fuerint in denuntiando, puniatur vicinia, vel locus, vel terra, si quidem fuerit tale maleficium cōmissum, ex quo veniret imponenda pœna sanguinis in libris 25. Papien. Si verò veniret alia pœna imponenda vt supra, puniatur in libris 10. Papien. Teneantur etiam capere malefactorem delinquentem vt supra extra Ciuitatem, vel Burgos, Consules locorum, vicini, Burgi, Villæ, loci, & terræ, si maleficiū cōmisserit ex quo veniat imponenda pena sanguinis, vel commisserit feritam cum sanguine, & cum armis, si talis malefactor cōmisserit maleficium de die in terra, vel Burgo intra fortilitiam, si habet fortilitiam, si autem non habet fortilitiam, teneatur capere toto posse. Et intelligatur Villa, vel locus fecisse suum posse, si Consul Villæ, vel Burgi cum duobus vicinis bonæ conditionis, & famæ iurauerint, vel parati sint iurare se suum posse fecisse ad capiendum malefactorē, & capere non potuisse

tuisse. Et qui negligens fuerit in capiendo vt supra, & præsentando in fortiam Domini Potestatis Papiæ, puniatur, si fuerit maleficium, ex quo pœna sanguinis, ingeratur in libris quinquaginta Papiæ, pro alijs autem in libris 25. Papiæ, vicinia, locus, vel Villa, & minus in quolibet dictorum casuum arbitrio Domini Potestatis, inspecta qualitate facti, conditione personarum, Communitatum, & vicinorum dictarum Villarum. Saluo quòd si locus, vel Villa illum, qui deliquerit consignauerit, vel consignari fecerit ante condemnationem de eo, vel ea Communitate factam, vel post infra quindecim dies, quod ad dictam pœnam minimè teneantur, saluo quòd si maleficium commissum fuerit de nocte, inter quoscunque, vel de die inter alienigenas, quòd tunc ad suprascripta minimè teneantur, scilicèt de eo, quod non fuerint prosequuti, nec cæperint, nec consignauerint. Et quod Dominus Potestas, vel eius Iudex maleficiorum, non possint procedere contra villam, occasionibus antedictis post mensem postquam processus inchoatus fuerit contra principalē delinquentem. Item quod Parochiani, Consules, & alij officiales, qui denuntiant ex necessitate officij maleficia non teneantur aliquid dare Notarijs maleficiorum, pro præsentatione denuntiæ. Et sit pœna Notarijs aliquid recipientibus pro qualibet vice librarum decem Papien.

Summarium ad statutum 53. in Criminalib.

1 *Videnda ad hoc statutum, & quare factum sit.*
2 *Antiani, qui coguntur denunciare probāt, solum ad inquirendum.*
3 *Antiani, an teneātur denunciare delicta occulta.*
4 *Antiani intra quot dies teneantur denunciare.*
5 *Antianus, si fuerit remotus intra tempus datum ad denunciandum, an teneatur ipse, vel successor denunciare.*
6 *Antiani soli, an quilibet alius admittatur ad denunciandum.*
7 *Antiani in denuntiatione subticentes veras probationes tanquam præuaricatores puniuntur.*
8 *Quid agendum, si Antianus ignoret nomina delinquentium, & testium.*
9 *Antianus denuntians omnes delinquentes, vno excepto, an teneatur.*

1 AD hoc statutum, vide Nouas Mediol. Constitut. in tit. de accusat. in princ. & statutum præcedens, & infra stat. 66. & factum est hoc statutum, ratione publicæ vtilitatis, ne delicta occultentur, & sic, ne
2 occulta remaneant inpunita. † Scias tamen, quod isti Antiani, qui coguntur denunciare non probant, sed solummodo eis statur ad inquirendum, Bart. in l. diuus, in 3. quæst. ff. de custod. reorum, Alex. cons. primo, num. 4. lib. 3.
3 † An autem isti Antiani de iure teneantur denuntiare delicta occulta, Clar. in §. fin. praxis crim. q. 7. nu. 5. tenet quod non, licèt de consuetudine aliter seruetur, licèt ipse testetur, Senatum facile excusare Antianum, & Cōsules, ob non denunciata delicta occulta, quando non possunt arguì de dolo, vel lata culpa exemplificando, vt ibi per eum.
4 In verbo, ad quintam diem] hoc correctum per Nouas Mediolani Const. in dicto tit. de accusat. §. qui Antiani, in quibus cauetur † Antianos teneri denunciare delicta de die commissa intra diē sequentem, quando in loco delicti residet Iudex aliter intra tres dies delicta verò commissa de no-
5 cte, intra decem dies à die criminis; † sed dubium est, quid si Antianus intra tempus datum ad denuntiandum fuerit remotus, an successor, vel ipse teneatur denunciare; & qui primus, vide Baiard.
6 ad Clarum dicta quæst. 7. nu. 10. † Sed nunquid isti Antiani teneantur solum denunciare, vel quilibet alius admittatur; dic quod sic, ex consuetudine Clarus d. quæst. 7. nu. 7. vbi Baiard. nu. 13.
7 In verbo, probationes] † Quid si isti Antiani denuntiando, veras probationes subticuerint; dic q poterunt puniri tanquā præuaricatores. Menoch. de arbitr. iud. casu 323. num. 14. cum seq.
8 Sed † quid si sint occulta Antiano nomina delinquentium, & testium; tunc dic, quod sufficit, quod dicat nomina eorum à quibus intellexit, & hoc casu solet Iudex facere citari partem offensam, ad hoc, vt habeat inditia, vel solet imponere Antiano, vt melius se informet termino bidui, vel tridui, ità Clar. dicta quæst. 7. num. 10. in fine.
9 Quid † autem si Antiani denuntiauerint omnes delinquentes vno excepto, an teneantur pœna huius statuti, dic quod sic, Menoch. dicto casu 323. num. 17. vbi tradit nonnulla ad hanc materiam pertinentia, & vide etiam Clarum d. q. 7. vbi Baiard. in addit. ad eum, in verbo decretum.

De pœna illius, qui fecerit inuitamentum hominum armatorum, & de pœna illius, qui iuerit ad inuitamentum. Rubr. 54.

ITem statuimus, quod nullus debeat facere aliquod inuitamentum hominum armatorum, nec aliquis ire cum armis, etiam ad alterius inuitamentum, pro offendendo aliquem

in auere, vel in persona, & qui contrafecerit, si inuitamentum fecerit, & homines inuitatos habuerit, condemnetur Communi Papiæ, quilibet inuitans, & inuitari faciens in auere, & persona, vel in altero tantum arbitrio Domini Potestatis Papiæ, inspecta qualitate personarum, & facti. Et quilibet, qui inuitatus fuerit, & iuerit ad inuitamentum in libris ducentum Papiæ, & minus arbitrio Potestatis, inspecta in vtroque casuum prædictorum qualitate facti, & delicti, & personæ.

Summarium ad statutum 54. in Criminalibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Statutum simpliciter prohibens fieri inuitamentum, intelligitur ad aliquod flagitium, vel delictum committendum, non aliter.*

1 AD hoc statutum, vide Nouas Mediolani Constitut. in tit. de pœnis, §. non fiant ligæ, vbi facientes ligas, vniones, confœderationes tenentur pœna corporali, vel pecuniaria, vsque ad mortem arbitrio Principis, vel Senatus, Corn. cons. 216. lib. 3. Bald. cōs. 262. & 319. lib. 2. Bart. in l. Prætor, ff. vi bon. rapt.

2 † Scias autem, quod licèt statutum simpliciter prohiberet fieri inuitamentum, nec exprimeret pro offendendo aliquem, adhuc tamen intelligitur de inuitamento ad aliquod flagitium, vel illicitum committendum, Bald. in l. prima, §. huius studij, col. penult. ff. de iust. & iure, Ias. cons. 21. circa finem, lib. 3. Plot. in repert. repet. l. si quādo, in verbo decretum, vbi alia ad hanc materiam tradit, & nu. 295. Crauet. cons. 18. Boss. in praxi. tit. de vnion. Menoch. cons. 77. Scot. cons. 34. lib. 6. tom. 2. Curt. iun. cons. 235.

De pœna proijcientis lapides de nocte super domum alicuius. Rubr 55.

ITem statuimus, quod non sit aliqua persona cuiuscunque conditionis existat, quæ audeat, vel præsumat trare, vel proijcere, vel straminare lapides de nocte super aliquam domum habitationis alicuius personæ habitantis in Ciuitate, vel Territorio Papiæ, nec trare, seu proijcere, vel straminare lapides ad aliquam fenestram, seu balconum, vel ostium domus alicuius habitantis in Ciuitate Papiæ, vel Burgis ipsi Ciuitati adhærentibus, vel territorio. Et si aliqua persona contrafecerit, & de hoc Domino Potestati Papiæ, seu eius Iudici maleficiorum, vel eius Vicario facta fuerit plena, & legitima fides, quòd dictus Dominus Potestas habeat liberam potestatem, & arbitrium condemnandi, & puniendi talem sic contrafacientem vsque ad quantitatem, & in quantitate librarum centum, inspecta, & considerata qualitate facti, & conditione personarum. Ac etiam possit, ac valeat, & liberum arbitrium habeat dictus Dominus Potestas talem sic contrafacientem confinare, & in confinibus ponere extra territorium Papiæ per 20. miliaria ad voluntatem dicti Domini Potestatis. Si autem ipsi Domino Potestati, vel eius Iudici ad maleficia, vel eius Vicario non fuerit facta plena fides, sed solum fuerit fides facta per vocem, & famam, tunc, & eo casu dictus Dominus Potestas habeat potestatem bailiam, & liberum arbitrium dictam talem personam sic contrafacientem condemnandi ad confinia, & in confinibus ponendi tantum extra territorium Papiæ, per 20. miliaria ad suam liberam voluntatem, non obstantibus aliquibus statutis Communis Papie, generalibus, vel specialibus in contrarium facientibus, & non obstante aliqua lege, seu iuris in contrarium faciente. Quæ omnia, & singula in contrarium facientia huic statuto sint cassa, & irrita ipso iure, & facto, & nullius valoris, & momenti huius statuti auctoritate.

OPtima ratione potuerunt statuentes prohibere proijcientes lapides de nocte super domos, probè noscentes quantum damnum afferre possit huiusmodi proiectio, prout in casu, de quo consuluit Cæpol. consil. 30. crim.

De pœna Custodis carcerum Communis Papiæ, accipientis vltra quam debet per infrascriptum statutum. Rubr. 56.

ITem statuimus, quod aliquis custos carcerum Communis Papiæ, nec aliquis ipsorum custodum, officialis, nec aliqua alia persona, quæ deinceps stet ad ipsos carceres, non debeat exigere, vel accipere ab aliquo carcerato, nec ab aliqua alia persona, occasione carceris, vel carcerati aliquam pecuniam, nec aliquod aliud, nisi vt sequitur, videlicet, pro introitu carcerum, solidos sex, & denarios octo Papiæ, & totidem pro exitu, & pro ferriatura, & differiatura solidos tres Papiæ tantum, & pro custodia cuiuslibet diei, qua dictus carceratus steterit in dictis carceribus, denarios sex Papiæ, si pernoctauerit in carcere. Et si ea die exiuerit de carcere, qua positus fuerit dimidiam quantitatis suprascriptæ. Et non inferrietur aliqua persona, nisi fuerit capta de maleficio, ex quo pœna sanguinis eidem capto ingeratur purè, vel conditionaliter per aliquod statutum Communis Papiæ, vel nisi de expresso, & speciali mandato Potestatis, vel eius Iudicis maleficiorum, de quo mandato appareat publica scriptura, & si aliter fuerit inferriatus pro inferriatura, vel etiã pro differriatura nihil soluere teneatur custodi carcerum, vel alteri personæ incarceratus prædictus, & vltra dictus custos cadat in pœnam ipso iure librarum 10. Papiæ pro quolibet taliter inferriato. Et quòd à portatoribus sacchorum familiarijs, seu barruarijs alicuius Rectoris, vel officialis Cõmunis Papiæ, seruitoribus ipsius Communis, nec à pauperibus arbitrio Domini Potestatis Papiæ, vel eius Iudicis cognoscendis, & terminandis, nec ab aliquo prædictorum cui non fuerit data guardia specialis per officialem Communis Papiæ, seu qui non fuerit positus in custodia, non possit aliquis prædictorum exigere, vel accipere aliquid, nec etiam possit exigere, vel accipere exigi, vel accipi permittere, vltra dictas quantitates vt supra à potestate carceratorum, nec ab aliqua alia persona, siuè fuerit custos, siuè fuerit superstes, siuè fuerit officialis carcerum, siuè ibi stans aliã quam quantitatem pecuniæ, nec aliquid aliud pro potestaria, oleo, lignis, candelis lecto introitu, exitu, custodia, cibo, & potu, focho, nec alia causa, quæ dici, vel excogitari posset. Et si quis contrafecerit, puniatur Communi Papiæ, absque condemnatione, & processu, vel sententia aliqua in duplum eius quantitatis, vel valoris rei receptæ promissæ, vel depositæ, & nihilominus restituere teneatur accepta, promissa, vel deposita, de quibus omnibus stetur dicto carcerati, cum sacramento, & teneatur secretus. Et Dominus Potestas, & eius Iudex maleficiorum, & quilibet ipsorum teneantur singulis quindecim diebus vinculo sacramenti de prædictis inquirere, & repertum culpabilem punire, & exigere sine strepitu, & figura iudicij, & ex officio suo. Ac etiam suo arbitrio punire custodes prædictos, & alios, si alicui carcerato fecerint, quòd fieri non debet, vel indebitum grauamen, & arbitrio Domini Potestatis, vel Iudicis terminare, nec non cogere dictos superstites, & custodes ad faciendum depositum pœnes aliquem per dictum Dominum Potestatem, vel Iudicem eligendum librarum 10. Papien. de quo si contrafactum fuerit vt supra iacet, soluatur, & exigatur dicta pœna, & solutum promissum, vel depositum de totidem faciendum. Et sic deinceps Dominus Potestas, vel aliquis de sua familia, non possit de his, quæ fecerit secundum hoc statutum aliquo tempore sindicari, conuepiri, appellari, vel molestari. Sed si non seruauerint, possint sindicari de prædictis, & Iudex maleficiorum Communis Papiæ, habeat curam de suprascriptis custodibus, & custodiendis personis, & quod faciat obseruari per ipsos Custodes ipsum statutum, eo saluo, quod per præsens statutum non derogetur venditioni, seu incantui carcerum, quantum est in solutionibus prædictis.

Sum-

Summarium ad statutum 56. in Criminalibus.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Custos carcerum, an possit reum absolutum in carceribus detinere pro expensis eidem factis.*

1 AD hoc statutum, vide Nouas Mediolani Constitutiones, in tit. de custodia reorum, §. nullus custos, in quibus cauetur, quod Custos carceris non possit à carceratis, nisi solidos quatuor imperiales exigere, & pro custodia cuiuslibet diei denarios sex, excepto Custode Capitanei Iustitiæ, qui pro introitu, possit habere duplum, aliàs custodi contrafacienti, imponitur pro qualibet vice pœna scutorum decem, Fisco applicanda, & vide ordinem Senatus Excellentissimi in hac materia editum, quo cauetur non posse custodem carcerum à carceratis exigere vltra solidos viginti quinque imperiales singulo die, ac nocte ipso subministrante victum, & lectum, & à personis grossioribus, siue rusticis, solum solidos quindecim, sub pœna scutorum decem, qualibet vice, vtinam tamen hi ordines obseruarentur.

2 † Sed hic non incōgruum est quærere nunquid custos carcerum possit reum absolutum in carceribus retinere pro expensis eidem factis, & dic, quod quidquid sit de iure, de consuetudine obseruatur vt possint, vt per Clarum in §. fin. prax. crim. q. 63. num. 10. versic. sed hic incidenter.

De pœna superstitis, vel custodis carcerum Communis Papiæ, si eius custodiæ tempore aliquis carceratus aufugerit de carcere. Rubr. 57.

ITem statuimus, quod si deinceps aliquis carceratus aufugerit de carceribus Cōis Papiæ, & custodia superstitis, vel custodis, quòd tunc superstes, siue custos puniatur eadem pœna, siue simili, quam debebat pati, vel debuisset prædictus, qui aufugit, siue illa pœna fuerit corporalis, siue pecuniaria, siue mixta, nisi superstes, vel custos probauerit carceratum fugisse cum altero ex superstitibus, quo casu ille solus, cum quo carceratus aufugit, puniatur vt supra, & non aliter superstes, seu custos non culpabilis vere, præterquam in pœna præmissa in instrumento dati carceris, vel posita in prouisione Communis, vel officialis pro Communi facta. Et si carceratus esset alicuius Communitatis, vel singularis personæ debitor, vel esse debebat ex sententia proferenda, quod tunc nisi vt supra custos, & superstes, & quilibet ipsorum teneantur suprascripto creditori, vel creditrici, in quantitate illa, in qua ille, qui aufugit tenebatur. Et ad dictam quantitatem dicti superstes, & custodes, & fideiussores eorum teneantur, & conueniantur, & exigantur perinde ac si essent debitores condemnati legitimè, & de eorum bonis possessio data, & banniti pro condemnatione, & legitimè, & pro qualibet carcerato, singularis creditoris, vel Communitatis, qui aufugerit, nisi vt supra, vltra prædicta, condemnetur superstes, vel Custos Communi Papiæ, in libris quinquaginta Papiæ, & minus ad voluntatem Potestatis. Quæ omnia, & singula Dominus Potestas, & quilibet suus Iudex, sine strepitu, & figura iudicij executioni mittere teneatur, tàm in fauorem Communis Papiæ, quàm dicti creditoris omnibus, & singulis iuris remedijs. Addentes, quòd Camera, quæ est per medium carcerum inferiorum consuetorum de cætero sit locus carcerum mulierum, & in ipsa, & non in carceribus hominum includantur mulieres, sub custodia custodum aliorum carcerum.

Summarium ad statutum 57. in Criminalib.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Statutum hoc conforme iuri communi.*
3 *Pœna huius statuti, quando non habeat locum.*
4 *Custos ad sui defensionem non potest allegare debitorem non fuisse carceratum qui aufugit.*
5 *Statutum, quod mulieres carceratæ separentur à viris, procedit etiam in meretrice.*

1 CIrca hoc statutum, videas latè Menoch. de arb. iudic. casu 302. vbi latè agit de pœna, qua afficitur carceris custos, si carceratus aufugit, & ponit plures casus, in quibus custos excusatur, & vide Clar. in §. fin. praxis crim. q. 68. num. 8. versic. custos carcerum, vbi latissimè Baird. in addit. ad eum omnium plenè, Farinac. in sua praxi crim. q. 31. per totam.

2 In verbo, puniatur eadem pœna] † in hoc statutum est conforme iuri communi, per tex. vbi glo. & DD. in l. ad commentariensem, C. de custod. reorum, Menoch. d. casu 302. nu. 2. Farinac. d. q. 31. nu. 2. cum seq. intelligendo, vt ibi per eum.

3 Hæc † tamen pœna minime habet locum, quando carceratus aufugit opera socij ipsius custodis ad id præpositi à Principe, seu à Magistratu, ità Menoch. dicto casu 302. num. 8. cum seq. Farin. dicta quæst. 31. num. 57. quo loci agit quando custos teneatur de culpa sui substituti.

4 In verbo, condemnati legittime] nota † quod per hæc verba prohibetur Custos ad sui defensionem allegare illum carceratum, qui aufugit, debitorem non fuisse, Menoch. dicto casu 302. nu. 3.

5 In verbo, carcerum mulierum] † hoc statutum disponens mulieres carcerandas poni separatas à viris, procedit etiam in meretrice, Menoch. de arb. iud. quæst. 88. num. 25. & seq.

De pœna Communis, terræ districtus Papiæ, quod posuerit in deueto aliquẽ Ciuem Ciuitatis Papiæ, vel aliquam Ecclesiasticã personam, vel alium, qui non sit de Communitate sua. Rub. 58.

ITem statuimus, quod aliquod Commune, loci, Burgi, Castri, Villæ, Terræ, Territorij, vel districtus Papiæ, nec aliquis ipsorum, nec Rectores, vel Officiales ipsorum Communium, vel alicuius ipsorum non possint, nec debeant dare deuetum, nec ponere in deueto, vel interdicto aliquem Ciuem Papiæ, vel aliquam personam singularem secularem, vel ecclesiasticam, quæ non sit dicto Communi supposita directè, vel indirectè, nec aliqua onera realia, vel personalia eis, vel eorum bonis, vel eorum massarijs eorum occasione imponere, & si secus factum fuerit, puniatur qualibet vice, & pro qualibet persona, Communis, loci, Castri, Villæ, Burgi, vel Terræ, districtus Papiæ, in qua illud factum fuerit in libris quinquaginta Papien. Et pro quolibet Rectore in libris 10. Papien. & nihilominus interdictum, seu deuetum non valeat, nec teneat ipso iure, & non reddatur ei ius in agendo, nec in defendendo ciuiliter, & de prædictis stetur dicto accusatoris, cum vno teste, vel cum duobus, de voce, & fama. Et quod credatur illi, qui positus fuerit in deueto suo sacramento, de damno, & de deueto sibi illato, & quilibet possit accusare, & habeat dimidiam suprascriptæ pœnæ.

AD hoc statutum, vide Nouas Mediolani Constitutiones, in tit. de feudis, §. interdictum est, ex quibus cauetur, ne Iudices Feudatariorum cogant Ciues, eorumq; fictabiles, & colonos ad fidelitatem iurandam, nec ad aliquod nouum onus personale, vel reale, nec contra eos, vel eorum bona procedant, sub pœna aureorum mille, ac amissionis feudi. Boss. in praxi, tit. de for. com pet. num. 8. vsq; ad nu. 10. Alex. cons. 108. lib. 4. Anchar. quæst. famil. part. 3. quæst. 88. & 89. Ploc. cons. 24. nu. 37. & seq. & in tract. de in lit. iur. in reper. in verbo: decretum, tit. de feud.

De pœna illius, qui aliquam possessionem, vel rem immobilem, vel ius quod habet in comarcha, vel alibi vendiderit alicui non sustinenti onera Communis Papiæ. Rubr. 59.

ITem statuimus, quod nullus suppositus Iurisdictioni Ciuitatis Papiæ, de cætero vendat, donet, permutet in emphyteosim concedat, nec aliquo modo alienet aliquam rem immobilem decimam, vel decimariam, vel aliquod ius, quam, & quod haberet intra Papiam & Mediolanum, vel Laude, vel in aliqua parte Territorij, vel districtus Papiæ, alicui forensterio, vel alienigenæ, & specialiter in aliqua comarcha Terræ Papiæ, & intelligantur comarcha Territorij Papiæ, ædificia, & iura, quæ sunt in confinibus, seu limitibus Territorij Papiæ, & alterius Ciuitatis, & iura, & confinia, & limites versus Papiã, vel terrã Papiæ per quinq; miliaria, & intra ipsa quinque milialia. Et si contra prædicta, vel aliquod prædictorũ factũ fuerit, ipso iure nõ valeat, nec teneat immo ipso iure sit publicatũ, & publicata Cõi Papiæ, & nihilominus alienans puniatur Cõi Papiæ in auere, arbitrio D. Potestatis Papiæ. Et si ille, qui alienationẽ receperit re, vel iuris sibi alienata, vel alienato vsus fuerit,

puniatur

puniatur in amissione eius, quod dederit occasione talis acquisitionis, & nihilominus alienatio, & acquistum nullius sit momenti, sed sit publicatum vt supra. Saluis tamen manentibus omnibus alijs statutis Communis Papiæ, in prædictis; & circa prædicta pœnā augentibus prædictam, uel strictiores modos, & vias in fauorem communis, & hominum Papiæ ponentibus. Et prædicta omnia locum habeant saluis exceptionibus positis, & personis exceptatis in statuto posito supra sub rubrica de rebus immobilibus in non subditum non transferendis, quod statutum est in volumine statutorum Ciuilium causarum; Addentes etiam quòd prædicta locum non habeant in forensibus, qui efficerentur ciues de quibus, & proüt fit mentio in prædicto statuto. Declarantes etiam, quòd per prædicta nullum præiuditium fiat, nec generetur Ecclesiasticæ libertati.

AD hoc statutum, vide etiam Nouas Mediolani Constitutiones, in tit. de pœnis. §. Collegijs, vbi latissimè Carpen. & vide etiam statutum 147. Sub cod. in Ciuilib. vbi latè declaraui, ideò ad ibidem dicta remitto Lectorem.

De pœna illius, qui in districtu Papiæ laborauerit terram alicuius alienigenæ non Ciuis Papiæ. Rubr. 60.

ITem statuimus, quòd de cætero aliqua persona in districtu Papiæ, non debeat alicuius alienigenæ non ciuis Papiæ, laborare terras aliquas sitas in districtu Papiæ, venditas, vel alienatas, uel in alium translatas contra formam suprascripti proximi statuti positi sub rubrica de pœna illius, qui aliquam possessionem, uel rem immobilem. Et si quis de cætero contrafecerit per Dominum Potestatem Papiæ, puniatur in libris quinquaginta Papiæ, pro quolibet, & vltra teneatur fructus dictarum terrarum illius anni quo contrafecerit dare, & soluere communi Papiæ, seu eorum æstimationem.

Summarium ad statutum 60. in Criminalib.

1 *Hoc statutum qua ratione factum.*
2 *Hoc statutum, & superius proximum correctum est à Nou. Mediol. Constit.*

1 HOc † statutum dicitur factum ad effectum, vt alienigenæ arceantur ab emptione bonorum sitorum in Territorio Papiæ nescientes quomodo ea laborari facere, stante pœna, de qua in hoc statuto imposita laboratoribus; aduerte tamen quod hoc statutum vna cum proximo superiori dicitur correctum per Nouas Mediol. Constitut. in tit. de emptio. & vendit. in quibus cauetur quemlibet Dominio Mediolani subditum posse acquirere in quibuscumque locis huius Dominij, etiam quod nō sit suppositus Iurisdictioni eorum locorum in quibus bona acquiruntur, nō obstantibus statutis Ciuitatum in contrarium. 2

De pœna vendentis, vel capientis columbos domesticos, volatores, viuos, vel mortuos, & de pœna habentis luxellum, ad aliquam fenestram, vel balconum aptum, ad dictos columbos capiendos. Rubr. 61.

ITem statuimus, quòd aliquis non debeat capere, vel capi facere aliquos columbos domesticos ad rete, vel ad aliud artificium, nec etiam debeat aliquos columbos domesticos, volatores viuos, vel mortuos vendere, vel vendi facere, nec habere, vel tenere in aliqua domo, vel turri aliquod luxellum chaziatorium, seu aliàs aptum ad columbos capiendos. Et si in aliquo prædictorum contrafactum fuerit, puniatur contrafaciens, pro quolibet columbo capto, vel prendito Communi Papiæ, in florenis decem auri, & pro quolibet luxello in florenis decem auri Communi Papiæ qualibet vice. Et nihilominus dictus capiens possit licitè columbis, & retibus derobari, & efficiantur derobatis. Et quilibet

vxelatur

vxelator, qui cum retibus, vel sine inueniatur columbos domesticos habere intelligatur eos cæpisse alienos, & quilibet possit accusare, & denunciare, & habeat medietatem dictæ pœnæ, etiam baruarij, & familiares Domini Potestatis Papiæ, de quibus omnibus & singulis credatur dicto accusatoris inspecta qualitate personæ arbitrio Domini Potestatis, vel eius Iudicis.

Summarium ad statutum 61. in Criminalib.

1 *Columbarum, qualis natura.*
2 *Columbaria ædificare quis possit.*

1 LIcet † columbarum fera sit natura attamen cũ ex consuetudine facta sunt mansueta, & domestica, tunc dicuntur etiam in bonis nostris, vt §. pauonum, vbi DD. Institut. de rer. diuis. & ideo non mirum si per hoc statutum eos capientes puniuntur, & quia hic fit mentio de columbis, ad-
2 uerte, † quod ex ordine Senatus Mediolani editi sub die prima Martij anni 1570. cautum est neminem ædificare posse colũbarias nisi habeat perticas 200. aratorias, ante autem factæ sustineantur si earum dominus habeat in eo loco perticas aratorias 50.

De pœna dantis auxilium, vel consilium alicui malefactori. Rubr. 62.

ITem statuimus, quòd si quis dederit auxilium, vel consilium alicui malefactori, si aliqua pœna reperiretur pro aliquo de statutis Communis Papiæ, quam dictus qui auxilium, consilium dederit pati debeat illa seruetur, & imponatur. Si autem non reperiatur scripta in statuto pœna, quam debet pati tunc puniatur in auere prout Potestati videbitur.

1 AD hoc statutum videas Iul. Clar. in §. fin. praxi. crimin. quæst. 90. in princip. dum quærit an auxilium præstans alicui delinquenti puniatur eadem pœna, qua delinquens, & ibi latè distinguit, vbi latè Baiard. in addit. ad eum, & latissimè per Menoch. de arbitr. Iudic. casu 349. & seq. & vid. Nou. Mediol. Constitut. in tit. de pœn. §. dantes ad præmissa, vbi auxilium dans scienter, & dolosè, aut auxilium ad delicta ibidem comprehensa punitur iisdem pœnis, quibus delinquens, quæ tamen Constitutiones minimè pcedunt quoties auxilium fuit remotum, vt ità declarat Menoch. d. casu 349. num. 11. latissimè de auxilium, consiliumuè, aut fauorem præstantibus ad delicta Farinac. in tracta. de homicid. quæst. 129. vsque ad quæstio. 135.

De pœna tenentis capram. Rubr. 63.

ITem statuimus, quòd aliqua persona non debeat ab vno mense proximo in antea habere, vel tenere aliquam capram in plano à montanea Papiæ, vsque ad Padum: nec intra dicta confinia, nec in Caruliano, vel Sicomario, nec alibi circumquaque Ciuitatem Papiæ per duo miliaria. Et qui contrafecerit puniatur Communi Papiæ, pro quolibet & qualibet capra, & qualibet vice in solidis 10. Papiæ. Et quilibet possit accusare & denunciare, & habeat medietatem. Quod statutum Dominus Potestas teneatur facere cridari primis quindecim diebus sui regiminis.

HOC statutum non est in vsu, sed quilibet hodiernis temporibus tenet capras.

Quod monetis mensuris, & ponderibus vtatur per Territorium Papiæ, prout in Ciuitate Papiæ vtitur. Rubr. 64.

ITem statuimus, quòd omnes personæ, Communitates, & Vniuersitates districtus, & Iurisdictionis Communis Papiæ vtantur, & vti debeant mensuris, ponderibus, & monetis modis quibus vtuntur, & vtentur ciues Ciuitatis Papiæ in ipsa Ciuitate, & non aliter,

ter, nec alio modo, & si pactum fieret alio modo, quam vt prædictum est non valeat, nec teneat illud pactum, nec aliquis contrahentium occasione ipsa aliqualiter obligetur aliter quam ad monetam, mensuram, & pondus Ciuitatis Papiæ, & vltra paciscentes, & aliter contrahentes, vtentes, vel facientes, quam vtsupra dictum est puniantur in libris 10. Papiæ, pro quolibet ipsorum, & qualibet vice. Et quilibet Potestas Ciuitatis Papiæ teneatur & debeat in principio sui regiminis facere cridari, & preconizari in locis consuetis, & ordinatis vinculo sacramenti.

HOC Statutum an hodie de facto obseruetur nescio.

De pœna non seruantis cridam, vel præceptum ex parte Domini Potestatis, Iudicis, vel militis factum. Rubr. 65.

ITem statuimus, quòd Dominus Potestas possit & valeat condemnare quamlibet personam, & Communitatem, quæ cridis, & præceptis de cætero fiendis ex parte ipsius, seu sui Iudicis, vel militis, vel aliquem ipsorum non obediuerit, seu non paruerit, vel seruauerit, vel ipsam cridam, vel præceptum spreuerit vsque in libris 25. Papiæ, Communitatem, & vsque in libris 10. Papien. singularem personam, & ipsam condemnationem exequi omnibus iuris remedijs, & minus inspecta qualitate, & quantitate Communitatis, personæ, contumaciæ, & facti. Saluis tamen statutis in aliquo delicto imponentibus pœnam: quo casu illa locum habeat, & non hæc. Et etiam habeat locum hoc statutum, nisi alio statuto speciali aliud, vel aliter caueatur. Et prædicta seruentur non obstante statuto infrascripto posito sub Rubrica, quòd nullus pœna corporali &c.

Summarium ad statutum 65. in Criminalibus.

1 *Præcepta, adicta, & proclamata, magistratuum, dicuntur ius Prætorium.*

1 PRo intelligentia huius statuti, scias † quod præcepta, seu ordinationes, quæ fiunt à Magistratibus habent vim iuris Prætorij, Bart. in l. omnes populi, num. 52. ff. de iust. & iure. Decian. in suo tracta. crimin. tomo primo, libro secundo, cap. 32. num. 6. cum seq. vbi vult idem procedere in statutis, seu proclamationibus, quæ fiunt à Gubernatoribus Ciuitatum, vel Dominij recognoscentibus Superiorem, æquiparantur enim iuri Prætorio, & ideò non durant, sed expirant remoto dicto Gubernatore, Offitiali, seu Prætore, vt latè probant Roland. à Vall. consil. 38. per totum libro tertio, & ideò meritò Senatus Excellentissimus Mediolani declarauit cridas, seu proclamata Gubernatorum eis decedentibus censeri extincta, vt ex ordine edito anno 1563. die 2. Iulij, licet ex pòst ne delictis omnibus sit aperta via, Potentissimus Rex noster rescripserit, vt omnia Gubernatorum proclamata post recessum, per quatuor menses censeantur confirmata.

De pœna Communium, & Terrarum Territorij Papiæ, & singularum personarum ibi habitantium in cuius Terra, vel Territorio facta fuerit robaria, depredatio, vel rapina, vel captio personæ, vel incendium, vel damnum datum fuerit. Rubr. 66.

QVIA sæpè contingit in Territorio Papiæ fieri robarias, rapinas, depredationes, captiones, incendia, & damna dari, & Communitates, locorum, & Terrarum districtus Papiæ, negligenter pertranseunt in capiendo malefactores prædictos, vt detur materia obuiandi prædictis maleficijs, & delictis: Statuimus, & ordinamus, quòd si de cætero contingat in Territorio Papiæ, fieri, seu facta esse robaria, deprædationes, rapinas, captiones personarum, incendia, & damna occulta dari, & non fuerit captus malefactor: quod illa Potestaria sub cuius Territorio fuerint factæ dictæ robariæ, deprædationes, rapinæ, captiones personarum, incendia, & damna data, teneatur, & debeat emen-

beant emendare damnum, quod passis fuerit derobatus, deprædatus, rapinam passus personaliter captus incendium, vel damnum passus. Et hoc si factum fuerit in territorio alicuius Villæ, Burgi, vel Castri suppositi, vel non suppositi alicui Potestariæ, quod ipsa Villa, Burgus, vel Castrum, teneantur solum ad emendationem dicti damni, si verò aliquod prædictorum factum fuerit in Sicomario Papiæ, totum Sicomarium ad dictum damnum, & emendationem contribuere teneatur. Si verò factum fuerit in campania Papiæ, teneatur tota illa preisa in cuius territorio aliquod prædictorum factum fuerit ad emendationem dicti damni. Et quod ad emendationem prædictorum, teneantur non solum Burgenses, sed etiam Ciues, & Castellani habitantes ibidem tempore hyemali, quæ emenda distribuatur inter eos districtuales, & Ciues, & Castellanos habitantes vt supra, videlicet, medietas pro capitibus, & medietas pro auere. Et in prædictis emendationibus fiendis prædictis damnum passis in casibus antedictis procedatur per D. Potestatem Papiæ, & eius Iudicem maleficiorum summariè, & de plano, velo leuato, habita quali quali petitione, vel querela de prædictis, omni iuris, & statutorum Communis Papiæ, solemnitate omissa, & sufficiat citare potestariam, & processum fieri contra eam ad locum commissi delicti, & ad locum vbi moratur Potestas potestariæ prædictæ, videlicet, in plateis dictorum locorum, & idem intelligatur in alijs locis, & Villis non suppositis alicui potestariæ, vt fiat in platea loci commissi delicti, & in loco vbi habitauerint squadrerij aliquarum squadrarum, vel aliquis eorum, & quod credatur sacramento damnum passi de loco robationis, & captionis, & de quantitate redemptionis, seu æstimationis rerum derobatarum, & redemptionis, inspecta qualitate personarum derobatarum, captarum, & qualitate rerum derobatarum, præcedentibus tamen aliquibus inditijs arbitrio D. Potestatis, vel Iudicis maleficiorum, quæ indicia in scriptis appareant, possit tamen D. Potestas, vel Iudex maleficiorum diminuere in minori quantitate, quam iuratum fuerit si sibi videbitur, inspecta qualitate facti, & conditione personarum. Et quod à sententijs latis in causis prædictis, non possit appellari, quærelari, supplicari, vel nulla dici, restitutio peti, nec aliquo modo contradici, sed mittatur exequutioni nulla exceptione, vel cauillatione obstante. Et quod Dominus Potestas cogat, & cogere debeat potestariam preisam, & loca prædicta ad faciendum arcam communem pro dicto damno emendãdo. Et si negligens fuerint in faciendo arcam communem, quòd possit ipsos cogere realiter, & personaliter ad prædicta omnia, & singula obseruanda.

Summarium ad statutum 66. in Criminalib.

1 *Videnda ad hoc statutum.*
2 *Communitas de iure non tenetur de damnis datis in eorum territorio.*
3 *Statutum volens Communitatem teneri pro damnis datis, est rigorosum.*
4 *Hoc statutum, qua ratione factum.*
5 *Communitas, quibus in casibus non teneatur de damno, vel incendio in Communitate commisso.*
6 *Iuramento damnum passi, vt credatur, debet prius constare de damno.*
7 *Iuramento damnum passi, & si credendum sit, potest tamen probari contrarium.*
8 *Statutum, vt credatur damnum passo, intelligitur si iurauerit.*
9 *Nūtio, & si credatur, potest tamē probari cōtrariū.*

1 AD † Hoc statutum, vide Iul. Clar. in §. fin. prax. crim. q. 82. stat pri. vbi Baiard. in addit. ad eum, & late per Farinac. in sua praxi crim. q. 24. est autem hoc statutum corre-
2 ctorium iuris communis, cum eo iure † Communitas non teneatur de damnis, & factis illatis in eorum territorio, cum pœna non debeat egredi suus auctores, l. sancimus, C. de pœnis, est tamen hoc statutum validum, vt tradit Menoch. de arb. iud. casu 345. & de præsump. li. 5. præsumpt. 31. nu. 19. cum seq. cū cæteris, de quib. per Farinac. dicta q. 24. n. 197. Clar. in §. fin. praxis crim. q. 82. stat.
3 primo, ac q. 86. in fine, dicitur † tamen hoc statutum rigorosum, & ideò venit strictè intelligendū, vt per Menoch. d. casu 345. nu. 11. vbi nu. 15. vult
4 hoc statutum ea † ratione dici editum, eo quia damnum præsumitur esse datum facto, & culpa ipsorum habitantiū, vt per Calcan. cons. 63. nu. 3.
5 † Sunt tñ nonnulli casus, in quibus hoc statutū nō vendicat sibi locū, nec eius pœna, quorum primus est, vt non procedat in incendio exorto ex fulgore tamquā valdè insolito, & cui habitantes resistere non possunt, ad quod Villa non tenetur, Menoch. de arb. iud. casu 80. num. 5.

Secundus est casus, quando constaret de auctore, à quo damnū datū est, cū statut. nostrū loquat de damno occultè dato, Alex. cons. 114. lib. 4. tertiò, hoc statutum non procedit, nec minimè comprehendit

præhendit, nec obligat infirmos absentes, nec similes qui capere non possunt malefactorem, Auus mihi maternus Rip. in rub. num. 14. ff. sol. mat. nec pariter comprehendit pupillos, nec mulieres, Menoch. de arb. iud. casu 222. num. 24. licèt quò ad absentes de facto contineri obseruetur, vt per Clar. dicta quæst. 82. stat. 4. non procedit, quando captus fuisset malefactor, etiam si captus fuisset post sententiã, & condemnationem, & etiam si non esset soluendo, nam nihilominus Villa non tenetur uigore huius statuti, vt in spetie per D. Costam de remed. subsid. remed. 51. illat. prima, nu. 3. cum seq.

Quintus casus, quando damnum esset illatum Ecclesiæ, nam tunc Cõmunitas non tenetur illud emendare, ut per Bonifac. Gand. Alberic. ac Grannut. firmat Baiard. ad Clar. d. quæst. 82. statuto primo, num. 20. Contrarium tamen latè defendit Costa de portione ratæ, quæst. 103. nu. 11. ubi hãc tuetur ex fundamentis Alberici, ac aliorum, & satisfacit.

6 † In uerbo, credatur iuramento] circa hoc statutum disponens stari iuramento damnum passi, uide latè Baiard. ad Clar. d. q. 82. stat. 1. nu. 29. cum plurib. seqq. Aduerte tamen, quod ad hoc, ut stetur iuramento depredati, uel derobati, prius debet demonstrare sibi derobatum fuisse, & sic ad huiusmodi iuramentum non est deueniendũ, nisi prius constito de robaria, incendio, rapina &c. Bart. in l. Diuus. ff. de milit. testamento, Auus maternus Rip. in l. admonendi. nu. 68. ff. de iur. iur. DD. in l. si quando, C. unde ui, Alex. cons. 60. num.

7 17. lib. 2. † Nota tamen, quod licèt ex hoc statuto standum sit iuramento damnũ passi, adhuc tamen poterit contrarium probari, Clar. d. q. 82. stat. 1. nu. 1. ubi Baiard. in addit. nu. 25. latè Farinac. d. q. 24. nu. 219. cum seq. & hoc est utile scire ad intelligentiã statutorum uolentiũ credi iuramento officialis, uel alterius, intelligũtur. n. nisi contrarium probetur, c. proposuisti, ubi Abb. nu. 1. de probat. Alex. cons. 114. nu. 8. cum seq. lib. 4. ubi uult, hoc procedere ẽt si statutum mandet, ꝙ habeatur pro plena probatione, secus si ꝓ plenissima, ut ibi per eum, idem Alex. in l. 1. § si absens, nu. 7. cum seq. ff. si ex noxali caus. agatur, de cõi, Ias. in l. si quando, nu. 28. ff. de damn. infecto, latissimè Plot. in repetitione, l. si quando nu. 754. cum seq. & 876. & seq. C. unde ui.

Hinc ẽt infertur, quod si statutũ mandet formã probare contra aliquẽ, uenit intelligendum, nisi de contraria forma probetur, Bald. in l. Diuus Traianus per illum tex. ff. de testam. milit. Alex. cons. 16. num. 8. lib. 5.

8 Item † statutũ, ꝙ credatur simplici dicto accusatoris, debet intelligi, si iurauerit Bart. in l. Theo pompus per illũ tex. ff. de dot. preleg. Alex. cõs. 71. nu. 9. ubi Addit. lib. 3. debet dictum iuramentum præstari corã Iudice, uel Notario causæ de cõmissione ipsius Iudicis, Alex. d. cons. 71. nu. 10.

9 Item si † statutum uelit credi relationi nuncij, adhuc tamen admittitur probatio in contrarium contra dictam relationem, Bald. in l. si tutor, circa finẽ, C. de peric. tut. Franc. in c. cũ parati, nu. 37. de appell. Baiar. in addit. ad Clar. §. fin. q. 31. nu. 64.

Scias tamen, quod contra dictam Cõmunitatẽ non poterit iurari in litem, Menoch. de arbit. iud. casu 208. nu. 11. & 15.

In uerbo, Iudicis arbitrio] nota quod huiusmodi arbitrium censetur attributum officio, non attamen personæ, & sic est arbitrium sub ordinaria iurisdictione, Menoch. de arbitr. iud. quæst. 12. num. 2. & 3.

Quod nullus pœna corporali possit puniri, nisi statuto caueatur, sed alias puniatur pecunialiter tantum. Rubr. 67.

Item statuimus, quod per Iusdicentem Papiæ, nullus puniatur corporaliter, nisi lege municipali caueatur, sed alias puniatur pecunialiter arbitrio Potestatis, inspectis conditionibus personæ, & qualitate delicti, præter quam in casibus, vbi in lege municipali certa pœna pecuniaria apposita est, in quibus casibus illa certa pœna pecuniaria seruetur.

Summarium ad statutum 67. in Criminalib.

1 *Videnda ad hoc statutum.*

2 *Pœna non imponitur, nisi iure cõmuni cautum sit.*

3 *Delictum, quod de iure communi certam habet pœnam, ex statuto autem nulla, non est punibile.*

1 CVM hoc statuto conueniunt Nouæ Constitutiones Med. in tit. de pœnis, §. nullus corporaliter, & vide ad hoc statutũ, Bald. cons. 384. vol. 5. Alberic. cons. 773. nu. 10. & vide Menoch. de arb. iud. cas. 276. conuenitq; ẽt hoc statutũ cũ

2 iuris cõis dispositione, † quo iure pęna nõ est alicui indicanda, nisi expresso iure caueatur, l. at si quis. §. diuus. ff. de relig. & sumptib⁹ funerũ, quã regulam latè refert Menoch. d. casu 276. vbi nu. 23. cũ

3 seq. quærit † nunquid si quis comittat delictum, pro quo de iure cõi ueniat imponenda pœna corporalis, de iure autem statutario Papię nulla reperiatur imposita pœna, an poterit puniri pœna de iure cõmuni imposita, & concludit quod non.

De arbitrio, & bailia D. Potestatis extendenda in pœnis. Rubr. 68.

Item statuimus, quod in omnibus illis statutis, in quibus data est potestas, & arbitrium D. Potestati Papiæ condemnandi in auere, vel persona, siuè disiunctiuè, siue copulatiuè, intelligatur, quod dictum arbitrium non possit extendi ad pœnam sanguinis.

Sum

Summarium ad ſtatutum 68. in Criminalibus.

1 *IVdex qui non poteſt pœnam ſanguinis imponere, minus poterit mutilationem membri.*

1 HOC Statutum dum prohibet arbitrium Poteſtatis Papiæ, ſe poſſe extendere ad pœnã ſanguinis operatur, vt per hoc intelligatur Poteſtas prohibitus imponere membri mutilationem, Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. 86. num. 18. quo loci late agit, quando Iudex, aut officialis in arbitrarijs mortis pœnam eligere poſſit.

De pœna banniti de maleficio Communis inferenda eidem per priuatam, vel publicam perſonam. Rubr. 69.

ITem ſtatuimus, quod omne damnum, & iniuria, & maleficium deinceps datum, vel factum in perſonam, vel rebus bannito de maleficio tali, ex quo pœna mortis eſſet inferenda, ſi ipſe bannitus eſſet in fortiam Communis Papiæ, remaneat perpetuo impunitum, & impunita. Bannitus verò, & condemnatus de tali maleficio, ex quo pœna ſanguinis tantum, & non mortis ingeri debet, realiter tantum impunè poſſit offendi, & exinde aliquis Rector Communis Papiæ, vel officialis per accuſam, vel denunciam, vel inquiſitionem, vel aliter proceſſum aliquem non faciat, & contra eum non fiat. Saluo quod dictũ eſt vi ſupra de exequutione fienda: non obſtante ſtatuto de exceptione banni maleficij in ſtatuto poſito, ſub Rubrica, qualiter inquiſitus &c. Et quod dictus bannitus de maleficio Communis Papiæ, non poſſit, nec debeat habere aliquod officium, honorem, vel eſſe credendarius Communis Papiæ, & quod remaneat impunitum, ſi poſtea de ipſo banno exiuerit iniuria, & damnum illata eidem tempore banni curſi. Saluo quod ſi damnum iniuria, vel offenſa facta fuerit illi bannito in perſona, vel rebus per illum, vel illos, qui in pace, vel tregua forent cum ipſo, perinde maleficium puniatur, ac ſi in banno maleficij offenſus non eſſet. Quod ſtatutum in pœna banniti non habeat locum in illo qui bannitus eſſet de maleficio, vel fideiuſſoria obiet quod fideiuſſorem ſuum non liberauit, nec in eo, qui bannitus eſſet de maleficio ibi datum, quod præceptum Iudicis ſpreuiſſet, vel non ſeruaſſet. Et ſi bannitus de maleficio banno curſo in fortiam Poteſtatis, & Communis Papiæ peruenerit, quod tunc niſi iuſtam defenſionem fecerit, condemnetur, & puniatur, & exequatur, prout habetur ſupra in ſtatuto poſito ſub rubrica, Qualiter inquiſitus &c.

Summarium ad Statutum 69. in Criminalibus.

1 *BAnnitum occidens, an peccet mortaliter.*
2 *Banniti de iure communi, non poſſunt offendi in perſona, ſecus in bonis.*
3 *Bannitus occidens pro ſua defenſione neceſſaria volentem eum offendere, an puniendus.*
4 *Bannitus extra territorium bannientis, an poſſit occidi.*
5 *Bannitus, an poſſit occidi in Eccleſia exiſtente in Territorio bannienſium.*
6 *Bannitus, qui poteſt occidi, poteſt etiam vulnerari.*
7 *Mulier bannita non poteſt impunè adulterari.*
8 *Filius non poteſt patrem bannitum occidere.*
9 *Bannitum proditorie occidens, punitur niſi bannitus eſſet ob crimen læſæ Maieſtatis.*
10 *Bannitus ob ſolam contumaciam non poteſt impunè offendi.*

1 AD hoc ſtatutum, vide Menoch. de arbitr. iud. quæſt. 90. per totam, vbi num. 4. tenet valere ſtatutum tribuens impunitatem trucidanti bannitum, adeò vt occidens virtute ſtatuti non peccet mortaliter, quando occidit bono zelo, ſecus ſi odio particulari, vt ibi per eũ. & vide Clar. in §. homicidium. num 43. cum ſeq. vbi plura ponit ad hoc ſtatutum conferentia, & ibidem Baiar. in addition.

2 † Aduerte tamen, quod hoc ſtatutum dicitur correctorium iuris communis, quo iure banniti noſtri temporis non poſſint offendi in perſona, in bonis verò ſic Bart. in l. vt vim. num. primo, vbi Iaſ. nu. 15. Dec. nu. 14. ff. de iuſt. & iure. Clar. de communi in § homicidium. num. 49. vbi Baiard. in addit. nu. 190. vbi etiam cumulat.

3 † An autem ſtante hoc ſtatuto permittente offendi bannitum, ſi bannitus ad ſui propriam defenſionem alium interficiat, an veniat iterum banniendus, vel ſi capiatur pro huiuſmodi maleficio, puniendus, videtur cõ. meſſe opinionẽ, quod ſic, vt p DD. in d. l. vt vim. q̃uã tñ. opinionẽ, vti duram non amplectitur. Clar. in d. §. homicidiũ, nu. 62. vbi Baiard. in addit. nu. 183. quem videas.

4 † An autem stante hoc statuto possit bannitus impunè occidi extra suũ territorium, & dic quòd non, & ideò respectu territorij in quo occidit nõ erit tutus occidens, cum dicatur commisisse homicidium, Ias. in l. fin. num. 2. ff. de iurisdict. omni. Iudic. Bossius in sua praxi in tit. banniti, quid ammittant num. 5. Baiard. in additio. ad Clarum in §. homicidium nume. 268. quod tamen limita in bannito ob hæresim, vel ob crimen læsæ maiestatis, vel rebellionis, vt per Baiard. ibidem num. 272. cum seq.

5 † An autem vigore dicti statuti possit occidi bannitus in Ecclesia existenti in territorio bannientium, & dic quod sic, vt per Clarum in d. §. homicidium num. 53. vbi Baiard. in addit. ad eum, num. 275. Farinac. in sua praxi dict. quæst. 103. num. 323.

6 † Amplia, vt stante hoc statuto possit etiã bannitus vulnerari, Alex. consil. 190. nu. 21. lib. 2.

7 † Limita tamen, vt per hoc statutum mulier bãnita non possit impunè adulterari, Clar. in d. §. homicidium, nu. 46. vbi Baiard. nu. 225.

8 † Limita secundo, vt per hoc non possit filius bannitum patrem impunè interficere, nec etiam vassalus dominum, ita Clar. in d. §. homicidium, num. 49. vbi Baiard. num. 228. Menoch. d. q. 90 num. 43. & seqq. plurib. plura alia adduci possint de quibus remitto Lectorem ad DD. supra adductos, vbi diffusè hanc materiam pertractant.

9 † In verbo, vel tregua] nota quod hoc statutũ puniens bannitum occidentem proditorie, non procedit quando is sit bannitus pro crimine læsæ Maiestatis, Menoch. d. q. 90. nu. 50. cum seq.

In verbo, fideiussione] qualiter hæc verba debeant intelligi, tradit Menoch. d. q. 90. nu. 40.

10 In verbo, per præceptum Iudicis &c.] Scias, † quod bannitus ob solam contumaciam in non parendo Iusdicenti non potest offendi, neç in bonis nec in persona, Menoch. d. q. 90. nu. 41.

Quod confessio, & pax minuant pœnam, & quid, & quantum. Rubr. 70.

Item statuimus, quòd si aliquis accusatus, denunciatus, vel inquisitus fuerit de aliquo maleficio, & sponte in sua prima excusatione confessus fuerit: quod sibi quarta pars totius condemnationis pecuniariæ, eidem fiendæ remitti debeat, & remissa esse intelligatur. Et si ante excusationem, vel diem sententiæ pacem habuerit cum offenso, vel hærede, quòd sibi dimidia pars totius condemnationis pecuniariæ fiendæ, & quæ fieri deberet si confessus non fuisset, & pacem non habuisset, remitti debeat, & remissa esse intelligatur. In pænis autem sanguinis, vel aliter corporaliter inferendis pax, & confessio aliquid non operentur. Et hoc statutum habeat locum, nisi per aliud statutum in aliquo casu aliud caueatur expressum. Et quòd in emendationibus, & restitutionibus, & æstimationibus ipsarum confessio aliquid non diminuat de ipsis, nec aliqua ipsarum.

Summarium ad Statutum 70. in Criminalibus.

1 *Confessus sponte delictum mitius punitur.*

1 HOC Statutum videtur correctorium iuris communis quo iure spontanea confessiò mitius non punitur saltem ex communi obseruantia Iudicum, vt per Clar. in §. fin. praxis crimin. qõ. 60. num. 30. versic. non desunt, cum cæteris adductis per Farinac. quæst. 81. num. 172. vbi plenè agit circa materiam huius statuti ad quem recurras, vbi num. 180. loquitur quando hoc statutum habeat locum.

Quando autem pax minuat pœnam aliàs dixi ad Stat. 8. supr. ideò ad ibidem dicta me remitto.

Qualiter condemnationes sint exigendæ, soluendæ, & quando: & cum quo beneficio, & pœna. Rubr. 71.

Item statuimus, quòd vt condemnationes melius soluantur quilibet, qui de cætero condemnabitur per Dominum Potestatem, vel alium Iusdicentem Papiæ pecunialiter, occasione alicuius maleficij, criminis, excessus, vel delicti, possit & valeat ipsam condẽnationem soluere infra decem dies à die condemnationis factæ numerandos, & soluendo ipsam condemnationem pecuniariam elapsis decem diebus prædictis teneatur soluere totam ipsam condemnationem cum quarto pluri eius, quod solui debuisset, ita quòd referetur ei beneficia præsentis statuti. Et dicta condemnatio, & quartum elapsis dictis decem diebus ab ipso condemnato, possit & debeat omnibus & singulis iuris remedijs per cõmune Papiæ, extorqueri, pignorando, capiendo, detinendo, incarcerando, mulctando, & alia

alia faciendo per quemlibet officialem ad hoc deputatum, & deputandum. Et quod quælibet condemnatio facta de cætero de aliquo, vel pro aliquo maleficio crimine delicto, vel excessu solui debeat in pecunia numerata tantum, si pecuniaria fuerit, & solui debeat absque aliqua compensatione fienda, vel dimittenda, non obstante aliqua lege in contrarium faciente.

HOC Statutum non est in obseruantia.

De præmio consignantis malefactores in fortiam Communis Papiæ. Rubr. 72.

ITem statuimus, quod quilibet, qui ceperit, & consignauerit, vel ad capiendum fuerit, & consignauerit aliquem bannitum maleficij in fortiam Domini Potestatis Papiæ, vel aliquem malefactorem, qui veniret pœna mortis puniendus, siue vnus, siue plures fuerint consignantes, & capientes habeant, & habere debeant de auere Communis Papiæ libras centum Papien. pro quolibet tali bannito, vel malefactore puniendo vt supra, qui fuerit præsentatus, vt prædicitur. Si verò alium bannitum, qui non veniat mortis pœna puniendus ceperit, vel ad capiendum fuerit: & in fortiam Domini Potestatis, & Communis Papiæ consignauerit: liceat eidem Domino Potestati cum consilio Sapientum Præsidentium factis, & negotijs Communis Papiæ, expendere, & de auere Communis Papiæ dari facere prædicto, seu prædictis consignantibus in ea quantitate, quam dictus Dominus Potestas, & Sapientes prouiderint vsque ad quantitatem librarum 25. Papien. inspecta qualitate, & conditione personarum, & delicti. Quod statutum locum non habeat in familia, & baruarijs dicti Domini Potestatis, nec in aliquo alio officiali, seu stipendiario Communis Papiæ, qui ex debito officij capere, & consignare teneantur.

Summarium ad statutum 72. in Criminalib.

1 *BAnnitum capiens, ignorans adesse statutum, concedens præmium, an illud consequatur.*
2 *Bannitum capiens, vltra præmium impositum, consequitur etiam expensas in capiendo.*
3 *Statutum concedens præmium capienti bannitū, an comprahendat denuntiantem, ad effectum vt capiatur.*
4 *Officialis capiens bannitum, non consequitur præmium impositum capienti.*

1 HOC Statutū tribuens premium capienti bannitū, nunquid comprælendat capientem bannitū, quando ignorabat adesse huiusmodi statutū, & dic quod sic, quando tamen sciebat eum esse bannitum, ita Bart. in repet. l. omnes populi, in 5. quæst. princ. num. 38. ff. de iust. & iure Menoch. de arbitr. iud. casu 185. nu. 444. cum cæteris, de quibus per Fa-
2 rinac. in sua praxi crimin. quæst. 103. nu. 35. Non tantum autem capienti bannitum, debetur præmium, de quo in hoc statuto, sed etiam veniunt reficiendæ expensæ factæ per eum in capiendo, secundum Nellum in tract. de bannitis in secunda parte secundi temporis, quæst. 19.

Contrarium tamen credo verius, prout pluribus probat Petrasancta singul. 14. nu. 13. cum seq. quem refert Farinac. d. q. 103. nu. 174. cum seq.
3 Nunquid autem huiusmodi statutum comprehendat denunciantem bannitum, ad effectum, vt capiatur, & videtur, dicendū quod sic, vt per Brunor à Sol. in q. legal. q. 27. nu. 6. Farinac. d. q. 103. n. 177. hoc tñ in casu nostro non credo tutū, cum statutum nostrum det præmium consignāti bannitum. tunc etiam dicimus, quod si quis insequitur bannitum, qui tamen capiatur ab alijs, ipse insequens non debet consequi præmium, vt per Farinac. dicta quæst. 103. num. 35. cum seq. quo loci adducit tres limitationes ad hoc statutum nostrum, quas non refero cum per te videre possis.

In verbo, quod statutum locum non habeat in familia] hoc etiam procedit de iure communi,
4 quo iure officiales capientes aliquem malefactorem, seu bannitum non debent habere præmium à statuto impositum, ex quo hoc ex officij necessitate facere tenentur, ità Clar. post Boss. in §. fin. praxis crim. quæst. 79. num. 8. versic. cæterum, vbi Baiard. in addit. ad eum, nu. 19. cum seq. Farinac. d. quæst. 103. nu. 356.

De pœna tenentis vltra duos porcos. Rubr. 73.

ITem statuimus, quod aliqua persona cuiuscunque conditionis existat non debeat habere, vel tenere in Ciuitate Papiæ vltra duos porcos, nec aliquam porcam de nutrimine, sub pœna solidorum sexaginta pro quolibet porco, & porca de nutrimine, & amissionis porci, & porchæ, & quilibet possit accusare, & habeat medietatem condemnationis, sub pœna solidorum viginti Papiæ soluenda per illum, qui ipsum tenuerit. Et quilibet porcus debeat habere annulum ad grugnum. Quod statutum non habeat locum tempore guerræ.

Summarium ad statutum 73. in Criminalibus.

1 *Porcos tenere in Ciuitate, cur prohibitum.*

1 HOC Statutum videtur fuisse factum, ratione publicæ vtilitatis, quia tenere ista anima alia in Ciuitate, ex quo fœtentest valdè periculosum, ex quo possunt suo statu locum reddere pestilentem, vt admonet Auus maternus Rip. in suo tract. de remed. præseruat. contra pestem num. 88. male tamen obseruatur hoc statutum, vt experientia quotidie docet.

De pœna laborantis, vendentis, & stationantis diebus feriatis. Rubr. 74.

ITem statuimus, quod nullus de cætero tàm forensis, quàm terrigena, audeat, vel præsumat in Ciuitate Papiæ, vel Burgis ipsi Ciuitati adherentibus, & Territorij Papiæ stationare, vel stationari facere, nec aliquas res, vel mercatãtias vendere, vel vendi facere, vel permittere, nec aliquod laboreriũ facere, nec fieri facere in aliquibus diebus Dominicis, nec in diebus festiuitatũ Natiuitatis Domini, S. Stephani, Sancti Ioannis Euangelistæ, Innocentum, Sancti Siluestri, octauæ Domini Epiphaniæ, quolibet die festo Virginis Mariæ, Sanctæ Paschæ Resurrectionis Domini cum duobus diebus sequentibus, & Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, Sancti Ioannis Baptistæ, & quolibet die festi Apostolorum, Sancti Laurentij, & in festo omnium Sanctorum, Sancti Martini, Sancti Ambrosij, Sancti Augustini, Sancti Syri, Sancti Theodori Episcoporum, & defensorum Ciuitatis Papiæ, & in festo Sanctissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi, nec in aliquo ipsorum festorum, & hoc sub pœna, & banno librarum trium Papiæ, pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerit. Saluo tamen, quòd liceat vendere panem, & vinum, & omnia alia victualia, & medicinas, & etiam pannum pro mortuis, & alia necessaria pro obsequijs mortuorum, & quilibet possit accusare. Et credatur inuentionibus militis Domini Potestatis Papiæ, & accusatori cum sacramento, & vno teste. Et habeat dictus accusator medietatem pœnæ antedictæ, & Consules artium teneantur per sacramentum inquirere de prædictis. Saluo quòd tempore vindemiarum ad dictam pœnam nullus teneatur.

Summarium ad statutum 74. in Criminalibus.

1 *Feriatis diebus cur operari non liceat.*
2 *Pœna huius statuti non est in vsu, sed seruãtur proclamata superiorum.*

1 AD hoc statutum vide tex. vbi DD. in l. dies festos, C. de ferijs, & in c. primo de ferijs, cum dies festi sint Maiestati diuinæ dedicati, vt inquit ille omnes debent à laboribus, ac operis abstinere, ac quiescere, iuxta tex. in l. omnes, C. eod. tit. de ferijs, sunt enim introducta omnia festa iure humano ad eum effectũ vt quis ab operibus seruilibus abstineat, & Deo inseruiat, ipsoq; fruatur, & in eo quiescat, vt post Diu. Thom. firmat Nauar. in suo manuali confess. cap. 13. num. 1. & 2.

2 Pœna tamen, de qua in hoc statuto hodie non est in vsu, sed laborantes diebus festiuis in honorem Dei, puniuntur certis pœnis contentis in proclamationibus Gubernatorum huius Dominij.

Quomodo, vbi, & qualiter Poteſtas teneatur condemnationes de maleficijs facere. Rubr. 75.

ITem ſtatuimus, quod Dominus Poteſt.is teneatur, & debeat ſingulis duobus menſibus ad minus condemnationes corporales, & pecuniarias de maleficijs, criminibus, delictis, & exceſſibus publico arengo ſono campanarum, & tubarum præmiſſo facere ipſas legi faciendo ſuper arengheria Communis Papiæ. Et factæ, viciari, & annullari non poſſint propterea, quod reus non fuerit aliquo modo citatus ad audiendam condemnationem, & condemnationes ſententiam prædictam, vel alio modo, vel occaſione tantum. ¶ Et vbicunque dictum eſt in aliquo ſtatuto, quod puniatur arbitrio Poteſtatis, vel certa pœna limitata non fuerit à ſtatutis, in caſu omiſſo, tunc Dominus Poteſt.is poſſit condemnare, & ipſam condemnationem faciat ſub arbitrio in auere tantum: inſpecta qualitate perſonarum, & facti.

HOC Statutum an obſeruetur circa condemnationes fiendas intra tempus duorum menſium à ſtatuto indictum, neſcio hoc vnum tamen ſcio condemnationes fieri ad locum Arengheriæ, ſono campanæ, ac tubæ præmiſſis, vt omnibus notum eſt.

Qualiter Poteſtas teneatur condemnationes exigere bannitos, vel condemnatos capere, condemnationes, & banna ſcribi, & exemplari facere, & de officio Notariorum Communis Papiæ, bannorum, & præceptorum. Rubr. 76.

ITem ſtatuimus, quod Dominus Poteſtas, & eius Iudex maleficiorum, & etiam Vicarius, & quilibet ipſorum vinculo ſacramenti, & ſub pœna librarum 100. Papien. cuilibet ipſorum applicandarum Cameræ Magnifici D.D. Noſtri teneatur, & debeat ante promulgationem, condemnationem facere, eas ſcribi in duobus libris: quarum vnus ſtatim lectis condemnationibus maleficiorum, ponatur ad ſacriſtiam Communis Papiæ, & alter ſtet penes Iudicem exactoriæ. Ac etiam teneatur, & debeat ſingulis duobus menſibus facere nomina, & cognomina omnium bannitorum de maleficio cum maleficij, anno, menſe, die, & poteſtatem, ſeu regimen ſcribi per Alphabetum per vnum ex Notarijs maleficiorum in vno libro de cartis, quorum banna curſa forent. Et dictum librum nominum bannitorum, teneat Iudex in camera ſua pro bannitis velocius inquirendis, & vt quilibet poſſit habere, & ipſa videre, teneatur etiam Dominus Poteſtas vinculo ſacramenti, quod ipſe incurrat, ſi ſecus fecerit condemnationes, quas ſuo tempore fecerit exigere, & exigi facere, & bannitos de maleficio, & condemnatos capere, vel capi facere, & ipſos punire, ſeruata forma ſupraſcriptorum ſtatutorum.

Summarium ad ſtatutum 76. in Criminalib.

1 Bannitus debet poni in albo apud officium, cum cauſa, alias officialis punitur.

1 HOC Statutum de facto non obſeruatur, ſolent tamen banniti poſt bannũ poni in albo apud officiũ Poteſtatis cum cauſa, & delicti qualitate, alias punitur officialis pœna priuationis officij, vel alia grauiori arbitrio Principis, vel Senatus, ità mandantibus Nou. Mediol. Conſtitut. in tit. de bannitis, in principio; condemnationes autem pecuniariæ, ſolent hodie taxari per Referendarium.

Quod à ſentẽtijs Domini Poteſtatis in criminalibus, non poſſit appellari, vel de nullitate opponi. Rubr. 77.

ITem ſtatuimus, quòd nullus à ſententijs latis, & quæ de cætero in concione publica in criminalibus per Dominum Poteſtatem fieri, & pronunciari contigerit, poſſit quis prætextu

aliculus

alicuius solẽnitatis omissæ, nec aliquo alio modo ratione, vel causa appellare, nec contra ipsas sententias de nullitate dicere, vel opponere. Et si quis appellauerit, vel de nullitate opposuerit ipsa appellatio nullitas, & oppositio non valeat, nec teneat ipso iure.

Summarium ad statutum 77. in criminalibus.

1 *Appellare in causis criminalibus; etiam per Nou. Mediolani Constitutiones prohibitum.*

CVM hoc statuto conferunt Nouæ Mediolani Constitutiones, in tit. de accusat. §. cum sententia lata dum prohibent in causa criminali, seu criminaliter mota, seu decisa appellari, nec de nullitate dici, nec in integrum restitutionem petere.

Quod in statutis prohibitorijs, etiam in pœnalibus masculinum genus concipiat fœmininum. Rubr. 78.

ITem statuimus, quòd in omnibus statutis Communis Papiæ factis, & fiendis prohibitorijs, & etiam pœnalibus, masculinum semper concipiat fœmininum. Et prædicta locum habeant, quantum ad hoc tantum, videlicet, vt illud quod per statutum masculo prohibitum videtur, & feminæ prohibitum intelligatur, & illud statutum, quod pœnam imponit masculo pro aliqua causa imposuisse intelligatur, & fœminæ pro simili causa. Et hoc statutum valeat, non obstante aliqua lege generali, vel speciali in contrarium faciente.

AD hoc statutum, vide quæ alias scripsi supra ad stat. 53. de Regim. Potest. vbi adest simile statutũ.

De pœna raptoris, & carnaliter cognoscentis mulierem. Rubr. 79.

ITem statuimus, quod quicunque rapuerit, & carnaliter cognouerit, vel violenter cognouerit carnaliter fœminam honestæ vitæ, capite puniatur, ità quod moriatur. Qui verò nixus fuerit rapere, vel violenter cognoscere, vel rapuerit, & non cognouerit, condemnetur, & puniatur in libris trecentis Papien. Qui verò cognouerit carnaliter mulierem maritatam honestæ vitæ cum voluntate mulieris, siquidem cognouerit eam in domo habitationis mariti, puniatur in auere, & persona, etiam ad mortem, vel in altero ipsorum in Potestatis arbitrio, inspectis qualitate facti, & conditionibus personarum. Et intelligatur esse bonæ vitæ, si simul habitauerit in eadem domo cum marito suo. Si verò extra domum habitationis mariti sui eam cognouerit carnaliter de voluntate mulieris, condemnetur in libris ducentis Papien. Qui vero stuprum, vel incestum commiserit cum virgine, vel vidua honestæ vitæ, de voluntate ipsius virginis, vel viduæ, condemnetur in libris ducentis Papien. Mulier verò maritata, quæ passa est carnaliter cognosci ab adultero, perdat dotem, augumentum dotis, & tertium plus in totum, & maritus ipsam, & ipsum lucretur. Et si in domo mariti huiusmodi delictum commisserit mulier, puniatur in auere, & persona, etiam ad mortem, vel altero ipsorum in arbitrio Potestatis, inspectis qualitate facti, & conditionibus personarum: nisi maritus ipsam vxorem habere, & retinere voluerit in matrimonio, quod liceat sibi dicere vsq; ad sententiam, quo casu mulier aliter non puniatur, quam quod perdat dotem suam, & iura dotalia vt supra, & maritus, & eius hæredes lucrentur vt supra. Qui verò cognouerit carnaliter aliquam Monacham, siue Monialem siquidem in Monasterio, vel domibus adherentibus ipsi Monasterio, capite puniatur. Si verò extra Monasterium, vel domos prædictas cognouerit aliquam Monacam, siue Monialem deferentem habitum Monacæ, vel Monialis ipsa die qua cognouerit eam, vel sequenti condemnetur in libris trecentum Papiens. Et in prædictis casibus non prosit pax habita cum offenso, nec confessio delinquentis. Qui verò leno, seu mediator, vel mediatrix fuerit ad aliquod de prædictis committendum condemnetur in libris centũ Papiens.

Sum-

Summarium ad statutum 79. in Criminalibus.

1 *Raptores, qualiter puniantur.*
2 *Rapiens mulierem virginemue, & eam non cognoscens, an pœna ordinaria teneatur.*
3 *Stuprator, qualiter puniatur.*
4 *Adultera mulier, quando dotem amittat.*
5 *Vxor an possit agere ad Thori separationem, & dotis restitutionem ob adulterium mariti.*
6 *Monialem carnaliter cognoscens, qualiter puniatur.*

1 AD hoc † statutum puniens raptorem, vide latè Iulium Clar. in suis communibus, in §. raptus, vbi latè Baiard. in addit. ad eum, & diffusè per Menoch. de arbitr. Iudic. casu 291. plenissimè per Decian. in suo Tractat. Crimin lib. 8. Tomo 2. cap. 6. cum tribus sequentib. & vide Nouas Mediol. Constitut. in tit. de raptu mulierum, vbi raptores mulierum honestarum, aut eis vim inferentes etiam si copula non sequatur, nec non & concomitantes, ac auxilium dantes consilium, ac fauorem puniuntur pœna capitis, & confiscationis bonorum, rapientes verò mulierem inhonestam puniuntur pœna arbitraria, vt ibidem §. cœterum cauetur, quæ pœna arbitraria solet per Senatum declarari tribus ictibus funis, teste Clar. §. raptus nu. 5.

In verbo capite puniatur.] quæ autem pœna de iure communi sit imposita raptori; dic in libero homine pœna capitalis, in seruo pœna ignis, l. vnica. C. de rapt. virginum, Menoch. d. casu 291. num. 1. Clar. in §. raptus nu. 2. vbi Baiard. nu. 5. Quando autem Raptus dicatur criminosus, vide Clar. d. §. raptus nu. 1. vbi Baiard. nu. 1.

2 Quid autem si raptor carnaliter cognouerit mulierem raptam, an puniatur pœna mortis, & dic quod non quando non cognoscit, quia noluit, non autem quia non potuit, vt per Clar. in d. §. raptus num. 4. vbi Baiard. in addit. num. 22. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 260. nume. 30. cum seqq. plurib. ex hoc autem statuto rapiens, non autem cognoscens punitur pœna librarum 300. Papiensium, ex Nouis tamen Constitutionibus punitur rapiens pœna Capitis, etiam si copula non sequatur.

In verbo, quia verò stup rum, vel incestum]
3 † stuprator de iure communi, quibus pœnis puniatur, vide Clar. in §. stuprum, num. 53. vbi Baiard. num. 10. vsque ad num. 41. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 88. & 293. & seq.

In verbo, perdat dotem augmentum dotis,]
4 hoc etiam procedit de iure communi, † quo iure vxor adultera patitur amissionem dotis, & donationis propter nuptias, l. cum mulieri, ff. solut. matrim. cap. conquæstus, de donat. int. virum & vxor. Clar. in §. adulterium nume. 11. & seq. vbi Baiard. in addit. Flamin. R u b. tract. de adult. capit. 16. pœna 35. Menoch. c onsil. 30. per totum, vbi quærit an possit accusari per filium post patris mortem.

5 Amplia idem † in marito adul terante, nam tūc vxor potest agere ad separationem Thori, & dotis restitutionem, ac donationis propter nuptias, Socin. Iun. consil. 32. lib. secundo, Parisi. consil. 54. num. 4. Menochi. consil. 850. per totum. Item quando maritus teneret c onc ubinam, Dec. consil. 530.

In verbo, aliquam Mo nacha m, vide Nouas Mediolani Constitutiones in tit. de pœnis, §. carna-
6 li copula, † vbi cognoscens Monialem professam incedentem in habitu in Monasterio, siue extra Monasterium capite puniatur, quod idem est de iure communi, quo iure coitus cum Moniali punitur pœna capitis, §. pœna Auth. de Sanctis Episcopi, Clar. in §. fornicatio num. 14. vbi Baiard. in addit. ad eum num. 14. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 389. num. 22. cum seqq.

Quod carcerati pro debito publico, vel pro maleficio non possint impediri. Rubr. 80.

ITem statuimus, quòd aliquis carceratus, seu in carcere Communis Papiæ detentus, vel positus pro debito publico, seu pro maleficio, non possit, nec debeat vllo modo per aliquem, nec ad petitionem alicuius pro aliquo debito priuato saxiri, vel aliqualiter impediri. Saluo, quòd si carceratus, seu detentus prædictus repertus fuerit extra carceres Communis Papiæ, quòd tunc possit capi, saxiri, & impediri.

Summarium ad statutum 80. in Criminalib.

1 *Carceratus pro debito publico, an possit recomendari pro priuato.*

1 HOC Statutum corrigit ius commune † quo iure carceratus pro debito publico potest recomendari pro debito priuato, Bart. in tract. de carcer. num. 19. Hippol. Marsil. in sua praxi crimin. §. attingam num. 32. cum seq. Peregr. de iure fisci lib. 6. & 7. num. 23.

De pœna euntium de nocte. Rubr. 81.

ITem statuimus, quòd nulla persona, tàm terrigena, quàm forensis cuiuscunque conditionis, & status, seu dignitatis existat, audeat, vel præsumat ire de nocte per Ciuitatem

Papiæ post sonum schillæ cum armis cum lumine, vel sine lumine, vel sine armis in pœna, & sub pœna librarum quinque tertiolorum: si iuerit sine armis: & si cum armis librarum decem, & prout in banno armorũ inferius continetur. Et quod si inuentus fuerit aliquis ire, sine lumine per officiales Domini Potestatis Papiæ, vel per alios officiales ad hoc deputatos, statim debeat in carceribus duci, & si ea nocte aliquod maleficiũ, furtum, incendium, robaria, damnum, adulterium, seu aliquod aliud delictum cuiuscunque conditionis existat fuerit in dicta Ciuitate commissum, contra illum, vel illos, qui ea nocte fuerint reperti, procedatur, ac procedi possit, ac si essent de dicto crimine inculpati. Item quòd quando aliquis de nocte fuerit inuentus vt supra, Dominus Potestas teneatur, et debeat summo mane facere publice proclamari in locis consuetis, quòd si aliquã persona vult conqueri, quòd ea nocte sit facta iniuria sibi adulterium, incendium, furtum, violentia, vel rapina, vel sciuerit aliquod aliud delictum fore commissum debeat coram dicto Domino Potestate comparere per totam illam diem: Et teneatur etiam ad Cancellariam præfati Magnifici Domini, denuntiare qualiter talis persona est capta ipsã nominando cum nomine, & prænomine, & in carceribus posita. Et si ea die nulli comparuerint conquerentes habita licentia à curia, & solutis condemnationibus, & bannis debeat relaxari. Item quòd curiales, famuli, & officiales curiæ, & eorum familiares, qui in scriptis dabuntur licitè ire possint sine pœna aliqua cum lumine cum vno ense, & vno cultello agalono tantum ad curiam, & inde reuerti domum non offendendo aliquam personam. ¶ Pœna siue bannum armorum est hæc; videlicet, primo pro vna lancea, siue giauarina, siue lanzono librarum quinquaginta tertiolorum. Item pro vno roncono librarum quinquaginta tertiolorum. Item pro vno balistro librarum quinquaginta tertiolorum: quas pœnas si non soluerit infra decem dies dentur ei quinque squassi, siue botti curli, vel torture. Item pro vno ense librarum decem. Item pro vno cultello à galono librarum quinque. Item pro vna coracia librarum quinque. Item pro vno pangirono librarum quinque si non habuerit alia arma offensibilia, & si habuerit pœna duplicetur. Item pro omnibus alijs armis si fuerint ad offensionem librarum quinque si non habuerit alia arma vt s.

HOC Statutum non est in vsu, & conferunt alias per me adnotata ad statutã 40. & 45.

De anotomia fienda in Papia. Rubr. 82.

ITem statuimus, quòd Dominus Potestatis Papiæ ad requisitionem Vniuersitatis studij Medicorum quemcunque condemnatum, vel condemnatam de tali crimine ex quo mori debeat: teneatur & debeat ad instantiam ipsius Vniuersitatis, quando Notomiam facere voluerit singulo anno postquam iustitia facta fuerit dare, & tradere ipsum talem iustitiatum, vel iustitiatam in fortiam dictæ Vniuersitatis. Et quòd liceat etiã Domino Potestati variare pœnam cuicunq; malefactori, dummodò fuerit variata ad mortẽ, prout dictæ Vniuersitati placuerit.

Summarium ad statutum 82. in Criminalibus.

1 *Damnatorum ad mortem corpora, tradi debent pro facienda Anatomia.*

2 *Fallit si damnatus esset nobilis, & honestæ familiæ.*

1 HOC Statutum † obseruatur, nam solet Senatus Excellentissimus concedere omni anno in festis Natalitijs corpus damnati Vniuersitati Scholarium in arte Medica ad effectum faciendi Anathomiam, possunt enim de iure communi damnata corpora dari pro facienda Anathomia. Clar. in §. fin praxi crimin. quæst. 100. num. 2. vbi Baiard. in additio. ad eum, num. 4. cum seqq. Menoch. de arb. Iud. casu 285. nu. 9. cum seqq.

2 † Aduerte tñ, quod si Iustitiatus esset honestæ familiæ, familia reluctante eius cadauer non datur pro facienda Anathomia. Menoch. d. casu 285. num. 12.

Quod suprascripta Statuta non possint, nec debeant interpraetari, sed intelligi, vt littera sonat. Rubr. 83.

ITem statuimus, quòd aliquod statutum suprascriptorum, vel aliquod aliud statutum Cōmunis Papiæ, non possit, nec debeat interpretari, sed debeat intelligi, & obseruari ad litteram, & prout statuti littera sonat. Et si statuta aliqua, seu decreta reperiantur contradicere alicui statuto ex suprascriptis, vel in aliquo ex suprascriptis, & aliud, vel aliter reperiretur in aliquo alio statuto, quam suprascriptum est, quòd non valeant, nec teneant illa, sed solummodo suprascripta. Et quòd suprascripta omnia statuta, & decreta de cætero à tempore publicationis præsentium statutorum in Ciuitate Papiæ, eiusquè districtu obseruentur. Et quòd quæcunque alia statuta, & decreta ab hodie retro facta, quæ non sint descripta in hoc volumine statutorum Ciuitatis Papiæ, sint & esse intelligantur quò ad causas, lites, quæstiones, & negocia futuras, & futura, cassa, & irrita, & pro cassis, & irritis, habeantur, & teneantur.

AD hoc statutum, vide plura per me annotata Statut. 55. supra, de Regim. Potestat. ad cuius dicta remitto Lectorem, ibidem enim plenè tractaui materiam huius statuti.

DEO GRATIAS AMEN.

Hic extremam manum capiunt Statuta, tàm de Regimine Potestatis, quàm Ciuilia, & Criminalia, Regiæ, & Excelsæ Vrbis Papiæ. Quæ si videas liuore cessante, emendatissima, & emuncta tibi tradidit Laurentius Rouerinus talis municipij legis, & Imperialis sectator.

DECRETA.

LITTERÆ DVCALES CVM INSERTO Infrascripto Decreto, quòd Potestas Papiæ in Papiensi Diœcesi, sit maior Magistratus, & de pœna contrafacientis. Rubr. Prima.

VX Mediolani, Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Ianuæ Dominus. Nonnulli sunt, qui non contenti concessionibus, quas tàm liberaliter, quàm benignè sibi fecimus, nimia quadam cupiditate, & insolentia ducti eas contemnunt, & quæ nostra sunt occupare nituntur, ac vlterius noua vectigalia, & datia, inconsuetasq; datijs augumentationes facere: Inconuenientesque, ac omnem contra honestatem inhibitiones, & impedimenta tentare præsumunt in grauissimam intratarum nostrarum, & subditorum nostrorum iacturam. Quorum quidem hominum temeritati, & insolentiæ, vt occurramus, quæ non est certè toleranda, fieri super inde fecimus decretum nostrũ, quod his annexum habetis. ¶ Volumus igitur, quòd decretum nostrum in locis publicis, & consuetis, non Ciuitatis illius solum, sed etiam Terrarum, & locorum exteriorum iurisdictioni vobis commissæ promulgare, & diuulgare, ac in numero aliorum nostrorum Decretorum, poni, atque inseri faciatis, & in quantum ad vos attinet inuiolabiliter obseruari. Datis Mediolani die 7. Nouembris 1441. signatæ, Marcolinus, A tergo, Nobilibus, & prudentibus viris Potestati, Capitaneo, & Referendario, & Sapientibus Prouisionum Communis nostræ Ciuitatis Papiæ nostris dilectis.

TENOR DECRETI.

PHILIPPVS *Maria Anglus Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Ianuæ Dominus. Quanquam deceat Principis dignitatem omnibus ornatam esse virtutibus: Sola tamen iustitia illa est, quæ adeò præcipua, & propria Principi esse debet, vt sine ea nec respublicas, nec priuatorum facultates, sed nec ipsum quidem Principis nomen ipse tueri, aut seruare possit. Quamobrem cum sæpe animo nostro voluerimus tamen vel præcipuè nobis perspicere, contingit esse inter maximas quibus agitamur, pro status nostri regimine, curas subditis nostris pacem & quietem dare conaremur, tantũ enim intelleximus, quòd quorundam audacia propter nostram patientiam creuit, quòd nonnullorum, tàm singularum personarum, quàm Communitatum insolentiam eo peruenisse comperimus, vt quidam Iurisdictionibus, aut Potestatibus per nos semper, Illustrissimosq; olim Progenitores nostros concessis abutentes existiment tantum licere sibi, quantum vendicare sibi viribus possunt, nullis moribus, nulla honestate, nullis deniq; legibus tueri se putantes, quin illa facere persæpè conentur æqua, seu iniqua sint, quæ animis eorum colibuerint. Hancq; pestem adeò impunitate delictorum inualuisse, vt nonnumquam tenuiores auaritia, odio, vel partialitate commoti ipsis exquisitis, & confectis quibusdam causis lacerare, maximisq; damnis, & iniurijs afficere non vereantur. Quo fit vt via facti potius, quam iuris intendentes, cum de aliqua re contra vicinos, aut alios habere querele causam prætendant, aut cum ad fidelitatem sibi præstandam, vel ad aliqua subeunda*

onera compellere volunt Ciues, aut incolas Ciuitatum, & terrarum nostrarum cum locis ipsis nostris onera supportantes, aut massarios eorum in iurisdictione sibi concessa commorantes, nonsolum ad turbationes, & occupationes possessionum, sed aliquando ad capturas hominum, aliquando ad armentorum predam, aliquando ad agrorum vastationem, & persæpe ad his deteriora procedũt, ex quibus periculosi sustinẽtur errores. Et nisi prouisio debita fiat, exerescere facillime possent, non solum homicidia, rixæ, contemptiones, factionesque priuatæ, sed publici tumultus grauissima scandala commouentes, & in nostram Statusq; nostri iacturam, ac laborem redundantes. Quare his iniurijs volentes censura, qua debemus occurrere, ne minores à maioribus iniustitiam patiamur: Hoc nostro salubri, & legis vim habituro decreto. Statuimus, decernimus, & mandamus, quod nullus cuiuscunq; status, gradus, aut conditionis existat, siue Communitas, siue cui separationem iurisdictionis concessimus, siue singularis persona etiam Capitaneus, siue armorum ductor, vel aliter ad stipendia nostra militarem habens vbilibet in dominio nostro iurisdictionem à Ciuitatibus ipsis, vel terris nostris separatim, aut talem exemptionem, pro qua in homines nostros superioritatem, possit exercere, audeat, vel præsumat directè, nec per indirectum, ciues, aut incolas Ciuitatum, & terrarum prædictarum, eorumque massarios, & fictabiles, vel colonos, super ipsorum possessiones commorantes, etiam si eos in locis separatis residere contingat ad fidelitatem sibi præstandam, nec ad aliquod subeundum onus personale, siue reale, & etiam respectu redditúum super dictis possessionibus percipiendorum, cum ipsos quo voluerint libere, sine aliquo impedimento, & nouo vectigali abducere possint, compellere, aut contra ipsos, eorumque res, & bona iniuriose procedere, vel procedi facere, aut prohibere, ne procedatur, vel debitè fiant exequutiones contra illos, qui vltra territoria, & iurisdictiones suas se propter delictum, aut debita reduxerint directè, aut per indirectum palam, vel occultè, vel etiam pro bonis suis, aut natis in dictis locis separatis. Quinimò, nec eos ex quauis causa vera, vel simulata, aut aliter qualitercunque, pro aliqua differentia ad se, vel ad alios pertinẽte, siue ciuilis sit, siue criminalis trahere coram se, aut officialibus suis ex officio, vel ad alterius instantiam, nisi in casibus, in quibus forensis de iure compelli, ratione contractus posset, sub pœna ducatorum mille, & priuationis, seu amissionis, tàm priuilegiorum, quàm exemptionum suarum quarumcunque, in quam ipso iure, & facto ex nunc, prout ex tunc incurrisse, & cecidisse intelligantur, sine alio processu, vel sententia, quandocunq; contra prædicta, vel aliquod prædictorum commisisse contingat. Volentes, quod vbicunq; & quocunq; oriri contingat, vel natã esse discordiam, differentiam, vel quæstionem inter se ipsos exemptos, & iurisdictionem separatam habentes, vel inter ipsos, vel eorum subditos, & alios nobiles ciues, vel rusticos iurisdictioni suæ non suppositos, vel ratione contractus forum non sortitos, quod ipsis talibus differentijs, aut quæstionibus sit, & esse intelligatur competens Iudex cognitor, & decisor Magistratus ille maior, qui esse reperietur in Ciuitate ipsa, vel alio loco principali, de cuius districtu, talis locus separatus esse consueuerit, aut in cuius esse diœcesi cognoscetur, cum plena, & ampla potestate procedendi summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & mera facti veritate inspecta, ac cum facultate mulctandi contumaces ad Cameram in illis pecuniarum quantitatibus, quæ sibi inspecta facti, & qualitate personarum videbuntur. Inhibentes nihilominus, quod nobiles ciues, & alij non subditi iurisdictioni talium exemptorum pro bonis suis tàm mobilibus, quàm immobilibus, quæ habere reperiantur in iurisdictione ipsorum exemptorum, seu pro cuiusuis differentijs, quæ inter ipsos, & eorum colonos massarios, vel fictabiles erunt ex quauis causa agere, vel respondere non cogantur coram ipsis exemptis iurisdictionem habentibus, nec coram ipsorum officialibus, sed coram ipso Magistratu maiore, sub pœna de qua supra. Si tamen coram ipsis exemptis, aut eorum Officialibus iustitiam pateretur coram eorum Subditis

teneantur facere, aut fieri facere ius summarium, & expeditum de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & prout in alijs antiquis decretis continetur. Mandantes etiam tenore præsentis Decreti, omnibus, & singulis supradictis iurisdictionem separatam habentibus, quatenus omne præstitum eis iuramentum fideliter, & factam sibi promissionem, & obligationem realem, & personalem, nec non onus quodlibet impositum contra præsentis decreti seriem intra mensem à die publicationis huius computandum reuocent, & annullent, & in pristinum statum restituant, sub pœna, de qua supra, nec tamen ex supradictis arbitrentur, se immunitatem consequutos, qui ad onera custodiarum iure, & honestate tenentur. Volumus, & iubemus, quod teneatur maior ille magistratus, de quo supra prædictis iurisdictionem habentibus ius facere summarium, & expeditum contra rusticos super possessionib us non subditorum existentes, & ad expensas custodiarum in illis locis fiendarum, in quibus se, aut sua recipere volunt contribuere recusauerunt. Præsens tamen decretum, & in eo contenta, aliaquè iam condita decreta, volumus Magnificum Locumtenentem, Capitaneum nostrum generalem Nicolaum Pizeninum Vicecomitem, aliquo modo compleri, seu ligare, quem ob exploratam enim, & incorruptam fidem exuberantem in nos deuotionem innumerabilia merita, virtutesquè eius præcipuas, & singulares nobis varijs experimentis, & casibus, probatissimus indignum iudicamus: & enim huius decreti, & aliorum iam conditorum generali compræhendi, immò enim ex nunc ab huiusmodi decreto, & alijs iam conditis vt supra, & ex certa scientia, & non obstantibus quibuscunquè in contrarium facientibus absoluimus, & pro absoluto volumus haberi. Declarantes, nostræ intentionis non esse, quòd decreta ipsa per quæcunquè generalia verba condita eundem Locumtenentem, & Capitaneum generalem amplectantur. In quorum testimonium præsentes fieri iussimus, & in aliorum statutorum, & decretorum nostrorum volumine registrari. Dat. Mediolani die 7. Nouembris 1441.

Confirmatio Superioris decreti, quod Potestas sit maior magistratus. Rub. 2

BLanca Maria, Cremonæ domina, Galeazius Maria Sfortia Vicecomites Duces Mediolani, Papiæ, Angleriæquè Comites, ac Ianuæ Domini. Ea est præcipua fides, & singularis deuotio, quàm nobis Statuiqs nostro, semper gessere dilecti Ciues nostri Papienses, vt in cunctis petitionibus suis, quæ honestatem sapere videantur faciles, nos, ac procliues semper præstare debeamus. Eaquè modestia Ciues ipsi semper exstitere, vt à nobis non nisi honesta, & æqua exposcere voluerint, Cum ergo Communitas Ciuitatis ipsius nostræ Oratores suos nuper ad nos misisset, inter cætera quidem, quæ à nobis nomine suo ipsi postulauerunt, hoc fuit, vt approbare, scilicèt, & confirmare dignaremur, decretum editum in anno 1441. ab Illustrissimo nunquam delendæ memoriæ Principe Domino Philippo Maria Patre, & Auo nostro Colendissimo. Quo decreto inter cætera disponitur Potestatem cuiusuis Ciuitatis nostræ, in quibuscunquè Terris, & locis Episcopatus sui, seu Comitatus, etiam infeudatis, separatis, aut alias mediatè, aut immediatè subiectis, in certis in eo expressis casibus maiorem in ea Vrbe Magistratum, vt proprium, & competentem Iudicem habere, ac ius facere posse, sicuti latius ibidem continetur. Itemq; conualidare dignaremur priuilegium quoddam per Illustrissimum fælicis recordationis Principem Dominum Franciscum Sfortiam Consortem, & Patrem nostrum honorandum eidem Communitati concessum in anno elapso 1461. Quo atribuitur Potestati ipsius Ciuitatis, omnimoda iurisdictio erga quoscunqs subditos nobis intra Comitatũ Papiæ mediatè, vel immediatè subditos in causis appellationũ ad Collegiũ Ciuitatis eiusdẽ deuoluendis, & Cõsilij Sapientis petitione, & prout in ipsis seriosius cõtinetur. Nos itaqs ipsis Communitatis honestã cẽsẽtes petitionẽ, et ꝑlibatorũ Principũ vestigia libenter imitãtes, ipsorũq; dicta, et gesta tanquã maturè

& sẽper cõsultè habita sequi intẽdentes, ac de ipsis decreto, & priuilegio, plenã quoq; notitiã habentes, non ignorantes quidem quantum rebus statuiquè nostro ipsa importent, maximè quantum ad bonum regimen Ciuitatis eiusdem, tenore præsentium prædicta decretum, & priuilegium, ac omnia, & singula in eis contenta, quò ad ipsam Ciuitatem, & eius comitatum vt supra, ac prout iacent de verbo ad verbum approbamus, confirmamus, & conualidamus, ac inquantum expediat de nouo concedimus, & seruari intendimus, sub pœnis in ipsis appositis. Mandantes vniuersis, & singulis officialibus, feudatarijs, & subditis nostris, quatenus has nostras confirmationis litteras, & decretum, ac priuilegium, pariter ipsa firmiter obseruent, ac faciant inconcussè, ac inuiolabiliter obseruari, pro quanto gratiam nostram caripendunt, & indignationem reformidant. In quorum testimonium, & fidem præsentes fieri iussimus, & registrari, nostriq; sigilli munimine roborari. Dat. Mediolani die 25. Augusti 1466. ac signat. Cichus.

ANNOTATIONES AD DECRETA posita post Statuta Papiæ.

Summarium ad Decretum primum, & secundum.

1 *Ciues, vt non cogantur iurare fidelitatẽ feudatarijs, nec onus subire cum ruralibus, nec contra eos procedi, iuri, & equitati conuenit.*
2 *Feudatarij, quare in Ciues iurisdictionem non habeant.*
3 *Hoc Decretũ, an sit iuris communis correctorium.*
4 *Decretum maioris Magistratus, an habeat locum in forensibus extra Dominium.*
5 *Subditi duorum feudatariorũ, si litigent inter se quis sit eorum Iudex.*
6 *Ciuis, & si vnus sit inter plures feudatarij subditos, trahit totam causã ad maiorem magistratũ.*
7 *Iudex ecclesiasticus cognoscit, an quis sit clericus*
8 *Ciuis, si quis negetur, cognitio spectat ad maiorẽ Magistratum.*
9 *Decretum de maiore Magistratu, comprahendit colonos, fictabiles, famulos, & factores habitantes in domibus Ciuium.*
10 *Prætor feudatarij, si processum inter subditum, & Ciuem fecerit, talis processus non probat coram maiore magistratu.*
11 *Prætor feudatarij, potest capi facere ciuem delinquentem, non vt eum detineat, sed vt spatio horarum 24. consignet maiori magistratui.*
12 *Maior Magistratus, an, & quando possit cognoscere inter subditos immediatè feudatarij, & n. 13.*
14 *Maior magistratus cognoscens inter ciues, & subditos feudatarij, an dicatur ordinarius, an verò delegatus.*
15 *An, & quando ciuis volens, possit conueniri coram Iudice feudatarij.*

1 HOC primum Decretum tamquam iuris, & iustitiæ plenum, summa cum ratione, per Nouas Mediol. Const. tit. de pheudis, c. interdictũ est, videtur quodãmodo approbatum, & confirmatũ, dũ disponitur omnibus Cõmunitatibus, siue singularibus persõpersonis cuiuscunq; conditionis existant iurisdictionẽ quomodocũq; in hoc Mediolani Dominio habẽtibus, nè directè, vel per indirectũ cogant ciues, aut incolas Ciuitatũ, & terrarũ aliarum Principis, alijs non concessum, eorumq; fictabiles, & colonos super ipsorum possessionibus cõmorantes, ẽt si eos in locis subditis prædictis iurisdictionem habentibus residere cõtingat, ad fidelitatem præstandã, nec ad aliquod nouum onus, reale, vel personale subeundũ etiam ex causa redditu um, ex dictis possessionibus percipiendorum.

Prohibitum est etiã, nè contra ipsos, eorumque res, & bona procedant, vel procedi faciant, palàm, vel occultè, ẽt pro bonis sitis, & fructibus natis in locis separatis, nec eos ex quauis causa vera, vel simulata, quouis modo, pro aliqua differentia, ad se vel alios pertinenti, siuè ciuilis sit, siuè criminalis, habeãt corã eis, vel officialibus suis, nec ex officio, nec ad alterius petitionem, nisi in casibus, in quibus forensis alias cõpelli ratione cõtractus posset, sub pœna aureorum mille, priuationis pheudi, & iuriũ suorũ ipso iure, & facto, Fisco applicanda; quod decretum appellatur decretum de maiore magistratu, de quo plenius cæteris agit, Boss. in praxi crimin. tit. de for compet. nu. 8. cum plurib. seqq. vsq; ad nu. 50. Anchar. iun. quæstion. famil. part. 3. q. 80. & 81. Plot. cons. 24. num. 37. cũ seqq. & in tract. de in lit. iur. in repert. in verbo, decretũ, sub
2 rubr. de pheud. † conditumq; fuit tale decretũ ad moderandã iurisdictionẽ feudatariorũ, teste eod. Boss d. tit. de for. compet. nu. 49. Ias. cons. primo,
3 col. pen. & fin. lib. primo, † videtur autem hoc decretũ iuris cõis correctorium, cum de iure cõmuni actor sequatur forum rei, l. iuris ordinem, C. de iurisd. om. iud. Ias. cons. 75 col. pen. lib. primo, sed verius est esse conforme iuri cõmuni, cũ Ciuitates Mediolani Status, & aliæ compræhensæ in pace constantiæ inita cum Friderico Imperatore, anno 1183. haberent merum, & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionẽ in oppidis, castris, ac Villis sibi subiectis, vt per Bart. in l. prima, col. 2. vers. quero vnde ff. de damn. infec. & d. pax constantiæ dicitur esse contractus perpetuus, adeò ut, etsi Imperator, aut Rex oppidũ, aut villam, vel castrũ in feudũ concesserit, non possit separare à Ciuitate, quin saltẽ recognoscant maiorẽ magistratum Ciuitatis, Ruin. cons. 39. nu. 17. uers. prædictis lib. 1 meritò fortè sumus Imperator Carolus Quintus in d. Nou. Med. Const. tit. de feud. in princ. sanxit per quascunq; donationes, aut infeudationes nõ cẽseri derogatũ decreto de maiori magistratu

meritò nulla separatio derogat maiori magistratui, vt latè probat, & sequitur Plot. de in lit. iurand. in repertor. in verbo decretum, seu constitutio maioris Magistratus, quicquid in contrarium consuluerit, Ias. ad fauorem Communitatis Burgi Franchi cons. primo, lib. primo.

4 † Habetq; locum hoc decretum, ac Nouæ Mediol. Const. non solum in Ciuibus, sed etiam in forensibus extra Dominium, qui pro eorum causis cum subditis fundatariorum gaudent priuilegio maioris magistratus, secundum aliquos, licet ex Senatus decreto sancitum sit locum habere solum, quò ad ciues Principi subditos, vt latè declarat, Boss. d. tit. de for. compet. nu. 13. & 14.

5 † Si tamē quæstio esset inter duos subditos, duorum feudatariorum, an maior magistratus cognoscet, Senatus Excellentissimus Mediol. sanxit tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus causam remittendam ad prætores feudatariorum, teste eodem Boss. d. loco nu. 15.

6 † Procedit pariter hoc decretum, etiam si inter plures subditos vnus tantum ciuis reperiretur, quia tota causa spectat ad maiorem Magistratū,

7 † instar causarum laicalium, in quibus si clericus aliquis sit imputatus cognitio spectat ad ecclesiasticum. Boss. vbi supra nu. 20. licèt hoc hodie non seruetur, cum quilibet Iudex procedat contra suos subditos.

8 † Vbi autē quæstio esset, in eo qui vti ciuis petit cognosci causam à maiore magistratu, cognitio ad eundem maiorem magistratum spectat, vbi .n. duo sub eodem Principe concurrunt maior Iudex cognoscit. Felin. in c. Pastoralis col. 2. de rescrip.

9 † Comprahenditq; hoc decretum, non solum colonos, & fictabiles ciuium, sed etiam eorum famulos, & factores, modo habitent in domibus ciuium, Boss. d. tit. nu. 23. non tamen compræhendit inquilinum habentem solam domum cōductam à ciue, vt per Boss. ibidem in prin. nu 23.

10 † Quid modo, si contingat super crimine commisso inter ciuem, & subditum Feudatarij factum fuisse processum à Prætore feudatarij, an maior magistratus super eo possit se fundare, dic quod non, cum sit nullus tamquam factus ab incompetenti Iudice, Mars. in l. fin. num. 48. ff. de iurisd. omn. iud. & singul. 10. tu scis, iurisdictio, namq; est basis, & fundamentum fundamentorum iudicij, Bald. cons. 15. ista caus. in principio lib. pri. Vant. de nullit. ex defec. iurisd. ordin. in princip.

Nisi tamen mora esset periculum allatura, ex traditis per Bart. in l. 2. n. 2. C. de naufrag. lib. 11. Ias. in l. 2. nu. 18. ff. de iurisd. omn. iud.

11 † Item nota, q licèt feudatarius, siue eius Prætor non possit cognoscere de causis inter Ciues, & subditos, potest tamen capi facere Ciuem delinquentem, non vt eum detineat, sed vt spatio horarum 24. cōsignet maiori Magistratui, vt per Ploc. cons. 24. num. 23.

12 Potest pariter maior magistratus cognoscere inter subditos immediatè feudatarij, vbi eius offitiales essent negligentes in ministranda iustitia, Abb. in c. cæterum in 4. norab. de iudic. Felin. in cap. irrefragabili de offic. ordin. Plot. d. cons. 24. num. 31. & seq.

13 † Idem pariter, si officiales feudatarij abessent, nullusq; adesset, qui ius diceret. Angel. in l. si vacantia, col. 2. C. de bon. vacan. lib. 10. Plot. dicto cons. 24. nu. 35.

14 An autem maior magistratus cognoscens inter Ciues, & subditos feudatariorum, dicatur ordinarius, an delegatus, respōdetur esse delegatū, ponderando verba Nou. Const. in §. quod si oriatur lis, ibi his casib. sit Iudex cōpetens maior magistratus, cū plena, & ampla facultate procedendi, summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, quæ uerba delegationem important, cum alias ordinarius, hoc modo nequeat ꝓcedere, Bar. Ias. & alij in l. ius autē ciuile, ff. de iust. & iur. vnde sine libello poterit procedere, vel cū libello carēte conclusione, poteritq; iuxta casuum contingentiā transgredi mandata, et in causis, & casibus per Nouas Const. nō enumeratos, Plot. abundè d. cons. 24. nu. 38. & seq.

15 † An possit ciuis volens, conueniri corā Iudice feudatarij, dic quod sic, Bart. in puncto in l. 1. ad fin. C. de agric. & cens. lib. 11. Roman cons. 157. Alciat. in l. quinq; ff. de verb. signif. possunt .n. partes iurisdictionē alterius Iudicis, sine proprij Iudicis consensu prorogare, Bart. in l. 1. §. & post operis, vbi latè Ias. ff. de nou. op. nunt. maximè quado agitur de aliquo Iudice habente iurisdictioonem, licèt quò ad aliquos nō habeat, tūc. n. prorogatio locū habet, Castr. in l. 1. col. 1. C. vbi de crim. agi oport. Franc. decis. 417. nu. 6. Quod tamen pluribus modis declaratur, vt per Capic. decis. 9. declarans; primò, non habere locū in subditis Regū, & Principū perpetuorū, quò ad ea, quæ ipsis Principibus sunt reseruata, vel vbi ageretur de feudo, secundò, non procedere, q̄n̄ subditus, vltra qualitatem subiectionis, rem feudalem, vel tributariam à dño teneret, & alijs modis limita. vt apud eum, & Doct. in d. §. & post operis, Marant. de ord. iudic. part. 4. principali, dist. 12. nu 9. & seq. vsq; ad finē, plenè ꝑ Boer. dec. 114. & præsupono n. 5. 10. & seq.

De mulctis non reuocandis, & de inculpatis delicto, in quo ingeratur pœna sanguinis, incarcerandis, & non relaxandis &c. Rubr. 3

Magistri intratarum Ducalium extraordinariarū Spectabilibus, et Egregijs tanquam fratribus honorandis Potestati, & Vicario, & Iudici malefitiorum. Spectabiles, & Egregij tanquam fratres honorandi: Certiorati quod mulctæ per vos, & officiales ibi impositæ plerunque remittuntur, & annullantur, non absquè Ducalis Cameræ præiuditios scribimus vobis, vosque monemus, quatenus à tali errore vos continentes præbeatis, prouideatisque, quod officiales vestri à tali crimine desistant, quoniam si secus factum fuerit prouidebimus, saperinde pro indemnitate præfatæ Cameræ non absque dedecore, & incommodo taliū transgressorum, præterea mandamus vobis, quatenus nullatenus admittatis,

ne

nec admitti permittatis compariti ones vllas, vbi ingeratur pœna sanguinis, nisi obinde accusati ad carceres se constituant, prout ordo, & cõsuetudo hactenus approbata, & decreta, siue statuta ibidem vigentia disponunt. Quibus omnibus, vel alteri eorum per vos, vel officiales vestros, si contrafactum fuerit ex nunc protestamur vobis pro interesse Ducalis Camere de pœnis iuris, & de inobseruantia statutorum, & decretorum Ducalium, in quam pœnam ex nunc in casu contrafactionis prædictorum, vos, vel ipsos officiales vestros incursos esse declaramus. Aduisando quemlibet vestrum pro tempore sindicatus vestri de prædictis spetiales fieri faciemus inquisitiones. Dat. Mediolani die decimotertio Februarij 1473. Signat. Andreas. Præsentatæ die decimonono Februarij in filo diuersorũ ad maleficia.

Summarium ad Decretum 3.

1 *Videnda ad hoc Decretum.*
2 *Iudex mulctans aliquem indebitè, qua pœna afficiatur.*
3 *Mulcta, & pœna, inter se differunt.*
4 *Mulcta, an possit remitti.*
5 *Qualibet causa excusat à mulcta.*
6 *Mulctatus ante bonorum publicationem, mox absolutus à bonorum confiscatione censetur etiam absolutus à mulcta.*
7 *Mulcta semel remissa, non potest mulctatus molestari, etiam si efficiatur melioris conditionis.*
8 *Quæ requirantur, antequam quis possit mulctari.*
9 *Doctores videndi in materia mulctæ.*

1 Ide ad hoc decretum, aliud decretũ 1 num. 32. sub rubr. quod nemo possit capi, vbi non ingeratur pœna corporis afflictiua, & decret. 38. rub. qđ in causis criminalibus, vbi pœna sanguinis ingeratur non possunt recipi testes, nisi interuenerit Iudex, & Nouas Mediolani Constitutiones, tit. de mulctis, quibus cauetur mulctas ad instantiam partium factas ad Cameram non transmitti, nisi parte instante. Nec appellari à mulcta, sed solum à præcepto comminante mulctam, & dum hoc decretum prohibet, non posse
2 remitti, & annullari mulctas, notandum, † quod si Iudex aliquis indebitè aliquem mulctaret, tenetur ipse versus Fiscum, vt cauetur Nou. Mediol.
3 Const. tit. de senat. §. cum autem criminales, † Differunt autem mulcta, & pœna, nam pœna est, quæ à iure, statuto, vel decreto, delicto est imposita, siuè corporalis, siuè pecuniaria, mulcta verò, quæ ob inobedientiam, vel contumaciam veram, vel fictã imponitur, l. si qua pœna, vbi latè Rebuf. & Alciat. ff. de verb. signif. Boer. decis. 349. nu. 3. & 4. Rebuf. in l. aliud, §. inter mulctam, ff. de verb.
4 signif. † An autem mulcta possit re mitti, dic. aut agitur de Iudice supremo, & Senatu, vel Magistratu, & isti sumptis informationibus remittere possunt mulctas, Clar. in §. fin. suæ praxis, q. 95. vers. hæc autem omnia, aut verò de Iudicibus inferioribus, & tunc, aut mulcta est imposita alicui personæ ob verã contumatiã, aut ob fictã, si ob veram nequit reuocari, si verò ob fictam, vt quia quis nõ fuit personaliter citatus, vel aliter contra ius fuit imposita, & ista potest reuocari, tamquam sit sententia interlocutoria, Rip. auus mihi maternus reponso 161 inculpatur Robertus secundum Lugdunensem impressionem, alias est responsum primum, sub tit. de requir. reis secundum impressionem Venetam, lib. primo. Item aut agitur de magna summa, aut modica, primo casu nequit reuocari; secundo verò casu sic, vt latè per Boer. dicta decis. 349. num. 4. & seq. quicquid tamen de iure dici possit, in hoc Dominio, mulcta postquam est ad Cameram transmissa, etiam si nulla sit, in Fisci præiuditium, non potest reuocari, sed reuocata obligatur Iudex, qui illam transmisit, vt dixi supra ex Nou. Mediolani Constitution.
5 tit. de Senat. §. cum autem, † qualibet autem causa, etiam colorata excusat à mulcta, Plot. in l.
6 si quando, num. 254. & 349. Cod. vnde vi. † Sed dubium est, quis ex delicto antè bonorum publicationem fuit mulctatus, vt inobediens, fertur exinde sententia absolutoria à bonorum confiscatione, an talis sententia trahatur, etiam ad mulctam, respondetur, quod sic, quia cum Fiscus per confiscationem omnes actiones confuserit, consequens est, vt confiscatione annulata, censeantur etiam sublata omnia, quæ confiscationis gratia facta fuerant, vt latè in punctualibus terminis consuluit, Crauet. conf. 797. lib. 5.
7 † Mulcta autem si semel fuerit remissa, ob paupertatẽ, necessitatem, vel aliter, etiam si mulctatus efficiatur melioris conditionis, & soluendo, amplius non tenetur, l. illicitas, §. fin. vbi glos. & Doct. ff. de offic. præsid. Boer. dicta decis. 349. nu. 5. & seq.
8 † Mulcta autem non potest Indici, nisi termino ad defendendum præfixo, quo elapso iterum citari debet ad allegandum quare mulctari non debeat, Bart. in l. prima, num. 13. vbi Cagn. num. 23. ff. si quis iusdic. non obtemp. Farinac. in praxi, lib. primo, tit. de delic. & pœn. quæstione 18. num. 44. dicens, & amplians hoc verum, etiamsi in primo præcepto dictum fuisset, quod reo non comparente, vel non obediente, contra eum ad mulctam deuenietur eo non citato, nec vocato, Plot.
9 consil. crim. 3. nume. 16. & 18. lib. 2. † plura in materia mulctæ, nempè quis possit eam indicere, pro qua summa, quando teneat, pro quibus causis, & alia, videas apud Doct. in l. unic. ff. si quis Iusdic. non obtemp. in l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ier. Farinac. de delic. & pœn. quæst. 18. à nu. 28. usquè ad num. 59.

Decretum, seu litteræ, quòd mulctæ, & condemnationes impositæ propter innobedientes non possint reuocari. Rubr. 4.

Dilecte noster. Et si Magistri Ducalium intratarum nostrarum extraordinariarum opportunè prouiderint, vobisq; mandauerint, ne in processibus mulctarum factis, & in ipsis mulctis nihil per vos innouaretur, quoniam talium cognitio ipsis emanatis, seu impositis vobis non spectat, nedum quia sit causa Cameræ nostræ, sed etiam quia nisi per appellationem, vbi potest admitti appellatio, non possint tales condemnationes rescindi. Mandamus vobis sub pœna ducatorum ducentum, nè amplius vos intromittatis quouismodo in cognoscendo, vel reuocando huiusmodi mulctas, & earum processus, nisi habueritis litteras à nobis signatas secundum ordinem Decretorum nostrorum editorum anno 1470. & 1471. Et si secus contingerit, mulctam ipsam, & pænam descriptam illicò sine sententia persoluetis. Dat. Papiæ die 18. Septembris 1473. Signat. Fabricius. A tergo: Suprascriptum decretum est ad officium maleficiorum.

Quò ad hoc decretum, vide annotationes supra ad præcedens decretum.

Quod nullus officialis, durante eius officio, non possit contra ius creditorum mercimonia facere, nec contra aliquos suos debitores ius sibi dicere, seu petere. Rubrica 5.

NOS Dominus Mediolani, &c. Comes virtutum imperialis, Vicarius generalis, audientes, quod aliqui officiales Ciuitatum, terrarum nostro Dominio subiectarum relictis eorum studijs publicis, & cura officij eisdem immoti sæpè postposita, eorum priuatis negotijs, intendunt mercimonia, negociationes, & contractus varios cum subditis nostris eorum Gubernatorum suppositis, faciendo contra intentionem nostram, & nostrum salubre propositum. Cupientesq; officiales nostros omni tempore, quantum sit, circa tangentia eorum officium, vigilare debere, & officijs per nos commissis eisdem iugiter inhærere. Tenore præsentium ex certa scientia duximus statuendum, quod aliquis officialis noster in aliqua ex Ciuitatibus, siue Terris nostro Dominio subiectis, quouis fungantur officio, suprascripto Decreto non possit, nec debeat, durante eius officio per se, nec interpositam personam contractum aliquem, siuè quasi contractum, ex vna, siuè vtranque parte obligatorium, nec mercimonium aliquod facere, nec inire cum aliquo, siuè aliquibus subdito, vel subditis nostris suppositis officio curæ, siuè administrationi officij prædicti, præterquam negocijs adiunctis ipsis officij sui, eiusq; familiæ, & quilibet officialis noster contrafaciens incidat in pœnā florenorū centū auri nostræ Cameræ applicandorum quotiens contrafactum fuerit, contractus autem non teneat ipso iure. Et quod aliquis officialis noster quouis nomine censeatur pro aliquibus contractibus, vel quasi per eum ante eius officium, non possit durante eius officio per se, nec per alium petere ius sibi reddi, nec fieri, nec processum aliquē facere, nec fieri facere in Ciuitate, siuè terra, in qua officium exercet, maximè contra aliquem, siuè contra aliquos suppositos Ciuitati, & Terræ, in qua officium exercet, & quilibet officialis contrafaciens cadat à iure suo. Hoc autem nostrum Decretum volumus obseruari, & in voluminibus Statutorum, & Decretorum Ciuitatum, & terrarum nostrarum inseri, aliquibus in contrarium editis non obstantibus.

Summarium ad Decretum 5.

1 *HOC Decretum conuenit cum iure communi, & qua ratione factum.*

2 *Officialis durante officio, potest acquirere, ea quæ fuerunt maiorum suorum.*

2 *Officialis ad certam causam, potest acquirere extra illam causam.*
4 *Offitialis perpetuus, an, & quãdo possit acquirere.*
5 *Potest contrahere Offitialis cum non subdito.*
6 *Valet contractus ab Offitiali factus palam, & bona fide, dummodò non sit deputatus ad illum contractum, & num. 7.*
8 *Valet etiam, quando nulla læsio, seu dolus argui potest.*

AD hoc Decretum, vide supra statutum 124. in Ciuilibus, sub Rubr. de aliquo opere Communis Papiæ ad faciendum non incantando per aliquem ex Offitialibus.

1 † Hoc Decretum prohibens Offitiali bus durante offitio, non posse per se, nec per interpositam personam contrahere, nec mercimonium facere cũ subditis offitio, seu administrationi officij sui, conforme est iuri communi, l. principalibus, ff. si cert. petatur, vbi Bartol. distinguit inter officiales sue originis, & isti possunt, alij verò non possunt nisi ex causa necessitatis, ad idem text. in l. qui officij, ff. de contrah. empt. Bald. consil. 333. præmitto quod lib. 3. vbi rationem subdit, quia si agitur de mutuo, præsumitur mutuantem coerum pere, si de emptione, suspitio est impressionis, & oppressionis, Menoch. consil. 1174. num. 24. nec debet vaccare ijs, quæ ipsum aliquo modo possunt distrahere ab offitio suo, & ideò optimè etiam disponitur in hoc statuto, vt durante eius offitio alios conuenire non possint, nec agere ob rationes prædictas, l. j. ff. de in ius voc. l. pars litterarum, ff. de iudic. multoq; magis prohibentur emere ea quæ ex offitio gerunt, vt bona fiscalia sub pœna quadrupli, & amissionis rei emptæ, l. non licet ff. de contrah. empti. l. vnic. C. quib. ad conduc. præd. fiscal. acced. non licet lib. ij. quem explicat Menoch. consil. 1174. num. 4. & 5. lib. 12.

2 † Non prohibentur tamen acquirere ea quæ fuerunt maiorum suorum, d. l. qui offitij, Tiraq. de retract. lignag. in præfat. num. 45. & seq.

3 † Item si ageretur de offitiali ad certã causam, & certos contractus deputato, extra illam causam, & cõtractus potest acquirere, Salic. in l. quisquis, colum. fin. versic. aut offitialis, C. si cert. petat. Simon de Præt. consil. 9. cent. 3. nu. 33. lib. 2.

4 † Tertiò fall. in Offitiali perpetuo. l. Præsidis, ff. si cert. petat. glos. & Doct. in l. quisquis, C. eod. Alexand. in d. l. principalibus in 3. limitat. Rol. à Vall. tollens contr. consil. 83. nume. 6. lib. 2. Paris de Puth. in tract. Syndic. in verbo, contrahere, Ozas. decisio. 144. nu. 13. Francisc. de Pont. consil. 49. num. 34. Menoch. consil. 1174. nume. 22. lib. 12.

Quæ regula Offitialis perpetui vera non est, vbi constaret contractum factum per impressionem; secundò, quando non bona fide, sed dolo, & fraude initus diceretur, Francis. de Pont. dict. consil. 49. num. 35.

5 † Quartò fall. quando Offitialis temporalis cõtrahit cum non subdito, vt præcitata iura, & auctoritates optimè probant, cessat enim tunc timor impressionis.

6 Quintò fall. si palam & bona fide contraheret, nec esset deputatus ad illum contractum, glo. in l. si in emptione, §. fin. ff. de contrah. empt. Deci. latè in d. l. principalibus post num. 9. versic. 5. fall. ff. si cert. pet. Francisc. de' Pont. d. cons. 49. nu. 42. Menoch. d. consil. 1174. num. 18. & seq.

7 † Sextò fall. vt etiam si per interpositam personam sit prohibitus contrahere, vt dictis iuribus, & hoc etiam statuto cauetur, attamè quando iustitia pretij adfuit, nulla fraus detegitur, imò interponitur persona, nè alij emere volẽtes timidiores reddantur, idq; palam sit gestum, valebit contractus, l. pupillus, §. item ipse versic. sanè, si quidem, ff. de auth. tut. dum dicitur ibi loquens de tutore prohibito rem pupilli emere, nec etiam per interpositam personam, subdit, sanè si quidẽ emit ipse palam, dedit autem nomen non mala fide, sed simpliciter, vt solent honestiores non pati nomina sua inscribi in instrumentis, valet emptio, iuncto versic. ibi. sed si per interpositam personam, comprobat Francisc. de Pont. d. cons. 49. num. 66. & seq. Menoch. d. cons. 1174. nume. 31. & seq.

8 Septimò fall. quando res empta ab Offitiali iusto pretio empta fuisset, ita vt nulla læsio, nec dolus argui posset, Bald. in l. cum ipse numer. 3. vbi Salicet. num. 2. C. de contr. empt. Menoch. allega. consil. 1174. nu. 25. & quod dicatur iustum pretium differit Menoch. d. loco num. 34. & seq. cætera ad hanc materiam, remitto videnda apud Docto. in d. l. principalibus, ff. si cert. petat. Parid. de Syndicat. in verbo contrahere, & alios supra citatos.

Decretum, quòd massarij, partiarij, fictabiles, & molinarij, possint personaliter detineri pro massaritio, & eo quod dare debebunt dominis suis, seu locatoribus occasione prædictorum, nec possint ab aliquo conduci, nisi prius fuerit primis dominis satisfactum, nec in præiuditium eorum possint bonis cedere. Rubr. 6.

DVX Mediolani, Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Cremonæ Dominus. Receptis litteris duodecim Deputatorum Officio Prouisionum Cõmunis nostræ Ciuitatis Papiæ. Necnon recepta quadam copia statuti nobis per præfatos Deputatos transmissi, & transmissa, tenoris infrascripti, videlicet. Illustrissime Princeps, & Excellentissime Domine Domine noster exhibuerunt nobis, quamplures optimi Ciues copiam cuiusdam statuti vigentis in illa Magnifica Ciuitate Mediolani editi in fauorem Ciuium, & contra colonos, massarios, & fictabiles, qui persæpè laborerijs possessionum insalutato hospite, & non satisfacto

domino recedere consueuerunt &c. cuius copiam vestræ Excellentiæ mittimus his inclusam requirentes non ciues, quòd huiusmodi statutum etiam in Ciuitate, & comitatu Papiæ debeat etiam obseruari, quòd nobis etiam vtile, & honestum visum fuit. Et pro tanto supplicamus vestræ celsitudini quatenus dignetur per suas litteras decernere, & mandare, quòd huiusmodi tale statutum etiam in Ciuitate hac & comitatu de cætero vigeat, & debeat obseruari, inseraturq́ in volumine statutorum huius Ciuitatis pro lege municipali seruanda de cætero, super quo omnibus ciuibus vestræ excellentiæ non modicam faciet cõplacentiam, cui excellentiæ nos propitius recõmendamus. Dat. Papiæ die tertiodecimo Februarij. 1454. subscript. eiusdem damnationis fidelissimi seruitores duodecim Deputati Officio Prouisionum Ciuitatis Papiæ, Titulus: Illustrissimoq́ Principi, & Excellentissimo Domino, Domino nostro Domino Francisco Sfortiæ Vicecomiti Duci Mediolani, Papiæ, Angleriæq́ Comiti, ac Cremonæ Domino, Domino singularissimo. ¶ Item statuimus, quòd nullus colonus, partiarius, fictabilis, vel molinarius, nec aliquis de sua familia possit terram conductam, vel ad massaritium acceptam, vel molendinum conductum dimittere, nec relinquere etiam termino elapso, nisi prius domino, seu locatori satisfecerit de omni eo in quo esset dicto domino, vel locatori obligatus occasione dictæ terræ conductæ, vel ad massaritium acceptæ, vel molendini conducti, & si dictus colonus, partiarius, fictabilis, vel aliquis de sua familia contrafecerit, possit dictus colonus, partiarius, fictabilis, vel molinarius, & quilibet de sua familia masculus maior annis quatuordecim personaliter capi, & detineri ad petitionem olim domini, seu locatoris, & non possit, nec debeat aliquo modo relaxari, nisi prius satisfecerit vtsupra etiam si cederet bonis suis, & non possit accipere solidos duos tertiolorum in die, vt inferius disponitur. Et vlterius non possit, nec debeat aliquis de Ciuitate, nec Comitatu Papiæ eidem colono, partiario, fictabili, vel molinario, nec alicui de sua familia locare, nec in emphiteosim dare, nec aliter concedere citra translationem directi dominij suam terram, molendinum, vel possessionem, nec quæ, nec quod per eum, seu eius nomine teneatur, nec eum, nec aliquem de sua familia aliter accipere, nec tenere, nec receptare, nec receptari permittere super suo, nec super eo, quod tenet, vel eius nomine teneretur, nec dare ad laborandum super suo, nec super eo, quod per eum teneretur, seu eius nomine ad mercedem diei, nec aliter ipsi, nec alicui de sua familia. Et si quis Ciuitatis, vel Comitatus Papiæ contrafecerit, vel non obseruauerit vtsupra, & eidẽ denunciatum fuerit per publicum instrumentum per olim dominum, seu locatorem, quòd ipsum conductorem, vel maßarium, partiarium, fictabilem, vel molinarium, vel de familia quem acceperit, vel cui ad laborandum dederit vtsupra expellat, & ad laborandum non det, vel debitum soluat facta mentione, & fide de credito suo, & seu qui daret ad laborandum vtsupra satisfecerit dicto olim domino, seu locatori de omni eo in quo dictus colonus, partiarius, fictabilis, vel molinarius reperiretur obligatus esse ipsi olim domino, seu locatori occasione prædictorum. Et ad prædicta compelli possit summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & sine litigio, sola veritate inspecta, & sine exceptione, benefitio, auxilio, vel defensione. Idem per omnia locum habeant si dictus colonus, fictabilis, partiarius, vel molinarius, vel aliquis de eius familia excumiatus, vel expulsus fuerit per dominum, seu locatorem extra coloniam. Et vt dictus colonus, partiarius, fictabilis, vel molinarius, & quilibet de sua familia masculus maior annis quatuordecim ad petitionem olim domini, seu locatoris possit personaliter capi, & non possit relaxari ẽt si cederet bonis, nec possit petere solidos duos tertiolorum, vt in casu sequenti disponitur. Et si contingat dictum colonum, partiarium, fictabilem, vel molinarium, vel aliquem de sua familia deuenire, massarium, partiarium, fictabilem, vel molinarium, vel emphiteotam alicuius non subditi Iurisdictioni Communis Papiæ, vel per aliquem non subiectum super suo, vel quòd teneret, vel eius nomine teneretur receptare, vel permitti receptari

ptari

ptari vt supra, teneatur eodem modo idem colonus, partiarius, ficta bilis, vel molinarius, & quilibet de sua familia masculus maior annis quatuordecim satisfacere olim domino, seu locatori, alioquin colonus, partiarius, fictabilis, vel molinarius, & quilibet de sua familia masculus maior annis quatuordecim contrafaciens ad petitionem olim domini sui locatoris personaliter capiet in carceribus Communis Papiæ detineri possit, donec satisfecerit ipsi olim domino, seu locatori de eo quod habere debebit, vt supra, non obstante collocatione captionum facta, vel in futurum fienda. Nec possit idem colonus, partiarius, fictabilis, vel molinarius, vel alius de sua familia taliter captus, & detentus petere ipsi olim domino, seu locatori solidos duos tertiolorum in die, qui peti possunt per alios carceratos, nec possit talis captus relaxari de carceribus etiam si cederet bonis, nisi satisfecerit olim domino, vel locatori, & etiam liceat ipsi olim domino, seu locatori capere, & robari facere tali colono, partiario, fictabili, vel molinario, & cuilibet de sua familia, boues, & plaustrum, & omnia alia bona, quæ reperientur in custodia, vel in habitatione talis coloni, partiarij, fictabilis, vel molinarij, vel emphiteotæ, vel alicuius de sua familia non suppositi, quæ bona quò ad hoc esse præsumantur ipsius debitoris, nec possit fieri probatio in contrarium per ipsum non suppositum, & quilibet non suppositus Iurisdictioni Communis Papiæ, qui commiserit contra prædicta, vel aliquod prædictorum, ipso iure intelligatur esse, & sit exemptus, & alienus à protectione, & defensione Communis Papiæ, si non soluerit, vel excomiauerit infra decem dies postquam ei fuerit notificatum, quod statutum habeat locum, tàm in debitis præteritis, quàm præsentibus, & futuris. Et si controuersia oriatur inter olim dominum, seu locatorem, & dictum colonum, partiarium, fictabilem, seu molinarium, vel aliquem de sua familia super quantitate debiti, vel alia occasione, quòd Dominus Vicarius Prouisionis, & Vicarius Potestatis Papiæ, & vterque eorum in solidum summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iuditij, & sola veritate inspecta faciant ius remota omni appellatione, & nullitate, & attentis superius narratis præsertim intellecta statuti continentia. Et volentes dictorum Deputatorum requisitioni annuere, harum serie, & ex certa nostri scientia dictum statutum, ac omnia, & singula in eo contenta confirmamus, & approbamus, ac robur, & effectum sortiri volumus. Mandantes omnibus, & singulis Officialibus nostris Ciuitatis Papiæ, & alijs ad quos spectat, & spectabit, quatenus dictum statutum publicari faciant in locis solitis, & in volumine statutorum aliorum iam dictæ Ciuitatis nostræ Papiæ inseri, & describi. ¶ Illudque obseruent, & faciant ab alijs inuiolabiliter obseruari, aliquibus in contrarium facientibus non attentis, quibus in hac parte dumtaxat ex certa nostri scientia derogamus. Reseruando tamen nobis arbitrium, & bailiam prædictum statutum, quandocunque nobis videretur mutandi, ac corrigendi, & ei addendi, & diminuendi contra ipsumq; disponendi, si & prout nobis videbitur, & placuerit. In quorum testimonium præsentes fieri iussimus, & registrari, nostriq; sigilli solitæ impressionis munimine roborari. Dat. Mediolani die 16. Februarij. 1454. Signat. Franciscus.

Summarium ad Decretum 6.

1 Videnda ad hoc Decretum.
2 Colonus, partiarius quis, & quis fictabilis, remissiuè.
3 Quæ personæ ab hoc Decreto sint exclusæ.
4 Volens vti beneficio huius Decreti, quæ probare debeat.
5 Massarij nomine, venit fictabilis, & colonus.
6 Statutum loquens de conductione, non procedit in locatione mixta cum pacto affrancandi.
7 Si conductor non potest ante finitam locationem recedere, nec locator poterit illum expellere.
8 Casus, in quibus antè finitam locationem, locator potest conductorem expellere.
9 Statutum loquens de satisfactione non comprabēdit satisdationem.
10 Clausula occasione dicta Terra apposita in Instrumento locationum, quid importet, & num 20.
11 Proemium arguit causam finalem dispositionis.
12 Aetas, qualiter probetur, & à quibus sit probanda.

13 Denun-

13 *Denuntiatio quandocunq; fieri potest, quoties tēpus non est præfixum.*
14 *Facultas iurandi transit ad hæredes.*
15 *Fides crediti debet in denuntiatione deduci, & probari.*
16 *Clausula summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, quid importet.*
17 *Hoc decretum comprehendit colonos colentes bona communia inter duos fratres.*
18 *Decretum prohibens appellationem à sententia inter dominum, & conductorem lata super quantitate debiti, vel alia occasione; An debeat intelligi de occasione proxima, vel etiam de remota, & 22. & seqq. pluribus.*
19 *Statutum generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & quomodo dicta regula procedat, num. 23.*
20 *Dictio occasio, tam remotam, quam proximam significat, & num. 24.*
21 *Dictio, alia, quid importet, & num. 26. ac 28. & 30.*
22 *Appellatio datur inter dominum, & conductorē, vbi negatur conductio.*
25 *Verba in statutis debent intelligi propriè, & in casu proximo, ac immediato.*
27 *Statutum excludens à successione filias, & omnes alias fœminas, intelligi debet de fœminis descendentibus.*
29 *Geminatio, quid importet.*
31 *Appellatio, an reycienda, vbi conductor referret quæstionem dominij aduersus locationem stante statuto disponente, conductorem minimè posse dominij quæstionem referre, sed debere possessionem restituere, deinde de proprietate agere.*
32 *Appellatione prohibita inter dominum, & conductorem, non censetur prohibita, vbi ex actis constaret de notorio grauamine.*
33 *Itē nullitas euidens minimè censetur sublata, modò opponatur intra tempora ad appellandum.*
34 *Nullitates notoriæ, quæ.*
35 *Appellatio inter dominum, & conductorem, an reycienda, vbi contra dominum, vel conductorem opponuntur exceptiones impensarum, vel meliorationum in re conducta factarum.*
36 *Exceptio oriens ex eodem instrumento, nunquam reycienda.*
37 *Appellatione prohibita inter dominum, & conductorem, intelligitur etiam prohibita, si sententia feratur contra dominum, qui non seruauit præmissa.*
38 *Appellatione vt supra prohibita, non erit prohibita respectu tertij, qui liti se opposuit.*

1 PRO Intelligentia, & comprobatione huius Decreti, † videndi sunt Statutū Ciuile supra 78. sub Rubr. qualiter, & quomodo retinens massarios, seu bubulcos alterius domini dare debentes possit conueniri, & statutū sequēs. sub Rubr. quod credatur domino contra massarium, & statut. 156. sub Rubr. quod familia massarij sit, & esse intelligatur obligata pro debito massaritij, nec non aliud Decretum intra nume. 18. sub Rubr. limitatio Decreti contra fictabiles &c. & Decretum 19. Rubr. quod colonus fictualis, partiarius, molinarius &c. Item & statutum Criminale supra 33. sub Rubr. De pœna coloni, inquilini, conductoris, vel fictualis, recipientis Inuestituram ab aliquo absque voluntate prioris domini, & quæ in dictis locis per nos scripta sunt, nec non Nouas Mediol. Constitutiones, sub tit. de prohibitis, & cōcessis executionibus c. coloni, Carpan. plenissimè ad Statut. Mediol. cap. 379. part. 2.

In verbo, nullus colonus, partiarius, fictabilis,]
2 † quis dicatur colonus, partiarius, & quis fictabilis, declarat Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 167. num. 99. & seq. & cap. 379. lib. 2. Cost. olim collega meus, in tracta. de Retrotract. monit. 7. ad
3 cap. 2. nume. 14. vsque ad finem, † vbi declarat hoc Decretum non compræhendere fideiussorem coloni, vel conductoris, etiam principaliter obligati, & insolidum, nec sublocatorem, nec cessionarium domini, vel locatoris, neque filios cum
4 quibus pater habitat, volens propterea, † quod qui vult vti benefitio huius decreti quatuor probare debeat; primo coloniam, seu conductionē; secundo maiorem ætatem filij; tertio illius cum patre habitationem; quarto habitationem intercessisse, quando maturatum est debitum, Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 379. nume. 417. & seq. &
5 † an massarij nomine veniat fictabilis, vel colonus, affirmatiuè consuluit Alb. consil. 441. nume. 8. & per totum lib. 3.
6 In verbo, possit terram conductam] † cum statutum loquatur de conductione non habebit locum in locatione mixta cum pacto affrancandi. Alexand. consil. 17. nume. 12. libr. 4. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 17. nume. 7. & seq. Carpan. ad statut. Mediol. cap. 379. nu. 6.
7 In verbo, dimittere, vel relinquere,] sicut † conductori non licet ante finitam locationem recedere à locatione, ita nec locator potest ipsum expellere, Didac. var. resolut. lib. 2. cap. 15.
8 Sunt tamen aliqui casus, † in quibus etiam ante finitam locationem potest colonus ante tempus dimittere; primus si ad tantam paupertatem sit redactus, vt coloniæ sit inutilis; secundo durante peste, Rip. auus meus de priuil. contr. caus. pest. num. 17. & seq. tertiò ob malos spiritus in domo conducta, Cagnol. in l. contractus num 55. ff. de reg. iu. quartus si locator nimis rixosus sit, quintus fundus sit effectus sterilis, Caroc. de locat. & conduct. tit. de remiss. & latè prosequitur Carpan. ad statut. Mediol. dict. cap. 379. nume. 310. & seq. ponens etiam casus in quibus potest colonus ante finitam locationem expelli num. 317. & seqq. pluribus.
9 In verbo, satisfecerit,] stante hoc verbo † requiritur realis, & effectualis satisfactio, nec sufficeret satisdatio inuito domino, Ozasc. decis. 18. num. 5. nisi tamen dominus recusaret recipere, Carpan. ad statut. Mediol. d. c. 379. nu. 388.
10 In verbo, occasione dictæ terræ] stante † hac dictione occasione cōpræhenduntur omnia etiam remota à conductione tamen puenientia, vt scortum, semen, appendiciæ, & similia, Socin. Senior consil. 156. num. 21. & seq. lib. 2. Dictio in occasione, tàm remotam, quàm proximam causam cōpræhendit, Bald. in l. demonstratio, §. quid autem nume. 5. ff. de condit. & demonstr. Alexand. in l. si patroni, colum. 3. ff. ad S. C. Trebell.

Non tamen compræhendet casum in quo non agatur de relinquenda possessione laborerij, & non satisfactionis domini, quando scilicet conductor colonus, vel massarius recedunt insalutato hospite non satisfacto domino, puta si ageretur contrthe-
trouer-

trouersia super relaxatione possessionis; vel quia conductor negaret conductionem; cum enim hoc decretum sit factum, nè colonus relinquat massaritium, & laborerium possessionum, aut recedat insalutato hospite, & domino non satisfacto, quę rationes ex proemio decreti colliguntur, ibi, contra colonos, massarios, & fictabiles, qui persæpè laborerijs possessionem insalutato hospite, & non
11 satisfacto domino &c. † quod proemium arguit causam finalem dispositionis, Bart. in l. fin. ff. de hæred. institu. Deci. consil. 10. colum. prima, & consil. 444. num. 8. Decian. responso 72. nume. 49. lib. 2. Ludouic. Casanat. plures adducens cõsil. 10. num. 35. Barbat. pulcrè consil. 48 colum. 2. nume. 3. lib. 3. cum autem hæc ratio non militet, vbi agitur de relaxanda possessione, vel vbi negatur conductio, meritò si nec locum habebit dispositio iuribus notis.

12 In verbo, maior annis quatuordecim,] † hæc ætas ab actore probanda est tamquàm suæ intentionis fundamentum, Felin. in cap. in præsentia, nu. 28. de probat. qualiter autem probetur ætas, latè diserit Mascard. de probat. conclus. 666. & sequenti.

Si autem ageretur de aliquo de familia, qui ratione debiti simpliciter conueniretur, tunc ætas, quæ per hoc statutum est annorum quatuordecim, extenderetur ad annos viginti, sic disponentibus Nouis Mediolani Constitutionibus, titul. de prohib. execut. §. idem de his, vbi autem præter debitum accedit recessus à colonia, sufficiunt anni quatuordecim, vt per Carpan. dict. capit. 379. num. 393.

13 In verbo, & eidem denuntiatum fuerit,] † Cum tempus aliquod huic denuntiationi non sit præfixum, poterit quandocunquè vsquè ad triginta annos fieri, Rebuf. de nominat. quæst. 14. num. 32. versic. item postquam, & non facta denuntiatione cessat statuti dispositio. Carpan. post Anan. d. capit. 379. num. 400.

In verbo, per olim dominum, & locatorem,] intelliguntur tamen compræhensi etiam hæredes
14 dominorum, & locatorum. † cum facultas iurandi transeat etiam ad hæredes, Ias. in l. si quando, num. 51. vbi Ploт. num. 619. C. vnd. vi. Tiraqu. de retract. lignag. §. 2. glos. 2. nume. 2. & seqq. Carpan. d. c. 379. num. 401. inferens cessionario non competere, tamquàm sit in personam conceptum, Cost. de Retrottact. monit. 7. ad capit. 2. num. 7. & seq.

In verbo, facta mentione, & fide de credito,]
15 † hæc fides crediti debet denuntiam præcedere, vel saltem in ipsa denuntiatione deduci, & probari, Carpan. præcitato loco nume. 405.

In verbo, Sũmariè, & de plano sine strepitu, & fi
16 gura Iudicij,] † de vi, & importantia horũ verborum actum est supra ad Statuta Ciuilia pluribus in locis, & per Carpan. qui supra nu. 409. & seq.

In verbo, personaliter capiat,] † requiritur tamen quod debitum sit maturatum, postquam ille de familia factus est maior annis 14. iuxta hoc statutum, vel viginti secundum Nou. Constitut. tit. de prohib. execut. §. idem de his, Bart. in l. titius num. 2. ff. de milit. testam. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 380. num. 15.

17 † Sed an hoc decretum compræhẽdat colonos colentes bona communia inter duos fratres, & facta inter ipsos diuisione coloni remanerent super bonis vnius ex dictis fratribus ei in sortem obuenetis, vel per diuisionẽ, & affirmatiuè Senatũ Excellentissimum Mediolani Consultum respondisse, testatur Carpan. ad d. cap. 379. nu. 395.

Super quantitate debiti, vel alia occasione] du-
18 bitatum aliquando fuit, † an decretum hoc prohibens appellationem à sententia inter dominum & conductorem lata super quantitate debiti, vel alia occasione, debeat intelligi non solum de occasione proxima, sed etiam remota; puta si quis neget conductionem, & prima facie videbatur dicendum quod sic.

19 † Primò, quia hoc statutum generaliter loquitur, & fauore dominorum censetur introductum, ergò generaliter de omnibus causis etiam remotis debet intelligi. Alb. cons. 579. nu. 14.

20 Secũdò, põderãdo illa verba, vel alia occasione, occasio. n. tam remotam, quam proximam significat, Dec. in rubr. C. qui admitti. Soci. seni. cons. 156. num 21. vsque ad finem lib. 1.

21 Iuncta † maximè dictione alia, quæ tamquàm geminatè apposita extensionem, & enixam voluntatem magis denotat, Dec. cons. 66. num. 3. imò etiam non solum casus similes repetit, Curti. Iuni. cons. 88. num. 1. Alexand. cons. 34. nu. 2. lib. 1. Sed etiam ad dissimiles porrigitur, Bart. in l. pater filium, §. quindecim, ff. de leg. 3.

22 His tamen non attentis, crediderim, quod vbi negatur conductio, detur appellatio. Bart. in l. prima, §. & parui, num. 6. ff. quod vi. aut clam in l. 4. §. condemnatum nu. 5. ff. de re iudic. Alexand. consil. 77. numer. 17. volum. 3. Ias. in l. 2. num. 103. versic. & vltra. C. de iur. emphit. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 379. num. 489. lib. 1. debet enim in primis constare de ipso subiecto ex latè traditis per Menoch. cons. 401. libr. 4. Crot. cons. 39. lib. primo, maximè nume. 1. vbi infert, quod si litteræ cambij habeant paratam executionem, nec quicquam opponi possit, potest tamen opponi, quod non sunt litteræ cambij.

Nec mouent in contrarium adducta, nam ad
23 primum respõdetur † decretum esse generaliter intelligendum, quando eadem est ratio omnium, quæ sub generalitate compræhenduntur, Bart. in l. si pluribus, ff. de leg. 2. Crauet. cons. 70. nume. 27. at vbi negatur subiectum conductionis, non dicitur esse quæstio inter dominum, & conductorem, quia non entis nullæ sunt qualitates iuribus notis ergò: secundò dispositio generaliter loquẽs, restringitur ad ea quæ causam ipsius dispositionis concernunt; Hinc statutum quod pater teneatur pro contractu filij mercatoris, intelligitur in causis mercaturæ, idem quod potestas teneatur pro familia, restringitur ad respicientia offitium potestatis, Bald. & Salic. in l. fin. ff. ad Macedon. Ias. in l. age. C. de transact. Alexand. cons. 113. colum. 2. lib. 7. Roman. cons. xj. & xv. cum alijs in simili congestis per Crauet. consil. 3. numer. 15. & seq. cum igitur causa statuti sit expressa, nempè ex causa debiti, non debet extendi ad aliam causam longè debito dissimilem, & quæ in iure diuersam habet dispositionem, quòd nempè vbi negatur conductio, super quo basis, & fundamentum iudicij debet constitui, locus non est huic decreto, vbi enim non esset conductio, nec de statuto, vel decreto agi posset, & cum hæc qualitas sit præiudicialis toti iuditio, in primis est iuditialiter ventilanda, & interim ab vlteriori processu supersedendum, §. præiudiciales, Instit. de actio. & statuta interpretanda sunt, vt minus lædant

dant ius commune quo fieri possit, l. 3. ff. de noxalibus, etiam si verba deberent impropriari, Cravet. consil. 197. num. 6. ne igitur lædatur ius cõmune, vel minus lædatur, quam sit possibile intelligitur decretum quantumuis generale prohibere appellationem; si causa proueniat ex debito, vel simili debito, item intelligitur prohibere appellationem friuolam non autem eam, quæ notorium grauamen habet ex supra deductis, Lancel. de attentat. app pend. limit. 8. num. 24. & 25.

Secũdò, nõ obstat subtilis consideratio verborũ ipsius decreti dum vult inter dominũ, & cõductorẽ remotam esse omnem appellationem si controuersia oriatur super quantitate debiti, vel alia occasione, ponderando dictionem occasione, quæ causam etiam remotam importat. Adiuncta maximè dictione illa alia, quæ extensionẽ denotat, maximè ob geminationem.

Huic considerationi sic posse satisfieri ex istimo, 24 † nam licet verbum occasio causam remotam importare possit, illud tamen verum est modo illa causa remota sit ordinata ad effectum de quo agitur, vt dicimus, q. occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, intelligitur modo illa occasio ad illud damnum sit ordinata, Alberic. in l. qui occidit, §. fin. ff. ad l. aquil. & ita in puncto etiam in terminis statutorum declarat Socin. Sen. cons. 156 pro fundamento nu. 20. & 21 lib. j. cum igitur causa illa remota de qua agitur nempè negatio conductionis, nõ sit ordinata ad causam fictorum, sed penitus diuersa, dicendum est dicto verbo non obstante appellationem esse admittendam, intelligigitur enim de occasione tendente ad denegationem fictorum, vt dicitur in simili acquisitũ ex aduocatione, vel eius occasione peculium quasi Castrense dicitur, hoc est ex causa, quæ ad aduocationem tendat, Bart. in l. fori, C. de aduoc. diuers. iud.

25 † Præterea in statutis verba sunt intelligenda propriè, & in casu proximo, & immediato, non autem remoto maximè, quando disponit aliquid cõtra ius commune, vt in casu nostro l. quod verò, & l. quod cõtra, ff. de legib. Tiraq. de retract. in præf. num. 62. Cæphal consil. 178 num. 9. & 247. nu. 37. volum. 2. Nec vltra casum in quo loquitur extendi debet ad hoc vt minus corrigat ius commune, quam sit possibile, Cephal. consil. 245. nume. 63. & 247. num. 43. volum. 2. Ruin. consi. 308. nu. 6. lib. 3. Imò secundum ius commune est interpretandum, etiam si à verborum proprietate recedendũ esset, Corn. consil. 14. nume. 2. volum. 4. Gozad. consil. 35. num. 13. Ruin. consil. 129. num. 2. lib. 2. Cæphal. consil. 237. num. 24. lib. 2. & 210. num. 18. eod. lib.

26 Nec officit dictio illa alia, † quia intelligitur de alia occasione simili expressa, vel ab ea necessario dependenti, vt si de scorto, vel semine agatur, vel simili, si verò agatur de re principaliter locata, vel conducta non dicitur dependens, vel annexa, vt notat Carpan. ad Statut. Mediolani capit. 379. numero 462. & sequenti volumine secundo, & in spetie quòd dictio alius, vel alia debeat intelligi de causa simili expressè probatur ex glo. in capit. sedes, de rescript. quam sequitur Auus mihi Maternus Rip. in capit. inter cæteras numero 42. de rescript. inferens, quod si Papa mandaret prouideri alicui de benefitio spetialiter nominato, quod esset simplex, vel de alio, intelligitur d[illegible] alio simplici non autem curato, vel beneficiato, etiam si ipsi dictioni alius esset adiecta dictio vniuersalis

27 omnis, † vnde statutum excludens à successione filias, & omnes alias fœminas, intelligitur de fœminis, quæ filiabus sint similes, nempè sint descendentes, glos. vbi Deci. nu. 33. & alij, in l 3. C. de seruis fugitiu. Cæphal. consilio 278. numero 91. & per Alb. consilio 580. numero 36. vbi plura citat Additionat. pulcrè Roland. à Vall. consilio 61. numero 40. & sequenti libro primo; † Imò 28 in statutis maximè odiosis dictio alia non solum restringit sequentia, vt intelligantur de similibus præcedentibus, sed etiam de sui natura est implicatiua ad præcedentia expressè, & significat eandem qualitatem debere in esse, ac substantiam, sunt verba, Aretin consilio 115. Viso puncto columⁿ. secunda, Menoch. consilio 183. numero 19. loquens in verbis, vel alia quauis causa, vel occasione, & intelligit de simili expressa.

Tollitur pariter consideratio subtilis gemina-29 tionis, † quia verum est geminationem operari, quando primus actus, vel primum dictum denuò geminaretur, principaliter & expressè, non autem si fiat aliquid in consequentiam prioris actus, vt hic Alb. consil. 734. num. 11. lib. 4. per text. in l. 3. §. scio, ff. de minor.

Nec facit, quòd dictio alius, ad dissimiles etiã 30 casus trahi possit, † quia illud verum est quando considerando propriam naturam nihil posset operari, vt in casu Bart. in d. l. pater filium, §. quindecim, ff. de legat. 3. secus attenta propria natura, quæ attendi debet maximè in statutis cum non sit aliqua impropriĕtate opus, iuribus notis, & vulgaribus.

31 † An autem appellatio esset reijcienda, vbi conductor referret quæstionem dominij aduersus locationem, vt in casu isto, l. si quis conductionis, titul. C. locat. quæ cum disponat conductorem minimè posse dominij quæstionem referre, sed debere possessionem restituere deinde de proprietate agere, videtur casus apertus appellationem saltem non suspendere effectum sententiæ, glos. in capitul. non solum, in verbo casibus, de appellat. in sexto, Marant. de ordin. Iudic. in 6. parte, in verbo, & quandoque appellatur, nume. 182. & 183.

Dicerẽ tamen procedere, quando locator ageret remedio, d. l. si quis conductionis, secus quãdo agit actione ex locato, Bartol. in l. non ab re, num. 4. C. vnde vi. & in l. si quis conductionis in fin. & cum Bart communem esse sententiam, post Alexand. Socin. & alios, quos allegat, firmat D. Menoch. de recuper. possess. remed. 11. num. 45. & seq. reiecta contraria, Cyn. sententia ab ea relata, & confutata, & post eum Vincent. Caroc. in tract. de locat. & conduc. part. 3. tit. de restit. spol. numer. 12. secundum primam impressionem.

Secundò non habet locum dicta regula, quando, vel constat de iure ipsius excipientis, vel incontinenti offert se paratum probare de eius dominio, Dec. in l. neq; pignus, num. 4. ff. de reg. iur. Menoch. dicto remed. 11. num. 41. & 44. Caroc. vbi supra, nu. 5. vt in casu isto, vel quando noua causa superuenisset alijsque modis, potest satisfieri, ex Menoch. & Caroc. in locis mox citatis.

32 Præterea, & si prohibita sit appellatio inter dominum, & conductorem, non tamen censetur prohibita, vbi de notorio grauamine ex ijsdem actis constaret, Alexan. cons. 77. num. 17. lib. 3.

Gabr

Gabr. conf. 43. num. 49. lib. primo, Lancellot. de attentat. appellat. pendent. limit. 8. nu. 24. & 25. Gabr. in suis communibus tit. de sentent. concl. 10. Plot. in l. si quando, num. 255. C. vnde vi, Borgnin. in suo repert. primæ partis, decis. in verbo, sententia, fol. 182.

33 † Sicuti, nec censetur sublata nullitas euidens, modò tamen opponatur intra tempora ad appellandum, Rol. à Vall. cons. 83. num. 16. lib. primo, Bursat. cons. 73. num. 4. lib. primo.

34 † Notoriæ autem nullitates, quæ sint, declarat Perus. in cap. dilecto, quæst. prima, de appellat.

Præceteris, nullitas notoria est, quæ defectu Iurisdictionis causatur, glo. fin. in clem. 1. de sequest. poss. & fruct. Perus. in d. cap. dilecto, quæstio. 51. limitat. 5. & seq. de appellat. Decian. respon. 109. nume. 2. lib. 2. Cæphal. consil. 708. nume. 2. & seq. lib. 5.

Item illa, quæ prouenit, ex defectu citationis, Bart. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Vestr. in praxi lib. 5. cap. 13. num. 7. & seq. Vant. de nullit. ex defect. citat. per tot. Bursat. consil. 74. nu. 7. & seqq. modò tamen, vt supra dixi, talis nullitas intra tempora statutis, vel Constitutionibus præfixa deducatur, alias enim post lapsum temporis, censetur ipsi nullitati renuntiatum, Socin. consil. 121. num. 2. lib. 3. Cæphal. consil. 202. in fin. libr. 2. Gabr. in suis communibus, tit. de execut. sententiæ, conclus. prima, nu. 8. Bursat. consil. 73. nu. 5. lib. 1. Alb. consil. 278. nu. 8. & 9. li. 2.

35 † Item censetur prohibita appellatio, vbi intentatur remedium huius decreti, & contra dominú, vel locatorem opponuntur exceptiones, putà impensarum, vel melioramentorum in re conducta factarum, vel hypothecam pro damnis, & interesse, tunc si super ijs sit iudicatum, tollitur omnis appellatio, tàm pro domino contra colonum, quàm è conuerso Ruginell. de appellat. §. 2. c. 3. num. 559. cum seqq. si tamen ageretur de melioramentis liquidis, vel de proximo liquidandis, & dominus soluere recusaret, tunc appellatio concedenda esset, Ruginel. d. loco nu. 562. maximè, si adfuisset in Instrumento locationis pactum, vt à tenuta, & possessione non posset expelli, nisi solu-

36 tis impensis, & meliorationibus, † tamquam sit exceptio oriens ex eodem Instrumento, quæ numquàm censetur reiecta, vt per Ruginell. ibidem nume. 563. vbi nume. seq. idem ait, vbi conductor obtulisset restituere cui de iure, & ibi latè sub sequentibus numeris, vsquè ad numerum 593. agit de remedijs conductoribus, seu locatoribus in rē locata, & conducta competentibus, omitto Caroc. in suo vberrimo tract. locat. & conduct.

37 † Et ista appellatio prohibita, intelligitur etiam prohibita, si sententia feratur contra dominum, vel locatorem, qui non seruauit promissa, vt quia non tradidit rem locatam, vt tenetur Alciat. consil. 110. num. 9. vel vt rem demolitam reficiat, Carpan. ad statut. Mediol. capit. 379. nu. 475. & seq.

38 † Quò verò ad tertium liti se opponentem, non erit prohibita appellatio, cum decretum loquatur solùm de domino, & conductore, Menoch. de arbitr. Iudic. lib. primo, quæst. 9. nume. 12. Carp. d. cap. 379. num. 491.

Decretum super donationibus, & cessionibus iurium non fiendis, nisi seruata certa forma. Rubr. 7.

IO. *Galeazius, Maria SforTia Vicecomes, Dux Mediolani &c. Harum tenore edicimus, decernimus, & mandamus, nè quis in posterum audeat quauis causa, & occasione cuipiam cuiusuis status, & conditionis existat, bona aliqua immobilia generis cuiusuis fuerint in dictione nostra, vel alibi donare, nec principaliter in consequentiam, nec aliqua iura titulo lucratiuo in alium transferre, & cedere, neque notare huiusmodi donationes iurium, cessiones, & translationes vt supra publicis documentis, nisi donatores, & cedentes iureiurando protestentur, & affirment, ac etiam donatarij, & cessionarij eas esse veras, non autem fictas, nec simulatas, nec vlla seipsos fraude, aut dolo ductos, nec in fraudem alicuius personæ, sed sua sponte, atquè sincero mentis affectu, & bona fide ad huiusmodi donationes, & cessiones deuenire, & absquè vlla pactione palàm, vel secretè facta, quòd vllo vnquam tempore retrodatio, vel retrocessio fiet de bonis iam donatis, vel cessis, vt supra. ¶ Decernentes, & volentes si secus fiat, ipsas donationem, & cessiones irritas, & nullas esse atquè pro irritis, & nullis haberi, & Notarios, qui contra hanc mentem nostram instrumenta aliqua, & iura fecerint, à tabellionatus officio per annum vnum deponi, accusatori verò libram vnam quarumcunque centum librarũ precij rerum donatarum, vel cessarum vt supra omninò applicari, quod quidem decretum nostrũ perpetuò valiturum, pro lege haberi, ac inuiolabiliter obseruari volumus, & iubemus. In quorum testimonium, præsentes fieri iussimus, nostriq; sigilli munimine roborari. Dat. Vigleuani, die 20. Martij, 1489. Signat. Philippus.*

DVX Mediolani &c. Dilecte noster, has nostras declarationis litteras ad vos dedimus, vt eas publico edicto in locis consuetis vestræ Iurisdictionis vulgari, ac in volumine Statutorum istius vrbis nostræ describi faciatis. Dat. Papiæ, die 25. Iunij 1489. Signat. Philippus, A tergo Nobili, & Sapienti Doctori Potestati nostro Papiæ dilecto.

Summarium ad Decretum 7.

1 *Videnda ad hoc decretum.*

1 Circa dispositionem, & intelligentiam huius decreti, & decreti seq. latè per nos actum fuit supra ad statutum ciuile 135. sub rub. de cessione iurium, & donationibus non fiendis, nisi seruata certa forma, & supra etiam ad statutum ciuile 62. sub rub. quæ donatio debeat insinuari.

Decretum, quod donationes, & cessiones iurium, quæ inter viuos tantum fient, comprehendant, quæ de iure verè, & propriè donationes appellantur, & quòd absentes, & ministri piorum locorum iurent, cum de eis notitiam habuerint. Rubr. 8.

IO. Galeatius Maria Sfortia Vicecomes, Dux Mediol. &c. Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Ianuæ, & Cremonæ Dominus. Et si satis superq; clara sint decreti nostri verba, quod die vigesimo Maij proximè præteriti de cessionibus, & donationibus edidimus, ità vt planè mẽs nostra colligi possit quemadmodũ ex ipsius lectione percipi potest, tamen ad maiorem eiusdem nostræ mentis expressionem, & vt omnis ambiguitas, quæ ob hoc in posterum oriri posset tollatur. Præsentium tenore decernimus, & declaramus eam fuisse mentem nostram, quod donationes, & cessiones, quæ inter viuos tantum fient, comprehendant, quæ de iure verè, & propriè donationes, & cessiones appellantur. ¶ Verum quia etiam donationes nonnunquam fiunt, ac iurium cessiones his qui absunt, nec non, & pijs locis interdum: Volumus ad iusiurandum, cuius in eodem decreto fit mentio, donantes, cedentesq; teneri, & idem iusiurandum in ipso donationum, siue cessionum actu præstare: eiusmodi autem absentes, & piorum locorum Deputatos omninò ad ipsum iusiurandum præstandum obligatos esse, cum de donationibus, aut cessionibus ipsis edocti fuerint, & eas acceptare voluerint. Reliqua verò omnia in decreto ipso contenta volumus inuiolabiliter obseruari ad vnguem omni remota exceptione. In quorum testimonium præsentes fieri iussimus, & registrari, nostriq; sigilli impressione muniri. Dat. Papiæ die 25. Iunij 1489. Signat. Philippus.

Vide dicta supra præcedenti Decreto, & ad Statutum 135. in Ciuilib.

Decretum, quod Iudices ordinarij possint procedere summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iuditij. Et quod non capiant salariũ pro causis sibi commissis, sub pœna quadrupli. Rub. 9.

Litteræ Regiæ super obseruatione infrascripti Decreti.

LVDOVICVS Dei gratia Francorum, Neapolis, & Hierusalem Rex, ac Mediolani Dux &c. Fidelibus dilectis nostris commissario Prætori, & Præsidentibus Ciuitatis nostræ Papiæ, præsentibus, & futuris salutem. Ordinis nuper per nos editi his alligatum exemplum vobis mittimus, committimusq;, & volumus illum publicari, & in volumine aliorum Ordinum, & Decretorum nostrorum inseri, & registrari, ac obseruari faciatis. Rescribendo nobis postmodum, & de receptione præsentium, & executione earum facta. Dat. Mediolani die decimo Ianuarij 1502. & regni nostri anno quarto. Per Regem Ducem Mediolani ad relationem Senatus. Signat. Iulius, & sigillat. sigillo Regio in cera rubea.

TENOR DECRETI.

LVdouicus Dei gratia Francorum, Neapolis, ac Hierusalem, Rex, & Mediolani Dux &c. Vniuersis, & singulis, præsentibus, & futuris notum facimus, quòd quandocunque miserti aliquorum inopiam, nonnullorum sexus, aut ætatis fragilitatem, aut alijs dignis ex causis moti, quo celerius ius suum consequantur ad ordinarios Iudices, ad quos alioquin etiam iurisdictio spectaret scribimus, vt in illorum cognitione procedant summariè simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iuditij ipsa facti veritate attenta. Et aliquando etiam clausula illa à se ipso adiecta, vt hoc modo pauperes, minores, mulieres, infirmi, & aliæ huiusmodi personæ, in quorum fauorem scribimus, dispendio temporis, & æris subleuentur, sed quod à nobis, vel à Magistratibus maioribus, quibus sub ea forma scribere licèt in benefitium prædictarum personarum fieri creditur, ab ipsis ordinarijs in dispendium conuerti percepimus, cum ab eisdem pro talium decisionibus causarum salarium extorqueant, sub hoc conuento, vt quasi pro huiusmodi concessione eorum iurisdictio sit alterata, ita vt ex ordinarijs effecti sint delegati, quodquidem genus quæstus, exosi indigne, vt par est ferentes, quod in alicuius commodum conceditur in eius damnum, præiuditiumue conuerti. Per has nostras perpetuò valituras edicimus, & declaramus, nulli ordinario iudici mediatè nobis, vel immediatè subdito, licere post hac, sub pœna quadrupli salarium, vllum consequi ex processu, vel decisione causæ alicuius sibi commissæ, & quæ alioquin iure ordinario ad eius iurisdictionem pertineret, nè commissione huiusmodi cessante salarium vllum ei deberetur, quam pœnam à contrafacientibus exigi volumus, non expectato sindicatu, habita statim notitia, cuius dimidium significanti condemnatum ex nunc esse statuimus. Mandantes Præsidenti, & Senatoribus Senatum nostrum Mediolani, tenentibus, magistrisque Cameræ nostræ, & cæteris omnibus, ad quos quomodolibet spectat, vt hoc edictum, & declarationem inconcussè obseruari faciant, quia sic fieri volumus. Dat. Mediolani die secundo Decembris 1501. regnique nostri quarto. Per Regem Ducem Mediolani ad relationem Senatus. Signat. Iulius. A tergo, Commissario Prætori, & Præsidentibus Ciuitatis nostræ Papie.

Summarium ad Decretum 9.

1 *Videnda ad hoc Decretum.*

2 *An, & quando arbitrium concessum Iudici ordinario alteret eius iurisdictionem, & illum delegatum faciat.*

1 Vide quæ in materia salarij dicta sunt supra ad statutum ciuile 49. sub rubr. de condemnationibus expensarum &c. nu. 14. & 15 quibus addo Caroc. de Locat. & conduc. tit. de substant. locat. q. 7. fol. 21. in magnis. Bertazol. cons. crimin. 81. nu. 3. & seq. & 180. nu. 2. & seq. lib. primo, D. Cost. olim. Collega meus de portion. rat. quæst. 86.

2 † An autem, & quando arbitrium Iudici ordinario datum, alteret eius iurisdictionem, & illam delegatam faciat, vel id minus videndus. Bart. in l. ambitiosa, nu. 34. ff. de decret. ad ord. facien. cuius dicta latius reassumpsit, Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 12. Dec. in l. more nu. 32. ff. de iurisd. omn. iud. Francis. Marc. quæst. 358. quæritur quid contra, part. prima.

Decretum Regium, quòd nullus officialis, siue Capitaneus, siue Castellanus Papiæ, possit se impedire de causa ciuili, nec criminali quouismodo, etiam si litigantes consentiant. Rubrica 10.

LVdouicus Dei gratia Francorum, Neapolis, & Hierusalem Rex, Mediolani Dux &c. Vniuersis, & singulis præsentes inspecturis notum facimus, quod frequens ad nos querela lata fuit arcium, seu Castellorum Capitaneos, dum creditorum eis fortilitiorum custodias diligenter facere, & munitiones curare debent, in alienissimum ab eis munus se se ingerere, & in causarũ cognitiones, ac decisiones, in quibus rudes pænitus, & inexperti sunt

plerumq; declinare ex quo præter subditorum dispendia, quorum controuersiæ sæpè, nec rectè, nec rite dirimuntur, etiam ordinariæ iurisdictiones diminutionem, fiscus quoque noster præiuditium non mediocre patiuntur. Quare, vt opportunè remedium adhibeamus, per has nostras vim perpetui decreti obtenturas, expressè inhibemus memoratis Capitaneis, seu Castellanis omnibus tàm præsentibus, quàm futuris cuiuscunq; gradus, aut conditionis existant, nec non, & eorum locumtenentibus, ne se aliqualiter directè, nec per indirectũ, nec sub aliquo quouis colore in iusdicendo, aut iurisdictione exercenda immisceant, aut intromittant, tàm in negotijs ciuilibus, quàm criminalibus, etiam si partium, & litigantium voluntas concurret, cum tamen nullam penitus iurisdictionem habeãt, nec prorogari, nec priuatorum consensum tribui potest, & hoc sub pœna indignationis nostræ, ac priuationis salarij trium mensium pro singulo actu iurisdictionis, quem exerceri contingat. mandantes insuper quibuscunque Subditis nostris, maximè iurisperitis, Causidicis, & Notarijs causarum tàm ciuilium, quàm criminalium, quatenus non audeant coram dictis Castellanis, seu Capitaneis, nec eorum locumtenentibus causas aliquas cuiuscunq; conditionis existant tractare, nec agere, nec in eis patrocinium præstare, neque eas dicere, nec acta conscribere, nec aliqualiter in causis ipsis se intromittere pro quanto gratiam nostrã caripendunt, & vlterius sub pœna ducatorum quinquaginta, Cameræ nostræ ipso iure, & facto applicandorum in casu cuiuslibet contrauentionis, annullantes ex nunc, ac cassa, & irrita decernentes quæcunque acta, quæ contra harum nostrarum dispositionem coram dictis Castellanis, seu Capitaneis fieri contingent. Dantes ex nunc in mandatis dilectis, & fidelibus nostris gentibus Senatum nostrum Mediolani tenentibus, Magistris intratarum nostrarum, & quibuscunq; officialibus, & iustitiarijs nostris ad quos spectat. Quatenus has nostras obseruari, & inuiolabiliter exequutioni demandari faciant, procedantq; ad exequutionem pœnarum contra quoscunq; inobseruatores, & contemptores, vlla exceptione, aut excusatione non admissa, quia sic fieri volumus. Dat. Mediolani vigesimosecũdo Decẽbris millesimo quingentesimoprimo, et regni nostri quarto. Signat. Iulius &c.

Decretum; quod ducentes de quauis specie victualia Papiam, non possint impediri, nec molestari realiter, nec personaliter, tàm pro debito publico; quàm priuato, nec quauis causa, & occasione. Rub. 11.

EGregie frater, ac nobiles amici carissimi. Ordinauit nouiter Illustris noster Dominus Comes, quod omnes, & singuli tàm Ciues, quàm Comitatui, & quàm etiam queqs alia persona Ciuitatis Papiæ, & Comitatus eiusdem conducere possint, & valeant de quibuscunque partibus voluerint ad hanc Ciuitatem Papiæ, blada, vinum, & victualia cuiuscunque maneriei, absquè eò quòd ipsi tales conducentes pro aliquibus debitis publicis, vel priuatis, ac etiam debitis datiorum, vel aliter realiter, seu personaliter capi, molestari, vel inquietari quoquo modo non possint, seu valeant, Propterea statim ordinetis, cras Domine Referendarie, vosq; Cancellarij repentè scribatis Potestatibus, officialibus, & Rectoribus quibuscunq; locorum, & Villarum Comitatus prædicti, iuxtà solitum, litteras opportunas pro huiusmodi ordine clarius diuulgando. Magistri Intratarum &c. Dat. Papiæ, die 12. Iulij 1404.

Fiat crida pro parte nostri Illustris D. Comitis.

QVod quælibet persona Comitatus Papiæ cuiusuis conditionis, & status existat, possit, & ei liceat liberè, & impunè ducere, & duci facere victualia ad Ciuitatem Papiæ, de puibuscunque locis, Villis, & terris prædicti Comitatus, absq; eo quòd pro debito salis, siuè imbotaturarum siuè datiorum, vel aliquo alio debito publico, vel priuato, possit, vel

debeat

debeat capi, molestari, vel impediri aliqualiter in auere, vel persona, non obstantibus aliquibus decretis, vel ordinibus in contrarium factis, seu disponentibus quoquo modo. Et hoc sub pœna cuilibet contrafacienti florenorum centum pro qualibet vice applicandorum Cameræ præfati Domini 1404. die 27. Septembris, Ioannes de Guarnerio Communis Papiæ tubicen retulit se ex impositione, & mandato Illustris Domini Domini nostri, & etiam ex impositione eidem facta per magistros intratarum &c. preconizasse in locis consuetis dictæ Ciuitatis, taliter quod ad omnium notitiam deuenire possit &c.

Summarium ad Decretum 11.

1 *Videnda ad hoc decretum.*
2 *Ducentes victualia, an capi possint si renũtiauerint huic decreto cum iuramento.*

1 AD hoc decretum, videndæ sunt Non. Med. Constit. tit. de executoribus, & famulis iusdicentiũ. c. si verò executiones, §. Has tñ executiones, nec non statutum supra 40. in ciuilibus, sub rub. quod ducentes victualia, non impediantur, ubi latè annotauimus, † potest tamen huic 2 decreto renunciari expressè, uel sub uerborum generalitate cũ iuramento. Petr. Anchar. quæst. famil. lib. 1. q. 37. nu. 8. sed per d. statut. sup. 40. prohibitum est, quod ea ratione factum intelligo; quia fauorem publicum concernit, & fauori publico, nemo potest renunciare. l. pen. ubi omnes. C. de pact. & dixi ad dictum stat. 40. nu. 14.

Decretum, quod vbi delictum habuerit originem à contractu super ipso non procedatur criminaliter. Rubr. 12.

DVX Mediolani, Veronæ &c. Papiæ, Angleriæq́; Comes, ac Ianuæ dominus &c. Pullulantibus crebrò querimonijs nonnullorum, contra quos criminaliter processum est, & proceditur tàm per te, quàm per alios diuersos iusdicentes, & officiales nostros, siuè per accusam, siuè per querelam, vel denuntiam, esto quod assertum delictum, pro quo processum est, & proceditur, sumatur de negotio, quod habuerit originem à contractu, quod fuit, & est penitus alienum ab intentione nostra. Disposuimus legem imponere, sub qua quicunque clarius amodò sciat qualiter in talibus se habeat, nè nostri ex asperitate, & malitia opprobriosè vexentur, fatigenturq; plusquam patiatur debitum rationis. ¶ Propterea hoc edicto, & decreto nostro, quod pro lege haberi, & inconcusse seruari perpetuò volumus, & in aliorum decretorum nostrorum Ciuitatis nostræ Papiæ volumine inseri, & scribi ad contextum, & litteram, prout iacet: edicimus, decernimus, mandamus, & iubemus, quod per te, nec aliquem ex Iudicibus Curiæ tuæ, nec etiam per officium alicuius executoris, & Vicarij nostri, etiam Capitanei, Iusdicentis, & officialis nostri in Ciuitate, & districtu nostro Papiæ, quomodocunq; sit, & per tempora erit, circumscriptis omni bailia, & arbitrio, quod, & quam haberet vltra dispositionem iuris de cætero non possit, nec debeat sub pœna indignationis nostræ criminaliter procedi per querelam, denunciam, vel accusam, nec quouismodo contra quamuis personam pro aliqua re, vel causa, seu asserto delicto, quem, vel quod sumi possit ex negotio, quod originem habuerit à contractu, & sapit naturam contractus. Et quantumcunq́; processum foret eiusmodi pro nullo habeatur, & nullius efficaciæ sit, valoris, & momenti. Faciendo decretum id sono tubæ præmisso in quibuscunq; locis consuetis dictæ nostræ Ciuitatis, eiusq́; districtu publicè diuulgari, ità quod ad omnium notitiam verisimiliter valeat peruenire. De ipsarum receptione, & prout feceris, nobis illicò rescribendo. Dat. Mediolani die 11. Martij 1413. Signat. Innocentius. A tergo, Nobili viro Potestati nostro Papiæ.

Summarium ad Decretum 12.

1 *Videnda ad hoc decretum.*
2 *Criminaliter procedi non potest, et si vis intercedat, modò non adsit dolus.*
3 *Hoc decretum concordat cũ iure cõmuni, defensioque rerum, & iurium excusat à crimine.*
4 *Abigei gaudent beneficio huius decreti.*

5 *Hoc decretum non procedit, vbi pro re vili, vel modica quis aliquem occidit, vel percutit.*
6 *Item fal. vbi contractus causa non adfuisset tempore commissi delicti.*
7 *Contractus nullus, non excusat à crimine.*
8 *Contractus limites excedens, potest criminaliter puniri, nisi iustã causã habuerit vel ignorantiã.*
9 *De facto procedens, si iuditialiter potest sibi consulere, punitur.*
10 *Contractus procuratus, & affectatus, non prodest.*
11 *Simulatus contractus, non prodest.*

1 CVM hoc decreto condeniunt Nou. Mediol. Constit. tit. in quibus casibus criminaliter procedi non potest, vbi annullatur processus, excipiuntq; casum, in quo, uis, vel dolus interuenerit, & ad hoc decretum videndi plenè, Boss. in sua praxi, tit. in quibus casibus nõ procedatur criminaliter, Plot. in repertorio, l. si quando, C. vnd. vi, in verbo decretum, quod vbi delictum habet originem à contractu, 2 Berrott. noster cons. 44. nu. 14. † volens, quod licet excipiãtur casus, vbi vis, & dolus interueniunt disiunctiuè, si tamen vis interueniat sine dolo, procedi nequit criminaliter, quia non datur uis sine 3 dolo, licèt dolus sine vi dari possit, † concordatq; hoc decretum cum iure communi, quo quis propter contractum à crimine excusatur, l. si adulterium cũ incestu, versic. nouumq; & versic. Imperatores, ff de adult. l. igitur, ff. de lib. caus. vbi gl. in verbo, illicitum, ideò pro defensione rerum, vel iurium, excusatur, quis à crimine, l. vt vim, vbi omnes, ff. de iust. & iur. l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi arm. vbi gl. & vbi ciuilis quæstio est criminis exclusiua, ciuiliter quoq; est terminanda, l. prima C. de abigeis, Farinac. plenè q. 100. lib. 3. ideò hoc 4 † decretum etiam abigeis prodesse, scripsit Boss. in tit. de abig. & secundùm iuris ciuilis regulas est intelligendum. Alex. in l. si quis prior, col. 3. ff. ad trebel.
5 † Non tamen procedit hoc decretum, vbi ageretur de re vili, vel modica, pro qua non licet occidere, vel percutere, Bal. in l. 1. C. locat. Felin. in c. interfecisti de homicid. Alex. cons. 104. lib. pri. Angel. de Malefic. in verbo, exiuit sanguis, qui plura in oppositum considerat.
6 † Secundò, intelligitur, modò de delicto imputatus, volens gaudere beneficio huius decreti, probet, quod tempore asserti delicti aderat causa illa contractus sibi nota, Alex. cons. 103. col. ante pen. lib. 1. Curt. in l. 1. §. hoc autem inditium, ff. si quis iusdic. non obtemp. licèt re vera prǽsumatur quis motus ex eo contractu, Farinac. q. 90. nu. 81. & seq.
7 Tertiò fall. qñ contractus esset ipso iure nullus, Ang. & Imol. in l. ex consensu, §. fin. ff. de appell. Alex. d. cõs. 103. lib. 1. sicut bannũ nullũ non excusat ab homicidio, Cepol. cons. 6. & 39. Alex. cons. 77. lib. 3. Plot. ad l. si quando, nu. 254. C. vnd. vi.
8 † Quartò fall. quando quis scienter excessisset limites contractus, vt in socio priuante socium, occupando totã rem l. si socius, ff. de fur. Alex. d. cõs. 103. Plot d. l. si quando, nu. 136. 309. 310. nisi tamen in excedendo adesset iuxta aliqua causa. Plot. ibi nu. 135. vel ignorãter excessisset ibidẽ nu. 397.
9 † Quintò fall. quando, qui de facto procedit, ratione contractus, alia iuditiali via, potuisset sibi consulere, Alex. cons. 135. lib. 1. Bart. & Doct. in l. si furem, ff. ad l. Corn. de Siccar. nisi tamen quis facultatem haberet propria auctoritate ius sibi dicere, puta in eo, qui est dominus, & potest propria auctoritate ingredi possessionem, Bart. in l. primã, C. vnde vi, Cepol. cons. 4.
10 † Fall. sexto in contractu procurato, & affectato, cum is dicatur dolosus, l. prima, ff. de abig. gl. in l. congruit, ff. de offic. Præsid. Bart. in l. siue autem. §. si duobus, ff. de publican. Cepol. cons. 109. †
11 idem in contractu simulato, Castr. cons. 75. in nouissimis, Bertazol. cons. crim. 427. nu. 63. vers. & talis cætera, videas apud supra citat. Doct. & apud Francis. Ponzinib. in tract. de casib⁹ nõ proceden. criminaliter, compilato apud Cauat. in suo vol. tract. & disputation. fol. 171. & seq. vbi plura ẽt consilia Frandisci Bernand. Porri Mediolanensis hoc decretum declarantia posuit.

Decretum, quod in criminalibus procedatur, non obstante, quod petatur super eo compromissum fieri debere. Rubr. 13.

EGregie, & Sapiens frater carissime. Breuiter respondentes litteris vestris, circa factum accusæ ad officium vestrum porrectæ de possessione turbata, per quas scribitur allegari debere inter partes fieri compromissum, quia accusator, & accusans sunt affines, & eiusdem Parochiæ, sic exigentibus consuetudinibus illius Ciuitatis: nec per officium vestrum debere procedi, requirens à nobis superinde declarari, Dicimus, & scribimus vobis, quatenus non attentis dictis consuetudinibus, quæ in isto casu minimè attendi debent, super dicta causa procedere, iusq; ministrare debeatis, secundum formam iuris communis, & dispositionem decreti superindè, quod ad litteram, prout iacet obseruetis, & executioni mandetis. Dat. Mediolani die decimo oct auo 1446. Regulator, & Magistri Ducalium Intratarum extraordinariarum, ac possessionum &c. A tergo, Sapienti, & Egregio fratri carissimo domino Ioanni de Blandrate Iudici maleficiorum Papiæ.

TENOR DECRETI.

DVX Mediolani &c. Dilectissimi nostri. Audiuimus plures processus inexpeditos esse, & impediri, nè inchoentur, dum inculpati comparent antequam formetur inquisitio, allegantes compromissum fieri debere, quia sunt affines, vel eiusdem Parochiæ, & sic eluduntur, qui iniuriam passi sunt, & Camera nostra. Quare, nè cuiquam deficiat iustitia, mandamus vobis, quatenus delata querimonia quouismodo per officiales, seu Parochianos, aut Consules, vel iniuriam passos, aut alio modo habito rumore, seu fama, vel insinuatione de delicto: & sumpta super eo informatione secundum dispositionem iuris, & statutorum Papiæ, & decretorum nostrorum, vbi indicia assumi debeant: procedatur ad formationem inquisitionis ipsius delicti: Et successiuè audito reo, & datis debitis defensionibus, secundum ordines consuetos absoluatur, vel condemnetur, prout iustitia suadebit, & seruata forma memoratorum iurium, & secundum quòd alias disposuimus per litteras nostras, Mediolani datas die septimo Aprilis 1469. & replicatas die tertio Augusti anni subsequentis. Quæ iura, statuta, & decreta nostra, ac ordines volumus in aliquo infringi, vel circunscribi per viam talium præuentionum, aut interloquutionum, nec alio modo in damnum, iniuria affectorum, & Cameræ nostræ. Et si qui sint processus, seu delicta notificata, quorum cognitio aliter quam supradictum est transiuerit, mandamus super eis ius fieri, prout etiam decreta nostra disponunt, & pari modo pendentes expediantur. ¶ Circa autem stipendiarios, seruari volumus inconcussè litteras per nos scriptas die decimonono Nouembris anni 1470. Signat. Cichus: Sindico nostro ibidem directas: & puniri transgressores præteritos, & futuros, secundum quod ipsæ litteræ se extendunt. Dat. Vigleuani die 18. Martij 1472. Signat. Iacobus, A tergo, Egregio militi, & Doctori Commissario, & Potestati nostro Papiæ, nec non Iudici suo maleficiorum, nostris dilectis.

Summarium ad Decretum 13.

1 VIdenda ad hoc Decretum.
2 Compromissum de crimine ciuiliter intentato, fieri potest.

1 VIde ad hoc statutum, quæ supra tradita sunt ad statutum ciuile 25. sub rub. de compromissis fiendis inter parentes, affines, & vicinos. & quæ ibi scripsimus, & idem cauetur de iure communi, quod super causa criminali non militat compromissum, l. non distinguemus, §. Iulianus, vbi Bart. & alij, ff. de recept. arbit. 2 † nisi tamen de crimine ciuiliter ageretur, pœnaque pecuniaria esset, & parti applicanda, l. quid ergo, §. ex compromisso, vbi Bald. Alb. Castr. & alij, ff. de his, qui not. infam. Blan. in tract. de compromiss. quæst. 4. de causis comprom. num. 26.

Litteræ Ducales disponentes, quod venientes Papiam pro soluendo taxas equorum, & carugium, nullo modo possint personaliter detineri. Rub. 14.

DVX Mediolani, Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Cremonæ Dominus. Dilecte noster. Perche noi intendemo infra pochi dì, di douere prouedere alli nostri soldati, & gente d'arme di qualche dinari, acciò si possino sustentare, & viuere: Pertanto volemo, che con ogni diligenza, & solicitudine attendi ad aretrahere tutti quelli si restino ad hauere di questi tre mesi dell'anno presente per li alloggiamenti de Caualli, & per lo carreggio, in modo, & forma, che ogni vno da qui à Pasqua se ne possiano aiutare, & valere, & di questi non manchi per cosa alcuna. Auisandoti, che quando al detto termine non li potessimo hauere, se dolore ssimo grandemente di te. Et oltra di questo, intendemo di certo habbi perso la prouisione di dui mesi senza alcuna remissione. Dat. Mediolani die 13. Martij 1458. ¶ Post datum, volemo, che ciascheduna persona, che ti porta danari, ò per tassa di

di caualli, ò per carreggio, possino venire liberamente, & che per nessuna altra cagione sieno detenuti, ò molestati, non obstante decreto, ò altro, che vi fosse in contrario. Dat. vt supra. Signat. Franciscus. A tergo, Nobili Viro Bartolino de Eugubio dilecto Officiali nostro super alloggiamentis equorum in territorio nostro Papiæ, & Clastidij &c.

Summarium ad Decretum 14.

1 *Videnda ad hoc Decretum.*

1 VIde † ad hoc Decretum supra Decretum xi quod ducentes victualia, & Nou. Constit. Mediol. tit. de execut. & famul. iusdicent. cap. si verò executiones, §. has tamen executiones, & statutum 40. supra in Ciuilibus, sub Rubr. quod ducentes victualia nõ impediantur, & quę ibi scripsimus, Illustr. tamen Magistratus Redditũum Ordinariorum, aliquando concedit facultatem capiendi personaliter pro debito taxarum equorum.

Litterę super equis vendendis causa armorum si reperti fuerint habere vitium infra quindecim dies à die venditionis, venditor teneatur restituere precium. Rubr. 15.

SPectabilis tanquam frater honorande, In esecutione delle lettere dell'Illustrissimo Sig. nostro Duca di Milano &c. Date à Milano ad otto del presente. Signate, Cichus. Dirette à noi oltra altre lettere dell'Illustrissimo Signore di recolenda memoria genitore del prelibato Signore nostro. Date à Milano à dodeci di Maggio 1464. Signate, Ioannes. Dirette à mi Iacobino infrascritto, del quale le si fà mentione in le prefate nouissime littere ducale. Vi scriuemo, & comettemo per le presenti nostre, che da ciò inanti debbiate seruare, & fare seruare l'ordine infrascritto per li caualli, ronzini, muli, ò mule da carigare generalmente per la gente d'arme del prelibato Signore nostro, tanto che se venderanno alla detta gente d'arme. Qual ordine è questo, che se inanti al contratto, ò vendita di detti caualli, ò ronzini, ò muli, ò mule, si trouasse c'hauessino alcuno difetto di doglia vecchia, ò nuoua, in spalla, gamba, piede, ò difetto di corpo, testa, ò occhi, in questo caso debbiano esser' restituiti al venditore, & il pretio al compratore, mentre che tal difetto che si dirà hauere, sia denunciato per il compratore al venditore, ò veramente al vostro officio frà quindeci dì correnti prossimi sequenti. Et se il venditore non prouerà che nel tempo che lui possedeua quel cauallo, ò ronzino, mulo, ò mula, fusse senza tal difetto de li sopra specificati, si debbia intendere, & presupponere quello difetto essere già causato, & generato in le sue mani, come si contiene in le prefate littere. Et così si debba osseruare per decreto in lo aduenire, non ostante alcuni altri decreti, ordini, siue statuti vecchij in contrario. Dat. Mediolani, die 8. 1474. Signat. Iacobinus de Olzate, & Ioannes de Busti collaterales generales. A tergo, Spectab. tanquam fratri honorando D. Potest. Pap.

Summarium ad Decretum 15.

1 *Videnda ad hoc decretum.*

1 VIDE ad hoc Decretum, Satutum Ciuile 115. tit. de animali morboso, & quæ ibi scripta sunt.

Decretum, quòd possessio defuncti continuetur in hæredes. Rubr. 16.

DVX Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Ianuæ Dominus. Cupientes fraudibus, & malitijs insolentium hominum, ac insidiosis malitijs, & inhumanis calũnijs resistere cum effectu hoc præsenti nostro decreto in perpetuum valituro edicimus, decernimus, &

nimus, & constituimus, quòd possessio, seu quasi quorumcunq; bonorum mobilium, & immobilium seq; mouentium, & iurium per mortem possidentis, vel quasi non vacet, nec vacare dicatur, sed continuetur immediatè, & sic intelligatur continuata in eius hæreditate, & immediatè post hæreditatis additionem, vel immissionem in personam hæredis, & cum ipsis hæreditate, seu hærede, & hæredibus defuncti, seu defunctorũ pro hæreditarijs portionibus quò ad omnem effectum, licet non appareat aliqualiter apprehensa, siue succedant ex testamento, siuè ab intestato de iure ciuili, ac etiam de iure prætorio, ac prætorio municipali consuetudinario, aut iure aliquo, seu beneficio, vel priuilegio communi, vel speciali quocunque iure pro quacunque hæreditate iacente apprehendi possit. Et si contrarium sit vel fuerit attentatum, id sit nullius roboris, & momenti ipso iure. Quod quidem decretum nostrum præcipuum sit, nec vllam recipiat distinctionem, aut interpretationem, sed ad litteram prout iacet obseruetur per quoscunque subditos. & officiales nostros præsentes & futuros à die publicationis ipsius. Mandantes omnibus, & singulis &c, faciant inseri in volumine Decretorum &c. In quorum testimonium &c. Dat. Papiæ, die 27. Nouembris. 1432.

Summarium ad Decretum 16.

1 *Videnda ad hoc Decretum.*
2 *Hoc decretum est correctorium iuris communis, estq; validum num. 3.*
4 *Possessio ex hoc decreto, an vera, & propria dicatur, & an hæres verus.*
5 *Possessio continuatur solum in primo hærede.*
6 *Non habet locum in legatario, nec fideicommissario, etiam si testator authoritatem dedisset capiẽdi possessionem propria auctoritate nu. 7. intellige, vt num. 8.*
9 *Contra fideicommissariũ in possessionem immissum omnia remedia competunt, & vim armatam adhibendo.*
10 *An procedat in bonis feudalibus, & emphiteoticis*
11 *Auocatio, & sequestratio possessionis contra hæredem non datur.*
12 *Huius decreti beneficio, vt sit locus, tria copulatiuè requiruntur.*
13 *Hæres eius qui possidebat iure familiaritatis, non gaudet hoc decreto.*
14 *Remedium continuandæ possessionis est reiterabile.*
15 *A sententia lata in hoc remedio, an detur appell.*

1 VIDE † ad hoc Decretum Nou; Mediolani Constitut. tit. de contin. possess. defunct. in hæredem, quæ etiam plenius loquuntur, & prouident nẽpe censeri continuatam quò ad omnem effectum etiam recuperandæ possessionis, & quod omnis apprehensio medio tempore facta sit nulla, quocunque iure succedatur etiam speciali, Hanc regulam istius decreti plenè examinat, Anton. Gabr. in suis communibus tit. de acquir. possess. conclus. 9. Dec. consil. 44. & triginta octo modis notabiliter declarat, Sebastian. Medic. in tracta. de modis acquir. conseruan. & amittend. rerum domin. glo. prima. part. 2. à num. 30. vsquè ad numerum 70. Tiraq. abundè in tracta. le mort saisit le vif. Cott. in suis memoral. in memorial. incip. decretum Mediolani, Plot. ad l. si quãdo maximè in repertorio, in verbo Decretum Mediolani, de continuan. possess. defunct. Paris. consil. 41. lib. primo, Boss. in titul. de Princip. & priuil. eius nume. 197. & seq. Ias. consil. 85. libro 3. Bursat. consil. 549. lib. 4. Peregr. de fideicom. artic. 47. nume. 14. cum seqq. plurib. Milanens. decisio. 3. per tot.

2 Estq; hoc decretum correctorium iuris communis, quo possessio in hæredem non continuatur sine apræhensione, l. cum hæredes, ff. de acquir. possess. l. qui vniuersas, §. qui per colonum, ff. eod. dicitur tamen conforme iuri communi considerato fine, vt scilicet vltimæ voluntates quò citius fieri potest exequantur, l. fin. C. de edict. diu. adr. tollen. Cost. cons. 23. nume. 25. & seq. & nõ hæreditas vacet & stet in suspenso, solum differt quò ad medium, nam de iure communi requiritur additio, per hoc vero Decretum succurritur per hæreditatis continuationem, vt per Cost. ibidem.

3 Hocq; decretum est validum, Alexand. consil. 24. lib. 3. Curt. consil. 71. Gul. Bened. in cap Raynutius, in verbo mortuo num. 71. de testam. Ias. consil. 85. lib. 3. Paris. cõs. 41. nu. 6. lib. j. Ruin. cons. 27.

4 vol. 5. † dicitur autem hæc possessio, ficta & impropria, sed ciuilissima, Alexand. consil. 36. lib. j. Dec. consil. 84. Alciat. lib. j. præsumpt. 3. Cost. de remed. subsid. remed. 80. num. 2. licet hæres verus, & proprius dicatur hæres, Bald. consil. 181. libr. primo, Ruin. consil. 27. lib. 5. de quo vide Peregr. de fideicom. artic. 47. num. 14. & seq.

5 † Intelligitur autem hoc decretum primo de hærede habili, & capaci, Alexand. consil. 40. lib. 3. Gul. Bened. in d. cap. Raynutius, in verbo mortuo,

6 num. 77. Barbat. consil. 45. lib. 2. † Secundò non procedit in legatario, nec fideicommissario, Ias. consil. 46 lib. 4. Boer. decisio. 295. num. 12. & latè per Peregr. de fideicom. artic. 47. num. 19. & seqq. debet enim capere possessionem de manu hære-

7 dis, † etiam si testator facultatem fideicommissario dedisset apræhendendi possessionem propria auctoritate, Tiraquel. in tract. le mort saysit le vif, part. 7. declarat. 3. num. 2. Cost. d. remed. 80. nume. 5. & 6. Rimin. Iun. consil. 91. num. 28. Ias. cons. 85. vol. 3. vel constituisset se nomine fideicommissarij possidere, vt per Thesaur. decisio. 38. modo tamẽ

8 hæres ipse possideat, vel huius decreti beneficio

gaudere

gaudere velit, si tamen vacantē reperiret hæreditatem, tunc validè, vti posset licentia sibi à testatore concessa, quæ concedi potest, Sim. de Præt. de interpræt. vlt. vol. lib. 5. interpræt. 2. dubit. prima, nu. 97. & seq. Anchar. iun. quæst. 40. num. 2. lib. 2. Rim. iun. cons. 336. nu. 14. lib. 3. Honded. cons. 28. num. 10. & seq. & num. 14. hanc amplectitur, † & si fideicommissarius fuerit immissus in possessionem, potest hæres quibusuis possessorijs remedijs, vti etiam recuperandæ, tàm ex dispositione dictarum Nouarum Constitutionum, quàm iuris communis, Tiraq. le mort, saisit le vif. in 4. declarat. sextæ part. Peregr. dicto art. 47. nu. 13. Cost. de remed. subsid. remed. 80. nu. 3. imòvbi possessio non fuisset vacans, potest propria auctoritate expelli, etiam cum armis, & violenter ex sententia Crau. cons. 5. col. pen. Peregr. dicto loco num. 26. ac etiam si à Iudice possessionem nactus esset, vt ibidem Peregr. num. 30. & seq. nisi per annum, & diem pacificè possedisset, vt dictis Constitutionibus cauetur, & iure communi cautum est, Peregr. qui supra nu. 32. An autem † procedat hoc decretum tàm in bonis emphyteoticis, & feudalibus, quàm liberis, & allodialibus, vide Bertaz. cons. 36. nu. 28. in ciuil. Paseth. cons. 54. Rot. Lucens. Magon. decis. 45. Plot. cons. 2. nu. 12. Bursat. cons. 137. lib. 2. & 349. col. prima, lib. 4. Cost. de portion. rat. quæst. 112. nu. 16. & 23.

9 (margin, beside "ctitur, † & si fideicommissarius")

10 (margin, beside "tum est, Peregr. qui supra nu. 32. An autem † pro-")

11 † Nec potest stante directo hærede volente, vti hoc beneficio, fieri auocatio apud officium, nec sequestratio possessionis in præiuditium ipsius hæredis, Menoch. cons. 696. nu. 6. Costa d. remed. 8. 12 nu. 10. qui nu. 12. & seq. † tria ait necessaria, vt huius decreti beneficio, quis potiri possint; primò, quòd agatur de primo hærede; secundò, capacitas hæredis; tertiò quo sit hæres vniuersalis, vel ad quotā hæreditatis vocatus volens ex pluribus, num. 20. filium institutum in legitima tantum capere illam debere de manu hæredis.

13 † Non procedit pariter hoc decretum in hærede illius, qui iure familiaritatis tantum possidebat, Curt. cons. 110. idem dicens in eo, qui alterius nomine se possidere constituerat, Sebast. Medic. de acqu. conser. vel amitt. possess. gl. prima, part. 2. num. 42.

14 † Est autem hoc remedium continuandæ possessionis reiterabile, tamquam sit retinendæ possessionis, & qui est in possessione non prohibetur Iudicem adire pro manutentione instar edicti, ne uis fiat ei, Menoch. de retin. possess. remed. primo, num. 6. in fine, Roland. Cauagn. in terminis decis. consult. lib. primo, decis. 46. nu. 3. & seq. vbi etiam disputat, an hoc decretum tollat retentionem in creditore hæreditatis, maximè in vsufructuaria.

15 Quid modò, si feratur sententia super hoc possessorio cōtinuatiuo, an ab ea detur appellatio, & quicquid dixerit, Bal. in rub. n. 13. de caus. possess. & propriet. & cons. 141. præmissis num. 3. 6. & 7. & cons. 330. nu. 4. & 5. & 331. lib. primo, teneo non dari appellationem ex his, quæ in punctualibus terminis tolendo, Bald. fundamenta scripsit D. Cost. olim Collega meus cons. 23. per totum.

Quod decretum disponens super detentione personaliter, solum habeat locum inter subditos. Et quod nemo possit detineri pro fictis, seu pensione bonorum existentium in Ciuitate &c. Rubr. 17.

Dominus Mediolani &c. Comes Virtutum Imperialis, Vicarius generalis. Quia forenses personæ Dominio nostro non subditæ forsitan prætendere vellent, quod super nostro territorio pro aliquibus priuatis debitis, quæ haberent cum subditis nostris personaliter detineri non possent, vigore nostri decreti continentis, quod nullus possit pro priuatis debitis detineri certis casibus exceptis &c. Declaramus, volumus, & tenore præsentium mandamus, quod prædictum nostrum decretum obseruetur, & locum habeat inter subditos nostros dumtaxat, nec eius beneficio, ac concessione gaudere debeant forenses personæ nostræ non subditæ dominationi. Hanc autem intentionem nostram firmiter obseruetis, faciendo præsentes litteras diuulgari per totam iurisdictionem vobis commissam, & in aliorum decretorum volumine registrari. Dat. Mediolani die 6. Octobris 1386. Signat. Iacobus. A tergo, Nobili militi Domino Potestati Papiæ.

Summarium ad Decretum 17.

1 *Hoc decretum declaratur remissiuè.*

1 Potest hoc decretum declarari ex his, quæ diximus supra in præludijs ad hæc statuta in ea quæstione, an statuta ligent forenses, num. 147. & 151. cum seqq. pluribus.

Limita-

Limitatio Decreti æditi contra fictabiles &c. quòd possint detineri &c. quod non se extendat contra fictabiles bonorum existentium in Ciuitate. Rubr. 18.

Dominus Mediolani &c. Comes Virtutum Imperialis Vicarius generalis &c. Recolentes alias nostri parte emanasse decretum huiusmodi tenoris. Nos Dominus Mediolani &c. quia in his quæ subditi nostri, & eorum coloni, partiarij, massarij, seu mezadij, fictabiles, socedani, emphyteotæ, pensionarij, & molinarij habent simul facere, satis agitur de interesse dictorum subditorum nostrorum, ideò circa vtilitatem, & commoda prædictorum subditorum nostrorum multipliciter mentem, animumq; versantes, & cupientes super eorum indemnitate, quantum sit possibile nobis prouidere. Tenore præsentium declaramus intentionis nostræ fore decretum nostrum editum bono motu anno Domini 1379. die 22. Martij secunda indictione in effectu disponens, quod nemo possit pro aliquibus priuatis debits personaliter detineri: quò ad dictos colonos, massarios, partiarios, seu mezadios, fictabiles, emphyteotas, socedanos, pensionarios, & molinarios, de cætero locum non habere, imò volumus, & præsentium tenore decernimus, quòd dicti coloni, massarij, partiarij, siuè mezadij, fictabiles, emphyteotæ, socedani, pensionarij, & molinarij per illos, quorum apparent veri debitores, possint conueniri præuia iustitia, & pro eorum debitis personaliter detineri, non obstante prædicto decreto nostro, cui in hac parte ex certa scientia derogamus. Volentes hanc nostram declarationem inseri in volumine decretorum aliorum nostrorum, & statutorum Ciuitatum, & terrarum nostrarum, & de cætero inuiolabiliter obseruari debere. In quorum testimonium præsentes fieri iussimus, & registrari, nostriq; sigilli &c. Dat. Papiæ die 25. Maij 1392. decimaquinta indictione. De quo quidem multiplices querelas habuimus à quamplaribus hominibus Ciuitatum, & terrarum nostrarum merum, & mixtum imperium habentium, qui vigore ipsius decreti personaliter detinentur. Volumus, edicimus, & mandamus, quod decretum nostrum locum non habeat, quò ad capitulum de detentione personaliter, dumtaxat in aliquibus fictabilibus, inquilinis, emphyteotis, siuè alijs quouismodo pensionarijs aliquarum rerum existentium in aliqua ex Ciuitatibus fortilitijs, locis, siuè terris nostris merum, & mixtum imperium habentibus; nec etiam in aliquibus vendentibus, siuè alio quouismodo alienantibus rem, seu res aliquas rusticas, vel vrbanas, cum promissione vendendi, siuè concessione incontinenti, siuè ex interuallo appositis possendi redimere, seu recuperare rem, seu res prædictas, à prædictis emphyteotis, siuè acquisitoribus recipientibus ad fictum tempore, vel in perpetuum, nec etiam in aliquibus correis, vel fideiussoribus talium personarum, & hoc locum habere volumus, tàm in præteritis pendentibus, quàm futuris. In cæteris verò dicta decreta sicut iacet volumus obseruari. Dat. Papiæ die 15. Ianuarij 1394. secunda indictione.

Summarium ad Decretum 18.

1 *Videnda ad hoc Decretum.*

1 Conuenit hoc decretum cum Nouis Mediolani Constitutionibus, tit. de prohibitis, & concess. execution. c. coloni §. Hæc tamen constitutio, & vide annotata supra ad Decretum sextum.

Quòd colonus, fictualis, partiarius, molinariùs, vel massarius, non possint derelinquere, etiam termino elapso res ab eis conductas, nisi prius satisfactum sit ipsi domino, cuius sunt res conductæ, quas vult deserere de omni eo, quod habere prætendit à prædictis, occasione rerum conductarum vtsupra, singula, singulis referendo. Rubr. 19.

DOminus Mediolani &c. Comes virtutum Imperialis &c. Copiam certi nostri Decreti, quod nuper fecimus condi ad obuiandum fraudibus massariorum, vnà cum exẽplo statuti Communis Mediolani editi alias superinde, mittimus vobis introclusam, volentes, & vobis mandantes, quatenus statim ipsum nostrum decretum cum edito statuto, mutatis tamen mutandis, pro lege municipali obseruetis, & faciatis inuiolabiliter obseruari, ac describi in volumine statutorum Ciuitatis nostræ Papiæ, faciendo prædicta in locis publicis, & consuetis vestræ Iurisdictionis preconia voce generali diuulgari sic, quòd ad omnium notitiam valeat peruenire. Dat. Mediolani die 14. Septembris 1386. Signat. Gasparinus. A tergo, Egregio militi Domino Potestati nostro Papiæ.

TENOR DECRETI.

NOS Dominus Mediolani &c. Comes virtutum Imperialis Vicarius Generalis. Ad obuiandum fraudibus eorum, qui possessiones, & bona immobilia, quæ ad fictum, vel alio modo conduxerunt &c. & similis tenor habetur etiam supra in Decreto sub numero sexto.

Summarium ad Decretum 19.

1 *Videnda ad hoc Decretum.*

1 AD † hoc Decretum, vide quæ scripsimus supra ad statutum Ciuile 78. sub Rubricâ, Qualiter, & quomodo retinens massarios &c. & statut. sequens. Quòd credatur non contra massarium &c. & statut. seq. 80. de malo laborerio. & supra ad Decretum sextum, Quòd massarij, partiarij, fictab iles, &c.

Declaratio facta de decreto de animo occidendi. Rubr. 20.

EGregie, & sapiens tanquàm frater charissime. Intelleximus procedi per Dominum Potestatem vestrum contra Stephanum de Ferrarijs de la glarola ad pœnam mortis pro eo, quia vulnerauit animo deliberato occidendi, vt dicitur, quendam præsbyterum, & hoc pro exequutione decreti nouiter editi &c. Et licet non dubitamus prudentiam vestram rectè intelligere debere capitulum illius Decreti, quod ad præsentem materiam pertinet, tamen ad mentis vestræ intellectum dicimus, quòd capitulum illud intelligitur de eo, qui animo deliberato aliquem occidendi, cum telo ambulauerit: prout dicit lex, Is qui cum telo: non autem de eo, qui rixa constitutus aliquem vulnerat, etiam si animo occidendi vulneraret: ita quòd dicta lex, Is qui cum telo, quæ communiter per statuta Terrarum correcta erat, restituta est. Potestis modo vos, qui in facto estis aduertere, quoniam in casu prædictorum vulnus illatum in personam prædicti præsbyteri locum sibi vendicet, nè decretum, & eius voluntas violetur. Dictum igitur Stephanum priuata affectione, quantum licet nobis commendamus. Dat. Mediolani die 11. Septembris, 1445. Signat. Ioannes Ferufinus, & Bartholomeus de Baraterijs, Iuris vtriusq; Doctores, ac Consiliarij Ducales &c. A tergo, Egregio, & Sapienti Iuris vtriusq; Doctori Domino Augustino de Castronouo Vicario Spectabilis Domini Potestatis Papiæ.

Summa-

Summarium ad Decretum 20.

1 Homicidium in rixa non potest dici animo deliberato factum.
2 Animus deliberatus occidendi, ex quibus colligatur.
3 Præsumptiones, vbi sunt pares, quæ præualeant in delictis.

Optima cum ratione fundatur hoc decretū, estq; conforme iuri communi, quo de homicidio animo deliberato commisso puniri capitaliter nequit, qui in rixa inimicum occidit, licèt .n. sit dolosum non tamen deliberatum,
1 † nam nisi constet, quod antea deliberasset illum occidere, sed solum quod casu obuiam habuerit inimicum, & ira cōmotus illum occiderit, vel si duo amici ad rixam, & verborum contentionem deuenientes alter alterum occidat, nō dicitur deliberatum, sed simplex. Clar. in §. homicidium. in verbo dolosum, & ibi latè explicat quattuor modis; Homicidium simplex cōmitti. necessitate scilicet, casu. culpa. & dolo. exēplis exornans in principio, col. 1. 2. & 3. & ibi Baiard. in additio. omitto Farinac. latius explicantem in tract. de homicid. q. 126. part. prima. nu. 1. cum seqq. plurib. & alios, conueniuntq; Nou. Mediolani Const. tit. de pæn. c. homicida. super quo Carpan. pleno calamo comentum edidit.
2 † Animus autē deliberatus occidendi, quatuor modis pariter cōmitti potest; primò, ex proposito absq; aliqua qualitate, secundò, ex insidijs; tertiò proditoriè; quartò, per assassinium, vt latè per Clar. d. §. homicidium, vers. deliberatum, cum pluribus versiculis seqq. & ibi Baiard. plenissimè per conclusiones, Farinac. in tract. de homicid. q. 126. part. 3. per totum, nu. 92. vsq, ad num. 217. post Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. q. 361. Mascard. de probat. concl. 98.
3 † Sciendum tamen est, quod vbi adsunt præsumptiones aliquæ animum deliberatum arguentes, & aliquę illum excludentes plures vincunt minores fortiores, & spetialiores præualent, minus fortibus, & generalibus, & vbi sunt pares, præferuntur illæ, quæ excludunt animum deliberatū. Baiard. ad Clar. d. §. homicidiū. nu. 18. Farinac. d. q. 126. part. 3. num. 99. & seq.

Litteræ cum inserto Decreto super restitutione bonorum parafernalium mulierum restituendorum. Rubr. 21.

DVX Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Ianuæ Dominus. Quoddam editum decretum super mulieribus maritatis, seu maritandis sine liberis existentibus ante completum decimum annum, à die qua ad copulam iuerit matrimonialem, quod vllo modo nequeant per testamentum, codicillos, donationes causa mortis legatum, neq; alio quouismodo de bonis earū parafernalibus donatis, seu schelpa aliqualiter disponere: tibi mittimus præsentibus introclusum. Volentes, quòd illud tàm in Ciuitate nostra Papiæ, quàm in quibuscunque terris Episcopatus eiusdem merum, & mixtum imperium habentibus alijsq; consuetis locis iurisdictionis per nos tibi commissæ, statim publicari, & in volumine aliorū Decretorum nostrorum prædictorum Ciuitatis, & terrarum inseri faciatis pariter, & seruari, de harum receptione nobis illico rescribendo. Dat. Mediolani die 23. Maij 1419. Signat. Theodorus. A tergo, Egregio viro Potestati nostro Papiæ.

TENOR DECRETI.

DVX Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes &c. Nobis præcipuè incumbit curæ, tàm videlicèt salubriter prouidere, quod fraudibus, & deceptionibus, quæ quotidiè inter nostros subditos per directū, & indirectum continuè commmittuntur nostris prohibitionibus, & sanctionibus obuietur. Cum itaq; nonnullorum subditorum nostrorum crebris, quærimonijs perceperimus, quòd licèt ipsi subditi nostri, magnis verò laboribus, & expensis earū filias, sorores attinentes, vel alias quaslibet matrimonio copulent, eisq; vltra dotē cōuentā, tradunt, seu donāt, cū satis magna impensa bona parafernalia mobilia, schelpā vulgaritèr nūcupatā, & de iure, et ex antiquissima, & approbata cōsuetudine d. bona parofernalia, seu schelpa, quæ cōmuniter infra plures consumūtur ānos, deuoluātur deficientibus liberis ad dotātes, et succedētes ipsi mulieri ab intestato. Attamē nè iuri fiat fraus, et præd. cōsuetudo laudabilis deludatūr perc epimus plurimorū relatu, & et mariti, seu opera eorū vxores suas persepe

inducunt, & cogunt interdum ad testandum, & de ipsis bonis parafernalibus donatis ad libitum ipsorum maritorum diuersimode disponere in ipsorum patris, & succedere debentium ab intestato non modicum detrimentum. Consideratione igitur præmissorum, & attento, quod tales mulierum dispositiones potius maritorum, quàm mulierum dici possint, cognoscentes, nec pati intendentes tam apertas fraudes iuris, & dictæ consuetudinis: præsenti nostro edicto perpetuo valituro edicimus, decernimus, & mandamus, Quod quæuis mulieres Ciuitatum terrarum territorij, & districtum nostrorum maritatæ, siue maritandæ sine liberis existentibus ante completum decimum annum à die qua iuerint ad copulam matrimonialem illos nequeant per testamentum codicillos, donationes causa mortis, legatum, nec alio quouismodo de bonis earum parafernalibus donatis, seu schelpa aliqualiter disponere, neq; alicui ea relinquere. Quinimò ipsa talia bona parafernalia donata, seu schelpa venientibus ab intestato superstitibus vsquè ad quartum gradum, gradu secundum iura ciuilia computato, reuertantur, & perueniant ad ipsos donantes, & succedentes ab intestato, ipsis talibus mulieribus decedentibus sine liberis ante dictum decimum annum, omnibus machinatione, fraude, dolo, testamentis, codicillis, & legatis, seu alijs quibuscunque dispositionibus contra formam huius nostri decreti facientibus proximis cessantibus: editemes, & mandantes ex nunc ipsa testamenta, & quaslibet alias dispositiones contra hoc nostrum decretum fiendas nullas, & nulla esse, ac nullius valoris, penitus, & momenti. De præfatis autem rebus, seu schelpa ad pias causas disponere dictas mulieres, permittimus quouismodo, atq; in ipsos donantes, & ab intestato venientes supradictis nequaquam obstantibus. Dat. Mediolani die 20. Maij 1419. Indictione duodecima.

Summarium ad Decretum 21.

1 *Videnda ad hoc Decretum.*
2 *Parafernalia mobilia decennio præsumuntur consumpta.*

1 AD hoc decretum, vide quæ diximus supra ad statut. 87. in ciuilib. sub rub. quod post mortem mariti, mulier non possit petere fructus bonorum parafernalium, & vide Alex. conf. 144. lib. 5. Ioan. de Anan. conf. 36. in principio, & videndus Carpan. ad statuta Mediolani cap. 300. in prima parte, vbi ferè viget idem statutum, Curt. iun. conf. 129. & de confessione mariti, quod res existentes in cofano, vel capsa, sunt vxoris, agit Ruin. conf. 44. vol 2. Rol. à Val. de lucr. dot. q. 50. ideò autem decretum facultatem disponendi de his parafernalibus vsq; ad decennium reduxit,
2 †quia parafernalia bona mobilia tanto temporis spatio consumpta esse presumuntur, Ang. & Alex. in l. maritus, num. 2. ff. ad l. falcid. Bart. in l. cum ad præsens, C. de murileg. lib. 11. Alex. conf. 45. in fin. primi dub. vol. primo, Carpan. d. cap. 300. num. 57.

Quod dedicati post debita cōtracta non possint declinare iurisdictionē. Rub. 21.

NOS Dominus Mediolani &c. Obuiare nonnullorum fraudibus cupientes, qui in suorū præiuditium magistratuum decretorum, & iusdicentium nostrorum forum declinare conantur: Præsentium tenore edicimus, decernimuus, & mandamus, quod nullus cuiuscunq; conditionis, gradus, ordinis, status, aut præeminentiæ existat debitor alicuius ciuis, aut subditi nostri quoquomodo tenens, & possidens de bonis cuiuscunq; ciuis, aut subditi nostri prædicti, possit occasione alicuius ordinis, dignitatis, aut status, vel priuilegij de nouo acquisiti, vel acquirendi postquam debitores fuerint, aut bona tenere, vel possidere ceperint, vt præfertur dictorum magistratuum, siue iusdicentium forum, & iurisdictionem quacunque causa, vel ingenio declinare, & ab eis se eximere, sed ità coram magistratibus, & iusdicentibus prædictis respondere teneantur, & eisdem subijciantur in omnibus, & per omnia, quò ad debita contracta quemadmodū ante acquisitionē dicti ordinis, dignitatis, status, aut priuilegij tenebatur respondere, & subiectus erat, quibuscunque lege, statuto, aut decretis nostris in contrarium facientibus non obstantibus. In quorū &c. Dat. Mediolani die 15. Nouembris 1386.

Quod

Quod blada de loco ad locum circunquaque per Diœcesim conduci possint, modo non accedatur ad fines Dominij per miliaria quatuor. Rub. 22.

ITem decernimus, quòd posthac quilibet per diœcesim suam conducere possit blada, siuè super possessionibus suis nata, siuè non circunquaque, & ad quæcunq; ipsius Diœcesis, seu locum, dummodò non accedat ad fines alterius dictionis, quàm nostræ per quatuor passuum millia, & ab officialibus requiratur licentia, quæ gratis fiat, & si non facta fuerit pro concessa habeatur. Quò verò ad descriptiones, & Capitaneos de uetus, Edicimus, & sancimus, vt post hac nulla bladorum per officiales nostros, siuè ab eis mittendos descriptio fieri possit, nisi eius loci, in quo fiet officialis, vel Consul, vel Præsbyter adsit: Isq; officialis, vel Consul, vel Præsbyter, nihil propterea accipere possint, & qui ad descriptionem mittetur, non possit ducere secum, nisi equos duos, & pro Contrascriptore, si Contrascriptor ducetur, nihilq; petere, & exigere possit, præter sumptus hospitij, & victus ab eis persoluendis, qui persoluere teneatur iusta consuetum. ¶ Capitanei autem non possint quenquam inquirere, nec præcepta ei mittere, nisi in fragranti crimine reperiantur, verum si contra aliquem indicia haberent, & ad deputatos super bladis mittant, nec prius procedere incipiant, quàm responsum acceperint quid agendum sibi sit, processusquè aliter factus non valeat, nec teneat. Decernentes item, quòd si prædicti Capitanei, vel officialis quisquam contra ordines, tàm in præsenti capitulo contentos, quàm alios super rebus huiusmodi bladorum disponentes exegerint, cadant in pœnam quadrupli eius, quòd exactum fuerit Cameræ nostræ pro duabus partibus, & accusatori pro tertia ipso iure, & facto applicandi, & prætereà officio priuentur, & priuati esse intelligantur.

Summarium ad Decretum 22.

1 *VIdenda ad hoc Decretum.*
2 *Extrahentes blada extra Territoriũ qualiter puniãtur.*
3 *Statutum puniens emptorẽ, complectitur, & venditorem.*
4 *Transiens per Dominium Mediolani, cum frumento alibi nato, non punitur.*
5 *An comprahendat exteros bona in Dominio sidentes.*

1 COnueniunt cũ hoc Decreto Nou. Mediol, Constitutiones, tit. de præfect. annon. §. liceat tamen cuicunq; & vide infra decretum 44.
2 † Extrahentes verò blada, qua pœna puniendi, & qualiter edictum interpretandum sit, vide apud Salic. plenè in l. 3. C. de nautic. Fœnor. Iacob. de Aren. in l. 1. C. qui accus. nõ poss. Plot. in l. si qñ, nu.
3 189. C. vnde vi, † statutumq; pœnã imponens emptoribus bladorum ad extrahendum extra prouinciã, cũplectitur ẽt venditores forenses, Plot. d. loco, & alia in materia bladorũ vide apud Rip. auũ mihi maternum in tract. de pest. tit. de remed. ad conseru. vbertat. in parte incip. deuenio nunc ad modum, per totum, nu. 133. & seq. vsq; ad nu. 200.
4 † Non tñ puniretur conducens frumentũ in aliena iurisdictione natum, licèt in conducendo transiret p dominium Mediolani, Boer. decis. 128. n. 12.
5 † Non pariter afficit forensẽ bona in territorio possidentem, & fructus dict. bonorum extrahenté, vt per Thesaur. decis. 152. licèt re vera ipse super hoc dubitet, & probabiliter quidem, quia attenditur locus vbi fructus sunt nati, non autem dominium, alias sequeretur, quod forenses, imò etiã subditi possent extra dominium habitare, & fructus ibi asportari facere in damnum subditorum cum tale edictum publicæ vtilitatis gratia sit conditum cetera plenissimè videas apud Rip. d. tract. de pest. tit. de remed. ad conseruand. vbertat.

Decretum, quòd nemo possit extrahi extra forum suum, & de iudicibus appellationũ committendarum in Collegio Dominorum Iudicum Papiæ &c. Rubr. 23.

BONA, & Ioannes Galeazius Maria Sfortia Vicecomites, Duces Mediolani &c. Papiæ, Angleriæquè Comites, ac Ianuæ, & Cremonæ Domini. Nuper miserunt ad nos Præsidentes Ciuitatis nostræ Papiæ suos Oratores, Egregios, & Sapientes Doctores Dominum Franciscum de Curte, & Dominum Ioannem Augustinum Isimbardum, cum

requisitionibus huiusmodi inter reliqua, videlicet, 1480. die primo Maij, instructio spectabilium Oratorum Magnificæ Communitatis iturorum Mediolanum ad Illustrissimos Dominos Dominos Duces, & nobis obseruandissimos. ¶ Primo, considerata querimonia plurimorum Ciuium tàm ad instantiam aliorum Ciuium, quàm forensium tractorum extrà eorum iurisdictionem, & forum ad litigandum, mediantibus litteris Ducalibus secreti Senatus iustitiæ, & magistratuum, contra dispositionem iuris, decretorum Ducalium, statutorum, & ordinum Ciuitatis Papiæ, & ad maximum damnum, dispendium, & expensarum Ciuium, cum actor sequi debeat forum rei, & nemo inuitus extra iurisdictionẽ propriam trahi debeat. Supplicatur Excellentijs Illustrissimorum Principum nostrorum, vt dignetur reuocare quascunque commissiones iam factas cum processibus, & sententijs inde sequutis. Et quòd de cætero Ciues, & Comitatiui Papienses nullatenus trahantur, & trahi possint extra iurisdictionem, & forum suum, sed à Potestate Papiæ, Vicario, Iudice, & cæteris Magistratibus ordinarijs Papiæ ius ministrari debeat, ità quòd litteræ, quæ in contrarium impetrari contingat obrepitiæ, & subreptitiæ, censeantur, & nullius valoris, & momenti, & hoc ex certa scientia, & proprio motu, de potestatis plenitudine, non obstantibus aliquibus in contrarium quouismodo facientibus in amplissima forma: confidentes de integritate, & prudentia Oratorum suorum.

Secundò, quia conuenit iuri, & honestati, quòd omnia, & singula loca Comitatus Papiæ, tàm infeudata, quàm non infeudata, separata, quàm non separata, potius recognoscere debeant nutricem suam antiquam Ciuitatem ipsam Papiæ, quam alia loca: decreuit Ciuitas impetrare, & supplicare Excellentijs suis, vt dignetur patentibus litteris concedere, quòd omnes, & singulæ causæ appellationum, & vbi dari consilia Sapientum in quibuscunq; causis contingerit in quouis loco, & terra dicti Comitatus, tàm locorum quorumuis separatorum à corpore Ciuitatis, quàm infeudatorum, & aliorum omnium, & singulorum de cætero committantur, & committi debeant Papiæ in Collegio Dominorum Iudicum dictæ Ciuitatis, & non in alia Ciuitate, vel loco, vel alijs personis, quam Dominis Doctoribus in dicto Collegio. Et si contigerit aliter fieri, & committi consilia, & causas appellationum, commissiones processus, & sententiæ nullius valoris, roboris, & momenti, existant ipso iure, & facto, cum clausulis opportunis ex certa scientia motu proprio, & de plenitudine potestatis, & cum clausulis, non obstantibus, & cum derogatione omnium, secundum exigentiam, & discretionem Oratorum. Et quod præsens ordo publicetur in quibuscunq; locis dicti Comitatus.

Tertiò, quia Communitas Papiæ nihil habet redditus in communi, præterquam assignationem librarum ducentarum singulo mense, expendendarum in laborerijs necessarijs, prout latius in assignatione, & concessionibus Illustrissimorum Principum apparet, super intratis ordinarijs quia dictos totiens Oratores mittere, & maior est expensa Ambasciatorũ, quàm assignationes: supplicare, quòd dictæ pecuniæ mensuatim accipi possint super datio molezij, seu alio ordinario dictæ Ciuitatis. Et superinde impetrare litteras opportunas, aliter Communitas ipsa remanebit oppressa, & destructa, & Camera damnum patietur.

Quartò, quia plures sunt ciues Papiæ habentes bona in loco Sartiranæ, & alijs terris comitatus, qui secundum ordines, decreta Ducalia, & statuta Papiæ, quando habitant in Ciuitate Papiæ continuè, vel pro maiori parte anni cum eorũ familijs, nõ debent cõtribuere, nec aliqualiter grauari cũ d. locis Comitatus pro bonis, q̃ ibi habẽt, & possident: Supplicare, q scribatur, & obtineãtur litteræ patẽtes, per quas significetur oĩbus officialibus, et maximè deputatis ad reformationẽ estimorũ, nè permittant cõtra ordinẽ præd. ordinamẽtorũ Ciues Papien. & Papiæ habitãtes vlś. grauari, & seu in aliquo grauari, supplẽdo in his, et alijs opportunis, prout sapiẽtiæ eorũ videbitur expedire. Igitur cũ ipsos Oratores in vtroq; Senatu nostro audiri, et diligenter examinari iusserimus, ipsius ciuitatis beneficio, & commodo consulere

cupientes, cum eã iure cariſſime habeamus ob eius ſingularem in nos fidẽ, & deuotionem.

Tenore præſentium, quò ad primum capitulum de interdicendis commiſſionibus ſpectat. Volumus, declaramus, & concedimus, quòd de cætero, & in futurum Ciues, & Comitatui Papienſes non trahantur extra iuriſdictionem, & forum dictæ Ciuitatis, ſed onus ius miniſtrandi Poteſtati Papiæ, ac Iudicibus ordinarijs relinquimus. Et ſi contingat in futurum aliquas litteras in contrarium emanari in trahendo eoſdem ad alienum forum, volumus cenſeri illas obreptitiè, & ſubreptitiè impetratas, potius ad importunitatem petentiũ, & ſic illas nullius fore valoris edicimus. Decernentes prædicta motu proprio, & de noſtræ poteſtatis plenitudine, aliquibus in contrarium non attentis.

Ad ſecundum capitulum, de obſeruantia ordinum, & decretorum, circa cauſas appellationum, & conſilia Sapientum. Concedimus, & volumus, quòd omnes commiſſiones in toto Comitatu Papiæ, omnium terrarum, & locorum, tàm mediatè, quàm immediatè nobis ſuppoſitorum, fiant Doctoribus Collegij Iudicum Papiæ, & non alijs, vbi via contentioſæ comiſſionis agatur, his modo, & forma, quibus per Illuſtriſſimum quondam ſocerum, & auum noſtrum litteris. Dat. Mediolani die 15. Decembris. Signat. Vincentius de Claratis. Via autem voluntariæ iuriſdictionis poſſint compromiſſa fieri, vbi, & quibus partes voluerint, ac concordes fuerint. Decernentes, quod ſi contingat alijs, vel alibi ipſas commiſſiones fieri aliterquam prædiximus, ex nunc ipſas commiſſiones, proceſſus, & ſententias ſuperinde fiendas nullius fore momenti, & pro caſſis, & nullis haberi. Et prædicta decernimus ex certa ſcientia motu proprio, & de noſtræ poteſtatis plenitudine, aliquibus in contrarium facientibus non attentis.

Ad tertium de libris ducentis menſuatim aſſignandis, prouidebimus opportunè, quòd huiuſmodi aſſignatio fiat.

Ad vltimum, quòd ad æſtimorum reformationem pertinet, volumus, & mandamus, quòd ordines, ſtatuta, & decreta ſeruentur ſuper bonis ciuium extrahendorum ab æſtimo dictarum terrarum. Et ità mandamus quibuſcunq; officialibus, & reformatoribus æſtimorum, quòd obſeruent, & faciant inuiolabiliter obſeruari. In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, & regiſtrari, noſtriq; ſigilli impreſſione muniri. Dat. Mediolani die 29. Iunij 1480. Signat. B. Calchus, & ſigillat. ſigillo magno Ducali in cera alba, & regiſtrat. in fol. 113. A tergo.

Summarium ad Decretum 23.

1 *Videnda ad hoc Decretum.*

1 AD † hoc Decretum, quò ad primam partem, quòd nullus ciuis poſſit extrahi extra forum ſuum, vide Nou. Mediolani Conſtitutiones, tit. de for. competen. Boſſ. in praxi, tit. de for. competent. & vide quæ ſcripſimus ſupra ad primum ſtatutum, tàm in materia fori, quàm committendarum cauſarum iudicibus de Collegio Dominorum Doctorum Papiæ.

Litteræ cum inſerto decreto ſuper prorogationibus. Rub. 23.

DVX Mediolani &c. Dilecte noſter. Senatuſconſultum à Senatu noſtro ſecreto ad circuncidendos longiores litium terminos, & procraſtinationes conditum eſt à nobis diligenter conſideratum, atq; in vim, & formam decreti conuerſum, his incluſum ad vos mittimus, volentes, ac vobis mandantes, vt iſtud publicis, ſolitiſquè in locis promulgari quòd ad omnium notitiam perueniat, ac in alia decreta noſtra referri curretis. Dat. Vigleuani die 11. Martij 1494. Poſt ſcripta. Tàm de receptione præſentis decreti, quàm eius publicatione, nos litteris veſtris quamprimum certiores facietis. Dat. vt ſupra. Signat. Philippus Comitis. A tergo, Spect. Equiti Conſiliario, & Commiſſario, ac nobili nobis dilecto D. Commiſſario, & Poteſtati Papiæ noſtris dilectis.

TENOR DECRETI.

IOannes Galeatius Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriaq; Comes, ac Ianuæ Dominus, & Cremonæ. Fecit nuper Senatus noster senatusconsultum in sententiam subsequentem, videlicet. Cum Illustrissimus Dominus Ludouicus Maria Sfortia pater, & patruus noster honorandissimus ad Senatum scripsisset se admonitum fuisse de nimia, & indebita procrastinatione, ac dilatione causarum, quæ dicebantur de industria à Doctoribus Collegiorum Ducalis dictionis protrahi in maximum detrimentum, & iacturam litigantium, iussissetque propterea per Senatum decerni aliquid ad tollendas eiusmodi procrastinationes. Senatus secretius vocatis Abbatibus, & aliquibus ex primioribus Collegij Mediolani adhibitoq; Senatu iustitiæ re sæpius consultata, & diligenter examinata, censuit nullum aliud remedium salubrius excogitari posse, quam recidere prorogationum facilitatem, à quibus dilationum fundamenta iaciuntur. Et propterea deuenit in hanc sententiam, vt in prorogationibus concedendis semper mature, & consulte procedatur, nec deueniatur ad concessionem alicuius prorogationis, præterquam in causis compromissi voluntarie facti, vbi non sit deuentum ad electionem tertij ex necessitate, nisi prius detur iuramentum tàm commissario causæ, quàm litigantibus, à quibus postulabitur, an per calumniam, & vt res protrahatur, vel ex necessitate prorogari causam postulent, & quod ea necessaria sit pro cognitione, & decisione causæ. Et iurante commissario simulq; altera partium de necessitate vt supra, eo casu possint concedi duæ prorogationes. Et hoc iuramentum præstari debeat, vel in manu Notarij ad id rogati, vel in manu alicuius ex Cancellarijs illius Senatus, vbi prorogatio ipsa petetur, sufficiatq; si iuramentum prædictum infra duos dies immediate sequentes postquam prorogatio ipsa fuerit petita præstitum fuerit. Et possit procurator causæ tale iuramentum præstare loco principalis sui. & solum duæ in vna causa concedi possint, interueniente tamen semper eiusmodi iuramento, & nulla earum prorogationum excedere possit mensem vnum continuum. Et si vltra secundam prorogationem aliæ etiam postulabuntur non concedantur, nisi vltra eiusmodi iuramentum rè Principi significata, & approbata ab eo rescriptum fuerit, vt concedatur, cuius mens est ne hæ quæ tertio loco concedendæ dilationes videbuntur mensem vnum continuum, vt aliæ superius dictæ excedant. Hoc tamen declarato, quòd prædictæ prorogationes concedendæ initium sumant in causis ordinarijs prius completis terminis à decreto in causarum instantijs limitatis, & in causis summarijs, vel cridarum, & alijs quibuscumque causis extraordinarijs finitis dilationibus à lege, vel à Iudice datis, & concessis. ¶ Verum si vtraq; pars conuenerit de prorogatione qualiscunq; postulabitur, & sponte, ac liberè assentiantur, & petant, ac subscribant ipsi principales, modo non sint absentes, aut valitudinarij, aut mulieres, vel pupilli, aut ex aliquo genere eorum, qui ipsi petere, aut subscribere non possunt. Vt cautius omni dilationis generi occurratur, & in casu quod in aliquo generũ prædictorum principales sint pro eis liceat procuratoribus petere, ac subscribere, tunc procarum arbitrio censuit Senatus ipsam esse concedendam, quandoquidem ex libera voluntate partium in contractum transire dici potest. Hoc idem etiam obseruetur in causis pendentibus, quæ longo tempore durauerint, & vltra concessas prorogationes in illa causa, duæ etiam duntaxat ex ordine concedi possint modo quo supra. Et si aliæ prorogationes vlterius postularentur non concedantur, nisi seruato ordine, quo supra, firmis tamen, & in suo robore manentibus alijs prorogationibus antea concessis.

Item ordinatum est, quòd si hactenus aliquæ prorogationes, vel suspensiones concessæ fuissent absq; temporis præfinitione, quòd ad querelam illius partis, quæ tali prorogationi non consensit præfigatur terminus illi prorogationi, vel suspensioni, qui tamen mensem continuum

minum non excedat, nec vltra, vt ipsi liti celeriter finis imponi possit. Hoc tamen addito, quòd amodo tales prorogationes, vel suspensiones sine temporis præfinitione non concedantur nisi procedant ex libera, & spontanea partium ambarum voluntate petita à principalibus vt supra.

Insuper cum vltra prorogationes contingat, etiam peti suspensiones. Ordinatum est, vt nulla suspensio, quæ à parte postularetur concedatur, quæ excedat quatriduum continuum in Ciuitate Mediolani, vel in Ducatu, & extra Ducatum, à quatriduo vsq; ad dies duodecim continuos, iuxtà qualitatem locorum, & temporum, nisi præstito iuramento, & habita cognitione de necessitate suspensionis his modo, & forma, quibus supra sancitum est fieri debere de prorogationibus concedendis. Et quando in omnibus quæ aguntur extra iurisdictionem Vrbis Mediolani, non possent nisi cum maxima incommoditate Commissarij causarum, nec partes accedere ad Senatum pro iureiurando, & suprascriptis executioni mandandis. Ordinatum est, vt pro prorogationibus, & suspensionibus concedendis in causis, quæ aguntur extra iurisdictionem Ciuitatis Mediolani. Vt hoc Senatusconsultum mittatur ad omnes Commissarios, ac Prætores Ciuitatum Ducalium, quod per eos publicetur in Ciuitatibus, & oppidis, terrisq; maioribus sibi commissis, & perpetuò circa iusiurandum, & cognitionem habendam de necessitate eiusmodi prorogationis, quæ postulabitur per ipsos Commissarios, vel Prætores exequutioni mandetur in omnibus, prout supra disponitur. Postmodum delato iuramento per ipsos partibus vt supra Commissarij, ac Prætores per eorum litteras Senatum statim moneant, & de iuramenti delatione, & de prorogationum necessitate, vt postmodum per Senatum ipsum prorogationes ipsę confirmari possint. Quare omnibus tum à nobis tum ab Illustrissimo Domino Ludouico Barri Duce patruo nostro honorando examinatis, cum, & prudenter considerata, & diligenter preuisa instituta iudicemus. Tenore præsentium ipsum Senatusconsultum approbantes, & summo operę laudantes illud vim perpetui, & robur inuiolabilis decreti habere volumus, & iubemus, rursusq; omnia in eo contenta seruari decernimus, & sancimus. Mandantes Senatoribus vtriusque Senatus nostri reliquisq; Magistratibus, & Iusdicentibus nostris omnibus præsentibus, & futuris, cæterisque ad quos quomodolibet spectat, & spectabit, vt prædicta omnia diligenter custodiant, & obseruent, obseruarique inuiolabiliter faciant pro eo quanti gratiam nostram caripendunt. In quorum testimonium præsentes fieri, & registrari iussimus, nostriq; sigilli impressione roborari. Dat. Viglevani die duodecimo Martij 1494. Publicat. ad sedes Palatij Communis Papiæ die 20. Martij.

Summarium ad Decretum 23.

1 *VIdenda ad hoc decretum, intercedens pro altero Papiæ prorogationes subscribit.*

2 *Prorogatione vna concessa à Iudice, si ex post partes de consensu prorogent, an possit illos elapsis secundam dilationem à Constitutionibus concessam petere.*

3 *Remedia vbi sũt subordinata vnius electiones tollitur alterum.*

4 *Iuri suo, quando quis renuntiare dicatur.*

5 *Forma iuramenti in prorogationibus, an per æquipolens, possit seruari.*

1 IN prorogationum materia, melius disponunt Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de iud. ca. & quia plerumq;, quibus cautum est prorogationes fieri posse de partium consensu, modò principales se subscribant, nisi essent absentes, vel valetudinarij, aut mulieres, vel pupilli, aut nesciant scribere, nam pro his subscribunt procuratores in hac tamen patria mea quilibet intercedens, etiam absque mandato prorogat instantiã, & subscribit, & ita seruari mandauit Senatus 1575. die 29. Maij ad preces D. Federici Sanazarij patrui mei, & anno 1590. die 18. Iunij ad preces Ioannini, & nepotum de Gazotis: si autẽ prorogationes sine præfixione temporis concedantur a alterius partis petitionem terminus præfigatur, qui mensem non excedat, altera autem parte petente duæ prorogationes vnius mẽsis pro singula concedi debent, apposito per Iudicem, & partes iuramẽto, q nõ p calumniã petitur, & vt res protrahatur, sed ex necessitate prorogari postulant, & quod prorogatio necessaria est pro cognitione, & decisione causæ, & multa in materia instantiæ cumulauimus supra ad statutum primum in ciuilibus nu. 171. cum seqq. pluribus.

2 † Quid modò, si post concessam vnam dilationẽ seu prorogationem à Iudice, fiant aliæ prorogationes

tiones intermediæ de consensu partis, an his elapsis, possit pars petere secundam dilationẽ ad formam Constitutionum, videretur, quod sic, quia iure sibi competenti nemo præsumitur renuntiare, Surd. cons. 531. num. 16. contrarium tamen
3 suaderi posse videtur, † quia cum sint remedia alternatiua, & subordinata, vnius electione tollitur alterum. Capic. decis. 119. nu. 6. Surd. cons. 413
4 num. 17. † ad regulam, quod iuri sibi competenti, nemo præsumitur renuntiare, satisfacit. Mascard. concl. 1263. Surd. cons. 35. num. 2. & 431. num. 26. qui enim non facit in tempore, præsumitur renuntiare, Menoch. consil. 913. num. 32. Surd. cons. 97. num. 23. & cons. 52. num. 25. & electione unius tollitur alterum, Gabr. in suis cõmunibus, tit. de action. concl. 2. facit glo. in l. fin. vbi Doct. C. qui admitt.
5 † Forma autem iuramenti in subscriptione prorogationum de qua supra ad formam Nou. Constitutionum an per æquipollens possit seruari: Senatus Mediolani rescripsit, posse 1588. die 2. Decembris, super mutuis precibus, Alex. Osij, & Ganoti, & potest videri, Soc. cons. 10. num. 6. lib. 4. Asin. in praxi, §. 3. c. 40. 41. & 42. Anguisol. cons. primo, num. 10. lib. 2.

Practica Dominorum Iudicum Collegij Papiæ, super executione, præuentione, & simulatione instrumentorum. Rubr. 24.

IN Nomine Domini &c. Quoniam frequenter in dubium reuocatur in exequutionibus, quæ per creditores postulantur coram Iudicibus secularibus, virtute instrumentorum habentium paratam exequutionem, secundum formam statutorum Communis Papiæ, putà quia debita condemnata ex dispositione statutorum antedictorum, an opposita pro parte debitoris exceptione, simulationis, contractus, vel quòd contractus ipse fuerit celebratus in fraudem vsurarum, & pignorationis, quàm eius tenor in alia figura ponat, paratumq; se offerat debitor probaturum infra terminum eidem statuendum de prædictis simulatione, & fraude admitti debeant per Iudicem secularem probationes, tàm per testes, quàm aliter, & consequenter retardari debeat exequutio petita, non obstante statuto in volumine statutorum ciuilium posito sub rubrica, quòd solutio, vel extenuatio contra instrumentum non possit probari &c. Contingit quoque, quòd causa, & occasione talium instrumentorum, & exequutionis, quæ exinde petitur, habetur plerunquè, & sæpius recursus ad Iudicem ecclesiasticum, qui Iudex ecclesiasticus aliquando prætermisso decreti ordine emanati alias ad obuiandum, ne laici sub ecclesiasticis magistratibus frustentur laboribus, & expensis per suas litteras inhibet, nè Iudices seculares debitas faciant exequutiones &c. Vt omnis in præmissis de cætero cesset, & tollatur dubietas, fiatq; & tradatur certa forma, & practica in Collegio Dominorum Iudicum Ciuitatis Papiæ seruanda, suprascripti omnes Iudices inuicem, & simul congregati in Camera Collegij dictorum Dominorum Iudicum, ordinauerunt, & prouiderunt de cætero seruandum esse, & seruari debere, ac haberi pro forma, & stabili practica in quibuscunquè causis, litibus, & quæstionibus, vbi prædicta dubia oriri contingat in Ciuitate Papiæ, eiusq; Comitatu, vt infra, per omnia inferius per seriem continetur.

Et primò, quòd quandocunquè debitor prætendens contractum, vel instrumentum esse fictitium, simulatum, & in fraudem vsurarum confectum præuenit exequutionem ipsius talis instrumenti, vel contractus, porrigendo libellum coram Iudice ecclesiastico super huiusmodi simulatione, & fraude, quòd eo casu per Iudicem ecclesiasticum possint, & valeant transmitti quæcunq; litteræ inhibitoriæ opportunæ ad impediendum, ne lite pendente per Iudicem secularem fiat exequutio, vel nouitas alia tendens ad exequutionem prædicti talis contractus, vel instrumenti, & Iudex eo casu, parere teneatur Iudici ecclesiastico.

Item prouiderunt, & ordinauerunt vt supra, quòd vbi debitor, siuè agendo, siuè excipiendo arguat, vel prætendat contractum, vel instrumentum fore fictitium, vel simulatum, vel in fraudem vsurarum confectum, & probauerit illum, qui contraxerit fuisse tempore dicti contractus, vel antè, vsurarium manifestum, secundum formam decreti suprascripti coram Iudice seculari; quod tunc fiat, & fieri debeat remissio ad Iudicem

ecclesiasticum

ecclesiaſticum ſi petatur. Et eo caſu ſeruetur ipſum decretum ſuper hoc diſponens, & quòd admittatur probatio ſimulationis per teſtes, & debitore probante ſimulationem impediatur exequutio. Eodem modo admittatur debitor ad probandum ſimulationem contractus, vel inſtrumenti per teſtes, vel aliter legitime coram Iudice ſeculari, etiam ſi non probauerit, tunc creditorem eſſe, vel fuiſſe vſurarium, ſecundum formam dicti Decreti, & interim ſuſpendatur executio, & dicta ſimulatione probata impediatur, vt præmittitur.

Item, quòd vbi debitor prætendat fuiſſe creditori ſolutum, vel ſatisfactum, ſed hoc probare non poteſt, niſi per teſtes, quæ probatio non admittitur ad impediendum exequutionem petitam per creditorem hoc iubente dicto ſtatuto, quòd ſolutio, vel extenuatio non probetur per teſtes &c. Si dictus debitor præueniat dictam exequutionem per viam libelli coram Iudice ſæculari, aſſerendo ſolutionem eſſe factam, vel aliter prætenſum inſtrumentum fore pœnes creditorem ſine cauſa, quòd eo modo agendo, poſſit fieri probatio per teſtes. Et nè in protelando exequutionem fraus eſſe poſſit, & committatur per debitorem, quòd dicta lite pendente, nihilominus poſſit creditor petere exequutionem ſuam, quàm faciat, & facere debeat Iudex ſuprascriptus, niſi debitor intentionem ſuam probauerit infra tempus, & ſpatium decem dierum vtilium.

Item ſi petatur exequutio alicuius Inueſtituræ, quæ allegetur per debitorem fictitia, vel ſimulata, & in fraudem vſurarum confecta, & quam inueſtituram precesſerit venditio facta per debitorem, & ſit licentia de retrouendendo, & exceſſus notabilis in præſtatione ficti, quod fictum excedat ad computum florenorum ſeptem pro centenario, ſiuè fictum ſit, ſiue in pecunia numerata, ſiuè in alia re, vel ſpecie, cuius extimatio communis excedat dictam quantitatem ſeptem pro centenario, quod tunc allegans dictam ſimulationem audiatur, & Iudex eccleſiaſticus, etiam non facta probatione coram Iudice ſeculari, quòd inueſtitus fuerit, & ſit vſurarius, poſſit, & valeat inhibere prædictam exequutionem, & in dicto caſu Iudex ſecularis teneatur parere litteris inhibitorij prædicti Iudicis eccleſiaſtici, etiam ſi decretum prædictum hanc cauſam non compræhenderet, ſed quæ ad tranſmiſſionem prædictam fiendam ſufficiant apparere licentiam ſuprascriptam, & prædictum exceſſum in præſtatione ficti, vt præmittitur.

Summarium ad Decretum 24.

1 *Simulationis materia, vbi tractatur.*
2 *Inſtrumentum ſimulatum differt à falſo, & à fraudolento contractu, & quot ſint ſimulationis ſpecies.*
3 *Simulationis exceptio, an perpetua.*
4 *Simulationis cauſa, quandò per Eccleſiaſticum, vel laicum Iudicem ſit cognoſcenda.*
5 *Vſurarum cauſa coram quo Iudice terminanda.*
6 *Contractus vſurarius, qualiter probetur remiſſiuè.*
7 *Simulationis exceptio, an executionem impediat.*
8 *Bulla Iuliana diſponens penſiones non poſſe excedere ſeptem pro centenario.*

1
VM in hoc Decreto agatur de materia ſimulationis contractus, occaſio ſeſe offerret tractatum pænè in ſimili materia conſcribendi, verum cum hoc non ſit propoſiti noſtri, ſufficiat locos, & tractatus indicaſſe, ne alienã meſſem in horreo noſtro congregare videamur, ſimulationis itaque materiam præter Cæpol. in tracta. de ſimulat. contract. pertractant abundè Seraph. de priuil. iuram. priuileg. 59. Maſcard. concluſio. 448. & ſeq. Viu. deciſio. 104. Burſat. conſil. 173. Honded. conſil. 46. lib. 1. Alb. conſ. 9. & 97. Graſſ. in tract. de exception. cap. ſiuè except. 12. cæteris pleniſſimè Farinac. in tracta. de falſit. & ſimulat. quæſt. 162. per tot. Borgnin. deciſio. 13. nume. 49. & ſeq. lib. 2 Caroc. deciſio. 133. Honded. conſil. 17. lib. 2. vbi etiam qualiter proponenda ſimulatio, Bertazol. conſ. crimin. 230. lib. j.

2 † Differt autem Inſtrumentum ſimulatum à falſo, falſum namque & verba & mentem à ſe remouet, ſimulatum verò mentem remouet, at non verba, Bald. in l. ſi ex cautione num. 5. C. de non numer. pecun. Farinac. de falſit. & ſimulat. quæſtio. 162. num. 2. vbi alios allegat, vbi num. 3. declarat quomodo differrant contractus ſimulatus, & fraudulentus, & num. 5. quot ſunt ſimulationis ſpecies ex Bart. conſ. 65. factum tale, Bald. in l. ſi ex pretio, C. ſi cert. petat. Doct. in cap. ad noſtram, de emptio. & venditio.
3 † eſt autem ſimulationis exceptio corã Iudice ſeculari agendo præſcriptibilis ſpatio triginta annorum, excipiendo vero perpetua Tuſch. pract. q. concl. 267. nu. 1. & ſeq. Farinac. d. q. 162. nu. 16.

Datæ fuerunt abatiæ die 8. Aprilis 1468. productæ autem die 26. Aprilis eiusdem anni per spectabilem Doctorem D. Guinifortum de Zazijs.

AD hoc Decretum, vide quæ abundè scripsimus ad statutum ciuile 28. sub rub. De responsionibus faciendis positionibus.

Alia practica, & ordinatio præfatorum Dominorum Iudicum super constitutis. Rubr. 26.

SAepè de facto occurrit, & plerunq; in iuditijs dubitatur, an constitutum ad futura bona, an tantum ad ea, quæ tempore constituti, seu precarij possidebat trahatur, ex quo variæ quandoquè proferuntur sententiæ, vt ad futura extendantur, & quandoque, quòd tantù ad præsentia Papiæ, quòd nonnulli in admirationem deducuntur non modicum detrahentes iudicantibus. Ea propter ne deinceps talis varietas oriatur pro vtilitate communi, & publica, & litigantium, bonum est capere ordinem, & practicam communem adhærendo opinioni, magis communi, etiam quasi, vbiq; seruata, videlicet.

Quòd vbicunquè, & in quocunque contractu, seu distractu, seu obligatione quauis, quæ dici, vel excogitari posset aliquis, constituit bona sua tàm præsentia, quàm futura, seu cum possidebit nomine alterius tenere, & possidere, seu vel per constitutum, vel per precarium, quod in tali constituto, vel precario non veniant, nisi bona, quæ tempore constituti, vel precarij possideret, & nisi probètur constituentem, vel precario rogantem, tenere, & possidere bona, de quibus agitur eo tempore, quo constituit, vel precario rogauit, tamen vigore talis constituti, vel precarij non dicatur possessionem aliquam habere, virtute constituti, vel precarij, de quo supra, virtute bonorum post quæsitorum. Et ità vtsupra relatum est obseruetur, & de cætero practicetur in Ciuitate Papiæ, & districtus. Et prædicta non vendicent, vbi constitutus, vel precario rogatus possideret, quia in eum præiuditium valeat, sed in præiuditium extranei possessoris non operetur, vt valeat tale constitutum, respectu bonorum post constitutum quæsitorũ. Ego Io. Franciscus de Sartirana I.V. Doctor, dum essem Prior, seu Consul iudicum Ciuitatis Papiæ, & de consensu aliorum de Collegio hanc practicam vtsupra compilaui, & ordinaui cum hoc ordine, quod in scriptis redigeretur, & in volumine statutorum, & sic omnibus alijs complacuit, & quòd de cætero sic obseruaretur, cum additione illa. Et prædicta &c. quam addidit acutissimus Doctor Dominus Mathias de Canibus. Et sic conclusum fuit, & terminatum, & ad fidem præmissorum subscripsi.

Summarium ad Decretum 26.

1 *COnstitutum, an trahatur ad bona futura post constitutum acquisita.*
2 *Constitutum generale in casu dotis, an comprahendat bona futura:*
3 *Obligatio generalis, fauore dotis, comprahendit etiam bona emphyteotica Ecclesiæ.*

1 NIsi hoc statutum, seu decretum expressè disponeret constitutum appositum in cõtractu, in quo quis constituit possidere bona tàm præsentia, quàm futura &c. vtiq; valdè hæsitandum foret, cum articulus sit iure controuersus, vt scilicet stante expressa mẽtione bonorũ futurorũ constitutum etiam ad post acquisita extendatur, de quo latè per Alex. in l. 3. §. incertam. ff. de acq. possess. vbi Ias. Tiraq. in tract. de constitut. part. prima, ampliat. 32. Thesaur. decis. 215. nu. 7. Grat. cons. 69. colum. fin. lib. primo, Puth. decis. 443. num. 5. lib. 2. Afflict. decis. 37. num. 3. & 4. Alex. cons. 85. lib. 6. Carpan. ad statuta Med. cap. 462. in fine.

2 † Hoc tamen statutum credere non extendi, nec comprehendere casum dotis cum in generali lege maximè prohibitiua casus dotis, non censeatur compræhensus. Salic. in l. fin. in 4. not. C. de iur. dot. Neniz. de pignor. in prima part. 8. membr. nu. 31. Anton. Gabr. in suis communibus, tit. de legibus & constitut. concl. 1. nu. 10. Ceph. cons. 13. nu. 43.
3 † Ideò bona emphyteotica, etiã Ecclesiæ veniunt in obligatione generali bonorum, fauore dotis, Bursat. cons. 32. num. 11. & 17. & cons. 56. num. primo. & cons. 120. colum. prima, lib. primo. Neuiz. cons. 77. nu. 16.

Quod

Quòd possit fieri depositum, vbi pœna corporalis veniat in consequentiam. Rub. 27.

Dilectiss. noster, ex incluso litterarum deputatorum officio prouisionum illius Communitatis nostræ Papiæ, exemplo cognoscetis, quid nobis scripserunt de consuetudine, hactenus obseruata in causis inquisitorum principaliter pro pœna pecuniaria, quæ postea in corporalem conuertitur, si limitato tempore non persoluitur. Quare cum vetus etiam consuetudo vim legis obtineat vobis mandamus, quòd in causis huiusmodi, de quibus ipsæ litteræ loquuntur, ipsis inquisitis soluentibus Thesaurario pœnam, aut apud idoneam personam deponentibus ad vlteriora procedere debeat, & eorum comparitionem admittere, ac si ipsi pœnam actualiter prædictam ipsi Thesaurario persoluissent. Dat. Mediolani die 25. Februarij 1486. Signat. Ioannes Molus. A tergo, Spectabili militi Consiliario, ac Commissario, & Potestati nostro dilectissimò præsenti, & futuro.

Nihil addendum puto huic decreto.

Litteræ Ducales directiuæ Communitati Papiæ, pro publicatione, & obseruatione Decretorum. Rubr. 28.

DVX Mediolani. Dilectissime noster. Benche nel Decreto generale nouamente compilato per noi dopò l'Aßontione nostra di questo felicissimo Ducato di Milano, il qual facessimo alli di prossimi publicare in questa Inclita Città di Milano, siano compresi molti capitoli pertinenti al commune beneficio, & vtilità di tutti i nostri sudditi, niente di meno per eßergli alcuni particolari alla prouisione di Milano, ci è parso riformare detto nostro decreto per farlo publicare etiam nel resto del Dominio nostro, eccettuando però solamente li capitoli pertinenti à Milano, & lasciando il resto fermo con alcune additione conueniente & molto al proposito, il quale Decreto nostro così reformato, & ordinato, ti mandiamo, alligato con queste nostre, perche lo facci publicare in quella nostra Città di Pauia, & prouedi diligentemente che'l sia oßeruato inuiolabilmente, facendolo registrare nel volume delli altri nostri Decreti, ad perpetuã rei memoriam. Mediolani die 6. Februarij 1495. Signat. B. Calchus. A tergo, Spectabili viro Vicecomiti Papiæ, nostro dilectissimo.

Non mirum, si obseruanda Decreta à Principe emanata, cum vim legis, habeant, §. sed & quòd Principi, inst. de iur. nat. gent. & ciuil. vbi scribentes.

Quòd filius non adeat hæreditatem à patre repudiatam patre viuente, nisi fuerit emancipatus. Rubr. 29.

ITem quoniam intelligimus non deeße, qui repudiatam à se hæreditatem, deinde per filios in potestate sua existentes, vel emancipatos in fraudes, & plerunquè minores, quibus obligatio interdicta est adire curent astuta, & calumniosa ratione vt citrà periculum dispendij, si quid emolumenti percipi potest per coniunctam sibi personam acquirant, conueniens censuimus huic abusui prouidere, & proptereà edicimus, & decernimus, quod nemo post hac adire queat hæreditatem à patre suo repudiatam, patre viuente, nisi fuerit emancipatus, & non in fraudem, & additio aliter facta non valeat, nisi obtenta licentia à Principe, ex qua huic Decreto, siue Capitulo in indiuiduo derogetur.

Summarium ad Decretum 29.

1 *Videnda ad hoc Decretum.*
2 *Repudiare, & renuntiare differunt.*
3 *Hoc decretum est contra ius commune.*
4 *Filius cur non possit acceptare hæreditatem à patre repudiatam.*
5 *Mortuo patre, filius potest hæreditatem à patre repudiatam adire.*
6 *Patre repudiante hæreditatem filio viuente datur curator, vel filius mittitur in possessionem.*
7 *Filius, an possit hæreditatem repudiatam à patre, vti vacantem in præiuditium filij consequi, & an sequens in gradu.*
8 *Senatus derogauit huic decreto.*

1 CONueniunt cum hoc decreto Nou. Mediol. Constitutiones tit. de acq. hæred. in princ. ad quod videndi etiam Alciat. consil. 23. ante nu. 9. lib. 2. Menoch. consi. 665. nu. 12. & seq. lib. 7. D. Cost. olim collega meus in tract. de fact. scient. & ignorant. cent. prima, distinct. 100. †
2 Differunt autem inter se repudiare, & renuntiare, nam repudiatio est iuris delati, nûdum acquisitis renuntiatio verò præsupponit necessariam acceptationem, Castr. in l. sicut, C. de repud. hæred. Soc. sen. cons. 34. vol. 4. Bellon. cons. 15. nu. 7. & cons.
3 50. in fin. † est autem hoc decretum correctoriũ iuris communis, quo patre recusante, vel repudiante filius adire potest l. fin. in princ. C. de bon. quæ lib. & per D. Philip. Massin. olim collegã meũ in hoc almo patriæ meæ Gymnasio, dum ipse in prima matutina sede profiteretur, ego in secunda, ac demũ ipse in prima vespertina, ego in secunda
4 in l. 1. nu. 298. C. qui admit. † est autem hoc decretum ea ratione conditũ, vt obuiam eatur fraudibus, quas sæpe parentes moliuntur, dum filios minores adire fauebunt, vt exinde, si læsio aliqua adfuisset minores aduersus aditam hæreditatem restituerentur, Cost. de fact. scient. & ignor. cent. prima, dist. 100. nu. 3. & 4. & nè fortè parentes, ære alieno ingenti grauati, adita eis delata hæreditate cogerentur creditoribus satisfacere, & hæreditas ad nihilum redigeretur, cum hæreditas postquam est adita efficiatur proprium adeuntis patrimonium, l. 1. §. veteres, vbi omnes, ff. de acq. hæred., & etiam, vt ait Decretum, vt citrà periculum dispendij, si quid emolumenti percipi potest per coniunctam sibi personam parentes acquirãt.
5 Huius † autem decreti dispositio cessat mortuo patre, cum tunc filius repudiatam hæreditatem adire possit, Decretum .n. & Nou. Constitutiones loquuntur patre viuente, eo igitur mortuo cessat ratio, & dispositio, l. quod dictum, ff. de pact. Cost.
6 d. distin. 100. nu. 8. 9. & seq. † Interim autẽ datur curator hæreditati tamquam iacenti, qui curam bonorum, & hæreditatis conseruando, & creditoribus satisfaciendo habet, imò potest filius simplicẽ impetrare possessionẽ, ad hoc, vt cessante impedimento pleno iure hæreditatem consequi valeat, l. si quis instituatur, ff. de hered. instit. Surd. cons. 439. nu. 24. & seq. lib. 3. Cost. d. distin. 100. nu. 14. & 15. & nu. 28. & seq. respondens, & declarans regulam, quod semel exclusus perpetuò durat exclusus, remissiuè, ac præcipuè inteligi rebus sic stantibus, & nu. 49. & seq.
7 † Quid modo, si patre repudiante hæreditas, vti vacans, notificetur, & fiscus prætẽdat sibi acquiri, an iure id fieri possit, dicitur quod non, quia verè non dicitur vacans hæreditas, vbi spes est adesse aliquem, qui ab intestato succedit, vt dixi supra ad statutum ciuile 47. sub rub. De mod. dand. curat. bon. vac. & ità declarauit Sen. Excellentiss. in causa Perill. D. Ferdinandi Gattinariæ, die vltimo Aprilis 1599. apud Secretarium Marchisonium, imò nec etiam sequens in gradu ad filij exclusionẽ admitti potest, vt latè per Cost. d. distin. 100. nu. 34. & seq.
8 † Senatus tñ Excellentiss aliquando dispensauit posse filium hæreditatem à patre repudiatã adire, derogando Nou. Mediolani Constitutionibus in causa Octauiani Viscardi die 12. Iulij anni 1499. & Iosephi Carcani die 11. Augusti 1570.

Additio facta decreto de causis restringendis, & terminis abbreuiandis. Rubr. 30.

ITem, cum Decretum extet anno 1489. die octauo Nouembris editum ad restringendos litium, & causarum terminos, celerioremquè eis finem imponendũ, in eoque Decreto in principio, vbi tractatur de causis, quæ ex sua natura non summariè per litteras, & dilationes nostras summariè efficiuntur, hæc verba legantur. In causis tamen ipsis, nec etiam in causis appellationum, quæ à sententijs in eisdem causis latis interponentur, longiores dilationes, nec termini, quam sint illi, qui ex prædicto causarum ciuilium Decreto præfixi sunt, statui nequeant ad probandum, nec reprobandum, nec alia agendum, quæ in causis ipsis peragenda sunt. Nos qui decretum huiusmodi conditum fuisse scimus non alia ratione, quam vtlites breuiarentur, vt dictum est, idemquè assiduè pro subditorum nostrorum beneficio cordi habuimus, & habere constituimus post ea verba, quæ supra recitãtur, immediatè hæc verba addẽda ipsi decreto, cẽsuimus, atq; ità addimus, et inserimus perpetuò cum eo obseruanda videlicet; Breuiors autem termini, & dilationes in talibus

causis

causis statui possint, & vbi statuti non fuerint, tunc ipso iure statuti esse intelligantur, & currant termini alias limitati in causis ordinarijs, ex forma decreti prædicti causarũ ciuiliũ.

AD hoc Decretum, vide Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de iudic. in principio, & cap. qua petitione, §. quo elapso, & cap. & quia sæpissimè, §. quod si prorogationes, & in tit. de apppellat. c. posthæc, & supra decretum 23. & quæ diximus etiam supra ad statutum ciuile primum.

Quòd si quis denunciauerit, vel quempiam calumniosè accusa uerit condemnetur in expensis in duplum. Rubr. 31.

PRimò, cum ad res, & iudicia criminalia animum conuerterimus, conueniatq; in his quæ grauiora sunt maturius, & diligentius procedere ad Iudicem, & cognitorem accusantes & denunciantes calumniosè delicta, propterea debita pæna plectendi videantur. In hancq; etiam examinationem mentem coniecerimus ad infrascripta decreta reuocanda, ad quæ salutare quoddam temperamentum, censuimus per quod omnibus innotescat clementiam, & benignitatem, quantum citrà iniuriam fieri possit, nos sequi instituisse. Edicimus, decernimus, & sancimus, quod posthac si quis denunciauerit, vel accusauerit quempiam calumniosè, condemnetur in expensis in duplum eadem sententia parti resa ciendis, qua reus absoluetur, nisi ex necessitate officij denunciauerit, vel accusauerit, quodquè huiusmodi denunciationes, vel accusationes in scriptis portentur, earumq; vna copia Iudici detur, ad cuius tribunal accedetur.

Summarium ad Decretum 31.

1 *CAlumniatorum pæna, & grauis.*
2 *Clericus calumniosè laycum accusans, an possit in expensis condemnari.*
3 *Denuntiantes ex necessitate officij, an hoc decreto ligentur.*
4 *Hæredes calumniosè accusantis, an teneantur pæna decreti.*

1 CAlumniatorum crimen graue est, ideoquè olim pœna talionis tenebatur, verum quia multi ob pœnæ atrocitatem ab accusando detenebantur, ideò hodie pœna est arbitraria iuxta delicti, personæ, & facti qualitatem, Clar. in praxi q. 12, vers. dixi quoq; Menoch. de arb. iud. cas. 322. plenissimè Farinac. de accusat. q. 16. per totam, vbi quis calumniator, quis denuntiator calumniosus, quis instigator, explorator, & similes, dicantur, & quibus pœnis plectantur etiam Iudices per calumniam inquirentes, abũdè examinat.

Conueniuntq; cũ hoc decreto Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de accusat. & denuntiat. c. si
2 quis quempiam. † quid si clericus calumniosè laicum accusauerit, an possit in expensis à laico Iudice damnari, dic quod non, per ea, quæ in simili
3 tradit Dec. cons. 241. † An verò compræhendantur ij, qui ex necessitate officij denunciare tenentur. Marsil. in praxi, §. supereſt in principio. † An
4 verò contra hæredes calumniosè accusantis agi possit ad pœnam, & interesse, dic quod sic, Bertazol. cons. crimin. 362. lib. 2.

Quòd nemo possit capi, & carcerari, vbi non ingeratur pœna corporis afflictiua, quòdq; non fiant descriptiones in bonis imputatorum, nisi ea veniant publicanda. Rubr. 32.

ITem decernimus, quòd posthac quispiam capi, & carcerari non posit pro aliqua imputatione ei data, vbi ex ea non ingeratur pæna corporis afflictiua. Quodquè non fiant descriptiones in bonis imputatorum, nisi ea ex delicto, cuius rei sunt, seù imputantur, veniant publicanda.

Summarium ad Decretum 32.

1 *Videnda ad hoc decretum.*

1 AD materiam huius decreti, vide statutum ciuile supra 154. & statutum crimin. 8. ac Nou. Mediol. Constitutiones, tit. de prohibit. & concess. execut. in princip. & tit. de pœn. c. nullus corporaliter.

Quòd

Quod non procedatur contra mortuum, nec eius memoria condemnetur, excepto crimine læsæ maiestatis. Rubr. 33.

Item decernimus, quòd in posterum non possit inquiri, nec procedi contra quempiam mortuum, neque eius memoria condemnari, neque bona publicari possint, prætextu alicuius imputationis delicti, siue maleficij, non obstante aliquo decreto, excepto crimine læsæ maiestatis, & vlterius alijs delictis à iure communi reseruatis.

Vide ad hoc Decretum Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de crimin. læs. Maiestatis. c. quicunq; crimin.

Quòd non formetur aliqua Inquisitio de animo occidendi, nisi prius constiterit de qualitate, quòd animus fuerit deliberatus occidendi. Rub. 34.

Item decernimus, circa decretum nostrum conditum contra insultum facientes animo deliberato occidendi, videlicet, quòd post hac non possit nulla inquisitio formari, nisi prius constiterit de qualitate, quòd animus fuerit deliberatus occidendi, ità quòd si dubium oriatur, in hoc teneatur Iudex adhibere consensum vnius ex Aduocatis nostris Fiscalibus per ipsum elligendi priusquam inquisitio formetur, & aliter formata non valeat.

Ad hoc Decretum, vide supra statutum 4. in criminalibus, & supra Decretum 20. & quæ ibi scripsimus.

Quòd non procedatur contra quempiam de receptione bannitorum, nisi scienter bannitum receptauerit, nec pater pro filio sit obligatus. Rubr. 35.

Item decernimus, & sancimus, quòd post hac, non possit procedi contra quempiam de receptione bannitorum, nec de auxilio, & fauore eis præstito, nisi quis bannitum receptauerit, & auxilium, & fauorem ei scienter præstiterit. Decernentes item, quòd de receptione, auxilio, aut fauore vt supra procedi non possit, quando bannitus, vel banniti huiusmodi habitarent, vel conuersarentur in loco, à quo essent banniti, vel alibi in Dominio, quodq; in omnem casum procedi non possit contra patrem pro filio, nec è contrà, nec contra fratrem pro fratre communionem habentem in eadem habitatione, nec è contra, nec contra vxorem pro marito, nec è contra, quorum patris, & filij mariti, & vxoris, ac fratrũ casum nobis reseruamus faciendi contra eos procedere, vel non, pro arbitrio nostro, iuxtà qualitatem personarum, & bannitorum suorum. Mandantes omnibus, & singulis officialibus nostris, nè aliquo modo procedant contra huiusmodi receptantes supradictos, nisi prius significata re, habito à nobis responso, & commissione. Itaq; in omnem casum procuratores, & Notarij imputari non possint de auxilio, & fauore præstito bannitis, ex eo quòd instrumenta rogent, vel aliquid aliud ad suum officium pertinens pro bannitis agãt. Verum, vt omnes aduertere facilius queant, volumus, & decernimus, vt posthac quicunq; præscribentur, siuè bannientur, si Mediolani fuerint, ad logiam de Oxijs, eorumq; nomina describantur in albo, siuè tabula ad officium Panigarolarum, quo inspici, & legi publicè possint, extra verò Vrbem Mediolani, banniantur in locis publicis, eorumq; nomina similiter in tabulam referantur ad officium Magistratus ordinarij, quæ in Ciuitate, oppido, siuè terra fuerit publicè proponenda. Hocq; etiam addito, quòd in oppido, terra, vel loco solitæ habitationis, talis banniti ponatur eius nomen, & banni titulus, quando bannitus habitare solitus sit extra Ciuitatem. Iniungentes, & mandantes omnibus, & singulis officialibus nostris, feudatariorumque nostrorum, vt ità seruent, seruariq; diligenter faciant.

Summarium ad Decretum 35.

1 *Videnda ad hoc Decretum.*
2 *Bannitum receptans ad bonum finem, vt detegat falsitatem, vel delictum, an puniatur.*
3 *Scientia in receptante bannitum, est probanda.*
4 *Receptans bannitum ad triremes damnatum, non incurrit pœnam.*

1 AD hoc decretum, videndæ Nou. Mediol. Const. tit. de bannit. c. nulla persona, & c. final. Boss. in tit. de rapin. nu. 18. cum seqq. plurib. vbi nu. 34. tractat. de caupone receptante, Bertazzol. cons. 33. & abundè vide Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 348. vbi affert septem declarationes; † Non habet pariter locum
2 pœna receptantis bannitum in eo, qui bannitũ receptauit, ad effectũ, vt aliquod crimen detegeret, vt declarauit Senatus in casu Perill. conciuis mei D. Hieronymi Cornazani, per ea quæ tradit Na-
3 uar. in manuali confessor. c. 27. nu. 56. † cum hoc decretum scientiam requirat, hæc qualitas probanda est, cũ ignorantia præsumatur, Rol. à Val. cõs. 45. nu. 7. & seq. lib. primo, dicens nu. 17. quod hoc procedit etiam si quis suspicetur ipsum esse
4 bannitum, quia ex hoc non punireturt. † Item nõ habet locum in receptãtibus bannitos damnatos solum ad triremes, vt declarauit Senatus Excellentissimus die 17 Octobris 1590. super relatione Prætoris Eumeniæ in causa Io. Iacobi della Milanesia.

Reuocatio suspensionis decreti, quando res habet originem à contractu, non possit procedi criminaliter. Rubr. 36.

ITem cum alias decretum disponens, quòd quando res haberet originem à contractu, criminaliter procedi non posset, suspenderimus: nunc suspensionem huiusmodi reuocamus, ac reuocatã esse decernimus, eo dũtaxat casu excepto, vbi cõtractus dolosè initus reperiatur.

Summarium ad Decretum 36.

1 *Videnda ad hoc decretum.*
2 *Contractus appellatione, quid veniat.*
3 *Contractus nullus excusat à dolo, & pœna, & qualibet leuis causa.*

1 AD hoc decretũ videndi sunt Boss. in praxi, tit. de decret. Mediolani, vt non procedatur criminaliter, Plot. in repet. l. si quãdo, nu. 266. & seqq. plurib. & nu. 300. cum seqq. & in repert. in verbo, decretum Mediolani, & su-
2 pra decret. 12. † Contractus autem appellatione, venit distractus, quasi contractus, cessio, renuntiatio, liberatio, pactum, testamentum, legatum, iuditium, iuramentum, & similia, Plot. in d. l. si quã-
3 do, nu. 300. & 306. † & si contractus nullus esset, excusaretur à dolo, & consequenter à pœna, cum quælibet leuis causa excuset à pœna, & dolo, & violentia, etiam si causa vera non esset, modò veram crediderit, Plot. d. loco nu. 188. & 295. proceditq; decretum, etiã si contractus esset inualidus, & notoriè nullus, Plot. ibidem, nu. 418. idem si lex, vel statutum, aut decretum contractui resisteret, modò esset doli præsumptio, vt ibidem per Plot. nu. 320. vide tamen circa hoc, quæ latè supra scripsimus ad decretum 12.

Quod non procedatur contra quempiã, occasione iuramẽti præstiti in iudicijs, vel contractibus, siuè in contradictionibus cridarum, nisi vt infra. Rubr. 37.

ITem decernimus, & sancimus, quòd posthac ex causa iuramentorum, quæ præstantur, siue in iuditijs, siuè in contractibus quibuscunq; siuè etiã in cõtradictionibus cridarũ, non possit aliter procedi, quã ex forma præscripta à statuto Mediolani posito sub rubrica speciali de iuramento falso, vel nõ vero, in cuius terminis rem remittimus, decernẽtes, & volentes statutũ ipsũ Mediol. cuius tenor infrascriptus est, vigorẽ, & plenũ effectum sortiri, ac inuiolabiliter obseruari in quibuslibet Vrbibus, & iurisdictionibus dominij nostri, tenor verò statuti sequitur &c. ¶ Si quis fecerit sacramentum in sententia, præceptis, arbitrijs, vel arbitramentis, vel alias in aliqua alia parte iudicij, litis, quæstionis, vel causæ in facto proprio, & postea probetur falsũ, vel non verũ in toto, vel in parte aliqua sui: Illa pars, quæ præstiterit tale sacramentũ tamquã periura condemnetur, et puniatur pro periurio per quemlibet Iusdicentem in quantitate, seu æstimatione eius, de quo reperiretur sacramentũ esse falsum,

vel

vel non verum applicandum parti, in cuius præiuditium dictum sacramentum principaliter esset præstitum. Et quòd sacramentum dici non possit falsum, vel non verum, nisi dicatur infra mensem vnum continuum à die sacramenti præstiti, & si dicens sacramentum falsum, vel non verum, fuerit reus condemnatus in personali actione non autem in ea causa dicens sacramentum falsum, vel non verum, nisi prius deposuerit totum id, in quo condemnatus fuerit, si verò fuerit in reali condemnatus non audiatur, dicens sacramentum falsum, vel non verum, vt supra, nisi prius res prædicta fuerit sequestrata mandato Iusdicentis.

Summarium ad Decretum 37.

1 *VIdenda ad hoc Decretum.*
2 *Tempus mensis, an à die commissi criminis, vel scientia currat, & an causa dicto mensis tempore sit terminanda.*

1 AD hoc decretum, videndæ Nou. Mediolani Const. tit. de accusat. c. ex causa iuramenti, Boss. in tit. quomod. procedat. per action. in delicti. nu. 24. vbi circa hoc decretum, tria propo-
2 nit dubia; primum an tempus, mensis currat à die mallefitij, an verò à die scientiæ mallefitij, & tenet currere à die cōmissi delicti, etiam occulti; secundò, an sit necesse terminare causam intra dictum mensem, & tenet posse post mensem cognosci, modò intra mensem fuerit denuntiata; An habeat locum hoc decretum, etiam in iuramento falso, quòd committitur in causis cridarum Imperialium, concludens non procedere. Item quærit an mensis, intelligatur de triginta diebus affirmatiuè concludens, & vide plenius Carpan. ad statut. Mediol. cap. 102. part. prima, Signorol. cons. 142. & 240. Boer. decis. 305.

Quod in causis criminalibus, vbi pœna sanguinis ingeratur, non possint testes recipi, nisi interuenerit Iudex, & quòd Inquisitio non possit postea formari nisi interuenerit Aduocatus fiscalis. Rubr. 38.

ITem quò diligentius in criminalibus sicuti par est, vt diximus agatur, decernimus, quòd posthac in quibuscunq; causis criminalibus, vbi ingeratur pœna sanguinis, non possint recipi, nec examinari testes, nisi Iudex coram quo proceditur examinationi interueniat, quodq; in causis huiusmodi non possit postea informari Inquisitio, nisi interuentu Aduocati, vnius Fiscalis non suspecti in locis, in quibus erit Aduocatus, & vbi non esset Aduocatus, cum interuentu Sindici fiscalis. Quod si neq; Aduocatus, neq; Sindicus adesset inquisitio sinè alio interuentu formari possit. Insuper, vt ære nostro priuatæ impensæ parcatur. Edicimus, & decernimus, quòd posthac Aduocati nostri Fiscales interueniant, & interuenire debeant cuicunq; examini causarum criminalium, ad quod vocabuntur, sententiæq; condemnatoriæ, vel absolutoriæ superinde ferendæ sinè mercede, & solutione aliqua à partibus dandis, & faciendis eorumq; quilibet contentus sit, & esse debeat salario 25. ducatorum, quòd proinde cuilibet eorum in singulos annos constituimus, & à Camera nostra dependi volumus, nihilq; similiter Aduocati ipsi accipere queant ab aliquo, contra quem pro Camera nostra interueniant aduocando, vel aliter.

COnueniunt Nou. Mediol. Constitutiones, tit. de accusatio. c. iudices, & in tit. de Aduocat. & Sindic. Fiscal. cap. curabunt, §. necesse, idemq; est de iure communi, auth. apud eloquentissimum, C. de fid. instrum. Angel. de Malefic. in verbo, qui Iudex statuit.

Quod si aliquis absolutus vigore gratiæ generalis, de cætero deliquerit absquè vlla remissione, puniatur perinde, ac si remissio generalis facta non fuisset. Rubr. 39.

ITem, cum vt supra dictum est, remiserimus per proclamationes in principio Ducatus nostri factas multa genera delictorum, idq; libenter fecerimus, vt benignitatem, & clementiā nostram in omnes diffunderemus; atq; sicuti nos ad veniam, & facilitatem propensi

fuimus, itaq; quemq; concessa sibi gratia, uti conueniat, non ut ea ad delinquendum rursus abutatur, sed ut ad rationem benè viuendi in posterum mentem conuertat: palam facimus, & promulgamus, quod si quis ex bannitis, & his qui alias deliquerunt, ac remissi, & restituti per ipsas proclamationes fuerunt de cætero deliquerint absq; ulla remissione, & sine spe gratiæ puniantur, perinde, ac si dictæ proclamationes, quo ad eos, qui de cætero deliquerint nunquam emanassent.

PLura possent in materia gratiæ delictorum addduci, de quibus per Boss. in praxi, tit. de remed. ex toll. clement. princip. ad quem remitto.

Quod si aliquis Notarius, vel Procurator falsum commiserit, deinde gratia ei facta fuerit, & ad pristinos honores remissus, quòd nunquam possit remitti ad officium tabellionatus, & si reperiantur aliqui fœnerantes, quòd possint priuari officio tabellionatus, & non possint amodo restitui &c. Rubr. 40.

ITem cum officium Notarij, seù tabellionis, & Causidici, seu Procuratoris publicum sit, fidemq; inprimis, & integritatem præstare debeat, omniq; sorde, & macula carere quisquis in eo versatur. Edicimus, & decernimus, quòd si contingat aliquem Notarium, vel Procuratorem falsum commisisse, vel committere, vel homicidium, vel aliud quoduis delictum patrasse, vel patrare, ex quo sanguinis pœna ingeratur, & infamia irrogetur, vel eius fama lædatur, concedaturq; postea huic per nos gratia, per quam liberetur, & ad pristinos honores restituatur, non intelligatur tamen ex hoc nunquam restitutus ad officium tabellionatus, & Procurationis. Decernentes item, quod si reperiantur aliqui Notarij, vel Procuratores tacitè, vel expreßè, palàm, vel occultè fœnerantes sit in arbitrio Abbatum Collegij ipsorum, illos puniendos, ex hoc, ac etiam priuandi, si videbitur officio tabellionatus, & Procurationis, quia priuatione facta non possint amplius restitui, ac quæcunque restitutio fieret non valeat, ac pro nulla, & infecta sit, & habeatur.

COnueniunt Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de pœnis, cap. Causidici. Vide ad id quæ diximus supra ad stat. criminale 37. sub rub. de pœna Notariorum, vel aliarum personarum &c. dum tñ statutum loquitur de Notario, vel Procuratore, qui homicidium commissit, intellige, si in sententia fuisset etiam priuatus officio tabellionatus, vel Procuratoris. ex quo enim homicidium per se nõ inducit priuationem officij, non opus erit aliqua restitutione; Bald. in l. & militibus. C. de restit. milit. & in l. in exercẽdis, col. 8. C. de fid. instrum. Bart. distinguens in l. candé, ff. ad l. iul. repetund.

Quòd Notarij, Procuratores, & Solicitatores non paciscantur cum partibus litigantibus, sub pœna ducatorum centum, & res pacta Cameræ applicetur. Rubr. 41.

ITem quoniam ad aures nostras peruenit esse aliquos Aduocatos, Procuratores, Notarios, & solicitatores, qui pacisci non erubescunt de quota litis cum partibus, ad tolendum, & reseruandum huiuscemodi ab vniuersa dictione nostra morbum. Edicimus, & sancimus, si quis posthac Aduocatus, Procurator, Notarius, & solicitator paciscatur vtsupra, incurrat pœnam ducatorum centum, Cameræ nostræ applicandorum, & si factus fuerit de re aliqua, vltra pænam huiusmodi ducatorum centum eidem Cameræ nostræ applicetur, etiam prætium rei pactæ persoluendæ per ipsum Aduocatum, Procuratorem, Notarium, & solicitatorem, qui pactus fuerit pecuniam, vltra pœnam ducatorum centum, soluat ipsi Cameræ nostræ tantum pecuniæ, quantum pactus fuerit. ¶ Item, quòd nullus Aduocatus, & vtsupra audeat contrahere cum aliquo suo cliente, quoquomodo per mensem vnum antequam litem moueat, cuius Aduocatus, & vtsupra, patrocinium suscipiet, durante eiusmodi lite per menses sex post litem finitam. Quòd si quis contrafecerit

trafecerit incurrat pœnam pretij rei contractæ soluendam cameræ nostræ pro dimidia, & qualibet parte, seu partibus contrahentibus, & contractus sit nullus.

Summarium ad Decretum 41.

1 *VIdenda ad hoc Decretum.*
2 *Tale Decretum conforme iuri communi.*
3 *Pactum de quota litis cur improbatum.*
4 *Paciscentes de quota litis, quibus afficiantur pœnis.*

1 Conueniunt † cum hoc Decreto Nou. Mediol. Constitut. tit. de pęn. cap. si Aduocati, & de hoc agit abundè Plotus in repetit. l. si quando à num. 514 vsque ad numerum 541. Borgnin. decisio. 41. num. 43. & seq. part. prima, Natt. consil. 145 num. 15. Caroc. plenè in tract. de locat. tit. de fruct. & lit. expen. quæst. 8. num. 77. & seq. fol. 26. in magnis, omnium plenissimè tractatum pacti de quota litis, quando nullum sit, & punibile, & quando non absoluit Farinac. tom. 3. titul. de var. & di-
2 uers. delict. quæst. 106. per tot. † estq; conforme iuri communi, l. si qui aduocatorum, C. de postulan. vbi glo. & Doctor. l. sumptus, ff. de pact. † ra-
3 tio est quia per tale pactum Aduocati, & Procuratores inuitantur ad calumnię delictum, scientes se nihil habituros nisi in casu victoriæ, glo. in d. l. si qui aduocatorum, Farinac. d. quęst. 106. num. 2.
4 † aliasq; pœnas patiuntur præter indictas ab hoc decreto, & dict. Nou. Constitutionib. offitio, nã que Aduocationis, & Procurationis priuãtur, infames sunt, expensas de suo in lite factas non repetunt, cõtra eos iuratur in litem ob damna passa & expensas factas, falsi pœna multoties tenentur, deprædatores, & litium redemptores dicuntur, vt late post Doctor. in d. l. si qui Aduocatorum, prosequitur Farinac. d. quæst. 106. num. 4. cum seqq. plurib.

Quòd nemini Iudices, & assessores, qui officium exercuerat cum vno officio non possit, & aliò successiuè confirmari, & quòd tales nemini Iudices, & assessores pro aliqua sententia non possint ab aliquo aliquid accipere sub pœna florenorum 25. vltra alias pœnas. Rubr. 42.

ITem quoniam sæpius euenit, vt qui sub vno Prætore Ciuitatis nostræ Mediolani, & aliarum Ciuitatum, Terrarum, & Oppidorum dictionis nostræ Vicariatus Iudices, seu assessoris officio gesserint eo discedente, & alterò succedente confirmentur. Idq; non modo per statuta, & decreta nostra fieri non posse intelligimus, sed non rectè inductum esse videtur, affirmatumq; propterea nobis extitit eosdem Vicariatus Iudicis, seu assessoris munere fungentes apud Iusdicentem ipsos pecunias à partibus litigantibus accipere contra formam, & dispositionem statutorum, & decretorum ipsorum. Vt huic abusui occurratur, Edicimus, decernimus, & sancimus, vt posthac quicunque Vicarius, Iudex, vel assessor sub vno Prætore fuerit non possit postea sub successore confirmari, quodque ipsi Vicarius, Iudex, vel assessor non possint quicquam accipere pro aliqua sententia, vel causa, & delegata, vel alio actu, siuè scripturis videndis iuxta dispositionem statutorum, & decretorum ipsorum etiam vbi statuta non adessent, & si contrafecerint pro qualibet vice incurrant ipso iure & facto pœnam florenorum 25. vltra pœnas à iure, & statutis, & decretis impositas, in quam pœnam similiter vltra statutarias, & quæ à decretis, & iure imponuntur, incurrat etiam pro qualibet vice pars siuè alius quisquis dederit, & si Causidicus fuerit officio procurandi priuetur. Saluo tamen, quòd pro andatis, siuè caualcatis ipse Vicarius, Iudex, siuè assessor possit habere florenum vnum à solidis 32. Imperialium à qualibet partium singulis diebus pro mercede sua vltra viaticum, seu impensas cibarias, de huiusmodi autem pœnis quas contrafacientes in hoc capitulo comprehensi incurrerint. Decernimus, vt partes duæ communibus vrbium, terrarum, oppidorum, & locorum, vbi contrafactum fuerit applicentur, tertia verò accusatori attribuatur.

AD hoc Decretum, vide plenius prouidentes Nou. Mediol. Constitut. tit. de sportulis per totum, & in tit. de offic. & iurisd. diuers. iud. c. sciant omnes; & de salario officialibus debito egimus supra ad statutum ciuil. 49. sub tit. de condemnationibus expensarum, & iuribus præturæ, & vide Roland. à Val. consil. 87. num. 5. lib. 2. Crauet. consil. 259. per tot.

Quòd

Quòd aliquis Magistratus non se impediat de aliqua re nisi regulariter ad se spectet sub pœna priuationis officij. Rubr. 43.

ITem quoniam intelligimus plerosque Magistratus nostros, qui Iurisdictionem habent in alienam messem falcem interdum ponere, ac quod alterius officio spectat occupare, mentisque nostræ sit, vt quisque munus sibi demandatum exequatur, nec in alienam inuadat prouinciam, generaliter hoc præsenti decreto siuè capitulo. Edicimus, & sancimus nequis posthac in dominio toto Magistratum, seu Iurisdictionem exercere audeat, nec possit directè, nec per indirectum, mediatè, nec immediatè de re aliqua se intromittere, de qua litem oririquouis modo contingat, nisi regulariter ad eorum officium spectet, vel superinde delegationem, seu commissionem à nobis habuerint, aut partes consenserint, vel Iurisdictionem prorogauerint, quod si aliter illorum quispiam fecerit ab officio cui præerit priuatum, & abductum esse intelligimus: & ita priuamus, & abdicamus.

COnuenit cum dispositione Iuris communis, iuxta l. final. vbi omnes, ff. de Iurisd. omn. Iudic., Vant. de nullit. ex defect. Iurisdict. ordin. num. 102.

Quòd blada nata super possessionibus suis conduci possint de loco ad locum requisita tamen licentia ab officialibus, qui eam dare teneantur gratis. Rubr. 44.

PRimò, vt circa blada de loco ad locum conducenda commodemus subditis nostris quantum fieri possit, occurramusque fraudibusque, tàm in descriptionibus ipsorum bladorum faciendis, quàm in modo per Capitaneos nostros ad deuetus procedendi committi possent: Edicimus, decernimus, & sancimus, quòd posthac in vniuerso dominio nostro conducere cuilibet liceat de loco ad locum blada propria nata super possessionibus suis, modo conducantur ad habitationem propriam, requisita prius ab officialibus licentia, qui eam gratis facere teneantur, & si non fecerit pro concessa habeatur. Panicum verò auenam legumina, castaneas, & melicam, & aliasque sub specie bladorum non comprehenduntur etiam sinè licentia conducere vt supra liceat. De oriza verò, siuè riso, quia nonnullos ante hac ordines fieri iussimus, volumus vt ordines huiusmodi vsquè ad kalendas Augustas proximè futuras obseruentur, posteaquam risus ipse conduci liberè, & sinè licentia queat, quemadmodum ante ordines prædictos consueuerat.

AD hoc decretum, vide latius Nou. Constitut. tit. de præfect. annon. cap. nemini liceat. & cap. non liceat cum pluribus cap. sequentibus, Thesaur. decis. 152. & hoc diximus supra ad decretum 22. sub Rubr. quod blada de loco ad locum &c.

Quòd per Iudicem stratarum non fiant condemnationes contra communia locorum nisi ipsis citatis, & seruata certa forma. Rubr. 45.

ITem, quia de iure viarum, seu stratarum vrbis, & ducatus nostri Mediolani, ac officialibus aliarum vrbium, oppidorum, terrarum, & locorum dominatus nostri super ijsdem vijs, & stratis plurimæ querelle deferuntur ob condemnationes extorsiones, ac compositiones, quæ ad eorum officium in publicum, & priuatum detrimentum perperam fieri dicuntur. Edicimus, & decernimus, quòd posthac in toto dominio nostro per ipsũ Iudicem, & officiales non possint fieri illæ condemnationes contra communia, & homines villarum,

rum, terrarum, & locorum ducatus nostri Mediolani, & aliarum Ciuitatum vtsupra, nisi prius legitime citata fuerint dicta communia, & homines, & si contingat eos, vel ea condemnari, non possint fieri executiones, nisi condemnatis iterum citatis: qui si in aliquo probare voluerint se aptasse temporibus debitis stratas pro sua contingenti portione, admittantur eorum defensiones, & probationes Mediolani coram Vicario Prouisionum ipsius vrbis, & in alijs Ciuitatibus coram Commissario, vbi sit diuisum Tribunal Commissarij à Pretore, & quando sit idem Tribunal coram Referendario, & si probatum fuerit stratas debitis temporibus aptatas, vel non egere reparatione, condemnatione per Iudicem, seu Officiales, ita facta annulletur, ac pro irrita, & nulla habeatur, isq; qui condemnauerit, condemnatus ipse sit, & esse intelligatur in summa in eiusmodi condemnatione contenta: & quæ pœna Communi nostro Mediolani, vel alijs Communibus vbi agi continget applicetur vltra expensarum refectionem, ad quam teneri, & cogi ipsum Iudicem, & Officiales erga condemnatos volumus. Hoc etiam addito, quòd si comperiatur ipsum Iudicem, & Officiales compositionem cum aliquibus inisse antè condemnationem secutam non aptatis stratis teneatur, & cogatur duplum restituere illis cum quibus compositionem inierit: & nihilominus viæ pro quibus facta fuerit compositio reficiantur, & aptentur, post secutam autem condemnationem compositiones fieri non prohibentes: hoc etiã addito quòd ipse Iudex pecunias ex quibuscunque condemnationibus, & compositionibus vtsupra faciendis exactas teneatur consignare, & consignet Thesaurario Communis Mediolani, vel aliorum Communium vtsupra, qui postea eidem Iudici salarium debitum iuxta ordines persoluat, & si Iudex contrafecerit non consignando pecunias vtsupra, condemnetur in salario duorũ mensium pro qualibet vice applicandorũ Communi Mediolani, vel alijs Communibus vtsupra pro duabus partibus, & pro tertia parte accusatori.

Summarium ad Decretum 45.

1 *Vias publicas reficere, qui teneantur.*

IVsta ratione hoc Decretum factum est, vt in principio dicitur, ideò bonum esset hoc statutum ad vnguem obseruare, quia multæ extorsiones euitarentur, & viæ melius accommodatæ essent, & melius etiam prouident Nou. Mediol. Constitut. tit. de vijs publicis muniendis c. ad tollendas extorsiones &c.

1 Via † autem publica si diruta, vel destructa sit refici debet per Dominos Domorum coherẽtium, non autem à republica, l. ædiles, §. construat, ff. de via publ. Roman. consil. 817. quod si domum habens sit pauper, tenentur vicini, glos. & Bart. in l. fin. ff. de via publ. Roman. d. sing. 817. & vide Cæpol. de seruit. rustic. præd. tit. de seruit. viæ, per tot.

Quòd posterij salis forenses, necnon tabernarij fieri non faciant exequutionem tanquam pro debitis Cameræ ab aliquo officiali Cameræ, nisi pro debito salis, & ex omni causa datiaria tantum, in reliquis accedatur ad Iudicem ordinarium sub pœna amissionis crediti sui. Rubr. 46.

ITem quoniam intelligimus Posterios forenses salis, necnon tabernarios prætextu salis, & aliorum creditorum ex causa datiaria prouenientium, pro quibus exequutio sub officialibus Cameræ nostræ illis conceditur, exequutionem pro alijs quoque rebus creditis sub ijsdẽ officialibus intendere, hacque arte vti, quòd vltimam solutionem, quæ sibi à debitoribus suis fiat, ponunt ad partitum pro sale, & rebus datiarijs, & illud quod exigunt semper ponunt ad partitum aliarum rerum, & hoc modo exequutio pro sale, & rebus datiarijs fieri videatur. Nos vt huic fraudi in commune subditorum nostrorum beneficium occurramus, sancimus, & decernimus, vt posthac posterij forenses salis, necnon tabernarij

vbicunquè locorum dominij nostri non debeant, nec possint intendere, nec fieri facere exequutionem contra quemquam sub aliquo Cameræ nostræ Officiali, nisi pro credito salis, & ex causa datiariæ prouenienti, sed in reliquis accedant ad Iudicem ordinariũ, & qui contrafecerit amittat creditum, quod lucro cedat debitori, iniungentes expresse, & iubentes ipsis Cameræ nostræ Officialibus, vt exequutionem sub se pro rebus alijs, quàm pro credito salis, vel rerum datiariarum petendis, & intentandis huiusmodi posterios, & tabernarios non audiant, nec exequutionem concedant. Decernimusquè insuper, quòd primæ quæquè ipsis posterijs, & tabernarijs ab eorum debitoribus faciendæ solutiones cedant, & cedere intelligantur ad extinctionem debiti salis, & aliarum rerum datiariarum, si quod debitum ex his fuerit: dictiquè posterij, & tabernarij non possint in facto proprio sibi ius dicere. Hæcque omnia in præsenti capitulo contenta locum habere, & obseruari volumus, non obstantibus aliquibus ordinationibus, quæ in fauorem ipsorum posteriorum, & tabernariorum factæ reperirentur, litterisquè eis concessis, & concedendis, quas in hac parte dũtaxat irritas esse volumus, nisi in eiusmodi litteris huic capitulo in indiuiduo derogetur.

Conueniunt Nou. Mediol. Constitut. tit. de publican. & vectigal. cap. institores publicanorum.

Contra Datiarios, & Contestabiles portarum, nè accipiant quicquàm conducentibus, siuè educentibus res intra, & extra Ciuitatem sub pœna. Rubr. 47.

ITem cum superioribus annis multæ ad nos querimoniæ deferentur de rapinis, & extorsionibus, quæ à Datiarijs, & Contestabilibus Portarum Mediolani committi affirmabantur. Meminimus nos Decretum, siue Ordines condidisse huiusmodi rapinas, & extorsiones à dictis opportunis pœnis interdicentes, tenoris subsequentis &c.

IO. Galeatius Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Ex optimis, sanctissimisquè Illustrissimorum maiorum nostrorum Decretis compertum habemus eos præcipuè quodam studio, ac maxima cura prouidisse, vt qui ad amplissimam Mediolani vrbem res vllas veherent, aut ab alia educerent à Contestabilium, portarumque, Datiorumquè iniuria immunes, & prorsus illæsi seruarentur: existimauerunt Principes sapientissimi, id non solum ad commodum, incrementumque Ciuitatis, sed etiam ad decus, gloriamquè suam pertinere. Extat inter cætera Illustrissimorum Dominorum Bernabouis, & Galeatij Vicecomitum edictum, conditum anno tricentesimo & sexagesimo quarto supra millesimum ad decimanonam diem Augusti, quo grauissimæ pœnæ æris, & corporis decernuntur, tàm Datiarijs, quàm Contestabilibus, si ab ipsis ducentibus, vel educentibus eiusmodi res vllo modo quicquam ademerint. Extant insuper quamplurima proclamata, & decreta aliorum Excellentissimorum Principum vrbis Mediolani Ducum, quibus eiusmodi edictum replicatur, & confirmatur, sed maiores etiam pœnæ contrafacientibus iniunguntur. Interdiciturq; ipsis Datiarijs, & Contestabilibus, vt præter datia limitata nihil etiã ab his qui spontè dare videbantur possint accipere. Animaduerterunt Principes prudentissimi fore, vt ipsi Contestabiles, & Datiarij molestias aliquas, & impedimenta indebita vectoribus prætereuntibus afferrent, quibus se aliquo pretio redimere cogerentur, quòd spontè præbere viderentur, volueruntque vias quaslibet rapinarum, tàm directas, quàm indirectas præcidere, & prorsus euellere: eorum nos clarissimis exemplis inducti anno præsenti per magistros intratarum nostrarum iussimus edici, & sanciri, nè Contestabiles portarum, neuè datiarij, nec Contestabiliũ datiorumq; familia ducentibus vinũ, paleã, fenum, ligna, & alias qualescunq; res quicquam præter datia limitata auferrent, nec acciperent, sub pœnis pecuniarijs, & corporalibus infrascriptis, videlicet, quòd patroni datiariorum tenerentur

nerentur

nerentur ad solutionem quadrupli eius rei, quæ per suos officiales, & familias raperetur, eandemquè pœnam incurrent ipsi officiales, & famuli, ac insuper patroni: eculeo quater officiales, & famuli contrafacientes torquerentur, aut in berlina ponerentur pro ipsorum magistrorum arbitratu. Contestabiles verò custodia, & officio contestabiliæ, simulquè omni credito, quod cum Camera nostra habent penitus priuarentur, præter quòd obligatus esset vnusquisquis contestabilium pro famulis suis contrafacientibus.

¶ Cum autem in præsentiarum varijs, innumerabilibusquè ciuium nostrorum quærelis ad nos allatum fuerit Datiarios, & Contestabiles, seu eorum famulos eò temeritatis, ac insolentiæ deuenisse, vt spreto Magistrorum edicto huic voluntati nostræ contraueniant: visum est nobis idem nostro iterum nomine confirmare, vt quicunque posthac contrafecerint, omni sublata excusatione irremissibiliter puniantur, ob eas res ex certa scientia, motu proprio, & de nostræ potestatis plenitudine interueniente consensu, parabola, & decreto Illustrissimi Domini Ludouici Mariæ Sfortiæ Vicecomitis patrui curatoris Locumtenentis, & Capitanei nostri generalis. Edicimus, decernimus, & sancimus, vt quis Datiarius, & Contestabilis, aut eorum officialis, & famulus non audeat quicquam accipere à ducentibus, vel educentibus res vtsupra, nec etiam ab his, qui spontè dare videbuntur contra dispositionem edicti suprascripti à magistris intratarum nostrarum iussu nostro conditi anno proximo. 1489. die 8. mensis Septembris sub pœnis in ipso contentis. Atquè vt huiusmodi rapinæ, ac extorsiones facilius coerceantur: Statuimus, edicimus, ac decernimus p eiusmodi extorsione, ac rapinis fides adhibeatur plena his, qui quærelas ferrent cum eorum sacramento secundum prædictorum Decretorum formam. Mandantes Vicario, & Duodecim Prouisionum Mediolani, vt præsens Decretum nostrum in reliquorum Decretorum nostrorum volumine inscribi faciant. Magistris verò Intratarum, Capitaneo Iustitiæ Mediolani præsentibus, & futuris, vt id faciant perpetuò inuiolabiliter obseruari, & à contrafaciente vtsupra dictum est exigi. In quorum &c. Dat. Vigleuani, die 2. Septembris 1490. Signat. Philippus Comitis. Quibus quidem Decreto, & Ordinibus cum publica vtilitas adiuuetur, illud siuè illos præsenti capitulo reuocamus, atquè vt diligentius custodiantur proprijs exequutoribus datijs, iam nunc deputamus, & constituimus, quò ad vrbem nostram Mediolani, illum, seu illos, qui per tempora gerent Capitaneum Arcis nostræ portæ Iouis, quò verò ad alias vrbes, qui Commissarij officio fungantur respectu Contestabilium, famulorumquè suorum. Respectu verò Datiorum famulorumque, & Officialium suorum Mediolani cum ex Magistris ordinarijs, qui in Magistratu præerit rebus Mediolani: in alijs verò vrbibus is qui Referendariam geret. Mandamusquè, & iniungimus eiusdem Capitaneo, Commissarijs, Magistris, & Referendarijs per tempora futuris, & cuilibet eorum, vt circa huiusmodi munus inuigilent, custodesquè siuè exploratores apponant, qui aduertant, an ipsi Datiarij, & Contestabiles eorumquè famuli, & Officiales prædictis Decreto, & Ordinibus contrafaciant, & si contrafecerint pro se quicunque illos puniant, & puniri iubeant iuxta formam Decreti, & Ordinum ipsorum. Hoc addito quòd si prædicti Contestabiles vltra tres vices contrafecerint, etiam officio priuentur, ac priuati esse intelligantur. Quodquè ipsi Capitanei, & Magistri, ac eorum successores vtsupra si negligentes se præstiterint ad inquisitionem, & punitionem huiusmodi ipsi quoque officio priuentur, & priuati esse intelligantur.

ET si hoc Decretum summa nitatur iustitia, & æquitate, tanta tamen est temeritas, & audacia horum publicanorum, & contestabilium, iuxta tex. in l. quantæ temeritatis, & audaciæ, ff. de public. & vectig. vt non obstante hoc Decreto; imò, & alijs potentiss. Regis ordinibus sæpius per Ciuitatem hac de causa obtentis, & publicatis, nihilominus non modò à spontè dantibus, verum etiam à nolentibus, & inuitis extorqueant, rapiant, & carpiant, de rebus quibuscunq; quæ ad Ciuitatem ducuntur, ideò inuigilandú summoperè, vt tanta temeritas comprimatur, cohibeatur, & compescatur, cum intolerabile sit reipublicè damnum, quod ex his extorsionibus exoritur, maximè in perniciem pauperum victualia ad Ciuitatis commodum ducentium, & portantium.

Quòd habentes liberos duodecim sint immunes ab imbotaturis, & alijs oneribus extraordinarijs. Rubr. 48.

ITem quoniam circa immunitatem habentium duodecim liberos dubitari, & disceptari interdum intelligimus quomodo seruanda sit. Declaramus, & decernimus quicunque numerum duodecim liberorum habuerit illos cum ipsis filijs, tàm maribus, quàm fœminis quoad vixerint, eos denique filios post parentum mortem in commune viuentium seruandos esse, & seruari immunes debere ab imbotaturis, omnibusq; oneribus extraordinarijs. In quorum testimonium præsentes quas pro lege inuiolabiliter seruari, & in aliorum decretorum nostrorum volumen redigi volumus, fieri fecimus, & registrari nostriq; sigilli impressione muniri. Dat. Mediolani die 16. Februarij 1495. Signat. B. Calchus.

AD huius Decreti dilucidationem, vide quæ scripsimus supra ad statutum ciuile 145. sub rubr. de immunit. conceß. propter numerum liberorum &c.

Decretum, cum ordinibus seruandis circa onerum solutiones à Calendis Ianuarij 1461. in antea. Rubr. 49.

DVX Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Cremonæ Dominus. Dilecti nostri, cum multiplicibus, ac quotidianis vexaremur ob eas, quæ ingentes exsuscitabantur querelas super distribuendis, & soluendis oneribus tàm per nos, & Cameram nostram, quam aliter necessariò incumbentibus. Nos quorum cura est potissima, vt subditorum ipsorum omni conuenientiæ, & quieti consulatur, vt quæ illa onera, quæ declinari, & auerti non poßunt adhibita, saltem omni possibili equalitate tollerentur compilari nuper, & stabiliri fecimus ordinem quendam, sub capitulis tribus, quorum dispositione plurimas ex huiusmodi controuersijs, & differentijs declinari, & dirui, & omnem ipsorum non minimam partem rectè, & aliquando distribui poße confidimus. Volumus igitur, vt ordines ipsos in locis illic consuetis diuulgari, & publicari, ac in volumine aliorum ordinum, & decretorum nostrorum inseri faciatis, illos in posterum in casibus, qui in ipsis compræhenduntur seruetis, & obseruari inuiolabiliter faciatis. Dat. Mediolani die 14. Februarij 1461. Signat Vincentius. A tergo, Egregio militi, & prudentibus viris, Potestati, & Referendario nostris Papiæ, ac nobilibus Capitaneo districtus, & Cōmissario super taxis equorum.

AD hoc Decretum, & sequens 50. & 51. videndæ sunt Nou. Mediolani Cōstitutiones, tot. tit. de oneribus, quæ aliam solutionis formam tradunt, & seruanda est, & quæ annotauimus supra ad statutū ciuile 132. sub rubr. Quomodo, & qualiter debeant compartiri onera.

Suspensio suprascripti Decreti facti circa contributionem onerum. Rub. 50.

BLanca Maria, & Galeazius Maria Vicecomites Duces Mediolani &c. Dilecti nostri, cum plurimæ à subditis nostris hincindè delatæ sint querelæ de decreto nostro edito in anno 1461. circa contributionem onerum, respectu bonorum emptorum, & emendorum per Ciues à ruralibus, & viceuersa per rurales à ciuibus: disponimus decretum ipsum reformari, & ad certos quosdam limites reduci. Idcircò contentamur, ac volumus, quod decretum ipsum, ac omnes quaslibet ipsius, vigore faciendas exequtiones in suspenso teneatis sicuti, & nos per præsentes suspendimus, donec eiusmodi reformationem vobis miserimus, & quid superinde fiendum fuerit ordinauerimus. Dat. Medioni die 25. Augusti 1466. Signat. Cichus. A tergo, Nobilibus viris Referendario, & Commissario equorū Papiæ nobis dilectis.

Decretum nouum super distribuendis, & soluendis oneribus, cum certis moderationibus, & limitationibus superinde factis. Rubr. 51.

DVX Mediolani &c. Dilecti nostri, eo anno scilicèt 1466. quo post fœlices dies Illustriss. quondam fœlicis memoriæ Principis, & Clarissimi Domini genitoris nostri obseruandissimi ad hunc Principatum assumpti fuimus legitimis, probabilibusque causis, & rationibus, nos mouentibus suspendimus in nonnullis Dominij nostri partibus decretum alias de anno 1461. per ipsum quondam Illustrissimum Principem genitorem nostrum editum super distribuendis, & soluendis oneribus, tàm Cameræ nostræ soluendis, quàm aliter necessario in contrahentibus, eo quidem animo, & intentione, ut rebus status nostri melius compositis, & stabilitis, & ipso Decreto diligentius examinato, & in aliquibus, quæ necessario videantur moderato, & limitato opportuna superinde prouisio, accommodari posset. Itaquè cum in præsenti res Status nostri, & subditorum nostrorum diuina indulgentia e pace, & tranquillitate fruantur, & nos magnopere cupiamus ipsos subditos nostros in ipsis ferendis oneribus æqualance, & sine discrimine omni cum moderatione gubernari: Decretum ipsum per Senatores utriusque Consilij, & Magistratus nostros reuideri, & in nonnullis partibus mo derari fecimus, & id ipsum præsentibus insertum ad vos mittimus. Volentes, atquè iungentes vobis, ut ipsum nouum decretum, cum ipsis reformationibus, & limitationibus in locis, Vrbis istius nostræ consuetis diuulgari, & publicari, & in volumine aliorum Ordinum, & Decretorum nostrorum inseri faciatis, & illud ipsum in casibus, qui sub eo compræhenduntur, seruetis, seruari faciatis, omni remota in posterum suspensione, si qua facta est in ista Ciuitate nostra, aut aliquibus Comitatus nostri Papiæ partibus, & vbi hactenus ipsum Decretum non obseruatum fuit, quòd de cætero omninò obseruetur. Dat. Papiæ die secundo Octobris 1473. Signat. Christophorus. A tergo, Prudentibus viris, Referendario, nec non Præsidentibus negocijs Ciuitatis, ac officiali super taxis æquorum Ciuitatis nostræ Papiæ dilect.

Ordines nostri seruandi, circa onerum solutiones.

Primò, quòd quicunquè Ciuis originarius, vel ex priuilegio, qui habitet cum familia sua, vel minori parte familiæ suæ à festo Sancti Martini cuiuslibet anni, vsquè ad Kalendas Iunij, vel aliqua parte ipsius temporis, quæ minor diebus octo continuis non existat aliqua terra, Castello, Burgo, loco, Villa, Cassina, hospitio, molendino, vel taberna, nobis tàm mediatè, quàm immediatè subdito, vel subdita, siuè ibi laborauerit, vel laborari fecerit terras ad suas manus, siuè non, & siuè ibi fecerit aliquod exercitium, siuè non, teneatur pro toto illo anno. Saluo tamen ordine reformationis æstimi, quodquidem de quinquennio in quinquennium, debeat reformari: ibidem contribuere ad onera ipsi loco per nos, aut Cameram nostram imposita, & imponenda, non autem ad alia aliter incumbentia pro bonis, quæ ibidem habuerint, non tamen cum villicis, seù cum vicinis, sed cum nobilibus, si ibi aderint, vel separatim, nisi specialem haberent exemptionem, seù immunitatem. ¶ Circa autem onus salis seruentur ordines super sale specialiter facti, videlicèt, ut leuare teneatur salem, vti habitant separatim tantum, & non cum uicinis seù cum communi terræ, in qua habitant. ¶ cum hac tamen declaratione, quòd id, quod supra decernitur de ciuibus foris habitantibus intelligatur de his, qui extra Ciuitatem habitare reperientur post festum Sancti Martini nunc proximè futuri ad hoc, vt ciuibus ipsis spatium relinquatur deliberandi vtrum foris, an in Ciuitate velint residere.

Item, quòd quicunquè, siuè Ciuis, siuè habitans cum tota familia in Ciuitate, & ibidem æstimis, & oneribus contribuens, siuè non ab anno 1461. quo aliud decretum super similibus oneribus conditum, & publicatum fuit citrà acquisiuerit, & in futurum ac-

quiret titulo emptionis, donationis, tranctionis insolutum, aut in dotem dationis, siuè inuestitura libellariæ, aut ex successione, vel legato, vel alio quouis modo bona aliqua immobilia existentia in aliqua terra, Burgo, & vt supra, pro quibus soluerentur in dicto loco onera, vel quæ essent æstimata in ipso Burgo, terra, & vt supra, etiam si taliter acquirens aliter esset exemptus, vel immunis: teneatur, & obligatus sit pro futuro tempore, dumtaxat in eodẽ loco, vbi solui consuetum fuerat pro talibus bonis onera quælibet sustinere. Decernentes tamen, quòd solutiones pro similibus oneribus hinc retrò, vigore dicti decreti factis, si quæ factæ sint, valeant, & teneant, nec amplius repeti possint. Et prædicta omnia locum habeant, & habere intelligantur in omnibus illis locis, & partibus Ducalis Dominij, in quibus dictum decretum 1461. fuit suspensum, seù non obseruatum, vbi verò nulla facta est suspensio, & decretum ipsum in viridi obseruatum fuit. Decretum ipsum 1461. prout iacet obseruetur, & exequutionem habeat vsquè in præsentem diem. Pro tempore verò futuro vbiquè locorum Ducalis Dominij decretum hoc nouum cum his moderationibus, & limitationibus locum habeat, & omninò obseruetur.

¶ *Item quòd ordines suprascripti solum intelligantur, & locum habeant, respectu onerum impositorum, & imponendorum in futurũ per vos, aut nomine nostro, vel successorum nostrum, Non autem respectu onerum, quæ per Communia, Villarum, & locorum extra Ciuitatem existentia imponuntur, sed in illis obseruentur statuta Ciuitatum, & locorum, quibus non intendimus derogare.*

Litteræ, cum inserto Decreto de deriuatione aquarum, & pratis irrigandis, & aquis conducendis. Rub. 52.

D*VX Mediolani &c. Dilectissime noster. Cupientes quantum licet controuersiarum præcidere causas: condidimus etiam super deriuationibus aquarum decr.tum, quod his annexum vobis mittimus, Itaque intellecto tenore eiusdem statim per tubicines in locis publicis, & consuetis pro more Ciuitatis, & tàm mediatè, quàm immediatè iurisdictionis nostræ illud proclamari faciatis, & in volumine aliorum decretorum nostrorum ibi describi atquè registrari, & ab omnibus inconcussè obseruari. De huiusmodi facta publicatione postmodum illico rescribendo. Dat. Mediolani die 14. Iunij 1483. Signat. Marcus. A tergo, Spectabili Doctori Commissario Potestatiq; nostro Papiæ, ac Consiliario dilecto.*

TENOR DECRETI.

I*O. Galeatius Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Memores sumus alias conditum fuisse per Illustrissimũ, & Excellentissimum quondam D. Galeatium Mariam Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani genitorem nostrum decretum tenoris infrascripti super deriuatione aquarum, videlicet. Dux Mediolani &c. Dilecti nostri: vt è medio tolleremus nonnullas difficultates, & contentiones à paucis annis citrà exortas in materia aquarum quæ eruuntur, & deriuantur in plurimis Ducatus nostri Mediolani partibus tàm ad vsum pratorum, quàm molendinorum, quorum magna copia ab anno conclusæ pacis Lauden. 1454. citrà, aucta est, & indies augetur, tàm ad vtilitatem Cameræ nostræ, quàm subditorum nostrorum, reuideri, & examinari fecimus per vtrunq; consilium nostrum, & Magistratus ordinarios, & extraordinarios, ac vos Vicariũ prouisionis istius inclitæ Ciuitatis Mediol. decretũ vetus alias superinde editum, & nonnulla statuta Mediolani in materia ipsa disponentia, & quia ipsum decretum vetus, licet in alijs Ciuitatibus Dominij nostri alias publicatum fuerit, & obseruatum, prout etiam de præsenti obseruatur, in ipsa tamen Ciuitate Mediolani non videtur publicatum, nec in viridi esse obseruantia*

tiæ propter nonnullas alias difficultates in ipsa materia suscitatas. Idcirco decretum ipsum reformari, & limitari fecimus, ac in meliorem formam digeri, vt omnibus querelis occurramus. Itaq; ipsum nouum decretum his insertum ad vos mittimus, volentes, & iungentes vobis, quòd ipsum in ipsa Ciuitate, & locis consuetis publicari faciatis, ac in volumine aliorum decretorum nostrorum describi, atquè inseri, & de cætero omninò obseruari. Dat. Viglevani die 19. Nouembris 1473. Signat. Christophorus. A tergo, Egregijs, ac Sapientibus viris, nec non Vicario Prouisionis inclitæ Ciuitatis nostræ Mediolani, cum sigillo Ducali consueto.

¶ Sequitur decretum 1473. die 17. Nouembris, super deriuatione aquarum consultatum, & deliberatum per vtrunquè consilium, & Magistros vtriusquè Cameræ, & Vicarium Prouisionis.

¶ Considerantes tàm priuatam, quàm publicam vtilitatem, quæ quotidiè prouenit ex aquis, quæ eruuntur, & deriuantur in Ducatu nostro Mediolani, non modo ad irrigationem pratorum, sed vsum quoquè molendinorum, quorum profectò magna quantitas annis superioribus aucta est, & indies augetur, & intendentes pariter præcidere, ac e medio tollere multas ambiguitates, & contentiones, quæ proinde inter subditos nostros oriri possent. ¶ Tenore præsentium edicimus, statuimus, & decernimus, quòd omnibus, & singulis habentibus ius, & facultatem aquæ deriuandæ, tàm ex fontanilibus, quàm aliter, liceat ipsam aquam deriuare, & conducere, seù deriuari, & conduci facere, cauando clusas, & alia quælibet necessaria, faciendo per quascunque terras, & possessiones cuiuslibet personæ, Communis, vel Vniuersitatis dicti Ducatus nostri Mediolani, etiam decedente, & secus vias publicas, ad minus tamen damnum, & incommodum partium, ità quòd liber sit ipsius aquæ decursus, ipsis tamen deriuantibus, & conducentibus prius soluentibus omne, & totum illud terrenum, quòd occupabitur in ipsius cauamentis ad æstimationèm duorum, vel plurium virorum in talibus expertorum per partes eligendorum, & hoc tàm respectu pretij, & valoris rei, quæ occupabitur, quàm etiam damni dandi, quòd æstimari possit vsque in duplum, & non vltra, & quilibet conducentes, & deriuantes huiusmodi aquam, & quicunquè ea gaudentes, teneantur, & debeant facere, & manutenere pontes, & foratoria, & ageres, & alia necessaria, prout expediens fuerit. Ità quòd prædia, & possessiones aliorùm ex ipsa aqua conducenda, maximè temporibus pluuiarum non habeant inundare, aut aliquod damnum supportare, ne etiam stratæ, & viæ pulicæ deuastari possint. Decernentes tamen, quòd nullus possit conducere aquam extra Ducatum Mediolani ad alia territoria Ciuitatis Dominij nostri, nisi prius ipsa aqua seruierit molendinis, vel irrigationi pratorum Ducatus Mediolani, quibus commodè, seruire possit, nec etiam conduci, aut deriuari possit aliquo pacto extra Dominium nostrum sine nostra speciali licentia, sub pœna amissionis cuiuscunquè iuris, quòd habuerit, seù habuerint ille, vel illi, qui contrafecerit, vel contrafecerint. Et quoniam vti scimus, hactenus ortæ vigentque indies, ac indies oriuntur multæ, & variæ controuersiæ, propter deriuationes aquarum, quæ fieri volunt, etiam sub alueis illorum, qui ius habent aquæ ducendæ, huiusmodi controuersiarum materiam pœnitus amputare intendentes: Tenore præsentium ex certa scientia decernimus, & edicimus, quòd vnicuiquè liceat, & licitum sit, etiam conducere, seu conduci, & deriuare, seu deriuari facere aquam ipsam sub alueis quorumcunquè habentium ius aquæ ducendæ fieri faciendo quæcunq; cauamenta opportuna, & necessaria. Ità tamen, quòd per talem conducere volentem, fiant aquæductus opportuni de lapidibus, & cemento, vel lignamine, prout fieri poterit cum minori detrimento talis conducere volentis: qui aquæductus fieri debeat, vt præmittitur lapidibus, & cemento, aut lignamine ad electionem, & arbitrium eligendi per Dominum Vicarium Prouisionis vt supra. Ità tamen, quod, & firmi, & stabiles sint, & aquæ illorum, qui per alueum superiorem ius conducendi habeant, possint, & valeant liberè deriuare absq; eo, quòd vlla pars ipsius aquæ non diuer-

tatur, seù decidatur inferius. Quem quidẽ aquæ ductum teneantur, & obligati sint tales conducentes semper, & omni tempore manutenere firmũ, & illesum, ità vt conducenti aquã desuper nullũ per hoc præiuditium possit generari in aqua, seù decursu. Adijcientes etiã, & volentes, ꝗ tales aqueductus taliter construi debeant, quòd alueus ipse superior, nec eleuatus, nec depressus vltra solitũ remaneat, sed aqua domini aluei superioris iuxtà solitũ liberè, & absq; vllo impedimento deruat. Verũ pro tollendis discordijs volumus, quòd primo ante ipsam fabricationem adsit fabricationi prædictorum vnus deputandus per Vicariũ Prouisionis partiũ confidentẽ, vel vnius in contumaciam alterius, qui talibus sit expertus, qui modũ det circa prædicta, & si aliqua partiũ alterius ordinationem fortè querelauerit de huiusmodi querela cognoscatur per ipsũ Vicariũ, qui eam reijciat, vel admittat, & deinde rem moderet, & refirmet, vt sibi videbitur, liceat tamen & licitũ sit omni tẽpore habenti superiorẽ alueũ, ipsũ alueũ fundare si id sibi necessarium, et vtile fuerit absq; cõtradictione habentis inferiorem aqueductũ: quo casu talis habens aqueductũ inferiorẽ, teneatur suis expẽsis ipsũ inferiorẽ aqueductũ, ità aptare, & etiã fundare, vt nullo modo obsit, vel obesse possit habenti alueum superiorẽ. Et si super prædictis contingerit oriri differentiã, volumus, quòd primò videatur, et declaretur per ipsũ Vicariũ Cõis Mediolani, seù per aliã personã confidẽtem partium, seù vnius in contumaciã alterius per Vicarium ipsũ eligendũ, & in talibus expertũ antequã possit ad talẽ nouitatẽ deueniri. Volumus insuper, & edicimus, vt præsens nostrũ decretũ, vnà cũ alio decreto, de quo supra in toto, Dominio nostro publicetur, & incõcusse seruetur, ità, & taliter, ꝗ loco Vicarij Prouisionis in locis, vbi non sit talis Vicarius, succedãt Potestates Ciuitatũ, & terrarũ nostrarum, vel illi qui ex statutis, ordinibus, vel prouisionibus Ciuitatum, & terrarum ipsarũ succedere debent. In quorũ &c. Mediol. die 14. Iunij 1483.

Publicatæ die 25. Iunij hora tertiarum ad scalas Palatij versus plateam magnam per me Ioannem Augustinum de Georgijs Communis Papiæ Cancellarium, sono tubæ præmisso, vt moris est in multorum congregatione, & præsentia &c.

PRO huius decreti comprobatione, inteligentia, & annotatione, vide quæ diximus supra ad statutũ ciuile 133. sub rubr. de modo conducendi aquas &c. & Nou. Mediolani Constitutiones, tit. de aqu. & fluminibus, cap. omnibus habentibus ius.

Quòd per statuta non derogetur decretis Domini. Rub. 53.

NOS Dominus Mediolani &c. Comes virtutum Imperialis Vicarius generalis. Audientes per vos, seù curiam vestrã in dubiũ prouocari vtrum decreta nostra super delatione armorum, & bonis rebelliũ, & homicidarum confiscandis cameræ nostræ, vendicent sibi locum an ne, maximè propter statuta illius meæ Ciuitatis Papiæ, & confirmationem ipsorũ per nos nouiter factã, quæ vt vobis, & Curiæ vestræ apparet, quemadmodũ ipsis derogare videantur. De quo miramur valdè, cùm si bene perpendatis, & consideretis inter illa statuta adsit vnum effectualiter religens, nos nequaquã intendere, ꝗ per statuta ipsa, nec per confirmationem per nos de eis factam decretis nostris factis, nec fiendis aliquatenus derogetur, sed in sui firmitate perdurent, quòd neq; tacetur in litteris confirmationis prædictæ, volumus, & vobis per expressum mandamus, & decernimus, quatenus ipsa decreta nostra edicta, & edenda obseruetis, & exequutioni, & obseruari, & exequi faciatis, sicut cõuenit dictis statutis, et cõfirmatione ipsorũ nequaquã obstantibus. Dat. Malignani die primo Augusti 1394. Sig. Andreas Baruncinus. A tergo, Egreg. militi Potestati nostro Papiæ.

Expliciunt nonnulla decreta, vltra numerũ quinquaginta eò egregie necessaria, quãto per ea statutis derogatur, et ea agnoscas expedientia, cum è numero forte mille sint exempta quia magis frequentiori vsui adaptantur, manu sacratissima quidem Regia roborata, eodem quo statuta ingeniolo expolita.

VIde pro comprobatione, quæ per nos in proposito scripta sunt ad statut. vltimũ inter statuta de Regl. Potest. sub rub. 67. Quod per aliqua statuta non derogetur Decretis Domini.

Taxa super mercede baruariorum.

COgnoscendo espressamente il Magnifico Dottore, & Cauagliero M. lo Podestà della Città, & Contado di Pauia, & li spettabili Domini Deputati all'officio della Prouisione, & gouerno di essa Città, quanto sia intentione del nostro Illustrissimo, & Eccellentiss. Signore, che li ordini, & decreti suoi siano seruati ad vnguem, come appare per littere di Sua Eccellenza nouamente scritte, Dat. Mediolani die 13. mensis præsentis, trà li quali decreti, & ordini, si dispone certo capitolo delli pagamenti, i quali hanno ad esere fatti alli seruitori, & famegli per la mercede loro, per le essecutioni, che accadono essere fatte, così reali, come personali nella detta Città, & Contado. Et acciochè ogn'vno intenda, accadendo essere fatte alcune di dette essecutioni, così reali, come personali per detti seruitori, & famegli, & così in Città, come in Contado, sia chi si voglia, quanto habbi ad hauere, & gli sia da essere satisfatto per la detta sua mercede, & per leuare le estorsioni indebite, & gli eccessiui pagamenti, che si solenno fare, & estorquere per alcuni de detti seruitori, & famegli. E ordinato, che gl'ordini moderati, & limitati sopra detti pagamenti nel modo, & forma, che si contiene quì di sotto, siano publicati, & osseruati ad vnguem, prout iacent sotto le pene che si contengono nelli ordini predetti, & nelle littere, & decreti del prelibato Illustrissimo Signore, & statuti di essa Città, & imperò il presente M. Podestà, & deputati, & de mandato suo si è fatta la presente crida, acciò che ogn'vno ne possa hauere notitia. Et di detti ordini non possa pretendere ignoranza. Quali ordini de pagamenti sono gl'infrascritti.

PRimo, ad capiendum vnum hominem in Ciuitate, siuè Burgis Papiæ, & consignatum in carceribus Communis Papiæ, habeant, & consequantur ipsi seruitor, & familia, ac eisdem soluatur pro eorum mercede in totum, si exequutio fuerit florenorum quinquaginta, & abinde supra cuiuscunque quantitatis existat, & quotquot numero sint ipsi seruitor, & famuli, libram vnam, & solidos sexdecim imperialium.

¶ Si verò talis exequutio facta fuerit à florenis quinquaginta, vsquè in triginta, libram vnam, & solidos quatuor imperialium.

¶ Si verò talis exequutio facta fuerit à florenis triginta, vsquè in quindecim, & abindè infra, libram vnam imperialium.

¶ Si verò exequutiones prædictæ contingent fieri per comitatũ dictæ Ciuitatis, habeant, & habere debeant ipsi seruitor, & famuli pro quacunque exequutione cuiuscunq; summæ existat, solidum vnum pro quolibet miliari distanti à dicta Ciuitate, & pro quolibet famulocum hoc, quòd non sint plures numero sex computato seruitore.

¶ Item si contingat stare in possessione in Ciuitate, vel burgis, vel in Villis, habeant solidos quatuor imper. pro quolibet famulo singulo die, vltra expensas, & non sint vltra trespedites.

¶ Si verò contingat stare in possessione equestres, habeant, & habere debeant, vltra expensas cibi, & potus, solidos decem imperialium pro quolibet.

Pro exequutionibus verò realibus, quæ contingeut fieri per seruitores, & famulos prædictos, seruẽtur ordines Cameræ pignorum, super hoc disponentes, & eisdem soluatur pro eorum mercede, prout infra videlicèt.

PRimò, pro quacunq; pignoratione, & exequutione cuiuslibet licentiæ cuiuscunq; personæ Cõmunitatis, & Vniuersitatis, quæ ascendat ad summã florenorũ quinquaginta, & abinde supra quantacunq; sit, & ipsa pignora fuerint valoris cõmunis, & estimationis florenorũ quinquaginta & abindè supra, quantecunq; quantitatis existant, habeant, & habere debeãt pro eorũ mercede, si fuerit in ciuitate, vel burgis ciuitatis lib. vnã, & sol. quatuor imperial.

Decretum, seù statutum, de non rogandis instrumentis in diebus festiuis. Rubr. 55.

DVX Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Ianuæ Dominus. Attentis narratis in quodam Statuto facto, & ordinato per vos Consules, & transmisso nobis, vt ipsum confirmare, & approbare velimus: ipsum reformatum in forma introclusa, iustis ipsorum petitionibus annuentes, confirmamus, & approbamus, mandantes vobis, quatenus ipsum sic reformatum inseri, & describi faciatis in volumine statutorum dicti Collegij, pariter, & obseruari in posterum, etiam eiusdem correctionem, mutationem, additionem, diminutionem & interpretationem nobis, & arbitrio nostro reseruantes. Dat. Mediolani die 17. Iulij 1441. Sig. Lancelotus. I. therunda. A tergo, nobilibus, & prudentibus viris Potestati, & deputatis ad negocia communis nostræ Ciuitatis Papiæ, necnon, & Consulibus Collegij Notariorum prædictæ nostræ Ciuitatis. Attendentes quantum honoris, & commodi attulerint priscis temporibus memorato Collegio deuota religio, & cultus diuinus, volentesq; quantum possibile sit erroribus prouidere, statuerunt, prouiderunt, ac statuunt, & prouident, & ordinant, quòd de cætero nullus Notarius dicti Collegij audeat, vel præsumat, sub pœna interdicti, tradere, & rogare aliqua instrumenta in diebus Dominicis, & diebus festiuis Natiuitatis, Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, Epiphaniæ, Pentecostes Domini, & Sanctissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi, & in diebus festiuis Dominæ Sanctæ Mariæ, videlicet, Natiuitatis, Assumptionis, Purificationis, & Annunciationis, Sancti Io. Baptistæ, & duodecim Apostolorum, & quatuor Euangelistarum, & Sancti Augustini, festi omnium Sanctorum, & Sanctorum Stephani, & Laurentij martyrum, & Sanctissimi Syri patroni de mense Decembris: & hoc sub pœna, quòd talis Notarius, qui contrafecerit ipso iure, & facto sit, & stet interdictus à dicto Collegio, & ab exercitio artis Notariæ per sex menses, & sic interdictus publicè denuncietur mandato Dominorum Consulum dicti Collegij Notariorum sono tubæ præmisso: & vlterius talia instrumenta rogata sint ipso iure nullius valoris. Et hoc saluo, quòd etiam dictis diebus liceat rogare instrumenta testamentorum, & codicillorum, vel aliarum vltimarum voluntatum, donationum causa mortis, dotium, & pacis, matrimoniorum, sponsalitiorum, & consignationum, tàm parafernalium, quàm pecuniæ, necnon de illis, quæ fiunt de actibus ad voluntariam iurisdictionem pertinentibus, oblationum, & protestationum, & aliorum actuum, quos, & quas fieri oporteret ad euitandum aliquam moram, vel pœnam, & actorum tendentium ad Cameram Ducalem, & Commune Papiæ, quæ non obstante huiusmodi prouisione valeant, & teneant, & si casus necessitatis aliquis occurreret, quòd Domini Consules habeant potestatem dispensandi contra hanc prouisionem, non obstante huiusmodi prouisione, & hoc locum habeat tàm in Ciuitate Papiæ, quàm in Comitatu: & legatur hoc statutum bis in anno, quando sortes dabuntur, & quando Notarij recipientur.

¶ Publicatum fuit suprascriptum decretum die sextodecimo Augusti 1441. ad Arengheriam Communis Papiæ, hora vesperarum per Bartholomeum della Mirandola tubatorem dicti Communis Papiæ.

DVX Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Ianuæ Dominus. Exposito nobis pro parte Collegij Notariorum nostræ Ciuitatis Papiæ, quòd cum occasione conditi nostri decreti de diebus feriatis, quibus non liceat Notarijs instrumenta conficere, circa ipsius decreti intentionem, & ipsorum dierum intellectum orta sit dubietas, & aliqualis perplexitas: proindè humiliter supplicarunt ad hoc, vt quilibet quid facere, & obseruare, cum

positores; non liceat aliter appellari, prouocari, infringi, vel aliter contrairi, nisi catenus, quatenus, & eis modo, & forma, quibus concessum esse reperiatur à iuribus municipalibus illius Ciuitatis, terræ, vel iurisdictionis, in quibus, seu quorum territorio ipsa præcepta, & arbitramenta facta fuerint, & in eorum defectum, quatenus & quomodo iura communia concedunt. Item quòd seruetis in omnibus, & per omnia in sententijs, & arbitramentis latis ante tempus vltimi decreti per nos editi super ordine causarum, & publicati in Mediolano, 1386. die 4. Octobris, à quibus non extiterit appellatum secundum formam, & tenorem dicti Decreti editi 1386. die 11. Aprilis Decreto nostro, de quo supra fit mentio, cui in hac parte, ex certa scientia, & de nostræ potestatis plenitudine derogamus aliqualiter non obstante: In quorum testimonium præsentes fieri fecimus, & registrari nostrique sigilli munimine roborari. Dat. Mediolani die 10. Maij 1387. decima Indictione. ¶ Suprascriptæ litteræ, cum suprascripto decreto eis incluso sigillatæ sigillo præfati Domini in cera alba, præsentatæ fuerunt, & registratæ in isto die 14. Maij.

VIdenda sunt ad hoc Decretum per nos annotata supra ad statutum ciuile 26. sub rubr. De sententijs arbitrijs, & arbitramentis, nec non Nouas Mediol. Constitutiones, tit. de arbitr.

De pœna tàm vendentis, quàm ementis aliquas fortilicias, & loca fortia sine licentia domini. Rubr. 57.

DOminus Mediolani &c. Comes virtutum Imperialis, Vicarius generalis. Decretum, quod nuper condi fecimus, quòd nulla persona vendere audeat, seu datum facere in aliquam personam de aliquo Castro, Fortilicia, vel loco forti, mittimus vobis his inclusum volentes, & vobis mandantes, quatenus pro iure municipali, & Decreto nostro seruando, & seruari inuiolabiliter faciendo, faciatis ipsum decretum in locis consuetis iurisdictionis per nos vobis commissæ publicè diuulgari, ac in volumine aliorum nostrorum Decretorum ad perpetuã rei memoriam inseri, & describi. Dat. Mediolani die quinto Februarij 1387. Signat. Gasparinus. A tergo, Egregio militi Domino Potestati nostro Papiæ.

NOS Dominis Mediolani &c. Comes virtutum Imperialis Vicarius generalis. Tenore præsentium statuimus, edicimus, & mandamus, quod non sit aliqua persona cuiuscunquè conditionis existat, quæ audeat, vel præsumat vendere, seù datum, vel alienationem facere in aliquam personam cuiuscunquè status, gradus, præeminentiæ, vel conditionis existat de aliquo Castro Fortilicia, vel loco forti positis in aliqua parte, sub Dominio nostro, sine nostra licentia, nec non deliberatione, ac consensu Consilij generalis illius Ciuitatis, seù terræ in cuius territorio Diæcesi, vel districtu fuerint huiusmodi fortiliciæ, siuè Castra, & si contra prædicta factum fuerit, puniatur emptor, & venditor in libris quingentis imperialium. Et vlterius perdat venditor precium, & emptor rem emptam. Quæ quidem pœnæ ipso facto perueniant, & ad nostram Cameram deuoluantur, & teneatur Potestas noster illius Ciuitatis, vel loci, in cuius districtu, territorio, vel Diæcesi prædicta fuerint punire illos, qui contra hoc nostrum decretum præsumpserint aliqualiter facere. In quorum testimonium præsentes fieri iussimus, & registrari &c.

¶ Istæ litteræ, cum suprascripto decreto eis incluso sigillatæ sigillo præfati Magnifici Domini in cera alba, præsentatæ fuerunt die 12. Februarij.

Summarium ad Decretum 57.

1 *Convenit hoc Decretum cum iuris communis dispositione.*
2 *Feudum, vt dicatur alienatum, requiritur actualis traditio, vel per constitutum.*
3 *Alienans partem feudi, non amittit totum feudum.*
4 *Vassallus non potest feudum in emphyteusim concedere, nec ad longum tempus locare.*
5 *Feudum hypothecari, nec pignorari potest.*

1 HOC Decretum conforme est iuris communis dispositioni, quo vassallus non potest feudum sine consensu Domini alienare, c. imperialem de prohib. alien. feud. per Frideric. vbi Doct. & per Clar. in §. feudum, quæst. 31.
2 † requiritur tamen actualis traditio ad hoc, vt vassallus per alienationem feudo priuetur, vel saltem per constitutum; nam sine traditione non priuatur, Clar.
3 d. §. feudum, vers. sed nunquid. & vers. seq. † si autẽ partem solam feudi alienauerit à sola parte cadit, non à toto feudo, secundum veriorem, & receptiorem sententiam, Corn. cons. 67. lib. 2. Clar. d. §. feudum, vers. sed pone vassallus, Bursat. cons. 160. num. 5.
4 Surd. consil. 151. num. 33. † non potest pariter vassallus feudum in emphyteusim concedere, Curt. de magis communi, in tract. de feud. part. 4. ex quibus caus. feud. amitt. sub num. 91. Clar. in dicto §. feudum, quæst. 33. Molin. de primog. Hispan. lib. primo, cap. 21. nume. 32. Intrigliol. de feud. cent. 2. artic. 5. num. 30. & seq. vbi num. 45. idem ex pluri-
5 bus firmat in locatione ad lungum tempus. † similiter hypothecari, nec pignorari potest, Clar. dicto §. feudum, quæst. 35. Rimin. iun. consil. 811. num. 99. Bursar. consil. 171. num. 30. intelligendo tamen secuta reali traditione, vt per Intrigl. dicta cent. 2. art. 5. num. 89. vbi num. seqq. aliter declarat, & ibidem per totum articulum illum latissimè hanc regulam ampliando, & declarando exornat, ideò sola remissione sum contentus.

Ex quibus ad laudem clementissimi Domini Nostri Iesu Christi, eiusquè gloriosissimæ Virginis matris, ac Sanctorum Francisci, Catherinæ, Caroli, & Flauij protectorum meorum impositus sit finis his annotationibus meis die tertia Octobris, anni 1616. in vigilia Sancti Francisci, vnius ex Protectoribus meis, quorũ patronorum, & Sanctorum patrocinio, & intercessioni me, meaq; scripta humiliter comendo.

¶ Si quid autem in hisce annotationibus meis, scriptum, dictumuè fuerit, quod à Sacro Sanctæ Catholicæ, ac Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ fidei præceptis, decretisue alienum sit, bonisuè moribus repugnans, aut per Typographi incuriam sit expressum (quod per Dei hominumq; fidem mentis meę nunquam fuit) id omne, nec dictum, nec scriptum esse, minusquè dici, aut scribi debuisse, profiteor, imò illud detestor, aboleo, ac penitus anathematizo, omnia autem scripta, & dicta mea Sanctæ Matris Ecclesiæ censuræ submitto.

Finis. Laus Deo, ac B. V. M.

INDEX
OMNIVM NOTABILIVM,
QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR
ordine Alfabetico.

B.

C.

Carcerem

Collegia

Constitutum, an trahatur ad bona futura. Decr. 26. nu. 1. pag. 767.

D.

Dona-

E.

Emancipatio

C Emphiteu-

Exceptio

F.

Feudum

G.

Habilita-

H.

Familia

de

Iudicium

Iuramen-

l. maxi-

Merc-

Mul-

No-

O.

Quid

P.

Pax

Amplia

Q.

R.

Ratio

S.

Prohibens

G Statuta

Limitatur

T.

Quid

Tutor

V.

FINIS.